

IHS
SECTVS
IVNGIT
ISAIAS
EXPOSITVS
A
P. GABRIELE ALV
E SOCIETATE IESV
Interprete sacræ Scripturæ in
Aragoniæ prouincia.
NVNC PRIMVM PRODIT,
CVM PRIVILEGIO REGIS
LVGDVNI,
SVMPTIBVS
IACOBI CARDON ET PETRI CAVELLAT
M.DC XXIII
LEX





D. HVGONI DE MONCADA, Marchioni Aytonensi, Comiti Offonensi, Magno Senescalio Aragoniæ, Consiliario Philippi IV. Regis Hispaniæ, de Statu Regni,

GABR. ALVAREZ E SOCIETATE IESV S. P. D.

PRIOR in Isaiam Commentariorum tomus (EXCELLENTISSIME PRINCEPS) in publicum emissus iudiciorum aleam ancipitem subiit sine vllo patrono. quod neque audaciæ fuit, neque insolentiæ. Sed cùm ei potentissimum, & gratiosissimum patronum, & parentem adoptassem, atque conciliassem, D. Ioannem ALVAREZ a Toleto, Comitem Oropessanum, Principem non minus vitæ sanctitate, prudentiáque singulari, quàm ingenitæ nobilitatis splendore conspicuum: in cuius famulatu litteris ad humanitatem eram institutus, & cuius auspiciis Societatem & familiam IESV fueram ingressus, antequam editus lucem aspicerer, tanto Mœcenate, & parente fuit orbatus. Cúmque eius nepotem Ferdinandum, auitæ quoque sanctitatis & ditionis heredem, in locum aui demortui, vt par erat, subrogassem, hunc etiam patronum partui meo nondum euulgato mors inuidit, & in ipso iuuentutis flore Ferdinandum, tamen æternitati maturum, ineluctabili falce succidit. vnde sum visus admoneri, ne de substitutione aliûs ampliùs cogitarem. Quod non sine caussa suspicor euenisse, vt hic partus ætate posterior, tutela, & patrocinio tuo munitus germano suo prærogatiuam priùs nascendi, lucísque fruendæ non inuideret. Ergo qui sub tuo nomine, vt tu meminisse potes, fuit conceptus, & efformatus, nunc in publicas & vitales auras emissus, & quasi natus, ad te vnum rectà contendit, & confugit, opportunum quæsiturus patrocinium: de successu securus, te vndecumque metiens, atque considerans. Nam si placeat oculos refle-

ctere ad nobilissimam & antiquissimam Moncadarum generis stirpem: vix vlla inter Hispanienses reperietur, aut antiquior, aut nobilior, cùm ad eam irrigandam, nobilitandam, & amplificandam Hispaniæ, & Galliæ Regum sanguis certatim priscis illis, & heroicis sæculis sæpe confluxerit, & ad eamdem deprædicandam fortissimorum Ducum & Principum honestissima facinora domi, militiæque patrata concurrerint. quæ vtraque & nobilitatis stemmata, & virtutis decora percensere nominatim non audeo, ne tot tantísque rebus cogar iniuriosus esse, nisus eas in tam angustas huius dedicationis paginas cōpingere. Quis ergo à sobole adeò generosa, & regia, cui ingenitum est à natura vltro fauere, & fouere, patrocinium humiliter improbatum obtinere diffidat? Iam si Societatis nostræ primordia, & Prouinciæ huius Aragoniæ eidem omnino coæuæ repetimus, inuenimus in Annalibus, & multo antiquiorum Patrum nostrorum animis impressum, Barcinone, vbi primùm Societas hæc minima IESV in agro Hispaniensi, vtpote ex Italia trāslata nonnullas radices egit, & semina, tuam, Princeps Excellentissime, familiam nouellæ tum plantæ potissimum adfuisse, fauisse, autoritate qua semper fuit maxima, consilio, ope, & opere. Quæ in ordinem nostrum beneuolentia, & benignitas ab illis originalibus, & perpetua memoria dignis beneficiis orba deinceps cœlesti halitu in posteros est propagata: quorum tu Maiorum neminem tibi antecedere voluisti. Ex qua publica, & communi in Socios nostros humanitate, & beneuolentia cùm in me eâ indignum partem non exiguam deriuare non sis dedignatus, fit vt neminem habeam, à quo magis huic meo operi fauorem, & patrocinium exspectare possim, & cui illud qualecumque offerre, ac dedicare debeam. Accipe igitur, Clarissime & humanissime Princeps, munus ex se quidem exiguum, offerentis verò animo maximum, & amoris, ac reuerentiæ argumentum, & pignus: & quem autori consueuisti, eundem eius soboli fauorem benignus impendito: vt quod à parente, & natalibus decus & præsidium accipere non potest, accipiat à Patrono. VALE, è Collegio Valentino Societatis & Prouinciæ nostræ Aragoniæ, Kal. Iulij. M. DC. XXIII.

LECTORI



LECTORI
BENEVOLO.



NDECIMVS *annus est, cùm hosce in Vatem nobilissimum Commentarios elaboro: quos etsi iustis de caussis non semel intermisi, eos tamen prosequendi, & absoluendi animum, voluntatémque nunquam omisi. Quo longiori temporis intercursu, alios etiam è Societate* IESV *melioris notæ & notiores scriptores in eumdem Prophetam Commentarios non parum eruditos euulgasse video; meúmque institutum quodammodo præuertisse. quos si prænouissem ego tam industrios socios in hoc agro prophetico percolendo occupari: ad quem me primum nostri Ordinis accedere putabam, ad alium fortasse S. Scripturæ fundum procurandum meam operam laborémque transtulissem. Verùm tanta est, vt in præfatione tomi prioris edissero, diuinorum librorum profunditas, tanta, Isaiæ præsertim, amplitudo, atque capacitas, vt alios super alios accedentes interpretes & operas non excludat. Præterea etsi est aliquod decus, alicubi præire, maior tamen est cautio, atque securitas, praeuntis impressa vestigia cernere, & lubricum solum alieno periculo pertentare. Demum non est cur moram in hoc meo Commentario emittendo doleam, imò est, cur gaudeam, cùm caussa etiam exstiterit, vt ad illum post intercapedinem, ardore scribendi refrigerato, tanquam ad alienum opus subinde reuerterim. quod operà datâ, & cum operæ pretio fecisse Fabius Quinctilianus non obscurus autor profitetur in præfatione suarum institutionum his verbis:* Vsus deinde Horatij consilio, qui in arte poëtica suadet, ne præcipitetur editio, nonúmque prematur in annum, dabam his otium, vt refrigerato inuentionis amore, diligentiùs repetitos tanquam lector perpenderem. *S. Augustinus in Epist. ad Aurelium Carthaginensem Episcopum præfixâ libris de Trinitate sic scribit:* De Trinitate, quæ Deus summus, & verus est, libros iuuenis inchoaui, senex edidi. *Quamuis S. Augustinus editionis retardatæ caussam aliam afferat. Sed quocumque consilio scriptor id faciat, fieri solet commodo*

scriptionis, quæ (modò delectus adsit, & cura temporis excu[illegible] t.or, & instar fluminis longius procurrentis, [illegible] nis plenior euadit. Ego certè id affirmare possum, inter lege[illegible] tinenter veteres & claros autores, hoc interiecto annorũ spacio, mu[illegible]a ad Isaiam interpretandũ, aut illustrandum mihi occurrisse, quæ min[illegible] me quærebam, quæque si maximè quærerẽ, nunquam inuenissem. qu[illegible]re quod impedire, & retardare videbatur hoc opus, [illegible]aturabat sensim. & commodè, vt minus immaturũ ederetur. quod vnum mihi a pri[illegible]pio fuerat in votis. Quocirca statueram priorem partem primo quoque tempore in publicum emittere, vt ab eius lectoribus admonitus quæ in ea componenda peccassem, in hac altera, quoad liceret, corrigerem. at cùm res tulerit, vt vtraque pars eodem fere tempore fuerit prælo commissa, eo desiderio, fructuque sum frustratus. Ergo cernis iam, Le[illegible]or, integrum & diminutum commentarium, in duas partes, instar Vatis, sectum, integrum quidem, si contextum inspicias, cùm nihil Prophetæ inexpositum reliquerim à primo vsque ad vltimum versum, diminutum verò, & imperfectum, cùm ex tuo iudicio & examine, quod valde cupiebam, nihil potuerim emendare. Atque adeo homini tam cupi[illegible]o sui admonendi, & corrigendi, vbicumque fuerit offensum (quis enim mortalium nusquam offendat?) debebis, ô Lector, & benignè ignoscere, & spongiæ medelam adhibere, illam præcipuè, quæ aliis scribendis, si quæ mediter, posthac vsui possit esse. Sed finio, hæc mea scripta totius Ecclesiæ capiti, atque legitimo iudici Romano Pontifici subi[illegible]: nam cùm modesti scriptoris sit aliorum bene sentientium iudicium attendere, Catholici officium omnino est virgam censoriam Ecclesiæ sacrosanctæ in omnibus agnoscere, atque revereri. quod etsi facile de quouis præsumitur, non tamen caret fructu, idipsum verbis concept[illegible] profiteri, & quasi ex formula testatum posteritati relinquere. VALE.

Facultas

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi.

IOANNES FORERIVS Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij. 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus cōpositos, absque superiorum permissione imprimant: permittit IACOBO CARDON & PETRO CAVELLAT, Lugdunensibus Bibliopolis, vt librum hunc inscriptum, *Gabrielis Aluarez è Soc. IESV, Commentarij in Isaiam Prophetam*, ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possint. Datum Lugduni die 14. Iulij. 1622.

I. FORERIVS.

APPROBATIO THEOLOGORVM.

NOs infrascripti sacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, nos *Gabrielis Aluarez è Soc.* IESV *Commentarios in Isaiam Prophetam* perlegisse, in quo nihil fidei orthodoxæ, Catholicæ, atque Apostolicæ contrarium animaduersum: Lugduni 3. Decembr. 1621.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

DE VILLE.

R. D. D. Thomæ de Meschatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi: Opus inscriptum, *Gabrielis Aluarez è Soc.* IESV *Commentarij in Isaiam Prophetam*, à Theologis approbatum vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 15. Iulij 1622.

MESCHATIN LA FAYE.

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.


VDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate sancitum est, ne quis in regno suo, aliisue locis ditioni suæ subiectis, intra decem annos, à prima editionis die computandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inscribitur, *Gabrielis Aluarez è Soc. IESV, Commentarij in Isaiam Prophetam*; præter IACOBVM CARDON & PETRVM CAVELLAT, Bibliopolas Lugdunenses, aut illos, quibus ipsimet concesserint. Prohibitum insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eundem librum extra regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dictorum IACOBI CARDON & PETRI CAVELLAT. Idque omne sub confiscatione librorum, aliísque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 24. Decembr. 1621.

De mandato Regis,

Signatum

THOMASSIN.

INDEX



INDEX
LOCORVM S. SCRIPTVRÆ
QVÆ HOC SECVNDO TOMO ENVCLEANTVR.

EX VETERI TESTAMENTO.

EX NOVO TESTAMENTO.

ORATIO ANTE ſtudium Iſaiæ.



MNIPOTENS ſempiterne Deus, qui Euangelicum Prophetam Iſaiam in excelſo ſanctitatis, & ſapientiæ culmine ſtatuiſti, & vt nobis vtramque caſtiſsimè propinaret, eius labia calculo purgaſti ignito; quique eumdem ſenio confectum pro tui nominis gloria medium ſecari permiſiſti: concede propitius, vt tanti Vatis fortitudinem, & ſapientiam imitati, Eccleſiæ tuæ ſanctæ verbo, & opere, ſeruire poſsimus, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus in ſecula ſeculorum, AMEN.

COMMEN



COMMENTARII *IN* ISAIAM PROPHETAM

CAPVT QVADRAGESIMVM.

1 CONSOLAMINI, consola-
mini popule meus, dicit Deus
vester.
2 Loquimini ad cor Ierusalem, & ad-
uocate eam: quoniam completa est ma-
litia eius, dimissa est iniquitas illius: sus-
cepit de manu Domini duplicia pro om-
nibus peccatis suis.
3 Vox clamantis in deserto: Parate
viam Domini, rectas facite in solitudine
semitas Dei nostri.
4 Omnis vallis exaltabitur, & omnis
mons & collis humiliabitur, & erũt pra-
ua in directa: & aspera in vias planas.
5 Et reuelabitur gloria Domini, & vi-
debit omnis caro pariter quòd os Domi-
ni locutum est.
6 Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid
clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis
gloria eius quasi flos agri.
7 Exiccatum est fœnum, & cecidit
flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo.
Verè fœnum est populus:
8 Exiccatum est fœnum, & cecidit
flos: Verbum autem Domini nostri ma-
net in æternum.
9 Super montem excelsum ascende
tu, qui euangelizas Sion: exalta in forti-
tudine vocem tuam, qui euangelizas Ie-
rusalem: exalta, noli timere. Dic ciuita-
tibus Iuda: Ecce Deus vester:
10 Ecce Dominus Deus in fortitudi-
ne veniet, & brachium eius dominabitur:
ecce merces eius cum eo, & opus illius
coram illo.
11 Sicut pastor gregem suum pascet:
in brachio suo congregabit agnos, & in
sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.
12 Quis mensus est pugillo aquas, &
cœlos palmo ponderauit? quis appendit
tribus digitis molem terræ & librauit in
pondere montes, & colles in statera?
13 Quis adiuuit spiritũ Domini? aut
quis consiliarius eius fuit & ostendit illi?
14 Cum quo iniit consilium, & instru-
xit eum & docuit eum semitam iustitiæ,
erudiuit eum scientiam, & viam pruden-
tiæ ostendit illi?
15 Ecce gentes quasi stilla situlæ, &
quasi momentum stateræ reputatæ sunt:
ecce insulæ quasi puluis exiguus.
16 Et Libanus non sufficiet ad suc-
cendendum & animalia eius non suffi-
cient ad holocaustum.
17 Omnes gentes quasi non sint, sic
sunt coram eo, & quasi nihilum & inane
reputatæ sunt ei.
18 Cui ergo similem fecistis Deum?
aut quam imaginem ponetis ei?
19 Numquid sculptile cõflauit faber?
aut aurifex auro figurauit illud, & lami-
nis argenteis argentarius?
20 Forte lignum, & imputribile ele-
git: artifex sapiens quærit quomodo sta-
tuat simulachrum, quod non mouea-
tur.
21 Numquid nõ scitis? numquid non
audistis? numquid non annunciatum est
vobis ab initio? numquid non intellexi-
stis fundamenta terræ?
22 Qui sedet super gyrum terræ, &
habitatores eius sunt quasi locustæ; qui
extendit velut nihilum cœlos, & expan-
dit eos sicut tabernaculum ad inhabi-
tandum.
23 Qui dat secretorum scrutatores
quasi non sint, iudices terræ velut inane
fecit:
24 Et quidem neque plãtatus, neque
satus, neque radicatus in terra truncus

eorum: repentè flauit in eos, & aruerũt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25 Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus?

26 Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque eius, neque vnum reliquum fuit.

27 Quare dicis Iacob, & loqueris Israël: Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit?

28 Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius.

29 Qui dat lasso virtutem: & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

30 Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

31 Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

---

*Vers.*1. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester.

1. ISTIVS capitis argumentum attinere ad Euangelica
tempora, constare video inter veteres Patres, & modernos scriptores, si vnum
ex iis, aut alterum demseris,
qui ad reditum populi Iudaici e Babylone in patriam conati sunt accommodare: sed vbi peruenero ad vers. 1. & 4.
dabo operam, vt appareat, id effici commodè
2. & verè non potuisse: interea ponamus de rebus
Euangelicis esse vaticinium, atque adeò inde
Isaiam incipere apertiùs se gerere pro Euangelistâ.

Isaias à c. 40. apertiùs agit Euangelistam.

3. *Consolamini, consolamini popule meus.*] LXX,
aliique interpretes, fatente etiam Hieronymo, non *popule meus*, in vocandi casu, sed
populum meum in quarto casu collocant: sermone Hebræo ferente vtrumuis, quippe qui casibus careat. Et quamuis sententia sit ferme eadem in vtroque casu, tamẽ quia sequẽs pericope
4. pe non absimilis, *Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam*: dirigitur non ad ipsummet populum, sed ad alios, quibus præcipitur, vt populum recreent, solentur, atque refi iant; fit verosimilius, præsentem orationẽ eiusdem esse no[?]e,
5. & ad easdem pertinere personas. Quæ aut possunt esse Vates, aut Apostoli: illi, si spe, & promissione futurorum bonorum; hi, si ostensione,
& oblatione eorumdem, homines consolentur,
& exhilarent.

Consolamini, consolamini.] Repetitio non 6.
soli decori, vt apud oratores interdum, sed
etiam robori: vt solatium duplex significetur, vt aliquibus placet autoribus, nempe, aliud
spirituale, aliud temporale; vel quia finita
sint illa *duplicia* pro peccatis, de quibus
mox; vel denique non duplex distinctum sola- 7.
men, sed maius, & intensius promittatur, & etiã
certius: iteratio enim promissionis; & assertionis certitudinem solet intendere, aut saltem
ostendere ex parte iterantis.

Repetitio quorsum

S. Thom.

Veræ, solidæ, ac magnæ consolationis caussa, 8.
materiesque deinde subditur: hîc solùm indicandus est nexus istius capitis & argumẽti cum
superiori. Placet in primis Cyrillus, cui alij assentiuntur, quòd proximè præcesserit captiuitatis Babylonicæ, direptionisque Ierosolymitanæ
tristis, & infausta comminatio; idcirco succedere hoc lætum, prosperùmque vaticinium, cuius iucunditas obrueret mœstitudinem imminentis ærumnæ.

Nexus.

Infausta fausta succedunt a Prophetis.

Deinde: quia nemo infitiari poterit, illam 9.
Iudæ captiuitatem durissimam, fuisse typum
seruitutis asperrimæ, quam totum genus humanum sub diabolo seruiebat, antequam a Christo
Domino liberaretur. Ergo post typum, & adumbrationem rectè sequitur veritas adumbrata. Atque adeò, ego, hoc loco Isaiæ, vt aliis etiã
locis cùm eiusdem Prophetæ, tum aliorum, sine
dubitatione senserim. primò & directò agi de
Christo Domino, eiusque Euangelio; indirectò
verò, & obliquè de historicis euentis populi
Israël, quatenus in illis visum est Deo, futuræ
Ecclesiæ, tanquam fabricæ quædam rudia delineamenta ducere. Vnde sensus litteralis erit 10.
propriè de Christo & Ecclesiâ: vel, si fas sit
loqui modo Dialecticorũ, sermo erit de Euangelio formaliter & in recto, de populo illo, cõnotatiuè & in obliquo: quemadmodum album
significat albedinem in recto, & connotat subiectum, cui inest albedo: sic hæc & similis
prophetia primò & directò nobis exhibet
Christum & Euangelium; at vt typum, & quodammodo vt subiectum, cui hæc innituntur,
nobis significant illarum rerum euentus. Quod
enim S. Hilarius de Psalmo 67. in eius titulo
dixit, Isaiæ licet aptare: *Est ipse totus sacramentis legis, Euangeliorumque contextus, magnaque ex præteritis, & ex futuris allegoricorum dictorũ interpretatione refertus: qui & legis latæ in se doctrinam contineat, & assumptæ à Domino carnis afferat notionem, & impietatem populi anterioris exprobret, & futuræ cognitionis nostræ fidem nunciet.*

Vates agunt directè de Christo, & indirectè de historia.

Quæ cùm ita sint, iterata consolatio poterit 11.
esse bipartita, ita, vt altera tendat ad libertatem
temporalem, altera ad libertatem spiritualem,
quæ videtur esse mens S. Thomæ: ac si Deus
diceret: *Consolamini populum*, ô Vates, promittẽdâ libertate corporali. certissimè enim absoluetur iugo seruitij Babylonici: sed multo magis,
& ampliori titulo *consolamini populum meum*, 12.
vniuersum, scilicet, genus hominum promittendâ libertate spirituali, quia absque dubio
liberabitur seruitute diaboli: quæ seruitus quo
est grauior & miserabilior, quàm illa altera, eo
liberatio & fuga est iucundior: at quoniam
hoc spectat ad causam consolationis, differendum est vsque ad
versum sequentem.

Vers. 2.

Vers. 2. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

13. *Loqui ad cor quid. Cor pro mente, intellectu & affectu.*
LOquendi formula satis familiaris Scripturæ S. nec minus cognita, *loqui ad cor*, id est, ea, quæ vnicuique sunt cordi, grata, iucunda: cor enim pro mente, pro intellectu, & affectu sæpe ponitur. Exempla istius locutionis prætereo, vt pote obuia lectori.

14. *Ierusalem vnus sumitur.*
Ierusalem hoc loco, si pressè & propriè lubeat sumere, stabit pro typo generis humani; sin malimus latiùs & figuratè capere, erit ecclesia Saluatoris conflanda e Iudæis & Gétilibus.

Aduocare, quid.
Aduocate eam.] Fauorabilis etiam notio: quē enim aduocamus, ei vt benefaciamus, aut saltē, vt benedicamus, aduocamus, aut vt nobis faueat, inde *Aduocatus*. Vnde LXX. freti vi & notione verbi Græci παρακαλεῖν, vtrobique illud adhibent, & suprà vers. 1. pro *consolamini*, & hîc, pro *aduocate*, παρακαλέσατε αὐτήν, *consolamini eam*. Ab hoc eodem verbo παράκλητος ducitur,
15. *Paracleti synon.*
id est, *Paracletus*, quod nomen Spiritui sancto tribuitur, & Consolator exponitur. Itaque tria vocabula, *consolari, loqui ad cor, aduocare*, eodem pene excurrunt.

16. *Consolatio vera non absque dolore & pœnitentia.*
Illud fortasse non insulsè, aut inutiliter adnotabitur, verbum ex iis primum Hebræum esse, נחם *nachám*, quod est, & *consolari*, & *pœnitere*, vt subindicetur, nisi præcedat in nobis quippe peccatoribus, pœnitentia, non posse subsequi veram consolationem: & quò acerbior extiterit dolor ob Dei offensas, eo cumulatiorem & solidiorem fore in Deo lætitiam. quâ de vicissitudine illud possit intelligi Psal. 93. v. 19. *Secundùm multitudinē dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Con*solationes* Hebraicè ab eâdem radice, נחם *nacham*. Mira progenies, & soboles; è tristitia nasci lætitiam, & consolationem.

17. *Quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius.*] Causa, materiésque cōsolationis & gaudij subscribitur. Ac primùm de lectione. Hebraicè, צבא *tsebaá*, quæ vox est exercitus, militia, statio, ordo ministrādi non solùm in profano, sed etiam in sacro officio. Numer. 4. v. 3. *Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos, & familias suas, à trigesimo anno & suprà, vsque ad quinquagesimum annum, omniū, qui ingrediuntur, vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis.* Hebr. *qui ingrediuntur ad tsebaà, vt mini-*
18. *strent in tabernaculo.* Ex quo loco certò sumitur, latiùs patere, quàm vt ad militarem disciplinam arctari debeat. LXX. hoc loco, ταπείνωσις, i. *humiliationem* conuertunt, & Iob 7. v. 1. vbi Latina: *Militia est vita hominis super terram.* illi,

Militia explorat animos. Militia & malitia parum distant sensu.
πειρατήριον, i. *tentationem*, seu periclitationem: quod minus abest, nam militia tentat, & explorat militum vires, animos, industriam, patientiam, & id genus alia. quæ tentatio quia sine labore, & sine molestia non fit, si malitia hîc, vt etiam alibi, pro labore sumatur, parùm à militiâ, sensu, sonóque distabit. Vnde *completa* siue
19. *Militi emerito conceditur requies.*
malitia, siue *militia*, siue *humiliatio*, laboris & doloris terminū ostendit: quietē, vacationem, tranquillitatem bello functis, & quasi emeritis militibus promittit.

Et quoniam, vt nuper admonui, ita res Euāgelica tractatur, vt obiter & cursim historia vetus respiciatur, *Militia completa* poterit exponi; ministratio legis Mosaicæ abolita: vt noui & antiqui fideles sacramento veteris legis sint exsoluti, Iudæi propriè illo exsoluantur, ac liberentur, quo antea erant fortiter adacti, & astricti; Gentiles verò minus propriè dicantur exsolui, quatenus illo minimè sint alligandi: quâ de re cùm initiò nascentis Ecclesiæ nata esset quæstio; Act. 15. v. 8. *Conuenerunt Apostoli, & seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere, &c. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* Hæc laboriosa, grauisque militia, quæ in vócem Hebraicam, vt vidimus, etiam cadit, dicitur esse completa; quia ab aduentu Saluatoris erat abroganda. 10. *Lex Mosis abolita.*

At opponis: Si est *militia vita hominis super terram*, vt apud Iob 7. v. 1. & apud Paulum 2. Tim. 2. v. 3. *Labora sicut bonus miles Christi Iesu: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*, & 1. Tim. 1. v. 18. *Vt milites in illis bonam militiā.* 21. *Occupatio.*

Ergo non expleta est militia, sed commutata; abscessit illa vetus & ceremonialis, successit noua & Euāgelica. Respōdeo, ita esse: sed militiam illam veterem fuisse laboriosam, grauem, duram, molestam, quod patet è testimonio Petri inducto; at militia Euangelica ést plena suauitatis, dulcedinis & quietis: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.* En requiem apertè & sine verborū anfractu Christus Imperator suis discipulis ac militibus spondet, ac proinde immunitatem à laboribus, vacationem ab oneribus, & muneribus odiosis ac molestis. Sed cùm posset obiectari, iuberi homines eiusmodi iugum suis humeris tollere, quod videretur promissis repugnare, occurrit Dominus addens: *iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Iugum quidem, non asperum, & durum, vt illud legis veteris, sed leue, leue, suaue: Onus sanè, sed non graue, inportabile, vti illud legis Mosaicæ Act. 15. v. 10. sed leue, sublatu facile. 22. *Euangelica lex succedit veteri. Lex vetus ponderosa, molesta: Christi, leuis.* Matth. 11. v. 29. 23.

Quomodo leuius lege Euangelium, (quærit istic Hieronymus,) *cùm in lege homicidium, in Euangelio ira damnetur? Quâ ratione Euangelij gratia facilior: cùm in lege adulterium, in Euangelio concupiscentia puniatur?* His respondet idem Hieron. *In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse compleri, plenissimè docet. in Euangelio voluntas quæritur: quæ etiamsi effectum non habuerit, præmium non amittit. Euangelium ea præcipit, quæ possumus, ne scilicet concupiscamus; hoc in arbitrio nostro est. Lex cùm voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium faciat.* Hæc ille. quæ benigniùs sunt interpretanda, vt cum ipsâ veritate, & fidei regulâ conueniant, quâ docemur, Deum difficilia, non impossibilia omninò, posse præcipere; & adulterij, homicidij, & cuiusuis peccati concupiscentiam ex suo genere esse illicitam, & æquè in lege veteri, atque in nouâ damnatam, licèt demus, non fuisse vtrobique æquè bene cogni- 24. *Hieronym.* 25. *Benigniùs interpretandus S. Hier. Desiderium rei illicitæ semper fuit peccatum.*

Euangelium cur suauius lege Mosis.

cam malitiam eius. Est ergo facilius Euãgelium lege, quia ista multa cauebat, quę ex se non erãt necessaria, sed opportuna ad continendum populum rudem, & duræ ceruicis in officio. Deinde, quia sublata sunt in Euangelio seuerissima illa supplicia, quibus sontes plectebantur.

26. Præterea, in lege omnia ferè vi & timore extorquebantur, quo nihil potest grauius accidere: in Euangelio caritas impetrat, & suauia efficit: vbi fas est dicere: *Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras.* (Psal. 16. v. 4.) quæ vix duræ præ dilectionis suauitate mollescunt; lex denique, vt non semel Augustinus admonet, iubebat, sed non iuuabat; at Euangelium onerat, & leuat; iubet, & adiuuat. Lege August. de verbis Domini ser. 9. c. 3. Vnde vere & simpliciter dici potuit de hoc tempore: *Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est malitia (seu militia) eius.* Soluta est sacramento illo militari, graui, & duro, & astricta est alio facili, & suaui.

27. Tametsi fateor ingenuè, istum sensum mihi non videri admodum germanum; quia tamen non video esse valde alienum, in gratiam lectoris, cui possit esse opportunus, & multo magis in gratiam Euangelij, cui est fauorabilis, placuit fusiùs exponere. quem breuiter & cursim de more Forerius attigit, his vocibus; *Quasi insinuet iam non esse militandum in Tabernaculo, & cõsummatum esse ministerium Leuiticum: & iam nouam militiam exercendam, quam Paulus insinuans, & ad veterem alludens docebat, 1. Timoth. 1. Hoc præceptum commẽdo tibi iuxta prophetias, quæ de te præcesserunt, vt milites in eis bonam militiam.*

Sensus non valde litteralis, at vtilis.

Forer.

28. *Dimissa est iniquitas illius.*] Caussa caussæ exponitur. ideo enim expleta & expuncta est malitia, seu laboriosa militia, quia *dimissa est iniquitas.* Nã etsi non rarò in paginis sanctis *iniquitas, peccatum*, & eius notæ alia vocabula pro suppliciis, & pœnis debitis supponuntur, hoc tamen loco nihil aspicio, quo inuitemur ad istiusmodi expositionem: ergo *dimissa iniquitas*, est culpa remissa & condonata: seu *peccatum solutum*, vt apud LXX. sunt enim peccata vincula arctissima, quibus animus astringitur, & nodi Gordij, quibus implicatur, soli Deo solubilia. Ad quæ peccata cõsequitur reatus, ac debitũ luendi pœnas maiores, minorésve, prout fuit grauior, vel leuior Dei offensa & iniuria. quæ obligatio nũquam exsoluitur, donec sit dimissa iniquitas: licet cõtra possit euenire, vt culpa sit & iniquitas remissa, & tamen reatus ad supplicium remaneat, saltem ex parte. Ergo integra & plena remissio, ac indulgentia existit, cùm & culpa tollitur, & reatus aboletur, siue quia peccator in hoc seculò debitas pœnas luit, siue quia Deus eas indulget. & vtrouis modo fiat, magna est Dei benignitas & misericordia, vertere supplicium æternum in temporale. Hoc tantum ac tale beneficium hic promittitur.

Peccatum, & similia pro pœnis.

Peccata sunt vincula.

Reatus consequitur culpam.

Plena remissio quæ.

29. *Dimissa est iniquitas illius; suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.*] Secundùm ea, quæ suprà posui, videtur facilis explicatus istius periodi: Deus pœnas exegit, peccator sese respiciens patienter tulit, ideóque *dimissa est iniquitas illius.* Sed hunc explicatum in primis impedit, & perturbat, illud nomen, *duplicia.* Deus enim nunquam doplo maiorem pœnam delicto imponit: imò vt est verum decretum Theologicum, punit citra condignum.

30. Hæc oppositio torsit interpretes plerosque, & alios aliò distraxit: Adamum, vt crederet, *duplicia*, non esse supplicia, sed beneficia, nempe, Deum adeò liberaliter, & clementer se gessisse, vt iniurias sibi grauissimas illatas beneficiis ac donis compensauerit. Aliena, etsi pia expositio: nam vt alia sileam, Adamus hæreret dum exponeret, quænam essent illa duo beneficia, præcisè, & non plura: at ille sese expediret respondendo esse ingentia beneficia. *Per duplicia ergo*, ait ille, *intelligimus & redemptionem à diabolo, & dona, siue charismata spiritus, quæ largitur credentibus.* Igitur non propriè *duplicia*, debemus accipere.

Duplicia varie significant.
Adamus.
Refellitur.

31. Arias ad originalem & actualem culpam accurrit, at cui insidens hæc sententia? *suscepit de manu Domini* originalem & actualem culpam, siue (vt ille conatos emollire duritiem verbi) duplicem morbum, & duplex intemperamentum ex originali & actuali peccato proueniens *pro omnibus peccatis suis.* Hæc enim expositio pluribus nominibus est absurda: primò, quia docet, hominem de manu Dei suscipere peccatum, seu procliuitatem ad peccandum, quod posterius, etsi minus, & mollius, nihil aliud est, quàm hominem à Deo tentari, & quodammodo inclinari ad peccandum, contra regulam fidei ab Apostolo Iacobo traditam c. 1. v. 13. *Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia suâ abstractus, & illectus.* Quare, si hoc loco, vt ait Arias: *ægrotum, id est, humanum genus, pro duplici intemperamento, primo quidem apud primos parentes contracto, deinde verò ex actualibus peccati culpa. repetito, duplici morbi grauitate affectum significat:* (verba sunt autoris bona fide reposita) iam Deus tentator malorum euaderet: quod quia fieri nequit, fit, vt neque homo peccatum vllum, neque morbum animi inde secutum de manu Domini susceperit.

Arias.
Improbatur.
Deus tentator non est malorum.
Iacob. 1. v. 13.

32. Nam quamuis possit, & consueuerit vnum peccatũ esse pœna alterius peccati, vt doctè & largè ostendit S. Aug. lib. 5. contra Iulianũ c. 3. & de Gratia & libero arbitrio c. 20. c. 21. id intelligi debet de actualibus: quare secundò peccat Arias dum asserit pro peccatis actualibus suscepisse genus humanum morbum & intemperamentum originalis peccati, cùm hic morbus sit naturâ prior, & in ipsâ generatione contractus: aliorum omnium radix, origo, seminarium.

Peccati pœna est peccatum aliquando.
S. Aug.

33. Denique cùm apertè hîc efferatur, suscepisse *duplicia pro omnibus peccatis*, à culpâ pœna omnino diuiditur, alioquin si *duplicia* sint etiam peccata, eadem prorsus peccata essent sui pœna, quod nemo non videt esse absurdissimum. Nam illud Augustinianum *Iussisti Domine, & ita factum est, vt inordinatus animus ipse sibi sit pœna*: istud, inquam, aliò pergit: scilicet ad angores, & dolores è conscientia scelerum ortos. quod dedit occasionem Poëtis ad Furias confingendas.

Peccatum non potest esse pœna sui ipsius.
Scelerum conscientia cruciat.

Hieronymus, cui Hugo hæsit, vastationem Chaldaicam, & Romanã per *duplicia* exponit. non placet; primò, quia Euangelici temporis sensum excludit, deinde, quia aliud est, duo, aliud est, duplicia, hoc est enim nomẽ numerale, comparatiuum, & respectiuum. Quâ ratione expellitur etiã expositio Ariæ suprà aliis rationibus amandata. Reiicitur quoque alia interpretatio

Hieron. non satisfacit.

pretatio Hugonis de binâ angustiâ corporis, & animi. Et S. Bonauentura Sap. 11. v. 21. exponens duplicem pœnam damni & sensus: vel, exteriorem corporis, & interiorem animi; at si recepit pœnam damni, quomodo *dimissa est iniquitas illius?* Vox enim Hebræa כִּפְלַיִם *cephlaim*, est à verbo כָּפַל *caphal*, quod est *geminare, duplicare*, atque adeò nomen, est idem quod Latinè, *dupla*, Græcè, *διπλᾶ*, vt rectè L X X. vertere; quod proportionem apertè significat: Hispanè, *Recibio al doblo: otro tanto mas.*

34. Vnde Cyrillus, vim verbi secutus duplo maiores pœnas interpretatur, non quòd re ipsâ Deus ab hominibus exegerit, sed quòd loquatur more patris blandientis, postquam in filium sibi carum delinquentem animaduertit, qui sibi videtur vltra mensuram fuisse commotus. Hæc eadem interpretatio arrisit Forerio, Sanctio: & est probabilis, proditque incomprehensam Dei misericordiam, atque clementiam: qui benefaciens, largiénsque supra merita, & vota, nunquam sibi satisfacit, vlteriora & ampliora hominibus beneficia procurans: idémque citra condignum puniens videtur sibi punitionis metam excessisse.

Cyril. propè accedit. Deus vel in puniendo pius.

35. Sed cùm hæc dupli proportio, & comparatio ad multa referri queat, aliter eam licebit exponere: vt, nimirum, Deus affirmet duplo maius supplicium inflixisse, quàm vellet, vel, quam esurierat. Zach. c. 1. v. 15. *Ira magna irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum.* Quod si intelligamus de persecutionibus, quas passa fuit Ecclesia Christi recens nata plures, & grauissimas à tyrannis, & ab aliis priuatis infidelibus, tam Gentilibus, quàm Iudæis, & etiam hæreticis, *duplicia* accipere simpliciùs non videbitur absurdum: nam si Iob verè potuit dicere, cap. 6. v. 2. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in staterâ; quasi arena maris hæc grauior appareret*: potuit etiam Deus asserere, Iob duplicia recepisse de manu Domini pro omnibus peccatis suis.

Supr. c. 10. 7.

Ecclesia in ortu grauiùs afflicta.

36. Quo loco obseruandum, Deum varias ob causas solere immittere tribulationes, & calamitates; nonnunquam, ad eluendas peccatorum sordes, interdum iis iam omnino elutis, ad cumulanda merita, ad aliorum exemplum, Tob. c. 2. v. 12. *Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cùm ab infantiâ suâ semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.*

Deus in tribulando homines, ad varia respicit.

37. Vnde quamuis Iob & Tobias aliquas leues noxas admisissent, quæ expiatæ sunt tolerantiâ calamitatum, tamen illi labores, & dolores omnes non propriè censebantur pœnæ culparum, & adæquatè, sed inadæquatè: quare grauior dici potuit esse afflictio & tribulatio, quàm culpa. Idem omnino de Ecclesiâ Apostolicâ & Christianâ in exordio licebit affirmare: quæ, cùm admirabili morum integritate & sanctitate floreret, acerbissimè & crudelissimè illius filij excruciabantur; atque adeò de eâ dici potest: *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Ambros. Psal. 118. v. 147. cùm hunc locum retulisset, è versione L X X. addidit: *Quàm citò dixit, plenitudinem delictorum so-*

Afflictio grauior culpâ est.

Gabr. Al uat. in Isai. Tom. 2.

lutionem esse peccati, & repetiuit causam consolationis, eo maius esse reconciliationis insigne, quo numerosior fuerit pœna quam culpa. Itaque Ambrosius cognoscit, grauiorem esse pœnam, quam culpam. De crudelitate persecutionum, quibus Ecclesia fuit probata, inter alios Lactantius agit egregiè lib. 5. Institut. cap. 9. vide quæso. Denique *duplicia* pro magnis; Orig. homil. 12. in Ierem. c. 16. v. 18. *Et reddam primùm duplices iniquitates*; Hebr. *Reddam duplum iniquitatibus eorum*: Vide illic Castrium. Riberam Zachar. c. 9. v. 12.

Vers. 3. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini: rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

EVangelica tempora hîc apertè describi nemo ambigit qui Euangelistas legit. Ambigitur autem, litteralitérne, an typicè pertineat ad Euangelium. Omnes quattuor Euangelistæ conceptis verbis affirmant hoc de Ioanne Baptista ab Isaiâ fuisse prædictum, Matth. 3. v. 3. *Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: Vox clamantis, &c.* Marc. 1. v. 2. *Sicut scriptum est in Isaiâ prophetâ: Ecce ego mitto Angelum, &c. Vox clamantis in deserto, &c.* Luc. 3. v. 3. *Et venit in omnem regionem Iordanis, &c. Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, &c.* Ioan. 1. v. 22. *Quid dicis de te ipso? ait: Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.* 38.

39. Tametsi non me fugit, viros egregiè doctos, ac pios velle, hæc ad litteram attinere ad exitum Iudæorum e Babylonia, & typicè tantùm ad Ioannem & Euangelium; sanè, vt quod iudico, non dissimulem, si hoc vaticinium ab omnibus Euangelistis tam vniformiter, totidem verbis, tam simpliciter adductum, & Ioanni tributum, non sensu litterali, sed mystico, & figuratiuo allegatur, non video ipse, vnde possimus euincere, alia testimonia veteris Testamenti in Nouo citata, in sensu litterali fuisse citata. quare ad reuincendos Iudæos, & præsertim hæreticos, multorum & fortium argumentorum telis exarmabimur. Theologia enim mystica, & typica contra hostes Ecclesiæ est imbellis. quâ de re aliàs. Nunc ad rem: quis sibi persuaserit, cùm à Ioanne quærunt Sacerdotes Ierosolymitani & alij sanctarum Scripturarum periti, *Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos?* & ille respondet, se esse eam vocem ab Isaiâ prædictam, quod de iis, qui præirent viam redeunti populo à captiuitate, scriptum erat indubiè, id sibi Baptistam adaptasse, seu potiùs vsurpasse? Nam est certissimum, voluisse Ioannem testimonio sanctarum Scripturarum, quod illi legati reiicere non possent, ostendere, se esse Christi Præcursorem. Vnde fit omnino incredibile, ad id conuincendum, arrogasse verba aliena, & vsum fuisse sensu tantùm accommodatitio. Ego quidem, vt huic sententiæ animum ac iudicium accommodem, à me impetrare non possum.

Locus S. Scripturæ a vnus cum aliis citatur, vnus dignoscendum, an id fiat in sensu litterali.

Vide Marianam de editione vulgata c. 5.

Verſ. 3. Vox clamantis in deſerto : Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.

40. Locus illuſtris, ſi quis alius in Iſaiâ, & ab illuſtribus interpretibus variè diſſertus. ſed conuenit inter omnes antiquioris ſeculi proceres, hanc *vocem clamantem in deſerto*, eſſe Præcurſorem Domini Ioannem Baptiſtam. & verò illi conuenire vaticinium quis ſaluâ fide negauerit, cùm ipſemet Ioannes pro publicâ legatione interrogatus, quiſnam eſſet, tam apertè, & diſertè reſponderit : Ioan. 1. v. 23. *Ego vox clamantis in deſerto : dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta* : cùmque Matthæus c. 3. v. 3. ſcribat : *Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam prophetam dicentem : Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini : rectas facite ſemitas eius.* & Marc. c. 1. v. 2. *Sicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta : Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te : Vox clamantis in deſerto ; parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius* : & Luc. cap. 3. v. 3. *Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ : Vox clamantis in deſerto : parate viam Domini : rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur : & omnis mons & collis humiliabitur : & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas, & videbit omnis caro ſalutare Dei.*

41. *De ſenſu litterali dubitatio.* Ergo duntaxat eſſe dubium quiuerit, an litterali ſenſu, an verò ſpirituali tantùm hæc Ioanni Baptiſtæ competant: hoc eſt, quod apud Catholicos doctores controuertitur, de hoc litis tota. Sed antequam iſtorum diſſidium repræſento, placet monere, non paucis olim *Rabbini aliqui de Meſſia exponūt.* doctoribus Hebræis viſum fuiſſe, huius capitis argumentum ſpectare ad tempus Meſſiæ, vt referunt Lyra, & alij; tametſi Hebræi inter exponendum, de more nugas & fabulas admiſceant. Sed hoc intereà hinc arripimus, eos iudicaſſe, quæ hoc capite traduntur, ob amplitudinem, vel ob aliam cauſam, redeunti populo è ſeruitute Babylonicâ quadrare non poſſe.

41. *Opinio modernorum.* Sed hac non impediente ratione, neque Euangeliſtarum, & ipſius Ioannis Baptiſtæ auctoritate, & citatione prædicta, ſentiunt nonnulli hiſtorice hæc prænuntiari de Iudæo populo reduce ab exilio Chaldaico; myſticè verò, & ſpiritualiter duntaxat, de Eccleſia Chriſti, déque eius Euangelio.

42. *Sed nō multorum.* Cæterum in eam interpretationem iuiſſe pedibus non tot video, quot à Sanctio noſtro producuntur. Nam in primis Theodoretus c. 5. Baruch, locum duntaxat illum exponit: de Iſaia verò nullam facit mentionem, aut alluſionem: quin alterius quàm hiſtorici illius ſenſus, non meminit. S. Thomas non è ſuo, ſed ex alieno id proponit iis verbis: *Quidam ſic exponunt Vox Dei, clamantis,* &c. Ipſe verò apertè docet, hanc vocem eſſe Baptiſtam. Adamus etſi ait, captiuitatem populi Iudaici, & generis humani ita miſceri à prophetis vt ſæpè neſcias, quò aſpiciant : tamen paulo antè refellens Iudæos dixerat : *iſtud commentum non eſſe probabile, clarum fieri ex ſequentibus, quæ non quadrant in populum illius temporis.*

Ergo ex antiquioribus quos ipſe viderim, ſolus reſtat Hugo Cardinalis, qui litteraliter hoc exponit de populo Iudæo : è recentioribus alios eſſe fateor, Ianſenium in Concordia c. 13. Maldonatum Matth. c. 3. v. 1. & v. 3. Baruch cap. 5. verſ. 7. Toletum Luc. cap. 3. notat. 20. quibus accedit Sanctius. Sed ego vix à me poſſum obtinere, vt huic ſententiæ conſentiam: 43. vt enim alibi memini me longiùs diſputaſſe, c. 6. verſ. 9. de ſenſu interiori. cap. 11. n. 69. c. 21. n. 54. c. 14. n. 89. ſi cùm Euangeliſtæ, aut alij Scriptores Canonici locum aliquem S. Scripturæ ad id, de quo agitur, confirmandum, vel illuſtrandum inducunt, non ſenſum proprium, germanúmque nempe litteralem attendunt, ſed ſolum typicum, atque ſpiritualem, ſeu, vt aliis etiam placet, accommodatitium, id eſt, quod aliis de rebus, aut perſonis eſt ſcriptum, ipſi propter aliquam affinitatem, aliò transferunt, & accommodant : ſi hoc, inquam, ſæpè euenit, cùm neuter ex iis ſenſibus ſit ſatis ad reuincendos infideles, & contumaces, non intelligo, quomodo non eneruetur vis multorum argumentorum, quibus hæreticos premere conſueuimus, innixi hoc fundamento; quòd ille ſit ſenſus litteralis S. Scripturæ, quē alius ſcriptor canonicus ſua citatione, aut expoſitione proponit. Poſſit enim è veſtigio excipere aduerſarius : ſenſum myſticum eſſe varium, nec immeritò: cùm hoc genus argumentandi ſit anceps, lubricum, atque ideo eluctabile. Maneat ergo 44. quidquid ſit de aliis vaticiniis, quæ ſuis quodque locis meliùs excutiuntur, hîc, ſecundùm litteralem & hiſtoricam ſententiam, agi de Ioanne Baptiſta, aut ſingillatim, aut ſaltem communiter de eo, & de aliis prædicatoribus Euangelicis, quales fuerunt præcipuè Apoſtoli, qui ſua prædicatione viam Chriſto & Euangelio excipiendo præmunierunt, & ſtrauerunt. Quòd ſi qua commemoratio redeuntis populi à captiuitate admitti debeat, ego exiſtimarim, Iſaiam ex deſtinato & ex inſtituto prædicere voluiſſe Euangelicos euentus; ex occulto verò, & quaſi per tranſennam reſpexiſſe reuerſionem & liberationem illam, veluti figuram, & proluſionem iſtius. Itaque non ſatis eſſe iudico, vt in exemplari & typo, in illa reuerſione & liberatione præfigurari, & præmonſtrari Euāgelicam libertatem, ſed contendo hanc ſolam hoc capite prædici, & ad illam fieri ſolam alluſionem, ſi neceſſariò concedi debeat, admiſceri aliqualem mentionem prioris libertatis : quam neceſſitatem ego non cogor agnoſcere.

Ad ſenſum Canonici adducunt S. Scripturam in ſenſu myſtico.

Senſus alius, niſi litteralis non reuincit.

Quòd eludant & eneruant S. Scripturam contra infideles.

Hic litteraliter de Baptiſta.

Auctoris ſententia.

45. Et quidem hanc eſſe Iſaiæ mentem, de rebus Euangelicis agere, omiſsâ mentione veteris Teſtamenti, etſi eſt concors interpretum exiſtimatio, demtis illis paucis ſuprà relatis, nihilominus tamen, quoniam locus adeò ſplendidus eſt, & caput, vnde religantur pleraque quæ ſequuntur, non pigebit indicem texere antiquiorum Patrum ita ſentientium, & ſimpliciter exponentium : ij ſunt Tertul. lib. 4. in Marcionem. cap. 11. cap. 18. cap. 33. lib. 5. cap. 5. Orig. tom. 7. in Ioannem. Clemens Alexandrinus in principio ſermonis adhortatorij. Nazianzenus orat. 38. quæ eſt de Natiuit. Euſebius lib. 3. Demonſtrat. cap. 1. & lib. 9. c. 5. multo apertiùs. Epiphanius lib. 2. hæreſi 69. ad medium. Iuſtinus in dialogo cum Triphone paulo ante medium. Ambroſius de Vocatione Gentium lib. 1.

Auctores noſtræ ſententiæ. Tertul. Orig. Clē. Alex. Nazianz. Euſeb. Epiph. Iuſtin. Ambroſ.

Chrysost.

lib. 1. c. 3. & in Epist. ad Roman. cap. 3. vers. 20. Chrysost. in Marcum homil. 1. & in Matth. hom. 6.

46. Quamobrem qui potest cum tot, ac tantis Ecclesiæ doctoribus atque luminibus hoc vaticinium ad Euangelium præcisè referre, sanè non est, cur malit in angustam illam Iudaicam libertatem & regressionem è Babylonià demittere: nam vt in processu patebit, neque illius reditus angustiæ tantam rerum amplitudinem capere possunt: neque illius populi reducis timor, angor, solicitudo, periculum ab hostibus finitimis, tantam felicitatem, & tam imperturbatam pacem, quantam Isaias deinceps promittit, vllà ratione videntur admittere. Quo loco quadrat quod Hilar. ad Psal. 125. dixit; *Verborum, dictorumque virtus eius reditus gratulationem, quæ post captiuitatem Babylonia indultus est, nunc nos intelligere non patitur: cùm præsertim eumdem reditum grauior postea sit consecuta captiuitas, & indignum sit propheta, tanquam ignorantem, amoto omni captiuitatis opprobrio gratulari; cùm vindemutabili rursus opprobrio captiuitas iterata successerit. Est autem nunc omnis, sicutè singularum rerum expositione mõstrabimus, ex captiuitate vitiorum in libertatem cognitionis Dei, redeuntis animæ gratulatio.* Hæc Hilarius, quæ ad institutum facta, seu ficta videri possint. Apud quem in Psal. 126. vers. 1. plura in eandem rem inuenies. Sed iam propiùs ad verba explicanda accedamus.

47. *Vox clamantis in deserto: parate viam Domini.*] In primis libet inquirere, quisnam sit nexus huius versiculi cum superioribus. Vates præmiserat, & promiserat Dei populo consolationem, & eius causam attulerat, quòd esset remittenda culpa, & soluenda militia: posset ergo populus quærere, quando hæc erunt, & quod signum tam felicis seculi imminentis? huic quæstioni obuiam it Isaias, ac docet; vbi audita fuerit *vox clamantis in deserto*, &c. tunc intelligite, aduentasse eiusmodi tempus. Perinde, atque apparuerit prodromus, scitote non procul esse Dominum. Quare non debet videri inepta, aut putida interpretatio, quam tradit Forerius, de quo suprà num. 27. & indicat Osorius, quæ in *militia completâ* versiculi superioris agnoscit legis Mosaicæ cæremonias, & stationem Leuiticam, tanquam olim staretur, & militaretur in Tabernaculo, creditque Forerius istùc allusisse Apostolum scribentem ad Timoth. epist. 1. cap. 1. vers. 18. *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundùm præcedentes prophetias, vt milites in illis bonam militiam.* Hanc allusionem recognoscit etiam noster Cornelius à Lapide, eo loco Timothei: confirmátque vterque autor ex Num. cap. 4. vers. 30. vbi Vulgatus ita: *A triginta annis, & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui, & cultum fœderis testimonij*: at Hebraicè: *qui ingreditur ad militiam, ad seruiendum seruitium.* Et Exod. cap. 38. vers. 8 Quæ mulieres dicuntur excubare in ostio Tabernaculi, Hebraicè, *militare* perhibentur.

48. Et quoniam militia suopte ingenio est laboriosa, aspera, periculosa, molesta, iis qui diu militauerant, & stipendia multa fecerant, pro præmio, & beneficio, soluebatur, & remittebatur sacramentum militare: instar igitur eius moris, adhibens pro futuro præteritum vaticinatur Isaias: *Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam; quoniam completa est militia eius.* Militia illa prisca adeò grauis, & intolerabilis erat, vt premeret, & ferè opprimeret milites suos, quod profitetur S. Petrus Act. 15. vers. 10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus.* Quare non potuit non accidere lætum prænuncium, eam militiam aliquando esse desituram, & leuiorem aliam, & honoratiorem successuram: *Iugum enim meum*, inquit Dux ipse & Imperator Christus, *suaue est, & onus meum leue*, Matth. 11. v. 30. Relege suprà n. 20. Quoniã Ioãnes futurus erat limes veteris & noui Testamenti, vt obseruat Tertul. in Marcio lib. 4. c. 33. his verbis: *Quasi nõ & nos limitem quendam agnoscamus Ioannẽ constitutum inter vetera & noua, ad quem desineret Iudaismus, & à quo inciperet Christianismus.* vnde potuit promere August. contra epist. Pelagia. lib. 3. cap. 4. cùm ait: *Huius generis fuerunt antiqui omnes iusti, & ipse Moyses testamenti minister veteris, hæres noui, quia ex fide, quâ nos viuimus, vnà eâdémque vixerunt, incarnationem, passionem, resurrectionémque Christi credentes futuram, quam nos credimus factam vsque ad ipsum Ioannẽ Baptistam, tanquam præteritæ dispẽsationis limitem quendam, qui Mediatorem ipsum non aliquâ vmbrâ futuri, vel allegoricâ significatione, vel vllâ propheticâ prænunciatione venturum esse significans, sed digito demonstrauit.*

Tertul. *Ioannes Baptista limes vtriusque Testamenti.* Aug.

49. Vtrique doctori ansam præbere potuerunt, verba Christi aientis Luc. cap. 16. vers. 16. *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem; ex eo regnum Dei euangelizatur.* & Matth. cap. 11. vers. 13. *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt*: hoc est, lex vetus, & fœdus illud antiquum vsque ad Ioannem durauit, & viguit: Ioanne adueniente, & clamante, cessauit, antiquatum est. Militiæ priscæ sacramentum tenuit, obligauitque eius æui & ordinis homines; vbi autem affuit Ioannes, limes vtriusque testamenti, illa militaris disciplina euanuit, amota est: alia verò suffecta est militia Euangelica, & Christiana, nunquam abroganda, in finem vsque seculi duratura. Illa prior floruit ad tempus, sed postea exaruit, cecidit: hæc altera, quod est Euangelium, quod est ipsummet Dei verbum, manet in æternum. Tertul. suprà citatus lib. 4. Marcio. cap. 33. videtur approbare istiusmodi contextum, nam disputans & euincens eundem esse autorem legis veteris & nouæ, sic excurrit: *Nam etsi probauimus, & vetera transitura, & noua successura prædicari à creatore; si Ioannes antecursor, & præparator ostenditur viarum Domini Euangelium superducturi, & regnum Dei promulgaturi: & ex hoc iam, quòd Ioannes venit, ipse erit Christus, qui Ioannem erat subsecuturus, vt antecursorem: etsi desierunt vetera, & cœperunt noua interstite Ioanne, non erit mirum quòd ex dispositione est creatoris: vt vnde magis probetur, quàm ex legis & prophetarum in Ioannem occasu, & exinde ortu, regnum Dei. Transeat igitur cælum & terra citiùs, sicut & lex & Prophetæ, quàm vnus apex verborum Domini. Verbum enim, inquit Isaias, Dei nostri manet in æuum. Nam quoniam in Isaia tunc Christus, Sermo scilicet, & Spiritus creatoris Ioannẽ prædicarat; vocem clamantis in deserto parare viam Domini, in hoc venturum, vt legis & Prophetarum ordo exinde cessaret, per adimpletionem, non per destructionem, & regnum Dei à Christo annunciaretur; ideo subtexuit, faciliùs elementa transitura*

Lex antiqua antiquatur.

Euangelica lex durat.

Tertul. applaudit nobis.

tura, quam verba sua confirmans, hoc quoque quod de Ioanne prædixeras, non prætermisisti.

50. Quo ex Tertullianico discursu illud apparet, sensisse in primis, ab Isaia Ioannem clamantem, ac prædicantem hoc loco fuisse submissum, vt ostenderet, & portenderet, Mosaicæ legis occasum, & Euangelicæ legis exortum. Deinde cùm tam diserte ait: *in hoc Ioannem venturum, vt legis & Prophetarum ordo exinde cessaret per adimpletionem, non per destructionem*: nobis adsauet, & applaudit in eo, quod docemus, *militiam* istam *completam*, seu *complendam*, esse legem veterem; nam vocabulum *Ordo legis & Prophetarum*, quo Tertullianus Latinæ linguæ scientissimus, vtitur, militare quid sonat, & sapit. & addens: cessaturam *per adimpletionem*, etsi aspicit ad illud Euangelicum Saluatoris Matth. 5. vers. 17. *Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere*: Sed hoc ipsum eloquium Christi possumus nos, non putidè, existimare, esse allusionem ad Isaiam, qui idcirco, *militiam* non absolutè prædixerit, esse soluendã, laxandã, aut quid affine, sed, *implendam*, vt indicaret, non omnino exauctorandos esse milites, & militari sacramento, quo tenebantur astricti, liberandos; sed illud sacramentum in aliud faeilius, excellentius, & vtilius commutandum. Eò facit L X X. interpretatio: *impleta est humiliatio eius*; hoc est, illa humilis & deiecta militia, illa præexercitatio legalis versa est in aliam nobilem & præcelsam, nempe in Euangelicam: nam humilia impleri, idem est quod exaltari, vt liquet ex sequentibus: *Omnis vallis exaltabitur*, quod L X X. reddunt: *implebitur*. Hæc de nexu, iam de ipso sensu.

Lex Mosis & militia fuit velitatio ad militiã Christi. Vide infrà c. 42. n. 260. *Exaltandi & implendi verbo.*

51. *Vox clamantis in deserto.*] Ex Hebræo anceps est flexio, *clamant*, aut *clamantis*; sed significatio eadem: nam vox clamat, quatenus ipsamet est clamor. Quoniam apud Ioannem Euangelistam cap. 1. vers. 22. rogatus Baptista quisnam esset, & recusans omnes titulos sibi oblatos, *Messiæ, Eliæ, Prophetæ*, cùm vlterius vrgeretur, *Quid dicis de te ipso?* ait: *Ego vox clamantis in deserto*. quoniam, ait: *Ego vox*: inde arripiunt occasionem aliqui argutandi, perinde ac Præcursor eò intenderit, vt se duntaxat vocem, Christum verò Verbum esse discreuerit: vox enim exterior, index est verbi interioris. Orig. tomo 9. in Ioan. in initio: *Sed profectò adiuuari Ioannem ad formationem à Domino, qui adhuc cum formaretur, perrexit in matre ad Elisabetham, ei perspicuum erit, qui tenuerit, quæ disseruimus, dum diceremus Ioannem esse vocem, Iesum vero sermonem*, (repone *Verbum*) *magna enim vox fit in Elisabeth repleta Spiritu sancto, ob Mariæ salutationẽ, vt lectio ipsa docet hunc in modum habens: Et clamauit voce magnâ, scilicet Elisabeth, & dixit: Vox enim salutationis Mariæ, quæ peruenit ad aures Elisabeth, repleuit Ioannem si ipsâ, quam ob causam subsilit Ioannes, materque veluti os filij, & prophetissa efficitur voce magnâ clamans ac dicens: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus ille fructus ventris tui.*

Vox clamantis quid. Orig.

52. Quæ argutia tametsi litteralis non est, potest videri moralis. illa alia minus est aliena, nimirum, dum Præcursor est in vtero, eius matrem per vocem & clamorem Mariæ matris Verbi repleri Spiritu sancto, & infantem exilire, vt per vocem Mariæ Ioannes futurus vox & præco Saluatoris quodammodo efformetur. Hic itaque ordo reperitur collectus è Luca, cap. 1. vers. 41. Maria vocem emittens salutat Elisabetham: quâ acceptâ voce & salutatione puer Ioannes exultat in vtero, hoc est, tacitus clamat; ipseque Spiritu sancto plenus replet matrem, quæ statim clamat & exclamat. Audi Lucam: *Factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Audi istic etiam Ambrosium ita scribentem; *Vide distinctionem, singulorumque verborum proprietatem. Vocem prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij.* & post pauca: *Exultauit infans, repleta est mater. Non prius mater repleta quàm filius: sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, repleuit & matrem.* Cernis, quanta, qualisque fuerit paratura vocis istius, quæ erat in deserto clamatura: Synagogæ quodammodo finis, & Euangelicæ legis ac Ecclesię felicissima initiatio, nedum initium. 53.

Luc. 1. v. 41.

Aug. serm. 20. de Sanctis, qui est de S. Ioanne Baptista, examinat cur Ioannes dicatur vox: *Quid est, quòd beatus Ioannes se vocem esse dixit? id est, quia Verbi annunciator & prædicator erat. hic iam feliciter inquiramus quid inter verbum sit, & vocem. Scriptura sancta verbum esse definiunt, ipsam cogitationem, quæ adhuc intra conscientiæ secreta retinetur, vocem verò per quam profertur in medium. Vox sonus est index cogitationis: verbum ipsa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus, necessaria est vox, quasi quoddam vehiculum verbi: & quamlibet verbum ipsum per oris sonum ad alium transferamus, tamen illud integrũ intra nos, id est, clausum à loquente transfertur, vt tamen in suâ sede teneatur: ita & omnipotens Pater innotescere nobis volens sapientiam, & verbum illud, quod in principio erat Deus apud Deum, sicut ipse testatur: Eructauit cor meum verbum bonum, beatum Ioannem quasi vocem, per quam ad nos verbum suum proferret, assumsit.*

Aug. *Verbũ vox, que differentia quæ.*

Hæc verba vera licèt, vereor tamen, vt sint ad rem; nam eâ ratione non magis fuerit vox Ioannes Baptista, quàm Ioannes Euangelista, quàm Petrus & alius quiuis Apostolus. Fuit ergo Baptista vox, non præcisè, sed vox clamantis in deserto, hortantisque ad parandam viam Christo, quod fuit proprium eius officium, vt illico erit apertius. Denique *vox clamantis*; i. is qui clamat: Sic Apocal. cap. 1. vers. 12. ait Ioannes: *Conuersus sum, vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum.* hoc est, loquentem mecum: neque enim conuersus est, vt videret vocem, quam audierat, sed vt videret eum, cuius vocem audierat. 54.

Clamantis.] Clamor, est libera, publica, ac perseuerãs prædicatio. Clamamus, & inclamamus iis, qui sunt procul, aut si propè, minus habiles habentes aures. Ergo Ioannes ideo clamat, quia alloquitur Gentiles longè positos, & Iudæos propè sitos, sed auribus incircumcisis, obturatis, Actor. 7. v. 51. Ioannes clamat voce, & multo magis opere. *Ille erat lucerna ardens & lucens*, Ioan. 5. v. 35. Quod tam illustre Christi testimonium S. Bernardus in serm. de eius Natiuitate, prudenter expendens ait: *Est enim tantùm lucere vanum, tantùm ardere parum; ardere, & lucere perfectum.*

Ioannes clamat multis modis.

fectum. & deinde: *Ille erat lucerna ardens, & lucens: non ait, lucens & ardens: quia Ioannis ex feruore splendor, non feruor prodiit ex splendore. Sunt enim qui non eo lucent, quia feruent: sed magis feruent, vt luceant. at isti planè non feruent caritatis spiritu, sed studio vanitatis. Vultis nosse quemadmodum arsit Ioannes? Ego veriemque in eo triplicem posse arbitror inueniri, & ardorem scilicet, & splendorem. Ardens enim erat in seipso vehementi austeritate conuersationis: erga Christum intimo quodam & pleno feruore deuotionis: erga peccantes proximos, liberâ constantiâ prædicationis. Luxit nihilominus, vt paucis dixero, exemplo, digito, verbo: & seipsum ostendens ad imitationem, & luminare maius, quod latebat ad peccatorum remissionem, & ipsas quoque tenebras nostras illuminans: sicut scriptum est; Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine Deus, illustra tenebras meas, scilicet, ad corruptionem. Considera igitur hominem Angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine pænitentiæ mirare feruorem.*

55. Clamat ergo Ioannes adhuc clausus vtero, dum exultando, & gestiendo, Christi etiam latentis præsentiam prodit: clamat recens natus, dum patri muto vocem & clamorem restituit; clamat adultus austeritate vitæ, clamat prædicatione, clamat & ostendit digito Saluatorem: vnde, vt Cardinalis Toletus aduertit Ioan. cap. 1. notat. 61. vox dici potuit, quia; *totum, quod erat in Ioanne, vox erat, inducens Iudæos ad pænitentiam, ad obseruationem, & fidem: si spectare velis eius natiuitatem, conuersationem, vitam, vestitum, & prædicationem, inuenies Ioannem non solum loqui, sed omnibus iis, & eorum singulis clamare; & ideo meritò vocem clamantem appellari, non ergo sine particulari mysterio dictus est vox.*

Toletus Cardin.

56. *In deserto: parate viam Domini.*] Particula, *in deserto*, iungenda superiori, hoc modo: *Vox clamantis in deserto*, non verò iungenda inferiori, *in deserto parate viam Domini*. Itaque clamor fit in deserto, paratura viæ non item. Ex qua disiunctione ampliùs confirmatur, hoc non pertinere ad viam materialem, qua regressi sunt è Babylone Iudæi. Nugantur hoc loco doctores Hebræi, asseuerántque instante tempore reuersionis auditam fuisse einsmodi vocem, quæ monéret captiuos, vt reuerterentur in patriam. At vox quidem audiebatur, sed vnde procederet, prorsus ignorabatur. Vt tamen constaret, diuinitus emitti, non humanitus, in saltibus, & in siluis, in quibus non solent habitare fœminæ, audiebatur vox illa gracilis, & fœminea: at in vrbibus & vicis, in quibus minor est virorum frequentia, audiebatur vox illa robusta & virilis; vox hæc erat: Parate viam Domini; hoc est, comparate vos ad reditum ab exilio in patriam. Hæc lego apud Hugonem: talia sunt Rabbinorum commentaria, dicere volui commenta.

Constructio.

Hebræi Rabbini nugantur.

57. Desertum hoc, est illud, in quo Ioannem prædicasse scribunt Euangelistæ: Matth. 3. vers. 1. *In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ*: additur, Iudææ, vt hoc desertum ab aliis separetur, multa enim deserta in S. Scripturis memorantur, sed cùm præcisè desertum nominatur, hoc Iudææ desertum intelligitur. Matth. 11. vers. 7. *Quid existis in desertum videre?* de Baptistâ incolâ huius deserti; Matth. 4. vers. 1. *Iesus ductus est in desertum à Spiritu*: iacebat autè hoc desertum inter Septentrionem & Orientem circa ac prope Iordanem, vt colligitur ex Ioanne cap. 3. vers. 23. *Erat autem & Ioannes baptizans in Ænnon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi, & veniebant, & baptizabantur. Ænnon verò & Salim* iuxta, citraque Iordanem erant, vt constat ex topographiâ.

Desertum in quo Ioannes.

58. At dubitari non immeritò possit, cur Ioannes clamaturus, prædicaturúsque secesserit, Deo autore, in eremum: nam cùm aliquem aliquid frustrà conari, significare volumus, adagialiter Hispanè dicimus: *Es predicar en desierto*. ex hac quæstione quidam nostri temporis hæretici facilè euaderent, quippe interpretantes *desertum*, loca habitata, sed minus frequenter, quos doctè & grauiter refutarunt Petrus Canisius de corruptelis verbi Dei, & Ioan. Maldonatus Matth. cap. 3. vers. 1. Sed isti hæretici alio consilio desertum in oppida & loca culta conuertunt, nempe monastico instituto infensi.

Cur Ioannes prædicarit in deserto

59. Quamobrem ergo Ioannes sit motus, ibique prædicauerit, è probatis autoribus caussas aliquas lectas reponam. Sit prima: Erat Ioannes limes vtriusque testamenti, vt suprà patuit, finem allaturus veteri legi: Lex vetus nata est in deserto, decuit, vt moraretur in deserto. Secunda: Venit Ioannes in spiritu & virtute Eliæ, Elias verò fuit eremicola. Tertia: Debuit Præcursor Domini in magna esse apud populos, & veneratione & existimatione, ac proinde eius vita & conuersatio non debuit esse popularis, sed secreta à turbis, remota ab oculis, rara, insolens, admirabilis: familiaritas enim parit contemtum: vt supra hominem putaretur, qui ab omni humano cultu, conuictúque adeò incredibiliter abhorreret, vt à Christo Domino, *neque manducans, neque bibens*, sit appellatus. Vnde fuit consecutum, vt pro ipso Christo à multis fuerit habitus. Quâ sanctitatis opinione, & famâ ad se videndum, & audiendum ex vrbibus, & oppidis hominum multitudinem & frequentiam euocauit: atque adeò & in deserto, & in maximâ frequentiâ, & effusâ, ac confusâ multitudine docebat: quod fuit maius & admirabilius, quàm si in frequentissimis vrbibus prædicans audiretur. Matth. cap. 3. vers. 5. *In diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto, &c. Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua.* Itaque Baptistâ prædicante, desertum erat frequentissimum & refertissimum hominibus, vrbes ac oppida erant deserta. Quarta ratio sumitur è verbis suprà recitatis ex Ioan. cap. 3. vers. 23. quia ad Baptismum opus erat aquis, quæ in locis desertis affluebant.

60. Hæc litteralia sunt; sed non desunt autores graues, qui spiritualia sectentur. Origenes cum primis homil. 21. in Lucam ita: *Quia plures filij credituri erant desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum, idcirco factum est verbum ad Ioannem filium Zachariæ in deserto. Simúlque considera, quòd magis rationem habet, si mysticè intelligatur desertum, & non secundùm simplicem litteram, qui enim in deserto prædicat, superfluè facit, ibi vociferare, vbi nullus se loquentem exaudit. Præcursor ergo Christi, & vox clamantis in deserto, prædicat in deserto animæ, quæ non habebat pacem.* Hilarius

Desertũ pro gentilitate.

canone

canone 2. in Matth. de Ioanne sic loquitur: *Fuerant prædicantes & locus opportunior, & vestitus vilior, & cibus aptior.* Deinde de loco: *Nã & ad desertam Iudææ venit; desertam Dei frequentatione, non populi, & vacuam sancti Spiritus habitatione, non hominum, vt prædicationis locus eorum, quibus prædicatio erat missa, solitudinem protestaretur.* Denique quoniam qui ad loca deserta accedunt, deserunt ciuitates & populos, in eo nobis ostenditur eos esse idoneos auditores Euangelio, qui suos affectus immoderatos deponunt, & abiiciunt. Exod. 3. vers. 1. *Cùmque minasset gregem ad interiora deserti:* scilicet Moyses; cui Dominus: *Solue calceamentum de pedibus tuis:* idest, vt Bernardus exponit in cap. 12. Apocal. *inuolucra pone carnalium cogitationum.* Itaque excalceatos, & exspoliatos terrenis affectibus Deus censet idoneos spectatores & auditores suorum mysteriorum, quod est spirituale desertum. Et sane feruor, ac cupiditas audiendi verbum Dei maximè elucet, cùm relictis vrbibus, oppidisque ad deserta homines accurrunt. quod potissimè scimus euenisse in prædicatione Ioannis & Christi, vt in hoc etiam Præcursor Domino esset assimilis.

Auditor verbi Dei qualis.

61. *Parate viam Domini.*] Qui sensum litteralem esse contendunt de reditu Hebræorum à Babylone, non ita facilè hanc particulam aptare possunt, nam *parare viam Domini*, non est idem, quod comparare se ad viam, vt exponunt auctores illius opinionis; sed via eius esse dicitur, & ei paratur, qui illam est initurus, vnde: Parate viam populi, esset clamandum: quare cùm clamatur: *Parate viam Domini*, venturo Domino paranda & sternenda præcipitur. *A consuetudine regum*, ait Maldonatus Luc. cap. 3. vers. 5. *metaphora sumta est, quibus regnum suum, aut vrbem aliquam ineuntibus, via non explanari modo, verùm etiam ornari solent. hoc ergo est, parate viam Domini, idest Domino venturo: rectas facite semitas eius, idest, quibus ille transiturus est.*

Parare viã Domini quid.

62. Hæc illic Maldonatus: quæ non apte hærent, si sensus historicus sit de reductione populi è Babylone: nam esset necesse, vt populus ille, cui via sterni præscribitur, fuisset figura Saluatoris venturi; quod valde dissilit: nam populus ille à Deo liberatus è captiuitate & seruitute miserà reducebatur postliminio in patriam, ac pristinam libertatem. Quod si quis dixerit, non sic accommodandam esse figuram; sed hoc modo: vt via iubeatur expediri Deo ducenti, ac reducenti populum suum è Chaldæà, quasi Deus ipse præiret, vti præierat in exitu Israël de Ægypto: si hoc, inquam, quis dixerit, quod Maldonatus citatus docet, ne hoc quidem congruit: nam in reditu ex Ægypto solus ipse Dominus sibi & popolo viam muniebat, neque erat alius, qui pararet. idem dici potest de reditu è Babylone: qui enim erunt, quibus inclametur: *Parate viam Domino* præeunti, ac reducenti populum suum? non Iudæi, nam eis potissimum impediris, detentisque expedienda est via: non Chaldæi, neque enim possent esse typus excipientium Saluatorem, cùm Chaldæi, si quo modo viam pararunt, non vt ipsi Deum exciperent, sed vt ad Ierusalem cum populo suo peruenirent, appararunt.

63. Ergo quadrat omnino hæc monitio iis, qui possent, atque deberent Christum aduentantem recipere: qui hâc metaphoricâ locutione monentur, iubenturque omnia submouere impedimenta & obstacula, quibus ad eorum animos & corda Saluatoris aduentus, hoc est, eius fides & caritas prohiberi posset, aut impediri: aut aliquo modo retardari; eò enim pertinet quod sequitur, *Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.*

Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.] 64.
Viarum obliquitas & tortuositas non prohibet omnino, sed præpedit, & retardat accessum: rectitudo verò & directio adiuuat, vt citiùs iter conficiatur. Itaque Vates, Deo auctore, vias Christo venturo faciles, expeditas, breues exigit, ideirco absque vllà obliquitate directas. Vnde Baptista apud Ioannem cap. 1. vers. 23. *Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta:* itaque quod est apud Isaiam commune vocabulum פנו *panù*, *parate* vertit: *dirigite*, rectam facite viam Domini. Neque ab hoc proposito est alienum, quòd in secundà pericope eiusdem sententiæ, quæ est quasi iteratio superioris, non resumitur *via*, Hebr. דרך *derech*, sed *semita*, Hebr. מסלה *mesilah*, solet enim semita rectior esse, ac proinde breuior, quàm via regia & militaris: ex quo alicubi in Hispanià pro semità *dreZera* vsurpatur.

Viarum directio spiritalis.

Semita & via differũt.

Differt præterea semita à viâ, quòd hæc sit 65.
ampla & lata, illa verò angusta; hæc facilis, illa difficilior; sed hoc loco pro eàdem re sumi crediderim, sicuti & alibi sæpius, vt monui suprà cap. 2. vers. 3. tametsi illic pro semita aliud est vocabulum Hebraicum.

Huic expositionis contextui obstare videtur 66.
illa vox, *in solitudine*; ait enim: *rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.* neque enim istic asserere licet, vocem, *in solitudine*, non debere componi cum reliquis, vt suprà asserui: particulam *in deserto* non construi cum reliquis sequentibus: *Parate viam Domini*, sed cum antecedentibus: *Vox clamantis*, scil. *in deserto*: vt clamor esset in deserto, viæ verò paratura non item: hæc, inquam, constructio huic loco non congruit, cùm ita habeat: *rectas facite in solitudine semitas Dei nostri*: etsi Forerius sibi persuasit, resumi debere particulam superiorem, *vox clamantis*; hoc pacto: *Vox clamantis in deserto*: at quid clamat? *Parate viam Domini*; & non contentus is qui clamat, id monuisse semel, nam clamans consueuit iterare quæ diceret, iterum admonet: *Rectas facite, in solitudine*, (supple clamabat vox illa) *semitas Dei nostri*: tametsi Forerij hæc fuerit persuasio, & L X X. omiserint nomen, *in solitudine*, perinde existimarent, absque eo sensum constare; quia tamen in Hebraico contextu reperitur, & in Latino vulgato, & in Hebraico est nomen à primo diuersum, prius enim est מדבר *midbar*, posterius verò ערבה *barabah*, iudico vnum nomen ab altero, significatione differre: & prius desertum esse proprium, ac corporale, posterius autem metaphoricum, & mysticum; quod variè potest exponi.

Arias sentit, esse humanæ vitæ solitudinem 67.
& sterilitatem, bonorũ nimirum operum inopiam, non solùm cum cælesti copiâ, sed cum illà primæuà conditione comparatam. Forerius & alij, in hâc *solitudine* Gentilitatem agnoscunt, sed eo in sensu, ad Apostolos & alios

alios doctores Euangelicos pertineret hæc viarum pręparatio. Solitudo etiam corporalis non parum facit ad spiritualem & internam solitudinem: nam nihil æquè adducit ad sapientiam, quam quiescere, & cum aliis parum, secum autem loqui plurimum. Et quoniam sumitur, spiritualiter debere accipi, hanc *solitudinem*, non videbitur absonum, si eam, prauorum affectuum, & cupiditatum remotionem interpretemur, vt animus ab his vitiositatibus sit desertus, liber, vacuus, immunis. nihil est enim quod magis Dei spiritualem aduentum, Euangelicam fidem, & caritatem impediat, & arceat, quàm turba tumultuantium, ac frementium cupiditatum; quasi Vates diceret: *Rectas facite semitas Dei*, ac proinde, date operam, vt sit solitudo concupiscentiarum, nam nisi istæ animos hominum deseruerint, ac proinde in eis nisi solitudinem effecerint, viæ rectæ & habiles Deo venturo esse non poterunt. Quãto verò ad diuina sit opportunior solitudo hęc spiritualis, quàm corporalis, Bernardus serm. 40. in Cantica, iis verbis aperuit: *De cætero sola tibi inducitur mentis, & spiritus solitudo. Solus es, si non communia cogites, si non affectes præsentia, si despicias quod multi suspiciũt, si fastidias quod omnes desiderant, si iurgia deuites, si damna nõ sentias, si non recorderis iniuriarũ.* Seneca epist. 56. *Omnia licèt foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non vexentur cupiditas & timor, dũ auaritia luxuriaque non dissideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? Omnia noctis erant placidà composita quiete: falsum est: nulla placida quies est, nisi quam ratio composuit.* En prauarum affectionum solitudo: in quà facile est semitas Dei nostri dirigere: & sine quà, id est impossibile.

Solitudo spiritualis.

Bern.

68\. Et quoniam Ioannes missus est à Deo vt Christo venturo hanc in cordibus humanis procuraret, & appararet solitudinem, decuit valde, vt non solùm eius prædicatio, eius vita, victúsque, sed etiam locus ipse desertus ac solitarius ad eam rem hortaretur; quare aptissimè: *Vox clamantis in deserto*, scilicet, corporali; *parate viam Domini*; & quasi auditor quæreret: quæ via & quomodo paranda nobis erit? adiicit: *Rectas facite in solitudine*; nempe spirituali, *semitas Dei nostri.* Quæ monitio si non ad ipsos homines, qui Christum deberent excipere, sed ad Apostolos & eorum successores dirigitur, id mandat illis; vt in aliis eam vitiorum solitudinem conentur efficere.

Quò intendebat Apostolus Petrus 1. cap. 2. vers. 11. dum scriberet: *Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.* & Coapostolus Paulus Galat. 5. vers. 24. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitiis, & concupiscentiis.* Quarum similium sententiarum plena sunt Apostolica & Euangelica volumina. Quare Augustino licuit verè dicere: *Diminutio cupiditatis, augmentum est caritatis, perfecta caritas, nulla cupiditas* Ergo quo quis ab ista concupiscentiarum noxiâ turbâ remotior, eo erit excipiẽdo Domino aptior, qui interueniente dilectione recipitur. Eius rei aliqualis adumbratio, cùm Christo ingredienti cũ pompâ & celebritate Ierosolymã *multi*, vt ait Marc. 11. v. 8. *vestimenta sua strauerunt in via*: vtrique quę exuerant, & prosternenda iactauere.

Vers. 4. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Quominus viæ sint rectæ, multa solent impedire: in vrbibus ædificia ipsa, quæ à se distantia vicissim, & non ad parallelum erecta vias prauas ac distortas efficiunt: in locis desertis abest id impedimenti, sed solet adesse aliud, nimirum vallium & montium occursus; quæ vt superentur obstacula, opus est circuitu, & obliquitate: at verò, terræ tumulus tumórque qui assurgit, & euadit in montem, si in adiacentem & depressam vallem deiicitur, tũc impleta valle, & exæquato monte, existit planities, & campus, in quo est facillimum efficere; vt via antea praua, fit directa, & quæ erat aspera, fit æqualis & plana. Cyril. infrà cap. 42. vers. 16. *Colles & concauitates viam efficiunt inæqualem. Cum autem tumulus non est, nec cauitas, recta semper est via: & permeabilis, & omnibus difficultatibus extricata.* Hæc si ad spiritualem sensum commodum & proposito insidentem redigas, Vatis mentem assequeris. 69.

Viarum impedimenta.

Principio, licèt, primo obtutu, videri possit, in Valle intelligi humiles, in Colle verò & Monte superbos, affiniter ad illud Euangelium: *Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur*: tamen re vera id non est continens; quia hîc agitur, vti vidimus, de impedimentis viarum, quo minus rectà procedant, ad quod tam impedit vallis humilis, quàm collis erectus & mons excelsus: vnde vtrumque in deterius hoc loco interpretandum. ob quam rationem etiam excluditur ille alius sensus qui posset occurrere, si in valle humili populus Gentilis abiectus, & in monte sublimi populus Hebræus superbus significaretur: nam etsi ex depressione & humiliatione Iudęorum quodammodo exaltati sunt Gentiles, vt Paulus affirmat, Roman. cap. 11. v. 12. *Delictum illorum salus est Gentium, & diminutio eorum diuitiæ Gentium*: non erat tamen ex se impedimentũ Iudaici populi perseuerans in verà religione status, & celsitudo, ita vt ad præparandũ & expediendum Saluatori aditum esset necessarius illius casus, & diminutio: nam cùm dicitur, *omnis vallis exaltabitur, & omnis mons humiliabitur*, in vtroque extremo significatur vitium, & peccatum, in disparilitate par; vtrumque enim ait submouendum, vt possit consequi planities & rectitudo viarum. 70.

Vallis, quid. Collis, & mons.

Aug. Psal. 106. vers. 8.

Ergo ad institutum prophetiæ erit aptius, si vitia opposita in illis oppositis terminis & vocibus accipiamus: nempe, in *montibus & collibus* tumorem, superbiam, arrogantiam: quâ nihil potest esse magis aduersarium Euangelio: in *vallibus* verò depressis, pusillanimitatem, animi deiectionem, & abiectionem; quæ etiam summopere impedit Christianam disciplinam; nam hæc fortes, constantes & generosos spiritus exigit, quæ fortitudo, constantia & generositas præcipuè fuit necessaria, cùm primùm mũdus Christum venientem admittebat, vt posset resistere hostibus potentissimis, acerrimis, pertinacissimis, atque crudelissimis: quod 71.

Vallis pro pusillanimi.

qood luce clarius enituit in persecutionibus, quas vbique tyranni infensissimè contra Christianam Ecclesiam excitarunt, excitatas obstinatissime sunt prosecuti. Et verò citra eiusmodi publicas insectationes, fortis & magnanimi viri est Christianum institutum, 1. Petr. 5. vers. 8. *Sobrij estote, & vigilate; quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens,*
72. *quem deuoret: Cui resistite fortes in fide.* Periculum simul ostendit & remedium: videlicet, *fortitudinem in fide, cui resistite fortes in fide*: ergo cui desit fortitudo, cui insit pusillitas animi, deiectio, is succumbet aduersario fortis verò & magnanimus eum ab se abiget: quod Antonius sanctissimus & fortissimus Christi miles sæpenumero expertus suos crebrò discipulos monebat. Quocirca, vti arrogantia & præsumtio quoad spirituales pugnas est omnino vitanda; ita defecta animi humilitas & diffidentia est fugienda: detrahendum ergo de illo tumore & spiritu audaciori, & addendum, adijciendúmque vacuitati, & inanitati, quæ prouenit ex nimiâ sui abiectione, vt sublatis vtrinque inæqualitatibus, & vitiis oppositis, omnia euadant æqualia, plana, expedita, directa, mollia, peruia, facilia: nihil sit quod aduentantis summi Principis accessum arceat, retardet, impediat. Hæc mihi videtur esse mens istius translationis: cui S. Thomas assentitur. Hilar. Psal. 67. vers. 5. *Parate itinere in nobis, id est, vitiorum, infidelitatisque nostræ vel compressis tumoribus, vel eleuatâ humilitate terrenæ labis, iturus cum rectis, æquitatis, vitæque semitis in corda nostra descendat.*

Noli esse nimium humilis.

73. Quod si generaliùs lector malit accipere, nihil moror: vt in *collibus* excessus omnes; in *vallibus* autem defectus adnotentur, qui vtrinque sunt vitiosi; vt prodigalitas & auaritia; seueritas, & nimia indulgentia, siue remissio, & aliæ id genus affectuum vitiosæ contrarietates, quæ expositio Ariam Montanum habet autorem. Neque spernendũ quod Sanctius noster affert: vt in *praua* vitrum intelligamus vafritiem, simulationem, fraudem, calliditatem & hypocrisim; hæc enim omnia sunt similia anfractibus, & sinnosis circuitionibus viarum. at *aspera* nobis indicent iracundiam, stomachum, morositatem, amaritudinem, & alia affinia, quæ Domino in animos nostros descensuro aditum occludunt: fiant ergo *praua in directa*, idest, abscedat calliditas, succedat simplicitas: *& aspera in vias planas*; hoc est, abeat iracondia, redeat mansuetodo: Dominus enim docebit mites vias suas; qui ait: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: idest, absque simulatione, & hypocrisi, sincerè & simpliciter.

Colles pro excessu, & vallis pro defectu.

Directio, & prauitas pro simplicitate, & calliditate.

Psal. 24 v. 9. Matth. 11. 29.

Vers. 5. Et reuelabitur gloria Domini: & videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum est.

74. QVænam gloria Domini reuelanda? Dicies Dei potentia & maiestas in reducendo populo suo, ac restituendo in patriam, Cyro adeò placato, & beneuolo. Fateor in eiusmodi facinore Dei gloriam eluxisse; sed cùm Vates ait: *Reuelabitur gloria Domini*, aliud occultius, arcanius, grandius, inopinatius prodere vult: quis enim dubitaret, aut nesciret eum qui ex Ægypto populum illum tam potenter & admirabiliter eduxisset, posse eundem è manibus Chaldæorum eripere? aut cui hæc liberatio supra opinionem videretur memori prioris? itaque hæc Isaiæ grandiloquentia: *Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quòd os Domini locutum est*, in tam angustam sedem commodè recipi non poterit.

Reuelare gloriam Domini.

Ergo *gloria Domini*, nihil est aliud, quàm gloriosissimus Saluatoris aduentus in mundum. hæc est gloria, quam Seraphim illi suprà cap. 6. vers. 3. clamore intento prædicabant, dum dicerent: *Plena est omnis terra gloriâ eius*: vt illic explico, & Hieronymus disertè profitetur ibidem: *Et nequaquam templum, inquit ille, Iudæorum sicut prius, sed omnem terram illius gloriâ plenam esse testatur, qui pro nostrâ salute dignatus est humanum corpus assumere, ad terrásque descendere.* Hæc est gloria de quâ Ioannis 1. vers. 14. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.* *Vidimus*: Græcè, ἐθεασάμεθα, quasi in thea- 75.
tro spectauimus; quæ enim antea latebat, occulebatur, prodiit, apparuit in mundo, veluti in quodam publico & communi theatro: replicatâ quasi cortinâ, spectatoribus est proposita & reuelata gloria Domini.

Gloria Domini quid.

Itaque verbum *reuelo*, tam Latinè, quàm Hebraice, est rem opertam discooperire, absconditam propalare. Quid verò magis opertum, & absconditum, quam incarnandi Verbi mysterium, antequam à Deo ostenderetur, & exhiberetur? Colos. 1. vers. 26. *Mysterium, quod absconditum fuit à seculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ.*

Reuelare quid.

Quem locum etsi in commentario eius epi- 76.
stolæ exposui, non pigebit, quæ huic loco fuerint apta, inde transferre: *Mysterium*, vox Græca: μυστήριον, arcanum, sacramentum, res diuina, intellectu non facilis: quam aliquandiu celare oportebat, præsertim profanos. Notat Chrys. illic, non satis fuisse Apostolo dicere, κεκρυμμένον, idest, conditum, sed dixisse, ἀποκεκρυμμένον, hoc est absconditum, quo magis constaret, quàm esset ab humanâ suspicione remotum. *Absconditum à seculis, & generationibus*; prius ad tempora, posterius ad homines & Angelos etiam pertinet. neque enim angelicus intellectus citra reuelationem diuinam, posset assequi, aut suspicari eiusmodi mysterij possibilitatem, nedum ipsam inet effectionem. *Nunc autem manifestatum est*: *Nunc*, cum Dei filius descendit in mundum, prodijt in hoc publicum & commune theatrum: Vates, *Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quòd os Domini locutum est*, nimirum, Dei Verbum incarnatum, alioquin caro Deum videre non posset: Ioan. 1. vers. 14. suprà num. 74. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius.* ideo enim Deus factus est caro, vt omnis caro habilis fieret gloriæ eius videndæ, & spectandæ: alioquin Dei gloria carneos oculos perstringeret hebetarétque.

Mysterium quid.

Porrò gloriam Moisis descendentis de mon- 77.
te, dum legem à Deo acceptam referret, filij Israël sustinere non poterant: sed opus fuit vt

Moses fronte velatus.

Moses

Moses faciem suam cùm loquebatur, obtegeret velo, vt scribitur Exod. cap. 34. vers. 33. vers. 35. Quod Paulus 2. Co. 3. vers. 7. euoluens & accommodans ita disserit & argumentatur: *Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloriâ, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur; quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? nam si ministratio damnationis gloria est, multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.*

78 Ingens sanè discrimen inter vtramque gloriam, cùm gloria Moisis, gloria fuerit ministri, qui ministrabat legem, legem, inquam, timoris, & comminationis, quæ mortem transgressoribus intentaret, quæque iuberet, & non iuuaret; idcirco appellatur *ministratio mortis, & damnationis*: gloria autem Christi, fuit *gloria quasi vnigeniti à Patre*: quo loco, particula, *quasi*, non similitudinem, sed ipsissimam veritatem & proprietatem inducit, quod aliàs etiam visitur; & nomen *vnigeniti* non vacuum est, aut fortuitum, & pro filio suffectum, sed, vt acutè Maldonatus obseruat, eò spectat, vt intelligatur, Patris gloriam veluti hæreditatem in plures liberos non esse diuisam, sed cùm Patris æterni vnicus sit filius, ad eum totam illibatam & integram peruenisse, esse paternæ gloriæ hæredem ex asse. Quare gloria Christi tanta fuit, quanta decuit Dei filium, & filium vnigenitum. at gloria Moisis, (nam est verosimile eò aspexisse Euangelistam) fuit talis, qualis cadere poterat in famulum, honestæ tamen conditionis. Audiamus Apostolum disertis verbis hoc exponentem Hebr. cap. 3. vers. 3. *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua.*

Vide infrà vers. 11. n. 98.

Vnigenitus, plus quàm filius.

79 Ergo si prima illa legislatio breui abolenda, lapideis tabulis insculpta, quæ & legis ipsius rigorem, & populi, cui ferebatur, duritiē aptè portenderent, conuēnit & oportuit, vt esset gloriosa, vt legislatoris, seu veriùs, promulgatoris talis esset splendor gloriæ, vt intuentium oculos obcæcaret, ideóque esset necesse, vultum velamine obtegere: quanta qualisque debuit esse maiestas, gloria, honor, claritudo, dignitas legislatoris Christi, qui non vti minister legem publicabat acceptam, sed vt autor ipse princepsque sanciebat, qui non plebiscitum ad breue tempus duraturum, sed testamentum condebat æternum, non litteris & atramento deformatum, sed suo pretiosissimo sanguine consignatum: qui non iura asperitate timoris, sed suauissima dilectionis mandata intimabat?

Lex verus cum gloriâ.

Hoc argumentum, nempe, vtriusque legis, legisque latoris differentiam cùm sibi Paulus proposuisset in epist. ad Hebræos pro dignitate tractandum, quod affatim est exsecutus, tractationem sic fuit exorsus: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis; nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio: quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula.* Quantum interest inter filium & famulos, tantum differet illius locutio à locutione istorum: & dignitas ac gloria vnius, à dignitate, & gloria aliorum: cum ille vnus sit hæres bonorum omnium paternorum: aliis verò vt seruis non hæreditas, sed merces, imò victus quotidianus, & parcus competat. Non potuit igitur non esse gloriosissimus nostri Saluatoris aduentus: *qui cum sit splendor gloriæ,* (addit Paulus) *& figura substantiæ eius, portánsque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomē hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, hodie genui te.*

Legis vtriusque differentia.

Hebr. 1. v. 1.

Aduentus Christi gloriosus.

Aptissimè Christus quà Deus, effertur *splendor gloriæ eius*, idest, Patris; nam splendor à re ipsâ splendidâ sine mutatione procedit, & illam efficit manifestam: sic Filius Patris gloriam mundo manifestauit. sic ipse Ioan. 17. vers. 4. *Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quam habui, antequam mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.* 80.

Christus splendor Patris.

Vnde, cùm Vates noster ait: *Reuelabitur gloria Domini,* licet nobis interpretari, Dei Patris maiestatem per Christum debere innotescere, aut ipsum Dei filium hominibus fore reuelandum, arcanæ ac sacrosanctæ Incarnationis interuentu. itaque *Gloria Domini,* & est ipsemet Christus, & honor, laus, glorificatio quæ ex tanti operis patratione Deo accessit: & hoc posterius magis hæret insequentibus: *Et videbit omnis caro pariter quod os Domini est locutum*: seu, vt L X X. *Videbit omnis caro salutare Dei.* 81.

At antequam ad hæc enucleanda veniam, libet rogare, quomodo dicatur: *gloria Domini reuelabitur*, cùm secundùm supradicta, potiùs dici deberet, *velabitur*: nam si Moisis gloriam adeò modicam & exilem oportuit velari, ne læderet aspicientium oculos, aut quia ferre illum splendorem non poterant; fuit igitur multo magis necessarium, vt Dei filius hæres, & capax totius paternæ gloriæ, eam velaret, & obtegeret, ne aciem humanæ mentis obtunderet, & excæcaret: ideóque induisse creditur mortalitatis nostræ velamen, vt suam claritatis magnitudinem imbecillitati nostræ mentis attemperaret. August. de Doctrinâ Christianâ lib. 1. cap. 11. *Non enim ad eum, qui vbique præsens est, locis mouemur, sed bono studio, bonisque moribus. quod non possumus, nisi ipsa sapientia tanta etiam nostræ infirmitati congruere dignaretur, & viuendi nobis præberet exemplum, non aliter, quàm in homine, quoniam & nos homines sumus.* Et inferiùs cap. 13. *Quomodo venit, nisi quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Sicuti cùm loquimur, vt id, quod in animâ gerimus, in audientis animum per aures carneas illabatur, fit sonus verbum, quod corde gestamus, & locutio vocatur; nec tamen in eundem sonum cogitatio nostra conuertitur, sed apud se manēs*

August.

Incarnationis caussa.

Verbum mētis vestiendum.

integra, formam vocis, quâ se insinuet auribus, sine aliquâ labe, sine mutatione assumit: ita Verbum Dei non commutatum, caro tamen factum est, vt habitaret in nobis.

82. Vnde, quemadmodum verbum mentis humanæ aliis nequit innotescere, nisi voce & sono vestitum: sic Verbum Patris, vt hominibus esset notum, humanæ carnis velamen assumsit: ergo velata, & non reuelata fuit gloria Domini.

Hanc quæstionem dirimit Apostolus veteris Testamenti interpres eximius: nam in epist. 2. Cor. cap. 3. cùm illam comparationem suprà relatam num. 77. attulisset de lege Moysis, & lege Christi, & docuisset, multo maiorem gloriam & claritatem fuisse Christi quàm Moysis, quasi occurrens obiectioni, dum quis dicere posset: Velet igitur Christus faciem suam, vbi nos alloquitur, vt sustinere valeamus, Apostolus adiicit: *Nos verò omnes reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem; tanquam à Domini spiritu.* (2. Cor. 3. vers. 18.)

83. (*Lex vetus vmbra.*) Erat Moyses typus Iesu Christi, lex illa figura & vmbra legis Euangelicæ, vmbra verò obscura est, atque adeò inuoluens & occultans ter obumbratar: decuit ergo, vt Moses legem illam vmbratilem è monte ferens & promulgans faciem velaret, & obumbraret: quo gestu portenderet, illam vmbram aliquando subducendam, & quod typus & figura velabat, suo tempore reuelandum.

Velabantur autem olim sacrosancta Christi Domini mysteria & sacramenta, quia infirma erat acies oculorum illius populi ad tam immensam diuinæ lucis claritudinem sustinendam.

84. Ineunte verò tempore, & statu, quo abigendæ erant tenebræ, vmbræ, figuræ; superuenerunt ipsa lux, veritas, claritas: nempe Dei filius incarnatus: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis*, Ioan. 1. vers. 14. & deinde vers. 17. *Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Moyses fuit præco, aut typus, præfigurans legislatorem: Christus verus legislator, & autor: lex illa vmbra, Christus, & eius Euangelium *veritas*. Hebr. 10. v. 1. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.*

85. Ex quo planè cognoscitur, quàm aptè Moyses velatâ facie legem veterem promulgauerit, & Christus Dominus reuelatâ facie legem Euangelicam tulerit, suámque gloriam, ac maiestatem omnibus visendam, spectandámque palàm & absque vllo operimento, aut inuolucro exhibuerit: quod Paulus aperit loco nominato, cùm ait: *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes.* Particula *verò*, oppositionis, refertur ad superiora, in quibus dixerat, vers. 7. *ita vt non possent filij Israel intendere in faciem Moysis propter gloriam vultus eius*; tanquam diceret: Iudæi olim ferre nequibant splendorem vultus Moysis, idcirco hic velabat vultum; nobis verò non opus est velaminis opposita: sed reuelatâ facie gloriam & claritatem Domini contuemur, quibus idem Christus mentis oculos suo lumine corroborat, non obtundit.

At obiectas: rectè efficis, & concludis, Christum non opertâ, vt Moyses, sed apertâ facie debuisse suum tradere Euangelium: sed nondum aperuisti causam, ob quam Israel tantillam illam Moysis gloriam, quæ euacuatur, oculis suis ferre non potuit: ex quo coactus est Moyses velum oppandere; & tamen populus Christianus valuit sustinere, & immotis oculis aspicere gloriam illam talem, ac tantam, *gloriam quasi vnigeniti à Patre*, qui descenderat in mundum *plenus gratiæ & veritatis*: id enim est, quod magnificè prædicit, ac prædicat Vates noster; *Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.* 86. (*Cur gloriam maiorem videmus absque velo.*)

Hic nodus in speciem astrictus non difficilem habet solutionem; quam è verbis Pauli sæpe relatis volo sumere, & è verbis Ioannis Euangelistæ etiam allegatis: quorum posterior, antequam scriberet: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre*; ita posuit: *In propria venit, & sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est*, &c. *& vidimus gloriam eius*, &c. 87.

Qui credunt Christo & Euangelio, vt par est, eo ipso fiunt Dei filij, & in statum & conditionem filiorum transcribuntur; Synagoga verò nacta est statum & conditionem seruilem: de quo discrimine multa apud Scriptores Euangelicos, & sanctos Doctores, præcipuè apud Paulum, & Augustinum. Inter filios autem & seruos quoad rem, de qua dissertamur; hoc interest, quòd cum illis Pater familiæ familiariter & coràm agit, sua illis consilia, & arcana impertitur: illi rursus Patris vtpote amantissimi & carissimi præsentiam quantumuis venerabilem sustinent, ambiunt, affectant: at cum istis, hoc est, cum seruis Paterfamilias multo aliter se gerit, nempe seuerum, inaccessum, non cum eis secreta communicat, sed eis aspera præcepta imponit, ad opera & ministeria laboriosa procul amandat: vnde serui ferè Domini sui vultum vix sustinent, certè non appetunt, non requirunt. Itaque maiestas animos & oculos seruiles offendit, & arcet: animos verò & oculos filiales oblectat, & allicit. Quocirca Ioannes cùm præmisisset adoptionem filiorum Dei, conuenienter addidit: *Habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre*, neque tamen tantus splendor aciem oculorum obtudit, sed roborauit. 88. (*Pater familias aliter cum filiis, aliter cum seruis agit.*)

Hanc eandem discriminis rationem attigit Apostolus loco memorato 2. Cor. 3. vers. 15. *Cùm conuersus fuerit ad Dominum* (scilicet Israel) *auferetur velamen. Dominus autem spiritus est: vbi autem spiritus Domini, ibi & libertas. Nos verò omnes reuelatâ facie gloriam Domini speculantes.*

Vbi Israel conuersus fuerit ad Dominum Iesum Christum, transcribetur in filium, desinet esse seruus: vbi autem est libertas, non opus est velamine, velamen enim est seruitutis signum; vnde nos, qui sumus filij, & liberi, non ex Agar ancillâ nati, sed ex Sara 89.
liberâ

liberâ progeniti, amoto velamine seruili, *reuelatâ*, & liberâ facie Domini gloriam intuemur. Et nobis Dei filius tanquam filiis & amicis sua secreta reuelat. Ioan. 15. vers. 14. *Iam non dicam vos seruos; quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

90. Itaque Dei filius etsi carnis nostræ velamen assumsit, & eatenus velatâ facie ad nos descendisse dici potuit: tamen quia huius velaminis interuentu, suam nobis admirabiliter gloriam, ac maiestatem manifestauit, & omnes legis ac Prophetarum vmbras, & integumenta remouit; iccirco simpliciter, & præcisè, reuelatâ facie in mundum venisse dicendus est: vnde

Epiphania *Chri. festû.* eius aduentus ab Ecclesia Græce, *Epiphania*, nominatus, hoc est, *apparitio*, seu *manifestatio*, quod è Paulo potest videri promtum, qui ad Tit. cap. 2. vers. 11. scribit: *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus.* & cap. 3. vers. 4. *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei.* Ergo aptè Isaias non, velabitur, sed, *reuelabitur gloria Domini.*

91. Caro varie. *Et videbit omnis caro, quod os Domini locutum est*] Caro in Scripturâ sanctâ multimodam nacta est significationem, aliquando in deterius, aliquando in melius acceptam. De deteriori nonnihil dixi ad cap. 14. vers. 5. cùm illic, nomen *Idumæam* euoluerem. Capitur præterea pro libidinoso Genes. 6. vers. 3. vt Pererius noster obseruat num. 94. Pro vita carnali, vt Chrysost. Roman. 8 vers. 8. serm. 13. & in Genes. hom. 22. Gregor. lib. 14. Moral. cap. 29. & in Reg. lib. 6. cap. 15. Etsi notio istius

Gregor. nominis, *Caro*, est multiplex, Gregorius tamen in Moralibus citatus ad duplicé reducit. *In sacro eloquio*, inquit, *aliter caro dicitur iuxta naturam, atque aliter iuxta culpam, & corruptionem.* Ad carnem iuxta culpam proxime posita pertinent. Caro verò iuxta naturam triplicem fert acceptionem: vnam pro consanguineis, & genere propinquis, infra cap. 58 vers. 7. Rom. 11. vers. 14. Alteram, pro parte hominis, pro corpore Genes. 2. vers. 23. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ.* Psal. 83. vers. 3. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* & alibi passim. Tertiam, pro toto

Vide Hilar. Psal. 55. v. 5. homine, vt Ioan. 1. vers 14. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: non enim solam carnem absque anima, vt delirabant hæretici Apollinaristæ, Dei filius assumsit. Aug. de origine animæ lib. 1. cap 18. ad finem, cùm docuisset, ex loco Genes. adducto: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ*, neutram partem quæstionis euinci, sit, néene anima ex

Aug. traduce; addit: *Quapropter cùm his testimoniis, quæ ad hanc rem pertinent, vtique ambiguis non soluatur hæc quæstio: illud tamen scio sic argumentari homines, qui ex hoc putant animam mulieris non esse de animâ viri, quia non est dictum: Anima de animâ meâ; sed, caro de carne meâ: quemadmodum argumentantur Apollinaristæ, vel quicumque sunt alij aduersùs animam Domini. quam propterea negant, quia scriptum legunt: Verbum caro factum est. Si enim & anima, inquiunt, ibi esset, debuit dici: Verbum homo factum est. Sed istis propterea dicitur, carnis nomine, solere Scripturam totum hominem nuncupare, sicuti ibi: Et videbit omnis caro salutare Dei; non enim caro sine animâ aliquid videre potest. quia plurimis aliis sanctarum Scripturarum locis, non solum carnem, verùm etiam animam humanam, id est, rationalem inesse homini Christo, sine vllâ ambiguitate monstratur.*

92. Procop. refutatur. E quibus elucet, quo significatu caro hoc loco sumi debeat: vnde minus probanda Procopij interpretatio, *Et videbit omnis caro salutare Dei: eos*, ait ille, *carnis nomine, qui Spiritum Dei non habent, innuens, iuxta illud: Non permanebit spiritus meus in viris istis, quia caro sunt.* Quamuis enim homines infideles, antequam adducerentur ad fidem, carnales essent, & ab eis non perstantibus in sua infidelitate, & morum prauitate, sed per fidem & dilectionem emendatis dici posset, & prædici: Videndum esse *quod os Domini locutum est*; tamen vniuersalior est prophetia, & promissio communis Gentili, & Iudæo, peccatori, & iusto. quod amplius comprobat particula, *pariter*, Hebr. יַחְדָּו *iachdáu, vnà simul, vnà*; itaque *omnis caro*, idem omnino, atque *omnis homo* est: vt nullus ab hoc beneficio excludatur. *Nemo* (verba S. Leonis serm. 1. de Natiuit. repono) S. Leo. Christus omnibus venit. *ab huius alacritatis participatione secernitur: vna cunctis lætitiæ communis est ratio, quia Dominus noster peccati, mortisque destructor, sicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Exultet sanctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam: animetur gentilis, quia vocatur ad vitam.*

93. Luc. 2. v. 25. Simeon senex sanctissimus non erat caro, idest, carnalis, & sanè is in primis continetur hoc promisso, cui licuit dicere: *Nunc dimittis seruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum.* quæ verba huc alludunt. Anna illa vidua prophetissa hoc Dei salutare vidit, & verò minimè carnis cupiditatibus indulgebat, *quæ non discedebat de templo, ieiuniis, ac obsecrationibus seruiens nocte, ac die. & hac ipsâ horâ superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui exspectabant redemptionem Israel.* Luc. 2. v. 37 Ab hac eâdem visione Verbi diuini Incarnati quis Mariam & Iosephum parentes sanctissimos expunxerit? Ergo hoc loco, omnis caro, non pro carnalibus, vt aliàs, iuxta corruptionem & culpam, sed pro hominibus secundùm naturam debebit exponi.

94. Illud verò non inuitus dederim, hoc nomine hîc, naturæ humanæ fragilitatem & vilitatem ostendi, ideóque non dixisse vatem: Videbit omnis homo, sed *videbit omnis caro*: vt eo ampliùs Dei dignatio emicaret, quo expressiùs notaretur hominis indignitas. quid enim humilius, vilius, & abiectius, quàm caro, de quâ statim vers. 6. & quid altius, nobilius & excellentius, quàm Verbum, *quod os Domini locutum est!*

Cùm liceret ergo prædicare: Et videbit omnis anima; cùm magis sit animæ videre quàm corporis, cùm potior pars hominis sit anima, imò cùm anima potissimè sit homo, vt ait Tertul. de carne Christi cap. 12. *In hoc vana distinctio est, quasi nos seorsum ab animâ simus: cùm totum, quod sumus, anima sit. denique sine animâ nihil sumus, ne hominis quidem, sed cadaueris nomen.* Tertul. Cùm inquam, liceret Isaiæ, visionem Dei ascribere & promittere animæ nobilissimæ portioni, & imagini diuinæ; maluit carnem substituere, vt homo suam indignitatem recognoscens, Dei liberalitatem magis

extolleret, eique grates ampliores continenter exsolueret.

95. *Pariter.*] Non est superuacuum aduerbium *pariter*, quod ego non ad solum tempus arcto, sed ad modum & conditionem videndi etiam amplio. Poster enim existimare Iudæus hoc tantum bonum sibi vni, seorsum ab aliis nationibus infidelibus, deberi, sibique soli fruendum; quippe suis maioribus promissum, præostensum, & quodam modo oppigneratum, & è suo genere progignendum: & sanè sic sibi in animum induserat, vt constat ex historiâ Apostolicâ, in qua legimus, solitos fuisse Iudæos succensere, & inuidere Gentilibus fidem, & Euangelium vtpote incircumcisis, immundis, alienis, & vno verbo, tanto bono indignis. Et quod mirere magis, ipsemet Dominus Iesus non exiguam dedit occasionem id existimandi; cùm Apostolis præceperit, cùm eos ad prædicandum dimitteret: *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel*, Matth. 10. vers. 5. & cap. 15. vers. 24. & cùm mulier Chananæa à Christo filiæ valetudinem precaretur, & à discipulis adiuuaretur, ille responderit: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt ex Israel*; eumque fœmina instaret, addiderit Dominus: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Quis enim hæc audiens non sibi persuaderet, excludendos ab Euangelio Gentiles? Verùm omnis hæc exclusio, & præclusio duratura erat duntaxat, quoad Christus in terris ageret, qui suam præsentiam, doctrinam, atque miracula solis Iudæis exhibere decreuerat: ceterùm postquam regressus esset in cælos, Euangelium Iudæis & Gentilibus voluerat esse commune: quâ de re vide me ad cap. 19 num. 152.

Chananæa.

96. Itaque Christo passo pro omnibus hominibus ex æquo, ex æquo omnes ad eius fidem & Euangelij felicitatem admitti oportuit: & Gentiles, qui antea in domo Dei, erant instar canum, facti sunt filij, & Iudæi qui erãt in familia Dei, filij, ob contumacem perfidiam, versi sunt in canes: Nam Dei filius *in propria venit*, (scil. ad Iudæos) *& sui eum non receperunt: quotquot autem* (nempe ex Gentilibus, canibus) *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Gaudentius Episc. Brexiensis serm. 9. in illud, *Facta sunt nuptiæ: Canes eramus quondam gentes, & filij erant aliquando Iudæi, & idcirco nolebat Dominus tollere panem filiorum, & dare canibus: sed postquam panis cælestis in sua venit, & sui eum non receperunt, postquam cognoscitur idem Dominus noster ab Gentibus, quondam canibus: adoptantur Gentes priùs canes in filios, & filij, nempe Iudæi, canibus comparantur.*

To pariter quid.

Ergo *pariter*, id est, æqualiter, ex æquo, ea enim est vis vocis Hebraicæ, *videbit omnis caro quod os Domini locutum est*: Omnis homo tam Gentilis, quàm Iudæus; quia inde ampliùs non erit apud Deum distinctio Iudæi, & Gentilis.

97. Illud potest habere aliqualem quæstionem, quî fuerit verum: *Videbit omnis caro quod os Domini locutum est*, cùm Iudæi nimio splendore cęcati id non viderint, Gentilium quoque plurimi videre neglexerint? Hoc facilè tollitur. *Videbit*, idest, licebit videre, proponetur videndum, non stabit per Deum, quominus videatur. Simeon ille sanctissimus apud Luc. cap. 2. vers. 30. *Viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum.* Ante Incarnationem Deus soli Iudæo innotescebat, pòst omni hominum generi se cognoscendum palàm offert; ablata est maceries vnum populum ab alio separans: hoc est, *videbit omnis caro pariter*; nullum erit discrimen, nulla prærogatiua.

Quod os Domini locutum est.] Locuti non videtur, siue id quod loquimur, sed auditur. At id nihil obest, in sacris enim libris, *verbum* poni consueuit pro re, quod exemplis plurimis est notum: ratio, quia verbo res exponitur. Præterea, hîc, *quod os Domini locutum est*, non tam verba, quàm res ipsæ, quas Deus locutus sit, debebunt intelligi.

Verbum pro re.

Sed multò apertior est interpretatio LXX. qui habent, *Videbit omnis caro salutare Dei, quod os Domini locutũ est.* quod est proprium Christi Domini cognomen: & huic loco cognatus est ille Luc. 2. vers. 30. *Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem Gentium. Viderunt oculi mei*, non solùm interiores, sed etiam dum exteriores, corporei, carnei, *videbit omnis caro*; Baruch 3. vers. 36. *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Attende quàm humanè & familiariter fuerit *cum hominibus conuersatus*, qui recèns natus sit passus à Simeone in sinum recipi. 98.

Perfectum.

Salutare tuum.] *Salutare* reddi solet à LXX. licèt in Hebræo sit, *salus*, & Latinus sequitur hanc interpretationem, quia etsi est eadem vtriusque nominis notio, plus tamen aliquid exprimit *salutare.* hoc est quod se exspectare profitetur Iacob morti vicinus Genes. 49. vers. 18. *Salutare tuum exspectabo Domine.* hoc *salutare*, nempe Christum, (vt habet communis expositio sanctorum Patrum apud Pererium relatorum) quod Patriarcha Iacob in tam distãs tempus promissum se exspectare piè confitetur, Simeon iam exhibitum se suis oculis cernere & spectare gloriatur, & gestit. neque inuide & malignè se gerit, prçuidens hoc tãtum, ac eximium bonum fore omnibus commune, & peruium, non modò Iudæis, sed & Gentilibus, quin imò id cum ingenti gaudio & exultatione prædicit, atque prædicat: *Quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem Gentium. Parasti ante faciem*: posuisti præter oculos, ita conspiciendum obiecisti, vt qui illum videre vellent, & agnoscere, nihil aliud opus haberent, quam oculos non auertere, non claudere. hoc est apud Vatem nostrum: *Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei*; absque velo figuratum, & absque caligine vmbrarum clarè & apertè obuersabitur ante oculos, & videbit quicumque voluerit, salutare Dei. Cernis, quàm sint inexcusabiles, qui tantum ac tale lumen in oculos non solum incurrens, sed ad se videndum illiciens, inuitans, irritans, non viderunt! O miseros in primis, miserandósque Iudæos: qui tandiu, támque bene salutare Dei exspectatum, vbi adfuit, vbi sese oculis ingessit, eos de industriâ clauserunt, ne tantum lumen cogerentur aspicere. 99.

Salutare Dei, pro Christo Domino.

Vers. 6.

Verſ. 6. Vox dicentis : Clama. Et dixi; quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.

100. Sanus. Forerius. Arias. ISta ſuperioribus ab aliis aliter annectuntur. Forerius exiſtimat, prædici fore, vt lex vetus inſtar fœni decidat, & areſcat. Arias: tantum illud facinus, ac beneficium, vt omnis caro videre poſſet Redemtorem, non carni fragili, non naturæ attribuendum imbecillæ; & immeritæ, neque legi Moſaicæ, ſed diuinæ benignitati, & promiſſioni. Procop. Procopius: poſtquam dignitatem noui populi futuri, & viſuri ſalutare Dei Vates annunciauerat, prædicere populi Iudaici caſum.

Autor. Ex iis annectendi rationibus & modis lector ſeligat quam approbarit. Mihi maximè probatur ea connexio, vt voluerit Spiritus ſanctus nobis intimare, quàm ſit fragilis & imbecilla, quàm vilis & indigna natura hominis, vt inde clarius euaderet dignatio & benignitas Dei, qui eam naturam aſſumpſerit, & in eâ ab humano genere dignatus fuerit videri, & quodammodo attrectari. Pictores vmbram obſcuram oppandunt, quo magis color ſplendeat, & emicet. 1. Ioan. 1. v. 1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ; & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis, vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.*

101. Ergo nulla proportio, nulla conuenientia inter Verbum Dei, & carnem hominis: cùm omnis caro ſit fœnum, quod hodie viret, & cras aridum in clibanum mittitur. Non habet homo, vnde glorietur, vnde ſibi arroget hanc dignitatem, & felicitatem quòd ei licuerit videre Dei gloriam, Dei filium, Verbum carnem factum in terris; hæc enim mera fuit dignatio & beneficentia diuina: cùm in carne humanâ, quæ eſt nihilo ſecius vilis, ac fragilis, quàm fœnum, nulla potuerit eſſe ad hoc tantum beneficium promerendum facultas, nulla dignitas. Hoc iubetur clamare Vates, hoc voce contentâ, clarâ, liberâ publicare, hominibus intimare vt diuinam liberalitatem agnoſcant, & ſuam indignitatem recognoſcant. Quâ de indignitate, & vilitate, cùm tanti referat, humano generi penitus eam innoteſcere, vt aliquid dicamus, locus præſens, aut poſtulat, aut ſaltem inuitat.

102. Auguſt. de verbis Domini ſer. 42. Homo vilis, ac fragilis vt fœ. Fœni conditio. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.*] Fœni fragilitas & imbecillitas nota: breui adoleſcit, viret, floret, & quandiu floret nihil ferè eo pulchrius, & odoratius: ſed heu, quandiu in hoc ſtatu durat? ſtatus dici non poteſt, cùm vix ad eum peruenerit, cùm ſubitò amittit: nihil enim fœno citiùs areſcit. Multus eſt ſermo ſacer in vſurpandâ hac ſimilitudine fœni facilè areſcentis. Pſal. 36. verſ. 2. *Tanquam fœnum velociter areſcent.* Pſal. 91. verſ. 8. *Cum exorti fuerint peccatores vt fœnum, & apparuerint qui operantur iniquitatem.* Pſal. 101. verſ. 5. *Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum.* & verſ. 12. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.* Pſal. 102. verſ. 15. *Homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri ſic efflorebit.* Eccli cap. 14. verſ. 18. *Omnis caro ſicut* A *fœnum veteraſcet, & ſicut fructificans in arbore viridi.*

Vis & gratia ſimilitudinis inde naſcitur, quòd herba eiuſmodi ſiue ſuccila, ſiue vento calido afflata, ſiue quocumque modo, vel leuiter affricta, attacta, ſiue etiam dum illæſa, ſpontè ſuâ exareſcat: Pſal. 128. verſ. 6. *Fiant ſicut fœnum tectorum, quod prius quàm euellatur, exaruit.* Ergo fœnum appoſitum eſt humanæ imbecillitatis hieroglyphicum. Cauſa, ob quam fœnum ita velociter exareſcit, ea eſt, quòd exiles & ſuperficiarias radices habeat. Talia ſunt omnia bona terrena ſummis & tenuibus innexa, impoſita, inquam, radicibus: vnde, aut motu quouis euelluntur, aut ſi perſeuerent inconcuſſa, & immota, humore defecta exſiccantur. B Econtra, bona cœleſtia altas & firmas agunt radices, nullâ vi & turbine eruendas, nullo flatu exſiccandas, nullo caſu elidendas. Auguſt. in Pſal. 36. verſ. 2. *Neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquam fœnum velociter areſcent; ſic: Quod ait fœnum, hoc intelligimus: olera prati vilia quadam ſunt, & ſuperficiem terræ tenentia, altam radicem non habent: proinde per hiemem virent, at vbi ſol æſtatis ferueſcere cœperit areſcent. Modo ergo tempus eſt hiemis, gloria tua nondum apparet; ſed ſi alta eſt radix caritatis tuæ, ſicut multarum arborum gloria per hiemem, tranſit frigus, venit æſtas, id eſt, C iudicij dies, tunc areſcet viror fœni, tunc apparebit arborum gloria. Mortui enim eſtis, ait Apoſtolus, quomodo videntur arbores per hiemem, quaſi aridæ, quaſi mortuæ. Ergo quæ ſpes, ſi mortui ſumus? intus eſt radix. vbi radix noſtra, ibi & vita noſtra: ibi enim caritas noſtra. Et vita veſtra, inquit, abſcondita eſt cum Deo.*

Hæc Auguſtinus, & aſſimilia apud alios Patres quamplurima, imò apud Philoſophos gentiles, qui de humanarum rerum fragilitate, & inconſtantiâ bellè diſputant, & in iis præcipuè Seneca epiſt. 91. & de Tranquillitate num. 11. marginali. Vtinam ij magiſtri vt docent, ita feciſſent. Sed non poſſum facere, quin tranſcribam Ambroſium eleganter prodocentem D hanc fœni ſimilitudinem. Ambroſ. lib. 3. Exaëmer. cap. 7. ad illud: *Germinet terra herbam virentem fœni.* ex L X X. Geneſ. 1. verſ. 11. ſic philoſophatur: *Illa herba, & flos fœni figura eſt carnis humanæ, ſicut bonus diuinitatis interpres organo ſuæ vocis expreſſit, dicens: Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis, vt flos fœni. Aruit fœnum & vox decidit. Verbum autem Domini manet in æternum. Dei ſententia, vox humana eſt. dicit Deus, clama: ſed in ipſo Eſaiâ loquitur; ille reſpondet: quid clamabo? & tanquam quid loqueretur, audiſſet, adiunxit: Omnis caro fœnum. Et verè; viret enim gloria hominis in carne, quaſi fœnum: & quæ putatur eſſe ſublimis, exigua quaſi herba eſt: præmatura vt flos, caduca, E quaſi fœnum: germinat vita viriditatem in ſpecie; non in fructu ſoliditatem: hilarioris vita quaſi flos prætendens iucunditatem; breuiori ſpatio occaſura, ſicut herba fœni, quod priuſquam euellatur, areſcit.*

104. Bernard. in Pſalm. 90. ſerm. 17. Theodor. Pſal. 36. v. 2. Aug. Pſal. 51. tit. Pſal. 102. v. 15. 16.

Verſ. 7. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo.

Spiritus Domini pro vento. SPiritus Domini, hoc loco vti aliis plurimis, pro vento præciſè, aut pro vento vehe-

mentiori

To, aut venio commotio. mentiori capitur. Prius magis arridet, & quia ea notio conuenientior locutioni S. Scripturæ, Genes. 1. vers. 2. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*; vbi non flatus incitatior, imò lenis intelligitur, & placidus: & quia ad ostendendam fœni imbecillitatem, quo remissior fuerit ventus, eo fuerit aptior. Nihil enim fragilius dici potest, aut cogitari quam quod aurâ leni commotum decidit: sic enim nos Hispani eloqui quasi adagialiter suemus: *Derribarlo hancer vn soplo*; cùm volumus rem
105. infirmissimam exprimere. S. Iacobus in suâ Canonicâ, eadem fœni similitudine vsus, illud Solis ardore docuit arescere: cap. 1. vers. 10. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate suâ, quoniam sicut flos fœni transibit: exortus est enim Sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescet.* In vtroque, in sole, & vento præsertim vrenti vis est exsiccandi, & arefaciendi florem: & quia flos fœni fragilis admodum, & dum viget, decorus existit, inde cum eo diuitum & potentiorum infirma gloria & splendor rectè componitur. Obserua: dico dicere vatem, alterum, *exsiccatum fuisse fœnum*: alterum, *eius florem cecidisse*; cùm satis esse alterutrum videretur. nam vbi aruisset, quantumuis staret, haut prodesset: & si iaceret, licet viteret, non esset vsui, hoc est, decori & oblectamento: maluit tamen Isaias vtrumque iungere, & arefactionem, & casum, vt inde sumeremus, res
Humanæ res breves, & viles. humanas & citissime marcescere, & vbi marcuerint, iacere, non apparere, ab oculis amoueri, pedibus proterendas supponi: hoc est, *exsiccatum est fœnum & cecidit flos*: floridiora quæque & splendidiora huius seculi tandem, imò breui casura, afflatu auræ tenuissimæ, forèque non modò humanorum, sed etiam bestiariorum pedum stragulum.

106. *Verè fœnum est populus.*] Quæres non immeritò, cùm paulo antè dixerit: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri.* quamobrem nunc iteret; *Verè fœnum est populus?* De interpretibus neminem istoc animum aduertisse video præter Hugonem, qui ad maiorem confirmationem id fuisse repositum existimat. Ratio non procul à verosimili, & aliis S. Scripturæ locis consentanea: facit hûc, à L X X. omissum fuisse repetitionem, tanquam non esse omnino necessariam existimantibus. Arias putabat, Gentiles cum fœno componi, Iudæos cum flore, seu cum fœno florenti, quippe quos ornatum floribus ostentantes. At ipse non cerno, vnde sic discriminare liceat. Forerius autem vtrobique, & vbi *caro*, & vbi *populus* nominatur, Iudaicum genus pressè capit, eo quòd esset carnale, ritibus, ac ceremoniis floreret, & iis plus nimio confideret. Opponitur *verbum Domini*, hoc est, Euangelium legi veteri, quæ vt fœni flos aruit,
107. cùm lex Euangelica maneat in æternum. Itaque secundùm hanc interpretationem, fas erit, fœnum à flore quoad significatum etiam secernere, vt prius sit ipse populus, posterius sit ornatus & splendor sacrificiorum, ceremoniarum & templi: *Omnis caro fœnum*, plebs illa carnalis, animalis, quæ litteram vbique sectabatur occidentem, & negligebat spiritum viuificantem: *& omnis gloria eius, quasi flos agri*; Maiestas illa augustissimi templi, multitudo, autoritas, ordo Sacerdotum, Leuitarumque, nitor argenti, fulgor auri tum in vasis, tum in varia supellectili, atque adeò etiã in parietibus, splendor vestimentorum, varietas victimarum, *omnis gloria eius* (populi,) *quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum*, nempe genus Iudæ, *& cecidit flos*, scilicet, Mosaicus mos & ritus, *quia spiritus Domini sufflauit in eo*: quoniam accedente, & afflante spiritu teriti, euanescit inanis littera, subeunte luce & veritate, fugit vmbra: Ioan. 6. vers. 24. *Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu &* *Samaritana.* *veritate oportet adorare.* Fuerunt illa omnia legalia, figuræ, vmbræ, typi, præludia, & præambula ad futurum corpus solidum, & verum spiritum: vnde nihil mirandum, si hoc accedente illa decesserint, & hoc orto, illa deciderint. *Verè fœnum est populus*: ingenium autem fœni hoc est, vt vbi aruerit, flos eius defluat, ac proinde: *Exsiccatum est fœnum, & decidit flos.* in quo filo expositionis istud obserua, probè conferri legem priscam Mosis cum flore, cuius hæc est proprietas, vt non sit diutinus, sed temporaneus, festinus, præcursor, & index successuri fructûs, quo fructu subeunte, & subeunte flos cedit, abscedit, & décidit. Ergo nascente Euangelio debuit flos Iudaicus loco cedere, & euanescere; quia flos est quidam apparatus præcox ad fructum permansurum. D. Bernardus homil. 1. in Missus est, hanc expositionem paucis pressit.

Denique non iuerim infitias, posse nos, cùm 108.
vniuersè pronunciatur; *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri*; intelligere, infideles, qui omnino caro, idest, carnales sunt, nihil supra carnem & sanguinem cogitantes. Relege quæ posui ad cap. 34. vers. 5. ad illud: *Super Idumæam*; & cùm post dicitur: *Verè fœnum est populus*: pressiùs posse accipere, Iudæos: idque addi, ne sese reputarent exemtos ab humanâ inconstantiâ, & imbecillitate, sed si qua eis magis quam aliis nationibus constarent, ac permanerent, hoc Deo ascriberent, non sibi arrogarent: cùm eadem esset eorum, atque aliorum hominum natura, conditioque.

Verbum autem Domini nostri manet in æter- 109.
num.] Citra dubium est, componi, & opponi vicissim siue humanæ naturæ, siue Mosaicæ legis inconstantiam cum diuturnitate Ver- *Verbum Domini hic loco quid.*
bi diuini: sed verùm sit hoc Verbum, creatum, an increatum, id addubitari potest. Sunt enim nonnulli qui Verbum Dei filium exponunt, Procopius; & subindicat Hieronymus.

Sed cùm D. Petrus hoc testimonium alleget, & exponat, eius expositio nobis erit retinenda, in epist. 1. cap. 1. vers. 22. *Simplici* *1. Petr. 1. v. 22.*
corde, ait, inuicem diligite attentiùs: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui, permanentis in æternum; quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit. Verbum autem Domini manet in æternum: hoc autem Verbum, quod euangelizatum est in vos.

Visus est Apostolus argumentum sumere 110.
ab ortu, & natalibus, vt cuiusmodi hęc fuerint, sint & res ortæ & natæ, paruo durabiles, aut diuturnæ: atque adeò nati ex semine

mine corruptibili non possint non corrumpi, breuique desinere: renati verò ex incorruptibili semine permaneant incorrupti, longæui, imò etiam æterni: quæ secunda natiuitas, & regeneratio fit *per verbum Dei viui permanentis in æternum.* Hanc sententiam confirmaturus S. Petrus inducit præsens Isaiæ testimonium. *Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit.* tanquam diceret: omnis caro, hoc est, quæuis humana sunt fragilia, ac decidua, non aliter atque fœnum, quia vtraque nata sunt ex semine deciduo, & corruptibili. vnde sola illa possunt constare, & permanere, quæ ex semine permanenti, & constanti nascuntur; hoc autem semen spirituale solum esse potest *Verbum Domini*: nam hoc *manet in æternum.* Sed cùm quis posset ambigere, quodnam esset hoc Verbum, subiicit: *hoc autem Verbum, quod euangelizatum est in vos.* Vbi quis non aspicit, Verbum ab Apostolo non Dei filium accipi, sed prædicationem & fidem; vti & ab Euangelista Ioanne: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* & idem Ioannes 1. epist. cap. 3. vers. 9. *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Affinis est S. Iacobus epist. cap. 1. vers. 18. *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.* quibus in locis verbum Dei, eiúsque doctrina dicitur esse semen spirituale, & natiuitatis cælestis origo.

Ioan. 1. v. 12.

111. Illa, quæ est in Hebraico contextu, antithesis est annotanda, in quo, pro verbo, *manet*, est יקום, *iacum*, i. *stabit*: itaque caro, fœnum, flos fœni *concidit*, *Verbum autem Domini stabit in æternum.* Verè igitur homines, & humana cuncta cadunt, iacent; Deus & diuina solummodo stant, & perstant.

Vide serm. in die Purific. de eo, quod Christus sistitur.

Vers. 9. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion; exalta in fortitudine tua vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iuda; Ecce Deus vester.

Infra c. 52. v. 7. Naum 1. 15.

112. QVi prædicationem hoc loco non videt Euangelicam, is procul dubio inuidet Euangelio. Eam vidit Tertul. 4. in Marcionem cap. 13. & lib. 5. cap. 2. Euseb. lib. 4. Demonstr. cap. 1. Hieronymus, Cyrillus Alex. hîc, & in Habacuc cap. 3. vers. 14. Autor imperfecti comm. in Matth. cap. 5. hom. 9. Chromatius Episcopus Aquileiensis in illud Matth. cap. 5. vers. 1. *Ascendit in montem.* Bernard. serm. 1. de festiuitate omnium sanctor. S. Gregor. in 1. Reg. cap. 16. lib. 6. ad finem. & 1. lib. epist. 24. Thomas, Haymo, Procopius, Lyra, Paulus Burgensis, Carthusianus, Forerius, Adamus, Vatablus, Arias, Sà, Osorius, Castrius, Maldonatus Matth. cap. 5. vers. 1.

113. Videndum est nunc, quis & à quo, & super quem montem iubeatur, seu moneatur ascendere euangelizaturus. Tertul. 4. in Marcion. c. 13. Autor imperfecti com. in Matth. Chromatius, sanctúsque Bernardus supra recensiti existimant, hunc euangelizantem esse Iesum, & montem eum, quem conscendisse dicitur à Matthæo cap. 5. vers. 1. beatitudines edocturus. Hoc reiecit Maldonatus illic, eo argumento, quòd id nequaquam, si ita esset, fuisset omissum ab Euangelista diligenti in allegandis prophetiis. non displicet ratio, cui alia potest accedere: quòd cùm sæpius Christus doctutus suos discipulos montem ascenderit, non fuisse, cur hæc potius ascensio prædiceretur, quam alia: adde; montem non posse capi propriè, si adiuncta, & sequentia expendantur.

Communis, & vera notio; Apostolos, & viros Apostolicos iuberi, vt euangelizent, vt Euangelium mundo tradant. Ergo, *super montem excelsum ascendere*, nihil aliud, quam prædicare palam, publicè, ita vt ad omnes prædicatio peruenire possit, & nemini sit occulta: nam quæ in montibus, & locis editis vulgantur, omnibus possunt innotescere. nam & qui publicat è sublimi, plurimorum oculis patet, & vox inde profecta latiùs funditur, & fit exaudibilior.

Prædicatio publica & libera.

Prouer. 8. vers. 2.

Neque opus est confugere ad pristinum ritum, & morem, quo apud Iudæos bonum afferens nuntium solitus fuerit fastigium montis excelsi scandere: cùm plerumque frequentia populi neque in montibus, neque in eorum radicibus habitet. Atque adeò non ex eo, quòd fieret re ipsa, sed ex eo quòd fieri posset, hæc formula loquendi petitur: *super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion.* Ne ad prædicandum, inquit, eligas loca iacentia, & latentia, ne quæras angulos, subterranea, latibula; sed loca edita, eminentia, publica, patentia; ne tenebras, sed lucem diligas. Affine admodum illud Christi Domini apud Matth. cap. 10. vers. 27. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Tecta in Palesthinâ erant plana, & patula in quibus conuenire, & colloqui liceret: neque tamen iccirco Dominus præcipit Apostolis, aliisque prædicatoribus, vt illuc ad concionandum ascendant, quippe quæ loca concionibus parùm opportuna, sed sub eâ dicendi formulâ, iubet, vt palàm, publicè, & liberè prædicent. Hieronymus illic: *Quod discretis absconditè, publicè loquimini: quod vos erudiui in paruulo Iudææ loco, in vniuersis vrbibus, & in toto mundo audacter dicite.*

114.

Hieronym.

Itaque à circumstantiâ loci editi, patoli, & publici, qualis est mons excelsus, petitur & præcipitur apertâ ac libera & communis Euangelij prædicatio. Chrysostomus in Matth. homil. 35. *Non vni, aut duabus, aut paucis ciuitatibus, sed toti orbi terrarum, maria, terras, loca inuia transeuntes ostendit: nec pauperibus solum, ac rudibus; sed regibus opulentis, potentibus populis, acutissimis Philosophis, facundissimis oratoribus, aperto, ac nudo capite, liberè, ac fidenter hæc dicturos prænunciat. propterea dixit, in tectis, ac lumine, ne aliquid subticendũ, aut celandum putent.* Hilar. canon. 10. in Matth. *Quæ in tenebris dicta sunt, prædicari iussit in lumine, & quæ secretò aurium commissa sunt, super tecta, idest, excelsum loquenda, vt præcones audiantur. Constanter enim Dei cognitio*

115.

Chrysost.

Hilar. & idē in Psal. 65. vers. 8.

Cyril. *ingerenda est*. Cyril. infrà cap. 42. vers. 11. *de vertice montium clamabunt*; citat hunc Matth. locum, & addit: *Prædicabant summa fiducia & libertate, & neminem mortalium latere voluerunt, sed erant obuiis gentium, omnibus conspicui, vt ciuitas in monte sita.*

116. Visitatio B. Mariæ. *Super montem excelsum.*] Nescio quid venerit in mentem Paulo Burgensi in addit. 2. hunc locum transferre ad B. Virginem Mariam ascendentem in montana, vt inuiseret Elizabetham: nisi fortasse, quòd animaduerterit in Dubitatio. Hebræo, esse fœmineas hasce flexiones, *quæ euangelizas Sion, quæ euangelizas Ierusalem*, nempe; מְבַשֶּׂרֶת *mebasereth*, hoc est, *annuntiatrix*, siue *euangelizatrix*; sed eo solo moueri non debuit vir alioquin doctus, & hebraicè apprimè eruditus. id enim multis modis dissolui potest. Solutio 1. Primus est, si dicamus, *Sion*, & *Ierusalem* esse casus vocandi, & eas esse, quæ iubentur euangelizare; & officio fungi euangelizatricum.

Solutio 2. Modus alter dissoluendi nodi est, Ecclesiam Christi moneri, vt vbique prædicet Euangelium, & speciatim Iudæis, vt ab iis salutem incipiat, secundùm illud Saluatoris Act. 1. vers. 8. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.*

117. Verùm quoniam vterque modorum dissilit à vulgatâ Scripturâ, in qua est, *ascende tu, qui euangelizas*, & cum vulgatâ consentit Græca L X X. interpretatio, ὁ εὐαγγελιζόμενος, i. *qui euangelizas*. & Tertul. 5. in Marcio cap. 2. legit: *Qui euangelizas Sioni*: sit tertius modus, Solutio 3. quæ magis placet. in quo ipse acquiesco, quémque iam dudum approbaueram, cùm Valentiæ exponerem Psal. 67. vers. 12. Psal. 67. v. 12. exponitur. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multâ*; quo ex commentario, vtpote proprio mihi fas fuerit huc deriuare opportuniora; sic enim habet.

Commentarium in Psal. 67. v. 12. Chaldæus interpres, ac Rabbini quidam hoc ad Moysem, & Aaronem allegant, qui legem tulerunt populo Israelitico; & legunt in præterito: *dedit*, & pro, *virtute multâ*, *exercitibus multis*. Verùm haud mirum interpretes parum prouidos, qui semper præterita respiciūt, & ad futura prospicienda non intendunt mentis aciem, affixisse eam legi veteri. Christianos verò interpretes recentiores nonnullos & in primis Caietanum valde miror, qui Euangelicam prædicationem non agnoscant, cùm hic prædicetur aperte, non solum secundum rem, vt alibi sæpissimè, sed etiam secundùm nomen, vt Chrysostomos adnotauit hom. 1. in epist. ad Romanos. Agnoscunt communiter sancti Patres, & interpretes alij efficaciam Euangelij prædicandi. Euseb. lib. 1. Demonstr. cap. 1. 2. & lib. 4. cap. 25. Ambros. Psal. 118. vers. 81. Octon. 11. Aponius lib. 1. in Cantica in tom. 1. Bibliothecæ Vet. Patrum. Hieronymus hic, & in Isai. cap. 52. ad finem. Elias Cretensis in 1. orat. Nazianzeni Vnde Iansenius, qui initio docuit, istius Psalmi materiam esse res veteris Testamenti, in commentario huius versus ait: *Communiter hic versus intelligitur de prædicatoribus Euangelij.* sic Genebrardus, sic Bellarminus & alij.

118. Obiectio. Aduersùs hanc communem, germanam, ac litteralem interpretationem obiiciunt hebraizantes, hebraicè esse; מְבַשְּׂרוֹת *basaroth*, i. *euangelizatrices*, genere fœmineo, quod Aposto-lis, & prædicatoribus conuenire non potest, conuenit autem fœminis illis carmen triumphale canentibus. Verùm quod ipsi obstare credunt, id maximè fauet, & mysterium singulare præ se fert, sc. Apostolos suopte ingenio, genere, & animo non fuisse virili, sed effœminato: omnem autem illorum fortitudinem & robur fuisse concessa diuinitus, quod patet ex Euangelio, & ex Actis Apostolorum. Luc. 24. 49. Act. 1. Nam Petrus, cæteris animosior, quàm muliebri animo fuerit in nocte Passionis Domini, quis non videt?

119. Responsio. Ad obiectionem ergo respondeo Chaldæum interpretem, & Rabbinos aliquos intelligere in iis euangelizatricibus Moisem & Aaron, qui certè viri sunt; cur ergo non licebit nobis, viros Apostolos accipere? Deinde 72. Rabbini & magistri peritissimi linguæ suæ Hebraicæ reddunt, εὐαγγελιζομένους, genere masculo. Denique contra eosdem ego rursus obiiciam vim nominis, & etymon: nam dicitur, à verbo בשר, *basar*, quod est, *nuntiare, nuntium & legatum agere*; quod munus minimè quadrat in fœminas illas, qui victorias partas, notas, & oculis spectatas, carminibus, aut instrumentis musicis concelebrabant. Nuntius Legatus qui. enim & legatus est, qui ad absentes mittitur nuntiaturus res nouas, aut ignotas, à quo verbo Hebraico vulgare vocabulum apud Italos, & Hispanos emanauit: *Imbasciatore, Embaxador*, at verò quis appellet, Nuntiatrices, *Embaxadoras*, vel, *Embassatrices* eas fœminas quæ laudent res aliorum præclarè gestas? Vnde alij Rabbini confingunt fœminas nunciantes, exercitum Sennacherib appropinquare contra Ierusalem. Sed vbi inueniunt id nuntiatum à mulieribus? Nam in Scripturâ sacrâ sæpe legimus viros ad nuntiandas res bellicas missos, fœminas verò Fœminarum est opus nuntium. nusquam. natura enim & sexus obstant: nuntiantium enim est propria celeritas & expeditio; fœminis verò nihil est tardius, nihil impeditius.

Resurrectio Christi. Quidam è Patribus mulieres intelligunt, quæ Christum Dominū rediuiuum Apostolis annuntiauerunt; vt aliquâ ex parte compensarent iacturam, cùm vna & prima mulier aditum morti patefecerit. id quidem argutè & verè seorsum: sed Psalmus aliò tendere videtur. neque genus fœmineum ad id concedendum cogit.

120. Not. Isai. 40. vers. 9. *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion*; Hebraice esse eandem vocem מְבַשֶּׂרֶת *mebasereth*, i. *Euangelizatrix*, quam iccirco quidam iungunt cum *Sion*, ad hunc modum: *Tu Sion Euangelizatrix ascende super montem excelsum.* Verùm apud L X X. id constare non potest, qui ita habent: ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ: participium est masculum, *qui euangelizas*, &c. Vnde miror Hieronymum dixisse: *Verbum iuxta Græcos ambiguum est, vt possimus accipere vel eam, quæ annuntiat, vel eam, quæ annuntiatur.* hæc Hieron. At apud L X X. vt constat, genus est solùm masculum in participio: at *Sion* & *Ierusalem*, fœminea sunt. & quamuis apud Græcos interdum nomini substantiuo muliebri societur adiectiuum virile, non tamen participium, quale est εὐαγγελιζόμενος.

121. Deinde si hoc loco Isaiæ, Sion esset euangelizans, deberet esse in casu vocandi, *O tu Sion, quæ annuntias, ascende*, &c. & tunc Græcè,

non

non debuit esse, ὁ, omicron, sed, ὦ, omega, nam ὁ, est articulus nominandi casus, at ὦ, coniunctio vocatiui. Denique vulgata editio, siue sit S. Hieronymi, siue alius, sanctè vbique tuenda, semper masculum genus interpretatur: *Tu, qui euangelizas Sion*. Et certè consecutio rerum nos cogit Sionem esse non euangelizantem, sed cui euãgelizatur. Ex quo loco colligimus, more Hebræorum, prædicatores genere fœmineo solere exprimi. Adde, Ecclesiastem, Ἐκκλησιαστὴν, apud L X X. quem Latinè diceres, *Concionatorem*, à Salomone vocari genere fœmineo, קֹהֶלֶת, *chelleth concionatricem*: cùm ibi autor libri non muliebrem personam sustineat, sed omnino virilem, vt est communis sententia, & res ipsa testatur, ipse enim Salomon apertè de se loquitur, & se loquentem inducit. ad quod euincendum satis videntur *Eccles. 1. v. 12.* esse verba illa cap. 1. vers. 12. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem*: vbi idem nomen קֹהֶלֶת, *chollet*, quod nomen Salomon aliquando iungit cum verbo terminationis fœmineę, vt cap. 7. vers. 28. plerumque cum verbo terminationis masculæ.

122. Franc. Ribera Scripturæ S. diligens interpres, & oculatus in Aggæi cap. 1. vers. 13. num. 28. comment. ad verba illa: *Nuncius Domini de nuncius Domini*: Hebr. מַלְאַךְ בְּ מַלְאֲכוּת *malach be malachuth*, credit ipse, L X X. & Hieronymum non legisse, vt nunc est, בְּמַלְאֲכוּת, i. *in legatione*, sed מַלְאֲכוּת plurali numero, quod multis nominibus accidit, vt habeant vtramque terminationem Præterea sentit idem Ribera, illic & alibi latere mysterium, cùm pro masculis nominibus fœminea substituuntur. Idque fieri ad rei præstantiam aptè significandam. quo consilio dicitur Salomon קֹהֶלֶת *choller*, i. *concionator pulcer, & elegans*: pulcritudo enim & elegantia propria est maximè fœminarum.

Eodem etiam pertinere quod Psal. 67. vers. 12. est, *euangelizatricibus*, quo prædicatores præstantissimi & elegantissimi præsignificentur. Denique pius ac doctus interpres hæc *Ribera.* verba subiicit: *Quod noui Hebræi, & eorum discipuli non intelligentes, mira confingunt: veteres, quia meliùs intelligebant, vtroque loco, masculino genere vsi sunt.*

Et verò coniectura Riberæ rationi, & Scripturæ est maximè consentanea. rationem idem attigit; quia fœmina pulcrior & elegantior: & maxima virtus, dósque doctoris est venustas & elegantia in dicendo, docendóque. Tribui verò pulcritudinem prædicatoribus Euangelicis, vel à nostro Isaiâ discimus infrà cap. 52. vers. 7. *Quàm pulcri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: regnabit Deus tuus.*

123. Qui locus multum illustrat alterum eiusdem Isaiæ, quem tractabamus, ac proinde illic Sion, sicuti & hic, non euangelizat, sed euangelizatur: & qui illic dicitur, מְבַשֵּׂר *mebasèr*, masculo genere, hìc מְבַשֶּׂרֶת *mebaſéret*, fœmineo, sed ab eâdem radice, בָּשַׂר *basar*, i. *annuntio*. Vtrobique super montem prædicitur euangelizatio. Sed propiùs ad rem, & institutum præsens: *quàm pulcri pedes annunciantium*! Videtur appositum minimè idoneum: ad nuncios enim perferendos quiuis exigeret & optaret pedes veloces potius quàm pulcros. at loqui Isaiam de nunciis, & legatis, qui ex vno loco in alium dimittuntur, patet ex Paulo Rom. 10. vers. 15. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, sicut scriptũ est: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!* Respondeo, istic pedes *Pedes pro verbis & sermonibus.* poni pro verbis & sermonibus, quos decet pulcritudo & elegantia, hoc est, vera ac solida sapientia, quâ præditi sunt Apostoli, infrà c. 51. n. 41. Hæc ex illo nostro commentario citato huc trãsferre ferè ad verbum non piguit. S. Gregor. 1. epist. 24. attentus vbique moribus perficiendis, in verbo; *Ascende in montem*, existimat, à Doctore exigi vitæ probæ exemplum, vt à verbis facta non discrepent. *Sit*, inquit, *operatione præcipuus, quatenus vitæ viam subditis viuendo denunciet: & grex, qui pastoris vocem sequitur, per exempla melius quàm per verba gradiatur.*

Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere.] In primis vellem quærere coràm ex iis, qui omnino hæc omnia ad reditum è Babylonicâ seruitute referunt, & hanc periodum ad eos, qui illam optatissimam, ac faustissimam libertatem annunciabant; quorsum ij nuncij, & legati iubeantur forti & constanti animo esse, & nulla ratione in suâ legatione obeunda formidare? quæ enim causa, aut ratio metuendi, cùm lætissima, & faustissima nuntiarent? quem ergo locum habet: *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem*, sc. asperrimo seruitutis iugo iamiam liberandæ? quòd si quis dicet, id iuberi fortiter, idest, contentâ, & clarâ, atque lætitiæ plenâ voce nuntiandum; quid ad alia verba dicet: *exalta, noli timere*? mihi sanè eâ in expositionis serie nihil obuium est, quod huic dubio satis faciat. Si iuberetur Vates, aut quiuis alius prænuntiare imminentem captiuitatem, aptè iis verbis ad exsequendum officium animaretur: sicuti animatur Ieremias cap. 1. vers. 17. *Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. ne formides à facie eorum, neque enim timere te faciam vultum eorum.* Ergo qui aspera & infausta denunciant, iis potest esse occasio timendi: at nuocientibus iucunda & prospera, causa est maxima confidendi, se omnibus fore gratissimos.

Sed dicet adhuc aliquis: hoc idem aduersatur alteri quam defendis, expositioni: nam *Occupatio.* quis nuncius potest esse magis iucundus, & faustus, quàm Euangelium? ergo eius annuntiatoribus causa nulla timendi. At in promtu *Responsio.* est responsio: Euangelium, vt nomen etiam ipsum sonat, lætissimus, ac faustissimus nuncius fuit gentibus, illud, quâ par erat, existimatione accipientibus: at Iudæis, ipsorum culpâ reiectis, & repulsis infelicissimus, & inuidiosissimus, quod patet è scriptis Euangelicis & Apostolicis: vnde ad illud prædicandum opus fuit singulari quadam fortitudine. Vide suprà cap. 6. vers. 8. & vers. 9. & consule Paulum Rom. 10. vers. 19. vbi cùm reposuisset illud è Deuter. 32. *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam*; addit Apostolus: *Isaias audet, & dicit: Inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui iis, qui me non interrogabant.* Quòd 123.
si Paulus putauit opus fuisse audaciâ diuinitus immissâ

immissā ad prædicendam molto ante vocatio- A
nem Gentilium, quanta fuit opus fortitudine,
ad ipsam quodammodo exequendam, & simul
Iudæorum reprobationem? Ergo congruit hoc
mirifice prædicationi Euangelicæ, & discon-
Cyril. uenit nuncio de reditu Babylonico. Cyril. A-
ba^. 3. vers. 14. ex LXX. *Aperient frenos suos,*
sicut pauper in abscondito, sic scribit: *Vbi igitur*
commemorauit statum, in quo oporteret esse omnino
capita potentium, hoc est, principatum in Synagoga
fortiores, recti ad sanctos Apostolos conuertitur, qui
principio persecutiones multum timebant. Flagella-
bantur enim in conciliis, subebant irque nemini lo-
qui in nomine Christi. Clam enim conuentus agen-
tes Deo preces fiEtitabant, & dicebant: Conue- B
nêre vere in ciuitate ista aduersùs puerum sanctum
tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius
Pilatus cum Gentibus, & populis Israel: Et nunc
Domine, respice in minas eorum, (Iudaeorum nem-
pe) & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum
tuum. Timore igitur, ut freno cohibiti, & tacere
compulsi & compressi, occulte, & vix quibusdam
loquentes, & quasi pauperi comedenti assimilati,
aperient frenos suos ac si apertè dicat: Dilatabun-
tur planè in gratissimam ipsis, conuenientissimam-
que fiduciam. Neutiquam enim curabunt Iudaeo-
rum Synagogam, contemnentes autem minas &
iniEta sibi frana tāquam non disrumpētes, velut equi
quidam feroces, strenui ac superbi frement de cete- C
ro, increpante nemine, & voce sua totum orbem
terrarum implebunt. Tale quiddam & Isaias sacro
munere Euangelica prædicationis fungentibus: Su-
per montem excelsum ascende tu, qui euangelizas
Sion, exalta in fortitudine vocem tuam qui euan-
gelizas Ierusalem, exalta, noli timere. Dic ciuita-
tibus Iuda: Ecce Deus vester. Ecce Dominus cum
virtute venit, & brachium cum dominatione. Qua-
re qui aliquando erant vt pauper in abscondito co-
medens, hoc est, qui libertatem non habebant, seu,
qui non audebant, qui clandestinè, & vix creden-
tium fide alebantur, cum lætitia frenos suos ape-
riens, iuxta modum, quem suprà diximus. Huc
vsque Cyril. Adiicio cùm multi & potentissi-
mi è Gentilibus essent repugnaturi prædica- D
tioni Euangelicæ, & pro viribus eā oppugna-
turi, quippe aduersam admodum suis cor-
ruptissimis moribus, & auitæ superstitioni;
ne esse fuit Apostolos præcellenti quadam
fortitudine obarmari: de qua Christus apud
Lucam cap. 24. vers. 49. iam rediturus in cæ-
los: *Vos autem sedete in ciuitate, quoad vsque*
induamini virtute ex alto. & Act. 1. vers. 4. *Ab*
Ierosolymis ne discederent, sed exspectarent pro-
missionē Patris. & v. 8. *Accipietis virtutem super-*
uenientis in vos Spiritus sancti, & eritis mihi testes
in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque
ad vltimū terræ. Itaque absque hâc diuini Spiri-
tus virtute, ac fortitudine non fuissent testes E
& prædicatores idonei, in Iudæâ, & in aliis
mundi nationibus. Meritò ergo monetur E-
uāgelicus præco hîc: *Exalta in fortitudine vocem*
tuam, qui euangelizas Ierusalem; scil. esse repo-
diandam, eo quòd fidem erga sponsum fœdè
admodum, & pertinaciter violauerit: *exalta,*
noli timere. nam: *accipies virtutem superuenien-*
tis Spiritus sancti. Quam petebat Petrus Act.
4. vers. 19. *Et nunc Domine respice in minas eo-*
rum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui ver-
bum tuum. Vide Hilar. Psal. 118. vers. 46.
Dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester.]

A

Vers. 10. Ecce Dominus Deus in forti-
tudine veniet: & brachium eius do-
minabitur: ecce merces eius cum eo,
& opus illius coram illo.

HÆc est summa euangelizationis. At si 126.
de generali Euangelij promulgatione
hic locus est, cur solius Ierusalem, Sion, aut
ciuitatum solius Iudæ mentio fit?
Dico primò: quia iis potissimum, & primo
B quoque loco Christus Dom. est missus. ipse de
se: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt do-*
mus Israel, Matth. 15. vers. 24. idem Domi-
nos ad discipulos Matth. 10. vers. 5. *In viam*
Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritano-
rum ne intraueritis: sed potiùs ite ad oues, quæ pe-
rierunt domus Israel.
Non oportuit Christi præsentiam, aut eo
agente in terris, eius notitiam nisi solis Iu-
dæis exhiberi: & post eius regressum ad cælos,
Iudęis etiam decuit primùm tradi, nisi respuis-
sent, Act. 13. vers. 46. *Vobis oportebat primum*
loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & infrà c. 49.
indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuerti- num. 91
mur ad Gentes.
C Cur autem priùs Iudæis quàm Gentili- 127.
bus oporteret impertiri Euangelium, non est
difficile coniectu; nam ex ipsis ortus est Chri-
stus, & Abrahæ eorum parenti, & principi
fuit promissus: August. Ioan. tr. 31. *Ad illos*
debuit venire, à quorum patribus, & quorum pa-
tribus est promissus. ergo hæc natio primo quo-
que loco & tempore tanto bono fuerat di-
gnanda, nisi se ipsam, vti ait Paulus, effe-
cisset indignam. Meritò ergo hoc loco. *Dic* Ecclesia
ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester. Christiana
Dico secūdò nominibus *Sion, Ierusalē, & Iuda* Sió, Ierusa-
intelligi Ecclesiā Christianā, vt alibi sæpissimè. lem, & Iuda
Ecce.] Nota admirationis, nouitatis, præ- nomine in-
D sentiæ. Cyrillus in particula *Ecce*, præsentiam telligitur.
considerat. Quæ omnia Christi mysterio con- 128.
ueniunt; quid enim magis admirabile, & Theocrald.
nouum, quàm Deum adesse hominibus visi-
bilem, tractabilem, quippe humana carne
indutum: *Ecce Deus vester.* Si ad Iudæos seor-
sum sermo sit, multis nominibus, *Deus vester*,
dici potuit. *Vester*, quem vos soli inter inno-
meras nationes idololatras colitis. *Vester*, qui
vos ex vniuerso hominum genere selegit,
& allegit sibi in pecolium, ac populum. *Deus*
vester, qui patribus vestris, ac Patriarchis,
& in iis, vobis quoque iamdiu promissus
est, & præsignatus. *Vester*, quem tantopere
E desiderastis, & exspectastis; *Ecce Deus vester,*
sanguine & genere, *qui factus est ex semine Da-* Rom. 1. v. 3.
uid, secundum carnem. Denique *vester*, qui vo-
bis duntaxat suam pręsentiam exhibebit, suam
ipsius vocem, doctrinam, atque miracula, alias
verò gentes per Apostolos & ministros edo-
cturus: vti suprà num. 126.
Sin generatim ad vniuersum genus huma- 129.
num verba hęc dirigantur: *Deus vester*, suis
quoque titulis & veris dicitur; quia condi-
tor, conseruator, gubernator, quę postrema
notio pręcipuè congruit nomini אלהים *Elohim*
hoc loco posito. *Vester* etiam, genere, quia
Verbum

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan. 1. vers. 14. *Vester*, quia vobis datus, vobis natus. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, Ioan. 3. vers. 16. Quò etiam vergit illud Angeli apud Luc. cap. 1. vers. 10. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus.* Vbi Beda & Theophylactus, cùm dicit Angelus, *Omni populo*, vniuersum hominum genus accipiunt. Relege sup. cap. 9. vers. 6. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Ergo si nobis natus, & nobis datus, noster est. Demum, *Ecce Deus vester*, ad idololatriam condemnandam, & veram Religionem commendandam non dubito pertinere; perinde diceret: *Ecce Deus vester*, nam quos nunc colitis, non sunt dij, sed idola inania, & impia, simulacra deorum, in quibus dæmones astutissimi vobis illudunt, & præstigias faciunt: hic solus, hic verus est Deus, hunc accipite, colite, obseruate, aliis omnibus repudiatis, atque irrisis. Quæ si vera sunt, aut veritati similia, roboratur magis posterior interpretatio, quæ Gentiles etiam admoneri de officio docet. Et quidem Scripturæ sanctissimæ, & vberrimæ sinus contrahere non debemus, nisi ratio ad id nos omnino coëgerit.

De Aduentu Domini. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur.*] Principiò statui oportet, quo de Aduentu Domini agatur hoc loco.

130. Opinio 1. Prima sit Rabbinorum opinio, qui Deum aduenturum ad liberandum populum è seruitute Babylonicâ exponunt, quibus accessere nonnulli Catholici & graues autores, de quorum autoritate, & opinionis probabilitate disserui suprà vers. 3. à num. 41.

Opinio 2. Secunda sententia, de Aduentu Domini posteriori, ad iudicandum videlicet homines in fine seculi. huic adstipulatur in primis S. Hieronymus, dein Haymo. Thomas recenset simul cum aliis expositionibus, sequitur Interlinealis. Ribera in Apoc. cap. 22. vers. 12. videtur huc concedere, quatenus citat hunc Isaiæ locum vt illi conformem; *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua*, & illum exponit de secundo aduentu.

Procopius etiam docet, aliquos autores sic Isaiam intelligere.

131. Opinio 3. placet. Ceterùm quamuis antiqua, & nobilium aliquot Scriptorum autoritate suffulta sententia, nobis non probatur, nam altera de priori Christi aduentu plures, & antiquiores pro se nacta est interpretes, & rationem pluris ponderis, vt patebit vers. 11. sequenti. Et quidem Hieronym. infrà cap. 63. vers. 5. nobis adest, à se discedens.

Obiectio. At quia locus Apocalypseos allegatus videtur esse allusio manifesta ad hunc Isaiæ, vt ex ipsâ verborum collatione sumi potest, nisi cui videatur potiùs esse huius loci citatio & expositio, & in Apocalypsi agitur toto illo capite, de cælesti beatitudine; fit sanè consequens, vtrobique posteriorem Saluatoris aduentum describi.

Solutio. Soluo nodum, si respondeam, in Apocalypsi agi illo cap. 22. de præmio sempiterno; quod nemo negarit, sed cùm Christus Dominus dicit vers. 7. & vers. 12. *Venio citò*, neque de primo, neque de secundo suo aduentu publico loqui, sed de aduentu priuato, & iudicio cuiusque particulari, quæ fuit olim expositio Andreæ Archiepiscopi Cæsareæ, & Pannonij punct. 2. qui ait similem locum esse hunc Isaiæ, & posse intelligi tam de particulari, quàm de generali iudicio. Noster Alcazar hoc ipsum approbat.

Cui solutioni lubet adiungere; etsi demus in Apocalypsi gerentem Christi personam de secundo aduentu loqui, & respicere ad Isaiam; non tamen inde necessariò inferri, Isaiam hoc loco, illis ipsis verbis: *Ecce merces eius cum eo*, agere de muneratione ad finem seculi. nam cap. 62. vers. 11. (quod pòst exigendum erit magis ad trutinam) repetit vates eadem verba, quæ ad solum tempus Iudicij extremi durius accommodabuntur: vtrobique autem putabamus agi de præmio & remuneratione in commune; siue præsentis, siue futuræ vitæ, siue temporali siue sempiternâ; nimirum, Deo non deesse neque voluntatem, neque facultatem seruos suos remunerandi. 132.

Ergo linquitur vt multo probabiliùs, hîc tractari de priori Seruatoris aduentu, quod Patribus antiquis communiter arrisit, Cyrillo hoc loco, & lib. 10. contra Iulianum, & Abac. cap. 3. vers. 14. & Malach. 3. vers. 2. Orig. in Ioan. tom. 16. Procopio, Thomæ, Euseb. lib. 3. Demonst. cap. 1. 133.

Vatablus, Arias, Osorius, Forerius, Dionys. quibus se addunt Lyra, Glossa, Delrius Adag. 125. Oleaster Numer. 11. v. 12. in morali. Sed ostendo iam autoritate eiusdem vatis Isaiæ, & S. Matthæi Euangelistæ. Isaias enim infrà cap. 62. vers. 11. ita posuit: *Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & eleuate signum ad populos. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce Saluator tuus venit; ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.*

Quam sit locus loco similis, superfluè diceretur, cùm potiùs sit eadem sententia & prædictio, verbis tantisper mutatis; at infrà agi de priori aduentu, & conuenit inter expositores, & per se liquet: ergo & in præsenti. 134.

Matthæus verò cap. 21. vers. 4. referens ingressum Domini in vrbem Ierusalem, asinæ insidentis, addit: *Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi, mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.* Quod testimonium ab Euangelista fuisse compositum è Zachariæ cap. 9. vers. 9. & Isaiæ, siue hoc loco, siue cap. 62. vers. 11. citato affirmât Ribera in Zachar. & Maldonatus in Matth. & Sanctius in Isaiam, cap 62. & in Zachar. cap. 9. vers. 9. num. 34. Castrius ibi. Solent enim Euangelistæ è diuersis vatibus testimonia contexere. Et ratio idem efficit: nam prima particula illa: *Dicite filiæ Sion*, in Isaiâ solo reperitur. quòd si Matthæus vtrumque sociauit testimonium, & ex vtroque vnum cõflauit, sensit quidem vtrumque ad eandem rem pertinere; sed locus Zachariæ euidenter est de primo Saluatoris aduentu: ergo similiter & locus Isaiæ, cùmque ille è cap. 62. citatus sit eiusdem omnino notionis, & argumenti, atque præsens, necessariò consequitur, hîc vatem 135.

non

non posteriorem, sed priorem Aduentum prædixisse. Et hæc de hac re dixisse suffecerit, quæ inferiùs ampliùs roborabitur.

135. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet.*] Tametsi in Hebræo textu, nomen hoc posterius, *Deus*, sit aliud a priori illo, *Deus vester*, vix inclino, vt putem diuersum esse sensum, qui cum operæ pretio notari possit. hæc videtur esse mens L X X. hoc nomen posteriori loco omittentium.

Quoniam hîc Dominus *in fortitudine* venturus prædicitur, & in Euangelio, *cum virtute, & potestate magna* ad iudicium finale & generale rediturus perhibetur; inde suspicor cepisse occasionem autores præcitatos arbitrandi, Isaiam agere de eodem tempore. Sed hoc nihil officit, quia cùm venit in mundum, etsi caro factus, quâ nihil potest excogitari fragilius, & infirmius, sed non virtute, & fortitudine destitutus aduenit; quocirca Ioannes Euange-
Ioan. 1. v. 14. lista, vbi dixit: *Verbum caro factum est*, illico cautissimè subiecit: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ &*
136. *veritatis.* Ad eundem finem Isaias, cùm præmisisset, Deum hominem factum adfuturum, ne solam carnis infirmitatem cogitaremus, adiungit statim, *fortitudinem*. Deum, cùm nobis proponeret hunc hominem, vt Saluatorem, ac liberatorem totius generis humani, qui illud esset erepturus è tyrannide fortissimorum inimicorum, è potestate principum tenebrarum
Coloss. 2. v. 15. harum, *& exspolians principatus & potestates traducturus esset confidenter, palam triumphans illos in semetipso*; cùm esset, vt hunc illustrissimum triumphum consequeretur eradicaturus priùs idololatriam, à priscis seculis, altissimis & firmissimis radicibus innixam; cùm esset denique vniuersam mundi, ac tartari potentiam & valentiam infracturus, ac debilitaturus; necesse fuit, eius brachium carneum non descendere in palæstram inerme, sed excellenti quadam fortitudine obarmatum, & indutum, quod Euangelista Ioannes sapienter, vt suprà patuit, indicauit, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius,*
Gloria vnigeniti quæ. *gloriam quasi vnigeniti à Patre. Gloriam*, sumito maiestatem, potentiam, dignitatem, autoritatem ostensam & comprobatam miraculis, doctrinis, factisque supra modum admirabilibus. De quo duo illi discipuli euntes in castellum
Luc. 24. v. 19. Emaus, ipso Resurrectionis Dominicæ die: *de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & sermone, coram Deo, & omni populo.* Itaque non tantùm miraculis & operibus, sed etiam verbis & sermonibus suam vim, & potentiam ostendebat. Luc. 4. vers. 32. *Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius.* & Matth. cap. 7. vers. 29. *Erat enim docens sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.* Quæ autem fuerit hæc virtus & potestas in sermone, etsi intellectu non est difficile, accuratè tamen & disertè ab Aria
Arias. Montano in Matth. exponitur: *Apertissimè docebat solidam doctrinam; in qua continebatur summa expetendarum rerum, & agendarum ratio, quid homines facere, quid à Deo exspectare deberent; tantâ dicendi maiestate, & perspicuitate, tantâ verborum simplicitate, & grauitate, tantâ rerum exponendarum dignitate, tantâ denique ad mouendum autoritate, vt non dicere, sed imprimere dicta in hominum pectoribus videretur efficacissimè, aliis amorem, aliis timorem incutiens.* Cyril. hæc, voluisse Isaiam discriminare Christum ab aliis prophetis in patrandis mirabilibus, quod hi precibus ea efficerent, Dominus verò vi sua vti Dominus & potentia insita. Vtilis hæc, nec inopportuna animaduersio. (Vide infra cap. 49...)

Fuit ergo necessaria hæc vis & fortitudo in verbis ad pertrahendos sponte liberos hominum animos, & cum suo Domino, ac creatore, a quo desciuerant, reconciliandos: & fuit necessaria fortitudo in operibus ad potestates inferas & obstinatas vi debellandas, ac de tyrannicâ ditione pellendas. Cum vtraque Christum potestate venturum prædicit hoc loco Isaias: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*; vbi, fortassis, præter *fortitudinem*, brachium, quo operamur, addidit, vt vtramque & sermonis, & operis potentiam innueret; quô lector poterit, si velit, nomina, *Dominus*, & *Deus*, distribute reuocare, vt *Dominus* Hebr. *Adonai*, referatur ad vim verborum, nam qui in persuadendo est potens, animis dominari dicitur: & nomen *Deus* Hebr. *Ielohi*, referatur ad efficacitatem operũ, quam ex vi suâ natiuâ, si Ariæ, & aliis fidimus, adsignificat. Sed, vt verum fatear, non admodum in his argutiis acquiesco, sed quia scio aridere multis neque insulsis viris, eas per occasionem admisceo. 137

Et brachiũ eius dominabitur.] Brachium subrogari pro fortitudine & potentia in litteris sacratioribus adeò est scitum, vt in scientiæ possessoribus eiusmodi rei longa probatio. In Exodo sæpè, in Deuter. & alibi Deus gloriatur se eduxisse è seruitute Ægyptiaca populum suum *in manu forti, & brachio extento.* Ieremias cap. 32. vers. 17. *Heu, heu, heu Domine Deus; ecce tu fecisti cælum, & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.* Et instar plurimorum vnum sit testimonium, quo sapientissima illa inter omnes creaturas Virgo, & Spiritu sancto, ac recens Dei filio fecunda & plena cecinit: *Fecit potentiam in brachio suo*, Luc. 1. v. 51. Vbi alienè quis Christũ interpretetur, etsi alibi, vt mox dicã, brachium pro Dei filio reperiatur. 138. (Brachium pro fortitudine.)

Neque verendum est, vt à nobis quæratur, quamobrem, pro fortitudine, *brachium* sufficitur; cùm vti robur bestiarum in cornibus, sic hominũ in brachiis & lacertis insit. & præterea, brachiis & manibus, potissimum operemur. 139.

Ergo appositè *brachium* cum dominatione construitur: *Et brachium eius dominabitur.* nam
præpotentium, & prævalentium est dominari. 140.
At quoniam interdum, precariâ & aduentitiâ vi, ac potentiâ dominamur, non vernaculâ, & insitâ, ad id excludendum, dicitur: *Et brachium eius dominabitur*, & vt est in autographo, לו *lo*, idest, *sibi*, non alieno egebit auxilio, sibi ipse erit satis; Hispanè: *El se dara cobro.* id quod apertiùs traditur infrà cap. 63. vers. 5. *Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non erat qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.*

Cùm celebris illa veteris populi ex Ægypto liberatio, & tot portentis editis vindicatio,
fuerit expressa quædam imago futuræ redem- 141.
tionis & saluationis totius mundi; cùmque illic in Exodo, & in Deuteronomio, quibus libris scribitur hæc historia & victoria, valde

sæpe

ſæpe Deus affirmet ſe *in fortitudine, & brachio extento* liberaſſe eum populum, fit mihi veroſimile, eò reſpicere hoc loco Iſaiam.

142. Vlteriùsq; conicio, iccireo tam frequenté fieri in veteri Teſtaméto métioné de *brachio Dei*, pro robore, & fortitudine, vt illis omnibus facinoribus, & prodigiis portéderetur, & adúbraretur facinus & miraculum maximum omniú, quod Deus erat patraturus per filiú ſuum vnigenitú, qui arcanè, & aptiſſimè in paginis diuinis Dei brachiú appellatur, vt oſtendam poſtea ad c. 51. v. 9. *Cõſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini*. cap. 53. v. 1. Interea vide iis locis & c. 9. v. 6. Hierony. & cap. 52. v. 10.

ad 51. v. 9.

Brachium pro Christo Dei filio.

Quæ cú ita habeãs, hic etiã *brachiũ*, pro Chriſto nõ fueris abſurdú accipere, vbi de ſalutatione hominũ diſſeritur: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet*; vt à more ſuo priſtino & vſitato non recedat, brachium illud robuſtú, ac forte, quod olim in eripiẽdo populo Iſraelitico exeruit, erexit, extendit, licet, hoc idem brachium carne fragili, & molli ſepſerit, & inuoluerit, nihilominus tamẽ nõ deiecit, nõ depreſſit, non debilitauit, ſed retinet æquè præpotens, & validum, ita vt abſque alienâ ope, ſuis omnibus ferociſſimis hoſtibus ſit imperaturum: *Et brachium eius dominabitur tibi*.

Deniq; *brachium* illud olim extentum omnia conficiẽs, & ad exitum perducens figura fuit, & quaſi portentum, ſcil. Chriſtũ Dñ. in cruce extenturũ eſſe brachium, quo tartareas & hoſtiles phalãgas deiiceret, & affligeret, & ſic glorioſiſſimè triũpharet; quod ipſe prędixit: *Si exaltat⁹ fuero à terra omnia trahã ad meipsũ*. ecce merces, *hoc autẽ dicebat ſignificãs qua morte eſſet moriturus*. Extẽſioné brachioru in cruce attigit Diũ. hoc loco.

Iom. 12. v. 32.

143. *Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.*] *Merces* paſſiuè, aut actiuè capi poteſt: paſſiuè, quam Chriſtus vt homo acceperit à Patre pro labore, & opere ex eius nutu & imperio in redemtione hominũ poſito: actiuè verò, quã idẽ Chriſtus reddiderit vnicuiq; hominum iuxta merita ſua. quá poſteriorem acceptioné fulcit admodũ locus Apocal. c. 22. v. 12. ſuprà poſitus, & cum hoc cõpoſitus: *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua*. Cùm enim concedendum ſit, Apocalypſin, minimùm, ad Iſaiá alludere, vt cõſtituit ſuprà n. 131. & iſtic *merces* actiuè tantùm ſumi poſſit, inde cõſequitur, hic eodem modo ſumi debere. Quorſum enim Domin⁹ Ieſus in Apocalypſi ea verba Iſaiæ vſurparet, niſi eodem reſpiceret? Mihi ſanè videntur eſſe eadem verba: nam prẹter ea, quæ tetigi ſuprà n. 130. Vates noſter ait: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet*; Chriſtus in Apocalypſi, vt de ſe dicta vſurpãs: *Ecce venio citò*, quod non de Aduentu ad generale iudicium debet intelligi, ſed ad particulare, vt num. 131. Iſaias vlteriùs: *Ecce merces eius cum eo*; Chriſtus: *Et merces mea mecum*; vbi ſubintellige dictionem, *Ecce*, quæ præceſſerat: *Ecce venio citò, & merces mea mecum*. quæ ſi non eſt allegatio, aut ſaltem alluſio, ego in Scriptura S. quæ poſſit hoc nomine cenſeri, nullam aliam alluſionem video: ſed quamlibet cenſeo poſſe eludi. Stet ergo, ad Iſaiam alludi: in quo, quoniã vox, *Merces eius*, erat dubia & anceps, cùm poſſet accipi paſſiuè, vel actiuè; Angelus ſub Chriſti perſona ſuſtulit ambiguitatem, addens: *reddere vnicuique ſecundum*

Merces Christi qua.

A *opera ſua*; cui reſpondet in noſtro propheta: *& opus illius coram illo*; quod poſſimus exponere: *opus illius*, cui merces reddenda, eſt coram Dominũ, vt operi merces æquetur.

144. Sed obſtas: apparere durius, in Iſaia nomen *opus*, ab eodem Domino ſeiungere, & ad alium, cuius nulla mentio intercedit, adiungere: nam eodem orationis tractu dicitur: *Merces eius cum eo, & opus illius corã illo*; & quũuis in Latinâ verſione poſſet habere ſpeciem veri, in qua variatur pronomen, ſcil. *merces eius, & opus illius*, in Hebræâ tamen, & Græcâ nulla eſt variatio, ſed idem omnino pronomẽ, *merces eius*, & *opus eius*, ופעלתו לפניו *v ſecarò pehulatò*, Græcè verò, *αὐτοῦ*, vtrobique. Inficiari certè nequeo, id maximè B obſtare; vnde exiſtimo, ad hæc poſtrema verba: *opus illius coram illo*, non reſpici in Apocalypſi, multo minus exponi per illa alia: ſed (quẽadmodum ſuprà docui) vocem ambiguam, *merces eius*, ad alteram partem pertinere, id declarari, nimirum, vt ſit Domini non accipientis, ſed reddentis. Actiuam eſſe mercedem exiſtimant ex interpretibus Iſaiæ Thomas, Lyra, Interlinealis, Vatablus, Oſorius. Hieronymus infrà cap. 62. verſ. 11. & illi, qui ſuprà num. 130. de ſecundo Chriſti aduentu interpretantur.

Obiectio.

145. Ceterùm S. Cyrillus, & cõpilator eius Procopius, quibus probabiliter adhæſit Sanctius noſter, paſſiuè omnino intelligunt, vt ſit præmium quod Chriſtus Dñ. vt homo pro redemto C genere humano accepit à Patre, ſiue id cogites, eius nominis exaltationẽ & gloriam; iuxta illud Philip. 2. ver. 8. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* Siue cogites ipſos homines Chriſto ſubditos & obſequentes: ſecundùm Pſal. 2. v. 8. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuã, & poſſeſſionẽ tuam terminos terra.* Sic exponit Hilar. Pſ. 126. v. 3. *Ecce hereditas Domini filii, merces fructus vẽtris*; & ille intelligit, *fructũ vẽtris*, dici Chriſtũ natũ è vẽtre Virginis.

146. Porrò, hanc fuiſſe Chriſto mercedem redditam, veriſſimum eſt, & eam nos magis exponemus, & amplificabimus cũ Vate noſtro ad cap. D 53. verſ. 10. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum: & voluntas eius in manu Domini dirigetur. Pro eo, quòd laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur*: Sed vtrùm hoc loco verſet idem argumentum Iſaias, id dubium: quòd ſi ſtet alluſio Apocalypſeos ſuprà nu. 143. hæc Cyrilli expoſitio cõſiſtere non poteſt. Niſi fortè cui lubeat reſpondere, Iſaiam ſibi propoſuiſſe, vtramq; mercedem complecti, & ob id indefinitè dixiſſe: *merces eius cum eo*, cùm verba ad vtramlibet poſſint inflecti, in Apocalypſi verò, alteram partem arripi inſtituto opportunam.

infr. 53. v. 10.

147. Aliquando ab ſcriptoribus Canonicis, vnis, E & iiſdem verbis duo diuerſa, non contraria fuiſſe enunciata non negarim, cùm ſit opinio frequentior, & probabilior, vni loco duos ſenſus litterales interdum ineſſe: quod tamen ſic ipſe concipio, vt vnus ſenſus cum alio aliquem habeat nexum, ne ſint veluti ſcopæ diſſolutæ, & talis euadat oratio, quæ prudentiſſimum quemque & grauiſſimum virum deceat. At verba ambiguè interponere, quę, tãquã normam Leſbiam, huc, aut illuc adaptes, neque eſt prudentiæ, neque grauitatis: quare non probo eorum interpretum conſilium, qui paſſim di-

Senſus litteralis vnius loci multiplex & quatenus.

uersos, ac disparatos vnius loci sensus ab Spiritu sancto in libris sacris propositos, nobis obtrudunt. Vnde vt ad rem veniam, hic ab Isaia vnum aut alterum iudico fuisse enuntiatum: cùm vtrumque simul cur enuntiare voluerit, nulla mihi ratio alluxerit. Et quia allusio Apocalypseos vrget, ad alteram partem, & expositionem de mercede actiua adhuc pedibus accedo.

148. Tertia uideri posset, & distincta explanatio Foterij, quem secutus est Arias, vt merces Christi neque sit præmium, quod ipse in se recepit, neque quod ipse alijs attulit, aut supplicium, sed sint ipsimet fideles, ab eo suo labore, & operâ acquisiti, instar ouium; & hæc referantur ad sequentia vers. 11. *Sicut Pastor gregem suum pascet*; & sit allusio ad Iacob redeuntem ex Mesopotamia, & coram se ducentem greges, liberos, vxores, quæ omnia suam mercedem & opus dicere posset, cùm ea pro opere, & labore accepisset.

149. Verùm hæc expositio non distat ab expositione Cyrilli, & Procopij, qui apertè docent, mercedem Christi passiuam exstitisse fideles, vt liquet ex locis ab eo notatis, & à nobis relatis. Allusio illa ad Iacob obscura est, & incerta similiter & relatio ad sequentia.

150. Quod verò Sanctius excogitauit, id sanè diuersum est; nempe *mercedem*; poni pro pretio, quod Christus exsoluit pro redimendis hominibus: nam cùm præmitteretur, & promitteretur vt Saluator: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*; opportunè subiicitur: *Et merces eius cum eo*, præstò, ad manum fore solutionem, & pretium ad redimendos captiuos, ne quis de hoc posset ambigere. Acuta sanè excogitatio: sed quominus ei applaudam, aliqua impediunt. Primum quod aduersùs alios opposui ex allusione ex Apocalypsi. Deinde, quia non mihi probat Sanctius pretium, quo emitur, aut redimitur seruus, dici posse mercedem; nam licet quæuis merces sit pretium, non tamen quoduis pretium habet conditionem mercedis. Merces enim contractius quid est; est enim non quoduis pretium, sed id, quod pro labore, & operâ impensâ redditur, à qua quis dicitur mercenarius: at qui pro equo, aut pecore vendito pretium recipit, neque dici potest mercenarius, neque pro eo mercedem recipere. quod si venditor non recipit mercedem, cum pretium accipit, ergo neque emtor dicetur mercedem tradere. Et sane in tota Scripturâ merces vbique labori, operi, vel merito respondet: in profanâ non memini aliter vsurpari. Cicero 5. de finib. dicit, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. Sed ibi, mercedem pro annuo reditu sumit, non pro pretio; quasi prædia suis cultoribus pro labore, fructus, instar mercedis, reddat. Instit. lib. 4. tit. 6. §. 8. Claudianus in Entrop. lib. 2. vers. 197. videtur pro pretio sumsisse. Mercenarius sanè, & apud Græcos μισθωτὸς, seu μισθοφόρος, est qui operas suas locat: vnde apud Senecam lib. 3. de Beneficiis c. 22. ex Chrysippo, *Seruus est perpetuus mercenarius*. Itaque Christi labor, & opus quæ impendit, & exsoluit pro homine redimendo, dici non potest merces, sed è contra id quod ipse accepit

151. pit pro labore, & opere exhibito. Denique etsi verum sit, Christum suum sanguinem, & laborem pro pretio exsoluisse, hoc tamen loco non inducitur vt emtor, aut redemtor soluens pretium, sed vt Imperator, & Dominus suis viribus omnia prosternens sibique subijciens: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*: vt num. 135. quare minus opportune sub inferretur mentio de pretio oblato, & promto ad redimendũ captiuos. 152.

Sed iam expendamus formulam ipsam loquendi: *Merces eius cum eo*, quod idem in Apocalypsi Dominus repetit, *Merces mea mecum*. vbi duo expendenda, alterum, cur dicatur, *eius*, & ipse dicat, *mea*, cùm veriùs & propriùs, merces sit operæ, & mercenarij laborantis, & merentis; nam merces à merẽdo ære, dicta est, teste Varrone; quàm eius, qui reddit ex pacto, ac debito: nã vbi operæ conductę laborarunt ex conuentione, merces iure reddẽda est, quã si cõductor retineat, aut deneget, iniurius est: quia merces nõ est eius, sed operarũ, & mercenariorum. Vnde in parabolâ illa de operis, & mercenarijs locatis ad vineam fodiendam, non dicit Dominus, da illis: sed, *redde illis mercedem*; & Tobię cap. 4. vers. 15. *Quicumque aliquid tibi operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te non remaneat*. Alterum considerandum, cur dicatur, *esse cum eo*. 153.

Priori quæstioni vt faciam satis, oportet reuocare memoriam discriminis, quod intercedit inter hominem reddentem mercedem operæ, & mercenario; & inter Deum præmium iustis pro labore & opere bono soluentem. Nam vt abstineam ab ea controuersiâ inter Theologos agitata, an vera iustitia & propria Deo insit respectu hominis, cùm multi & magni autores constanter affirment, nullam posse cadere in Deum obligationem aduersùs hominem, quantumuis promissio præcesserit; sed si Deus (quod euenire nequit) dictis ac promissis non staret, nullam fore speciem iniustitiæ, sed duntaxat infidelitatis, cùm non homini, sed sibi solùm fidem suam promittendo astrinxisset; vt hác, inquam, quæstionem in præsens omittam, de qua in opusculis Franc. Suarez accuratè disseruit: illud citra cõtrouersiã, Dei est proprium, vt gratuitò prælargiatur auxilium, & gratiam, sine quâ homo nullam supernaturalem mercedem (quâ de mercede agimus) possit promereri: quare cùm labor & opus hominis quantumlibet egregium, & excellens si per se metũ exspectetur, absque Dei gratiâ, nullum omnino valorem obtineat ad præmium supernaturale promerẽdum, sed à gratuito Dei auxilio, & dono recipiat; in quo à nummo & pecuniâ distat, nam metallum quoduis ex se aliquolem habet valorem, etsi tãtum, ac talem ab obsignatione, & autoritate publicâ: opus verò humanum si diuinâ gratiâ sit destitutum, apud Deum nullius est æstimationis. Quare, vt labori humano debeatur merces diuina, debet præcurrere liberalitas Dei succurrentis, & præuenientis liberum arbitrium auxilio suo gratuito.

Tractat, & explicat egregiè hoc argumentum Augustinus varijs in locis, sed præcipuè in libro *de Gratia & libero arbitrio*, quem ad Valentinum & Monachos conscripsit, è cuius capite sexto non me pigebit exscribere quæ proposito videbuntur aptiora. *Redeamus*, inquit, *ad Apostolum Paulum, quem certè inuenimus sine*

Merces vnde dicta.

Paraenesis?

August. de verbis Apost. ser. 16. c. 1.

Iustitia in Deo non mas.

inf. c. 45. n. 216

Suar. in disp. de iustitia Dei

Luc. 17. v. 9. 10.

August.

vis

vel meritis bonis, imo cum reddere meritis malis Dei gratiam consecutum, redderet bona pro malis? Videamus quid dicat, sub tam propinquante passione scribens ad Timotheum: Ego enim iam immolor, inquit, & tempus resolutionis meæ instat. bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Ista vtique iam sua merita commemorat, vt post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consecutus est gratiam. Denique attendite, quid sequatur: Superest inquit, mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors Pater? & quomodo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia, quæ iustificat impium? quomodo ista debita redderentur, nisi illa gratuita donaretur? Sed cum dicunt Pelagiani, hanc esse solam non secundum merita nostra gratiam, qua homini peccata dimittuntur; illam vero, quæ datur in finem, id est, æternam vitam meritis nostris præcedentibus reddi: respondendum est eis: si enim merita nostra sic intelligerent, vt etiam ipsa dona Dei esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia: quoniam vero merita humana sic prædicant, vt ea ex semetipso habere hominem dicant, prorsus rectissime respondet Apostolus: Quis enim te discernit? quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Prorsus talia cogitanti verissime dicitur: Dona sua coronat Deus, non merita tua: si tibi a teipso, non ab illo sunt merita tua: hæc enim si talia sunt, mala sunt, quæ mala sunt, non coronat Deus: si autem bona sunt, Dei dona sunt, quia sicut dicit Apostolus Iacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Et cap. 7. incipit: *Si ergo Dei dona sunt bona merita tua, non Deus coronat merita, tanquam merita tua, sed tanquam dona sua.* Vide eumdem in Psal. 83 v. 12. *quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.*

Pelagianorum versutia.

Responsio.

Opera viribus solius nostra.

155. Quia ex disputatione verissimâ intelligimus, licet æterna vita proprie sit merces, & merces nostra, (quantumuis fremant hæretici nostri temporis de libero arbitrio ad merendum inanes meriti, quia vellent esse omni labore, & bene agendi onere & obligatione liberi) nam id planissime Scripturæ Euangelicæ, & Apostolicæ nobis tradunt: nihilominus Christus Dominus iure optimo suam vocat, & sibi non arroganter ascribit, cum ex eius meritis nobis donetur gratia, qua suffulti, & eleuati ad tam sublime dignitatis culmen ascendimus, vt nostris operibus vitam promereamur æternam, atque adeo, claram Dei visionem. Vnde fit, vt beata vita sit & merces nostra & corona iustitiæ, & simul gratia diuina. Vide Tolerum Rom. cap. 4. not. 6. quin illud Ioan. 1. vers. 16. *De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia,* hoc est, pro gratia diuinitus in hoc seculo concessâ, in altero gloriam exponunt S. Bern. ser. 5. de Assumt. Beda illic, S. Aug. tract. 3. & 13. in Ioan. & libro de Correptione & Gratia cap. 13. & lib. cit. de Gratia & libero arbitrio cap. 9. Vbi sic disserit cap. 8. *Et nascitur inde non parua quæstio, quæ Domino donante soluenda est. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, vt apertissime dicit Scriptura, quoniam Deus reddet vnicuique secundum opera eius, quomodo gratia est vita æterna, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicente, ei, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* & iterum: *Reliquiæ, inquit, per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.* & statim addidit: *Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia non est gratia. Quomodo est ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus sumitur? An forte vitam æternam non dixit Apostolus gratiam? imo vero sic dixit, vt negari omnino non possit, nec intelligentem acutum, sed tantummodo intentum desiderat auditorem. Cum enim dixisset: Stipendium peccati mors; continuo subdidit: Gratia* 156.
autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Ista ergo quæstio nullo modo videtur mihi posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra, B *quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere; propter illud, quod ait Dominus, sine me nihil potestis facere.* Et cum alia sanctus Doctor eodem pertinentia ex aliis Scripturæ fontibus deriuasset, concludit iis verbis: *Itaque carissimi, vita bona nostra nihil aliud est quam Dei gratia; sine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est; & ipsa enim gratis datur, quoniam gratis data est illa, cui datur. Sed illa cui datur, tantummodo gratia est, hæc autem, quæ illi datur, quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia: vt verum sit, quoniam verum est, quia reddet vnicuique Deus secundum opera sua.* Vide eundem ad C Ps. 31. in præfat. & Psal 70. vers. 19. sic ait: *Nihil es per te, Deum inuoca. tua, peccata sunt: merita, Dei sunt: supplicium tibi debetur; & cum præmium venerit, sua dona coronabit, non merita tua.*

Rom. 4. v. 4.

Rom. 11. v. 5.

157. Ista Augustinus, quibus quid disertius & verius dici queat, & ad tuendam hominis in benefactis cooperationem, ac bene merendi facultatem, & ad diuinæ gratiæ liberalitatem, & munificentiam cōmendandam, quarum neutra alterius luminibus aut muneribus officit, sed altera alteri mire connectitur, quo ex connexu procedit, vt eadem nominari rite possit, merces ipsius Dei & nostra; vt verissime sit dictum sēsu proposito: *Et merces eius*, licet sit ea, quam D nobis bene laborantibus & merentibus, aut ex officio iustitiæ, aut ex vi suæ promissionis, & quasi munere fidelitatis debet omnino reddere.

158. Hæc de priori particula enuntiati, *merces eius*; iam de posteriori, *cum eo*, siue Hebr. *coram eo*, vel *ante faciem eius*, quod regreditur eodem. & indicat, quid sit, *esse cū Domino mercedem*, videlicet eam habere præsentissimam, cuius reddendæ cum obliuio subire nequeat: eam etiam habere ad manum, promtissimā, cuius exsoluendæ non possit deesse facultas; denique remunerandi voluntatem, potestatem, artem, ac scientiam à Domino non abesse procul, internam esse, domi natam, non foris accersitam. Vt quemadmodum Propheta docuerat, Deū & Christū E Dñ. non egere aduētitiis viribus ad hostes suos debellandos, sed sibi sufficere brachium suum: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*, Hebr. *Dominabitur sibi*; quod adnotaui n. 140. sic ad præmia largiēda suis obsequētibus militib⁹, & stipēdia obiter militiæ soluēda, nō sibi op⁹ fore alienis opib⁹, nō vectigalibus, & tributis exigēdis, nō ærario publico, nō donariis, sed sibi esse apud se, quo possit quēquam pro debito, ac merito remunerare, eāque de mercede præcipua, & vt loquuntur Theologi, essen-

tiali, sit locus, sola est clara visio ipsius Dei, A seu Deus ipse in se visus; vnde aptissimè: *Merces eius cum eo*, vel *ad faciem eius*; diuinæ enim faciei
1.Ioan.3.v.2. intuitus est plena Beati merces, & gloria: *Nondum apparuit, quid erimus: scimus quoniam, cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*. & Paul 1. Cor. 13. vers. 12. *Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc facie ad faciem*. Ergo cùm merces nostra nihil aliud sit quàm facies Dei, & præsens eius conspectus, rectè ponitur: *Et merces eius cum eo*, seu, *ad faciem*; aut *ante faciem eius*. ergo non longè petita, non aliunde corrogata, sed intrinseca, sed innata.

159. Aug. Sin de mercede etiam aliâ accidentali, siue futuri, siue præsentis seculi libeat interpreta- B ri, hæc quoque Deo est ad manum, in promtu, apud eum, & ex eo ipso. *Et Deum ipsum verum*, ait Aug. 7. Ciuit. cap. 12. *rectè dicimus diuitem, non pecuniâ, sed omnipotentiâ*.

Quòd visus est mihi teodere Deus Genes. 15. vers. 1. Abrahamum sic allocutus: *Noli timere Abram: ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*. Pellit timorem, cùm se profitetur protectorem, & spem erigit, ingerit amorem, cùm pollicetur seipsum fore mercedem, eamque magnã nimis. Cui promissioni contermina est præsens: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet*, scil. ad protegendum suos, nemo formidet: *Et merces eius cum eo*; ad coro- C nandum, nemo non spem & animos sibi faciat ad standum fortiter in acie: quia ipsemet Dominus erit suis emeritis militibus stipendium, merces, corona, & *magna nimis*. Quæ, si sit essentialis, qualis, ac quanta sit, quis in hâc mortalitate & inexpertus dicere audeat? Sed de eâ ad cap. 64. v. 4. *Oculus non vidit Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te*; conabimur, ipso Deo auspice, aliquid tradere.

160. Tò opus diuinè sumptum. *Et opus illius coram illo.*] Iuxta seriem interpretationis nostræ, non est difficile cognoscere, quod, cuiùsve sit *opus*, nimirum, meritum illius, cui merces est reddenda: vt supra num. 143. At quoniam videtur aliquis hiatus, si ita disiunctio fiat, quod num. 144. ostendi; alia D via nobis ineunda. Cum priori fas fuerit cũ Forerio, & Sãctio *opus* pro eodem sumere, atq; mercedem, vt sit eiusdem sententiæ iteratio, aliis vocabulis, quæ est S. Scripturæ familiaris, & *opus* capi aliquando pro mercede constat ex c. 19. Leuit. vers. 13. vbi: *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè*.

161. Deinde propriè possumus *opus* exponere; Christi, videlicet, redemptionem, ex quâ ducit originem merces nostra. Conuenienter enim admodum post mercedem opus, cui illa respõdet, adiungitur; tanquam reddatur causa, cur sit *cum eo merces*, quia *opus* cum eodem; *opus*, inquam, quod inter omnia omnium hominum E opera sit dignandum hoc nomine, vt pote dignissimum: sicuti dignatus est illud Dominus Ioan. 4. vers. 34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Vt perficiam*; Græcè, τελειώσω, ad finem vsque perducam, *opus eius*, ab eo mihi iniunctum, quod vt Christus finiret, vt ei finem imponeret, vitam ipse finiuit, & profudit. Ioan. 17. vers. 4. alloquens Patrem: *Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam*, Dicit, *opus consummaui*, quia morti proximus, post aliquot horas moriturus: in cruce verò iam animam agens, *consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum*. Ioan.19.v.30. finis Passionis meæ, & operi redemptionis humanæ, quod mihi Pater demandauerat, omnino iam impositus est, nihil restat patiendum, nihil faciendum, hæc fuit clausula verborum Christi in vita mortali: hic postremus actus.

Hoc igitur opus tam excellens, tam admirabile, tam ingens, tam pretiosum, tam immensi valoris, ac meriti fuit *coram eo*, siue coram Deo Patre, vt ob illud regeneratis, & iustificatis in Christo mercedem afferret: siue coram ipsomet Christo Dom. vt inde ad remunerandos suos alumnos incitaretur, pro quibus tantopere laborauerat in tota vita, ac demum mortem acerbissimam obiuerat. Et ob eam fortasse caussam, voluit vulnerum cicatrices, & notas retinere, vt coram oculis semper obuersaretur quod pro nobis saluandis ac beandis fuerat passus: & haberet ad manus & in manibus quo Patri suo memoriam suæ passionis suggereret. infrà cap. 49. vers. 16. Itaque non poterat deesse merces, & merces magna nimis, vbi tot, ac tanta merita superesse constabat. Iste ergo est nexus vtriusq; particulæ: *Et merces eius cum eo: & opus illius coram illo*. 162.

Iam si libitum fuerit, quò latior & amplior euadat sensus & fructus sententiæ, *mercedem* promiscuè sumere, & pro præmio, & pro supplicio, quemadmodum sumitur in Apocalypsi citata: *Qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum, reddere vnicuique secundum opera sua*; atque adeò hic sumi eodem modo aut necesse sit iuxta ea, quæ dixi num. 131. 145. aut saltem liceat: tunc, particulam, *opus illius coram illo*; si nolumus accipere, de opere cuiusque bono, vel malo, ob illam inconcinnitatem, quæ fuit adnotata num. 144. possumus commode interpretari de opere Christi suprà exposito num. 161. nam vt fuit valde conueniens æquitati diuinæ, & bonitati, eos qui Christi fidem professi in bonis moribus & operibus ad extremum vitæ spiritum perseuerassent, mercede beatissimâ, & coronâ gloriosissimâ donari. Sic eadem æquitas, & diuinæ prouidẽtiæ constans sibi, & sapiẽtissima ratio postulabat, eos, rursus, qui tantum donum, ac bonũ à Christo pro meritũ sui sanguinis effusione, & gratis oblatũ neglexissent, & spreuissent, æternâ damnatione puniri. Vnde ex vno, & eodem opere, scil. ex passione & morte D.N. Iesu Christi, ortũ est, vt merces bona bonis, & merces mala malis reddẽda fuerit; atq; ideo aptè: *Merces eius cum eo*, modo explicato; *& opus illius coram illo*: ita vt dictio, *&*, sit causalis, quod alibi sæpe accidit. 163. Apocal. 22. 11.

Origen. Orig. tom. 16. in Ioannem dum euoluit illud è c. 4. v. 36. *Et qui metit mercedẽ accipit, & cõgregat fructum in vitam æternã*, sic in ipso discursu ait: *Quam messem qui metit duos fructus habet: alterũ, quòd accipit mercedem; alterum, quòd colligit fructũ in vitã æternã, & arbitror per eas promissiones, quæ postea futura sunt, iuxta id quod scriptũ est: Ecce Dominus, & merces eius in manu eius: vt reddat vnicuiq; secũdum ea, quæ gesserit*. Hęc Orig. qui postrema verba ex suo addidit, explicationis causâ, aut ex Apocalypsi adiũxit, iudicans esse vnius loci ad alterum allusionẽ, quod suprà ostẽdi n. 136. 164.

Vers. 11.

Ver 11. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: fœtas ipse portabit.

165. *De primo Aduentu.* HOc ad primum Saluatoris Aduentum pertinere, adeò est perspicuum, vt S. Hieronymus, qui præcedentem versum, vt vidimus, ad secundum Aduentum applicuit, doceat, hûc spectare ad primum: & in hunc modum contexat: *Iste, qui postea in maiestate venturus est, prius pastoris formam accipit, & dicit de se: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.*

At, si ita esset vt docet Hieronymus, quàm inconcinnè Vates à posteriori Aduentu rediret ad priorem, quis non intelligat? cùm eodem omnino tenore & fluxu verborum loquatur de vtroque, vbiq; futuris téporibus vsus. *Veniet, dominabitur, pascet, congregabit, leuabit, portabit*: nullâ interiectâ dictione, quæ disterminet ista duo tempora inter se adeò distátia, & differentia. Etenim, nisi eiusmodi series, & cõtinuatio orationis (nullâ interpositâ particulâ, quæ possit disrumpere filum) nobis sit argumentũ, & nota quædam certa ad colligendũ idem tépus, & institutũ: non allucet, quidnã aliud esse possit: & cuiuis fas erit, vbilibet transitiones & digressiones excogitare, & quô libuerit, Scripturã abducere, seu potiùs, reluctantẽ attrahere.

166. Quocirca maneat, vtrumque versum de eodem esse tempore, & instituto. Cúmque hic nequeat esse de secundo Saluatoris aduentu, efficitur & illum esse de primo: quod nos illic cõtendebamus ostendere, num. 142.

167. *Nexus. Pastoris est leuare laborem.* Quo posito, superest quærere, & inuenire nexum. Osorius in suâ paraphrasi: *Quia suprà fecit mentionem mercedis, quæ non redditur nisi laborantis, ne quem labor deterreret, Christus leuaturus hunc laborem, vt bonus Pastor suâ in occasione introducitur.* Connexio non improbanda & quia loco hæret, & quia vtilis est doctrinæ, cùm hoc proprium maximè fuerit Euangelicæ legis munus, minuere laborem, & mollire asperitatem, quæ nascebantur è lege veteri Mosaicâ, & è naturâ humanâ communiter in primo parente corruptâ. Adi nos supra num. 48.

168. Qui *mercedem*, & *opus* exponunt, ipsos Christi fideles, eos ante se instar ouiũ, & pecorum acturum Dominum consequenter affirmari docent. Sed quia nos ab eâ expositione discessimus ob rationem allatam num. 146. istam copulam probare non possumus.

169. *Forerius.* Illa mihi magis, quàm aliæ, nectendi ratio insedit, quam legi apud Forerium; cuius verba describo: *Ne quis putaret armis, & bello Christũ imperium in terrâ obtenturum, & more aliorum regum propagaturum: vbi penes ipsum imperium orbis futurum dixit, mox eum, vt pastorem inducit; vt pastorale imperium eius potius, quàm regale intelligeres: curâque & dilectione erga homines effecturum, quod nemo alius armis efficere potuisset.*

Quæ expositio persuaderi possit ex illo 1. Petri 5. vers. 2. monito & præscripto ad Episcopos & Pastores Ecclesiæ: *Pascite*, inquit, *qui in vobis est, gregem Dei, prouidantes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratiâ, sed voluntariè; neque dominantes in cleris, sed forma facti gregis, ex animo. Et cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.*

Non patitur Apostolus, Episcopũ se gerere pro domino, sed pro pastore, & forma, Græcè, τύπος, pro typo, & exemplari gregis, quem grex tutò possit sequi, & imitari; idque *ex animo*, hoc est, non fictè, non simulatè, & personâ acceptâ; sed candidè, & sincerè: instar Principis pastorum Christi, qui id eximiè præstitit, qui cùm esset Dominus vniuersorum, & hominum & Angelorum, noluit dominari, non imperare, sed vt Pastor pascere gregem, ducere, reducere, & reliqua munia boni pastoris obire. Ideo enim Princeps pastorum ab Apostolo dicitur, quòd optimi pastoris fuerit forma & exemplar, vt ipse dixit: *Ego sum pastor bonus: Princeps iure, princeps munere, princeps exemplo*, vt ait Arias in Epist. Petri citatam. 170.

Quare Petrus aspexit ad hunc Isaiæ locum, aut ei illustrando lumen intulit, cùm ab Episcopo, & Prælato Ecclesiastico dominandi libidinem, & supercilium imperiosum submouerit; contrà verò ei vigilantiam, solicitudinem, mansuetudinem pastoralem iniunxerit: & eũ è vestigio meminerit Christi, eúmque *Principem pastorum* nominarit; illum ab omni regali fastu, atque splendore abstinuisse, ab omni opulentiâ, & lautitiâ procul fuisse: & pastoritia officia laboriosa, humilia, & tantùm non sordida exercuisse significat.

Cuius occasione sententiæ, & interpretationis liceret nobis disputare de regno Christi, 171. *Christus non Rex temporalis.* verùm, quà homo est, fuerit Rex temporalis, an solummodo spiritualis: ceterùm, quoniam sese nobis offeret locus multo opportunior, lectorẽ auidum eiusmodi disputationis ad illum vsq; differo: interea affirmans ex hoc loco sumi, Christum spirituali solo imperio, & pastorali dominatione fuisse contentum, vtpote quæ sola oportuerit, & decuerit eũ, & ea duntaxat fuerit opportuna ad finem, ob quem *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*; quod ibi loci, ipso Christo fautore, suadebimus.

Quocirca, nunc, qualem pastorẽ egerit Dominus ex verbis propheticis ostédamus, seu potiùs, quàm cumulatè quod Propheta promiserit, Christus in vitâ præstiterit. 172.

Sicut pastor gregem suum pascet.] In plurimis & nobilissimis nominibus, siue cognominibus, vt latiniùs loquar, quæ sanctissimæ, & prudentissimę litteræ Christo Iesu Domino frequẽter adscribunt, non postremã sedem occupat, hoc cognomen *Pastor*, quo, si vellem recitare testimonia omnia vtriusq; Testamenti, paginas implerem, sed duntaxat volui citare aliqua illustriora, in quibus, aut verbo, aut re Pastor describitur. Ezech. 34. v. 23. Vide Aug. 18. Ciuit. c. 34. & tract. de Pastoribus in tomo 9. Ezech. 27. v. 24. Zachar. 11. v. 7. ex Theodoreto, Riberâ, Stunicâ, Vatablo, Isidoro, ibi: & ex Cyrillo, ad verba vltima versiculi citati: *Et paui gregẽ*; vbi *virgas* illas pastoritias concipit: & ex Acosta de Christo reuelato lib. 5. c. 3. Ludouicus Legio. de nominibus Christi. lib. 1. hûc accedit Ierem. 23. v. 1. Et clarè, absque vllâ dubitatione Hebr. 13. v. 21. vbi vocatur *Pastor magnus ouium*. 1. Petr. 2. vers. 25. *Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animarum vestrarum.* & 1. Petr. 5. vers. 4. *Et cùm apparuerit Princeps Pastorum.* Et quod caput est, ipsemet Christus conceptis verbis ait: *Ego sum Pastor*

Pastor, cognomen Christi nobile.

Pastor bonus: & toto illo cap. 10. Ioan. vsque ad vers. 18. exsequitur munia boni pastoris, & vitia mali, & ex vtriusque discrimine euincit se bonum esse pastorem. Iam alibi per parabolam Matt. 18. v. 12. Luc. 15. v. 4. hoc ipsum agit. Quibus e locis ac fontibus haurire debemus ad commentariorum præsentis vaticinij irrigandum, & exhilarandum.

173. *Cur Christus dicatur Pastor.* Sed cùm constiterit, Pastoris cognomentum sæpius Christo tribui, restat examinandum, cur ita fiat: cùm sit æquè indubium, non absque ratione id esse factum. Quæ certè ratio siue simplex, siue multiplex peti debebit ex ingenio, & conditione vitæ pastoritiæ. Nam etsi non est necesse conuenire in omnibus rem, quæ comparatur, & rem, cui comparatur, in aliquibus tamen debere esse conuenientiam, & similitudinem est omnino necessarium. *Aug. contra Faustum. lib. 6. c. 15. Similia in quo conueniant.*

174. *Pastoritia vita laus.* In pastore licet intueri dotes, ac virtutes, quæ ex ipsa viuendi ratione solitariâ & rusticà quasi naturaliter enascuntur, qualis est simplicitas ab omni fuco simulationis, aut dissimulationis abhorrens, morum candor, minimè vitiorum vrbanorum medicamento & artificio suffectus, & infectus: vnde meritissimè quidam vitam rusticam *magistram innocentiæ* nominarunt: quod pastoritiæ maximè congruit. Vita rustica prior, quàm vrbana: cùm priùs incoluerint homines rura, quàm vrbes, Varro lib. 3. cap. 1. Cui asserto confirmando de simplicitate morum possumus è sacris annalibus exempla admouere. Abel enim vir simplicissimus & innocentissimus, primus pastor in orbe fuit, idémque primus Iustus post Adami peccatum, à fratre Caino facile circumuentus (cùm esset animo simplici) & fraudulenter occisus ex inuidiâ. Ambrosius lib. 2. de Abel & Cain, cap. 6. ad finem: *Idéòque pastor Abel, Cain autem operator terræ legitur, quia in fratre suo vir insipiens formam, speciémque virtutis expressam ferre non potuit.* Idem Ambros. tom. 4. in exhortatione ad Virginitatem, sub initium, loquens de vtroque fratre: *Melior itaque secundus, quàm prior fructus: quia iste immaculatus, ille maculosus. Iste adhærens Deo, & totus a Domino, ill. mundana, & terrena possessio. Denique in isto redemptio mundi annunciatur, ab illo mundo ruina: in hoc Christi sacrificium, in illo Diaboli parricidium.* *Innocentia magistra. Abel commendatur. Ambros.*

175. *Abel Martyr.* Eumdem martyrem non dubitat appellare Chrysostomus hom. 1. ad Antioch. Et serm de Martyribus tom 3. ait, *Habes exempla, ne stēteris, et vincas, quia Abel in principio ante alius exemplum, dedicauit martyrium.* Ergo laus eximia, primū pastorem, fuisse primū Ecclesię Dei Martyrem, primū Iustum, primum Prophetam, vt colligit Maldonatus ex cap. 23. vers. 35. Matthæi, vbi Christus agens de Prophetis occisis, addit: *vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine iusti Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ.* Cur verò inter Prophetas numeretur, est Maldonati coniectura, quia suo sacrificio videtur Christi sacrificium prædixisse, vt indicat Paulus Hebr. 11. vers. 4: *Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo, per quā testimoniū consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.* Quæ locutio non ineptè prophetica esse concipitur, cùm rei multo pòst futuræ, quæcumque hæc sit, annuntiatrix præcesserit, Ambrosius suprà citatus, num. 174. *Denique in isto redemptio mundi annuntiatur.* Aug. Psal. 118. concio. 2. *Cuius (Ecclesiæ) primitia Abel fuit, qui est immolatus & ipse in testimonium futuri sanguinis mediatoris, ab impio fratre fundendi.* Philo in libro de sacrificiis Abelis & Caini, vt ... ingeniosus, & perscrutandis Scripturis intentus, obseruat, Moysem 4. ca. Genes. cum ortum eorum narrat, priori loco primogenitum recensere, nempe Cainum: at cum refert studium, ordinem inuertere: *Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola*; cùm sit verosimile maiorem natu prius se ad agriculturā applicuisse quam minorem ad pastoritiam vitam. Vnde ... igit ipse Philo in Abele pastore deferri prærogatiuam virtuti, & in Caino agricola, terrenarumque rerum cultore, vitium posthaberi. E... mnia itaque ex vno Abele proficiscitur vitæ pastoralis approbatio. *Abel propheta. Hebr. 11. v. 4.*

176. Post diluuium, tametsi à primæuâ illâ simplicitate degeneratum est valde, & corruptio morum inualuit: apud populum tamen Dei, qui in Abrahamo cœpit, pastoralis vita & pecorum cura, atque adeò, hæc, de qua agitur, sinceritas, & animi candor deserta & amandata non sunt. Abrahamus enim, & eius nepos ex fratre Loth copiosissimo greges aluerunt; cúmque inter pecuarios famulos vtriusque orta fuisset rixa ex occupatione pascuorum, eam ingenuo animi candore Abrahamus sedauit, dans optionem nepoti, quam mallet, eligendi pascuam regionem, siue dextrorsum, siue sinistrorsum; pollicitus se, quam ille reliquisset, initurum. Quâ pactione quid humanius, quid simplicius, quid mollius excogitari queat? hoc ab vrbanâ consuetudine, quæ omnia, etiamnum pacata litibus permiscet, & implicat, alienissimum inuentum, id ego ingenio vitæ pastoralis attribuo. *Liberalitas & candor.*

At ne quem subeat existimatio, hoc Abrahami consilium vitandi iurgij ex inertia natū, obseruet is, quàm acer, & alacer prosilierit ad prælium aduersùs quattuor illos reges, de quibus Gen. c. 14. & quàm fortiter eos vicerit, paucissimis militibus vernaculis armatus; idque pro liberando eodem Lotho. *Fortitudo.*

177. *Iacob pastor.* Dignissima Abrahamo soboles Iacob, vt de Isaac præpurenti etiam possessore pecorum, & fugiendorum iurgiorum non minus studioso, vt constat è cap. 26. Genesis, nihil hoc loco dicam, non solùm ipse per alios, sed per se, non modò suos, sed & alienos soceri greges diu pauit, de cuius vigilantiâ, fidelitate, industriâ postmodum: nunc de solâ integritate, ac sinceritate morum, quam huius viuendi rationis comitem esse monstramus, est dicendū. Genes. 25. vers. 26. *Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli. quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Vir simplex*: LXX. ἄπλαστος, non fictus, a dolo & fuco alienus, sincerus, candidus, ob quod ingenium fuit matri carus; cùm eius frater Esau à patre dilectus tradatur, non ob mores, quos habuit minimè amabiles, sed, *quod de venationibus eius vesceretur*, vers. 28. Ergo haud mirum Iacob virum iis moribus & ingenio sese pascendis gregibus applicuisse. *Simplex.*

178. *Patriarchæ pastores.* Iacobi filij & Patriarchæ duodecim, omnes parentis vestigia secuti, pastores fuerunt, etsi non

A

[illegible] ingenium, atque more fere imi[illegible] [illegible]ere viuendum o[p]portunitate ab[illegible] mu[illegible] eos subuerterit: sed vnus Io[se]ph [illegible] pene postremus adeò excelluit animi [simplicitate], candore, morum integritate, vt [fratrum] suorum opposita vitia quodammodo obtexerit, & ex iis vitiis contractas maculas eluerit. Vnicum integritatis, simplicitatis cum mirâ prudentiâ coniugatæ ad omnem posteritatem exemplar. Quarum virtutum imagines pastoritiam vitam agens, primum edidit. Pastores eliguntur testes nati Saluatoris, quibus inest simplicitas, ne quis eorum testimonium posset ascribere mendacio, aut fictioni. Cyprian. de Natali: *Pastorum innocentia, & simplicitas electa est, vt laus Christi perficeretur.* Ambros. serm. 15. *Non mirandum si Christi gratiã antè scire meruerit innocentia quàm potestas. & priùs cognoscere veritatem simplex rusticatio quàm superba dominatio, quod enim cognouerant pastores, principes cognoscere nequiuerunt.*

Laudatur.

179. Pastor alius, & satis illustris fuit Moises, populi Israelitici ab Ægyptiâ seruitute vindex & assertor acerrimus, primus Dux, moderator, ac legislator: qui dum pasceret alienas oues, ad hoc tantum munus fuit à Deo surrectus, vt iam ab eo tempore, & initio, atque (si nefas non sit dicere) auspicio edoceretur, qualem Deus vellet esse populi sui moderatorem. Quod idem licet asserere de Dauide, de quo Psal. 77. v. 70. *Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum: pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam.* Quotũ vtrumq; mitissimo fuisse, lenissimo, & candidissimo ingenio historia sacra prodidit. De Moyse Num. 12. v. 3. *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes, qui morabantur in terra.* de Dauide Psal. 131. v. 1. *Memento Domini Dauid, & omnis mansuetudinis eius.*

Moyses pastor.

C

180. Fuisse autem hoc Dei consilium in assumẽdo Moyse, & transferendo à pascendis pecoribus ad pascendos, & regendos homines, elegãter è more Philo tradidit in vita ipsius Moysis non longè ab initio, iis verbis Latinè redditis: *Post nuptias, præfuit gregibus, ad principatum se præparans. Nam pastoralis ars exercitatio ad regnum est & præludium, hoc est, ad regimen hominum, gregis mansuetissimi: quemadmodum bellicosa ingenia præexercent se in venationibus, in feris enim explorantur futuri præfecti militiæ, brutis præbentibus materiam exercitij tam belli, quàm pacis tempore. nam ferarum venatio, militaris quoddam contra hostes est exercitiũ, & præludium. & præfectura mansueti pecoris habet quiddam cõmune cum regno. Ideo reges cognominantur Pastores, non contumeliæ sed honoris gratiã. Imò, quantum ego intelligo non iuxta vulgarem opinionem, sed rei veritatẽ vestigãs (videat qui volet) solus potest esse rex vndequaque perfectus, qui bene callet artem pastoritiã, & curando minora animalia didicit, quomodo debeat præesse præstantioribus. Impossibile est enim, vt magna priùs quàm parua perficiantur.* Ambr. ad c. 8. Exod. *Abrahã, & Iacob, & postea Moyses & Dauid pastores pecorum fuerunt: regalem quãdam disciplinã in hoc munere inuenientes.* Cyprian. de Natiuit. *Huiusmodi officium ab initio autoritatem obtinuit: & Abel pastor munera de gregibus obtulit, quas in eo quod cælitus inflammari visa sunt, quòd grata essent Deo, cũctis innotuit. Pastores Abrahã, Isaac, & Iacob, viri Deo familiares; pastor ipse Moyses,*

Philo.

D

E

A

qui in vrbem [illegible], dum sequitur pecudes, in rubo conspexit Deum, [illegible] potestate [illegible] [illegible] populi recepit principatum. Cum [illegible] [illegible] Patribus cõsenũt profani a[illegible] re. V[arro] de [re] rustica, lib. 2. c. 1 [illegible] [illegible] illustris[illegible] quis[illegible] Pastor erat, vt ostẽdit Græca, & Latina lingua. [V]eteres poetæ, qui alios vocant πολυάρνας, alios [illegible], alios πολυβούτας.

Sed iam videamus, quæ nam sint pastoris officia & munia, ad quæ, vt par est, subeunda, mores & ingenia hactenus descripta subseruiant.

Pastoris officia.

Ad quædam capita videor mihi posse ea religare, quibus, siquæ sint alia, comprehensa esse intelligantur.

Pascere.

B

Primum, ac præcipuum officium est, à quo nomen hoc *Pastor*, ducitur, cura pascuorum, & pastionis: vt pecori pascua abundent opportuna, salubria, pinguia: quo nomine, aquaria etiam includo: ad quæ suo tempore deducãtur greges, & inde bene pasti, saturi, & appoti ad caulas reducantur quieturi.

181. Alterum officium versatur erga pecus, cùm ægrum est, aut infirmum, aut quacumque ex caussâ languidum, & ad progrediendum impeditum: nam sui quoque morbi & incommoda gregis valetudinem infestant: quibus medicinam facere officium est, nec postremum boni pastoris. Vide Columel. lib. 6. cap. 4 lib. 7. cap. 5.

Curare.

C

Tertium munus fuerit, arcere lupos, leones, vrsos, & alias id genus feras, quibus pecora sunt obnoxia, & à quibus magnum periculum impendet; cùm pecora sint inermia, imbecilla, imbellia, simplicia; at verò illæ bestiæ rabie exstimulante, & odio ingenito crudeles, feroces, callidæ, & præterea rapacissimis vnguibus instructæ, ad lacerandum; & ore, ac rictu ad deuorandum appositæ. Ergo, nisi vigilantia, & sanitas pastoris accurrat & occurrat, actum erit de grege.

Defendere.

183. Hæc esse principalia pastoris officia, quibus reliqua comprehenduntur, cùm ipsa per se ratio naturalis ac experiẽtia patefacit, tum autoritas eorum, qui de pecuariâ re præcepta conscribunt.

D

De primo nemo non agit. imò istinc natum est illud adagiale: *Pastor oues*; scil. pascat: quó respexit Virgilius Eclog. 6. v. 4.

Pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues.

Autor idem lib. 3. Geor. postquam egit de tauris & equis, progressus ad pecudes minores ver. 295. sic exorditur tractationem.

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas.
Et multâ duram stipulâ filicumq; maniplis
Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus.

E

At dein vers. 322.

At verò Zephyris cum læta vocantibus æstas
In saltus vtrumq; gregem, atq; in pascua mittes.

Agit à versu 404. de curâ canum ad custodiendum gregem contra incursus luporum & furum. Denique de morbis pecoris, ac remediis ad finem vsque libri disputat. Lege Varronis de re rusticâ librum secundum, qui totus est de pecuariâ.

At quoniam hæc eadem è sanctioribus autoribus sumere licet, ad hos, illis profanis dimissis, eo.

184. Quo ad primum munus, quod *Pascere* esse posuimus, illud nobis sufficiat Christi Domini factum, dictúmque, qui cùm Petrum Ecclesiæ suæ, totíque gregi Pastorem præficeret, initiarétque, iis vsus est verbis: *Pasce oues meas*, idque semel, iterum, & tertiùm. Ex quo probè argumentamur, hanc esse præcipuam curam & virtuté artis pastoralis. Chrysost. hom. 87. *Ter autem interrogat, & semper idem præcipit, vt demonstret quanti ouium suarum curam faciat, & quod maximum sit hoc amoris argumentum.* Itaque ter interrogat idem, scil. an diligat se; & ter item præcipit idem, scil. vt pascat oues suas. Ergo & principale munus est pascere, & à principali virtute, quæ est dilectio, proficiscitur. Bernard. in Cantica serm. 76. *Non otiosè toties repetitum est: Petre amas me, in commissione ouium. Et ego quidem id significatum perinde puto, ac si illi dixisset Iesus: Nisi testimonium tibi perhibente conscientia, quod me, & valde, perfectéque ames, hoc est, plusquam tua, plusquam tuos, plusquam & te, vt huius repetitionis mea numerus impleatur, nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro quibus vtique sanguis meus effusus est.*

185. Quod non otiosè, primò, secundò & tertiò fit interrogatio; *Petre diligis me?* sed trinum in amore respectum indicet autore S. Bernard. neque erit superuacaneè tertiò replicata commendatio gregis; *Pasce oues meas.* At quod mysterium? Arias hoc subolet: *Commendo tibi oues meas nomine Patris, nomine meo, & nomine Spiritus sancti.* Parùm ad rem cõiectura. Illa fortasse cohærentior; vt ad triplex officium Pastoris intẽdat digitum: Pasce, sana, custodi. S. Thom. lect. 1. *Pascat verbo, exemplo, subsidio.* hoc est: alat doctrina, exẽplo sanet, subsidio defendat. Verba S. Thomæ: *Nota quòd ter dicit: Pasce, quia ter debet pascere: scil. doctrinæ verbo*, &c. Quæ ex Bernardo allegato stabilire possum; qui post illa suprà relata addit: *Propterea attendite vobis quicumque opus ministerij huius sortiti estis, attendite, inquam, vobis, & pretioso deposito, quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam; concordiamque. Sponsa est, studete ornatui. Oues sunt, intendite pastus: & hæc tria ad illam trinam Domini sciscitationem fortè non incongruè pertinere dicentur.*

186. Ergo si paululum hanc Bernardi accommodationem inflectamus, vt pro ornatu Ecclesiæ, sufficiamus, eiusdem curationem, cùm in membris ægrotat, aut languet, nostræ fauebit expositioni, & distributioni. Alcuinus in catenâ S. Thom. *Pascere autem oues, est, credentes in Christum, ne à fide deficiant, confortare, terrena subsidia, si necesse sit, subditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere, aduersariis obsistere, errantes subditos corrigere.* Hæc illic: vbi tria, *alere, sanare, defendere*, sub hoc verbo: *Pasce oues*; Alcuinus intellexit. eadem Iansen. c. 148. concordiæ.

Theodoretus in catenâ S. Thomæ adnotat post prandium Christum commisisse oues pascendas Petro; verbo igitur & facto pastionem gregis demandauit. Tametsi S. Thomas in suo commentario, aliò deriuat: nempe, vt Pastor sit bene pastus, pransúsque cælesti conuiuio, antequam alios pascat.

Præterea Petrus vniuersalis Pastor alios pastores & Episcopos sibi subiectos de officio admonens: *Pascite*, inquit, *qui in vobis est, gregem Dei.* 1. ep. c. 5. ver. 2. quo de loco [illegible]

Sponsa item ab sponso, vtpote [illegible]toris personam gerente sic sciscitatur. Cantic. [illegible] 7. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quo pascendi vocabulo aut alia officia complectitur, aut ostendit, hoc esse inter alia omnia præcipuum. Sed ne in re plana moras nectam, ad reliqua transeo.

187. Alterum munus est, curare pecudes morbidas. Quàm intersit hoc pastoris, facile intelliget qui leget c. 34. Ezech. vers. 4. vbi Deus pastores officij violati ita coarguit: *Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis.* Porrò, quemadmodum primum munus, quod est, pascere, inde argumentabamur esse proprium, quòd ex eo Pastor nomen haberet, sic pertinere hoc secundum, de quo agimus, ad eundem probare possumus, quòd a curando Curio dicatur. Nam & Curiones à Latinis gentilibus dicebantur sacerdotes, qui res diuinas tractabant, curabántque, & curare pro mederi sæpe ponitur. Neque ad id euincendum opus est autoritate, sed solo naturæ lumine. cùm enim morbi soleant corripere gregem, ad quem nisi ad pastorem pertinebit, afferre medicinam? Imò & pastio ipsa quotidiana est quædam medela. nam ideo sumitur alimentum, vt quod calor natiuus absumit, instauretur: vnde alimentum quodammodo dici potest medicamentum: atque adeò cuius est pascere, eiusdem intererit mederi.

188. Demum, id quod postremo loco Pastori officium adscripsimus, videlicet, tueri & defendere pecus à lupis, aliísque nocentibus feris, exemplo suo Dauid satis illustri, & raro alios pastores, cùm ipse pasceret oues, edocuit: 1. Reg. 17. v. 34. *Dixitque Dauid ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebámque eos. nam & leonem, & vrsum interfeci ego seruus tuus.*

Eximia perfecti pastoris imago, vitæ discrimen subire, leonibus, vrsis sese audacter opponere, obiicere, vt tentet conetúrque ab eorum faucibus oues penè deuoratas eruere. Quam diuersus ab isto ille, de quo Ioan. cap. 10. vers. 12. *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. & lupus rapit, & dispergit oues mercenarius, autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.*

190. Adeò competit Pastori, feras nocentes abigere, vt, Saluatore principe Pastorum æstimáte, qui hoc officium negligit, pastor dici aut esse nequeat. S. Gregorius lib. 4. Epist. 8. *Estote in custodia commissi gregis vigilantes, atque solliciti, & disciplinæ zelo districti, ne lupus insidians, nec aliquis turbare Dominicum, nec nocere aliquis aliqua fraudis occasione præualeat.* A quo munere pastores, custodes ouium appellari soliti sunt, & apud nos Hispanos cõmuniter: *Guardar ganado.* Qua de custodiâ & vigilantia Luc. 2. vers. 8. *Et pastores erant in regione eâdem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.*

Vbi

191. Ambros. vigilantia pastorum. Vbi Ambros. lib. 2. *Christus nascitur, & pastores vigilare cœperunt, qui gentium greges, pecudum modo antè viuentes in caulam Domini congregarent, ne quas spiritualium bestiarum per offusas noctium tenebras paterentur incursus. & bene pastores vigilant, quos bonus pastor informat.* Vigiliæ nocturnæ difficiles. Neque enim *noctis vigilias* absque causa meminit Euangelista, cum vigilia nocturna sit difficilior, & molestior quàm diurna; & maiora noctu, quam interdiu, gregi pericula immineant à feris eotempore impune grassantibus, quod tẽpus ab autore naturæ est attributum escę quęrendæ. Psal. 103. vers. 20. *Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsâ pertransibunt omnes bestiæ siluæ: catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.*

192. Cùm ergo prouidentissimus mundi rector spatia temporis ita diuiserit, vt hominibus quippe honeste ambulaturis diurna dederit, belluis tumultuariè rapturis nocturna reliquerit: hæ nisi tum prædentur, necesse est, vt fame pereant: inde fit, vt noctu earum assultus, & impetus, fraudésque vicissim magis sint pertimescenda, ac proinde maior requiratur in pastoribus vigilantia.

Iacob vigilans. Hanc se ad hibuisse indefessam confitetur Iacob apud socerum Labanum, exprobrans sua in illum merita: *Idcirco viginti annis fui tecum?* Gen. 31. v. 38 *Oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi: nec captum à bestiâ ostendi tibi, ego damnum omne reddebam: quidquid furto peribat, à me exigebas: die, noctúque æstu vrebar, & gelu, fugiebátque somnus ab oculis meis.* En vigilantiam perseuerantissimam, & perseuerantiam vigilantissimam: cùm non vno, aut altero, sed viginti continuis annis eam viuendi, pascendíque rationem tenuerit.

193. In pastoribus Ecclesiæ Dominicæ vigilantiam Bernardus seuerè exigit, & in iisdem socordiam, ac somnolentiam acerbe reprehendit, exponens illud Cantic. 3. vers. 3. *Inuenerunt* Bernard. *me vigiles, qui custodiunt ciuitatem.* Sermone itaque 77. sic ait: *O vtinam tam vigiles inueniren tur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram. Vigilarent vtique sollicitè seruantes ab illis inuentam, sibi traditam. imò verò euigilarent pro semetipsis, nec sinerẽt de se dici: Amici mei, & proximi mei aduersùm me appropinquauerunt, & steterunt. Iusta omnino querimonia, nec ad vllam iustiùs, quàm ad nostram referenda ætatem. Parum est nostris vigilibus quòd non seruant nos, nisi & perdant. Alto quippe demersi obliuionis somno, ad nullum dominicæ comminationis tonitruum expergiscuntur, vt vel suum ipsorum periculum expauescant. Inde est, vt non parcant suis qui non parcunt sibi, pereuntes pariter, & pereuntes. Sed enim quinam sunt vigiles, à quibus se inuentam perhibet sponsa? Nempe Apostoli, atque Apostolici viri. Verè hi sunt, qui custodiunt ciuitatem, idest, eam ipsam, quam inuenerunt Ecclesiam: eóque vigilantiùs, quo nunc temporis grauiùs periclitantem conspiciunt, à malo vtique domestico, & intestino; sicut scriptum est: Et inimici hominis domestici eius. Neque enim pro quâ vsque ad sanguinem restiterunt, relinquunt suo patrocinio destitutã, sed protegunt eam die, ac nocte, hoc est, in vitâ & in morte suâ.* Et ostensurus Apostolos etiamnum in cælo sollicitos esse ac Isai. 62. v. 6. vigiles pro custodiâ gregis, adducit ex vate nostro vers. 6. cap. 62. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, totâ die, & totâ nocte in perpetuum non tacebunt.* Sed quis sit genuinus intellectus, ibi. Ambrosius in Lucam cap. 10. vers. 3. *Sollicitudo boni pastoris effecit, vt lupi in agnos audere nihil possint.*

194. At tempus iam est, reuertendi ad Isaiam, cuius occasione sententiæ hucusque sumus exspatiati, tametsi, vt spero, neque inutiliter, neque cum tædio lectoris. Nunc ostendendum, tria ista Pastoris officia descripta hactenus, Isaiam prædicere à Messiâ fore exercenda, & quemadmodum Vates prædixit, à Christo Domino fuisse accuratissimè exercita: ad quod vtrumq; euincendum, propheticæ contextionis verba nobis erunt examinanda.

195. Τὸ *sicut*, exponitur. *Sicut pastor gregem suum pascet.*] Primùm omnium, volo scrutari particulam, *sicut*, & contra argumentari, seu argutari: cùm enim sit index, ac nota similitudinis, suo non loco apparet intrusa; quia vbi est omnino idem, excluditur inde simile: atque adeò non conuenienter effertur: *Sicut pastor pascet gregem*; si enim efferretur: Sicut pastor gubernabit, reget populum: vel, sicut rex, aut sicut imperator reget, ducétque gregem suum, vtrouis modo apta esset elocutio, cùm aliunde similitudo peteretur: at verò, cùm ab eadem omnino re, & naturâ, nempe ab arte pastoritiâ, comparatio sit arrepta, non poterit esse accommodata.

196. Hæc contradictio, & argutatio moram non affert: cui submouendæ duo dicã. Alterum: cùm effert Isaias, *Sicut Pastor pascet gregem suum*, opponere Christum aliis pascentibus Dei gregem, non vt pastoribus, sed vt mercenariis: contra quos inuehitur Dominus Ezech. 34. vers. 2. *Fili hominis propheta de pastoribus Israel: propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. nũ ne greges à Pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autẽ meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non cõsolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentiâ. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor.* Percurrito reliqua eius capitis, huic loco lumẽ inferentia. Interea in his paucis vides & multos fuisse pastores, & neminem: quoniam illorum nemo pascebat gregem sibi commissum, sicuti Pastor, sed vt Mercenarius infidelissimus. Talibus ergo opilionibus, se ipsos non pecora pascentibus, vates noster opponens Messiam vaticinatur: *Sicut pastor pascet gregem suum.* Hisp. *Tratarseha, como Pastor.*

197. Quæ quidem explanatio etsi ex seipsa est verisimilis, sed eam, in gratiam lectoris appetentioris similium, visum est comprobare è cap. 34. Ezech. adducto: vbi perinde ac exagitauit pastores improbos illos, ac mercenarios, addidit vers. 23. *Et suscitabo super eas Pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum David: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.*

198. Primò, hunc pastorem esse Christum, nisi Christo infensissimus infitiari nõ potest; etiam dum Hebræi fatentur, sed venturum: at missâ nũc hâc lite, sumimus id, de quo inter nos conuenit, hunc promissum pastorem non esse Dauidem, (qui iamdiu mortuus erat, non reuocandus ad vitam, vt iterum imperaret) sed esse

Christum,

Ezech. 37. v. 24. 25 & Ose. 3. v. 5 Ierem. 30. v. 9. Rom. 1. v. 3. *David pro Christo & â contra.*

A Christum, qui hic, & alibi sæpius David appellatur eò quòd esset futurus *è semine David, secundum carnem.* Hanc rationem reddit Augustinus q. 5. ad Dulcitium, quam quæstionem inuerso ordine tractat vltimo loco post septimam: idque probat, nempe Dauidem aliquando poni pro Christo, ex isto Ezechielis vaticinio, & ex aliis quæ supra ad marginem ad caput idem tradit lib. 18. Ciuit. capit. 28. Osea capit. 3. versicul. 5. *Et postea reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & David regem suum: post quæ Aug. ait: Nihil est ista prophetia manifestius, quia David nomine, significatus intelligitur Christus, qui factus est, sicut dicit Apostolus, ex semine David, secundum carnem.* Eadem est ratio Theodor. Ezech. 37. vers. 24. & Cyril. B Osee 3. vers. 5. & Hilar. Ps. 131. v. ... *super domum David, ita ille, David nunc quoque post tot ceteris locis nomen Domini ex corpore est. Scriptura enim vbicumque mentionem assumendi corporis facit, David cum filia est nuncupare, nomen ei ex parente carnis assumens.*

199. Contra hanc Augustini & aliorum Patrum rationem Ribera in Oseam citatum, num. 32. obiicit: eodem modo, Salomoni, Robohamo, Ezechiæ potuisse competere nomen Dauidis, cùm fuerint ex semine David: totam namque familiam, & posteritatem solere quidem à suo capite, & principe nomenclaturam accipere, vt a Iacobo Israelem populum, à Iuda, vel Beniamin singulas tribus; at vnum singularem hominem ab alio item singulari non denominari: neq; enim vnquam Isaac, Iacob, aut David nomen patris sui Abrahami induisse legitur. Hoc est Riberæ non oratio, sed ratio aliis verbis exposita: quæ etsi nobis possit esse propitia, quia tamen languet, pro Augustino pugno, & eam impugno, quærēdo ex eodem Ribera, cur Christus singillatim vocaretur, *Filius David*, vt liquet ex Euangelica historia, & non Filius Salomonis, alteriusve progenitoris, ex quo sanguinem

Ribera pellitur.

200. traxerit? Etenim, si ob id David est dictus, quòd David extiterit figura Christi, quod approbat Ribera loco citato, cum Salomon quoque fuerit figura Christi, vt idem Ribera concedit, æque dici potuit: Filius Salomonis; & æque a Paulo: *qui factus est ei ex semine* Salomonis *secundum carnem:* nam Christus & David, & filius Dauidis, vocatur. Sed, cùm aliis omnibus, proauis omissis, solius Dauidis fili⁹ appelletur, & ex eius sanguine, ac semine genitus, alia reddenda est causa præter illam Riberæ, de typo & figura; cùm illa non vni Dauidi conueniat, sed aliis etiam sit communis, saltem Dauidi, & Salomoni, non abnuente Riberâ, imò docet ille, quia hi duo potissimùm præfigurarunt Saluatorem, idcirco, vtriusque nomen ei attribui, vocarique Christum aliquando Dauidem, aliquando Salomonem.

201. Demus igitur ita rem habere: quòd si ob eam causam quòd David & Salomon præcipue fuerint figura Christi, cùm alij etiam fuerint, licèt minus præcipue, sit nunc ita; si ob id, inquam, Dauidis, & Salomonis nomen hæsit Christo, cur non poterit ea affirmari causa, cur David nominetur, quòd inter progenitores eius, David admodum excelluerit? Atque ita quamuis e multi aliis principibus viris genus duxerit, quia inter Iudæos notissima & nobilissima erat, Dauidis domus & familia, ex

A ea Paulus Christum procedere ... quis tacitis: & Dauides filius p... doctis & indoctis appellabatur. Hæc pro ... stino aduersus Riberam.

At quia nobis propositum est, Deo duce, conari, & quam maxime possumus, nauare operam, vt in sinum S. Scripturarum interiorem veniamus, placuit exquirere vlterius, vbi, quo loco, quo tempore, & qua occasione Christo Dauidis cognomen assignetur: cùm enim ita ratio hæc, ea adiunctis videtur ratio cognominis elicienda.

Locus qui primus occurrit, apertior est cap. 34. vers. 23. vbi sic, vers. 22. *Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Et suscitabo super eas Pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum David, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & seruus meus David princeps in medio eorum.* Et ne quis liberior suspicari posset, agi de arietibus, hircis, aut ouibus, exponit in fine capitis metaphoram, vt obseruat Hieronymus, concludens: *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis; & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.* 203.

Quo loco certius, certo videri debet, hunc *pastorem vnum*, non posse esse Dauidem ipsum, multis antè seculis mortuum, neque ad viuos iterum rediturum, ac proinde Dauidem pro alio C pastore substitui, neque alium posse esse quàm Messiam, quod etiam Doctores Hebræi confitentur. At hic cernimus, tractari apertè de grege, deque vigilantia pastorali. Sub eadem gregis & pastoris imagine agitur de populo Dei, & Christo Domino apud eundem Ezech. cap. 37. vers. 24. *Et seruus meus David rex super eos, & pastor vnus erit eorum omnium,* & post pauca: *Et David seruus meus princeps eorum in perpetuum.* 204.

Vide infra c. 42. vers. n. ...

Quocirca cùm David pastoris officio, si quis alius vnquam, nauiter, ac strenuè functus fuerit, vt summitur ex historia Regum supra relata n. 188. & de post fœtantes translatus fuerit ad regnum, & in eo administrando non tam pro D rege, quam pro pastore se gesserit, secundùm cor Dei effectus, efficibusque, non absque causa, cùm Christus Dominus Ecclesiæ tanquam gregi Pastor, ac Princeps faustissimè promittitur, *David* potius, quàm alius quiuis è progenitoribus quamuis eximiis, appellatur, quia hoc in genere, pascendi, regendiq; simul, nemo fuit Christo similior, quàm David pascēs oues patris sui, qui sese fortiter, & animosè leonibus ac vrsis rapacibus obiiciebat sui periculi oblitus, vt pecudes ex eorū faucibus extraheret. Hilar. Psal. 131. v. 1. cùm alicubi pro Christo Dauidem reponi do-E cuisset, ait: *Ergo est David, non hic Iesse filius Psalmorum ex parte conscriptor, sed David ob custodiam sui gregis pastor. Pastor enim bonus pro ouibus suis animam ponit.* 205.

At contra hæc opponis, alibi Dauidem poni pro Christo, vbi nulla fit mentio pastionis: vt Ierem. 30. vers. 8. *Et erit in die illa, ait Dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni: sed seruient Domino Deo suo, & David regi suo, quem suscitabo eis.* Cum primis, fas esset, effugere oppositionis causâ dum, non hic Dauidē sufficî pro Christo, sed pro Zorobabele, aut alio eius posteris, vt sentit Theod. 206.

S. Thomas,

Theodor. S. Thomas, & alij recentiores, nolo tam [illegible] uti hoc effugio; sed respondere, & con[illegible]e, [illegible]am. In multis, nomine Dauidis intelligi Salomonem: & re ipsa, licet non verbo, *Pastorem* induci, quod multis adiunctis loci, iam ostendo.

107. Primò vers. 3. superiori sic ait Dominus: *Et conuertam conuersionem populi mei Israel, & Iuda, ait Dominus: & conuertam eos ad terram, quam dedi patribus eorum.* hoc satis apparet esse boni pastoris officium proprium; dispersum gregem cogere, & ad pristina pascua, & tabernacula reducere: hoc ipsum promittit Deus. Iam vers. 8. *Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam.* De tauris, ac bobus sumta est translatio: qui pars sunt artia pastoralis, & eius interest iugum ac vincula imponere ceruicibus, & deponere. Præterea illud: *non dominabuntur ei amplius alieni*, de pastoribus alienis, mercenariisque ipse intellexerim. Postremò, quia Ezechiel antea a se itus videtur alludere ad Ieremiam, & illum exponere. Vtriusque vatis inter se verba committe, & elucebit allusio, affinitásque: Ieremias iam numer. 104. repositus est.

108. Hoc eodem modo solueris nodum ex Osea cap. 3. vers. 5. natum, qui sic habet: *Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum.* hoc est: postquam fuerint, pecorum instar, dispersi, & palabundi, vt oues absque pastore, Pastorem suum verum requirent Dauidem, omissis atque contemtis mercenariis. Ex quibus omnibus probe percipitur cur Dauid potius; quam Salomon, aut Ezechias sit substitutus pro Christo apud Ezechielem: citatum numer. 197: cuius loci tractatio nos in hanc dissertationem adduxit, è quo loco nobis fuerat propositum ostendere, Christum a vatibus promitti Pastorem, qui iacturam mercenariorum resarciret. Atque iccirco non superuacuum videri, in Isaiá nostro particulam *sicut*; cùm prædicit; *Sicut pastor pascet gregem suum*, nam subintelligi debet, Non vt mercenarius. Et hic est vnus modus eludendi incommodi obiecti, num. 195.

109. Alter modus esto, dictiunculam כּ *chê*, Græcè, ὡς, Latinè, *sicut*, non esse notam comparationis, ac similitudinis, sed ad viuum ipsius veritatis expressionem. Talis est illa Ioan. 1. vers. 14. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Vbi, *quasi*, Græcè, ὡς, nihil aliud esse potest, quam ipsissima rei veritas, cùm Dei filius dici non debeat, quasi *vnigenitus*, sed omnino, verè, ac simpliciter *vnigenitus à Patre*; quid ergo agit dictio illa *quasi*? id ex Chrysostomo hom. 11. illic te malo cognoscere quam ex me. *Id autem verbum, quasi, hoc in loco non similitudinis est, neque comparationis, sed confirmationis, & definitionis certissimæ, ac si dicat: Vidimus gloriã, qualem deceat, & credibile sit habere vnigenitum, & dilectissimum omnium Dei filium. Neque hoc loquendi genus præter morem inuenitur. Neque recusabo à communi etiam consuetudine id confirmare. Quonam pacto? Qui regem aliquando pretiosissimo cultu ornatum, pretiosisque vndique fulgentem lapidibus conspicati, alijs speciem, ac maiestatem enarrare volunt: purpureum florem, gemmarum magnitudinem, albas mulas, auratos currus, soluto adstantium oculos nimio fulgore perstringẽs pro viribus enarrant. Cum vero ii, quisque collectas, cultum illum, maiestatemque verbis comprehendisse non sibi videantur, adiunt: quid multo opus est? Vno verbo dicam: quasi rex. [illegible] hoc verbo, quasi, non regi similem, sed ipsum regem volunt significare: ita Euangelista hoc loco vtitur; quasi, ad gloriæ maiestatem, & incomparabilem excellentiam significandam.* August. Psal. 125. vers. 1. *Non semper ad similitudinem ponitur hoc verbum, sicut: aliquando ad proprietatem refertur; sed exempla nobis de communi hominum locutione danda sunt. fecit sicut vir bonus: numquid non est vir bonus, sed similitudinem habet viri boni? fecisti sicut senator: ergo non sum senator, si dicat: imò, quia es, sicut senator fecisti.*

Marginal notes: Osee 3. 5. — Quasi, nõ est comparatio. — Chrysost.

110. Inflecte quæso paululum quæ de vnigenito docuit Chrysostomus, & de Pastore efferto, & habebis ad id, quod addubitaras, opportunum responsum: *sicut Pastor pascet gregem suum*; vt vates noster elegantissimus, & bene loquendi peritissimus vno verbo multa concluderet: *Sicut Pastor*, inquit, *pascet gregem*. bonus Pastor nullum boni pastoris officium prætermittet. Sin ad memoriam reducamus triplex, quod suprà dispunximus munus pastorale, apparebit, an sicut Pastor pauerit gregem suum.

111. Primum est, pascere, pabula conuenientia ministrare. Psal. 22. qui Christo Dom. tribuitur, aut accommodatur *Dominus regit me, nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me collocauit: super aquã refectionis educauit me.* Hebraicè: *Dominus pascit me*: eodem verbo רֹעִי *rahah*, & LXX. ποιμαίνω, *pasco*, a quo ποιμήν, *pastor* tanquã diceret, Dominus erga me pastoris officio fungitur, ipsemet est mihi pastor: *nihil mihi deerit*, siue quoad pastũ, siue quoad custodiã & tutelã, siue quoad curationẽ & medicinam. Quoad pastũ: *in loco pascuæ, ibi me collocauit*; Heb. *in pascuis herbarum*. in pratis herbidis: & si vim vocis prioris Hebraicæ iuuat expendere, quam quidam deriuant a verbo נוה, *naaah*, quod est, *pulcrefacere*, erit locus amœnus, floridus, speciosus, aspectum mirificè recreans, in quo non sola sit fertilitas, & vbertas herbarum ad pastionem, sed pulcritudo, & iucunditas ad aspectum. Aquila & Symmach. ἐν ὡραιότητι πόας, *in pulcritudine herbæ.* Et quia ad gregem alendum non satis sunt pabula, sed requiruntur etiam aquaria, iccirco addidit; *Super aquam refectionis educauit me.*

Psalm. 22. 1.

112. Disceptant Physici, & Medici, an aqua nutriat; & plerique id muneris ei denegãt, dantque duntaxat, vt instar vehiculi cibum per vias corporis & meatus perferat. etsi ego apud Senecã lib. 3. quæst. natur. cap. 2. ista lego; dum de aquis loquitur: *Quædam tenues, quædam pingues: quædam alunt, quædam sine ope bibentis transeunt, quædam haustæ fœcunditatem afferunt.* Sed demus istud Medicis, quoties aquæ puræ sunt, nulla qualitate admistã; quod raro accidit: sed vtut res habeat in naturã, aqua Dauidica multo nobilior & fert pabulum, & pascit ipsa per se. LXX. *Super aquam requietis enutriuit me.* Alit ergo aqua diuina, reficit, recreat. *Aqua requietis*, seu in plurali ex Hebræo, *requietum*; potest exponi, aqua non turbida, non agitata, non exæstuans, sed placida, stans, pellucida, in qua quis, vt in speculo se videre possit: *Aqua repausãda*; quæ ad potum est maximè salubris, & ad spectaculum iucunda, & ad se recognoscendum idonea. Denique vt nullum verbum restet inexpensum;

Marginal notes: Aqua nutrit. — Seneca.

pro

pro *collocare*, est in *αὐτογράφῳ*, *accubare fecit*; יר *Rabàts*, verbum planè pastoritium. nam vbi grex pastus, epotúsque fuerit abundè, indiget loco vmbroso, & amœno, in quo, tempore præsertim æstiuo, & calido, possit accubare, ac requiescere; qui locus iuxta ripas aquarum solet esse peraccommodus & opportunus; quod secuti L X X. reddunt; *super aquam repausationis*, *ἀναπαύσεως*.

213. Hoc vtrumque ad prouidentiam pastoritiam attinere disces ex Virgilio lib. 3. Georgic. à carmine 327.

Virgil.

Inde, vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Æstibus & medius vmbrosam exquirere vallem
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacrâ nemus accubet vmbrâ:
Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum, cùm frigidus aëra vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida luna,
Litteraque halcyonem resonant, & acanthida dumi.

214. Neque solùm hæc vicissitudo pascendi, ac requiescendi præscribitur ab auctoribus de re rusticâ docentibus, sed etiam, quæ cuique tempori ac loco vices congruant. Audi Varronem eius doctrinæ peritissimum, & experientissimum, qui lib. 1. cap. 2. sic tradit: *Longè, & latè in diuersis locis pasci solent, vt multa millia sæpe absint hiberna pastiones ab æstiuis. Ego verò scio, inquam, nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Rheatinis montibus æstiuabant. Vbi pascuntur in eâdem regione, tamen temporibus distinguunt, vt æstate, quòd tum primâ luce exeant in pastum, propterea quod tum herba roscida meridianam, quæ est aridior, iucunditate præstat. Sole exorto puro propellunt, vt redintegrantes rursus ad pastum alacriores faciant. Circiter meridianos æstus, dum deferueſcunt, sub vmbriferas rupes & arbores patulas subiiciunt, quoad refrigerato aëre vespertino, rursus pascant ad solis occasum. Ab occasu, paruo interuallo interposito, ad bibendum appellunt, & rursus pascunt quoad contenebrauit, iterum enim iucunditas in herbâ redintegrauit.*

Varro.

215. Aduertis, quàm solers debeat esse & prouidum pastoris ingenium in alternandis pastione, & accubatione, in eligendis harum vnicuique locis ac temporibus accommodis: ex quo genio & more tractum illud Cantic. 1. vers. 7. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* At quamuis hæc sit necessaria diuisio locorum, ac discretio temporum in pascendis pecoribus, & armentis; quia vna & eadem regio nequit omni varietati prædictæ esse peropportuna: tamen pascua diuina etsi purissima, ac simplicissima, explent abundè vices illas omnes; & multiplices vsus singulari quadam ratione non modò compensant, sed etiam superant, & excedunt. Atque adeò in iis pascuis nobis licet hibernare, in iis æstiuare; in iis pasci orto sole, & occidente, in iis potari, in iis denique tanquam in vmbrosissimis locis lucisque accubare, & acquiescere: *Dominus enim*, non homo nescio quis, *pascit me, nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me accubare fecit; super aquam refectionis, & requietis educauit me.* quod eodem exit, ac quod Vates noster edicit: *sicut pastor pascet gregem suum*: nulli officio suo deerit, pascet, potabit, ducet, reddet quietem, reducet: quodque faciet suo loco & tempore: quippe Pastor, *princépsque pastorum.*

Solertia in pastore necessaria.

Pascua diuina ad omnia sunt apta.

vsus varius.

Psal. 22. v. 2.

Hæc explicatiùs legimus apud Ezech. c. 34. 216.
vers. 14. *In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus.*

Sed superest exponere particulatim, quænam sint pascua, quæ tam in Psalmis, quàm in vatibus, nobis promittuntur, ac proponuntur. Varia varij: alij ad cœlestia beatorum pabula attollunt; sed certum, in caulis Ecclesiæ militantis nõ posse etiam deesse: vnde alij Sacramenta, vt August. Psa. 22. citato, intelligunt: alij Spiritus S. charismata, virtutes, ac dona: alij denique sanctarum Scripturarum amœnissima prata. Et quamuis horum singula commodè animarum pascua dici possint, & vniuersa: in id tamen alacriùs animum abire sentio, vt in postremo explicatu de S. Scripturis acquiescat. Vide August. de Pastorib. tract. 11. Nam re verà quæcumque de pastione suprà retuli, Scripturis diuinis mirificè conueniunt. Ambros. Psal. 118. vers. 105. *Bona etiam pascua libri sunt Scripturarum cælestium: in quibus quotidianâ lectione pascimur, in quibus recreamur, ac reficimur, cùm ea, quæ scripta sunt, degustamus: vel summo ore libata frequentius ruminamus. His pascuis Dominici grex saginatur.* Cyril. Isai. 42. vers. 15. loquens de Christo: *Qui non vt falsi pastores sua pecora inducit in spinas & tribulos, sed pascit in vitis. Flagrantissima enim sunt diuina & sacra, & propria eius oracula.*

Quænam pascua hæc.

Beatorum sedes.

Sacramentum atque carismata.

Scripturæ.

Est enim Dei verbum, pabulum saluberrimum, ac suauissimum, quo animæ nostræ, vt 217.
oues Dominicæ, *& nos populus* ait Dauid *pascuæ eius, & oues manus eius*, aluntur, atque pinguescunt. Origenes in cap. 26. Leuit. hom. 9. *Si ad Ecclesiam frequenter venias, aurem litteris diuinis admoueas, explanationem mandatorum cælestium capias, sicut cibis & deliciis caro, ita spiritus verbis diuinis conualescet, ac sensibus & robustior effectus carnem suis legibus parêre coget, & sibi obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt diuina lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ. His alitur cibis, his conualescit, his victor efficitur. Quod quia non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis, nolite dicere, quia volumus, sed non possumus, &c.* Itaque Origenes robur ouium Christi, tribuit pabulo verbi diuini, & infirmitatem inediæ eiusdem.

Psal. 94.

Orig.

Robur à verbo Dei.

Idem Orig. hom. 8. in Ierem. in expositione 218.
illius sententiæ: *Venite mittamus lignum in panẽ eius*; de more ad allegoriam se transferens ait: *Panis Iesu, quo nutrimur, sermo eius interpretatur. Quia igitur docente eo, voluerunt quidam scandalũ ponere doctrinæ eius, crucifigentes eum dixerunt: Venite, mittamus lignum in panem eius. Cùm enim verbo Iesu, & disciplinæ eius coniungitur magistri crucifixio, in panem lignum mittitur.* Ex quo hoc interim aufero, cibum animæ esse Christi doctrinam: & hanc eamdem simul esse potum, & aquam salutarem, de quâ: *cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aquâ sapientiæ salutaris potabit illum.* Eccli. 15. v. 3. quia docet hoc idem eleganter ipsemet Autor in Exod. hom. 11. vbi attigit

Orig.

Nuptum [illegible] Origen.

attigit cap. 17. v. 3. *Sitiuit ibi populus aquam, & murmurabant aduersus Moysen*; sic enim ille
Orig. legit, non grauabor verba transferre: *Videatur fortasse ex superfluo dictum, quod populus sitierit aquam, sufficerat enim dicere, sitiit, quod opus*
fuit addere, aquam? Non est superflua dictio. Sunt enim diuersæ sites. Qui beati sunt, vt ait Dominus, esuriunt, & sitiunt iustitiam. Qui verò peccatores sunt, patiuntur non sitim aquæ, neque famem panis, sed sitim audiendi verbum Dei. Iccirco & hic addit: quia populus sitiit aquam, quia de-
219. *buit sitire Deum, quia debuit sitire iustitiam. Verum quia Deus verè eruditor est insipientium, & magister insipientium, corrigit culpas, & emendat errores, & dicit ad Moysen, vt sumat virgam, & percutiens petram educat eis aquam. Vult enim eos iam de petra bibere, vult eos proficere, & ad interiora venire mysteria.*

Murmurabant aduersus Moysen, & propterea iubet Dominus, vt ostendat eis Petram, ex qua bibant. Si quis est, qui legens Moysen, murmurat aduersus eum, & ei lex displicet, quæ secundum litteram scripta est, quod in multis non videtur seruare consequentiam, ostendit ei Moyses Petram, quæ est Christus, & adducit eum ad ipsam, vt inde bibat & reficiat sitim suam.

220. Subtiliter sanè, nec minus vtiliter è Petrâ illâ nobis potum spiritualem Adamantius elicuit, & expressit, indicans, ab initio conditi hominis, eius potum fuisse Dei verbum, atque doctrinam, sed quæ in veteri Testamento tanquam in cisterna aliquâ continebatur inclusa, eam non fuisse idoneam & sufficientem ad explendam sitim omnium fidelium, ideoque sitiuisse, & postulasse aquam noui Testamenti, aquam viuam, non mortuam, aquam fluentem, non stantem, aquam erumpentem è fonte, non stagnantem in limo, hoc est, non litteram occidentem, sed spiritum viuificantem. Posset mysticè huc referri illud Ioan. 4. vers. 12. *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*

Lex vetus insipiens.

Lex Euangelica doctrina exprimitur.

221. Ceterùm, vt in typo & in simulacro, aptè tamen & peculiariter præmonstrante nobis illuceret, Christum vt Pastorem præbiturum esse gregi suo fideli eiusmodi aquam, Moyses illius gerens vices, & imaginem, à pecore pascendo assumptus fuit ad principatum, ducatumque populi; & ne artis pecuariæ pastoritiæque gubernationis posset obliuisci, iussus est pro insigni imperij, & pro notâ potestatis, non sceptrum regale, sed *virgam* apprehendere, & arripere, quæ est propria Pastoris: quâ doceret, regeretque, & cùm opus esset, corrigeret oues pascuæ Domini: iuxta id quod ipsi Domino Pater eius Psalm. 2. vers. 9 intimauit e Regione; Hebr. *Pasces eos in virgâ ferreâ*; quâque virgâ portenta illa omnia quæ ad edocendum populum ex Ægypto, & introducendum in pascua vberrima Chananæa essent necessaria, conficeret: sed in primis, quâ virgâ petram in deserto percutiens, inde vberrimum & clarissimum aquæ riuum eliceret.

Virga Moysi quid notet.

Quo nihil ad id, quod agimus, adduci potest cohærentius, & conuenientius.

222. *Sed hæc Petra*, addit Origin. citatus suprà
Orig. hom. 11. in Exodum: *Hæc petra nisi fuerit percussa, aquas non dabit; percussa verò fontes produxit. Percussus enim Christus, & in crucem actus noui Testamenti fontes produxit. Et propterea dictum est de eo: Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Necesse enim erat illum percuti: nisi enim ille fuisset percussus, & exisset de latere eius aqua & sanguis, omnes nos sitim Dei verbi pateremur. Hoc ergo est quod Apostolus interpretatus est: quia omnes eundem manducauerunt cibum spiritualem, & omnes eundem spiritualem biberunt potum: bibebant autem de spirituali sequente petrâ: Petra autem erat Christus.* Theodoretus 1. Corinth. 1. vers. 1. *Imitata est etiam petra latus Domini: fluenta enim eius præter spem scaturierunt.* 1. Cor. 10. v. 3

223. Deus igitur *abstulit sicut oues populum suum; & perduxit eos tanquam gregem in deserto*, Psal. 77. vers. 52. Cui gregi præ fame pereunti pro pabulo Manna, præ siti enecto de petrâ largissimos aquarum latices exhibuit, vti pastor bonus, idque per pastorem Moysen; vt præsignaret, postmodum, in deserto huius viæ & vitæ quos eduxisset è seruitute Diabolicâ per filium suum vnigenitum Iesum Christum, Pastorem vnum; per eundem esse alendos, pane cœlesti, nempe eiusdem corpore: Ioan. 6. vers. 32. *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo: sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.* Et per eundem Iesum potandos potu salutari, nempe eius sanguine, quocirca de eius latere percusso exiuit sanguis & aqua. Ioan. 19. vers. 34. *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua.*

224. Quòd si Petra illa Exodi à Moyse icta, interprete Apostolo, fuit expressa species & imago Christi, *Petra autem*, ait ille, *erat Christus*, hoc est, nobis ob oculos iam tum prætendebat Saluatorem, & erat illius quasi vicaria; & eadem scissa pastorali virgâ Moysis profudit vbertim aquas pellucidas ad satiandum illum gregem sitientissimum in deserto & in inaquoso: porrò, quò imagini exemplar vmbræ corpus, figuræ res figurata congrueret, oportuit vt Christus virgâ quoque, quæ esset summæ potestatis insigne, nempe Cruce vulneratus largissimos riuos ad explendam humani generis sitim effunderet.

Sed me delectat hoc loco interrogare, etsi interrogationi succumbere contingat, cur Petra typos & figura non nisi à Moyse percussa bis & quasi iussa, atque coacta aquam reddidit: & Christus, vbi lancea eius latus tetigit, *continuo*, vt Euangelista diligens & præsens obseruat, *exiuit sanguis & aqua*? Quæ interrogatio locum non amittit, etiamsi petra, quæ bis tacta aquam dedit, Numer. 20. vers. 11. sit diuersa ab illa, quæ Exod. 17. vers. 6. percussa similiter scaturiuit. Constat enim Paulum loqui de petrâ, de quâ Numer. 20. vt etiam concedit Cornelius à Lapide 1. Cor. 10. vers. 3. qui Numer. capit. 20.

Petra cur bis percussa.

pit. 20. vers. 11. vnam petram ab aliâ discriminat.

Quid ergo præmonstrauit bina illa silicis percussio, vt inundaret? Aug. quæst. 35. illic sic: *Significata est de Christo profluens gratia spiritualis, quâ interior sitis irrigaretur. Sed quòd virgâ petra percutitur, crux Christi figuratur. Ligno enim accedente ad petram gratia manauit: & quòd bis percutitur, euidentiùs significat crucem: duo quippe ligna sunt Crux.* idem in Ioan. tr. 26. *Gemina percussio duo ligna crucis significat.* & de tempore serm. 95.

Quæ Augustini adaptatio non creditur expletura auidam lectoris sitim & expectationem. Nam crucem duobus lignis compingi, valde materiale est, cùm ex iis vna crux fiat, & vnum, simpléxque supplicij genus. Vidit hoc Rupertus lib. 2. de Trinit. & operib. eius. capit. 7. & vt erat acri ingenio, solertique iudicio, aliquid addidit Augustino: in Moyse ille Iudæos perfidos accipit, atque: *Cum hoc furore increduli, & turbidi percusserunt petram Iustitiæ, bis percusserunt, duobus enim lignis vnius crucis Christum crucifixerunt, linguis suis, & manibus gentilium. Hoc facto egressæ sunt aquæ largissimæ. Nihil verius; passo namque Christo fluxerunt aquæ Scripturarum, torrentes gratiarum Spiritus sancti inundauerunt, & antea quidem Scripturæ legebantur, sed non intelligebantur. Legebatur occidens littera, sed non fluebat viuificantis Spiritus viua & salutaris aqua.*

Propiùs aliquanto Tuitiensis Abbas: sed adhuc distat à proposito, & scopo. Adijci liceret: duplici illâ saxi percussione præfigurari, Christi corpus semel & iterum fore transfigendum, semel viuum, iterum mortuum; vnde vbi secundò est percussum, & transfixum, *continuò exiuit sanguis, & aqua*, teste Ioanne; cùm ex priori transfixione solus sanguis effluxisset. Porrò è corpore recens extincto cruorem emanasse, etsi à quibusdam inter miracula ponatur, videri posset non adeò mirum: ast aquam: verùm, & naturalem, qualem illam fuisse Catholici confitemur, erupisse, fuit quoddam egregium miraculum, vt Patres communiter affirmant; quo Ecclesiæ Christianæ Sacramenta, in primis Baptismus & Eucharistia portendebantur, quorum alterum aquâ, alterum vino & pane continetur. Quo de mysterio Aug. tract. 120. in Ioan. Cyprian. lib. de Passione Christi ad finem. Cyrillus Ierosolymitan. catech. 13. Cyrillus Alexand. in Ioan. lib. 12. cap. 19. Chrys. in Ioan. hom. 84.

Sacramenta omnia, sed præcipuè Eucharistiam esse pecoris Dominici pastum quis non videat? cùm in ea sit cibus potúsque: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Ioan. 6. vers. 56. Verùm, quis præter Sacramenta docuimus sanctarum Scripturarum volumina esse pascua Ecclesiæ, quibus alitur, & potatur, rectè cum Ruperto relato dicemus, percussâ bis petrâ, & conscissâ bis carne Christi, effluxisse eiusmodi fontes aquarum vberrimos, largissimos, pellucidissimos: hoc est, passo, & mortuo Christo, inuoluta illa admodum & replicata voluminaque fuisse euoluta, & explicita secta illa sacramenta fuisse retecta: abdita illa mysteria fuisse reuelata: amota fuisse illa sigilla, quibus tot seculis fuerant clausa & obsignata. Hilar. Psal. 118. vers. 130. *Declaratio verborum mysticorum per Euangelia præstatur, vbi legis abscondita, & occulta prophetica Domino in corpore manente panduntur, ex quibus primum fides discitur. ibi enim ea, quæ à Prophetis dicta sunt, per eum rebus, & operibus explentur.*

Illud ad hoc confirmandum argumenti loco ponunt plerique Patres, quos legere licebit apud Maldonatum in Matth. 27. vers. 51. quòd vbi Christus exspirauit: *Ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum*: vt significaretur, Sancta Sanctorum, quæ velo illo operiebantur, fuisse patefacta, hoc est, occultissima legis veteris Sacramenta, quæ oculatissimum quemque latebant, Christi morte reserata ac resignata patere. Et eòdem referri possent sepulchrorum apertio, & petrarum scissio, quæ vnà simul ab Euangelista narrantur. August. Psalm. 70. vers. 10. *Neque frustrà illo crucifixo, velum templi medium scissum est, nisi quia per ipsius passionem omnium mysteriorum secreta patuerunt.* & in Ioan. tract. 24. Hieron. proœm. in Oseam, idem tradit. 228.

Ergo in hoc interpretationis contextu, typica illa iterata silicis percussio ad educendas aquas præsignauit, difficilè tum educi posse de libris sacris intelligentias, esse profundas, latere admodum interne, ad conspectum, vsúmque hominum vix euocari posse. 229.

Hoc quodam modo profiteri visus est Moyses in hæc verba præfatus, Numer. 20. vers. 10. *Num de petrâ hac vobis aquam poterimus eijcere?* Cuius interrogationis voces singulæ singularem referunt sensum, ac difficultatem. Particula, *num*, iuncta verbo *poterimus*, dubitationem, diffidentiam prodit, quam in Moyse, & Aarone culpat & punit sancta Scriptura inferiori vers. 12. *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Non quod in dubium vocarint Dei potentiam, quis enim hoc credat de viris istis? sed quòd de euentu diuinitus promisso, de aquæ exitu addubitarint, arbitrati populum illum indignissimum tam ingenti miraculo, & beneficio. & hoc indicat pronomen, *vobis*. *Num vobis aquam poterimus eijcere?* Itaque vt rem difficilem, & arduam proponit. Denique non vacat mysterio particula altera demonstratiua, *hac*, *de petrâ hac*, quæ est Christus, *vobis*, i. carnalibus, rudibus, pinguibus, nihil nisi terrenum, crassúmque sapientibus, *poterimus eijcere aquas?* tenuissimas, delicatissimas, pellucidissimas, quæ non minus eputriunt, quàm refrigerant, quæ æquè famem, ac sitim explent. *De petrâ hac vobis*, quæ petra non vobis continet aquas, sed alijs populis fidelioribus, spiritualioribus, obsequentioribus. *Audite rebelles, & increduli: num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere?* quam aquam nouimus reseruari *populo, qui nascetur*. Psal. 21. vers. 32. *Annunciabitur Domino* genera

generatio ventura: & annuntiabunt cæli iustitiam eius populo, qui nascetur quem fecit Dominus.

130. Vobis adhuc carnalibus, & incircumcisis corde, minimè crudius, dolatique, petra hæc integra quoque est, & illæsa, ac proinde, donec aperiatur, scindaturque non dabit aquam: silex est, duritie vestra tanquam ferro percussus vobis ignem, qui vos absumat, eucier. Aquam verò refrigerantem & reficientem aliis hominibus minus ingratis custodit. Psalm. 67. vers. 9. *Terra mota est: etenim cæli distillauerũt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ. Voluntariam.* Hebr. liberalem, largam, principalem, eam sepones, reseruabis, *hereditati tuæ*, Ecclesiæ Christianæ; aliam verò multo minus largam, & minus præcipuam concedes populo Israeli, scilicet, manna, qui non è cœlo decidit. Ioan. 6. vers. 32. Aquam, quæ non è petra verà manauit: at *Panem de cælo verum*, & *pluuiam voluntariam* de petra bis percussà, qui est Christus, largiter effusam *segregabis hereditati tuæ.*

Psal. 67. v. 9. Vide nos ad istum Psal.

131. Ergo Moyses præfigurans hoc mysterium, toto lacertorum nisu semel iterúmque percutit rupem, quæ repetita percussio clauorum, dum adhuc viueret Dominus, & lanceæ, vbi est mortuus, confossionem, vti dicebamus, adumbrauit. *Cùmque eleuasset Moyses manum, percutiens virgâ bis silicem, egressa sunt aquæ largissimæ.* Eleuatio manûs conatum & nisum in feriendo indicat: ictus repetitus difficultatem aquæ in prodeundo prodit: quia Christus altè conditus in litteris sacris, & in earum fundo latens, parcè admodum & difficiliter sese in Synagogâ aperiebat: at passo Domino, & eius latere, veluti omnium riuorum ac fluminum capite, aperto; *egressæ sunt aquæ largissimæ*, idest, vberrimæ diuinorum mysteriorum intelligentiæ, & sacramentorum sinus ac penetralia patuerunt.

De aloy de ipsa.

132. Huc absque dubio attinet quod tradit S. Lucas, cap. vlt. vers. 45. postremam Saluatoris apparitionem enarrans, qui Saluator cùm Apostolis affirmasset impleta fuisse omnia à Vatibus de suâ passione prænuntiata: *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.* Quasi ante illud tempus, antequam Petra vera fuisset his percussa, antequam eius sinus intimus lanceâ esset apertus, Apostolis sensus non posset aperiri, vt in sinum interiorem & in penetralia sanctarum Scripturarum Christo duce descenderent. At vbi Pastor bonus à Deo pro nobis est percussus virgâ Crucis, ipsemet suis ouibus sitientibus, & præ siti pereuntibus, *aperuit thesaurum* suum, *fontem aquæ viuæ*; quod Moyses enarrato à nobis (vereor ne cum fastidio lectoris) facinore prætendit, & vates noster hoc loco prædixit, cùm dixit *Sicut pastor pascet gregem suum*; ipsemet pascet, ipse potabit, non per Moysen, non per Iosue in deserto, non per alios famulos pecuarios, sed ipsemet gregem suum procurabit.

Num. 20. v. 6.

133. Hæc de primo officio Pastoris, de quo in Euangelio Dominus Ioan. 10. vers. 9. *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Quem ingressum, & egressum pluribus variè inuenio interpretatum. Ingressum in Ecclesiam militantem, in ouile istius sæculi: egressum verò e vita hac, & emigrationem ad gloriam, vbi sunt pascua nunquam marcescentia. Aliter: ingressum ad opera interiora: egressum ad opera exteriora. Vtrumque approbat S. Aug. tractat. 45. in Ioan. Sed magis prius de ingressu per fidem, & de egressu ad speciem & visionem. Posterius placuit etiam S. Basilio in lib. de Spiritu sancto, cap. 8.

Ingredi & egredi quid.

Aliter vniuersè; pro quauis actione, & pro quouis vitæ officio: sic enim alias S. Scriptura loquitur 1. Reg. cap. 3. vers. 25. & 3. Reg. 3. vers. 7. Psalm. 120. vers. 7. Allo modo pro liberà & securà conuersatione: quæ est etiam phrasis sacra, 1. Reg. 18. vers. 16. & 1. Reg. 19. vers. 6. Ita Chrys. Theophyl. Euthy. & alij moderni, vt Iansenius cap. 79. Vide Delrium in Adagial. tom. 1. 119. qui de prospero successu rerum omnium exponit.

134. At Toletus, recensitis iis significationibus, censet ipse velle Christum docere, cum suis fidelibus vbique benè actum iri, in omni opere occulto, & manifesto: sumtà metaphorà ab eis ouibus, quæ quocunque se verterint pascua inueniunt, ob vbertatem. Maldonatus verò in ea est opinione, vt pressiùs, & strictiùs illa loquendi formola accipi debeat: *Ingredietur, & egredietur*, quia addidit *& pascua inueniet*; itaque perpetuatur translatio sumta de arte pastoritia: quæ præscribit, vt suprà constitit, numer. 22. vt oues ex ouili educantur ad pastum, pastæ verò propellantur ad accubationem & quietem; quæ accubatio & requies interdum fit in aperto & libero loco absque vllo septo: aliquando in caulis, & ouilibus circumuallatis. Egredi igitur, est exire ex ouili ad pastum; ingredi est redire in ouile, ad recubitum: in quo ouili solere esse pabulum, ac interdum debere, docuit nos Virgilius lib. 3. Georg. vers. 295.

Tolet. Maldon. Pabulum in ouil.

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas
Et multa duram stipula, filicúmque maniplis
Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiémque ferat, turpésque podagras.
Post hinc digressus iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes,
Et stabula à ventis hyberno opponere soli,
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremóque irrorat Aquarius anno.

135. Ad hunc morem vergere Christi D. locutionem metaphoricam est valde verosimile. Quòd enim pecus egressum ex ouili inueniat pascua in agro, nihil adeò mirum; cùm ager vbique ex se fundat herbam: at in stabulo, in ipso ouili, cùm eò regreditur, habere in promtu pabulum, habere pascua, id est rarum, id magnæ cuidam pastoria curæ, & prouidentiæ dandum, qualem Virgilius edicit, & præscribit:

Stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas.

236. Ait ergo Pastor bonus: *Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur* in caulas accubiturus, *& egredietur* in campos pasturus,

Ioan. 10. v. 9. Ingredi & egredi quid.

& tam intus, quàm foris *pascua inueniet*; intus, vnctionis, consolationis, gratiæ diuitus, vnctionis, consolationis, gratiæ diuinæ: foris, doctrinæ, Sacramentorum, exemplorum; intus in contemplatione diuinorum mysteriorum: foris, in actione bonorum operum. S. Basilius iam appellatus lib. de Spiritu S. cap. 8. *Ostium dicitur, eo quòd per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones: ac rursus intro perducit in caulas eos, qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum cõfugerint. Vnde per me, inquit, si quis introierit, & ingredietur & egredietur, ac pascua inueniet.* Et fortassis idcirco, prius nominat ingressum, quam egressum, quia prior est fides, & cognitio, quàm actio. Est enim fides fundamentum totius fabricæ spiritualis: & cognitio est norma ac regula cuiuslibet operationis. Et quoniam tota vita Christiana & honesta iis duobus quasi cardinibus vertitur, verâ rerum diuinarum notitiâ, & honestâ operum effectione, compendio quidem Magister cælestis sub eis vocibus *ingressus*, & *egressus*, omnia officia complectitur, & vtrisque pro præmio *pascua* pollicetur.

138. Eiusdem notæ est quod per Ezechielem promisit Deus cap. 34. vers. 14. *In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, & ego accubare eas faciam, dicit Dominus Deus.* L X X. *in pastu bono pascam eos, in monte excelso Israel, & erunt ouilia eorum illic, & dormient illic, & requiescent in deliciis bonis.* Itaque eadem sunt pascua, quæ cubilia & ouilia, & eadem ouilia quæ pascua; quia in pascuis tutum est pecus, & ibidem accubat, atque requiescit: & in cubilibus, & ouilibus æquè pascitur & nutritur, atque in montibus & pascuis vberrimis, nam istud est ingenium diuinæ pastionis, & hæc singularis Pastoris Christi ars ac prouidentia, vt quæ alias valdè discreta esse consueuerint, & diuisa, in eius caulis, mirè in vnum & idem coierint.

139. Et quamuis in *montibus excelsis Israel*, S. Hieronymus illic, cælestes Beatorum ædes, sedésque viderit; tamen Theodoretus aptiùs ad mentem Ezechielis, & ad institutum nostrum fuit interpretatus, hærens editioni L X X. quæ supra iacet: vbi pro *montibus* priori loco *montem* in singulari reddunt. sic enim habent apud Theodoretum: *In monte excelso Israel erit decor eorum: Atqui mentionem fecit* (ait Theodor.) *multorum montium, & vallium; attamen montem quendam excelsum præcipuè commemorat, in quo prædicit eorum, qui pascantur, decorem esse futurum. Huius item montis B. Dauid meminit, cùm dicit: Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. tum Israeliticis montibus huic monti inuidentibus ait: Vt quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem. Frustrà, inquit, huic monti inuidetis, si quidem in ipso habitare Deus decreuit, quod perpetuò faciet. Ita nos intelligere alij interpretes docuerunt. Aquilas quidem cùm dixit: Vt quid contenditis montes coagulati? Theodotion verò: Vt quid iudicatis de hoc monte? Esaias quoque exclamat, & Michæas itidem: Erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Domini in summis montium, & venient ad eum omnes gentes; & quæ sequuntur. Et Dominus in Euangelio: Non potest, inquit, ciuitas abscondi super montem posita. Excelsum igitur, & conspicuum Euangelicæ doctrinæ montem ki[?] nominauit, in quo futurum ouium decorem pollicitus est. tum subiicit: Et erunt ouilia illic. Et hoc apertè nobis, non autem Iudæis, conuenit. illi enim vnum ouile quod fuit in Ierusalem templum, habuerunt: nos autem innumerabiles per totum terrarum orbem Ecclesias. Delicias bonas & pingues diuina nuncupat oracula: delectare enim in Domino, inquit, & dabit tibi petitiones cordis tui. Montes autem Israel, propheticos libros, in quibus rursum pascimur, accessum quemdam per illos ad maximum montem habentes. à propheticis enim oraculis ad Euangelicam ducimur doctrinam, quam illa testantur: habemusque pastorem ipsum herum; ac dominum exclamantem: Ego sum Pastor bonus; quod hoc quoque loco prædicens: & ego, inquit, ego pascam oues meas.*

140. Quæ Theodoreti viri doctissimi oratio nobis ansam porrigit nouæ cuiusdam intelligentiæ verborum suprà satis ventilatorum, *ingredietur*, & *egredietur*; vt *egressus* sit à libris propheticis, *ingressus* ad libros Euangelicos: nam vbi ab vmbrâ & caligine prophetali discedimus, ipsam lucem Euangelicam, nempe Christum subimus, & ingredimur: & in hâc luce illæ figurarum tenebræ & spissæ nubes rarescunt, & clarescunt. Neque est verendum, ne caligent oculi, quemadmodum caligare solent, cùm subitò è densâ vmbrâ in solem clarissimum transierunt: quin ex hoc lumine roborantur, & redduntur habiles ad perspiciendam rursus illam veteris Testamenti densissimam vmbram & caliginem: Vt fas sit, aptare illud Ioan. 1. vers. 5. sublatâ negatione: *Lux in tenebris lucet & tenebræ eam comprehenderunt.* Nam Prophetarum tenebras lux Euangelica peruasit, & quodammodo manentes tenebræ lucem admiserunt. Vnde qui per Christum, legitimum totius Scripturæ & Ecclesiæ ostium intrat, ab eodem ductus, doctusque ad intima Euangelicæ disciplinæ mysteria penetrat; indéque egressus propheticorum librorum implicata volumina facilè euoluit, explicat, & vmbrosas illas rerum futurarum imagines, ac obscura simulacra, Euangelici luminis iam splendore illustrata, absque vllâ oculorum iniuriâ contuetur. Atque ita *ingreditur*, & *egreditur*, & vtrobique *pascua inuenit*. nam veteris legis littera, absque spiritu, qui est Christus, inanis est, ex sanguis, arida, minimè pascendo, & potando Dei populo idonea, vti supra n. 120. constitit. imò quodam modo medicata, & venenata, non tantùm mortua, sed mortifera. nam, iudice Paulo, *littera occidit: spiritus viuificat.*

141. Quem Spiritum viuificantem qui hausit ex Euangelio, & secum afferens egreditur, & accedit ad litteras & tabulas Testamenti veteris, lapideas licèt, & silice duriores, easque pulsans, ac percutiens virgâ illâ potentissimâ, nempe Cruce Dominicâ, de quâ paulo antè numer. 124. elicit, simul et,

sugitque

Deuter. 32. v. 13. Psal. 80. v. 17.

sugitque mel de petra, oleúmque de saxo durissimo. Aquæ enim olim salsæ, & pię salsedine amaræ, ad potum idoneæ cùm *misisset* in eas Moyses *lignum*, quod ostendit ei Deus, *in dulcedinem versæ sunt*, Exod. 15. vers. 25.

142. Aug. S. Augustinus q. 57. in Exodum, etsi addubitat, an fuerit qualitas ingenita ligno ad aquas dulces faciendas, tamen indubiè affirmat: *Et per lignum aquas dulces fecit præfigurans gloriam, & gratiam Crucis. Sed in tali etiam natura ligni quis nisi creator, & demonstrator laudandus est?* Sed omisit Augustinus docere, aut quærere, quid aquæ significarint. Quæsierunt, & quæstioni responderunt Theodoretus, Rupertus, & Origenes. Primus quæst. 26. cùm proposuisset: *Qualenam erat lignum, quod aquam dulcem reddidit in Marath?* Subiicit illico, Theodor. *Superfluum ac stultum est quærere, quæ silentio tradita sunt. Nobis autem sufficit cognoscere, aquam quæ priùs fuit amara, per lignum in dulcem mutatam esse qualitatem. Quæ res salutationem nostram præfigurat. Crucis enim salutare lignum mare Gentium amarum, dulce reddidit.*

Theodoretus damnatur. Minus habilis, & accommoda allegoria: gentilis enim populus neque post immutationem, & conuersionem dici potest esse potui & bibendo aptus. Aquæ ponuntur interdum pro populis, sed non cùm de potu agitur.

143. Rupertus. Aquæ amaræ typus legis Mosaicæ. Quare aptior est hoc loco Rupertus capit. 3. lib. 3. de Trinit. *Marath, cuius aquas bibere non poterant, eo, quòd essent amaræ, legem significat veterem, cuius carnales cæremonias nos paruuli, sanguine Christi redempti non possumus portare. Sed neque Patres potuerunt, Apostolo Petro dicente:* Act. 15. v. 10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Profectò quibus hæc dicebat paruulis, aquas de Marath propinare volebant, quas neque ipsi præ amaritudine bibere poterant. (Clamauit Moyses ad Dominum; qui ostendit ei lignum.) Hoc lignum, quod Moysi, imò per gratiam & nobis ostendit Dominus,* Lignum figura crucis. *sancta, & viuifica Crucis lignum est. Lignum enim in aquas Marath mittere, & sic eas in dulcedinem vertere, est Dominica passionis Sacramentum cum littera legis conferre; quod quàm dulce sit, qui expertus meruit, ipse nouit; qui bibit, ipse sapit.* Hæc Rupertus non inexpertus. Quæ quanto sint accommodatiora, quàm illa Theodoreti, superfluum fuisset ostendere.

144. Aqua vnde salsa. Scimus aquis salsuginem accidere, ex eo, quòd materia crassa & terrestris iis admista: quo enim salsior est aqua, eo crassior, & pinguior, vt liquet in mari. Plinius in hac materia locuples testis testimonium dicat lib. 2. capit. 100. Plin. *Itaque Solis ardore siccatur liquor: & hoc esse masculum sidus accepimus, torrens cuncta, sorbénsque. Sic mari patenti saporem incoqui salis: quia exhausto inde dulci, tenuique quod facillimè trahat vis ignea, omne asperius, crassiúsque linquatur. ideo summâ æquorum aquâ dulciorem profundam.* Cui consentiunt Philosophi à Seneca lib. 3. quæstion. natur. capit. 5. relati. Seneca. Flumina in mare: & ex mari. *Quidam existimant (inquit ille) terram, quidquid aquarum emisit, rursus accipere: & ob hoc maria non crescere, quæ quod influxit, non in suum vertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras, & palam venit, secretò reuertitur, colliturque in transitu mare: quod per multiplices anfractus terrarum verberatum amaritudinem ponit, & prauitatem saporis in tanta soli varietate exuit, & in sinceram aquam transit.* Vide Plin. lib. 31. c. 6. Autor. de mirabilibus S. Scrip. c. 22 lib. 3 inter opera Aug. tom. 3.

145. Rupertus lib. 2. de Trinit. capit. 29. loquens de fluuio paradisi singulariter docuit omnem aquam naturâ suâ salsam esse; Verba transcribo: Rupertus. *In hoc miram Paradisiacæ terræ dulcedinem commendare intendit: quia videlicet aquarum natura salsa est, nec potui habilis, sicut in semetipso mare ostendit. Ascendens autem de abysso in illam quasi magni corporis terræ mammam, idest, Paradisi fontem, quodammodo lacteam assumit dulcedinem, & irrigat vniuersam terræ superficiem.*

Ceterùm, quæcumque sit origo & caussa efficiens salsedinis in aquâ, certum est, materialem, & proximam esse, materiæ crassioris & concretioris redundantiam, siue accessione & admistione alterius elementi, & corporis, siue decessione subtilioris ac tenuioris propriæ substantiæ. Adi Conimbric. in Meteor. tract. 9. c. 4.

146. Quo posito: cùm lex Mosaica tantâ tamque multiplici crassiorum victimarum, pinguiorum sacrificiorum (nec enim abs re, *adeps* erat in præcipuis) terrestrium cæremoniarum admistione & concretione fuerit adeò compacta, & constipata: haut mirari debemus, si inde saporis prauitatem, salsuginem & amaritudinem contraxerit: Exod. Leuit. & ab eius potione totus populus Iudaicus abhorruerit. Ergo eius mali vna erat medicina, si terrena illa, carnalis, & crassa lex aliquâ viâ, & ratione subtilior, tenuior, & spiritualior efficeretur: quod quidem euenit, adiuncto Christi Spiritu, eius Passionis mysterio, ac sacrificio, quod vnum illis omnibus victimis, oblationibus, ritibus crassioribus, vt operculo, & tegumento conuincebatur occultius, & futurum præsignabatur.

Quocirca accommoda est figura aquæ salsæ, cui dulcorandæ, iniectum est lignum quoddam, quod Deus ipse ostendit, aut vt in Hebræo, *quod Deus docuit*: vt intelligeretur, figuram illam non aliò vergere quàm ad doctrinam; contextus enim sacer sic habet: *Ille clamauit ad Dominum*: (scilicet Moyses, contra quem erat murmur populi, quòd ei non præberet aquas nisi amaras) Exod. 15. v. 25. *qui ostendit ei lignum, quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. ibi constituit ei præcepta atque iudicia.* Non ergo est nobis libera errandi, & vagandi facultas: ibi Deus *constituit præcepta & iudicia*. hoc est, eum populum, & in eo alios erudiuit, admonuit illâ aquarum immutatione per lignum immersum aliquid aliud notari. Sed accessamus huc Origenem egregium artificem ad sensus consimiles concinnandos. Is

homil. 7. ad caput 15. Exodi propositum ita
147. excussit: *Ibi, vbi amaritudo, ibi sitis: & quod*
est grauius, sitis in abundantia aquarum, ibi
posuit ei Deus iustitias & iudicia. Alius non
erat locus dignior, aptior, vberior, quàm
iste, in quo amaritudo est. Tum propterea
quod dixit: Ostendit illi Dominus lignum, &
misit illud in aquam, & facta est dulcis aqua.
Mirum admodum est, quod Deus lignum osten-
deret Moysi, quod mitteret in aquam, & fa-
ceret eam dulcem. Num Deus non poterat si-
ne ligno dulcem facere? aut Moyses nesciebat
lignum, nisi Deus ostenderet? Sed videndum,
B *quid decoris in his sensus interior habeat. Ego*
puto, quòd Lex si per se ipsa spectetur, sa-
tis amara sit, & sit ipsa, Merrha. Quid enim
tam amarum, quàm vt octauo die puer cir-
cumcidatur, & rigorem ferri tenera patiatur
infantiâ? Amarum satis & peramarum est hu-
iusmodi poculum, in tantum, vt populus Dei,
non ille, qui in Moyse est baptizatus, in mari, & in
nube, sed iste qui in Spiritu, & in aqua est
baptizatus, non possit bibere de istâ aquâ. Sed
ne gustare quidem hostiarum amaritudinem po-
test, neque Sabbati obseruantia, neque circum-
cisionis. Si verò Deus ostendat lignum, quod
C *mittatur in istam amaritudinem legis, quo dul-*
148. *cescat, potest bibere. At quod sit istud lignum,*
Prou. 3. v. 18. *Salomon nos edocet; cùm dicit de sapientia: quia*
lignum vitæ est omnibus apprehendentibus eam.
Si ergo lignum sapientiæ Christus missum fue-
rit in legem, & ostenderit nobis, quomodo intel-
ligi debeat circumcisio, quomodo sabbata, quo-
modo lex lepræ seruanda sit, quale munus, &
immundi sit discrimen; tunc efficitur aqua Mer-
rha dulcis, & amaritudo litteræ legis conuertitur
in dulcedinem intelligentiæ spiritualis, & tunc
potest bibere populus Dei. Si enim non inter-
pretentur hæc spiritualiter, populus, qui idola re-
liquit, & ad Deum confugit, si audiat legem
de sacrificiis præcipientem, refugit continuò, nec
D *potest bibere: amarum quippe est & asperum.*
Et in hac ergo amaritudine Merrha, idest, in
istâ litterâ legis, posuit Deus iustitias & testi-
monia. Non tibi videtur hoc dicere, quia ve-
luti in vasculo quodam, ita in legis litterâ sa-
pientiæ, & scientiæ suæ thesauros condiderit
Deus; hoc est quod dicit; Et ibi posuit Deus
ei iustitias & testimonia. & hoc dicebat Aposto-
2. Cor. 4. v. 7. *lus: Habemus thesaurum hunc in vasis fictili-*
bus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex
nobis. Vnde constat, vt si quis sine ligno vitæ,
hoc est, sine mysterio Crucis, sine fide Christi, si-
ne spirituali intelligentiâ bibere voluerit de le-
gis litterâ, per amaritudinem nimiam morietur.
Hæc sciens Paulus aiebat: Littera occidit, hoc
est, diceret apertè, quod aqua Marah occidit, nisi
mutata in fuerit dulcedinem.

149. Tametsi longus & verbosus fuit aliquan-
E tùm Origenes in allegoriâ aquæ salsæ, sed
non insulsus, neque infructuosus. Cui ad-
iicere iuuat: vti aqua salsa & amara, si ter-
râ, si cerâ, si lanâ percoletur, quod aduer-
tit Plinius lib. 31. cap. 6. ponit salsuginem,
& amaritiem: sic, si aqua legis Mosaicæ as-
pera, salsa, amara, qualem descripsit Ori-
genes, transeat per Christum, & eius Euan-
gelium; ibi percolata, & defæcata exuet as-
peritatem, salsedinem, atque amaritudi-
A nem: & bibi poterit à populo Dei, à peco-
re fideli, non solùm innoxie, sed etiam v-
tiliter, atque suauiter: cui transmutationi
significandæ, olim aquæ deserti amaræ, vbi
ligno illo mystico percolantur, subitò pro
amaritie dulcedinem induunt. Hoc idem li- 250.
cet intelligere è verbis Christi: *Si quis per me* Ioa. 10. v. 9.
introierit, saluabitur: ingredietur, legis salsi-
tudine & amarore aspersus, asper, crassus, Vide infra num. 177.
scaber: sed in me, & per me permeans, ac
penetrans attenuabitur, spiritualis fiet, po-
nétque asperitatem, crassitiem, scabredi-
nem, amaritudinem, & in alterum virum
B eâ percolatione mutatus, *egredietur, & pas-*
cua inueniet; salubria, suauia, potum melle
dulciorem in lege etiam Mosaicâ veteri,
quæ antea quàm ita depurgaretur, deræde-
returque, absque vitæ periculo bibi non po-
terat. Hugo in Psal. 80. vers. 17. *Et de petrâ*
melle saturauit eos, ait, mel, esse sensum my- Mel S. Scripturarum sensus mysticus.
sticum, S. Scripturarum. August. Psalm. 74. v. 9.
non absimiliter exponit illud: *Calix in manu*
Domini vini meri plenus mixto: & inclinauit
ex hoc in hoc, veruntamen fæx eius non est ex-
inanita; asserit, hunc calicem esse Testa-
mentum vetus, in quo sit absconditum no-
C uum, tanquam in fæce corporalium sacra-
mentorum. *Illa verò*, inquit, *carnalia qua-*
si resederunt, vt remanerent apud illos, & ef-
funderetur inde omnis spiritualis intellectus. Quē
calicem inclinauit à superbo Iudæo Deus in
humilem Gentilem. *Eliquatus est inde*, ait Au-
gustinus, *spiritualis intellectus.*

Itaque Lex olim amara, in Christo & 251.
Euangelio dulcescit, & obscura in eo-
dem splendescit, & crassa ibidem rarescit,
quia ponit sordes, resumit spiritum, cu-
ius est valde propria subtilitas. Ex quo pos-
sumus coniectare, cur Deus olim tam fre- Deus olim nube cur apparuit.
quenter appareret in nube, nebulâ, caligine.
Consulito Exod. 13. versum 21. cap. 40. vers.
D 36. capite 16. vers. 10. capite 24. vers. 16. Leu.
16. vers. 2. Numer. 9. vers. 15. Ezech. 10. v. 3. de
nube, separatim, obscurâ & caliginosâ Exod.
19. v. 9. *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis,*
vt audiat me populus loquentem ad te. Exod. 24.
vers. 16. *Septimo autem die vocauit eum de medio*
caliginis cap. 20. vers. 33. *Nec poterat Moyses*
ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia. Ne-
que solùm in Tabernaculo fœderis fuit fre-
quens ac spissa eiusmodi caligo: sed etiam tem-
plum, vbi dedicabatur, occupauit. 3. Reg. 8.
vers. 10. *Et non poterant Sacerdotes stare, & mi-*
nistrare propter nebulam, impleuerat enim gloria
Domini domum Domini.

Quid enim aliud in tam ordinariâ nebulæ 252.
& caliginis offusione, cùm Deus apparet ve- Testamentum vetus nebulosum, obscurum.
teri populo, & indicit, nisi id quod tracta-
mus, suspicari possumus? Testamentum vi-
E delicet, illud priscum fuisse clausum,
crassum, compactum, obscurum, densæ vm-
bræ, atque caliginis. Scitum est autem Nubes ex quibus fit.
in scholâ meteorologicâ nubem è vapo-
ribus crassioribus coalescere & cogi, qui va-
pores cùm maiorem habent crassitiem &
spissitudinem, quàm vt sublimes eleuari
queant, & in nubes cogi, viciniorem terris lo- Nebula vnde.
cum obsident, & nebulosâ caligine circum-
fundunt.

Ergo

253. Ergo, probè lex illa crassa & carnalis tanquam in suâ imagine repræsentatur in nube tenebricosâ: & cùm Deus in eâ loquitur, aut tacitus apparet, præ so fert, præbere, & exhibere se cognoscendum: admodum obscurè, & eius Testamenti clausulas esse obuelatas, & obnubilatas. Cui veritati, non vno duntaxat loco, testimonium dixit Apostolus Paulus: caput enim 10. Epistolæ ad Hebræos, sic fuit exorsus: *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* quod testimonium, illostre licèt, & admodum idoneum, nunc dimittam, vt aliud paulo diligentiùs expendam è priori ad Corinth. capit. 10. vers. 1. quod item caput sic incipit: *Nolo enim vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt.* Vulgata expositio: omnes ducatu nubis diornæ vios fuisse in deserto, de quâ nobe in Exodo mentio plurima. Sed ego, vt hoc non negarim, sic non hoc tantùm velle Apostolum ausim affirmare: sed vlteriùs aliud, nempe veteres illos homines ambulasse in obscuro, obscure admodum cognouisse futura mysteria: illos sub nube, nos autem in sole ambulare. Confirmatur hæc interpretatio: nam subinde addit: *& omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari.* Hunc, qui mihi occurrerat, sensum optabam alij autori probari, cui inesset autoritas: reperi P. Benedictum Iustinianum virum grauissimum & doctissimum ita aientem: *Crediderim Apostolum vsum hac ratione dicendi: Sub nube fuerunt; non solum, vt indicaret, eos ductu nubis Ægyptum deseruisse, sed etiam, vt ostenderet eos obscurè, ac veluti nube inuolutos nostra attigisse mysteria: qua si dicat, typis, ac figuris quibusdam Christiana sacra suscepisse.*

Hebr. 10. vers. 1.

1. Cor. 10. v. 1.

P. Iustinianus. Numer. 4.

254. Hæc noster Iustinianus: in cuius iudicio & autoritate etsi possem absque vllâ leuitatis infamiâ acquiescere; habeo tamen huius expositionis autorem multo antiquiorem: nam in commentario, qui S. Ambrosio ascribitur, ita lego: *Nolo vos ignorare &c. Iudæorum exemplo, qui negligentiâ suâ offenderunt, solicitos nos esse vult. Ideoque sub nube dicit illos fuisse, quia omnia quæ gesta sunt, in figurâ nostri facta sunt, vt veritatis nostræ illi habuerint imaginem.*

Nobis ergo adest autor & interpres inductus, quem etsi constat non esse Ambrosium, pro certo habendum, magnum aliquem & antiquum virum in Ecclesiâ fuisse. Maldonatus Matth. 19. vers. 9. nominat Remigium; at cùm sanctus Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum libro 4. capite 4. ex commentario prædicto in epistol. ad Roman. capite 5. versicul. 12. in illud, *in quo omnes peccauerunt*: totidem verbis, quot in isto autore reperiuntur, testimonium recitauerit, & eum *sanctum Hilarium* appellarit, fit verosimilius, eum non esse Remigium: adde ipsum autorem in 1. epist. ad Timoth. capite 3. versicul. 15. affirmare, Damasum esse Pontificem, tum, cùm illa commentaretur. Ex quo constat non posse esse Remigium, qui est multò posterior, sed fuisse Hieronymo & Aug. contemporaneum; cuius nisi magna fuisset autoritas, ex eo nihil allegaret Augustinus. Hæc obiter dicta, vt expositio prædicta non explodatur vt noua, aut temere asserta.

Quis autor com. in Pau. qui Ambrosio datur.

Maldon. censura. Refellitur.

255. Eidem expositioni adfauet autor commentariorum in Iob in 8. tomo S. Hieronymi, qui creditur esse Venerabilis Beda, ad illud è capite 26. versiculo 9. *Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam; secundùm illud* (autor dictus) *quod Dominus ait in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum.* Quod glossema subindicat: Deum, quoad Iudæos, nubem expandisse super solium vultus sui, idest, notitiæ suæ: nam pro notitiâ aptè sufficitur vultus & facies: quémque enim ex facie dignoscimus.

Autor in Iob inter opera S. Hieronymi.

256. Educitur ergo Hebræus ex Ægyptiacâ seruitute, & caligine, & toto illo locorum, & annorum tractu, deducitur tegente & obumbrante nube, quó significaretur, eum ducendum & docendum fore sub vmbrâ, sub figurâ, sub nebulâ & caligine; donec succederet tempus Euangelicum miro splendore collucens. Vnde in Transfiguratione Saluatoris etsi apparet nubes, sed non densa, non spissa, non fusca, quales erant priscæ: Matth. 17. versic. 5. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos.*

Nubes in deserto ducens Israël quid.

Transfiguratio.

257. Cuius discriminis causam cùm è Patribus alij aliam afferant, Damascenus in oratione de Transfiguratione eam, quam putamus consonantiorem, sic reddit: *Olim quidem ille Dei spectator diuinam caliginem subibat; legis, videlicet, opacitatem subindicantis vmbram enim, vt ex Paulo audire licet, futurorum lex habebat, non ipsam veritatem, ac tunc Israëliticus populus in Moysis faciem, quæ abolenda erat, intendere non poterat. Nos autem reuelatâ facie, Domini gloriam intuemur, à gloriâ in maiorem gloriam transformati, tanquam à Domini spiritu. Ac proinde nubes non caliginosa, sed lucida obumbrat. Etenim mysterium à seculis absconditum, detectum est, ac perpetuâ & sempiternâ gloriâ ostenditur.*

Damasc.

258. Moyses legem accipit subter nubem obscuram, in monte: in alio monte Deus per nubem lucidam loquitur, & Christum Filium suum, vt Doctorem & legislatorem audiendum edicit: per quem illa legis Mosaicæ suscedo & obscuritas submouebitur. Hic est enim Propheta à Deo per Moysem promissus, cùm in eâ legislatione horreret populus Deum præcipientem audire. Deuter. 18. v. 15. *Prophetam de gente tuâ, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum ampliùs non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi: Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tibi: & ponam verba mea in ore eius, loque-*

Moyses sub nube obscurâ legem accipit sub lucidâ Christo assistit.

Vide inf. c. 42. n. 18.

Christus vt legislator promittitur.

tùrque ad eos, omnia, quæ præcepero illi.

Quàm ad amussim promissioni responderit euentus, etsi quiuis queat agnoscere per se, libuit tamen adhibere Origenem, vt nomenclatorem; qui in cap. 34. Exod. hom. 12. sic indicat: *Ecce apparuerunt Moyses, & Helias in gloria colloquentes cum eo. Hic non refertur, quia glorificatus est vultus eius, sed quia totus apparuit in gloria colloquens cum Iesu: & ibi ei completur illa promissio, quam accepit in monte Sinâ: Posteriora mea videbis. Vidit ergo posteriora eius. vidit enim quæ in posterioribus, & nouissimis temporibus facta sunt, & gauisus est. Gauisus est sine dubio Moyses quòd eum, de quo dixerat: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me: ipsum audietis per omnia: nunc adesse cernebat, & fidem facere sermonibus suis. Et ne cunctaretur in aliquo; audis paternam vocem dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Moyses dudum dixit: ipsum audietis Pater dicit: Hic est filius meus, ipsum audite, & præsentem, de quo dicit, ostendit. Gaudere etiam mihi pro hoc videtur Moyses; quòd & ipse quodammodò nunc deponit velamen conuersus ad Dominum, cùm euidenter quæ prædixit, implentur, vel cùm tempus aduenit, vt per Spiritum sanctum quæ obtexerat, reuelentur.*

60. Docuit Origenes Moysem in monte Tabor, non solo voltu, vt in monte Sinà, sed toto corpore fuisse glorificatum: quod colligitur è Luca 9. vers. 30. *Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Helias visi in maiestate*: Græcè ἐν δόξῃ: idest, *in gloriâ*: nimirum toti collucentes, splendidi, vti omnes interpretantur.

61. Sed est quæstio grauis, an Moyses cum suo vero corpore adfuerit, an aliud imaginarium & factitium assumserit; sitque multo probabilius hoc posterius: quo dato, vlteriùs dubitari potest, qualis fuerit splendor, num eiusmodi, qui oritur à corpore glorioso, an alterius ordinis & conditionis, an verò extrinsecus & superinfusus à nube illa lucidâ, vel à claritate corporis Domini emanans, & Moysen circumamiciens: quòd si hoc posterius probamus, ad id, quod agitur, est opportunius, nam cùm Moyses in hac quasi scenâ & theatro, legis personam egerit, eàmque repræsentauerit, & Helias pro reliquis Vatibus interfuerit, dum ij duo non proprio splendore collucent, sed à Christo Domino mutuato, ad viuum nobis exprimitur; legem ac prophetias obscuras Euangelico lumine illostrari, & splendescere. Sin iidem Moyses & Helias gloriam & lucem habuerunt intrinsecam, cùm eius caussa efficiens, meritoria, ac finalis fuerit Christus, tantumdem ferè est, & eodem vergit: sempérque verum erit in sensu memorato, quod Saluator dixit: *Si quis per me introierit, saluabitur: & ingredietur* veluti caligine circumfusus ad legem, & Prophetas, *& egredietur* inde ad Euangelium *amictus lumine sicut vestimento: & pascua inueniet*, non tantùm in Euangelicâ doctrinâ, sed & in Mosaicâ, & prophetali, eo quòd hæc ab illa lucem, saporem, dulcedinem, vim alendi, ac reficiendi susceperit. Hilar. Psal. 65. v. 8. *Hoc Apostolicæ doctrinæ proprium est, Deum ex lege, ac Prophetis in Euangelijs prædicare.* Relege suprà versic. 1. numero 78. Ergo cumulatissimè implenit Iesus hoc officium pascendi, docendique suos, ab Isaia iis verbis contractum atque desponsum: *Sicut Pastor pascet gregem suum.* Iam procedamus ad alia, ne simus tædio lectoribus.

262. *In brachio suo congregabit agnos.*] Hoc est alterum è præcipuis muneribus boni pastoris, quod ad custodiam, & tutelam gregis pertinet: nauare operam assiduam, ne dispergantur pecudes, & eas, si fuerint dispersæ, recolligere.

Et quoniam admonui iam Ezechielem in capite 34. explicuisse quæ hîc Isaias summarim posuit, operæ pretium fuerit inde arcessere verba, quibus hæc nostri vatis amplientur. ait ergo Dominus vers. 11. *Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam.*

263. Caussæ dissipandi gregis in commune, tres obseruantur. altera, lupi, vrsi, leones, similésque bestiæ; de quâ in Euangelio, *lupus rapit, & dispergit oues.* Naturale est enim animali cuiuis, suæ vitæ fugâ consulere, cùm inuaditur, & resistendo est impotens. quô natura prouidit, vt animalia infirmiora, essent magis meticulosa. Seneca lib. 6. quæstion. natural. capite 1. *Quid ibi non dicam auxilij, sed solatij esse potest, vbi timor fugam perdidit?*

264. Altera causa est, tempus caliginosum: quo tempore, cùm neque vna pecus aliam, neque pastorem, ac ducem videre possit, facillimum est, inter se segregari, ac diuidi; hæc attingitur in Ezechiele: *Liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis.* Et solet plerumque vtraque caussa coire, quia feræ noctu, vt dixi numero 191. solent inuadere gregem. Ob eam fortasse rem, dicitur: *in die nubis, & caliginis*; vt prius spectet ad tempus diurnum nebulosum, nam nubes sæpe pro nebulâ capitur: & posterius ad tempus nocturnum, quo feræ aggressæ dispergunt gregem.

265. Tertia demum caussa, Pastoris absentia. nam quamuis nulla sit bellua infesta, quamuis nulla sit caligo, si desit Pastor, qui ducat gregem, statim dissipatur. Hinc est illud: *Percute pastorem, & dispergentur oues*, Zach. 13. vers. 7. & 3. Reg. 22. vers. 17. Michæas propheta ait: *Vidi* (scil. in viso) *cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues, non habentes pastorem.* Christum non defuturum suis ouibus, non per pecuarios, & opiliones, non per vicarios affuturum, vt olim, sed per se curaturum, & hîc

bic prædici videmus, & apud Ezechielem apertiùs: *Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas.* Quòd si absque eius negligentiâ, vel temporis incuria, vel bestiarum aggressu disgregentur, *in brachio*
166. *suo congregabit*: vbi *brachium*, vel potentiam, vt suprà vers. 10. num. 138. vel blandimentum, ac suauissimam curam denotat, cuiusmodi est illud: *in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, Psalm. 90. vers. 12. Sed quoniam subsequitur: *& in sinu suo leuabit*, quod est pastoris valde amantis, & blandientis, brachium ad fortitudinem refero: & etiam quia ad congregandum gregem, à lupis aliisque feris dispersum, direptum, ac penè deuoratum, opus est brachio forti, atque robusto, opus est lacertis illis Dauidicis, qui pecudem eripiant è faucibus leonum, eósque valeant in frusta discerpere, suprà numero 188.

Brachium, quid.

David pastor typus Christi.

Porrò Dauidem fuisse peculiariter Christi typum, & Christi loco censeri, ac nominari, superiori numero 198. patuit, & numero. 205. præter alias eius rei causas, non debere istam negligi, quòd in pascendo grege, & obeundo officio pastoritio mire Christi imaginem præ se tulerit.

167. Quibus hic adiicio, quod ad rem propiùs accedit. Ambrosium in Psalm. 50. vers. 18. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique*, ita commentari: *Certum est mysterio conuenire, quod ipse Dominus Iesus videtur hic quoque ex sua persona loqui, qui superius illud personæ suæ eundem testificatione depromsit: Ipse enim verus Dauid, manu fortis.* Itaque S. Ambrosius ab etymologiâ nominis Hebraici ducit conuenientiam, *Dauid enim fortis manu interpretatur, siue desiderabilis*; vt ait sanctus Hieronymus ad titulum Psal 34. idem docet ad finem Ps. 7. Quàm fortis autem manu fuerit Dauid, præter historiam Regum, celebrat Ecclesiasticus egregie 47. cap. 4. 2. *Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israel. Cum leonibus lusit, quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit, sicut in agnis ouium in iuuentute sua. Nunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? in tollendo manum, saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ, nam inuocauit Dominum omnipotentem, & dedit in dexterâ eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ.*

Ambros.

David i. manu fortis.

268. Sacrosancta, & valde prudens Scriptura manui, & brachio fortissimo Dauidis victoriam ascribit aduersùs crudelitatem valentissimarum bestiarum, quales sunt leones & vrsi, & aduersùs arrogantiam hostis ferocientis, & robustissimi, cuiusmodi erat Golias. *Conueniunt rebus nomina sæpe suis*: conuenienter ergo Dauid, id est, *Manu fortis* fuit nominatus.

Præterea obserua, cùm feras discerpsit, fuisse Pastorem: cum Goliam prostrauit, non aliis armis quam pastoritiis nempe fundâ, & lapide vsum fuisse, quibus quippe pastorem agens assueuerat. Imò peram, & baculum noluit dimittere. 1. Reg. 17. vers. 40. *Deposuit ea* (scil. arma Saulis) *Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit.* En miles, & pastor: pro thorace pellis, pro gladio baculus; pro telis & iaculis lapides, pro pharetra pera, pro balista, seu pro arcu funda Sanctus Paulinus in Metris Natal. 5.

Ille Gigas pueri fundâ pastoris obiuit.

Itaque a pastorali officio, vel instrumento exorsus est Ecclesiasticus Dauidicum encomiū & hoc præcipuè celebrauit. At vt nobis ante oculos tenderet, quàm fuerit magnanimus, quàm à formidine alienus, cum *cum leonibus, & vrsis lusisse*, dixit elegantissimè: & vt animositatem fuisse pastoralem, planiùs ostenderet, ab eadem re similitudinem duxit; vbi dixit, *Cum leonibus lusit quasi cum agnis.* Tanta erat animi celsitudo, tanta manus fortitudo, vt pro lusu reputaret Dauid luctam illam cum ferocissimis belluis fortissimo cuique formidabilem, & plenam periculi.

Quòd si Dauid, vt est in confesso apud omnes, fuit figura Christi in occidendo gigante, ergo fuit quoque in lacerando leone: nam vtrumque facinus & prælium ex æquo Ecclesiasticus commemorat, & extollit. Rabanus eo loco: *Quod autem Dauid rex Regem nostrum Christum, manufortem, & desiderabilem mysticè significet, penè omnibus, qui Scripturas sacras legunt, notum est, qui leonem, id est, Diabolum, & vrsum, id est, Antichristum contriuit: & gigantem superbissimum, id est, Satanam in fundâ & lapide prostrauit: quia spiritali sensu Scripturarum, per scientiam legis Dei, potentiam hostis antiqui in cultoribus idolorum, & assertoribus peruersorum dogmatum vicit, atque deiecit, sicque populum Dei à timore hostium, malignorum videlicet spirituum liberauit.* 269.

Hactenus Rabanus Maurus, qui vtramque victoriam æquat, & in vtraque Saluatorem nostrum victorem agnoscit: atque adeò in Pastore Pastorem, liberandi gregis solicitum: in Leone Diabolum, & probè, secundùm Petrum: quia *tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret*: in fundâ & lapidibus, diuinarum Scripturarum intelligentiam, quam suprà ostendimus esse pabulum pecoris Dominici, vt quo alitur, & sustentatur ouis, hoc eodem lupus interimatur. 270. num. 216.

Alfonsus Tostatus quæsitor sanctæ Scripturæ diligens, 1. Reg. cap. 17. quæst. 22. quærit, Dauidi ad dilacerandos leones & vrsos vires fuerint naturales, an verò supernaturales? & quamuis vtrumlibet posse defendi existimet; ipse tamen in posteriorem lancem rationum pondere tractus descendit. Post rem enim vtrinque iactatam ait: *Respondendum est, quòd primus est verisimilior* (scil. modus) *quòd istud robur inesset miraculosè, per Spiritum Dei. & hoc patet, quia à die, in qua vnctus est, venit super eum Spiritus Domini, & directus est in eo, vt præcedenti cap. patet; hoc autem intelligitur de spiritu roboris, vt ibi declaratum* 271. *Tostatus.*

clarainm eſt. Et ex illo tempore Dauid pugnauit contra leonem & vrſum, & alias feras. prius autem non eſt credendum, quid hoc fecerit.

Ex quo illud videtur conſequi, eas vires ad aliquid ſignificandum fuiſſe diuinitus conceſſas: atque adeò nihil commodius ſignificari, quàm Chriſti Paſtoris fortitudinem ad tuendum ſuum gregem, & liberandum ab hoſtili ferocitate. Cúmque robur, quo vnius lapidis ictu, & fundæ rotatu gigantem Goliam ſolo afflixit, proſtrauitque, fuerit etiam cœleſte; S. Maximus hom. 50. *Non Dauid corpore infirmus potuiſſet gigantem proſternere: ſed Deus fecit.* & pugnam inierit Dauid non militarem, & bellicam, ſed paſtoralem, vt aduertit Toſtatus quæſt. 27. elocet magis in eo Chriſtum vt Paſtorem fuiſſe figuratum, vti manufortem ad beſtias præferoces arcendas ab ouilibus. Applaudit, aliquà ex parte nobis Sanctus Gregorius Papa 1. Reg. cap. 16. ad illud: *Directus eſt Spiritus Domini in Dauid, à die illa in reliquum. Dirigitur* (inquit ille) *namque in reliquum, ſed in Dauid, quia manu fortis interpretatur. manu quidem fortis eſt, qui diabolo præualet, & bonum quod accepit, vſque ad finem tenet. Dauid ergo* (ait poſt pauca) *manû fortis ipſum Redemptorem generis humani inſinuat, qui antiquo hoſti præualuit, & de eius poteſtate electos tulit.*

3. Quòd verò Dauid paſtorali habitu, & armaturâ hanc fuerit aſſecutus de gigante victoriam, Chryſoſtomus hom. 46. in Geneſim, probè ex hiſtoriâ ſacrâ promit, & euoluit, iis verbis: *Poſtquam vidit eum* (ſcil. Goliath) *cum paſtorali perâ contra ſe contendentem, & lapides ſolùm afferentem, in hunc ferme modum dicebat: Putaſti te adhuc apud oues eſſe, & canes quoſdam perſequi, & ita contra me quaſi contra canem inſtrumentis illis inſtructus in pugnam veniſti?* Et relatâ reſponſione Dauidis, addit Chryſoſtomus: *Vt hæc dixit: ſumpto è paſtorali perâ lapide, quaſi reuerâ canem aliquem gregem inuadentem abacturus, fundâ iaculatus eſt: ſtatimque in fronte percuſſum alienigenam proſtrauit: & feſtinè educto eius gladio caput amputauit. Vidiſſéſque rei mirabiles: armatum ab inermi deiectum, reique militaris peritum ab eo, qui præter artem paſtoralem nihil ſciebat, cæſum.*

274. In eo minùs fortaſſe Chryſoſtomo lector moroſus aſſentiat, quod ait, Dauidem ieciſſe in Philiſthæum lapidem, quaſi abacturum canem inuadentem gregem: atque hoc ipſum opprobraſſe illi Goliam, illâ periodo: *Putaſti te adhuc apud oues eſſe, & canes perſequi?* Hoc enim abeſt longiſſimè ab ingenio canum, qui ſunt ſuâ ſponte cuſtodes gregis, & nequaquam inuaſores. Virgil. lib. 3. Georgicon verſu 46. de iis.

---Nunquam cuſtodibus illis,
Nocturnum ſtabulis furem, incurſúſque luporum:
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Varro de re ruſticâ lib. 2. c. 9. *Relinquetur*, inquit, *Atticus, de quadrupedibus, quod ad canes attinet, maximè ad nos, qui pecus paſcimus lanare. Canis enim ita cuſtos eſt pecoris, vt eius, quo comite indiget, ad ſe defendendum. in quo genere ſunt maximè oues, deinde capræ. has enim lupus captare ſolet, cui opponimus canes defenſores.* Philo lib. de decem præceptis, affirmat, canes pugnare pro grege, vſque ad mortem.

Perſequuntur equidem feras canes venatici, ſed nulli pecudes manſuetas. Quare Dauid non vt contra canem, ſed vt contra leonem, aut vrſum pugnaturus acceſſit: ſic enim ipſe apud Saulem profeſſus fuit, 1. Reg. 17. verſ. 36. *Nam & leonem, & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis.* 275.

Quæ Dauidis cum Goliâ monomachia quàm expreſſa fuerit imago Chriſti Paſtoris Eccleſiæ, Rupertus luculenter excuſſit lib. 2. de Trinitat. cap. 5. *Depoſitis itaque veſtimentis Saul, tulit, inquit, baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus, &c. Baculus noſtri Dauidis, Chriſti ſcilicet, quem contra Philiſthæum tulit, quem & ſemper habebat in manibus, cura omnium rationabilium eſt, quam contra Diabolum ſuſcepit de earum ſalute ſollicitus. Quinque lapides limpidiſſimi, quos elegit de torrente, quinque ſunt libri Moyſis, quos tulit de populo Iudaico ſuperfluente. Miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, id eſt, contulit cum Euangelio, quòd nobis attulit ſecum Deus homo factus.* Hilar. Pſ. 143. tradit illo Pſalmo id certamen. Rupertus.

Ex hac myſticâ expoſitione *baculi*, diſſoluere licet nodum ab Abulenſi propoſitum 1. Reg. cap. 17. quorſum Dauid ad pugnam attulerit baculum paſtoralem vſui non futurum? nempe, vt indicaret, ſe vt paſtorem ad certamen accedere, atque adeò eius artis inſigne proprium non debere deponere: præterea, cùm in eo prælio Chriſti perſonam ageret, & *baculus* ſit nota curæ paſtoralis, & regiminis, dimitti non oportuit. 276. Baculus ... iudis.

Quod poſtremo loco Rupertus obſeruat, *lapides* ſtare pro libris Moyſis, & *peram paſtoralem* pro lege Euangelicâ, & quòd in hanc illi fuerint collati, inde effectos fuiſſe habiles ad percutiendum aduerſarium; concinit admirabiliter cum eo, quod numer. 241. 250. expoſui, legem veterem ab Euangelio efficacitatem accipere. Legito Auguſtinum homil. 31. vnde Rupertus hauſit. S. Auguſtinus de quinque hæreſib. cap. 1. in lapide Chriſtum videt. *Dauid* (inquit) *ſolus, puer, paruus atque inermis vno lapidis ictu proſtrauit Goliam magnum, robuſtum, armis terribilem, ingentique turba munitum. Quid aliud autem petra contra Goliam manu Dauid miſſa niſi Chriſtum contra Diabolum ex ſemine Dauid venturum ſignificauit?* Idem Auguſtinus in expoſitione tituli Pſal. 33. *Non defuerunt viri docti, qui nomina ex Hebræo in Græcam linguam, & inde in Latinam transferrent. Confidenter nomina iſta inuenimus interpretari, &c. Dauid manu fortis: in figurâ Chriſti Dauid, ſicut in figura diaboli Golias: & quòd Dauid proſtrauit Goliam, Chriſtus eſt, qui proſtrauit diabolum.* 277.

Quamobrem, ſi Dauid, & nomine, quippe *Manufortis*, & re, vt pote pro tuendo 278. Dauid p...

Per figuram Christi Pastoris.

do paterno grege, leones, vrsósque suis manibus discerpens; & non aliter atque feram aliquam, Goliam prosternens, atque iugulans pro salute sui populi, & pro existimatione Dei; si Dauid, inquam, fuit imago, fuit tenuissima vmbra Saluatoris Pastoris Christi: qual , quantumque cogitare debemus huius brachium ad congregandos agnos? De quo vates Euangelicus: *In brachio suo congregabit agnos. In brachio suo*, non in alieno, sed *in suo*: in brachio illo, quod adeò admirabiliter, & terribiliter extendit, vt Israelem, veluti gregem ex angustiis Ægyptiis oppressum in deserta pinguia & speciosa deduceret: de quo cecinit Moyses Exod. 15. v. 12. *Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tuâ populo, quem redemisti.* (*dux fuisti*, ducens vt pastor, *quem redemisti*, vt captum a feris.) *Et portasti eum in fortitudine tuâ ad habitaculum sanctum tuum.* (quasi ad septum & præsidium pastorale, vbi sit innoxius, atque securus.) *Ascenderunt populi*, (instar luporum & leonum) *& irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido, & pauor, in magnitudine brachij tui.*

Deus more pastoris eduxit populum ex Ægypto.

279. In hac ereptione populi ex Ægyptiacâ captiuitate, & eductione eiusdem, ac deductione, Deum se gessisse more pastoris, edocemur à Dauide pastore Israelis in Psal 77. v. 51. *Et percussit omne primogenitum in terrâ Ægypti; primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham. Et abstulit, sicut oues, populum suum; & perduxit eos, tanquam gregem in deserto, & deduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.*

Abstulit, vim indicat; eandem verbum Græcum ἀπῆρεν, & magis ad rem quod est apud Apolinarium, ῥύσατο, *liberauit*; quasi diceret; ex vnguibus, ac propè è faucibus ferarum gregem suum eripuit: illud Dauidicum 1. Reg. 17. v. 34. *Persequebar eos, & percutiebam eos: eruebámque de ore eorum.* Pharao & Ægyptius nunquam voluit dimittere prædam, oues Israeliticas, donec Pastor Deus *percussit omne primogenitum in terrâ Ægypti.* Tum verò non solùm dimittunt, sed & vrgent ad exitum, Exod. 12. v. 33. *Vrgebántque Ægyptij populum de terrâ exire velociter, dicentes: omnes moriemur.*

280. *Perduxit eos tanquam gregem.* S. Hieron. reddit, *minauit*: quod est proprium pecoris. Eâdem phrasi vtitur in Psal. 79. v. 2. *Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph.* Hebr. *Pastor Israel ausculta.* LXX. *Pascens Israelem.* Itaque Deus in educendo, ac liberando Israele, Pastoris imaginem induit, & formam; & sub eâ nobis promitit, se in eripiendo toto genere humano, & in tuendo populo Christiano, Pastoris munera expleturum. Quæ cùm ita sint, si brachium adeò forte, robustúmque exeruit, extendit, exercuit in illâ typicâ & vmbratili liberatione gregis sui, quàm fortiter, quàm valenter exerturum, extensurum & exerciturum existimabimus in ipsâ verâ, propriâ, & germanâ pecoris, ac peculij sui ereptione, tutelâ, atque defensione?

281. Quô mihi videtur spectare pronomen, *suo*,

in brachio suo; etenim illa Israelitici gregis liberatio facta est in brachio, & in virgâ Moysis, ideo Moyses cum esset patraturus aliquod prodigium, iubebatur extendere vicariam Dei manum, aut virgam. Quod planè, & absque vllâ ambiguitate tradidit Dauid ad finem Psalm. 76. 21. *Deduxisti sicut oues, populum tuum in manu Moysis, & Aaron.*

Virgam Moyses cur extendit, & manum?

Quo loco, *in manu Moysis & Aaron*, ministerium, vt aliàs sæpiùs, possis accipere, sed & propriùs, quia de ouibus deducendis est sermo, manum pastorali virga armatam, & adornatam: ergo vates noster differentiam hanc adsignificat, dicens: *in brachio suo congregabit agnos.* Non iam (ac si exponeret) in brachio & manu, in virgâ illa Moysis, & Aaronis, qui licet gregem eduxerint ex Ægypto, vbi malignè, & infeliciter pascebat, & traduxerint innoxium per mare rubrum, non tamen in pascua Chananææ vberrima introduxerunt. non in brachio Iosue, qui etsi oues illas duxit trans Iordanem in amœnissima prata promissa, non tamen exterminauit bestias præferoces, aut hostes omnes: non in manu Iudicum, qui etsi aliquando victores, nonnumquam victi è prælio inito cum aduersariis discesserunt: non in manu Regum, quamuis Dauidem numeres, de quo in Psal. 77. v. 72. *Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Nam 282. etsi adeò prudens pastor, & adeò Intelligens, vt omnia opera eius viderentur intellectu prædita; nihilominùs aliquando alienam ouem surripuit, & eius herum, quò furtum faciliùs celaret, innocentem occidit: non in manu Prophetarum & Videntium, qui etsi gregi custodiendo inuigilarunt, quin tamen diriperetur, & captis à crudelissimis feris in alienas, longinquásque regiones abigeretur, interpellare non potuerunt: non in hoc infirmo, & parum valenti, sed *in brachio suo congregabit agnos*; cuius tanta est fortitudo, tanta valentia, vt ei nulla vis præualere possit. Audi ipsum Pastorem de se.

Vide supra c. 35. nu. 51. Manus pro ministerio, etiam pro virga pastorali.

Deus aliter liberat populum per Filium, ac per seruos.

2. Regum 12. v. 9.

Christus Pastor aliis pastoribus præstat.

Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu meâ, Ioan. 10. v. 27. *Non rapiet*, hoc est, non rapere potest *quisquam de manu meâ*, manu forti, quam suo nomine Dauid præsignificauit: quòd, si aliquæ oues raptæ pereunt, suâ peruersa voluntate, non Christi infirmitate pereunt. nam cùm Christus Pastor bonus sit vnigenitus à Patre, habet æqualem cum Patre potentiam, brachium par, & æquale, atque adeò, cùm nemo Patri possit oues eripere, nemo etiam Saluatori valebit auferre. vnde sequitur apud Ioan. 10. vers. 29. *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnum sumus.* 283.

sup. n. 267. 277.

Brachium inseruit ad reducendum, quia forte est, & ad complectendum, quia molle, & suaue. Hilar. Psal. 134. v. 4. *Neque spiritus propheticus prætermittit hunc nominis Dei in congregandis gentibus & possidendis fidelibus*

fidelibus suauitatē, dicens: Quia ego noui, quàm magnus est Dominus. Vide Hieron. infrà cap. 51. vers. 5.

Ergo *brachium*, cuius potentia nullis circumscribitur terminis, si grex fuerit dissipatus, poterit congregare, & si fuerit congregatus, eo inuito, ac tuente, nemo poterit disgregare: nam *in brachio suo congregabit agnos.*

4. Ex cuius verbi vi, רבץ *Rabats*, colligitur, aliquandiu aliquos fuisse dispersos, & auersos ab ouili.

Hos agnos dispersos, quos congregaturus prædicitur Dominus, licet, imò, necesse est intelligas in primis Apostolos & Discipulos, quos Passionis Dominicæ *nubes & caligo* dispersit, vti ipsemet Pastor in ipsamet nocte vaticinatus est, & eò Zachariæ vaticinium cap. 13. vers. 7. arcessiuit: *Percute pastorem, & dispergentur oues.* Quas oues, & simul agnos, vbi surrexit à mortuis, congregare cœpit: duos illos agnos ac discipulos ab ouili diuulsos, vagos, euntes in Emaus, illuc accurrens reduxit ad caulas: Thomam, quasi arietem obstinatè aberrantem à reliquo grege, ad ouile reuocauit: ac denique alios omnes discipulos trepidos, nutantes, & quasi palabundos intra septa compulit, ibique congregatos in brachio suo à metu, à formidine, ab æstu, & fluctuatione liberauit: ostendens manus quas claui transfixerant, eásque tractandas offerens liberaliter, atque benignè.

85. At multo latiùs patére exsistimo hanc congregationem, videlicet, agi de iis omnibus, quos infidelitas, & superstitio idololatrica longissimè ab Ecclesiæ, & Religionis diuinæ caulis & pascuis abduxerat, & in dumeta, atque vepreta errorum, vitiorúmque miserabiliter impegerat. Quibus de pecudibus palàm Saluator edixit, Ioan. 10. v. 16. *Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.*

86. Argumenti loco Christus ponit hoc, probaturus se bonum pastorem esse, quod præmisit vers. 11. *Ego sum Pastor bonus*, quia ei erat in proposito, ac decreto, errantes oues adducere, & cum aliis in idem ouile congregare. Loqui Dominum de Gentilibus adeò constat inter Patres, & alios autores, vt superuacue id ostenderetur. Illud mouere possit alicuius animum, quomodo homines tunc infideles, appellet oues suas; *& alias*, inquit, *oues habeo*: prætérea, quomodo addat: *quæ non sunt ex hoc ouili*? nam eâ determinatione indicat, fuisse plura ouilia. Cardinalis Toletus illic adnot. 11. putat, alias oues fuisse Gentiles, prædicique vocationem Gentium: & ouile aliud ab eo, quod erat Synagoga, fuisse Ecclesiam Gentilium iustorum, quæ non astringebatur legibus ac ritibus Iudaicis, sed cum Iudæis vnius Dei veri cultu, ac fide conueniebat.

287. Hanc Toleti opinionem ipse nunquam approbarim: si enim, quia dixit *quæ non sunt ex hoc ouili*; ouile, id est, cœtum iustorum necessariò debemus accipere, ergo, cùm dicit, *& alias oues habeo*: iustos etiam debebimus interpretari, nam oues & ouile mutuò se respiciunt: at Toletus, vt sit ait *& alias oues habeo*, non retardatur, quominus gentiles conuertendos intelligat, cur ergo illum moratur nomen ouile? *quæ non sunt ex hoc ouili*; supple: sed ex alio ouili. nam si alias oues, pro gentilibus admittis, cur aliud ouile pro gentili populo non vis admittere?

Ergo expositio verisimilior est communis: vnum vocare ouile, synagogam, aliud ouile, Gentilitatem: non quòd æque vera esset vtrobique religio, nam in solâ synagoga vera, in gentilitate erat falsa; quòd si vnus aut alter fuit iustus extra synagogam, id non satis ad constituendum duplex ouile, & duplex pecus Deo Pastori subditum: sicuti non est concedenda duplex Ecclesia, sed vna sola & eadem ab orbe, & homine condito ad finē vsque seculi: quia vna & eadem omnibus fides, iustis vna & eadem caritas: eadem lex naturalis, licèt positiua & adscititia fuerit diuersa.

Ergo cùm Saluator dicit, *& alias oues habeo*, intelligit, si Augustino & aliis assentimus, Patris prædestinatione, si Maldonato, & aliis, loquitur per anticipationem: quia videlicet, aliquando futuræ erant oues, quia audituræ erant vocem Pastoris in Apostolis, & Apostolicis magistris: vel ad vltimum, *alias oues habeo* potestate, ac iurisdictione, quæ mihi parére, & subesse debent, in quas ius pastorale habeo: Psal. 2. vers. 7. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Filio, iure, competit hæreditas; sed ius & proprietas à possessione secernitur. Hæc duo hîc expressa; prius: *Filius meus es tu*; non possum te exhæredare, non possum tibi postulanti hæreditatem denegare: *Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam*; tibi iure naturali debitam, vtpote filio meo naturali: sed & possessionem eius hæreditatis te adire volo; *& possessionem tuam terminos terræ.* vel *tuam*: quia, vt ait August. Psal. 78. vers. 1. *Hanc hæreditatem non moriens Pater Filio reliquit, sed ipse Filius eam sua morte mirabiliter acquisiuit, resurrectione possedit.* At volo in regendis populis, vt te pro pastore geras: *Reges eos*, Hebr. *Pasces eos in virgâ ferreâ: Virgâ ferreâ.* Hilar. Psal. 2. *Non corruptibili, non caducâ, non fragili, sed ferreâ. id est, validissimâ, & pro natura sua soliditate firmissimâ.* nam aliquando opus erit, brachio forti, quia nonnulla pecora petulantia erunt compellenda, & cogenda in caulas: Luc. 14. vers. 23. *Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.*

Non hoc tamen ita dictum, quòd humana ac libera voluntas cogi possit propriè: aut quòd infideles cogendi sint ad fidem, & Euangelium; non id equidem voluit Dominus: sed ita rogandos, monendos, cohortandos, arguendos opportunè, importunè, vt quodammodo compelli, cogique videantur. Et hoc quoad Ministros Euangelicos respectu infidelium, qui nunquam fidem admiserunt: etiam respectu hæreticorum, & schismaticorum, alia etiam compulsio adhiberi potest, imò & debet. Audiamus Augustinum 2. contra Gaudentij Epist. cap. 17. *quod vult*, sententiæ loco dicentem.

Quod autem vobis videtur, inuitos ad veritatem non esse cogendos, erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei, qui eos volentes facit, dum coguntur inuiti. Nunquid enim pœnitentiam inuiti Niniuitæ egerunt, quia hoc rege suo compellente fecerunt? Iam enim Dei Propheta iram ciuitati vniuersæ

288. Exposi.
289. Voluntas non cogitur. Nemo cogendus ad fidem. 2. Tim. 4. v. 2.
Hæretici cogendi & puniendi.
290. August. Hæreticis cogendis.

uersis cam tradus perambulans denunciauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, vt humiliter supplicaretur Deo, qui non intuetur ora, sed corda, nisi quia erant in iis quidam, qui nec curarent, nec crederent prædicta diuina, nisi terrise potestate terrenâ? Istâ igitur iussione regia potestatis, contra quam voluntarius fit vester occasus, multis ad salutem in Christo præstatur occasio; qui etsi violenter adducuntur ad cœnam tanti Patrisfamilias, & compelluntur intrare; intus tamen inueniunt vnde se latentur intrasse. Verumque enim futurum Dominus ipse prædixit, & vtrumque compleuit. Nam reprobatis quibusdam qui utique intelliguntur Iudæi, quia ipsi per Prophetas fuerant antea inuitati, & ad horam excusare maluerunt; ait Dominus seruo suo: Exi in plateas, &c. & relatis verbis Euangelicis ait August. *Intelligimus* vias, *hæreses*, *schismata*, sepes. *Vias quippe hoc loco significant diuersas opiniones, sepes, peruersas opiniones.* Cuius argumenti lector audior adeat eundem Doctorem in Epist. quinquagesima ad Bonifacium Comitem, quæ etsi longa, tota est de coërcendis hæreticis. & Epist. 204. vt idem tangit ad finem sermone trigesimo tertio de verbis Domini.

Viæ, hæreses, sepes, schismata.

291. Augustinum testimonium dicentem induxi, non tam, vt probarem in parabolâ adductâ eos, qui compelli iubebantur, esse hæreticos, aut schismaticos, nam ex ipso contextu parabolæ planum est, esse Gentiles; qui nunquam antea fuerant inuitati, nedum admissi ad cœnam: sed vt liqueret è sententiâ Augustini, qui fidem receptam peierassent, posse eos pœnis & censuris cogi ad resipiscendum, & redeundum ad ouile, quod per summam perfidiam deseruerunt.

292. Quod verò ad Deum & Christum Principem pastorum attinet, de quo in Psalmo præsenti agitur, illi alia item subest via, & ratio congregandi pecudes diductas, *in brachio suo*, in brachio duro, & forti, *in virgâ ferreâ*: videlicet, percutiendo, verberando, affligendo, immissis calamitatibus, ærumnis, tribulationibus: iis enim consueuit Deus, quasi adhibitis in quæstione tormentis, veritatis confessionem exsculpere à reluctantibus, saluâ semper & illæsâ libertate. Equidem Pharao contumaciter negabat se nosse Deum; & Israelem Deo iubente, dimissurum: at vbi admota sunt tormenta, at vbi virgâ ferreâ vsus est Moyses, Dei iussu, vtrumque concedit. Origen. homil. 3. in Exod. venustè id discurit. *Quis est, inquit, cuius audiam vocem? nescio Dominum, & Israel non dimittam. Audi quid respondet Princeps huius mundi, nescire se Deum dicit. Vides quid agat cruda superbia? donec in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagellatur, propterea tenuit eum superbia. Denique videbis eum paulo pòst, quantum proficit flagellis, quanto melior verberatus efficitur. Iste, qui modo dicit: nescio Dominum, postea cùm vim senserit verberum, dicturus est; orate pro me Dominum; & non solum hoc, sed etiam contestantibus magis fatebitur: quia digitus Dei est hic. Nemo ergo eruditus sit disciplina diuina, vt flagellis Dei, perniciem putet; verbera Domini, pœnalem credat interitum. Ecce Pharao durissimus, tamen proficit verberatus. ante verbera Dominum nescit, verberatus supplicari pro se Dominum, rogat. Est profectus in pœnis, hoc ipsum agnoscere, quòd meruerit pœnas.*

Deus reducit per tribulationes, & pœnas.

Deus tormentis veritatem eliciet.

Orig.

Pharao flagellorum percussus. Proficimus flagellati.

Proficit, agnoscens se iustè cædi.

293. Porrò Pharao coactè liber, & liberè coactus vtrumque quod antea pertinaci & obstinato consilio negarat, non solùm permittit, sed & offert, rogat, ad id inuitat, cogit: sed id totum virgæ pastorali Moysis ferreæ referri debet acceptum: quæ percutiens a Pharaone extorsit, & veri Dei confessionem, & populi oppressi dimissionem. Est tribulatio à Deo immissa, & scientissimâ mano eius librata, virga illa eadem Moysis, quæ è saxo durissimo aquam elicuit: id est, ex obstinatissimo quoque lacrymas pœnitentiæ, atque resipiscentiæ.

Tribulatio instar virgæ Moysis, è saxeo corde lacrymas extrahit.

294. Augustinus ad Psalm. 55. versiculo octauo *in irâ populos confringes*; ponit ille: *in irâ populos deduces*; quia verbum Græcum κατάξεις, est ad vtrumque ambiguum: exponit autem ad id, quod habemus in manibus, appositissimè: *Irasceris, & deducis: faueas, & saluas: terres & vocas. Quid est enim, in irâ populos deduces? imples tribulationibus omnia, vt in tribulationibus positi omnes recurrant ad te, ne delicijs, & securitate peruersâ seducantur. A te ira videtur, sed paterna. Irascitur pater filio contemptori præceptorum suorum: iratus est, eum colaphizat, cædit, aurem vellit, manu trahit, ad scholam ducit. Quam multi ingressi sunt, quam multi impleuerunt domum Domini, in irâ eius deducti, id est, tribulationibus territi, & fide impleti.*

August.

Ira Dei paterna, salutaris.

295. Quæ cùm sic habeant, inde discimus quonam spectet: *Reges*, aut, *pasces eos in virgâ ferreâ*; cui interpretationi non officit id quod succedit; *Et tanquam vas figuli, confringes eos*; cùm multi neque ignobiles auctores in molliorem partem accipiant, de confractione, & contritione spirituali, instar figuli, qui vasa nondum cocta, ficta tamen dissipat, vt meliùs refingat: alij verò interpretes qui id abiiciunt, exponant illud prius de probis, hoc posterius de improbis, hoc est, illud: *Pasces eos in virgâ ferreâ*, de prædestinatis; hoc verò; *& tanquam vas figuli confringes eos*, de obstinatis, ac reprobis. Adi Lorinum illic.

Psal. 2. v. 9.

Confractio in bonam partem.

Hilar. ibi.

296. Itaque cùm essent pecudes nimis dispersæ, à caulis & ouilibus legitimis multùm dissitæ, opinionum, ac superstitionum multiplicitate diuersæ, ingeniorum, studiorúmque varietate, admodum inter se diuisæ, eúmque ex iis plurimæ suæ sectæ, & auitæ religioni, falsæ licèt, pertinaciter adhærerent; vt ab eâ deducerentur, aut potiùs auellerentur, & in vnum simplex, atque purum Euangelium conuenirent, in vnum ouile, desertis cuiusque mapalibus omnes vnà concederent; ad hoc tantum facinus pastorale, opus erat virga non molli, sed forti, non lenta, & flexibili, sed rigidâ, *virgâ*, inquam, *ferreâ*: brachio non cereo, non versatili, sed duro, & constanti; non carneo, & fragili, sed diuino & ineluctabili: quale ab Isaiâ statuitur: *In brachio suo congregabit agnos.* Redi ad cap. 27. versic. 3.

Gentilium conuersio difficilis egens brachio forti, & rigido.

Si quis, (obuiam it Vates obiectaturo) A congregandi pecoris difficultatem apud se reputans, quòd sit pecus multitudine infinitum, locorum intercapedine valde dispersum, morum maculis, ac vitiorum notis multum discolor, Sectarum stigmatis longè discretum, studiorum contradictione distractum, ingeniorum peruicaciâ rebelle, fecundarum rerum euentu superbum, voluptatum blandimento lasciuiens, ac proinde ad omnem concordiam inhabile, ad quoduis dissidium procliue, ad quoduis imperium insolens, & ad gregalis vitæ rationem ineptum; si quis hoc cogitans, de successu diffidit, aut dubitat, is cogitet, quo brachio hæc confici debere promitto; & non erit de promissionis certitudine dubius: *In brachio suo congregabit agnos*: quo *attingit à fine vsque fortiter, & disponit omnia suauiter.*

Vnde, neque verendum, ne quod facinus diuinæ sapientiæ, & incomprehensæ prouidentiæ brachium attingit, & aggreditur, infectum fiet: aut si ad finem vsque peruenerit, id fiat cum iniuriâ liberi arbitrij. Itaque congregabuntur agni peruicaces, & rebelles, sed nequaquam inulti: cogentur in vnum ouile, sed non coacti, compellentur intrare caulas Ecclesiæ, sed eas suâ sponte subibunt.

Quomodo id probo? Quia Christus Pastor supremus *brachio suo* forti, & suaui *congregabit agnos*: *attingit* enim *à fine vsque ad finem fortiter*. *Attingit*: facilitas, suauitas in contrectando: *Apenas toca en las cosas* L X X. *διατείνει*, *distendit*, sumtâ metaphorâ, ab eo, qui summis digitis prebendens vtrinque extrema, linteum aliquod extendit. *A fine vsque ad finem*; cùm nulla res plures habere possit fines, hîc non pro causâ finali vltimâ, sed pro termino sumitur, Græcè, *πέρας*, *de cabo a cabo*. Præterea vt adnotetur efficacitas: nam eo ipso, quòd Deus initium rei attingit, manúque suâ prehendit, iam crede adesse finem. quod videris cœptum, perfectum putas; C ideo additur: *fortiter*, *εὐρώστως*, tam valenter, D vt nihil præualere, nihil inhibere possit: *In ditione enim tuâ cuncta sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati*; Esth. 13. vers. 9. & vt in lib. Sapientiæ. cap. 11. vers. 22. *Multum enim valere tibi soli superérat semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Qui educit vinctos in fortitudine*. Psal. 67. vers. 7. *Soluit enim gratia vincula peccatorum*, ait August. *quibus impediebantur, ne ambularent in via præceptorum.*

299. Ergo cùm velit agnos congregare, congregabuntur, nemo valebit impedire, eius brachio congreganti quis resistet? Excipis: Agni ipsi libero arbitrio abusi; sed ideo in loco Sap. E additur, *& disponit omnia suauiter*, omnia tam rationis expertia, quàm rationalia, tam necessaria, quàm libera, *disponit*: suo quidque loco, ac tempori adaptans, Græcè, *διοικεῖ*, *dispensans*, *pondere*, *numero*, *mensurâ*; expendens singulas circumstantias, moderans, componens, diligens, ita oues liberas agens, vt necessitate non adigat; sic motionem afferens, vt vim non inferat; sic attrahens, vt libertatem non detrahat; ita cogens, vt coactio sit libera, & vnaquæque pecus sponte sequatur pastorem ducentem in ouile, atque in hunc A modum & vocatio atque prædestinatio agnorum est efficax & infallibilis, & executio suauis, absque vlla libertatis humanæ iactura, exclusa quauis physicâ præfinitione. quâ de concordiâ admirabili Bernardus eleganter ad finem serm. 50. in Cantica hanc Dei sapientiam iis vocibus exclamat: *O sapientia, quæ attingis à fine vsque ad finem fortiter, in instituendis, & continendis rebus: & disponis omnia suauiter; in beandis & ordinandis affectibus: dirige actus nostros, prout nostra temporalis necessitas postulat, & dispone affectus, prout tua veritas æterna requirit.* Bernard.

300. Ex quo superflua videri queat dubitatio, B quomodo Isaias appellet *agnos*, idolorum seruos; homines, quales paulo antè ex parte descripsi, omni errorum genere infuscatos; omni vitiorum colluuione sordidos, incredibili studiorum, morúmque peruersitate corruptos, & belluinâ feritate truculentiores: quos leones, vrsos, lupos, & id genus bestias conuenientiùs, licet, nominaueris. & quidem noster Vates capite 11. versiculo 6. iis eos nominibus donauit: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo, & ouis simul morabuntur*. Redi istuc. Saluator cùm dimitteret pecuarios, vicariósque suos ad colligendos eiusmodi greges, lupos vocauit, Matth. 10. C vers. 16. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum*. Chrysost. homil. 34. illic ait, duodecim numero missos *aduersus ceteros homines, qui lupos atrocitate vincebant.* Chrysost.

301. Cuius dubitationis facilis est explicatus: sic enim Isaias iis lupis, nomen inscribit *Agnorum*, quemadmodum Ioannes dæmonis mancipiis, nomen filiorum Dei attribuit capite 11. versic. 51. dum loquitur de Caiphâ: *Cùm esset Pontifex anni illius prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum*. En Isaiam ab Ioanne, Prophetam ab Euangelista expositum: quos Isaias appellat *Agnos*, Ioannes dicit, *Filios* D *Dei*; quia inter vtrosque mira est vicinitas, mansuetudo, simplicitas, patientia: cùm eo tamen tempore, quo sic censebantur, essent non Agni, sed lupi rapacissimi, falacissimi, vrsi truculentissimi, & leones immanissimi. non filij Dei, sed diaboli mancipia vilissima, & idolorum sordidissimi cultores. Ergo vterque præfinitionem Dei intuitus fuit, aut præoccupauit dicere id, quod futurum erat: vt tùm erant dispersi, & extra Dei caulas, erant ij, quos depinxi, vt erant Christi brachio congregandi, erant filij Dei, quod ait Euangelista, & simul Agni, quod scribit Propheta. Ioan. 11. v. 51.

301. E Vbi brachij Saluatoris fortitudo, & dexteritas elucet: prior in congregando tam longè, latéque dispersos: posterior in efficiendo agnos è lupis. Quæ transmutatio qualis, quantaque sit, Chrysostomus homil. trigesimaquartâ citatâ docet: *Sic enim virtus eius* (scilic. Christi) *maximè patere potest, si lupi superabantur ab ouibus, quæ cùm in medio luporum sint, & hinc, atque hinc morsibus luporum lacerarentur, non modò non deficerent; sed lupi in naturam ouium transmutarentur.* Chrysost.

Admira

303. Admirabilis certè ratio conuertendi, ac transmutandi, vt ouis placidissimum animal lupum truculentissimam bestiam, temporis puncto, in suam naturam transferat. Rara victoria: leonem & vrsum rapacissimis vnguibus obarmatum, rictu, faucibus, dentibus valentissimis instructum, ab inermi & molli pecude superari. Ad vltimum: nouares, & insueta, ab ouibus congregari lupos, cùm lupi contrà consueuerint oues congregatas dispergere; Ioan. 10. vers. 12. *lupus rapit, & dispergit oues. Quòd si ita compositi sumus; vt nos quotidiana* (e lib. 7. quæst. natural. cap. 1. Senecæ hausio) *etiamsi admiratione digna sunt, transeant: contrà minimarum quoque rerum, si insolita prodierunt, spectaculum dulce fiat;* cùm ista metamorphosis, non fabula, & ludus poëtarum, sed verissima, non minori sit magnitudine, quàm nouitate; quam suaue, quam iucundum spectaculum videri debet! quàm admirabile! sed ne cui appareat incredibile, is obseruet tanti operis autorem, non instrumentum duntaxat.

Senecæ. Sorte non transeunt, insolita delectant.

In viris non instrumentum, sed Deum autorem attendere debemus.

304. Nam oues & agni isti missi sunt à Christo: *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum; Ecce;* index raritatis, & rei dignæ annotari. Luc. 10. vers. 3. *Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Ite;* bono animo, absque vlla formidine: non enim vos lupi deglutient, & in suam alimoniam vertent, sed vos illos ad Euangelium meum, & in vestrum conuertetis magnitudinem: *Ecce ego mitto vos;* vos futuri estis brachium meum forte, efficax, & inuictum, *Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.*

Luc. 21. v. 15.

305. Fuerunt itaque oues & agni, Apostoli, inquam, & eorum soboles, Christi brachium, hoc loci positum, quo congregarentur ij, qui cùm eo tempore essent gregi Dominico lupi, ferinæ, vasti, postea, vbi essent mansuefacti, futuri erant pecora placidissima, & eorum aliqui eiusdem ouilis, gregisque canes fidissimi, aduersùs lupos reliquos, & vigilantissimi custodes. Imò & inter Iudæos Saulus erat lupus, qui versus est subitò in ouem, & Pastorem. Lege August. serm. 14. de Sanctis.

Brachium Christi Apostoli, & alij Apostolici.

S. Pauli Conuersio.

306. Fuerunt etiam Apostoli, & Apostolici doctores virga illa Christi pastoralis ferrea ad edomandam quamlibet duritiam cordis humani, & ad inflectendam quamlibet obfirmati animi prauitatem, & ita molliter corrigendam, vt non frangeretur, iuxta ea, quæ non pridem annotaui num. 298. De quâ virgâ egit Dauid in Psal. 109. vers. 2. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus è Sion: Dominare in medio inimicorum tuorum.* Hunc locum, alias, Deo fauente, prolixiùs edisseram, nunc ad rem, breuiter contraham. Consentiunt multi & nobiles autores hanc virgam, esse Christi potestatem, & autoritatem: alij eius doctrinam per Apostolos è Sione, ac Ierusalem toto orbe disseminatam, quo de instituto dixi ad cap. 2. vers. 3. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem,* Petr. Damianus serm. 1. de Exaltat. S. Crucis, virgam hanc virtutis fuisse S. Crucem, affirmat: sed idem ferè est. Vocatur autem

Supra num. 118.

Virga, Christi potestas: vel doctrina.

Isai. 2. v. 3.

Petr. Damianus.

307. hæc *Virga virtutis,* i. potentissima, valentissima, fortissima, quippe quâ Christus erat domiturus quantæuis duritiei metalla, vtpote ferrea, imò plusquam ferrea: cùm ferrum ipsum, hoc est, Romanum Imperium edomuerit; vnde sequitur in Psal. *Dominare in medio inimicorum tuorum,* nam cùm Deus hanc virgam emiserit virtutis tuæ, cùm tuos opiliones, ac pecuarios ea pastorali virgâ adornatos, & obarmatos in mundum vniuersum dimiserit, qui antea erant inimici, rebelles, hostes, infensi, lupi rabidi, euadent subditi, obsequentes, mansueti, vti oues & agni. & qui inter se erant contrarij, & diuisi, in vnum ouile conuenient: itaque non modo singuli separatim pastori suo obaudient, sed & coniunctim, & gregatim obsequentur: *Et in brachio suo congregabit agnos.*

Dan. 2. v. 40.

Ferrum pro Romano imperio.

Quocirca rara illa, & eo vsque non visa nascentis Ecclesiæ concordia describitur & prædicitur hoc loco. Prædictionis autem euentus satis luculenter narratur in Actis Apostolicis cap. 4. vers. 31. *Et cùm orassent, motus est locus, in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* 308.

Ecclesiæ nascentis concordia.

Intueris congregationem corporum, sed multo ampliùs animorum. Locorum spatio erant coniuncti, sed caritatis vinculo coniunctissimi. Multitudo hominum hæc, quanta fuerit, conijce ex capite 2. versiculo 41. vbi primâ Petri concione tria millia agnorum in ouile Dominicum conuenere. Et capite quarto versic. 4. alia quinque millia. At è quàm varijs locis, ac nationibus, omnes licèt genere, & religione Iudæi fuisse credantur, e cap eodem secundo v. 9. probè intelligitur: & ex vers. 5. nempe *ex omni natione, quæ sub cœlo est.* Sed vbi Apostoli è Ierosolymâ discedentes in varias orbis prouincias, promulgauerunt Euangelium, statim è pluribus, & inter se plùs differentibus populis ad fidem sunt aggregati, & ad Ecclesiam innumeri, quasi *agni,* vel, vt est in Hebræo, טלאים, *telaim,* qui alicui sunt *agniculi,* Hispanè: *Mansos, como vnos corderitos.* Hæc est potentia brachij diuini: *hæc mutatio dexteræ Excelsi. Et in brachio suo congregabit agnos;* qui est Pastor hominum, & Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & tollendo, ex immundis animalibus facit munda & pura, e lupis oues, è leonibus agnos. 309.

Act. 2. v. 41.

Consensus nationum.

Ps. 76. v. 11. Mutatio mira Gentilium. Act. 10. v. 12.

Et hæc quidem attinent ad colligendum gregem: & quamuis idcirco colligatur, vt sit tutus: nihilò minus tamen pastoris etiam interest, collectum tueri, atque defendere, ne disijciatur, aut ne in ipsismet caulis dilaceretur. Vnde in Ecloga illa Dauidica Psal. 22. habet vers. 4. *Etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* In Hebraico pro *medio,* est *vallis*: *Etsi ambulauero in valle vmbræ mortis;* & ita Hieronym. aptè ad Eclogam, & metaphoram rei pastoritiæ: nam in vallibus oberrant pecudes, & valles sunt vmbrosiores, tenebricosiores, ac proinde ferarum laniena opportuniores. Monuimus suprà numer. 191. tempus nocturnum obscurum à Deo datum feris ad quærendam & capiendam prædam. 310.

Valles opportunæ feris ad prædam.

Vmbra autem *mortis*, hoc loco, magna pericula, extrema vitæ discrimina præ se fert: formidinem etiam num, anxietatem, trepidationem, inopiam consilij: nam hæc & his affinia in tenebris euenire solent. Ergo quamuis, inquit, periculis ferarum impune grassantium in tenebris circumder, non timebo vllum incommodum, te pastore præsente, & tuente: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

Virga, quâ me ages, & baculus, quo bestias noxias abiges. Arriserat per se hęc distributio, sed multo magis inuenta apud D. Bernardum in Declamatione super illud: *Ecce nos reliquimus omnia*, paulo post initium; vbi ita: *Habet enim virgam, sed habet, & baculum. Et hæc consolatio est, quòd is, qui virgâ caditur, baculo sustentetur. Aut certè portat Pastor virgam, & baculum; illam ouibus, illum lupo: omnia autem propter electos.*

312. Quàm singulariter Christus fuerit tutatus suas oues, & quàm fortiter lupos submouerit; ipse in Euangelio tradit apertissimè, Ioan. 10. vers. 11. *Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit; & lupus rapit, & dispergit oues: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus; & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.*

313. Meritò apud Ezechielē dicitur Pastor vnus, i vnicus, 34. vers. 23. *Suscitabo super eas Pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meũ Dauid.* Apud Petrum: *Princeps pastorum*; quia inter omnes pastores, supra quàm cogitari queat, eminet, & excellit. Qui non, vti Iacob, vt pecori custodiendo inuigilet, ab oculis somnum amandat, sed à corpore animam: non vti Dauid, vt oues liberet, se leonibus, & vrsis opponit; sed vitam ponit; deponitque in vnguibus, ac faucibus Leonum. Psalm. 21. vers. 14. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.* August. Audiamus rugitum ipsorum in Euangelio: *Crucifige, crucifige.* Theodoret. *Igitur Psalmus Scribarum, Pharisæorumque defectiones antè describit, qui taurorum audaciam, leonumque furorem imitantes Dominum Christum stipauerunt.*

Basilius idem tradit. Istis igitur leonibus, vrsis, lupis, bonus Pastor sese dilaniandum permisit, Luc. 22. vers. 53. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*: vt oues sibi à Patre commissas custodiret; Ioan. 18. vers. 7. *Iterum ergo interrogauit eos: quem quæritis? illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: Si ergo me quæritis, sinite hos abire. vt impleretur sermo, quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.*

314. Neque pro discipulis, quos tum habebat, tantummodo obtulit se dilacerandum feris, sed & pro omnibus futuris, venturísque ad eius ouile: imò vt omnes quotquot aberrabant, reuocarentur ad pascua salutis: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, ut tota gens pereat*: quod Caiphas, vt affirmat Euangelista, *non à semetipso dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro Gente: & non tantùm pro Gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.*

Itaque hic Pastor vnicus, singularis, vt saluet oues, interit; ne perdat & amittat eas, ipse perit: vt lupos & feras nocentes abigat, ipse earum vnguibus discerpitur: vt congreget pecudes, ipse dissoluitur, atque dissipatur. Psal. 21. vers. 14. *Aperuerunt super me os suum. sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt ossa mea. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens in medio cordis mei.* Disperguntur membra corporis naturalis Christi, vt corporis eiusdem mystici membra dispersa colligantur. Lupi, leones, vrsi in pastorem sæuire sinuntur, vt ouibus parcant. ille discerpitur, vt illę discerptæ redintegrentur: ille moritur, vt istæ mortuæ reuiuiscant. ille demùm in Cruce brachia, manúsque distendit, atque dispergit, *vt filios Dei, qui erant dispersi, congreget in vnum.* Quamobrem, non videri possit interpres putidior, qui ad istam normam dirigat, quam tamdiu reuoluimus pericopen: *Et in brachio suo congregabit agnos.* 315.

Christus, ne perdat oues, perit.

Christus dispersus colligit.

Brachia quippe Domini in Cruce expansa, & in diuersas duas partes, plagásque distracta sunt, vt duas gentes iam diu, nempe ab vtero materno diuisas, discordantésque conciliarent, & in vnum, admirabili quadam societate contraherent. Hæ duæ gentes, hi duo populi erant Iudæi, & Gentiles; quorum pugna, & discordia Genes. 25. vers. 22. describitur: *Sed collidebantur in vtero eius* (scil. Rebeccæ) *paruuli*. quæ cùm consuluisset Dominum, audiuit ab eo: *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur*: Innata, imò ingenita, & genuina diuisio: in vtero inter se colluctantur: inter nascendum contendunt de primogenitura, iam nati reliquo vitæ tempore moribus, studiis, actionibus discrepant: locis etiam separantur: in posteris suis belligerantur, & religione omnino dirimuntur: nam è Iacob Iudæorum populus est progenitus cultor vnius veri Dei: ex Esau Gentilium multitudo processit multiplici superstitioni idolorum addicta. 316.

Brachia Christi in Cruce expansa extenduntur: ad colligendos duos populos Iudæos, & Gentes.

Iudæi & Gentiles ab initio contrarij.

Figura.

Ab vtero vtrunque auctores veri & superstitiosi.

Hanc geminam prolem, quam Rebecca concepit, ac peperit diuisam, & dissidentem, Christus moriens vt copulet, & consociet, brachia sua diuidit, & distendit: brachium alterum ad Iudæos, alterum ad Gentiles porrigens, & eo porrecto illiciens & attrahens; iuxta illud: *Et ego si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum. Omnia*; hoc est, omnes homines, Iudæos, & Gentiles: *omnia*; omnem potestatem, & autoritatem, quâ possim eripere & liberare meos à tyrannicâ diaboli seruitute. nam ante hæc verba sunt ista: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* despoliabitur potestate, principatu, famulitio: & *ego hæc omnia traham ad me ipsum*, illo reluctante, inuito, & victo. Ea est vis verbi *traham*: ἑλκύσω; quæ vim illatam indicat. acsi dicat: ego ex vnguibus leonis rugientis, ego è faucibus lupi furentis prædam, oues meas propè dilaceratas, ac deuoratas, quantumuis feris obluctantibus eripiam, violenter eruam: 317.

Ioan. 12. v. 32.

Chrysost. hom. 66. in Ioan.

illi

Luc. 11. v. 22. illi *forti armato ego fortior superueniens vniuersa arma, in quibus confidebat*, auferam, & spolia eius detraham, & traham ad me ipsum: vt in me vno Principe, vno capite, vno pastore, quæ erant distracta, dispersa, diuisa vnirentur, recolligantur, & sicut vnus duntaxat sum Pastor, sic vnum solummodo hat ouile: quæ attractio, contractio, consociatio, & communio, vt brachiis Domini in Cruce distentis & oppansis intelligeretur esse attribuenda, addidit Euangelista Ioannes illico: *hoc autem dicebat significans quâ morte esset moriturus*; non enim oportuit Dominum nisi in Cruce distractum, atque dispersum, quæ erant io mundo distracta contrahere, & quæ erant dispersa colligere.

Christus in Cruce distractus contrahit omnia.

318. Ambros. S. Ambrosius in Psal. 118. vers. 90. octon. 12. ex occursu, vt nobis accidit, hunc locum Euangelicum edisserens, ad scopum nostrum collimat: *Aduerte quomodo omnia trahat: exaltatus est in Cruce, & totus credidit mundus.* Totum autem mundum exponit, Iudæos, & Gentiles; excipit enim: *Ipse Oriens, inquit, vadit ad Austrum, & gyrat ad Aquilonem, ille vtique Oriens, qui ait: Oriens nomen est mihi: qui semper oritur piis, nunquam occidit. Ipse Oriens populo Hebræorum ad Austrum ruit, ad molliorem populum, luxuriâ magis feruentis corporis lubricum, quem impietatis immanitate praedurum: aut certè ad nobiliorem plebem quæ erat genus electum vendicans sibi Patriarcharum prosapiam. Sed quia perseuerabat in vitiis, nec emendabat errorem: ideo sol iustitia gyrauit ad Gentes, quæ antè eloquiis cælestibus defraudata immanes & ignobiles habebantur: Aquilo enim grauis ventus, & populi nationum.*

Eccl. 1. v. 5. Zach. 6. v. 12.

Auster pro Iudæis Aquilo pro Gentili.

319. Cùmque alia coniecisset Ambrosius, nobis nunc nõ necessaria, ipse sibi obiectat; *Sed fortè dicas: Quomodo in Canticis est dictum: Exsurge Aquilo, & veni Auster? Plerique enim accipiunt, quasi proturbatur Aquilo, & inuitetur Auster. quod si ita accipiunt, exturbatur ab Ecclesiâ perfidiæ glacialis asperitas, ne fiat fuga nostra hieme, vel sabbato: & inuitatur Australis verna temperies. Aut certè; Exsurge Aquilo, hoc est surge qui dormis, & exsurge à mortuis. Populus nationum, qui diu antè dormiuisti, euigila aliquando, & illucescet tibi Christus. Postremò omnes inuitantur ad Ecclesiam, & Synagoga populus, & Gentilium. Sed prius Synagoga, quia priores ex Iudæis Apostoli crediderunt: per ipsos postea nationum populi congregati sunt.* Vide infra cap. 41. vers. 25. num. 604.

Cantic. 4. v. 16.

320. Quà ex Ambrosianâ dissertatione illud ante omnia præcerpo: Christum Dom. polliceri, vbi agatur in Crucem, Iudæos & Gentiles ad se inuitaturum, tracturúmque, quod equidem præstitisse manibus expansis, & brachiis distẽtis apertissimè concipitur. Manu enim porrectâ, & extensâ quos cupimus adducere, consueuimus inuitare, & aduocare. de quo gestu infrà 65. vers. 2. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.* Vbi Hieronymus: *Denique cùm ille in Cruce extenderet manus ad populum non credentem, & diceret: Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt. illi è regione dicebant: Vah qui destruis*, &c. & inferiùs: *Significant expansæ manus, & patris clementiam suos filios in sinum recipere gestientis.* Quod vt patentiùs redderetur, & apertiùs, passus est sibi sinum & latus aperire lanceâ, vt pateret aditus iis, qui manibus extensis inuitabantur.

Manus extensa inuitat.

Rom. 10. v. 21. S. Hieron.

Christi latus apertum, vt pateat aditus nobis.

321. Etiam nunc ex Ambrosio recitato desumo: Iudæum vergere ad Austrum & Meridiem; Gentilem verò ad Septentrionem: quod si verum est, & verum quoque illud, quod Petrus Damianus tradidit, Christum Dom. eâ positurâ crucifixum, vt dextrum brachium ad Septentrionem extenderet, & læuum ad Meridiem: planè ex iis duabus positionibus efficitur, ad congregandos istos duos populos, Iudæos & Gentiles brachia distraxisse. Damiani verba in serm. 2. de Exaltatione S. Crucis, hæc sunt: *Nam & in ipso Redemptoris patibulo, tanto non humana, sed diuina artis beata Crux librata est magisterio, vt caput Domini ad Orientem, pedes ad Occidentem; dextera ad Aquilonem, sinistra tenderet ad Meridiem.*

Auster pro Iudæis Aquilo verò pro Gentili.

Positura Christi in Cruce facies ad Occidentem.

Docet hoc idem Sedulius:

Quattuor inde plagas quadrati colligis orbis.
Splendidus Autoris de vertice fulgeat Eous:
Occiduo sacra labuntur sidere plantæ:
Arcton dextra tenet, medium læua erigit axem.

Sedulius, & item Damianus, considerat Christum iacentem in Cruce: Sed cùm sublatus est, brachiorum positura non est immutata: sed dextra ad Aquilonem vergit.

322. Præterea portenditur, in eâ congregatione fidelium, feliciùs actum iri cum Gentilibus, quàm cùm Hebræis, cùm ad hos colligendos sinistrum, ad illos aggregandos dextrum brachium Christus porrexerit. Itaque impletur, seu recuditur ille typus Genes. 48. vers. 14. cùm Patriarcha Iacob morti proximus *extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat, commutans manus.* Nam pertinere ad mysterium, quod agimus, cùm veterum ac recentiorum testium multitudo id asserentium ostendit, tum res ipsa loquitur. Cùm enim Ioseph pater ægrè ferret, præferri minorem nato, conareturque paternas manus commutatas ad naturalem habitum redigere, admonens patrem Iacob, non ita fieri debere, vt ille faciebat, *Non ita conuenit pater; quia hic est primogenitus: pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait: Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo.* Vide Aug. Psal. 77. v. 9.

Iacob commutatis manibus in benedictione portendit.

323. Tuitiensis Abbas abesse huic loco & argumento non potuit sine incommodo: is lib. 9. cap. 34. sub hæc eadem verba Genesis adiicit: *Sine dubio transpositio manuum Crucis expressit figuram. Nunquid in eo manus commutando, casu Crucem figurauit? Nunquid non poterat eàdem ratione data Manassem ad dextram, Ephraim verò ad sinistram suam posuisse? poterat planè, sed Propheta erat, & prophetico spiritu sciebat, quòd per Crucem componenda esset benedictio, quam venturus legislator daret.* & paucis interpositis: *Igitur tanquam Propheta simul & Patriarcha quomodo verbis verum prophetare potuit, dicendo: Frater eius iunior maior erit illo: sic & manuum positione Crucem Christi præfigurato sciuit, per quem priori iunior, idest, Iudaico, præferendus erat populus Gentilis.* Rupert.

324. Conuenienter ergo Dominus & Saluator noster postlaturus Primogenitum Israelem iuniori populo Gentili, brachia quodammodo commutat, atque transponit, nam

dextrum extendit ad Aquilonem, & sinistrum ad Austrum: cùm in litteris sacrationibus & secretioribus Aquilo infaustæ, Auster verò faustæ sit nomenclaturæ. Eccles. 11. v. 3. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonẽ, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Cuius loci qualiscumque fuerit germana intelligentia, non est dubium, *Aquilonem* in deteriori parte, & *Austrum* in feliciori poni: idem sentiunt plerique interpretes ad cap. 4. vers. 16. Cantic. *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum.* Quin generatim aliqui magni viri id pronunciant: Hieronymus in Ecclesiasten cit. *Quantum ego existimo, semper in bonam partem accipitur Auster. Vnde & in Cantico Canticorum dicitur; Exsurge Aquilo; hoc est, recede, & abi, & veni Auster.* Olympiodorus in Ecclesiasten, Aquilonem etiam infamat. Theodoretus, & tres alii Patres ab eo contracti & Aquilonem in S. Scripturâ malè, & Austrum bene audire definiunt: idem facit August. in Psal. 77. v. 26. Sed quia alij Patres dissentire videntur; placet definitio Lorini nostri in Ecclesiasten, & Delrij in Cantica: quoties Aquilo & Auster simul ponuntur, & opponuntur, Austro faustam, Aquiloni infaustam sortem attribui.

325. Quibus ita positis, iactisque fundamentis tantorum architectorum pondere, & auctoritate firmatis, stat; hasce sortes, vicesque fuisse inuersas, manus transpositas, quo tempore Christus agens animam, & quasi faciens testamentum, populum Iudæorum, natu maiorem, statu feliciorem, & tunc religione meliorem sinistram habuerit: populum verò Gentilem tempore minorem, habitu improsperum, superstitione deteriorem ad dexteram collocauerit: vnde Aquilo antiquam deponit infamiam, & nouam acquirit nobilitatem: quam permutationem & transpositionem vt efficeret Dominus in Cruce, noluit filios benedicendos, hoc est populos suo loco mouere, sed relinquere Iudæos in Australi plagâ, & Gentiles in Aquilonari, neque voluit brachia cancellare, & transponere, quod fecit Iacob in figura: sed cùm videretur sol iste Iustitiæ faciem conuersurus ad Orientem, eam ad Occidentem obuertit, vt brachio dextro protento ad Aquilonem, inde attraheret Gentiles, inde *congregaret Agnos*: & sinistro ad Meridiem exporrecto illic oues Israelis non negligeret.

326. Quòd si Christum non pendentem, sed iacentem cruci affixum antequam sustolleretur, libeat inspicere, tum à quattuor ventis, à quattuor mundi partibus suum pecus colligentem habebimus: cùm quattuor Crucis extremæ partes, quibus Christi caput, pedes, ac brachia cohærebant, mundi partes quattuor designarent. Petrus Damianus relatus num. 321. cùm caput ad Orientem, pedes ad Occidentem, dexteram ad Aquilonem, sinistram ad Meridiem fuisse obuersa, Deo disponente docuisset; adiungit: *Quatenus mundi principem ab omnibus vndique plagis excluderet, dum quadrifidi orbis climata per quadratam Crucis speciem occuparet. Vnde & ipse dicit: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Sic, sic nempe decuit omnium persuasorem ob omnibus simul eiici; talis pro totius mundi salute hostia debuit immolari, quæ & per sacramentum cuncta respiceret, & ex cruce omnia liberaret.*

Huc nec inconcinnè possis ascisci; latrones duos simul cum Christo suffixos, vnum ad dexteram, & alterum ad sinistram, quorum is, qui ad dexteram pendebat, versus Aquilonem erat; & is vulgò creditur fuisse bonus latro, cui Dominus se confitenti, & inuocanti paradisum promisit, & reddidit, qui Populum saluandum & credisurum præformauit. Audi Hilarium in Matth. can. 33. *In signo vitæ cunctorum salus, ... suspenditur: cùm duo latrones læua ac dextera affiguntur, omnem humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis ascendentes. Sed quia per diuersitatem fidelium, atque infidelium fit omnium secundùm dexteram, lauamque diuisio, vnus ex duobus ad dexteram situs fidei iustificatione saluatur.* Hil.

Consule Psal. 67. v. 6. *Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo. qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant.*

Qui locus intelligitur de congregatione Gentilium & Iudæorum in Ecclesiâ Christianâ, vt docet Hilarius & nos ibi, & fusiùs in commentario Epist. ad Coloss. cap. 1. vers. 20. Rupertus in Isaiam lib. 2. cap. 20. malum latronem appellat sinistrum, & eum fuisse typum populi Iudaici affirmat: & alterum fuisse typum populi Gentilis.

Et in sinu suo leuabit: fœtas ipse portabit.] Tertium hoc est munus, officiúmque probi pastoris, pecudes ægrotas, infirmas, quoues morbo, aut modo ad gradiendum impeditas suis humeris, aut palmis tollere, & ad ouilia portare. 327. *Pastor portat pecudes ægras.*

Ad hunc locum explanandum iuxta ac illustrandum nihil potest esse conuenientius, quàm Euangelica similitudo de pastore; qui centum oues habuit, & vnam earum perdidit: dimissísque nonaginta nouem in deserto, se contulit ad quærendam diligenter centesimam amissam: *& cùm inuenerit eam* (ait bonus Pastor Iesus) *imponit in humeros gaudens.* Luc. 15. 4.

At cur sustollit in humeros? nónne posset præagere? posset quidem, sed noluit; quia ouis errando fuerat delassata; viribus defecta; & si cogeretur suis ipsa pedibus ambulare, præ labore deficeret in via: at etiã ipse pastor quærendo, & oberrando montes, vallésque defatigatus erat, & anhelus: cur sibi laborem & pondus addit? quia est bonus pastor, & minùs sibi parcit quàm ouibus. Ose. 11. vers. 3. *Et ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis.* Ambros. lib. 7. in Lucam: *Ouis à pastore lassa reuocatur.* hoc idem in Vate nostro: *In sinu suo leuabit*; Hebr. ישא *issà tollet*, Symmachus βαστάσει, *feret, portabit*: tanquam baiulus se ipse onerabit, vt sit leuamini suo gregi: bonus pastor erga se durus est, vt teneritudini pecoris consulat: idcirco crediderim, cùm variæ sint pecoris formæ, & ætates, inter eas Vatem se legisse, *agnos*, imò vt apud Procopium Aquilas reponit: ἄρνια, *agniculos*: *In brachio suo congregabit agniculos, & in sinu suo leuabit*; quia nimirum agniculi valde teneri, tenerrimi, inquam, & mollissimi sunt: atque ideo leuandi, ferendíque. 328. *Pastor suo labore leuat pecudes.*

329. Vnde placuit Isaiæ, imò Deo, hoc loco, non humeros, sed *sinum* reponere; vt poté quid mollius

Indulgentia, & suauitate. mollius, suauius, indulgétius. quod enim fouere maximè cupimus, id sinu recipimus. Author nescio quis: *Hic non amandus: diuitias non gestit, dus in sinu est* Prou. 5. v. 20. *Quare seduceris fili mi, ab aliena, & foueris in sinu alterius?* Ouis etiã illa, *2. Reg. 12. v.* pauperi vnica & carissima *de pane illius comedens, & de calice illius bibens, & in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia.*

330. Porrò, sinu fouere, maternum prodit affectum, & singularem *Sinus praecipuè matris.* indulgentiam. Vnde Ioannes Euangelista præ reliquis Apostolis dilectus, & carus in sinu Domini, postremo vitæ tempore recubuit, Ioan. 13. vers. 23. *Erat recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus.* Alterum alteri nectimus: ideo recubuit in sinu, quia *Ioannes cur in sinu Iesu.* diligebatur, & cùm esset maximè carus, & dilectus, oportuit sinu recipi & foueri: præsertim eo tempore tam nubilo, & procelloso, quo tot procellæ & res aduersæ & prænuntiabantur, & impendebant: vt ergo Christus sopiret mœrorem, leniretque tristitiam eius discipuli, quem præ aliis amabat, suo sinu admisit, fouitque materno, non paterno solùm, vsus affectu. Hilar. 6. Trinit. irridens Arrianum ait: *Anne secretò tibi per familiaritatem amoris recumbens in pectus suum Dominus ostendit?* Chrysost. hom. 71. in Ioan. indicat, idcirco addere Euangelistam: *quem diligebat Iesus*; vt minueret admirationem præcedentis recubitus in sinu; tanquam diceret: ne mireris in sinu Iesu receptum eum, quem vnicè Iesus diligebat. Cic. 2. in Catilinam, ei familiarissimos sic describit: *Postremum genus est, non solùm numero, verum etiam genere ipso, atque vitâ proprium Catilinæ, de eius dilectu, imò verò de eius complexu ac sinu.*

331. S. Hieronymus ad cap. 65. vers. 7. infrà: *Intelligitur sinus, in quemlibet affectus, atque dilectio, quando ad maritum sermo dirigitur: Vxoris, quæ est in sinu tuo; & ad parentem: Adducent filios tuos in sinu: vnde & omnes qui patrem habent Abraham, & virtutum eius similes esse meruerint,* *Qui quos sinu accipiat.* *requiescunt in sinu eius.* Ergo & sponsus sponsam sinu suo, & parens filium, amicus amicum excipit, & confouet: & pastor, ouem, aut agnum. Qui omnes affectus, respectúsque mirificè cadunt in Saluatorem, qui & sponsus, & pater, & quadamtenus mater est Ecclesiæ sponsæ, filiæque carissimæ: vnde haud incredibile quod Isaias spondet: *Et in sinu suo leuabit agnos*; & quod Lucas narrat: *cùm inuenerit* *Luc. 15. v. 5.* *eam, imponit in humeros suos gaudens.*

332. Si enim minimùm admiramur matrem, cùm in sinum recipit infantem, quem e suis visceribus cóncepit; quem si pulset, rursum in viscere conderet: cur fidem nõ habebit, à Christo foueri sinu quos ipse e suis visceribus generauit? quos è suo pectore, sinu, ac latere effudit? *Fideles à Christo sinu geniti.* quorsum recuset admittere in sinum sponsam, quæ ex eius latere, & sinu fuit efformata?

333. Notius non minus est illud arcanum Euæ *Ecclesia è latere Christi.* eductæ, seu ædificatæ ex latere Adami, quàm vt esset diu differendum, sed quoniam accidit dissertioni huic opportunum, non debuit omitti.

Eua effecta è costa Adami. E latere, ac sinu Adami dormientis vxor Eua effingitur Genes. 2. vers. 23. *Dixitque Adam: hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.* Cui textui superueniat Apostolus Paulus vt commentator: Ephes. 5. v. 29. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam; quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna: sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia.*

334. Quid est, *in Christo, & in Ecclesia sacramentum hoc magnum esse?* Certe, nihil aliud, consensu Patrum, quàm illo Adami & Euæ matrimonio subsignificatum fuisse, & præostensum Christi & Ecclesiæ ineffabile coniugium; & quod addunt plerique veterum Patrum; sicut Eua fuit efformata è costa Adami dormientis, quippe cui Deus ad hoc soporem altum immiserat: sic Ecclesiam processisse e latere Christi, vbi obdormiuit, & expirauit in Cruce: nam ex aperto eius latere *manauit sanguis et aqua*, aqua præ se ferens Baptismum, quo regeneramur in Christo, & eius proles spiritualiter efficimur; & sanguis præferens sacramentum Eucharistiæ, quo geniti nutrimur, & augemur. Vnde congruit huic efformatio cum efformatione Ecclesiæ.

335. Et quia plerique simili in causâ oblectamur, & acquiescimus locupleti & fideli testimonio, ab Augustino auspicor in Ioan. tract. 120. ita aiente: *Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita, materque viuentium. Magnum quippe significauit bonum, ante magnum præuaricationis malum. In habun iacentis & dormientis hic secundus Adam inclinato capite in Cruce dormiuit: & vnde ei formaretur coniux, quod de latere dormientis effluxit.* — August. Et quamuis hæc satis esse videbantur, addo quæ ante dixerat, annotari digna: *Vigilanti, inquit, verbo Euangelista vsus est, vt non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit: vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur: ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum, hæc & lauacrum præstat, & potum.* *Aqua in consecratione.* *Hoc prænuntiabat quod Noe in latere Arcæ ostium facere iussus est, quà intrarent animalia quæ non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia.*

336. Habemus à tam nobili teste, latus, sinúmque Saluatoris idcirco apertum, vt inde, instar Euæ, exiret Ecclesia, & illuc fluctibus exagitata, & periculis defuncta rediret vt in sinum, portúmque tutissimum, ac receptaculum suauissimum. Chrysost. in Ioan. hom. 84. Exiuit sanguis & aqua. *Non casu, & simpliciter hi fontes scaturierunt, sed quoniam ex ambobus Ecclesia est constituta. Sciunt hoc initiati: per aquam regenerati: sanguine & carne nutriti: hinc mysteria ortum habent, vt quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens accedas.* — Chrysost. Itaque è latere, sinúque Christi nascimur, ibique recipimur, fouemur, atque alimur. Vt huic mysterio queat aptari: *Per me si quis introierit, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.* — Ioan. 10. v. 9. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 39. & Hierosolymitanus Catech. 13. attestantur. Temporis ac diei conuenientiam exprimit Petr. Damian. serm. 2. de Exaltat. S. Crucis ad medium: *Sextâ insuper feriâ ipse Dominus passus est, vt eo hominum die homo fieret eius morte redemptus, quo dudum fuerat eius operatione plasmatus. Eodem porrò die de costa viri formata est Eua: quæ de la-*

tere Christ. per aquam & sanguinem exiuit Ecclesia. Breuiter & disertè rem attigit Damascenus.

Ex quibus planè conficitur, hunc Pastorem & è sinu suo genuisse gregem, & eodem sinu, cùm æger est, aut infirmus, recreandum excipere, & in eodem sinu esurientem, sitientémque alere, & potare. Demum eodem sinu abscondere, & tueri, ne noxia bellua, aut fur possit rapere.

Hinc illud Plinianum: *Confugit in sinum tuum confusa Resp.* Quò attinere queat verbum, *leuare; & in sinu suo leuabit*: quod non solùm est, sublimè tollere, sed laborem, aut dolorem minuere: *aliuiar el dolor*: Virgil. 1. Æneid.

Leuandi verbum.

...Nostrúmque leues quæcunque laborem.

Cic. de Senectute.

Et Tullius de Senect. *Corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescunt: animi autem se exercendo leuantur.*

338. Huic autem leuamini, & fomento quid accommodatius fingi posset quàm mollissimus *sinus*? qui à naturâ videtur homini datus ad fouendum, & consolandum, aliis brutis animantibus denegatus: vt annotat Plinius lib. 11. cap. 37. *Pectus hominis tantùm latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas, aquaticis maximè.* Ergo soli homini pectus amplum, soli homini gremium, sinúsque conceditur, quia proprium est eiusdem erga caros hoc exhibere leuamen, tutamen, & blandimentum.

Sicut ad souendum è domum.

Pectus homini latius. Plinius.

Huius absque dubio, sortis est illa Moysis ad Deum querula sciscitatio Numer. 11. vers. 12. *Nunquid ego concepi hanc omnem multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro quâ iurasti patribus eorum?*

Prælatus sit instar matris, & nutricis.

339. Eo loco, *porta*, Hebr. idem verbum נשא *Nasà, leuabit*, itaque a Prælato, & Duce; à Pastore, non minorem Deus, & minus tenerum quam matris in liberos exigit affectum, & non aliud indulgentiæ minoris officium quàm nutricis erga alumnos, quarum vtraque sinu suo gestat puerum non solùm non grauatè, sed gaudens: estque illis onus illud leue, imò & leuamen, quia quem præ dilectione habet in corde, cordi admouere, & applicare gestit: & amouere à caro pignore molestiam, quam si suis pedibus puer incederet, experiretur. Tenerrimus est amor, mollissimus, languidissimus; Cantic. 2. vers. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*: Sed eodem amore rursus nihil solidius, nihil fortius, nihil constantius: cui grauia quæuis sunt leuia, aspera quæque sunt suauia; & laboriosa quæque accidunt iucunda: vnde quæ in sinu gerimus, quæ in corde ferimus, quæ diligimus, quantumuis ponderosa, non pondus habent: in sinu deponunt; tanquam in centro grauitatem quodammodo amittunt, hoc est, vt cum Philosophis æui nostri loquar, non grauitant: eorum grauitas minime sentitur. Aug. de verbis Domini serm. 9. post multa exempla, ait: *Omnia enim sæua, & immania prorsus, facilia, & propè nulla efficit amor.* Et in Ioan. tract. 48. *Nostis, quoniam qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantibus grauis est. Si tantos labores cum auaris portat cupiditas, nobiscum non portat caritas?* Vide de verbis Apost. serm. 12. cap vlt.

Amor est tenerrimus, & fortissimus.

Grauia fiunt amore leuia.

340. Hæc videtur fuisse Dei voluntas, dum Moysi indicit: *Porta eos in sinu tuo;* vt caros, vt dilectos, vt adamatos tenerrimè, & intimè, non vt onera molesta, sed vt pignora suauia: *Sicut portare solet nutrix infantulum;* cui nequaquam videtur grauis: imò cùm delectari iuuat, cum in sinum recipit, & baiulat.

341. Et eòdem respicit quod Exod. 28. vers. 29. accuratè præscribitur, vt summus Pontifex, ac Pastor gestet in sinu nomina suarum ouium; Lex iis verbis sancitur: *Portabit Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suũ, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. Super pectus suum;* Hebr. על לבו *hal libo, super cor suum*; sinus enim, pectus & cor pro eodem accipiuntur. Quemadmodum autem Pontifex hæc nomina portare debuerit, paulo antè in eodem capite præcipitur: primò, vers. 9. *Sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum, opere sculptoris, & cælatura gemmarij sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro, atque circumdatos: & pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum, ob recordationem.*

Prælati est portare subditos.

Sinus, pectus, cor, pro eodem.

Exod. 28. 9. 10.

342. Ante omnia non iubet Dominus, nomina inscribi, sed insculpi, ne possint deleri; & insculpi non ligno molliori, sed lapidi præduro, non vulgari, & obuio, sed pretioso, raro, nempe onychino: cui accedat splendor, & pretium auri; *inclusos auro, atque circumdatos*: itaque consulitur dignitati & firmitati nominum filiorum Israel, quos Deus vult apud Pontificem & Pastorem esse in intellectu per recordationem, quæ nequeat obliterari, & esse in affectu per appretiationem, quæ ab auro & gemmis abesse non possit.

Prælati subditos habeant in mente, & amore.

343. Sed argumentaris: loco adducto, non iubetur Sacerdos summus portare hæc nomina in *sinu*, sed super humeros. Fateor id libenter: sed coniunge cum hoc loco sequentem, quem reposui suprà num. 341. ex quibus intelliges, bis fuisse cælata hæc nomina, semel in duobus lapidibus onychinis, ferẽdis super vtrumque humerum, & iterum aliis duodecim gemmis inter se differentibus, quales à v. 17. designantur, gestandis super pectus, & in sinu.

Obiectio.

344. Caietanus ad vers. 29. rationem reddit sculptorum nominum filiorum Israël in pectore, quemadmodum reddiderat rationem eorundem sculptorum super humeros: *Super pectus, inquit, suum; iuxta Hebræum habetur: Super cor suum, quando ingredietur Sanctuarium. Pectorale corporeum gestabat Aaron in pectore, sed nomina filiorum Israel quatenus indicanda, gestanda erant super cor, hoc est, habenda erant in intimis cordis Pontificis. Quemadmodum super humeros Pontificis sculpta erant nomina filiorum Israel, in memoriam suffragij apud Deum: ita in pectore Pontificis sculpta erant, in memoriam iudicij coram Domino: hoc est, secundum rationes diuinas, vt perpenderet Pontifex, & in corde suo iugiter retineret iudicium populi Israel sibi datum secundum Deum, non superficie tenus, sed secundum intima veritatis diuinæ.*

Caiet.

Prælatus iudicet secundum Deum.

345. Hæc quamuis probè obseruata sint: tamen cùm humeri naturâ suâ habiles sint oneri portando, & cor, pectúsque amoris sedes sint, aptiùs apprehendimus, doceri, iuberique Prælatum, ac Pasto

Non pondus laboris.

ac Pastorem, vt omnium suarum onera leuet, portétque, humeros oneret, non laboři parcat; infirmas sustentet, iacentes attollat, lassas recreet: & hæc omnia officia laboriosa, molesta non inuitus, non grauatus, non pertæsus, aut gemens sub onere, faciat, sed spontaneus, promtus, beneuolus, hilarus, & lætabundus obeat; ita vt pecus non solùm homeris, sed sinu suo alleuet, id est, non solùm dirigat, sed diligat, non solùm toleret, sed amet: imò, vt homeris ferre possit, ferat in pectore, ferat in corde, ferat in sinu: amanti enim nihil est graue, nihil laboriosum, nihil non facile, & procliue. vt suprà num. 339. ideo, posteaquam Pontifex iussus fuit super homeros gestare nomina duodecim tribuum, rursus hæc eadem iubent portare super pectus, siue super *cor suum*, vt earum pondus minimè sentiat.

Laeta subeat onera. *Amanti nihil graue.*

346\. Quocirca cùm Pontifex veteris Testamenti fuerit quoddã quasi simulacrum, & speculum non referens, sed præferens Pontificem noui Testamenti, vt liquet e sacris litteris, cúmque hic Pontifex summus, Pastor, Princépsque pastorum, vt ipse in Euangelicâ quadam parabolâ ad viuum exprimit, ouem ex se perditam, labore quæsitam, diligentiâ inuentam in humeros suos sustulerit, cúmque hoc loco ab Isaiâ prædicatur *in sinu suo leuaturus agnos*, hinc planè cognoscimus, conuenientissimè fuisse iniunctum Aaroni, & successoribus, vt in humeris & in pectore nomina tribuum gestarent, quoties Sanctuarium ingrederentur; hoc est, quoties Christum summum Ecclesiæ Pontificem, & Pastorem sub ea specie & imagine adombrarent.

Pontifex vet. Test. fuit typus noui sacerdotis Christi.

347\. Quòd verò *cor*, & *sinus* pro eodem supponantur, facilè constabit componenti Prouerb. 21. vers. 14. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam*; cum Ecclesiastici cap. 29. vers. 15. *Conclude eleemosynam in corde pauperis.* Ratio ex anatomiâ, & naturali dispositione corporis humani petitur: nam cor est in sinu læuo: atque adeò figura cum re figuratâ congruit.

Cor, & sinus idem.

348\. *Et aduerte* (ait Oleaster in Exod. cit. expos. morali.) *Sacerdotem veteris legis solùm nomina super humeros, & pectus portasse: noua verò legis pastor re ipsa nostram ouem super humeros portat, vt scias umbram præcessisse veritatem.* Vbi hic autor aliquantò plus excurrit, & ex hoc boni Pastoris officio coarguit vitia mali pastoris. lege, si placet, nam mihi non eo loco displicet.

Olea. ter. Pontifex portat nomina, Christus ipsas oues.

S. Hilar. Eiusdem generis esse videtur quod Hilarius admonet ad Psal. 2. vers. 9. his verbis: *Quod nobis est: Reges eos in virgâ ferreâ, quanquam ipsum reges non tyrannicum, neque iniustum sit, tamen molliorem adhuc regentis affectum proprietas Græca significat; quod enim nobiscum est, reges eos, cum illis est ποιμανεῖς, id est, pastoraliter reges; regendi scilicet curam pastoris affectu habituros: Ipse est enim pastor bonus, cuius nos sumus oues, pro quibus animam suam posuit.*

349\. *Fœtas ipse portabit.*] In pecore masculino agnos, esse, qui magis indigeant curâ, & curatione pastorali, certum: quippe qui si comparentur cum aliis sui generis & sexus, nempe cum arietibus, sunt teneriores, molliores, lædi faciles, debilitari non difficiles: sin comparentur cum aliis eiusdem sexus, & ætatis, sed diuersi generis pecudibus, aut armentis, vt sunt hœdi, vituli, sunt etiam multo delicatiores, & imbecilliores. Quamobrem dictum: *In sinu suo leuabit agnos*: potius, quàm arietes, aut hœdos.

Agni in pecore masculino curandi diligentiùs.

In sexu verò fœmineo cuiuslibet conditionis, fœtæ sunt, quarum cura & custodia debet esse maior: tum, quoniam grauidæ, grauiùs se commouent, & molestiùs: tum quoniam, si malè habeant, non solùm ipsæ periclitantur, sed etiam fœtus; iccirco additum; *fœtas ipse portabit*; nimirum: etsi totius gregis sui curandi, subleuandi, recreandi nonquam hunc Pastorem occupabit obliuio, sed pecudi cuique infirmiori, ac debiliori peculiariter prouidebit: in quo ordine sunt agnelli, tenerrimum pecus; & fœtæ, vteri grauitate ad gradiendum impeditæ, & abortionis periculo obnoxiæ. vnde iis duplicata prouidentia debetur, & sui, & nasciture prolis caussâ.

Fœtarum ratio habenda peculiaris.

Quare Iacob experientissimus, & amantissimus pastor, cùm ei redeunti è Mesopotamiâ frater Esau obuius dixisset: *Gradiamur simul, eróque socius itineris tui: dixit Iacob: Nosti Domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare morientur vnâ die cuncti greges. Mecum*, Hebr. עלי, *halái, super me*: idest, quibus mea interest prouidere: hoc onus, & periculum mihi incumbit: *esta sobre mis hombros.* nam est boni pastoris onera ferre gregis. Augustinus in locutionibus lib. 1. nu. 120. *Quod habent Latini codices: & oues, & boues fœtantur; Græci habent, fœtantur super me: quod ea significatione dictum est, vt intelligatur, super solicitudinem, & curam meam: quomodo solemus loqui, cùm dicimus, super caput nostrum esse aliquid, cuius maximam curam gerimus.* Lippomanus ibidem; *Quorum verborum ea est sententia: in se totius gregis curam recumbere.* 350.

Iacob pastor cautus & amans gregis. *Genes. 33. v. 12.* *August.* *Cura gregis incumbit in pastorem.*

Acsi Iacob doceret, pastoris interesse, humeros supponere gestandis fœtis, tantum abesse ab eius curâ, vt supra vires ambulare cogat; cùm fœtarum pericula, & aborsus tantopere gregem imminuant; iccirco adiecit: *Morientur vno die cuncti greges.* hoc est, multa capita.

Gregem minuunt aborsus.

Ergo licuit Isaiæ ad eum Genesis & Iacobi pronunciatum digitum intendere; non solùm, inquiens, non compellet & adiget fœtas pecudes plus laborare in ambulando, quàm commode possint sed etiam ne partus periclitetur, matrésve lassescant, eas ipse humero, aut sinu portabit. Forerius allusionem agnoscit. Quæ sine dubio firmatur, si vera est notio verbi נהל *Nahil* quam probat Pagninus, Vatablus, & ipse Forerius, nempe; suauiter ducere, leniter & lentè; & ita reddit Vatablus, *fœtas ipse suauiter ducet*, non coget festinare, eas suo relinquet gressui; *no las sacarà de su passo.* Columella lib. 7. cap 5. *Modicè, ac sine festinatione persequi pecus oportebit, ne imbecillitas eius longis itineribus aggrauetur: nec tamen in totum pigrè, ac segniter. Nam quemadmodum fessas morbo pecudes vehementer agitare, & extendere non conuenit; ita conducit mediocriter exercere, & quasi torpentes excitare.* 351.

Isaias alludit ad Iacob.

Sed antequam discrimen penitiùs & occultiùs inter *agnos* & *fœtas*, coner eruere, inuesti- 352.

gandum

gandum erit quæ nam sint *fœta* quoad significationem propriam, & germanam. Nam apud autores Latinos & probæ dictionis non vnam vbique naneiscuntur. Aliquando enim fœtæ sunt graues, seu grauidæ, quæ portant in vtero prolem conceptam: aliquando sunt enixæ, quæ eam nuper ediderunt. Prioris notionis exempla affert noster Ludouicus de la Cerda in suis eruditissimis explicationibus & notis ad Virgil. Eclog. 1. v. 50. n. 5. è lib. 1. Æneid.

Fœta bifariam. *Pro prægnantibus.*

--Loca fœta furentibus Austris:

& è lib. 2. vbi machina equi Troiani dicitur, *fœta armis*; è Paulino epist. 34. dum loquitur de Arcâ Noë fluctuanti, & onustâ;

Fœta mundi seminibus Arca.

ex Isidoro lib. 10. Etymol. *fœta, idest, pregnans.* Quibus cùm alia quamplurima addi possent exempla è secularibus etiam autoribus, quæ vtpote cuiuis occursantia prætereo, fortasse quis Ludouico la Cerda non assentiatur in eo, quod tradit: *rarum esse hanc acceptionem.* Addit 1. Æneid. vers. 55. cùm sermo est proprius, vix esse exemplum: sed cùm est metaphoricus. Silius Ital. lib. 11.

Ludouicus la Cerda ex parte diminuitur.

Multâ fœta gerens irâ præcordia Pœnus.

& lib. 17.

--Præcordia fœta Pelli.

353. Altera acceptio siue spissior, siue rarior (hoc enim cùm tanti non sit, ad amussim non appendo) est, cùm *fœta* dicuntur iam parto liberatæ: quæ & in sacris & in profanis Scriptoribus inuenitur. Ex his vnus, & probissimus autor Virgil. 8. Æneid.

Fœta pro enixis.

Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic vbera natos.

Fœtæ lupæ catulos natos Poëta attribuit. Et Georg. 3.

--Nec tibi fœtæ
More patrum, niuea implebunt mulctralia vaccæ
Sed tota in dulces consument vbera natos.

Lucan. lib. 6.

--Aut cum turgentia succo
Frontis amatura subducunt pignora fœtæ.

E sacris libris vnum illud testimonium pro multis satis fuerit 1. Reg. 6. vers. 7. *Nunc ergo arripite, & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.*

354. At, cùm queat, soleátque non semel euenire, vt nomen aliquod vnâ in linguâ sit anceps significatu, & in aliâ simplex, non sufficit euincere, apud Latinos *fœtas* bifariam accipi solere: nisi doceamus hoc idem esse apud Hebræos, ob eam rem annoto 1. Reg. c. 6. citato esse nomen idem quod hîc apud Isaiam, עלות *haloth*, ex quo posterior notio cóprobatur, pro enixis, & lactantibus. Baruch 6. vers. 28. eodem modo *fœtæ* capiuntur, sed quia Hebraico exemplari caremus, quódnam illic fuerit nomen, ignoramus. Hoc ergo nomen *haloth* tribus tãtum locis huc vsque videre memini, primò e. Gen. 33. v. 13. præallegato: *Nosti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum.* Pro *fœtas* ibi LXX. supposuerunt, λοχεύονται, quod verbũ ad partũ pertinet; Chaldaicus, *lactantes*, & hoc secuti sunt Pagninus, Cornelius à lapide, & Delri⁹, & aliqui Rabbini citati à Pagnino in radice עול *haual*, idest, *lactare*: sed Rabbi Abraham ex alia radice ducit, nempe ex עלה *halah*, quod est *ascendere*, tanquã

diceres, *ascensa*, super quas mares ascenderunt.

Alij interpretantur minùs probè, *ascendentes*, eo quòd regio Chananæa, quò Iacob ibat, esset situ superior. Porrò ratio, quam Iacob obtendit, excusandæ festinationi, magis auxiliatur posteriori significationi: *quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges*: nam oues, & vaccæ fœtu iam exoneratæ minùs incommodè, quàm grauidæ, & grauatæ festinare poterant. At prægnantes & præ pondere fœtus se minus celeriter commouent, & si id faciant, facilè abortiuntur. Locus alter est 1. Reg. 6. v. 7. suprà num. 353. descriptus, quo fœtæ sunt jam enixæ. 355.

Prægnantes festinare nequeunt.

Locus postremus, quo hæc vox habetur, est præsens; vbi LXX. eidem acceptioni apertissimè fauent: sic enim conuertunt ἐν γαστρὶ ἐχούσας: id est, *in ventre habentes, prægnantes* παρακληθήσεται, *consolabitur.*

Quam significationem sunt amplexi ex interpretibus Osorius, Foretius, (etsi hic alteram simul approbat,) eò inclinant. Hugo, Dionys. Adamus ex S. Hieronymo. Noster Sanctius Hebraicè apprimè peritus potius enixas, quàm grauidas intelligit. Sed autoritas certè LXX. plurimum apud omnes valere debet, tum maximè apud Catholicos: cùm eorum translatio in Ecclesiâ diu fuerit pro Vulgatâ, & hoc loco, deprauationis aut varietatis nullum sit indicium, & vox Latina, *fœta*, non modò non resistat, sed æquè saltem hoc ferat, atque illud.

Ex quâ vocabuli discussione, & obseruatione habemus, non aliter atque in Latino sermone *fœtas*, in Hebraico *haloth*, esse ancipitis significationis: & modò pro grauidis, modò pro enixis apponi: neque id esse mirum, cùm tam grandis inter vtrasque sit vicinitas, & tam modica intercapedo: vnius videlicet puncti temporis, quo fœtus in lucem editur. 356.

Sed rogas: vtram ex iis notionibus selegerit Isaias? Primò, possem id tuo relinquere iudicio, & optioni, vtralibet enim proposito inseruit: nam & grauidæ, & recèns exoneratæ oues diligentiùs, & indulgentiùs tractandæ sunt. De enixis est illud Virgilianum Eclog. 1. vers. 13. 357.

--En ipse capellas Virgil.
Protinus æger ago. Hanc etiam vix Tityre duco
Hic inter densas corylos modò namque gemellos
Spem gregis, ah silice in nudâ connixa reliquit.

& illud aliud Calphur. Eclog. 5.

Te quoque non pudeat, cùm serus ouilia vises, Calphur.
Si qua iacebit ouis partu resoluta recenti,
Hanc humeris portare tuis, natósque parenti
Ferre sinu tremulos, & nondum stare paratos.

Quo carmine vti licebit vt commentario fere huius loci: ac proinde respondeo secundò, *fœtas* sumi pro enisis, ac partu resolutis, vt ait Calphurnius, & *agnos*, pro agniculis, interprete Aquilâ, recèns editis: quos sinu leuandos, & matres humeris portandas Poëta monuit. Tertiò dico: datâ fortassis operâ Isaiam hoc elegisse vocabulum ambiguum, quo vtrasque significaret, & partui proximas, & eas quæ non dudum peperissent. 358.

Sed iam, præter illud generale studium, quod imbecilliori pecori impenditur, de quo hactenus, quæramus quid particulatim *agni*, quid *fœta* subindicent. Notant antiqui Patres 359.

Hiero

Agni pro simplicibus, & mitibus. *Clem. Alex.*

Hieronymus, Clemens Alexandrinus, Procopius, *agnos*, nominasse, quod est in grege tenerrimum, & simplicissimum. Clemens in Pædagogo lib. 1. cap. 5. in principio: *Iam verò etiam dicit: Agnellos stent à dextris, simplices pueros significat, tanquam agni, & oues sint genere, non viri. Agnellos autem dignos priuilegio censuit, eam, quæ est in hominibus facilitatem, ac teneritudinem, morúmque simplicitatem, & animi innocentiam præferens.* Deinde cùm alia congessisset, addidit. *Quòd autem nos quoque agnos dicat, fide dignus est testis, loquens per Esaiam: Sicut Pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos; per id, quod est in ouibus tenerrimum, agnos scilicet, simplicitatem significans.*

360. Vides Clementem oculos conuertisse ad ingenium agnorum, quibus ingenita est simplicitas & mansuetudo, humaniorum, ac diuiniorum litterarum monumentis ac tabulis consignata: de quâ plura dicentur ad cap. 53. vers. 7. *Quasi agnus coram tondente obmutescet.*

Procop. Agni pro renatis recenter ex baptismo.

Hieronymus & Procopius non tam naturam, quam ætatem fuisse intuiti videntur. Posterior sic: *Diuinitatem porrò brachium volens intelligi: quod dicitur agnos congregaturus, & prægnantes consolaturus: vt agnorum nomine eos intelligas, qui recenter in Christo nati sunt, quos ob id agniculos Aquilas nuncupauit. Possis & hac voce recens populus designari. Non enim arietes, aut hircos, aut oues adultas dixit: de quibus in hunc modum alius propheta loquitur: Ecce ego nunc iudico inter ouem, & ouem, inter arietem & hircum.* Hoc idem ac ferme verbis eisdem Hieronymus habet, vt sit suspicio vtrumque ex alio deriuasse, cùm Procopius vt alienum inferat, & non sit credibile Græcum autorem ex Latino Hieronymo hausisse.

361. Itaque Christus prædicitur collecturus in Baptismo recèns natos, & per fidem, Ecclesiæ vberibus applicitos, vti agnos teneros, simplices, mansuetos, humiles, quippe qui tali ingenio, tali habitu habiles sint ad Euangelium, & Christi mysteria accipienda. Matth. 11. v. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Paruulis*, non ætate; sed moribus, non inscientia, & imperitiâ, sed humilitate, & simplicitate.

Humiles habiles ad Euangelium.

Paruuli & pueri pro humilibus.

362. Istuc, dubio procul, attinet Apostoli monitum 1. Corinth. 14. vers. 20. *Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitiâ paruuli estote: sensibus autem perfecti estote. Paruuli estote*, Græcè, *νηπιάζετε*, hoc est; *puerascite*, seu *repuerascite*, quoad malitiam: vt quemadmodum ætas illa infantiæ malitiam non capit per naturam: sic vos per gratiam & industriam eam non recipiatis.

Sed non omnino pueros, & infantes nos vult esse Paulus, quos vt tenet simplicitas, ita & occupat inscitia; idcirco adiungit: *sensibus autem perfecti estote*; hoc est, dolo, ac malitiâ *vitiis, pueruli*, at rerum vtilium scientiâ viri, & prouectæ ætatis. Correspondet co-Apostolus Petrus 1. epist. c. 2. vers. 1.

363. *1. Petr. 2. v. 1.* *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.* Quo in loco, Petri vnâtaque diuersa tracta hæc mihi allucebat. Nunc genuit eius in Christo, nuper in Euangelicam lucem editi, regenerati spiritualiter per Baptisma, sicut infantes recenter enati mamma apponunt, lac concupiscunt; hos ergo imitari debetis, Ecclesiæ Christianæ vbera appetere, prædicationis Euangelicæ lac concupiscere. Illi & absque dolo, & absque rationis vsu, solius naturæ ductu id faciunt, lac item rationis expers expetunt: vos verò aliter, quoniam alia vestra est generatio, aliud lac quæratis, oportet: *lac* nimirum *rationabile*, dolo carens: nam, *sine dolo*, non construendum est cum *infantibus*, sed cum *lacte*, Græcè, *ἄδολον γάλα*, *lac*, vt ita dicam, *non dolosum*. Et quamuis videatur Petrus (vt hunc locum, ex occursu connexum explicemus) minus propriè loqui, cùm lac dicat *non dolosum*, reuerâ, & sapienter, & eleganter scribit, vsus paronomasiâ venustâ, & lepida. Dixerat enim: *Deponentes malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones*; addit ilico: *sicut modò geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite.* Græcè, *ἀποθέμενοι πάντα δόλον, ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε*: paronomasia & traductio est, *δόλον ἄδολον*; illud substantiuè, hoc adiectiuè; illud affirmatiuè, hoc negatiuè.

Apostoli locus simplicem, & sincerum lac S. ...

364. Præterea non contentus Apostolus monuisse, *deponere dolum*; indicat rationem & remedium; nempe, humores debent esse conformes cibo & alimento: Cibus vester est *ἄδολος*, hoc est, infraudulentus, ergo vos fraude vacui esse debetis: sugite, sugite hoc lac, & carebitis omni dolo. Quatenus infantibus vobis opus est lacte, & eius appetentiâ; vt Christi paruulis necessaria est simplicitas, mansuetudo, sinceritas: quærite ergo lac *ἄδολον*, quod eiusmodi sincerum & incorruptum sanguinem in præcordiis vestris ingeneret. Vnde probiùs dicemus hoc loci, particulam, *sicut*, *ὡς*, non tam afferre modum, quam, medium, id est, rationem & caussam; ita vt Petrus ad deponendam malitiam, & asciscendam simplicitatem tanquam vnicum & efficax pharmacum, lac Euangelicæ doctrinæ præscripserit.

Qualis cibi, tales & humores.

Euangelium sanat, & virtutes generat.

365. Ergo, vt ad rem redeam, hos paruulos, hos simplices, & humiles, hos *agnos in brachio suo*, sub brachio suo, complexu suo Saluator congregaturus esse dicitur: non hircos petulantes, & impuros: non arietes cornupetas, & exsultantes, interdum insultantes: non iuuencos lasciuientes, non tauros furentes, sed *agnos*, puros & castos (nam Græcè *ἁγνός*, idem qui *castus*,) dociles, ductiles, humiles, mites, iniuriæ accipiendæ paratos, faciendæ impares, & imbecillos. Marc. 9. vers. 34. cùm Apostoli de primatu contenderent; *Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. Et accipiens paruulum statuit eum in medio eorum, quem cùm complexus esset, ait illis: Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit.* Itaque paruulos, hoc est, humiles, Saluator sinui applicat, & cordi. Quos cùm aliquando adductos ad Iesum, & in eius quasi complexum & sinum illatos arcerent aliqui ex discipulis, ipse Dominus hoc improbauit; Matth. 19. vers. 13. *Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem*

Euangelio inepti.

Euangelio apti.

Christus adfuturus paruulis hoc est, manibus.

autem increpabant eos. Iesus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere, ad me venire, talium est enim regnum cælorum. & cum imposuisset eis manus, abiit inde.

366. Cùm verò ait, *talium est regnum cælorum*, non intelligit paruulos duntaxat ætate, sed & morum simplicitate; ideóque dicit, non, horum est regnum cælorum, sed, *talium*, studio, ac moribus, quales sunt hi annis. Origen. tract. 7. *Talium est enim regnum cælorum tales efficiamur, vt etiam paruulo sensu saluemur per nos: non solùm non prohibentes pueros ad Iesum ire, sed etiam ipsi cum pueris effecti pueri in humilitate voluntatem Domini adimpleamus.*

Orig.

Deinde, ad finem Tract. *Hortatur, vt nemo quamuis sit sapiens, in Ecclesia glorietur aduersus paruulos Christi: quoniam non eorum talium puerorum est regnum cælorum, sed eorum, qui per humilitatem facti sunt, sicut pueri, cùm essent sensu perfecti.*

367. Itaque parum interesse videtur inter hoc, quod est *in brachio suo congregare agnos, & in sinu suo leuare*; & inter istud, quod est *aduocare paruulos*, admittere, *manus eis imponere*, complecti: quæ vtraque quoniam sunt amoris effecta, officia simul & indicia, & magnæ cuiusdam ac intimæ familiaritatis notæ; inde fit, vt quos ita receperit Christus & admiserit, cum eis non possit non communicare arcaniora consilia, & secretiora mysteria. De paruulis illud non pridem tractatum, Matth. 11. vers. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*; paruulis quippe amicis, familiaribus, intimis: nam iis, & non aliis animi secreta committimus; Ioan. 15. vers. 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis.* Hinc illud Græcorum adagium: τὰ τῶν φίλων πάντα κοινὰ, *Amicorum omnia communia*; & alterum: ὁ φίλος ἕτερος ἐγὼ, *Amicus alter ego*. ergo hæc inter se reciproca, & vicissim inferentia, amicum esse familiarem, & secretorum participem: ac proinde qui sinu recipitur, & complexu suauissimo dignatur, huic secretorum scrinium aperitur, & intimus cordis sinus expanditur. Vnde Ioannes Euangelista qui in sinu Domini recubuit, plura inde hausisse secreta & mysteria creditur. Iudic. 14. vers. 16. & 15. vers. 15. Vxores Sansonis, se non amari inde argumentantur, quòd eis occultet suæ fortitudinis causam. Sed de vndecimi versiculi explicatu hactenus.

Consentit cum Isaiâ Euangelium.

Humilibus se Deus aperit, & secreta reuelat.

Amicis soli secreta animi committimus.

Amicorum omnia communia.

Non est intimus quem secreta celamus.

Verùm non erit abs re si admonuerimus ex hâc ipsa tractatione quâ summi Pastoris & Prælati Christi virtutes aliquâ ex parte describuntur, cuiusuis superioris Ecclesiastici, & quadam tenus etiam secularis officia desumi posse.

Tractatio hac de Pastore Christo. docet aliorum pastorum officia.

368. Et porrò obseruandum Magistratum vocari *Pastorem*, quod vocabulum exteris quoque scriptoribus non est inusitatum: Homerus enim Iliad. 2. Agamemnona, qui rex erat, Pastorem appellat. quod cur ita fiat, intellectu est perfacile. Quanta, qualisque sit inter Pastorem, Regémque similitudo & conuenientia, suprà patuit numer. 180. Debet ergo Princeps, sed præcipuè Prælatus Ecclesiæ se pastorem cogitare, se pro pastore, non pro Domino gerere, vt admonuit S. Petrus, *neque vt dominantes in cleris*: debet non suis, sed suarum ouium, suorum subditorum commodis prospicere, & inuigilare.

Rex cur Pastor etiam nominetur.

1. Pet. 5. 3.

Id enim circo Christus Dominus cùm Petrum vniuersæ Ecclesiæ præficeret, non dixit, rege, aut guberna fideles, subditos meos, aut quippiam affine, sed dixit: *Pasce oues meas; pasce agnos meos*, idque semel, iterum & tertiò dixit: vt Superiores intelligerent, cùm ad prælaturam accedunt, se ad Pastoris munia, nempe ad laborem pascendi accedere: non ad regnum aliquod, non ad imperium, non ad otium & commodum sui. Probè Cardinalis Caietanus in opusc. de Romani Pontificis institutione c. 11. ita scripsit: *Si quæratur, quare Dominus commisit Pontificatum Petro non sub vocabulo prælationis, seu autoritatis, vel dignitatis, sed actus pascendi suas oues, in promtu ratio est, & ex parte rei, quia prælatio & autoritas est propter pascere oues Christi, & non econtrà. Et ex parte appetitus regulandi, quia non locus superior, non dignitas, non autoritas ambienda est, sed pastus ouium appetendus est in Pontificatu; iuxta quod Apostolus postea dixit: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Et ex parte Scripturæ adimplendæ: dixerat enim ante Passionem, Luc. 22. Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem exercent in eos, benefici vocantur: vos autem non sic; sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Hinc enim à ministeriali actu significauit Pontificatum, tacitum, tanquam annexum quid, & non æstimandum nisi propter vtilitatem ouium Christi, cuius oppositum contingit in regibus, & Dominis Gentium, qui ad hoc vt regnent, & domini sint, omnia ordinant.*

Christus cur nomine Pastoris præfecit Ecclesiæ.

Caietan.

Quæ postrema Caietani verba nollem à quopiam sic accipi, quasi ipse Regibus & Principibus concedat, licitè omnia eò dirigere vt regnent, & dominentur: non enim docet Caietanus quod fieri debet, sed quod fit; sicuti & Christus non probat morem Regum Gentilium, sed tradit ab eo fore diuersum regimen Ecclesiasticum. Et verò ex Homero constitit, Regem debere esse vti pastorem, qui non propter sui commodum, sed propter commodum ouium est institutus. 369.

Quo semel posito, quemuis Magistratum, & moderatorem, sed in primis Ecclesiasticum, debere esse pastorem, facillimè ex iis, quæ suprà descripta sunt planissimè & verissimè officia pastoralia, sumitur, qualis esse debeat & in se, & erga sibi subiectos, quod hoc loco iterare, ac resumere fuerit superfluum. Sed vno verbo & præcepto multa complecti possimus, si diceremus Præsidem debere seruire commodis eorum quibus præsit. Cicero ad Quinctum fratrem libro primo Epistolâ primâ.

Est autem tuus non modò, qui sociis & ciuibus, sed etiam qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit, commodis, vtilitatique seruire.

Vers. 12.

Verſ. 12. Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?

370. *Nicou.* Non abſque ratione quis addubitauerit, quorſum Vates digreſſus fuerit ad hoc argumentum tractandum, de creatione & gubernatione totius vniuerſi. Sanct. Hieronymus reſpondet: *Ne cui videretur impoſſibilis conuerſio Gentium prædicta, ſuam Dei potentiam è mundi creatione, & adminiſtratione oſtendit.* Sanct. Cyrillus eodem videtur tendere iis verbis: *Ex iis, quæ nullus mortalium aſſequi poteſt, & præſtare, imò neque fortaſſis ſuperna, cœleſtéſque poteſtates, conatur oſtendere præſtantem, & incomprehenſibilem vim diuinæ ſapientiæ.* Probant id Adamus, Pintus, & ferè Foterius.

Opinio 1. Potentia Dei ex molitione mundi. Cyril.

371. Verùm, vbi ſe ſe Cyrillus inferiùs magis aperit, non tam potentiam Dei ab Iſaiâ hoc loco produci, quàm incomprehenſibilem eius ſapientiam exiſtimat: eo conſilio, & fine, vt nemo mortalium audeat Dei conſilium in aſſumendâ humanâ naturâ ad redimendum hominem, vllâ ratione reprehendere, aut improbare, quaſi id fuerit tantâ maieſtate indignum. Quod quidem ſæpe Gentiles calumniati ſunt præ ſtultitiâ ſuâ, vt idem Cyrillus affirmat. *Quid enim,* aiebant illi, *oportuit Dei Verbum more noſtro naſci, & carnem induere, eiúſque ſordes, vt terræ incolas ſeruet; quandoque nihil ſit ei difficile annuere, & poſſit quod velit perficere? Deus, an non fruſtra factus eſt homo? Ita dum monſtroſis ſententiis hanc diſpenſationem impiè deformant, ac dedecorant, myſterij gloriæ, ac maieſtati repugnant. Amputat igitur Propheta iis verbis ſtultas, ac inanes cogitationes, & comprehendi non poſſe docet diuinam ſapientiam, quamuis ſit verè ſapientia ipſa, ac mens ſumma & ſinceriſſima: ita vt ridicula ſit deinceps oratio infidelium, qui auſi ſunt diſpenſationem vnigeniti in carne tanquam non rectè factam calumniari.* Hactenus S. Cyrillus.

Opin. 2. Sapientia Dei ex fabrica mūdi.

Gentiles incarnationem Dei ludunt.

372. Porrò tametſi vtraque cùm poteſtas, quam agnouit Sanctus Hieronymus, tum ſapientia, quam indicauit Sanct. Cyrillus, elucet admodum in iis Iſaiæ verſiculis: quòd ad ea præſtanda & efficienda, quæ Deo ſoli attribuit, tam vnum potentiæ infinitæ attributum, quàm alterum immenſæ ſapientiæ fuerit neceſſarium; quamuis hoc ita habeat: ratio tamen & conſecutio à Cyrillo adnotata magis arridet; quia infideles, vt ex eodem Cyrillo liquet, & ex hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, cùm illis proponebatur & prædicabatur Deus factus homo ad ſaluandum hominem, non de potentiâ ad id facinus addubitabant, quin potiùs id eſſe magnæ cuiuſdam infirmitatis & imbecillitatis, Deum carnem ſibi inducere mortalem cauſabantur; ac proinde in eo conſilio & facinore prudentiam, & ſapientiam requirebant: vnde ex iſto capite ad repudiandum Euangelium mouebantur. 1. Corinth. c. primò

Cyrillus potius placet.

Infideles incarnationem non ſapientiam calumniantur.

verſiculo vigeſimo tertio: *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum; Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.*

Ergo ad hanc Gentilium calumniam retundendam opportunior erat diuinæ ſapientiæ imperſcrutabilis comprobatio, quàm poteſtatis propoſitio, ac oſtentatio. Fauet huic conſecutioni verſus ſubſequens decimus tertius & decimus quartus, in quibus apertè de ſapientiâ & prudentia agitur, quem locum citat Paulus agens cum Romanis de myſterio arcano noſtræ ſalutis, vt illic iam videbimus. Sapientiam quoque recognoſcit Auguſt. ſermone 11. de verbis Apoſtoli. Arias vtramque exiſtimat ab Iſaiâ deduci, & potentiam, & ſapientiam. 373.

Illud eſt annotandum, ſolere Deum ex operibus naturæ conciliare ſibi autoritatem & fidem ad perſuadenda opera gratiæ; ſic apud Ieremiam cap. 5. verſ. 22. *Me ergo non timebitis, & a facie meâ non dolebitis? Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt; & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud: populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, receſſerunt & abierunt.* Et multò propiùs ad rem, apud eundem Prophetam capite 31. verſiculo 33. & 34. *Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael, poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum; omnes enim cognoſcent me à minimo vſque ad maximum, ait Dominus; quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Hæc dicit Dominus, qui dat ſolem in lumine diei, & ordinem lunæ & ſtellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.* 374.

Deus ex operibus naturæ ſibi ſtruit fidem ad opera gratiæ.

At poſſet quis contrà ponere, cum effecta gratiæ ſint multò nobiliora & altiora, quàm effecta naturæ, non probè ſumi argumentum ab illis ad iſta, vt qui poſſit iſta præſtare, poſſit etiam & illa. 375.

Obiectio. Ab operibus naturæ ad opera gratiæ qualis argumentatio.

Non eſt difficile huic rationi ſatisfacere: cùm enim mundi huius effectio ex nihilo, eiúſque conſeruatio, atque tam accurata & admirabilis gubernatio, tam perennis curſus & æquabilis, tam imperturbatus rerum omnium ordo infinitam quandam Numinis vim & ſapientiam, imò & immenſam benignitatem bonitatémque euidenter euincant, aptiſſimè Deus ipſe, & Vates ſancti, eius nomine ab iis, quæ oculis & aliis ſenſibus percipimus, & naturali lumine cognoſcimus, argumentantur ad oſtendendum, nihil fore diuinæ maieſtati impoſſibile, aut difficile: vpote cui inſit infinita potentia & ſapientia, ac proinde quamuis captum noſtrum ſuperent ea, quæ promittuntur, vel prædicuntur, & quamuis nos lateat modus & ratio, quibus effici valeant, debere nos ipſius Dei promiſſioni, ac prædictioni credere & acquieſcere: cuius infinitam poteſtatem, & incomprehenſibilem ſcientiam in iſtis naturæ operibus cogimur agnoſcere, & confiteri. Hilarius decimo de Trinitate tractans illud 1. ad Timotheum primo, verſiculo quarto,

ædificationem Dei, quæ est in fide: sic ait: *Ædificationem verò Dei dicit in fide esse, vt humanæ verecundiæ modum fideli omnipotentiæ Dei religione concludas: neque se infirmitas nostra ad perspicienda ea, quæ perspiciendi naturam non habent, extendat. Quod si contuentibus Solis claritatem vertus intentis luminis obstupescit, ut si quando causam radiantis luminis solertius acies curiosa contemplationis inquirat, usque ad emortuum videndi sensum oculorum natura reuocetur, accidátque, nitendo magis videre, ne videas: quid nobis in Dei rebus, & in Sole iustitiæ exspectandum est? Nónne incumbet volentibus supersapere, stultitia? Nónne ipsum acre illud intelligentiæ lumen stupor hebetis desipientiæ occupabit? Non enim natura inferior causam naturæ potioris intelliget; nec subiacet humanæ conceptioni ratio cælestis. nam intra conditionem infirmitatis erit, quidquid infirmæ conscientiæ subdetur. Excedit itaque humanam mentem Dei potestas, ad quam si se infirmitas protendat, magis infirma reddetur, cùm hoc ipsum, quod obtinet, amittit, potiore ad eam obtundendam rerum cælestium naturâ, quia omnem eius consectantis pertinaciã ipse complexus eius maior infirmat. Vt igitur Sol, ita videndus, vt possit videri, tantúsque excipiendus luminis est, quantus admittitur; ne si plus velimus spectare, minus quoque quàm possumus, consequamur: ita & ratio cælestis in tantum intelligenda est; in quantum se permittit intelligi: in tantum expetenda; in quantum apprehendendam se dedit: ne, si contenti indulgentiæ moderatione non simus, amittamus indulta.*

378. Quin imò addo illud è Sap. capite 9. versiculo 16. *Difficilè æstimamus quæ in terris sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore; quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis?*

Sap. 9. v. 16. *Naturalia opera non assequimur, quid ergo mirum si nos fugiant supernaturalia.*

379. Euidens & accommodatissima ratiocinatio ad captiuandum, & etiam suauiter subiiciendum intellectum humanum in obsequium fidei: etenim, si multa, quæ sensibus ipsis haurimus, nobis sunt obscura, & post diligentem inquisitionem, ac longam dissertationem, eorum causas certò ac liquido inuenire non possumus; sed in mediâ naturæ luce hallucinamur, & palpabundi, more cæcorum, progredimur; dubia pro certis, obscura pro perspicuis, falsa pro veris sæpenumero approbantes, & in quibusdam quæ oculis corporeis patent, nostram inscitiam, velimus, nolimus, confitentes: si hoc ita euenit, annónne fuerit stultitia & insania, quæ Dei immensa bonitas & sapientia, supra naturæ cardinem, & ordinem, ad humanam salutem molita est, & effecit, aut de suâ essentiâ ad eundem finem nobis reuelauit, velle homuncionem, humi, instar formicæ repentem, suo ingenio & Marte metiri, atque comprehendere, & cùm non comprehenderit, ex eo duntaxat capite, repudiare? lege Hilar. ad finem libri 12. de Trinit. & transcribe. Cui tanto malo Isaias cupiens obuiam ire, & illud arcere, Dei potentiam & sapientiam imperscrutabilem ex hac mundi aspectabili fabricâ ob oculos proponit: *Quis mensus est pugillo aquas*, &c. Hæc est vna ratio contexendi. Cui Irenæus libro quarto capite 36. aliquatenus accedit.

Osorius in suâ paraphrasi aliam sequitur; 380.
vt beneficium Incarnationis & Aduentus Domini amplificaret Vates, ideo Dei potentiam ab effectis naturæ ostendere: ac si dicat: Hic tantus, ac talis Dominus, homo factus in mundum est venturus. Minus ista consentiunt.

Opin. 4. Osorius.

Sanct. Ambrosius in Psalm. 1. cùm humanũ genus Deo carum esse in eo commentario ostẽdisset, statim è nostro propheta sibi obiecit infrà versiculũ 15. *Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt*: cumque respondisset id intelligi debere, comparatione Angelorum, addidit: *Quem & Dei misericordiam prædicare, qui ne istud quidem tam vile contempserit.* Quæ Ambrosij connexio, & expositio prior, de comparatione Angelorum longiùs videtur accersita: hæc posterior, de Dei misericordiâ, & dignatione cum sequentibus parum consentit.

Opin. 4. S. Ambros.

Leo Castrius, post vaticinia de Christo 381.
Dom. docere vatem, quis sit Deus, & quanta eius magnitudo, ne quis ad idola veneranda ducatur. Hunc nexum adiuuant quæ sequuntur à versu decimo octauo. Ex iis rationibus nectendi lector pro suo iudicio approbauerit quam viderit consonantiorem: nobis illa Sancti Cyrilli placebat in primis: sed in ipso expositionis processu quid probabilitatis habeant aliæ, constabit.

Opin. 5. Leo Castr. Opinio Auctoris.

Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit?] Apta dispositio & attributio 382.
verborum, vt aquis metiendis *pugillus*, cælis autem *palmus* assignetur. Alia enim debet esse mensura liquidorum, alia aridorum: alia eorum, quæ coguntur, & constipantur; alia eorum, quæ producuntur, & extenduntur. Priori dimensioni conuenit *pugillus*, posteriori autem *palmus*. Cúmque inter mensuras soleat esse maxima, & minima, & inter vtramque aliæ plures maiores, minorésve; quoties quidem diligentiùs, & accuratiùs metiri rem volumus, mensuram minorem adhibemus, quippe quæ nos certiores efficit ponderis, aut magnitudinis. Vnde intelligimus, cur Isaias pugillum aquis, palmum cælis pro mensurâ distribuat, nimirum, vt indicet, Deo certissimam & accuratissimam inesse corporis vtriusque notitiam: & tam immensam ac multiplicem congeriem aquarum, marium, fontium, fluuiorum, stagnorum, non vtcumque generatim aut confusè cognitam, sed particulatim, ac distinctè, & pugillo, hoc est, minimâ mensurâ dimensam. Est enim pugillus, paruus pugnus, pugnus verò manus contracta. Eadem est ratio de palmo, qui quatuor digitos latos iunctósque continet: quâ etiam dimensione propè minimâ cùm docet vates Deum metiri cælorum immensam magnitudinem, eidem perfectissimam istorum corporum cognitionem assignat; & versus interrogatione illâ: *Quis mensus est pugillo aquas, & quis palmo cælos ponderauit?* planè ostendit, eam notitiam Deo soli conuenire.

Diuersa dimensio mensura. Mensura qua minor, eo accuratior. Deo cognitio certissima. Pugillus & palmus quid. Deo soli conuenit hæc tam perfecta cognitio.

Similis interrogatio & in simili argumento fit principio Ecclesiastici capite primo versiculo 2. *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Altitudinem* 383.

dimenso cælo, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est. Quarum rerum cognoscendarum vt augeat difficultatem apud homines, seu potius vt ostendat impossibilitatem, subiungit illico Ecclesiasticus. *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigabit?* Itaque sapientiam hoc loco increatam cogimur agnoscere, cùm ea sola præcesserit omnia, vt omnium ratio, idea, & exemplar, simul & artifex. Liquet idem è præcedenti & subsequenti clausulâ: nam in priori dicitur fuisse, *ante æuum*, & in posteriori, *Prior omnium*, & *ab æuo*. Ergo cùm diuinæ & increatæ sapientiæ incomprehensibilitatem coniungat cum immensurabilitate illorum elementorum, ac corporum, fatendum est si non ex æquo esse hæc duo impossibilia, saltem fieri non posse, vt mens humana assequatur alterutrum. Quin & Paulus Romanor. 11. versiculo 33. cùm alludit ad hunc Isaiæ locum, exorditur ab incomprehensibili Dei sapientia illis notissimis & vsurpatissimis vocibus: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?*

Sapientia Dei inuestigabilis. — *Allusio Pauli.* — *Rom. 11. v. 33.* — *Vide & discribe Hilar. Psal. 129. v. 1.*

384\. Maneat igitur pro certissimo, hîc, interrogationem, non vt alibi sæpe, difficultatem dumtaxat afferre, sed omnino impossibilitatem, quoad humanum ingenium.

Interrogatio aliquando indicat impossibilitatem.

Neque ab eâ sententiâ nos demoueant Mathematici, qui fatentur, & etiam profitentur se demonstrare altitudinem, ac magnitudinem cœli, nedum terræ latitudinem: nam, vt alia omittam, ne longiùs in eam disceptationem excurram, ea quæ est inter ipsos Mathematicos adeò multiplex, ac valde discrepans de ambitu orbis terrarum opinio, satis indicat, non adeò liquidò constare posse accuratam eius dimensionem: quòd si iam terram, quam calcamus, quam ampla sit, certâ ac definitâ aliquâ mensurâ inuestigare non possumus, quî fieri potest, vt cælos palmo metiamur?

Mathematici non mensurant quod profitentur.

Sed accuratiùs hasce vatis mensuras examinemus. L X X. pro *pugillo*, χεῖρα, *manum* substituunt, videlicet, manum contractam, nam si sit porrecta, non erit apta aquis continendis. At cur Isaias pugillum potius, quàm aliud genus mensuræ commemorat, cùm sint aliæ & maiores, & minores? An quia pugillus est mensura nemini ignota? quis enim ignorat, quanti sit capax suus pugillus? vnde Hebraicè: *Quis mensus est pugillo suo?* An demum, quia est mensura in promptu, quæ nulli possit deesse? ne quis causetur, se non potuisse metiri aquas, eò quòd, quo metiretur, non haberet. Quæ omnia accommodari possint ad palmum. Nam manus constricta fit pugillus ad aquas mensurandas, quæ etiam coëunt, & constringuntur; & eadem manus extenta, fit suâ latitudine palmus ad dimetiendos cœlos, qui similiter extenduntur; Psalmo centesimo tertio versiculo 2. *Extendens cælos sicut pellem*: vt sit apta proportio inter mensuram, ac mensurabile: & mensura sit non aliunde quæsita, sed homini cuilibet data, & innata. Quòd si ad Deum transferatur, qui alienâ mensurâ non indiget, sed ipse est mensura, & regula omnium, quadrabit aptius.

Pugillus hic, quid sit. — *Mensura nota.* — *Prompta.*

385 *Cælos palmo ponderauit.* Hæc locutio durior Latinis videri possit: nam palmus non ad ponderandum, hoc est, non ad examinandam grauitatem, vel leuitatem corporum idoneus est, sed ad longitudinem & latitudinem cognoscendam. vnde L X X. vno tantùm verbo vsi, nempe, μετρεῖν, quod est, *metior*, & aquis & cœlis aptant, hoc modo: *Quis mensus est manu aquam, & cælos palmo?* Est enim *metior*, verbum commune, sicuti & nomen ab eo ductum, *mensura*.

386\. At in Hebræo duplex est verbum, prius commune מָדַד *madad*, ex quo & Latinos, & Hispanos suum accepisse est verosimile: posterius est כּוּן *chun*, quod est *preparare*, & *stabilire*. Psalmo octauo v. 4. *Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti.* Pro *fundasti*, Hebr. hoc idem verbum, *chun*, *firmasti*, *stabilisti*: nam quæ fundantur, eis conuenit firmitas. Aquila; *Quæ apparasti*; quæ apparatio, & fundatio sanè creationem & primam cælorum conditionem significat: quam non brachio, non toti manui, sed distinctè digitis Dei ascribens Psaltes, fortassis voluit etiam mensurã subindicare, & palmum de quo Isaias, cùm palmus nihil sit aliud quàm digiti quattuor trãsuersi: itaque docet Psalmus non solùm à Deo cælos esse conditos, sed cùm eos conderet, eorum ambitum, latitudinem, atque crassitiem, palmo suo fuisse dimensum, ne vel palmo vno maiores, aut minores euaderent, quàm ipse Deus ab æterno definierat, & totius mundi pulcherrima descriptio exigebat. Nam quod Sap. 11. versiculo 21. de pœnis, ac suppliciis impiorum, Deo dicitur: *Omnia in mensurâ, & numero, & pondere disposuisti*; non minus quadrat in effectionem & dispositionem partium huius vniuersi.

387\. Et quidem S. August. de Genes. ad litteram lib. 4. capite 3. non per accommodationem, sed simpliciter exponit de primâ rerum molitione: Iansenius autem vtrumque nectit, vt quemadmodum Deus in rebus efficiendis obseruat singularem proportionem, sic & in reis puniendis. Sanct. Bonauentura vtramque expositionem approbat. At illud peculiare est in Augustino, qui ita exponit: *Secundùm id quod mensura omni rei modum præfigit, & numerus omni rei speciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem, & stabilitatem trahit, ille primitus, & veraciter, & singulariter est qui terminat omnia, & format omnia, & ordinat omnia: nihilque aliud dictum intelligitur, quomodo per cor, & linguam humanam dici potuit, omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti, nisi omnia in te disposuisti:* Sanct. Bonauentura citatus in hunc locum prædictam interpretationem ex August. allegat, & comprobat. Quæ doctrina etsi est vera secundùm se, nimirum Deum esse rerum omnium effectorem, mensuram, exemplar, ac regulam; sed vereor, vt illo Sapientiæ capite id tradatur. Et quia Augustinus valde nititur illâ præpositione, *in*, *in mensurâ disposuisti*, quasi mensura prius substiterit, & causa fuerit mensurabilium; notandum in

Aug. tom. 3. — *Iansen.* — *Bonauent.* — *Aug.* — *Deus in se disposuit mundum, antequam conderet.* — *Non probatur expositio Aug. in locum Sap.*

exemplari Græco, deesse eam particulam; & esse · πάντα μέτρῳ, &c. διέταξας: *Omnia mensura, & numero, & pondere disposuisti*; quæ mensuris creatis, & concreatis optimè congruunt.

388. Sed nihilominus, cùm Vates noster dicat: *Quis mensus est pugillo suo aquas?* & de Deo solo id intelligat, nullum fuerit absurdum, si de increata eius mensurâ exponamus, & id quod Augustinus loco Sap. tacto accommodat, nos huc transferamus. Nam quamuis in nobis distincta sint hæc duo, facere, & metiri, & plerumque quæ alius fecit, metiatur alius: tamen in Deo nō distinguūtur, nam eo ipso quòd rem dimetitur, efficit, & eo ipso quòd efficit, dimetitur: Deus enim non aliter, quam intra se definiendo, determinando, ac describendo res quaslibet operatur; Sap. 9. vers. 1. *Deus patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientiâ tuâ constituisti hominem.* Pro *verbo* Græcè, λόγος, *ratio*, quæ ratio in Deo practica, nihil aliud est, quàm rerum efficiendarum modus, mensura, descriptio.

Facere, & metiri in Deo idem.

Deus definiendo operatur.

389. Quocirca ausim asserere, hoc loco ab Isaiâ Deum induci non solum vt rerum omnium cognitorem accuratissimum; sed etiam, vt earumdem molitorem & autorem sapientissimum: nam hæc aquarum dimensio, eaque diuino pugillo non meram corporum iam exsistentium cognitionem significat, sed illorum descriptionem, molitionem & effectionem, instar eorum, quæ fundantur, hoc est, à fundamentis exstruuntur; & ideo vsus est Isaias verbo, כון *chun*, quod est denuo *apparare*, *stabilire*, *fundare*, vt suprà numero 386. *Quis cælos palmo fundauit?* hoc est, descripsit, extendit, construxit? Creationem quoque rerum induci docuit apertè Hieronymus.

Hic non sola cognitio sed molitio rerum traditur.

390. Latinus verò interpres verbum adhibuit, *ponderauit*: non eo significatu proprio, quem habet apud Latinos, qui est, grauitatē expēdere, & explorare, hæc enim non palmo expenditur, sed trutinâ, & staterâ, contraposito pondere, vt statim dicitur de collibus, & montibus, qui suopte ingenio sunt graues, & ponderosi: ergo Vulgatus speciale vocabulum pro generali posuit, hoc est, pondero, pro metior, vel pro examino, & exploro: aut palmum materialiter accepit pro digitis manúque, quibus solemus corpus impositum, aut sublatum ponderare, & experiri, sit ne leue, aut graue: & quo quis maius pondus digitis, & manu sustollit, ac sustinet, eo fortior, ac robustior esse cognoscitur. Hæc posterior expositio placuit Sanctio: sed si admittenda, conuenientior erit sequenti dictioni: *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* grauitas enim terræ propria est, non cæli, & si Deus fingendus sit, more poetico, vti Atlas cælum sustinere, non palmâ, sed humero fingendus est sustinere. Et Sanctus Hieronymus non minus in palmo, quàm in pugillo mensuram cognoscit. *Quod autem ait, pugillum vocat, & palmum, humanæ consuetudinis verbis vtitur atque mensuris.*

Pondero, hîc, ex vi vsum Latinum pro metior.

Hisp. San ponsar.

Eadem est aliorum interpretum mens. sed Sanctius etiam in pugillo aliud à mensura diuersum videt, nimirum, vt Deus dicatur habere aquas in pugillo, hoc est, in suâ potestate, adagiali locutione, qualis est Hispaniensis, *Tienelo en el puño*: at si istud Propheta elegantissimus a... cret, quorsum verbo, metiendi vteretur quorum pugillum, & non manum vsurparet? quorsum deinde palmum adiungeret? itaque omnia mensuram præ se ferunt. Quod attinet ad prouerbialem loquendi modum, etsi non est necesse eumdem esse apud diuersas gentes; tamen neque Hispani dicimus *Tienelo todo en el puño*, sin: *Tienelo en su mano*, quæ phrasis est etiam Latina, & S. Scripturæ frequens: *In manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt*, Psal. 94. vers. 4. & Genes. 14. vers. 2. *Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manu tuâ sunt*. & alibi sæpissime: est verò in pugillo, vel in pugno, non memini legisse: vulgo nos Hispani sic loquimur: *Pusole en vn puño*: id est, eius spiritus & animos contraxit, vehementi formidine affectus.

In manu esse.

391. Denique si præter ordinariam interpretationem, aliquid fas sit exquirere, illud occurrebat: vt Dei magnitudo hac interrogatione commendetur in hunc modum: Quis est adeò magnus, vt eius pugillus possit omnium aquarum congeriem capere, & exæquare? nam mensura æqualis est rei mensuratæ: itaque cùm quærit Vates: *quis pugillo mensus est aquas*, debebit intelligi, non pugillo repetito, sed vno, ac simplici: vt sit idem, atque: Quis suo pugillo poterit continere & capere omnes aquas? similiter, Quis palmo suo cælorum amplitudinem adæquare? vt tis humanæ consuetudinis verbis, vt ait Hieronymus, Dei magnitudo, virtus, potentia & sapientia nobis innotescat. Cui explanationi consentit quod statim consequitur. Hoc concedit Chaldaicus sic reddens: *Ante cuius conspectum habentur omnes aquæ sæculi, quasi gutta in pugillo, & mensura cælorum, ac si ... ens præparati palmo.*

Dei magnitudo.

Quis appendit tribus digitis molem terræ? & librauit in pondere montes, & colles in staterâ?] Postquam de aquarum mole, & de cælorum amplitudine, qui ex aquis compacti fuisse existimantur à multis, propheta meminit, ad terram descendit, alterum vniuersi corpus præcipuum, quod initio ex nihilo factum esse constat: aërem prætermittit, aut quia cælorum nomine solet comprehendi, aut quia non est aspectabilis.

Textus.

392. Quin eodem pertineat hoc membrum, quò superiora, non est dubium, nempe ad intimandam hominī potentiam & sapientiam diuinam: cùm Deus ad tam immanem terræ molem & grauitatem sustinendam non brachio, non totâ manu indigeat, sed tribus duntaxat digitis: & præterea eius grauitatem & pondus ita habeat explorata, & cognita, quemadmodum ea, quæ bilance & staterâ accuratissimè, & exactissimè appenduntur. Quorum prius Dei potestatem, posterius eius sapientiam mirificè commendat, atque declarat. Ideirco vates non vsus est aliquo verbo communiore, quale est, fero, porto, sustineo, sed speciali, שקל *sacal*, quod est appendo, quod vtrumque adnotat, & rem sublatam, ac eleuatam sustineri, & eius pondus examinari, atque cognosci.

Dei potentia & sapientia. Deo vniuersa appensa sunt, & explorata.

Et quidem istud maximè conuenire terræ, est sanè quàm exploratissimum. Est enim

Terra est suspensa.

hoc

hoc taotum, ac tam graue corpus, quasi suspensum, cùm infra se nullum aliud habeat; ac proinde nihil, quo quasi fundamento possit uniti; imò ipsum, sit veluti fundamentum aliorum elementorum; & quorumlibet aliorum corporum. Terra enim sustinet maria, pisces, flumina, metalla suis visceribus inclusa, arbores, superiniectas moles & ædificia, homines & reliqua genera animalium; & cùm tot, ac tanta pondera sustenet, & ipsa sit suapte naturâ admodum ponderosa, nullóque adminiculo suffulta; perseuerat immobilis, nunquam suum locum, & quasi stationem deserens. Quâ de re Psaltes Psal. 103. vers. 5. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam:*
393. *non inclinabitur in sæculum sæculi. Super stabilitatem suam*, non super alienam, veluti quæ fundantur, & exstruuntur super ipsam terram; itaque ipsa aliis superimpositis impertit stabilitatem, non accipit aliunde suam, nisi à suamet naturâ, & a Deo totius naturæ autore; vnde, quamuis terra stet immobilis, quia Deus ita voluit, præcepítque, vt loquuntur sanctæ Scripturæ, & sancti Patres, tamen Deus id voluit, & fecit, quia id natura huius elementi, & ordo vniuersi postulabat. Hilar. Psalm. 118. v. 90. *Quæ cùm fluida sit aquarum natura subiecta, & inconstantis innatet substrata elemento, ita tamen sapientia, & virtute, & spiritu Dei fundata fuerit, vt permaneat.* Ergo *non inclinabitur in sæculum sæculi*, quam Deus, etsi solis *tribus digitis*, sustinet, & sustinendo firmat. Neque solummodo sustinet, sed suspendit, *tiene la en el ayre*. Iob. 26. vers. 7. *Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.* Hic artifex infinitæ sapientiæ & potentiæ terram fecit ex nihilo, & quantumuis ponderosissimam fundauit super nihilum; neque verendum, vt corruat, aut inclinetur, cùm Deus suo vel minimo digito suspensam tenent.

394. *Tribus digitis.*] Hebr. שָׁלִשׁ *salis*, quod ternarium propriè est, & sic aliqui reddunt: LXX. *pugillum*, S. Hieronymus ait, se maioris claritatis causâ, conuertisse; *Tribus digitis*; & hoc magis congruit, nam rei suspendendæ & appendendæ potius digiti porrecti & manus extenta, quam contracta, pugillúsve vsui est.

395. *Et librauit in pondere montes, & colles in statera?*] Tametsi colles & montes partes sunt terræ, quia tamen assurgunt, & attolluntur super alias partes, & plurimos atque commodissimos habent vsus in vniuerso hoc mundo, peculiaris eorum ratio haberi solet in S. litteris, quoties de creatione, & ordine, ac statu rerum agitur. Adi caput 8. Prouerbiorum, vbi cùm terra nominetur generatim vers. 23. *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret.* & v. 26. *Adhuc terram non fecerat*, inter vtramque hanc terræ mentionem collocat montes & colles: *Nec dum montes graui mole constiterant: ante omnes colles ego parturiebar.*

396. Ex quo loco illud præterea sumimus, montibus esse maximè propriam grauitatem, quippe quorum materia sit densior, atque compactior, vnde prouerbia si locutione pro re grauissimâ & ponderosissimâ montem vsurpamus: *lleuo vn monte a cuestas*, & Latini; Ætnâ

Et fundamentum mundi.

Terra sustinet alia.

Montibus maxima grauitas.

ponderosius. Horum omnium montium pondus, ac grauitatem Deus multo certius, & perfectius nouit, quam is, qui rem aliquam trutina ponderauit. Deinde tam ingens collium ac montium magnitudo, & multitudo, tanta moles, & immanis grauitas adeò coram Deo parua est, & exigui ponderis, vt Deus eam staterâ, ac bilance, qua res minutæ solent examinari, appenderit, & ponderauerit. Psalm. 94. vers. 3. *Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos. Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.* Quod si terrarum, ac marium ambitus comparatione cœlorum habetur à Mathematicis, vt punctus, quid mirum si montes & colles, & terra omnis coram Deo tam breuis, leuísque compareat. Neque in tribus hisce digitis, siue in hoc Hebraico ternario aliud latére mysterium existimo, tametsi multi autores, sed in primis prædicatores de eo varie philosophentur.

Coram Deo maxima quoque sunt parua.

Spectat quàm maximè ad illustrandum hunc locum ille alius Sap. 11. vers. 23. *Virtuti brachij tui quis resistet? quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum. Momentum*, Græcè *ῥοπή*, quod nomen etsi, si Budæo fidimus, est propensio, & inclinatio lancis, seu deuergentia, tamen sumi solet, sicut & latinè momentum pro re, quæ lancem inclinat, quam quia res quæuis imposita quantumuis leuissima inclinat, inde pro re minimi ponderis supponitur aliquando. & sanè hoc loco nihil aliud significare potest. Et quia ex pondere vis, magnitudo, pretium plerumque æstimatur, vt ostendat, Dei potentiam & magnitudinem, si ei mundus vniuersus componatur, docet fore vt rem minimam, vti *stateræ momentum*, quo vix lanx ab æquilibrio demouetur. 397.

Momentum quid.

Vers. 13. Quis adiuuit Spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?

Vers. 14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

Cùm sibi Isaias proposuisset Dei sapientiam commendare ex molitione, & effectione partium principalium mundi, ne quis præ impietate, aut inscitiâ putaret, non Deum per se solum, non suâ ipsius solius vi, & sapientiâ fuisse molitum, ac perfecisse, sed alieno consilio & auxilio suffultum, ob eam causam, eam stultam & impiam cogitationem interrogando submouet: *quis adiuuit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* idest, Quis Deum ad molitionem mundi ope, & opere, aut saltem consilio iuuit? 398.

Deus nullius industriâ eget.

Pro *adiuuit*, hebr. est תִּכֵּן *thicen*, quod verbum suprà reddidit Vulgatus, *ponderauit*, & nos diximus, esse, *præparare, firmare, fundare*; vnde reddi posset: *quis præparauit spiritui Domini? aut quis fundauit spiritum Domini?* scilicet, quis ei materiam præparauit, subegit, ex quâ mundum faceret: quis Deo fundamenta iecit? 399.

Neque contentus Isaias exclusisse operam, excludit & consilium, vt sartam tectam seruet 400.

non modò Dei potentiam, sed etiam sapientiam: *Quis enim*, inquit, *consiliarius eius fuit?* Principes enim & reges mortales quamlibet potentes, indigent ad sua opera exequenda operis & administris, & quamlibet prudentes & sapientes, ad ea definienda, describenda, & deliberanda indigent consiliariis: Deus verò neutria eget, ipse sibi satis est; neque est homo, aut Angelus, qui ei dare possit consiliũ: neque cuius sit ei necessarium auxilium. Hilar. 11. Trinit. ad finem: *Sensum eius nemo cognouit, & consilio non eguit externo.* L XX. vt longiùs multo hoc adiutorium creaturarum à Deo arcerent, ita verterunt: *Quis cognouit mentem Domini?* si enim nemo fuit, qui posset assequi Domini mentem; ergo & nemo, qui posset illi esse vsui, siue auxilio, siue consilio: nam ad vtrumuis afferendum cuiuis, necesse est, vt priùs eius animi propositum cognoscamus.

Principes indigent alieno ope, & opera.

401. Sanctus Paulus Rom. 11. vers. 34. translationem L X X. de more secutus sic inducit; *Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quibus verbis, in Paulo, proximè antecedunt illa. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!*

402. Et quamquam Apostolus in eo capite tractet Iudæorum repudium, & Gentilium dilectum, & licèt vt ostendat, Dei consilia non esse temere examinanda, aut perscrutanda, sed piè & humiliter suspicienda, sic exclamauerit, & ad id, Isaiæ testimonium recitauerit; nihilominus ex ista recitatione liquet vatis nostri sensus, atque propositum; nempe, Dei propositum atque decretum à nemine posse cognosci, nisi Deus ipse aperiat; à nemine posse consilium afferri diuino decreto & proposito exequendo opportunum; quod amplius corroborat, & explicat Apostolus; *quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quam rationem crediderim ipse non solùm redditam eius, quod proximè dixerat: sc. *quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* quod è Iob 41. vers. 2. videri possit esse deductum, sed etiam alterius: *Quis cognouit sensum Domini, & quis consiliarius eius fuit?* nam æquè bene quadrat in vtrumque.

403. Si enim *ex ipso*, vt molitore, & conditore omnia sunt profecta, & *per ipsum*, vt moderatorem omnia reguntur, & administrantur, & *in ipso*, omnia nituntur, conseruantur, & permanent: probè inde consequitur, vt nemo eius spiritum adiuuerit, nemo eius sensum cognouerit, nemo eius consiliarius esse potuerit.

Consiliarius, quis: duplex.

Consiliarius; & is dicitur, qui particeps fit consiliorum, & qui consilium dat. Vtroque officio fungi solent quidam apud Principes; sed diuidi possunt: potest enim quis, quin consulatur, alteri consilium sponte afferre; & potest etiam alterius propositum & consilium cognoscere, quin in eam consultationem fuerit adhibitus; quorum vtrumque hoc loco homini respectu Dei, denegatur: è translatione LXX. & allegatione Pauli; *Quis cognouit νοῦν, mentem*, seu *sensum Domini?* idest, quis per se, assecutus est, quid Deus cogitet, quid meditetur, quid iudicet: quis possit Dei mentem introspicere. Sap. 9. vers. 13. *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?*

404. At quia etsi nemo queat ipse per se assequi diuina proposita, atque senta; ac proinde nemo possit ad ea exequenda vias & rationes ostendere, quod est propriè consilium dare; si à Deo tamen, quid velit, quò intendat, acceperit, nónne queat inuenire quemadmodum id ad exitum perducatur, ac proinde consilium Deo afferre? iuxta illud Sap. 11. vers. 18. *Sensum tuum quis sciet? nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis: & sic correctæ sint semitæ eorum, qui sunt in terris, & quæ tibi placent, didicerunt homines.* Ergo cùm homo, aut saltem Angelus quid velit Deus, quò intendat, ex ipso didicerit, nónne possit viam ad id exequendum indicare?

Ne id quidem posse contingere Isaias docet; vbi quærit: *Aut quis consiliarius eius fuit?* L X X. σύμβουλος, qui ab alio fit particeps consilij, quo loco respicitur consuetudo Principum, qui apud se soliti sunt habere viros rerum gnaros, expertos, prudentésque, quos in rebus dubiis, & grauioribus consulant: quorúmque consilio eas moderentur. quod idcirco fit & prudenter, quia nemo Principum sibi sufficit ad deliberandum, & statuendum, quid factu sit opus quoque loco, tempore & modo fieri debeat.

Consiliarij Principum quo vsu.

405. At Deo, inquit Vates, quis vnquam consiliarius eiusmodi adfuit? Quis gloriari potest se à Deo in consultationem adhibitum? vt possit affirmare se Deo dedisse consilium? si ne pectus quidem Deus suum illi dubius aperuit, aut consultabundus, qui dici queat Dei consiliarius? hanc vim obtinet nomen Græcum σύμβουλος, apud L X X. & Paulum. Hilar. lib. 11. ad fin. de Trinit. citans locum Pauli, de quo suprà: *Non circumscribitur Deus mente terrenâ, neque hoc sapientiæ suæ profundum sensu intelligentiæ penetrantis attingitur nec iudicia constitutionum suarum perscrutantium ingenio apprehenduntur, nec viæ cognitionis eius ininuestigabiles se consectantium studijs derelinquunt. Sensum eius nemo cognouit.*

Consiliarius Deo nemo.

406. Sed hoc ipsum est in Hebræo; quod ita habet ad verbum: *Quem consilium suum intelligere fecit?* idest, quocum Deus suum consilium communicauit? quod intelligitur, eo fine, vt disceret ab eo, quocum communicabat: nam alioqui, vt Deus hominem doceat, solet ei sua impertire, & aperire consilia, atque decreta. quod vulgatus bene expressit: *Quis consiliarius eius fuit, & ostendit ei?* Et quia Hebraicum nomen respondens Latino relatiuo, *qui, quæ, quod*, caret flexionibus & casibus, reddi potest: *quis vir fecit eum intelligere*, hoc est, docuit consilium suum? & tunc *eum*, debebimus exponere, Deum. Vnde traditur, neminem vtrâuis acceptione, actiuâ, vel passiuâ, esse posse Dei consiliarium. Quod vtrumque munus magis disertè sequenti versu repellitur: *Cum quo iniit consilium & instruxit eum? & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?*

407. Ex quâ editione ab Ecclesiâ approbatâ, & ex translatione Græca à Paulo allegatâ, & expositâ apertè colligitur non posse consistere quod Hieronymus videtur approbare secundùm interpretationem Symmachi; sic enim ille habet in commentario: *Pro quibus Symmachus interpretatus est: Quis parauit spiritum Domini? & virum consilij eius quis ostendit ei? cum quo iniit consilium, &c. Per quod ostendit manifestiùs paratum spiritum, siue firmatum illum esse, de quo in Apostolo legitur: Dominus autem spiritus est.* & post pauca: *Ipse est enim spiritus Domini, & vir consilij eius, in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: cum illo iniit consilium, de quo suprà diximus: Admirabilis, Consiliarius. Ita S. Hieronym.* Sed id non agere hoc loco Isaiam, vt Christum nobis exhibeat Patris sui Consiliarium, certius existimo, quàm vt ostendi sit opus. Est enim Prophetæ institutum, Dei potentiam, & sapientiam præcipuè ex opificio mundi demonstrare, quod suprà constitit à numero 371. quæ Dei sapientia sola, sine alienâ ope, operâ, aut industriâ tantum opus fuerit architectata, & ad perfectionem perduxerit. Submouet ergo creaturæ cuiuslibet auxilium, consilium, & cooperationem; non Christi adminiculum admouet: quæ mentio ad id, quod agitur, minimè esset opportuna.

Hieron. — *Propheta institutum.*

408. Et verò si de Christo loquamur, quà homo est, eadem est ratio, atque de alijs hominibus: cùm enim ipse sit etiam creatura, creatorem adiuuare non potuit. sin de eo sit sermo, quatenus est Deus, non rectè appellaretur, *Vir consilij Dei*, vt vertit Symmachus, & exposuit Hieronymus de Christo. Nam Christus

409. Dom. vt Deus, dici potest Patris consiliarius, non qui det Patri consilium, aut quem Pater consulat de rebus efficiendis, sed quocum Pater omnia sua consilia communicet, vnà simul cum essentiâ. quo sensu non Pater à Filio, sed Filius, à Patre consilium accipit, idest, scientiam practicam omnium efficiendorum, & prudentiam, à quo gignitur; quæ acceptio est æterna, naturalis ac necessaria: sed cum in tempore, quæ fuerant deliberata, ac decreta, producuntur, tum Filius æquè ac Pater eorum est autor & artifex, non consiliarius, aut administer: *omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Idémque Christus, vt homo dici potest Consiliarius, non quem Deus consulat, sed cui Deus sua consilia, & decreta non necessariò, sed liberè omnino, ac liberaliter impertiat. At hoc ad Isaiæ propositum nihil sanè conducit: pergit enim ille non extollere, sed deprimere genus humanum, vt Dei sapientiam & potentiam, luculentiùs commonstret: vt patet e sequentibus: vers. 15. *Ecce gentes, quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt.* & vers. 17. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt.*

Christus vt est Dei Consiliarius. — *Ioan. 1. v. 3.*

410. Ex quibus fit, multò minùs probabilem videri Ariæ Montani expositionem; nempe, virum quem Deus instruxerit, & suorum consiliorum fecerit participem, & quem docuerit semitam iustitiæ, siue iuris, vt ille vertit, fuisse Moysen: nam si hæc, ne in Christum quidem vt hominem cadere possunt, vt vidimus, quantò minùs Moysi poterunt aptari, ita vt seruiant Isaiæ proposito? Nam quod Arias ponit, eò quod Moyses mundi creationem diuinitus edoctus, monumentis mandarit, ob eam causam hoc loco ab Isaia interseri, non graui ad aliquo fundamento nititur: & ad id quod erat vati in manibus, minimè necessarium, aut expediens; cùm non de sapientiâ, & scientiâ, quam Deus ipse infundit, sermo sit, sed de eâ, quam homo sibi posset arrogare, vtpote connaturalem, aut naturalibus viribus acquisitam.

Arias Montanus.

411. De hàc enim certum est loqui prophetam, cùm interrogat: *Quis mensus est pugillo aquas, & palmo cælos ponderauit?* Nam posse hominem à Deo edoceri, quot sint aquarum omnium pugilli, & quot palmi cælorum, quis infitiabitur? Deinde Arias, vt eam expositionem & sententiam exprimat, aliam à Vulgatâ diuersam cudit translationem, & pro arbitratu dispungit, hoc modo: *Quis aptauit spiritum? Dominus. Et virum consilij eius nosse fecit illum.* Quod an fas sit expositori, prudens lector iudicauerit. nàm ipse Arias cum interrogatione, & responsione legit, quod valde distat à Latinâ Vulgata, & à Pauli allegatione: deinde *spiritum* intelligit creatum, quod eidem Paulo repugnat, & explicat Arias *efficacem naturam in omnes mundi partes distributam*, quod parùm Philosophicè, & multùm obscurè dicitur: si enim intelligat, vnam numero naturam esse toto orbe diffusam, qualem quidam Philosophi veteres ponebant, id est figmentum, vel quod refutetur, indignum: sin velit, vnam esse naturam genere, ab singularibus abstractam, vt Dialectici loquuntur, eam valde impropriè appellat *spiritum*, cùm id vocabulum non singulis rerum naturis, imò paucis possit conuenire: terra enim, & aqua, & cæleste corpus, montes, & colles, de quibus nominatim agit Isaias, spiritus ineptè nominarentur; vnde licèt demus ita verti posse, & dispungi: *Quis aptauit spiritum? Dominus.* id si corporaliter accipiatur, soli aëri, si spiritualiter, homini & Angelo conueniret.

Vers. 14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit ei?

412. HÆc ferme explanata sunt in superioribus; & ipsa sunt explanatio præcedentium, & quasi amplificatio. Vbi pronomen, *eum, instruxit eum, docuit eum, erudiuit eum*; ad Deum pertinet, non ad hominem. hoc sensu; cum quo Deus consilium iniit, qui Deum instruxerit, docuerit, &c. Quod nisi ita fiat, sententia commoda stare non poterit. Nam non est dubium, hanc interrogationem esse instar negationis, ac si diceret: Cum nullo Deus consilium iniit, idest, neminem Deus consuluit. iam si pronomen, *eum* referas ad alium, quàm ad Deum, sic debes interrogationem in negationem vertere: *& neminem Deus instruxit, neminem docuit semitam iustitiæ, & neminem erudiuit scientiam, & viam prudentiæ nulli ostendit.* Quæ quoniam falsa sunt, & absurda, cùm Deus quamplurimos ista docuerit; inde concluditur, pertinere non posse pronomen, *eum*, nisi ad solum Deum: qui solus à nemine potest instrui, doceri, aut erudiri.

Constructio, & inde sententia.

413. Quod attinet ad tria illa, quæ Deum ab alio didicisse negat, scil. *semitam iustitiæ, scientiam, & viam prudentiæ*; etsi liceret dicere, multiplicata & variata fuisse ad ornatum, & decus orationis, non aliter, atque verba, *docuit, erudiuit, ostendit*, quæ Hebr. non sunt tria, sed duo tantùm, & Græce vnum & idem verbum, & nomina duo duntaxat: nimirum: τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; ἢ ὁδὸν συνέσεως τίς ἔδειξεν αὐτῷ; *Quis ostendit ei iudicium? aut viam intelligentiæ quis ostendit illi?* Hoc, inquam, etsi liceret dicere, sed cum tam nomina Latina, quàm Hebraica inter se significatu differant, placet ea distinguere. Itaque in *semitâ iustitiæ*, siue *iudicij*, vt LXX. habent, ipse intellexerim, deliberationis, atque consultationis scopum debere esse iustum: eum, qui consulat, nihil sibi debere ante oculos ponere, quod sit ab æquitate, & recto iudicio alienum, & debere cupere, iustitiæ semitam edoceri, & eòdem oportere, vt consiliarij in consilio dando collimeut: alioquin, si praua sit in alterutris intentio, absurda quoque & præpostera

Hæc membra capitis distribuit. Consultatio qualis.

414. fuerit deliberatio. At quoniam istud quidem in primis requiritur, sed non est satis; adiicitur *scientia, & prudentia*, quarum altera pertinet ad ipsam rerum cognitionem, altera ad actionem dirigitur. vtraque summopere necessaria ad opportuna consilia capienda, vt neque falsa pro veris, aut dubia pro certis, neque turpia pro honestis, aut periculosa pro tutis approbentur. Ergo Vates partes & officia bonæ consultationis obiter, sed accuratè describit.

Scientia & prudentia opus ad consilium.

Vers. 15. Ecce gentes, quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: ecce insulæ quasi puluis exiguus.

415. QVamobrem Deus ab homine neque auxilium, neque consilium potuerit accipere, ratio idonea redditur. quæ rationis redditio clarior apparet e translatione Græca, in qua pro particula, *Ecce*, substituta est, *Si*: *si omnes gentes quasi stilla situlæ*. quod rectissimè superioribus annectitur. Quis instruxit, quis docuit Deum, si omnes gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt? videlicet, Deo compositæ, vt inferiùs vers. 17.

416. Ex quo liquet, nomen, *Gentes*, non esse contrahendum, vt alibi sæpe, ad solos gentiles, veri Dei ignaros, vt contrahit Tertul. lib. de præscriptionibus cap. 8. & de Resurrect. cap. 59. & Scorpiaco cap. 10. & contra Marcio. lib. 4. c. 25. & tangit hic Hieronymus, licèt etiam genus humanum intelligat. Neque etiam est necesse cum Angelis homines componere, vt *quasi stilla situlæ, & stateræ momentum* appareant, quod facit S. Ambrosius in Psal. 1. cuius loci suprà memini num. 38. & S. Hieronymus: nam Vates homines cum Deo comparat apertissimè infrà v. 17. *Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo.* Cuius Dei solius comparatione verè eis hæc omnia conueniunt, non item comparatione Angelorum; nam Angeli licèt sint nobiliores, sed nihilominus verè scriptum Psal. 8. vers. 6. de homine: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis*; vnde homo Angelo collatus non est vt *stilla situlæ, & momentum stateræ*.

Homo Angelo compositus quantus.

Illud hoc loco possit habere quæstionem, cur potius Spiritus sanctus his rebus comparet hominem, quam aliis æque minoris; S. Hieronymus, ob neglectum, a quouis enim aquæ gutta negligitur. S. Ambros. cit. in Psal. 1. idem ferè docet, ob vilitatem. Osorius; quia eiusmodi *stilla situlæ* defluit, & euanescit. Arias; quia hæc gutta neque auget aquam situlæ, cùm externe hæreat vasi, neque aquam putei, si decidat, quia est parua: sic hominem nullius posse esse vtilitatis ad consilium Dei adiuuandum. Idem itidem de *momento stateræ* dici potest, quoad pondus, quia neque addito, augetur pondus, neque detracto minuitur. Athanasius lib. de vnica substantiâ Trinitatis ad finem: *Quis potest ante vnitam Deitatem Trinitatis in cælo, aut in inferno se occultare, vel fugere? cui omnis orbis terrarum velut stillicidium deputatum est, aut sicut spuma gracilis? aut ros quod antelucanum descendit*; & post citat. *Isaiæ locum: qui mensus est manu aquam, & cælos palmo ponderauit.* Hæc apud autores lego. 417.

Cur homo his minimis confertur & non aliis.

Hieron. Ambros. Osor. Arias.

Athanas.

Sed notandum Sap. 11. vers. 23. easdem ferè duas similitudines fuisse adhibitas, iis verbis: *Multum enim valere tibi soli supererat semper, & virtuti brachij tui quis resistet? quoniam tanquā momētum stateræ, sic est ante te orbis terrarū, & tāquā gutta roris antelucani, quæ descendit in terram.* Quo loco si non alluditur ad Isaiam, exprimitur saltem eadem sententia, & sola est differentia, quòd illic *gutta roris*, hic *gutta situlæ*, nam vtrobique est *momentum stateræ*. Ex qua locorum commissione illud apparet, res in primis paruas admodum accipi in similitudinem: deinde alteram e corporibus liquidis, vt est *stilla situlæ*, & *gutta roris*: alterā e corporibus solidis & aridis, vt est *momentum stateræ*, siue pulusculus ei adhærens, vt quidā volunt; quarum vtraque res pertinet ad mensuræ rationem: altera ad pondus, altera ad capacitatem cuius duplicis mensurabilitatis paulo antè Isaias meminit: posterioris, *Quis mensus est pugillo aquas?* prioris, *Quis appendit tribus digitis orbē terræ, & librauit in pondere montes, & colles in staterā?* Athan. in oratione de æternâ substantiâ filij, & Spiritus S. sic: *Ne requiras magnitudinem loci tam spatiosam, quæ capere possit Dei magnitudinem, non enim id quod immensurabile est, vt mensurato contineri potest: quoniam palmo suo metitur terram, vt Propheta per comparationem insinuat: mensus est quoque aquam manu, & vniuersam terram pugillo. Si igitur minimum quiddam est hæc vniuersitas rerum, vt Prophetica parabola vtcumque subindicat, quomodo igitur pro spatiolo minima rei, Deum sese porrigere, & circumscribere suspicari poteris?* 418.

Idem loco communi.

Mensurabilitas duplex.

Vnde conuenienter, cùm vatis sit institutum hoc loco Dei maiestatem & excellentiam incomprehensibilem nobis ostendere, & commendare, & contrà humani generis exiguitatem ac vilitatem ante oculos ponere, & hanc cum illâ committere, & componere, vt inter vtramque distantia notior existat; *gentes omnes*, hoc est, omnes homines quotquot fuerunt, sunt, & erunt affirmat esse, instar *stillæ situlæ & momenti stateræ*. Rem enim quamlibet comparatam aut mole, & magnitudine, aut pondere consueuimus æstimare. In rebus liquidis & fluidis aquæ gutta videtur esse mole minima, propter elementi huius tenuitatem, & dissolubilitatem: nam aliorum liquorum, qui sunt crassiores, 419.

crassiores, & spissiores, gutta in maiorem magnitudinem excrescit, ac solet concrescere, & coagulari. Guttæ aquæ, quæ suâ natura tam facilè dissoluitur, & diffunditur, nisi exigua & parua admodum quantitas cóglobata cónsistere non potest, quæ gutta nominatur. Quod si hæc eadem non immobilis, & imitatur aliquo alio solidiori corpore sese ... & pendeat ex eo, minor debebit esse, nam si ... aliquanto auctior, suo statim pondere delaberetur.

420. Iccirco Isaias ad deminuendam rei molem, non guttam aquæ, utcumque, sed stillam situlæ, hoc est, guttam in superficie externa infima pendentem, in similitudinem asciscit: quæ quidem & est minima, & sponte sua defluens, nec nisi paruo temporis spatio situlæ adhærescens. Vt B ... lectum, omne hominum genus non solum esse quid paruum & exiguum, sed etiam fluidum, caducum, & instabile. Eodem ... gutta roris antelucani. Sap. 11. vers. 23. nam & ros est valde dissolubilis, ac dissipabilis, & antelucanus, vbi sol oritur, euanescit est enim ros matutinus symbolum inconstantiæ, & fragilitatis. Vide Oseam cap. 6. v. 4. & cap. 14. vers. 3.

Homo quid paruum. & fluidum.

Ros pro inconstantia.

421. Quod attinet ad *momentum stateræ*, eâdem proportione ratiocinandum. Nam momentum sumi solet pro re, quæ alteram stateræ lancem inclinat, vt suprà docui num. 397. quæ statera si bene librata sit, & accurata, qualis esse con- C suevit aurifici, vel minimo pondere imposito deuergit in alteram partem: vnde LXX. interprêtes *ῥοπὴ* hoc loco adhibent, quæ est propriè, trutinæ illa deuergentia, & propésio. Quocirca mométū nihil aliud est hîc, nisi res leuissima, quæ nullius ferè est grauitatis, ac póderis, ac proinde nullius pretij, & æstimationis.

Momentum quid.

422. Et nomen originale שחק *sachac*, promouet sententiam, nam ducitur à verbo iisdem litteris constanti, quod est idem, atque *contundo, comminuo*, ac proinde nomen, est puluis minutissimus, tenuissimus, qui ideo hôc loco reponitur, quia solet bilancibus adhærere, & nequaquam facere ad librationem, & pondus, vt bene sentit Arias; vel quia è bilancibus ex- D sufflatus ob suam tenuitatem abscedit, vt dixit R. Dauid in Radicibus apud Pagninum; vel denique, quia quemadmodum è corporibus fluidis rem minimæ magnitudinis Vates adhibuit, ita è corporibus consistentibus rem minimi ponderis, nempe minutissimum puluisculum attulit, eúndémque minimi pretij: qui vix stateram inflectat, qui negligatur vbique, & quouis flatu dispereat. Quæ omnia belle cadunt in hominem, præcipuè Deo collatum: vt ab Isaiâ hoc loco confertur. Eiusdem omnino notæ est: *Ecce insulæ quasi puluis exiguus.* Vbi Insulæ, vt aliàs non semel, prouinciæ sunt remotiores, ad quas, in primis, maris aditur. Vide cap. 11. num. 132. *Puluis*, famen aliud est nomen ab eo, quo suprà dixi puluerem significari, sed non significatu diuersum, nam est דק *dach*, a verbo דקק *dacach*, tractum, quod est etiam *contundere*, & *comminuere*. Itaque hic terra, istic terricolæ einsmodi pulusculo, & quoad paruitatem, & quoad vilitatem assimilantur. S. Hieronymus ait; *minutissima pulueris frusta, ac penè inuisibilia hoc nomine appellantur: quas fortasse Democritus cum suo Epicuro atomos uocat.*

Homo Deo collatus nihil est.

Insulæ quid.

Hieron.

A

Vers. 16. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

423. *Acolasticus.*

VAriant expositores dum rationem inuestigant, & afferunt, ob quam Isaias mentionem facit insufficientiæ sacrificiorum. Arias suum filum producens ait, nequis humani generis instaurationem posset elici posse sacrificiis, & pro templo *Libanum* credit ille, substitui. Ceterùm nunc de maiestate diuinâ commendandâ agitur, non de instauratione B humanæ naturæ, vt ex dictis constat. Et quamuis aliis locis *Libanus* pro templo stet, hoc tamen loco, aptior ad succendendum, & pascendum ignem, est mons ipse nemorosus, & multis, ac magnis arboribus abundans, quàm templum, in quo fiebant sacrificia.

Opin. 1.

Libanus quid.

424. Sanctus Hieronymus, vt ab idololatriâ Iudæos reuocet, iccirco hæc dicere Vatem: sed non video vim rationis, si eò dirigatur. nam si dicas, Deum plurimis hostiis esse dignum: respondere potest idololatra, id verum esse, sed quemque Deo suo sacrificare debere. Pintus, Deo pro dignitate sacrificari non posse; id ipsa verba ferunt; sed quorsum id dicat, quæri- C tur. Forerius, supra Dei magnitudinem, hic eiusdem sanctitatem demonstrari.

Opin. 2.

Opin. 3.

Opin. 4.

425. Placet mihi Adamus, qui magnitudinem Dei exsistimat iis etiam verbis indicari. Portò sacrificium soli Deo conuenire, notio est hominum animis naturaliter impressa: nullos enim vnquam quamlibet barbarus & ignarus sacrificauit nisi vbi aliquam diuinitatem esse rebatur. Vide Aug. epistol. 49. quæst. 3. & Act. 14. vers. 14. Itaque sacrificando Dei excellentiam profitemur, Nam vti caritas respicit summam Dei bonitatem, fides eius infallibilem veritatem: ita Religio, cuius actio præcipua est sacrificium, sibi proponit colendam Dei supra res omnes, immensam dignitatem, D & excellentiam. Augustinus Psalm. 94. vers. tertio. *Etenim illi dæmones volentes videri dij, non sibi ista exegerunt, vt fallerent* (scilicet sacrificia) *nisi quia sciunt deberi vero Deo.* Ergo cùm ad eam ritè venerandam, & honorandam non satis esse omnia animalia, quæ mactentur, neque omnia ligna, quibus mactata in holocaustum comburantur (nam hîc *Libanus*, vnus mons pro quouis monte, ac nemore capitur) commode diuina maiestas, & infinita eius dignitas, ac excellentia describitur.

Opin. 5. probatur.

Sacrificandum soli Deo.

Sacrificium quò propriè tendat.

E *Vers.* 17. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum; & inane reputatæ sunt.

426. HÆc eumdem explicatum sortiuntur, atque illa vers. 15. de *stillâ situlæ*, & *momento stateræ*; & hinc apertiùs euadit, hominem ita vili pendi, si coram Deo, & illi compositus consideretur. Et hæc oratio possit esse probatio superioris, nimirum, Deum pro dignitate ab hominibus per sacrificia coli non posse, cùm nihilum sint omnes nationes & gentes

tere Christi per aquam & sanguinem exiuit Ecclesia. Breuiter & disertè rem attigit Damianus.

Ex quibus planè conficitur, hunc Pastorem & è sinu suo genuisse gregem, & eodem sinu, cùm æger est, aut infirmus, recreandum excipere, & in eodem sinu esurientem, sitientémque alere, & potare. Demum eodem sinu abscondere, & tueri, ne noxia bellua, aut fur possit rapere.

Hinc illud Plinianum: *Confugit in sinum tuum confusa Resp.* Quò attinere queat verbum, *leuare*; *& in sinu suo leuabit*: quod non solùm est, sublimè tollere, sed laborem, aut dolorem minuere: *aliuiat el dolor*: Virgil. 1. Æneid.

Leuandi verbum.

---Nostrúmque leues quæcunque laborem.

Cic. de Senectute.

Et Tullius de Senect. *Corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescunt: animi autem se exercendo leuantur.*

338. Sinus ad fouendum idoneus.

Huic autem leuamini, & fomento quid accommodatius fingi posset quàm mollissimus *sinus?* qui à naturâ videtur homini datus ad fouendum, & consolandum, aliis brutis animantibus denegatus: vt annotat Plinius lib. 11. cap. 37. *Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas, aquaticis maximè.* Ergo soli homini pectus amplum, soli homini gremium, sinúsque conceditur, quia proprium est eiusdem erga caros hoc exhibere leuamen, tutamen, & blandimentum.

Pectus homini latum. Plinius.

Huius absque dubio, fortis est illa Moysis ad Deum querula sciscitatio Numer. 11. vers. 12. *Nunquid ego concepi hanc omnem multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro quâ iurasti patribus eorum?*

Prælatus sit instar matris, & nutricis.

339. Eo loco, *porta*, Hebr. idem verbum נשא *Nasà, leuabit*, itaque à Prælato, & Duce; à Pastore, non minorem Deus, & minus tenerum quam matris in liberos exigit affectum, & non aliud indulgentiæ minoris officium quàm nutricis erga alumnos, quarum vtraque sinu suo gestat puerum non solùm non grauatè, sed gaudens: estque illis onus illud leue, imò & leuamen, quia quem præ dilectione habet in corde, cordi admouere, & applicare gestit: & amouere à caro pignore molestiam, quam si suis pedibus puer incederet, experiretur. Tenerrimus est amor, mollissimus, languidissimus; Cantic. 2. vers. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*: Sed eodem amore rursus nihil solidius, nihil fortius, nihil constantius: cui grauia quæuis sunt leuia, aspera quæque sunt suauia; & laboriosa quæque accidunt iucunda: vnde quæ in sinu gerimus, quæ in corde ferimus, quæ diligimus, quantumuis ponderosa, non pondus habent: in sinu deponunt: tanquam in centro grauitatem quodammodo amittunt, hoc est, vt cum Philosophis æui nostri loquar, non grauitant: eorum grauitas minimè sentitur. Aug. de verbis Domini serm. 9. post multa exempla, ait: *Omnia enim sæua, & immania prorsus, facilia, & propè nulla efficit amor.* Et in Ioan. tract. 48. *Nostis, quoniam qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantibus grauis est. Si tantos labores cum auaris portat cupiditas, nobiscum non portat caritas?* Vide de verbis Apost. serm. 12. cap vlt.

Amor est tenerrimus, & fortissimus.

Grauia sibi amore leuia.

340. Hæc videtur fuisse Dei voluntas, dum Moysi indicit: *Porta eos in sinu tuo*; vt caros, vt dilectos, vt adamatos tenerrimè, & intimè, non vt onera molesta, sed vt pignora suauia: *Sicut portare solet nutrix infantulum*; cui nequaquam videtur grauis: imò cùm delicari iuuat, cum in sinum recipit, & baiulat.

Et eodem respicit quod Exod. 28. vers. 29. 341.
accuratè præscribitur, vt summus Pontifex, ac Pastor gestet in sinu nomina suarum ouium; Lex iis verbis sancitur: *Portabit Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suũ, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. Super pectus suum*; Hebr. על לבו *hal lebo, super cor suum*; sinus enim, pectus & cor pro eodem accipiuntur. Quemadmodum autem Pontifex hæc nomina portare debuerit, paulo antè in eodem capite præcipitur: primò, vers. 9. *Sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum, opere sculptoris, & cælatura gemmarij sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro, atque circumdatos: & pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum, ob recordationem.*

Prælatus oues portans sibi duo.

Sinus, pectus, cor, pro eodem.

Exod. 28. 9. 10.

Ante omnia non iubet Dominus, nomina 342.
inscribi, sed insculpi, ne possint deleri; & insculpi non ligno molliori, sed lapidi præduro, non vulgari, & obuio, sed pretioso, raro, nempe onychino: cui accedat splendor, & pretium auri; *inclusos auro, atque circumdatos*: itaque consulitur dignitati & firmitati nominum filiorum Israel, quos Deus vult apud Pontificem & Pastorem esse in intellectu per recordationem, quæ nequeat obliterari, & esse in affectu per appretiationem, quæ ab auro & gemmis abesse non possit.

Prælatus insculpat sibi nomina suorum, & amet.

Sed argumentaris: loco adducto, non iube- 343.
tur Sacerdos summus portare hæc nomina in *sinu*, sed super humeros. Fateor id libenter: sed coniunge cum hoc loco sequentem, quem reposui suprà num. 241. ex quibus intelliges, bis fuisse cælata hæc nomina, semel in duobus lapidibus onychinis, ferẽdis super vtrumque humerum, & iterum aliis duodecim gemmis inter se differentibus, quales à v. 17. designantur, gestandis super pectus, & in sinu.

Comparat.

Caietanus ad vers. 29. rationem reddit scul- 344.
ptorum nominum filiorum Israël in pectore, quemadmodum reddiderat rationem eorundem sculptorum super humeros: *Super pectus, inquit, suum; iuxta Hebræum habetur: Super cor suum, quando ingredietur Sanctuarium. Pectorale corporeum gestabat Aaron in pectore, sed nomina filiorum Israel quatenus iudicanda, gestanda erant super cor, hoc est, habenda erant ut intimis cordis Pontificis. Quemadmodum super humeros Pontificis sculpta erant nomina filiorum Israel, in memoriam suffragij apud Deum: ita in pectore Pontificis sculpta erant, in memoriam iudicij coram Domino: hoc est, secundùm rationes diuinas, vt perpenderet Pontifex, & in corde suo iugiter retineret iudicium populi Israel sibi datum secundùm Deum, non superficie tenus, sed secundùm intima veritatis diuinæ.*

Caiet.

Prælatus iudicet secundum Deum.

Hæc quamuis probè obseruata sint: tamen 345.
cùm humeri naturâ suâ habiles sint oneri portando, & cor, pectúsque amoris sedes sit; aptiùs apprehendimus, doceri, iuberique Prælatum,

Non portat labor.

ac Pastorem, vt ouium suarum onera leuet, portétque, humeros oneret, non labori parcat; infirmas sustentet, iacentes attollat, lassas recreet: & hæc omnia officia laboriosa, molesta non inuitus, non grauatus, non pertæsus, aut gemens sub onere, faciat, sed spontaneus, promtus, beneuolus, hilarus, & lætabundus obeat; ita vt pecus non solùm humeris, sed sinu suo alleuet, id est, non solùm dirigat, sed diligat, non solùm toleret, sed amet: imò, vt humeris ferre possit, ferat in pectore, ferat in corde, ferat in sinu: amanti enim nihil est graue, nihil laboriosum, nihil non facile, & procliue. vt suprà num. 339. ideo, postcaquàm Pontifex iussus fuit super humeros gestare nomina duodecim tribuum, rursus hæc eadem iubent portare super pectus, siue super *cor suum*, vt earum pondus minimè sentiat.

Lætus subeat onus.

Amanti nihil graue.

346. Quocirca cùm Pontifex veteris Testamenti fuerit quoddã quasi simulacrum, & speculum non referens, sed præferens Pontificem noui Testamenti, vt liquet e sacris litteris, cúmque hic Pontifex summus, Pastor, Princépsque pastorum, vt ipse in Euangelicâ quadam parabolâ ad viuum exprimit, ouem ex se perditam, labore quæsitam, diligentiâ inuentam in humeros suos sustulerit, cúmque hoc loco ab Isaiâ prædicatur *in sinu suo leuaturus agnos*, hinc planè cognoscimus, conuenientissimè fuisse iniunctum Aaroni, & successoribus, vt in humeris & in pectore nomina tribuum gestarent, quoties Sanctuarium ingrederentur; hoc est, quoties Christum summum Ecclesiæ Pontificem, & Pastorem sub ea specie & imagine adumbrarent.

Pontifex vet. Test. fuit typus noui Pontificis Christi.

347. Quòd verò *cor*, & *sinus* pro eodem supponantur, facilè constabit componenti Prouerb. 21. vers. 14. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam*; cum Ecclesiastici cap. 29. vers. 15. *Conclude eleemosynam in corde pauperis.* Ratio ex anatomiâ, & naturali dispositione corporis humani petitur: nam cor est in sinu læuo: atque adeò figura cum re figuratâ congruit.

Cor & sinus idem.

348. *Et aduerte* (ait Oleaster in Exod. cit. expos. morali.) *Sacerdotem veteris legis solùm nomina super humeros, & pectus portasse: noua verò legis pastor re ipsa nostram ouem super humeros portat, vt scias umbram præcessisse veritatem.* Vbi hic autor ari pliùs excutit, & ex hoc boni Pastoris officio coarguit vitia mali pastoris. lege, si placet, nam mihi non eo loco displicet.

Oleaster. Pontifex portat nomina, Christus ipsas oues.

S. Hilar. Eiusdem generis esse videtur quod Hilarius admonet ad Psal. 2. vers. 9. his verbis: *Quod nobis est: Reges eos in virgâ ferreâ, quanquam ipsum reges non tyrannicum, atque iniustum sit, tamen molliorem adhuc regentis affectum proprietas Græca significat; quod enim nobiscum est, reges eos, cum illis est ποιμανεῖς, id est, pastoraliter reges; regendi scilicet curam pastoris affectu habituris: Ipse est enim pastor bonus, cuius nos sumus oues, pro quibus animam suam posuit.*

349. *Fœtas ipse portabit.*] In pecore masculino *agnos*, esse, qui magis indigeant curâ, & curatione pastorali, certum: quippe qui si comparentur cum aliis sui generis & sexus, nempe cum arietibus, sunt teneriores, molliores, læsi faciles, debilitati non difficiles: sin componantur cum aliis eiusdem sexus, & ætatis, sed diuersi generis pecudibus, aut armentis, vt sunt hœdi, vituli, sunt etiam multo delicatiores, & imbecilliores. Quamobrem dictum: *In sinu suo leuabit agnos*: potiùs, quàm arietes, aut hœdos.

Agni in pecore masculino curandi diligentiùs.

In sexu verò fœmineo cuiuslibet conditionis, fœtæ sunt, quarum cura & custodia debet esse maior: tum, quoniam grauidæ, grauiùs se commouent, & molestius: tum quoniam, si malè habeant, non solùm ipsæ periclitantur, sed etiam fœtus; iccirco additum: *fœtas ipse portabit*; nimirum: erit totius gregis sui curandi, subleuandi, recreandi nunquam hunc Pastorem occupabit obliuio, sed pecudi cuique infirmiori, ac debiliori peculiariter prouidebit: in quo ordine sunt agnelli, tenerrimum pecus, & fœtæ, vteri grauitate ad gradiendum impeditæ, & abortionis periculo obnoxiæ. vnde iis duplicata prouidentia debetur, & sui, & nasciturae prolis causâ.

Fœtarum ratio habenda peculiaris.

350. Quare Iacob experientissimus, & amantissimus pastor, cùm ei redeunti è Mesopotamiâ frater Esau obuius dixisset: *Gradiamur simul: eróque socius itineris tui: dixit Iacob: Nosti Domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare morientur vna die cuncti greges. Mecum*, Hebr. עלי, *halái, super me*: idest, quibus mea interest prouidere: hoc onus, & periculum mihi incumbit: *esta sobre mis hombros.* nam est boni pastoris onera ferre gregis. Augustinus in locutionibus lib. 1. nu. 110. *Quod habent Latini codices: & oues, & boues fœtantur; Græci habent, fœtantur super me: quod ea significatione dictum est, vt intelligatur, super sollicitudinem, & curam meam: quomodo solemus loqui, cùm dicimus, super caput nostrum esse aliquid, cuius maximam curam gerimus.* Lippomanus ibidem; *Quorum verborum ea est sententia: in se totius gregis curam recumbere.*

Iacob pastor cautus & amans gregis. Genes. 33. v. 13. August. *Cura gregis incumbit in pastorem.*

Acsi Iacob doceret, pastoris interesse, humeros supponere gestandis fœtis, tantum abesse ab eius curâ, vt supra vires ambulare cogat; cùm fœtarum pericula, & abortus tantopere gregem imminuant; iccirco adiecit: *Morientur vno die cuncti greges.* hoc est, multa capita.

Gregem minuunt abortus.

351. Ergo liceat Isaiæ ad eum Genesis & Iacobi pronuntiatum digitum intendere; non solùm, inquiens, non compellet & adiget fœtas pecudes plus laborare in ambulando, quàm commodè possint sed etiam ne partus periclitetur, matrésve lassescant, eas ipse humero, aut sinu portabit. Forerius allusionem agnoscit. Quæ sine dubio firmatur, si vera est notio verbi נהל *Nahal* quam probat Pagninus, Vatablus, & ipse Forerius, nempe; suauiter ducere, leniter & lentè; & ita reddit Vatablus, *fœtas ipse suauiter ducet*, non coget festinare, eas suo relinquet gressui; *no las sacarà de su passo.* Columella lib. 7. cap. 5. *Modicè, ac sine festinatione persequi pecus oportebit, ne imbecillitas eius longis itineribus aggrauetur: nec tamen in totum pigrè, ac segniter. Nam quemadmodum fessas morbo pecudes vehementer agitare, & extendere non conuenit; ita conducit mediocriter exercere, & quasi torpentes excitare.*

Isaias alludit ad Iacob.

352. Sed antequam discrimen penitiùs & occultiùs inter *agnos* & *fœtas*, coner eruere, inuestigandum

gandum erit quæ nam sint *fœta* quoad significationem propriam,& germanam. Nam apud autores Latinos & probæ dictionis non vnam vbique nanciscuntur. Aliquando enim fœtæ sunt graues, seu grauidæ, quæ portant in vtero prolem conceptam: aliquando sunt enixæ, quæ eam nuper ediderunt. Prioris notionis exempla affert noster Ludouicus de la Cerda in suis eruditissimis explicationibus & notis ad Virgil. Eclog. 1. v. 50. n. 5. è lib. 1. Æneid.

Fœta bifariam. Pro prægnantibus.

--Loca fœta furentibus Austris:

& è lib. 2. vbi machina equi Troiani dicitur, *fœta armis*; è Paulino epist. 34. dum loquitur de Arcâ Noë fluctuanti, & onustâ;

Fœta mundi seminibus Arca.

ex Isidoro lib. 10. Etymol. *fœta, idest, pregnans.* Quibus cùm alia quamplurima addi possent exempla è secularibus etiam autoribus, quæ vtpote cuiuis occursantia prætereo, fortasse quis Ludouico la Cerda non assentiatur in eo, quod tradit: *rarum esse hanc acceptionem.* Addit 1. Æneid. vers. 55. cùm sermo est proprius, vix esse exemplum: sed cùm est metaphoricus. Silius Ital. lib. 11.

Ludouicus la Cerda ex parte dimittitur.

Multa fœta gerens irâ præcordia Pœnus.

& lib. 17.

--Præcordia fœta Pelli.

353. Altera acceptio siue spissior, siue rarior (hoc enim cùm tanti non sit, ad amussim non appendo) est, cùm *fœta* dicuntur iam partu liberatæ: quæ & in sacris & in profanis Scriptoribus inuenitur. Ex his vnus, & probissimus autor Virgil. 8. Æneid.

Fœta pro enixis.

Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic vbera natos.

Fœtæ lupæ catulos natos Poëta attribuit. Et Georg. 3.

--Nec tibi fœta
More patrum, niuea implebunt mulctralia lacte;
Sed tota in dulces consument vbera natos.

Lucan. lib. 6.

--- Aut cum turgentia succo
Frontis amatura subducunt pignora fœta.

E sacris libris vnum illud testimonium pro multis satis fuerit 1. Reg. 6. vers. 7. *Nunc ergo arripite, & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.*

354. At, cùm queat, soleátque non semel euenire, vt nomen aliquod vnâ in linguâ sit anceps significatu, & in aliâ simplex, non sufficit euincere, apud Latinos *fœtas* bifariam accipi solere; nisi doceamus hoc idem esse apud Hebræos, ob eam rem annoto 1. Reg. c. 6. citato esse nomen idem quod hîc apud Isaiam, עלות *haloth*, ex quo posterior notio cóprobatur, pro enixis, & lactantibus. Baruch 6. vers. 18. eodem modo *fœta* capiuntur, sed quia Hebraico exemplari caremus, quódnam illic fuerit nomen, ignoramus. Hoc ergo nomen *haloth* tribus tátum locis huc vsque videre memini, primò c. Gen. 33. v. 13. præallegato: *Nosti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum.* Pro *fœtis* ibi L X X. supposuerunt, λοχευόμενας, quod verbû ad partû pertinet; Chaldaicus: *Lactantes*, & hoc secuti sunt Pagninus, Cornelius à lapide, & Delri⁹, & aliqui Rabbini citati à Pagnino in radice עול *haual*, idest, *lactare*: sed Rabbi Abraham ex alia radice ducit, nempe ex עלה *halah*, quod est *ascendere*, tanquã diceres, *ascensa*, super quas mares ascenderunt.

Alij interpretantur minùs probè, *ascendentes*, eo quòd regio Chananæa, quò Iacob ibat, esset situ superior. Porrò ratio, quam Iacob obtendit, excusandæ festinationi, magis auxiliatur posteriori significationi: *quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges*: nam oues, & vaccæ fœtu iam exoneratæ minus incommodè, quàm grauidæ, & graues festinare poterant. At prægnantes & præ pondere fœtus se minus celeriter commouent, & si id faciant, facilè abortiuntur. Locus alter est 1. Reg. 6. v. 7. suprà num. 353. descriptus: quo fœtæ sunt jam enixæ. 355.

Prægnantes festinare non...

Locus postremus, quo hæc vox habetur, est præsens; vbi LXX. eidem acceptioni apertissimè fauent: sic enim conuerterunt: ἐν γαστρὶ ἐχούσας: id est, *in ventre habentes, prægnantes παρακαλέσει, consolabitur.*

Quam significationem sunt amplexi ex interpretibus Osorius, Foterius, (etsi hic alteram simul approbat,) eò Inclinent Hugo, Dionys. Adamus ex S. Hieronymo. Noster Sanctius Hebraicè apprimè peritus potius enixas, quàm grauidas intelligit. Sed autoritas certè L X X. plurimum apud omnes valere debet, tum maximè apud Catholicos: cùm eorum translatio in Ecclesiâ diu fuerit pro Vulgatâ, & hoc loco, deprauationis aut varietatis nullum sit indicium, & vox Latina, *fœta*, non modò non resistat, sed æquè saltem hoc ferat, atque illud.

Ex quâ vocabuli discussione, & obseruatione habemus, non aliter atque in Latino sermone *fœtas*, in Hebraico *haloth*, esse ancipitis significationis: & modò pro grauidis, modò pro enixis apponi: neque id esse mirum, cùm tam grandis inter vtrasque sit vicinitas, & tam modica intercapedo: vnius videlicet puncti temporis, quo fœtus in lucem editur. 356.

Sed rogas: vtram ex iis notionibus selegerit Isaias? Primò, possem id tuo relinquere iudicio, & optioni, vtralibet enim proposito inseruit: nam & grauidæ, & recèns exoneratæ oues diligentiùs, & indulgentiùs tractandæ sunt. De enixis est illud Virgilianum Eclog. 1. vers. 13. 357.

--En ipse capellas
Protinus æger ago. Hanc etiam vix Tityre duco Virgil.
Hic inter densas corylos modò namque gemellos
Spem gregis, ah silice in nudâ connixa reliquit.

& illud aliud Calphur. Eclog. 5.

Te quoque non pudeat, cùm serus ouilia vises, Calphur.
Si qua iacebit ouis partu resoluta recenti,
Hanc humeris portare tuis, natósque parenti
Ferre sinu tremulos, & nondum stare paratos.

Quo carmine vti licebit vt commentario fere huius loci: ac proinde respondeo secundò, *fœtas* sumi pro enixis, ac partu resolutis, vt ait Calphurnius, & *agnos*, pro agniculis, interprete Aquilâ, recèns editis: quos sinu leuandos, & matres humeris portandas Poëta monuit. Tertiò dico: datâ fortassis operâ Isaiam hoc elegisse vocabulum ambiguum, quo vtrasque significaret, & partui proximas, & eas quæ non dudum peperissent. 358.

Sed iam, præter illud generale studium, quod imbecilliori pecori impenditur, de quo hactenus, quæramus quid particulatim *agni*, quid *fœta* subindicent. Notant antiqui Patres 359.

Hiero

Hieronymus, Clemens Alexandrinus, Procopius, *agnos*, nominasse, quod est in grege tenerrimum, & simplicissimum. Clemens in Pædagogo lib. 1. cap. 5. in principio: *Iam verò eum dicit: Agnellos stent à dextris, simplices pueros significat, tanquam agni, & oues sint genere, non viri. Agnellos autem dignos priuilegio censuit, eam, quæ est in hominibus facilitatem, ac teneritudinem, morumque simplicitatem, & omnem innocentiam præferens.* Deinde cùm alia congessisset, addidit. *Quòd autem nos quoque agnos dicat, fide dignus est testis, loquens per Esaiam: sicut Pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos; per id, quod est in ouibus tenerrimum, agnos scilicet, simplicitatem significans.*

Agni pro simplicibus, & quà, ratio. Clem. Alex.

360\. Vides Clementem oculos conuertisse ad ingenium agnorum, quibus ingenita est simplicitas & mansuetudo, humanitorum, ac diuiniorum litterarum monumentis ac tabulis consignata: de quâ plura dicentur ad cap. 53. vers. 7. *Quasi agnus coram tondente obmutescet.*

Procop. Agni pro recentes renatis baptismo.

Hieronymus & Procopius non tam naturam, quam ætatem fuisse intuiti videntur. Posterior sic: *Diuinitatem porrò brachium volunt intelligi: quod dicitur agnos congregaturus, & prægnantes consolaturus: vt agnorum nomine eos intelligas, qui recenter in Christo nati sunt, quas ob id agnicul as Aquilas nuncupauit. Possis & hac voce recens populus designari. Non enim arietes, aut hircos, aut oues adultas dixit: de quibus in hunc modum alius propheta loquitur: Ecce ego nunc iudico inter ouem, & ouem, inter arietem & hircum.* Hoc idem ac fermè verbis eisdem Hieronymus habet, vt sit suspicio vtrumque ex alio deriuasse, cùm Procopius vt alienum inserat, & non sit credibile Græcum autorem ex Latino Hieronymo hausisse.

361\. Itaque Christus prædicitur collecturus in Baptismo recèns natos, & per fidem, Ecclesiæ vberibus applicitos, vti agnos teneros, simplices, mansuetos, humiles, quippe qui tali ingenio, tali habitu habiles sint ad Euangelium, & Christi mysteria accipienda. Matth. 11. v. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Paruulis*, non ætate, sed moribus, non inscientia, & imperitiâ, sed humilitate, & simplicitate.

Humiles habiles ad Euangelium.

Paruuli & pueri pro humilibus.

362\. Istuc, dubio procul, attinet Apostoli monitum 1. Corinth. 14. vers. 20. *Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitiâ paruuli estote: sensibus autem perfecti estote. Paruuli estote*, Græcè, *νηπιάζετε*, hoc est; *puerascite*, seu *repuerascite*, quoad malitiam: vt quemadmodum ætas illa infantiæ malitiam non capit per naturam: sic vos per gratiam & industriam eam non recipiatis.

Sed non omnino pueros, & infantes nos vult esse Paulus, quos vt tenet simplicitas, ita & occupat inscitia; idcirco adiungit: *sensibus autem perfecti estote*; hoc est, dolo, ac malitiâ *virtus, pueruli*, at rerum vtilium scientiâ viri, & prouectæ ætatis. Correspondet co-Apostolus Petrus 1. epist. c. 2. vers. 1.

363\. *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.* Quo in loco, Petri vaticinia dimetu[n]t tacita hæc mihi allucebat. Nunc geniti estis in Christo, nuper in Euangelicam lucem editi, regenerati spiritualiter per baptisma; sed infantes recenter enati mamma apponunt, lac concupiscunt; hos ergo imitari debetis Ecclesiæ Christianæ vbera appetentes prædicationis Euangelicæ lac concupiscere. Illi & absque dolo, & absque rationis vsu, solius naturæ ductu ad faciendum, lac item rationis expers expetunt; vos verò aliter, quoniam alia vestra est generatio, aliud lac quæratis, oportet: *lac* nimirum *rationabile*, dolo carens: nam *sine dolo*, non construendum est cum *infantibus*, sed cum *lacte*, Græcè, *ἄδολον γάλα*, *lac*, vt ita dicam, *non dolosum*. Et quamuis videatur Petrus (vt hunc locum ex occursu contactum explicemus) minus propriè loqui, cùm lac dicat *non dolosum*, reuerà & sapienter, & eleganter scribit, vsus paronomasiâ venustâ, & lepidâ. Dixerat enim: *Deponentes malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones*; addit ilicò: *sicut modò geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite*. Græcè *ἀποθέμενοι πάντα δόλον, ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε*: paronomasia & traductio est, *δόλον ἄδολον*; illud substantiuè, hoc adiectiuè; illud affirmatiuè, hoc negatiuè.

2. Petr. 2. v. 1.

Præterea non contentus Apostolus monuisse, *deponere dolum*; indicat rationem & remedium; nempe, humores debent esse conformes cibo & alimento: Cibus vester est *ἄδολος*, hoc est, infraudulentus, ergo vos fraude vacui esse debetis: fugite, fugite hoc lac, & carebitis omni dolo. Quatenus infantibus vobis opus est lacte, & eius appetentiâ; vt Christi paruulis necessaria est simplicitas, mansuetudo, sinceritas: quærite ergo lac *ἄδολον*, quod eiusmodi sincerum & incorruptum sanguinem in præcordiis vestris ingeneret. Vnde probiùs dicemus hoc loci, particulam, *sicut, ὡς*, non tam afferre modum, quam, medium, id est, rationem & caussam; ita vt Petrus ad deponendam malitiam, & asciscendam simplicitatem tanquam vnicum & efficax pharmacum, lac Euangelicæ doctrinæ præscripserit. 364.

Qualis cibi, tales & humores.

Euangelium sanat, & virtutes generat.

Ergo, vt ad rem redeam, hos paruulos, hos simplices, & humiles, hos *agnos in brachio suo*, sub brachio suo, complexu suo Saluator congregaturus esse dicitur: non hircos petulantes, & impuros: non arietes cornupetas, & exsultantes, interdum insultantes: non iuuencos lasciuientes, non tauros furentes, sed *agnos*, puros & castos (nam Græcè *ἁγνὸς*, idem qui *castus*,) dociles, ductiles, humiles, mites, iniuriæ accipiendæ paratos, faciendæ impares, & imbecillos, Marc. 9. vers. 34. cùm Apostoli de primatu contenderent; *Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. Et accipiens paruulum statuit eum in medio eorum, quem cùm complexus esset, ait illis: Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo; me recipit.* Itaque paruulos, hoc est, humiles Saluator sinui applicat, & cordi. Quos cùm aliquando adductos ad Iesum, & in eius quasi complexum & sinum illatos arcerent aliqui ex discipulis, ipse Dominus hoc improbauit; Matth. 19. vers. 13. *Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem* 365.

Euangelio inepti.

Euangelio apti.

Christus adfamat paruulis hoc est, moribus.

autem increpabant eos. Iesus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere, ad me venire, talium est enim regnum calorum. & cùm imposuisset eis manus, abiit inde.

366. Cùm verò ait, *talium est regnum calorum,* noo intelligit paruulos duntaxat ætate, sed & morum simplicitate; ideòque dicit, non, horum est regnum cælorum, sed, *talium*, studio, ac moribus, qoales sunt hi annis. Origen. tract. 7. *Talium est enim regnum calorum: tales efficiamur, vt etiam paruuli sensu saluentur per nos: non solùm non prohibentes pueros ad Iesum ire, sed etiam ipsi cum pueris effecti pueri in humilitate voluntatem Domini adimpleamus.*

Orig.

Deinde, ad finem Tract. *Hortatur, vt nemo quamuis sit sapiens, in Ecclesiâ glorietur aduersus paruulos Christi: quoniam non verum talium puerorum est regnum calorum, sed eorum, qui per humilitatem facti sunt, sicut pueri, cùm essent sensu perfecti.*

367. Itaque parum interesse videtur inter hoc, quod est *in brachio suo congregare agnos, & in sinu suo leuare*; & inter istud, quod est *aduocare paruulos*, admittere, *manus eis imponere*, complecti: quæ vtraque quoniam sunt amoris effecta, officia simul & indicia, & magnæ cuiusdam ac intimæ familiaritatis notæ; inde fit, vt quos ita receperit Christus & admiserit, cum eis non possit non communicare arcaniora consilia, & secretiora mysteria. De paruulis illud non pridem tractatum, Matth. 11. vers. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cali, & terra, quia abscondisti hac à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis;* paruulis qoippe amicis, familiaribus, iotimis: nam iis, & non aliis animi secreta committimus; Ioan. 15. vers. 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quacumque audiui a Patre meo, nota feci vobis.* Hinc illud Græcorum adagium: *τὰ τῶν φίλων πάντα κοινά, Amicorum omnia communia;* & alterum: *ὁ φίλος ἄλλος ἐγώ, Amicus alter ego.* ergo hæc inter se reciproca, & vicissim inferentia, amicum esse familiarem, & secretorum participem: ac proinde qui sinu recipitur, & complexu suauissimo dignatur, huic secretorum seriorum aperitur, & intimus cordis sinus expanditur. Vnde Ioannes Euangelista qui in sinu Domini recubuit, plura inde hausisse secreta & mysteria creditur. Iudic. 14. vers. 16. & 15. vers. 15. Vxores Sansonis, se non amari inde argumentantur, quòd eis occultet suæ fortitudinis causam. Sed de vndecimi versiculi explicatu hactenus.

Consentit cum Isaia Euangelium.

Humilibus se Deus aperit, & secreta reuelat.

Amicis solis secreta animi committimus.

Amicorum omnia communia.

Non est intimus quem secreta celamus.

Verùm non erit abs re si admonuerimus ex hâc ipsa tractatione quâ summi Pastoris & Prælati Christi virtutes aliquâ ex parte describuntur, cuiusuis soperioris Ecclesiastici, & quadam tenus etiam secularis officia desumi posse.

Tractatio hac de Pastore Christo, docet aliorum pastorum officia.

368. Et porrò obseruandum Magistratum vocari *Pastorem*, quod vocabulum exteris qooque scriptoribus non est inositatum: Homerus enim Iliad. 2. Agamemnona, qui rex erat, Pastorem appellat. quod cur ita fiat, intellectu est perfacile. Quanta, qualísque sit inter Pastorem, Regémque similitodo & conuenientia, suprà patuit numer. 180. Debet ergo Princeps, sed præcipuè Prælatus Ecclesiæ se pastorem cogitare, se pro pastore, non pro Domino gerere, vt admonuit S. Petrus, *neque vt dominantes in cleris*: debet non suis, sed suarum ouiom, suorum subditorum commodis prospicere, & inuigilare.

Rex cur Pastor etiam nominetur.

1. Pet. 5. v. 3.

Id enim circo Christus Dominos cùm Petrum vniuersæ Ecclesiæ præficeret, oon dixit, rege, aut guberna fideles, subditos meos, aut quippiam affine, sed dixit: *Pasce oues meas; pasce agnos meos,* idque semel, iterum & tertiò dixit: vt Superiores intelligerent, cùm ad prælaturam accedunt, se ad Pastoris munia, nempe ad laborem pascendi accedere: non ad regnum aliquod, non ad imperium, non ad otium & commodum sui. Probè Cardinalis Caietanus in opusc. de Romani Pontificis institutione c. 11. ita scripsit: *Si quaratur, quare Dominus commisit Pontificatum Petro non sub vocabulo pralationis, seu autoritatis, vel dignitatis, sed actus pascendi suas oues, in promptu ratio est, & ex parte rei, quia pralatio & autoritas est propter pascere oues Christi, & non econtrà. Et ex parte appetitus regulandi, quia non locus superior, non dignitas, non autoritas ambienda est, sed pastus ouium appetendus est in Pontificatu; iuxta quod Apostolus postea dixit: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Et ex parte Scriptura adimplenda: dixerat enim ante Passionem, Luc. 22. Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem exercent in eos, benefici vocantur: vos autem non sic; sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Hinc enim à ministeriali actu significauit Pontificatum, tacitum, tanquam annexum quid, & non æstimandum nisi propter vtilitatem ouium Christi, cuius oppositum contingit in regibus, & Dominis Gentium, qui ad hoc vt regnent, & domini sint, omnia ordinant.*

Christus cur nomine Pastoris prafecit Ecclesia.

Caietan.

Quæ postrema Caietani verba nollem à quopiam sic accipi, quasi ipse Regibus & Principibus concedat, licite omnia eò dirigere vt regnent, & dominentur: non enim docet Caietanus quod fieri debet, sed qood fit; sicuti & Christus non probat morem Regum Gentilium, sed tradit ab eo fore diuersum regimen Ecclesiasticum. Et verò ex Homero constitit, Regem debere esse vti pastorem, qui non propter sui commodum, sed propter commodum ouium est institutus. 369.

Quo semel posito, qoemnis Magistratum, & moderatorem, sed in primis Ecclesiasticum, debere esse pastorem, facillimè ex iis, quæ suprà descripta sunt planissimè & verissimè officia pastoralia, sumitur, qualis esse debeat & in se, & erga sibi subiectos, quod hoc loco iterare, ac resumere fuerit superfluum. Sed voo verbo & præcepto multa complecti possimus, si diceremos Præsidem debere seruire commodis eorum quibus præsit. Cicero ad Quinctom fratrem libro primo Epistolà primâ.

Est autem eius non modò, qui sociis & ciuibus, sed etiam qui seruis, qui mutis pecudibus prasit, eorum quibus prasit, commodis, vtilitatique seruire.

Vers. 12. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera?

370. *Notat.* Non absque ratione quis addubitauerit, quorsum Vates digressus fuerit ad hoc argumentum tractandum, de creatione & gubernatione totius vniuersi. Sanct. Hieronymus respondet: *Opinio 1. Potentia Dei in creatione mundi.* *Ne eis videretur impossibilis conuersio Gentium prædicta, suam Deus potentiam è mundi creatione, & administratione ostendit.* Sanct. *Cyril.* Cyrillus eodem videtur tendere iis verbis: *Ex iis, quæ nullus mortalium assequi potest, & præstare, imò neque fortassis superna, cœlestésque potestates, conatur ostendere præstantem, & incomprehensibilem vim diuinæ sapientiæ.* Probant id Adamus, Pintus, & ferè Forerius.

371. *Opin. 2. Sapientia Dei ex fabrica mūdi.* Verùm, vbi se se Cyrillus inferiùs magis aperit, non tam potentiam Dei ab Isaia hoc loco produci, quàm incomprehensibilem eius sapientiam existimat in eo consilio, & fine, vt nemo mortalium audeat Dei consilium in assumendâ humanâ naturâ ad redimendum hominem, vllâ ratione reprehendere, aut improbare, quasi id fuerit tantâ maiestate indignum. Quod quidem sæpe Gentiles calumniati sunt præ stultitiâ *Gentiles incarnationem Dei ludunt.* sua, vt idem Cyrillus affirmat. *Quid enim,* aiebant illi, *oportuit Dei Verbum more nostro nasci, & carnem induere, eiúsque sordes, vt terræ incolas ferunt; quandoque nihil sit ei difficile annuere, & possit quod velit perficere? Deus, an non frustra factus est homo? Ita dum monstrosis sententiis hanc dispensationem impie deformant, ac dedecorant, mysterij gloriæ, ac maiestati repugnant. Amputat igitur Propheta iis verbis stultas, ac inanes cogitationes, & comprehendi non posse dicit diuinam sapientiam, quamuis sit reuerà sapientia ipsa, ac mens summa & sincerissima: ita vt ridicula sit deinceps oratio infidelium, qui ausi sunt dispensationem vnigeniti in carne tanquam non rectè factam calumniari.* Hactenus S. Cyrillus.

372. Porrò tametsi vtraque cùm potestas, quam agnouit Sanctus Hieronymus, tum sapientia, *Cyrillus potius placet.* quam indicauit Sanct. Cyrillus, elucet admodum in iis Isaiæ versiculis: quòd ad ea præstanda & efficienda, quæ Deo soli attribuit, tam vnum potentiæ infinitæ attributum, quàm alterum immensæ sapientiæ fuerit necessarium; quamuis hoc ita habeat: ratio tamen & consecutio à Cyrillo adnotata magis *Infideles in incarnatione Dei sapientiam calumniabantur.* arridet; quia infideles, vt ex eodem Cyrillo liquet, & ex historiâ Ecclesiasticâ, cùm illis proponebatur & prædicabatur Deus factus homo ad saluandum hominem, non de potentiâ ad id facinus addubitabant, quin potiùs id esse magnæ cuiusdam infirmitatis & imbecillitatis, Deum carnem sibi inducere mortalem causabantur; at prouidè in eo consilio & facinore prudentiam, & sapientiam requirebant: vnde ex isto capite ad repudiandum Euangelium mouebantur. 1. Corinth. c. primo à versiculo vigesimo tertio. *Nos prædicamus Christum crucifixum; Iudæis quidem scandalum; Gentibus autem stultitiam.*

373. Ergo ad hanc Gentilium calumniam reuincendam opportunior erat diuinæ sapientiæ imperscrutabilis comprobatio, quàm potestatis propositio, ac ostentatio. Facet huic consecutioni versus subsequens decimus tertius & decimus quartus, in quibus apertè de sapientiâ & prudentia agitur, quam locum citat Paulus agens cum Romanis de mysterio arcano nostræ salutis, vt illic iam videbimus: Sapientiam quoque recognoscit August. sermone 11. de verbis Apostoli. Arias vtramque existimat ab Isaia deduci, & potentiam, & sapientiam.

374. *Deus ex operibus naturæ sibi struit fidem ad opera gratiæ.* Illud est annotandum, solere Deum ex operibus naturæ conciliare sibi autoritatem & fidem ad persuadenda opera gratiæ; sic apud Ieremiam cap. 5. vers. 22. *Me ergo non timebitis, & a facie meâ non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt; & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud: populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt & abierunt.* Et multo propiùs ad rem, apud eundem Prophetam capite 31. versiculo 33. & 34. *Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel, post dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo vsque ad maximum, ait Dominus; quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, & ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.*

375. *Obiectio. Ab operibus naturæ ad opera gratiæ qualis argumentatio.* At posset quis contrà ponere, cum effecta gratiæ sint multò nobiliora & altiora, quàm effecta naturæ, non probè sumi argumentum ab illis ad ista, vt qui possit ista præstare, possit etiam & illa.

Non est difficile huic rationi satisfacere: cùm enim mundi huius effectio ex nihilo, eiúsque conseruatio, atque tam accurata & admirabilis gubernatio, tam perennis cursus & æquabilis, tam imperturbatus rerum omnium ordo infinitam quandam Numinis vim & sapientiam, imò & immensam benignitatem bonitatémque euidenter euincant, aptissimè Deus ipse, & Vates sancti, eius nomine ab iis, quæ oculis & aliis sensibus percipimus, & naturali lumine cognoscimus, argumentantur ad ostendendum, nihil fore diuinæ maiestati impossibile, aut difficile: vtpote cui insit infinita potentia & sapientia: ac proinde quamuis captum nostrum superent ea, quæ promittuntur, vel prædicuntur, & quamuis nos lateat modus & ratio, quibus effici valeant, debere nos ipsius Dei promissioni, ac prædictioni credere & acquiescere: cuius infinitam potestatem, & incomprehensibilem scientiam in istis naturæ operibus cogimur agnoscere, & confiteri. Hilarius decimo de Trinitate tractans illud 1. ad Timotheum primo, versiculo quarto;

ædificationem Dei, quæ est in fide : sic ait : *Ædificationem verò Dei dicit in fide esse, vt humanæ verecundiæ modum fidelis omnipotentiæ Dei religione concludat : neque se infirmitas nostra ad perspicienda ea, quæ perspiciendi naturam non habent, extendat. Quod si conuenientibus Solis claritatem virtus intentis lumini obstupescit, vt si quando causam radiantis luminis solertiùs acies curiosâ contemplationis inquirat, vsque ad emortuum videndi sensum oculorum natura reuocetur, accidátque, nitendo magis videre, ne videas : quid nobis in Dei rebus, & in Sole iustitiæ exspectandum est? Nónne incumbet volentibus supersapere, stultitia? Nónne ipsum acre illud intelligentiæ lumen stupor hebetis desipientiæ occupabit? Non enim natura inferior causam naturæ potioris intelliget; nec subiacet humanæ conceptioni ratio cælestis. nam intra conditionem infirmitatis erit, quidquid infirmæ conscientiæ subdetur. Excedit itaque humanam mentem Dei potestas, ad quam si se infirmitas protendat, magis infirma redditur, cùm hoc ipsum, quod obtinet, amittit, potiore ad eam obtundendam rerum cælestium naturâ, quia omnem eius consectantis pertinaciã ipse complexus eius maior infirmat. Vt igitur Sol, ita videndus, vt possit videri, tantúsque excipiendus lumine est, quantus admittitur; ne si plus velimus spectare, minus quoque quàm possumus, consequamur : ita & ratio cælestis in tantum intelligenda est; in quantum se permittit intelligi : in tantum expetenda; in quantum apprehendendam se dedit : ne, si contenti indulgentiæ moderatione non simus, amittamus indulta.*

378. Quin imò addo illud è Sap. capite 9. versiculo 16. *Difficilè æstimamus quæ in terris sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore; quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis?*

Sap. 9. v. 16. Naturalia opera non assequimur, quid ergo mirum si nos fugiant supernaturalia.

379. Euidens & accommodatissima ratiocinatio ad captiuandum, & etiam suauiter subiiciendum intellectum humanum in obsequium fidei : etenim, si multa, quæ sensibus ipsis hauimus, nobis sunt obscura, & post diligentem inquisitionem, ac longam disserationem, eorum causas certò ac liquido inuenire non possumus; sed in mediâ naturæ luce hallucinamur, & palpabundi, more cæcorum, progredimur; dubia pro certis, obscura pro perspicuis, falsa pro veris sæpenumero approbantes, & in quibusdam quæ oculis corporeis patent, nostram inscitiam, velimus, nolimus, confitentes : si hoc ita éuenit, annónne fuerit stultitia & insania, quæ Dei immensa bonitas & sapientia, supra naturæ cardinem, & ordinem, ad humanam salutem molita est, & effecit, aut de suâ essentiâ ad eundem finem nobis reuelauit, velle homuncionem, humi, instar formicæ repentem, suo ingenio & Marte metiri, atque comprehendere, & cùm non comprehenderit, ex eo duntaxat capite, repudiare? lege Hilar. ad finem libri 12. de Trinit. & transcribe. Cui tanto malo Isaias cupiens obuiam ire, & illud arcere, Dei potentiam & sapientiam imperscrutabilem ex hac mundi aspectabili fabricâ ob oculos proponit : *Quis mensus est pugillo aquas*, &c. Hæc est vna ratio contexendi. Cui Irenæus libro quarto capite 36. aliquatenus accedit.

380. Osorius in suâ paraphrasi aliam sequitur; vt beneficium Incarnationis & Aduentus Domini amplificaret Vates, ideo Dei potentiam ab effectis naturæ ostendere : ac si dicat : Hic tantus, ac talis Dominus, homo factus in mundum est venturus. Minus ista consentiunt.

Opin. 4. Osoriana.

Sanct. Ambrosius in Psalm. 1. cùm humanũ genus Deo carum esse in eo commentario ostẽdisset, statim è nostro propheta sibi obiecit infrà versiculũ 15. *Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputata sunt* : cumque respondisset id intelligi debere, comparatione Angelorum, addidit : *Quin & Dei misericordiam prædicare, qui ne istud quidem tam vile contempserit.* Quæ Ambrosij connexio, & expositio prior, de comparatione Angelorum longiùs videtur accersita : hæc posterior, de Dei misericordiâ, & dignatione cum sequentibus parum consentit.

Opin. 4. S. Ambros.

381. Leo Castrius, post vaticinia de Christo Dom. docere vatem, quis sit Deus, & quanta eius magnitudo, ne quis ad idola veneranda ducatur. Hunc nexum adiuuant quæ sequuntur à versu decimo octauo. Ex iis rationibus nectendi lector pro suo iudicio approbauerit quam viderit consonantiorem : nobis illa Sancti Cyrilli placebat in primis : sed in ipso expositionis processu quid probabilitatis habeant aliæ, constabit.

Opin. 5. Leo Cast. Opinio Auctoris.

382. *Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit?*] Apta dispositio & attributio verborum, vt aquis metiendis *pugillus*, cælis autem *palmus* assignetur. Alia enim debet esse mensura liquidorum, alia aridorum : alia eorum, quæ coguntur, & constipantur; alia eorum, quæ producuntur, & extenduntur. Priori dimensioni conuenit *pugillus*, posteriori autem *palmus*. Cúmque inter mensuras soleat esse maxima, & minima, & inter vtramque aliæ plures maiores, minoréſve; quoties quidem diligentiùs, & accuratiùs metiri rem volumus, mensuram minorem adhibemus, quippe quæ nos certiores efficit ponderis, aut magnitudinis. Vnde intelligimus, cur Isaias pugillum aquis, palmum cælis pro mensurâ distribuat, nimirum, vt indicet, Deo certissimam & accuratissimam inesse corporis vtriusque notitiam : & tam immensam ac multiplicem congeriem aquarum, marium, fontium, fluuiorum, stagnorum, non vtcumque generatim aut confusè cognitam, sed particulatim, ac distinctè, & pugillo, hoc est, minimâ mensurâ dimensam. Est enim pugillus, paruus pugnus, pugnus verò manus contracta. Eadem est ratio de palmo, qui quattuor digitos latos iunctósque continet : quâ etiam dimensione propè minimâ cùm docet vates Deum metiri cælorum immensam magnitudinem, eidem perfectissimam istorum corporum cognitionem assignat; & visus interrogatione illâ : *Quis mensus est pugillo aquas, & quis palmo cælos ponderauit?* Planè ostendit, eam notitiam Deo soli conuenire.

A minori mensura dimensio minima. Mensura quo minor, eo accuratior. pro certissima notitia. Pugillus & palmus, quid. Deus solus nouit cæl. terramq. magnitudinem.

383. Similis interrogatio & in simili argumento fit principio Ecclesiastici capite primo versiculo 2. *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Altitudinem*

dimetitur cælos & latitudinem terræ & profundum abyssi quis dimensus est? Quarum rerum cognoscendarum vt augeat difficultatem apud homines, seu potius vt ostendat impossibilitatem, subiungit illico Ecclesiasticus *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigabit?* Itaque sapientiam hoc loco increatam cogimur agnoscere, cùm ea sola præcesserit omnia, vt omnium ratio, idea, & exemplar, simul & artifex. Liquet idem è præcedenti & subsequenti clausulâ: nam in priori dicitur fuisse, *ante æuum*, & in posteriori, *Prior omnium*, & *ab æuo*. Ergo cùm diuinæ & increatæ sapientiæ incomprehensibilitatem coniungat cum immensurabilitate illorum elementorum, ac corporum, fatendum est si non ex æquo esse hæc duo impossibilia, saltem fieri non posse, vt mens humana assequatur alterutrum. Quin & Paulus Romanor. 11. versiculo 33. cùm alludit ad hunc Isaiæ locum, exorditur ab incomprehensibili Dei sapientia, illis notissimis & vsurpatissimis vocibus: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?*

Sapientiam Dei non inuestigabilis. — *Ad vsum Pauli.* — *Rom. 11. v. 33.* — *Vide & describe Hilar. [illegible] 139. v.*

384. Maneat igitur pro certissimo, hîc, interrogationem, non vt alibi sæpe, difficultatem dumtaxat afferre, sed omnino impossibilitatem, quoad humanum ingenium.

Interrogatio aliquando indicat impossibilitatem.

Neque ab eâ sententiâ nos demoueant Mathematici, qui fatentur, & etiam profitentur se demonstrare altitudinem, ac magnitudinem cœli, nedum terræ latitudinem: nam, vt alia omittam, ne longiùs in eam disceptationem excurram, ea quæ est inter ipsos Mathematicos adeò multiplex, ac valde discrepans de ambitu orbis terrarum opinio, satis indicat, non adeo liquidò constare posse accuratam eius dimensionem: quòd si iam terram, quam calcamus, quàm ampla sit, certâ ac definitâ aliquâ mensurâ inuestigare non possumus, quî fieri poterit, vt cælos palmo metiamur?

Mathematici non ostendunt quod profitentur.

Sed accuratiùs hasce vatis mensuras examinemus. L X X. pro *pugillo*, χεῖρα, *manum* substituunt, videlicet, manum contractam, nam si sit porrecta, non erit apta aquis continendis. At cur Isaias pugillum potius, quàm aliud genus mensuræ commemorat, cùm sint aliæ & maiores, & minores? An quia pugillus est mensura nemini ignota? quis enim ignorat, quanti sit capax suus pugillus: vnde Hebraicè: *Quis mensus est pugillo suo?* An deinde, quia est mensura in promptu, quæ nulli possit deesse? ne quis causetur, se non potuisse metiri aquas, eò quòd, quo metiretur, non haberet. Quæ omnia accommodari possint ad palmum. Nam manus constricta fit pugillus ad aquas mensurandas, quæ etiam coeunt, & constringuntur; & eadem manus extenta, fit suâ latitudine palmus ad dimetiendos cælos, qui similiter extenduntur; Psalmo centesimo tertio versiculo 3. *Extendens cælos sicut pellem*: vt sit apta proportio inter mensuram, ac mensurabile: & mensura sit non aliunde quæsita, sed homini cuiuis data, & innata. Quòd si ad Deum transferatur, qui aliena mensurâ non indiget, sed ipse est mensura, & regula omnium, hærebit aptius.

Pugillus hic, quid sit, & cur. — *Mensura nota.* — *Prompta.*

Cælos palmo ponderauit?] Hæc locutio durior Latinis videri possit: nam palmus non ad ponderandum, hoc est, non ad examinandam grauitatem, vel leuitatem corporum idoneus est, sed ad longitudinem & latitudinem cognoscendam. vnde L X X. vno tantùm verbo vsi, nempe, μετρέω, quod est, *metior*, & aquis & cœlis aptant hoc modo: *Quis mensus est manu aquas, & cælos palmo?* Est enim *metior*, verbum commune, sicuti & nomen ab eo ductum, *mensura*. 385.

At in Hebræo duplex est verbum, prins commune מָדַד *madad*, ex quo & Latinos, & Hispanos suum accepisse est verosimile: posterius est כּוּן *chun*, quod est *præparare*, & *stabilire*. Psalmo octauo v. 4. *Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti*. Pro *fundasti*, Hebr. hoc idem verbum, *chun*, *firmasti*, *stabilisti*: nam quæ fundantur, eis conuenit firmitas. Aquila; *Quæ apparasti*, quæ apparatio, & fundatio sanè creationem & primam cælorum conditionem significat: quam non brachio, non toti manui, sed distinctè digitis Dei ascribens Psaltes, fortassis voluit etiam mensurâ subindicare, & palmum de quo Isaias, cùm palmus nihil sit aliud quàm digiti quattuor trãsuersi itaque docet Psalmus non solùm à Deo cælos esse conditos, sed cùm eos conderet, totum ambitum, latitudinem, atque crassitiem, palmo suo fuisse dimensum, ne vel palmo vno maiores, aut minores euaderent, quàm ipse Deus ab æterno definierat, & totius mundi pulcherrima descriptio exigebat. Nam quod Sap. 11. versiculo 21. de pœnis, ac suppliciis impiorum, Deo dicitur: *Omnia in mensurâ, & numero, & pondere disposuisti*; non minus quadrat in effectionem & dispositionem partium huius vniuersi. 386.

Et quidem S. August. de Genes. ad litteram lib. 4. capite 3. non per accommodationem, sed simpliciter exponit de primâ rerũ molitione: Iansenius autem vtrumque nectit, vt quemadmodum Deus in rebus efficiendis obseruat singularem proportionem, sic & in reis puniendis. Sanct. Bonauentura vtramque expositionem approbat. At illud peculiare est in Augustino, qui ita exponit: *Secundùm id quod mensura omni rei modum præfigit, & numerus omni rei speciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem, & stabilitatem trahit, ille primitus, & veraciter, & singulariter est qui terminat omnia, & format omnia, & ordinat omnia: nihilque aliud dictum intelligitur, quomodo per cor, & linguam humanam dici potuit, omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti, nisi omnia in te disposuisti?* Sanct. Bonauentura citatus in hunc locum prædictam interpretationem ex August. allegat, & comprobat. Quæ doctrina etsi est vera secundùm se, nimirum Deum esse rerum omnium effectorem, mensuram, exemplar, ac regulam; sed vereor, vt illo Sapientiæ capite id tradatur. Et quia Augustinus valde nititur illâ præpositione, *in*, *in mensurâ disposuisti*, quasi mensura prior substiterit, & causa fuerit mensurabilium; notandum in 387.

Aug. tom. 3. — *Iansen.* — *Bonauent. Aug.* — *Deus in se disposuit mundum, antequam conderet.* — *Non probatur expositio Aug. in locum Sap.*

exemplari Græco, deesse eam particulam; & esse. πάντα μέτρῳ, &c. διέταξας: *Omnia mensura, & numero, & pondere disposuisti*: quæ mensuris creatis, & concreatis optimè congruunt.

388. Sed nihilominus, cùm Vates noster dicat: *Quis mensus est pugillo suo aquas?* & de Deo solo id intelligat, nullum fuerit absurdum, si de increata eius mensurâ exponamus, & id quod Augustinus loco Sap. tacto accommodat, nos huc transferamus. Nam quamuis in nobis distincta sint hæc duo, facere, & metiri, & plerumque quæ alius fecit, metiatur alius, tamen in Deo nō distinguūtur, nam eo ipso quòd rem dimetitur, efficit, & eo ipso quòd efficit, dimetitur: Deus enim non aliter, quam intra se definiendo, determinando, ac describendo res quaslibet operatur; Sap. 9. vers. 1. *Deus patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientiâ tuâ constituisti hominem.* Pro *verbo* Græcè λόγος, *ratio*, quæ ratio in Deo practica, nihil aliud est, quàm rerum efficiendarum modus, mensura, descriptio. Quocirca ausim asserere, hoc loco ab Isaiâ Deum induci non solùm vt rerum omnium cognitorem accuratissimum; sed etiam, vt earumdem molitorem & autorem sapientissimum: nam hæc aquarum dimensio, eaque diuinò pugillo non meram corporum iam exsistentium cognitionem significat, sed illorum descriptionem, molitionem & effectionem, instar eorum, quæ fundantur, hoc est, à fundamentis exstruuntur; & ideo vsus est Isaias verbo, כון *chun*, quod est denuo *apparare, stabilire, fundare*, vt suprà numero 386. *Quis cælos palmo fundauit?* hoc est, descripsit, extendit, construxit? Creationem quoque rerum induci docuit apertè Hieronymus.

Facere & metiri in Deo idem.

Deus definiendo operatur.

389. *Hic non sola cognitio sed molitio rerum traditur.*

390. Latinus verò interpres verbum adhibuit, *ponderauit*: non eo significatu proprio, quem habet apud Latinos, qui est, grauitatē expēdere, & explorare, hæc enim non palmo expenditur, sed trutinâ, & staterâ, contraposito pondere, vt statim dicitur de collibus; & montibus, qui suopte ingenio sunt graues, & ponderosi: ergo Vulgatus speciale vocabulum pro generali posuit, hoc est, pondero, pro metior, vel pro examino, & exploro: aut palmum materialiter accepit pro digitis manúque, quibus solemus corpus impositum, aut sublatum ponderare, & experiri, sit ne leue, aut graue: & quo quis maius pondus digitis, & manu sustollit, ac sustinet, eo fortior, ac robustior esse cognoscitur. Hæc posterior expositio placuit Sanctio: sed si admittenda, conuenientior erit sequenti dictioni: *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* grauitas enim terræ propria est, non cæli, & si Deus fingendus sit, more poetico, vti Atlas cælum sustinere, non palmâ, sed humero fingendus est sustinere. Et Sanctus Hieronymus non minus in palmo, quàm in pugillo mensuram cognoscit. *Quod autem ait, pugillum vocat, & palmum, humana consuetudinis verbis vtitur atque mensuris.*

Pondero, hîc, ex re visum Latinis pro metior.

Hisp. Sus pesar.

Eadem est aliorum interpretum mens. sed Sanctius etiam in pugillo aliud à mensura diuersum videt, nimirum, vt Deus dicatur habere aquas in pugillo, hoc est, in suâ potestate, adagiali locutione, qualis est Hispaniensis, *Tienelo en el puño*. at si istud Propheta elegantissimus ageret, quorsum verbo, m[illegible] vteretur quorsum pugillum, [illegible] manum vsurparet? quorsum deinde palmum adiungeret? itaque ista omnia mensuram præ se ferunt. Quod attinet ad prouerbialem loquendi modum, etsi non est necesse eumdem esse apud diuersas gentes; tamen neque Hispani dicimus *Tienelo todo en el puño*, siue *Tienelo en su mano*, quæ phrasis est etiam Latina, & S. Scripturæ frequens: *In manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt*, Psal. 94. vers. 4. & Genes. 14. vers. 20. *Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manu tuâ sunt*, & alibi sæpissimè esse verò in pugillo, vel in pugno, non memini [illegible] vulgo nos Hispani sic loquimur *Pusole en vn puño*: id est, eius spiritus & animos contraxit, vehementi formidine affecit.

[illegible]

Denique si præter ordinariam interpretationem, aliquid fas sit exquirere, illud [illegible] rebat: vt Dei magnitudo hac interrogatione commendetur in hunc modum: Quis est adeò magnus, vt eius pugillus possit omnium aquarum congeriem capere, & exæquare? nam mensura æqualis est rei mensuratæ: itaque cùm quærit Vates: *quis pugillo mensus est aquas*, debebit intelligi, non pugillo repetito, sed vno, ac simplici: vt sit idem, atque: Quis suo pugillo poterit continere & capere omnes aquas? similiter, Quis palmo suo cælorum amplitudinem adæquare? vt iis humanæ consuetudinis verbis, vt ait Hieronymus, Dei magnitudo, virtus, potentia & sapientia nobis innotescat. Cui explanationi consentit quod statim consequitur. Huc concedit Chaldaicus sic reddens: *Ante cuius conspectum habentur omnes aquæ sæculi, quasi gutta in pugillo, & mensura cælorum, ac si essent præparati palmo.* 391.

Dei magnitudo.

Quis appendit tribus digitis molem terræ? & librauit in pondere montes, & colles in staterâ?] Postquam de aquarum mole, & de cælorum amplitudine, qui ex aquis compacti fuisse existimantur à multis, propheta meminit, ad terram descendit, alterum vniuersi corpus præcipuum, quod initio ex nihilo factum esse constat: aërem prætermittit, aut qui cælorum nomine solet comprehendi, aut quia non est aspectabilis. *Nexus.*

Quin eodem pertineat hoc membrum, quò superiora, non est dubium, nempe ad intimandam homini potentiam & sapientiam diuinam: cùm Deus ad tam immanem terræ molem & grauitatem sustinendam non brachio, non totâ manu indigeat, sed tribus duntaxat digitis: & præterea eius grauitatem & pondus ita habeat explorata, & cognita, quemadmodum ea, quæ bilance & staterâ accuratissimè, & exactissimè appenduntur. Quorum prius Dei potestatem, posterius eius sapientiam mirificè commendat, atque declarat. Idcirco vates non vsus est aliquo verbo communiore, quale est, fero, porto, sustineo, sed speciali, שקל *sacal*, quod est appendo, quod vtrumque adnotat, & rem sublatam, ac eleuatam sustineri, & eius pondus examinari, atque cognosci. 392.

Dei potentia & sapientia. Deo vniuersa appensa sunt, & explorata.

Et quidem istud maximè conuenire terræ, est sanè quàm exploratissimum. Est enim hoc *Terra est suspensa.*

hoc tantum, ac tam graue corpus, quasi suspensum, cùm infra se nullum aliud habeat; ac proinde nihil, quo quasi fundamento possit inniti; imò ipsum, sit veluti fundamentum aliorum elementorum; & quorumlibet aliorum corporum. Terra enim sustinet maria, pisces, flumina, metalla suis visceribus inclusa, arbores, superiniectas moles & ædificia, homines & reliqua genera animalium; & cùm tot, ac tanta pondera sustineat, & ipsa sit suapte natura admodum ponderosa, nullóque adminiculo suffulta; perseuerat immobilis, nunquam suum locum, & quasi stationem deserens. Quâ de re Psaltes Psal. 103. vers. 5. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi.* *Super stabilitatem suam*, non super alienam, veluti quæ fundantur, & exstruuntur super ipsam terram; itaque ipsa aliis superimpositis impertit stabilitatem, non accipit aliunde suam, nisi à suamet naturâ, & a Deo totius naturæ autore; vnde, quamuis terra stet immobilis, quia Deus ita voluit, præcepitque, vt loquuntur sanctæ Scripturæ, & sancti Patres, tamen Deus id voluit, & fecit, quia id natura huius elementi, & ordo vniuersi postolabat. Hilar. Psalm. 118. v. 90. *Quæ cùm fluida sit aquarum naturæ subiecta, & inconstantis innatet substrata elemento, ita tamen sapientia, & virtute, & spiritu Dei fundata fuerit, vt permaneat.* Ergo *non inclinabitur in seculum seculi*, quam Deus, etsi solis *tribus digitis*, sustinet, & sustinendo firmat. Neque solummodo sustinet, sed suspendit, *tiene la en el ayre.* Iob. 26. vers. 7. *Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.* Hic artifex infinitæ sapientiæ & potentiæ terram fecit ex nihilo, & quantumuis ponderosissimam fundauit super nihilum; neque verendum, vt corruat, aut inclinetur, cùm Deus suo vel minimo digito suspensam teneat.

Et fundamentum mundi.

Terra sustinet alia.

393.

394. *Tribus digitis.*] Hebr. שָׁלִשׁ *salis*, quod ternarium propriè est, & sic aliqui reddunt: LXX. *pugillum*, S. Hieronymus ait, se maioris claritatis causâ, conuertisse; *Tribus digitis*; & hoc magis congruit, nam rei suspendendæ & appendendæ potius digiti porrecti & manus extenta, quàm contracta, pugillúsve vsui est.

395. *Et librauit in pondere montes, & colles in statera?*] Tametsi colles & montes partes sunt terræ, quia tamen assurgunt, & attolluntur super alias partes, & plurimos atque commodissimos habent vsus in vniuerso hoc mundo, peculiaris eorum ratio haberi solet in S. litteris, quoties de creatione, & ordine, ac statu rerum agitur. Adi caput 8. Prouerbiorum, vbi cùm terra nominetur generatim vers. 23. *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret.* & v. 26. *Adhuc terram non fecerat*, inter vtramque hanc terræ mentionem collocat montes & colles: *Nec dum montes graui mole constiterant: ante omnes colles ego parturiebar.*

396. Ex quo loco Illud præterea sumimus, montibus esse maximè propriam grauitatem, quippe quorum materia sit densior, atque compactior, vnde prouerbia si locutione pro re grauissimâ & ponderosissimâ montem vsurpamus: *lleuo vn monte a cuestas*, & Latini; Ætnâ ponderosius. Horum omnium montium pondus, ac grauitatem Deus multo certius, & perfectius nouit quam is, qui rem aliquam trutina ponderauit. Deinde tam ingens collium ac montium magnitudo, & multitudo, tanta moles, & immanis grauitas adeò coram Deo parua est, & exigui ponderis, vt Deus eam staterâ, ac bilance, qua res minutæ solent examinari, appenderit, & ponderauerit. Psalm. 94. vers. 3. *Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos. Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.* Quod si terrarum, ac marium ambitus comparatione cœlorum habetur a Mathematicis, vt punctus, quid mirum si montes & colles, & terra omnis coram Deo tam breuis, leuisque compareat. Neque in tribus hisce digitis, siue in hoc Hebraico ternario aliud latere mysterium exsistimo, tametsi multi autores, sed in primis prædicatores de eo varie philosophentur.

Montibus inest grauitas.

Coram Deo maxima quæque sunt parua.

Spectat quàm maxime ad illustrandum hunc locum ille alius Sap 11. vers. 23. *Virtuti brachij tui quis resistet? quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum. Momentum*, Græcè *ῥοπὴ*, quod nomen etsi, si Budæo fidimus, est propensio, & inclinatio lancis, seu deuergentia, tamen sumi solet, sicut & latiuè momentum pro re, quæ lancem inclinat, quam quia res quæuis imposita quantumuis leuissima inclinat, inde pro re minimi ponderis supponitur aliquando. & sane hoc loco nihil aliud significare potest. Et quia ex pondere vis, magnitudo, pretium plerumque æstimatur, vt ostendat, Dei potentiam & magnitudinem, si ei mundus vniuersus componatur, docet fore, vti rem minimam, vti *stateræ momentum*, quo vix lanx ab æquilibrio demouetur. 397.

Momentum quid.

Vers. 13. Quis adiuuit Spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?

Vers. 14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

Cùm sibi Isaias proposuisset Dei sapientiam commendare ex molitione, & effectione partium principalium mundi, ne quis præ impietate, aut inscitiâ putaret, non Deum per se solum, non suâ ipsius solius vi, & sapientiâ fuisse molitum, ac perfecisse, sed alieno consilio & auxilio suffultum, ob eam causam, eam stultam & impiam cogitationem interrogando submouet: *quis adiuuit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* idest, Quis Deum ad molitionem mundi ope, & opere, aut saltem consilio iuuit? 398.

Deus nullius industriâ eget.

Pro *adiuuit*, hebr. est תִּכֵּן *chun*, quod verbum suprà reddidit Vulgatus, *ponderauit*, & nos diximus, esse, *præparare, firmare, fundare*; vnde reddi posset: *quis præparauit spiritus Domini?* aut *quis fundauit spiritum Domini?* scilicet, quis ei materiam præparauit, subegit, ex quâ mundum faceret: quis Deo fundamenta iecit? 399.

Neque contentus Isaias exclusisse operam, excludit & consilium, vt sartam tectam seruet 400.

non modò Dei potentiam, sed etiam sapientiam: *Quis enim*, inquit, *consiliarius eius fuit?* Principes enim & reges mortales quamlibet potentes, indigent ad sua opera exequenda operis & administria, & quamlibet prudentes & sapientes, ad ea definienda, describenda, & deliberanda indigent consiliariis: Deus verò neutris eget, ipse sibi satis est: neque est homo, aut Angelus, qui ei dare possit consiliũ: neque cuius sit ei necessarium auxilium. Hilar. 11. Trinit. ad finem: *Sensum eius nemo cognouit, & consilio non eguit externo.* L XX. vt longiùs multo hoc adiutorium creaturarum à Deo arcerent, ita verterunt: *Quis cognouit mentem Domini?* si enim nemo fuit, qui posset assequi Domini mentem; ergo & nemo, qui posset illi esse vsui, siue auxilio, siue consilio: nam ad vtrumuis afferendum cuiuis, necesse est, vt priùs eius animi propositum cognoscamus.

Principes indigent aliorum ope, & opera.

401. Sanctus Paulus Rom. 11. vers. 34. translationem L X X. de more secutus sic inducit; *Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quibus verbis, in Paulo, proximè antecedunt illa. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!*

402. Et quamquam Apostolus in eo capite tractet Iudæorum repudium, & Gentilium dilectum, & licèt vt ostendat, Dei consilia non esse temere examinanda, aut perscrutanda, sed piè & humiliter suspicienda, sic exclamauerit, & ad id, Isaiæ testimonium recitauerit; nihilominus ex ista recitatione liquet vatis nostri sensus, atque propositum; nempe, Dei propositum atque decretum à nemine posse cognosci, nisi Deus ipse aperiat; à nemine posse consilium afferri diuino decreto & proposito exequendo opportunum; quod amplius corroborat, & explicat Apostolus; *quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quam rationem crediderim ipse non solùm reddidam eius, quod proximè dixerat: sc. *quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* quod è Iob 41. vers. 2. videri possit esse deductum, sed etiam alterius: *Quis cognouit sensum Domini, & quis consiliarius eius fuit?* nam æquè bene quadrat in vtrumque.

403. Si enim *ex ipso*, vt molitore, & conditore omnia sunt profecta, & *per ipsum*, vt moderatorem omnia reguntur, & administrantur, & *in ipso*, omnia nituntur, conseruantur, & permanent: probè inde consequitur, vt nemo eius spiritum adiuuerit, nemo eius sensum cognouerit, nemo eius consiliarius esse potuerit.

Consiliarius, quis duplex.

Consiliarius; & is dicitur, qui particeps fit consiliorum, & qui consilium dat. Vtroque officio fungi solent quidam apud Principes; sed diuidi possunt: potest enim quis, quin consulatur, alteri consilium sponte afferre; & potest etiam alterius propositum & consilium cognoscere, quin in eam consultationem fuerit adhibitus; quorum vtrumque hoc loco homini respectu Dei, denegatur: è translatione LXX. & allegatione Pauli; *Quis cognouit νοῦν, mentem, seu sensum Domini?* idest, quis per se, assecutus est, quid Deus cogitet, quid meditetur, quid iudicet: quis possit Dei mentem introspicere? Sap. 9. vers. 13. *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?*

404. At quia etsi nemo queat ipse per se assequi diuina proposita, atque sensa, ac proinde nemo possit ad ea exequenda vias & rationes ostendere, quod est propriè consilium dare; si à Deo tamen, quid velit, quò intendat, acipiat, nónne queat inuenire quemadmodum id ad exitum perducatur, ac proinde consilium Deo afferre? iuxta illud Sap. 11. vers. 18. *Sensum tuum quis sciet? nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis: & sic correcta sint semitæ eorum, qui sunt in terris, & quæ tibi placent, didicerint homines.* Ergo cùm homo, aut saltem Angelus quid velit Deus, quò intendat, ex ipso didicerit, nónne possit viam ad id exequendum indicare?

Ne id quidem posse contingere Isaias docet; vbi quærit: *Aut quis consiliarius eius fuit?* L X X. σύμβουλος, qui ab alio fit particeps consilij, quo loco respicitur consuetudo Principum, qui apud se soliti sunt habere viros rerum gnaros, expertos, prudentésque, quos in rebus dubiis, & grauioribus consulant: quorúmque consilio eas moderentur. quod idcirco fit & prudenter, quia nemo Principum sibi sufficit ad deliberandum, & statuendum, quid factu sit opus quóque loco, tempore & modo fieri debeat.

Consiliarij Principum quo vsu.

405. At Deo, inquit Vates, quis vnquam consiliarius eiusmodi adfuit? Quis gloriari potest se à Deo in consultationem adhibitum? vt possit affirmare se Deo dedisse consilium? si ne pectus quidem Deus suum illi dubius aperuit, aut consultabundus, qui dici queat Dei consiliarius? hanc vim obtinet nomen Græcum σύμβουλος, apud L X X. & Paulum. Hilar. lib. 11. ad fin. de Trinit. citans locum Pauli, de quo suprà: *Non circumscribitur Deus mente terrenà, neque hoc sapientia sua profundum sensu intelligentiæ penetrantis attingitur nec iudicia constitutionum suarum perscrutantium ingenio apprehenduntur, nec viæ cognitionis eius ininuestigabiles se consectantium studiis derelinquunt. Sensum eius nemo cognouit.*

Consiliarius Deo nemo.

406. Sed hoc ipsum est in Hebræo; quod ita habet ad verbum: *Quem consilium suum intelligere fecit?* idest, quocum Deus suum consilium communicauit? quod intelligitur, eo fine, vt disceret ab eo, quocum communicabat: nam alioqui, vt Deus hominem doceat, solet ei sua impertire, & aperire consilia, atque decretà. quod vulgatus bene expressit: *Quis consiliarius eius fuit, & ostendit ei?* Et quia Hebraicum nomen respondens Latino relatiuo, *quis, quæ, quod*, caret flexionibus & casibus, reddi potest: *quis vir fecit eum intelligere*, hoc est, docuit consilium suum? & tunc *eum*, debebimus exponere, Deum. Vnde traditur, neminem vtrâuis acceptione, actiuà, vel passiuà, esse posse Dei consiliarium. Quod vtrumque munus magis disertè sequenti versu repellitur: *Cum quo iniit consilium & instruxit eum? & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?*

407. Ex quâ editione ab Ecclesiâ approbatâ, & ex translatione Græca à Paulo allegatâ, & expositâ aperte colligitur non posse consistere quod Hieronymus videtur approbare secundùm interpretationem Symmachi; sic enim ille *Hieron.* habet in commentario: *Pro quibus Symmachus interpretatus est: Quis parauit spiritum Domini? & virum consilij eius quis ostendit ei? cum quo iniit consilium, &c. Per quod ostendit manifestiùs paratum spiritum, siue firmatum illum esse, de quo in Apostolo legitur: Dominus autem spiritus est.* & post pauca: *Ipse est enim spiritus Domini, & vir consilij eius, in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: cum illo iniit consilium, de quo suprà diximus: Admirabilis, Consiliarius. Ita S. Hieronym.* Sed id non agere hoc loco Isaiam, vt Christum nobis exhibeat Patris sui Consiliarium, certius exsistimo, quàm vt ostendi *Propheta institutum.* sit opus. Est enim Prophetæ institutum, Dei potentiam, & sapientiam præcipuè ex opificio mundi demonstrare, quod suprà constitit à numero 371. quæ Dei sapientia sola, sine alienâ ope, operâ, aut industriâ tantum opus fuerit architectata, & ad perfectionem perduxerit. Submouet ergo creaturæ cuiuslibet auxilium, consilium, & cooperationem; non Christi adminiculum admouet: quæ mentio ad id, quod agitur, minimè esset opportuna.

408. Et verò si de Christo loquamur, quà homo est, eadem est ratio, atque de aliis hominibus: cùm enim ipse sit etiam creatura, creatorem adiuuare non potuit. sin de eo sit sermo, quatenus est Deus, non rectè appellaretur, *Vir consilij Dei*, vt vertit Symmachus, & expo-
409. *Christus vt est Dei Consiliarius.* nit Hieronymus de Christo. Nam Christus Dom. vt Deus, dici potest Patris consiliarius, non qui det Patri consilium, aut quem Pater consulat de rebus efficiendis, sed quocum Pater omnia sua consilia communicet, vnà simul cum essentiâ. quo sensu non Pater à Filio, sed Filius à Patre consilium accipit, idest, scientiam practicam omnium efficiendorum, & prudentiam, a quo gignitur; quæ acceptio est æterna, naturalis ac necessaria: sed cum in tempore, quæ fuerant deliberata, ac decreta, producuntur, tum Filius æquè ac Pater eorum est autor & artifex, non *Ioan. 1. v. 3.* consiliarius, aut administer: *omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Idémque Christus, vt homo dici potest Consiliarius, non quem Deus consulat, sed cui Deus sua consilia, & decreta non necessariò, sed liberè omnino, ac liberaliter impertiat. At hoc ad Isaiæ propositum nihil sanè conducit: pergit enim ille non extollere, sed deprimere genus humanum, vt Dei sapientiam & potentiam, luculentiùs commonstret: vt patet e sequentibus: vers. 15. *Ecce gentes, quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputata sunt.* & vers. 17. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputata sunt.*

410. *Arias litigator* Ex quibus fit, multo minùs probabilem videri Ariæ Montani expositionem; nempe, virum quem Deus instruxerit, & suorum consiliorum fecerit participem, & quem docuerit semitam iustitiæ; siue iuris, vt ille vertit, fuisse Moysen: nam si hæc, ne in Christum quidem vt hominem cadere possunt, vt vidimus, quantò minùs Moysi poterunt aptari, ita vt seruiant

A Isaiæ proposito? Nam quod Arias ponit; eò quod Moyses mundi creationem diuinitus edoctus, monumentis mandarit, ob eam causam hoc loco ab Isaia interseri, non graui ad aliquo fundamento nititur: & ad id quod erat vati in manibus, minimè necessarium, aut expediens; cùm non de sapientia, & scientiâ, quam Deus ipse infundit, sermo sit, sed de eâ, quam homo sibi posset arrogare, vtpote connaturalem, aut naturalibus viribus acquisitam.

De hâc enim certum est loqui prophetam, 411.
cùm interrogat: *Quis mensus est pugillo aquas? & palmo cælos ponderauit?* Nam posse hominem à Deo edoceri, quot sint aquarum omnium pugilli, & quot palmi cælorum, quis infitiabitur? B Deinde Arias, vt eam expositionem & sententiam exprimat, aliam à Vulgatâ diuersam cudit translationem, & pro arbitratu dispungit, hoc modo: *Quis aptauit spiritum? Dominus. Et virum consilij eius nosse fecit illum.* Quod an fas sit expositori, prudens lector iudicauerit. nam ipse Arias cum interrogatione, & responsione legit, quod valde distat à Latinâ Vulgata, & à Pauli allegatione: deinde *spiritum* intelligit creatum, quod eidem Paulo repugnat, & explicat Arias *efficacem naturam in omnes mundi partes distributam*, quod parùm Philosophicè, & multùm obscurè dicitur: si enim intelligat, vnam numero naturam esse toto orbe diffusam, qualem C quidam Philosophi veteres ponebant, id est figmentum, vel quod refutetur, indignum: sin velit, vnam esse naturam genere, ab singularibus abstractam, vt Dialectici loquuntur, eam valde impropriè appellat *spiritum*, cùm id vocabulum non singulis rerum naturis, imò paucis possit conuenire: terra enim, & aqua, & cæleste corpus, montes, & colles, de quibus nominatim agit Isaias, spiritus ineptè nominarentur; vnde licèt demus ita verti posse, & dispungi: *Quis aptauit spiritum? Dominus.* id si corporaliter accipiatur, soli aëri, si spiritualiter, homini & Angelo conueniret.

D *Vers.* 14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit ei?

HÆc ferme explanata sunt in superioribus; 412.
& ipsa sunt explanatio præcedentium, & *Constructio, & inde sententia.* quasi amplificatio. Vbi pronomen, *eum, instruxit eum, docuit eum, erudiuit eum*; ad Deum pertinet, non ad hominem. hoc sensu; cum quo Deus consilium iniit, qui Deum instruxerit, docuE erit, &c. Quod nisi ita fiat, sententia commoda stare non poterit. Nam non est dubium, hanc Interrogationem esse instar negationis, ac si diceret: Cum nullo Deus consilium iniit, idest, neminem Deus consuluit. iam si pronomen, *eum* referas ad alium, quàm ad Deum, sic debes interrogationem in negationem vertere: *& neminem Deus instruxit, neminem docuit semitam iustitiæ, & neminem erudiuit scientiam, & viam prudentiæ nulli ostendit.* Quæ quoniam falsa sunt, & absurda, cùm Deus quamplurimos ista docuerit; inde concluditur, pertinere non posse pronomen, *eum*, nisi ad solum Deum: qui solus à nemine potest instrui, doceri, aut erudiri.

c... ores & spissiores, gutta in maiorem magnitu... m potest, ac iol e concrescere, & c... at aquæ, quæ sua natura tam facilè difluit & diffunditur, nisi exigua & parua admodu quat tas coglobata cōsistere non potest, quæ gutta nominatur. Quod si hæc eadem non inni... nitatur aliquo alio solidiori corpore... hæreat & pendeat ex eo, minor debebit e..., nam si esset aliquanto auctior, suo statim ponde re delaberetur.

410. Iccirco Isaias ad deminuendam rei molem, non guttam aquæ, vtcunique, sed *stillam situla*, huc ... guttas, e superficie extima infimâ pendentem, ... similitudinem ascis... t: quæ quid... & est minima, & sponte sua defluens, nec nisi paruo ... p... s spatio situlæ adhærescens, vt ... omne hominum genus non ... in esse quid paruum & exiguum, sed etiam fluidum, caducum, & instabile. Eodem attinet *gutta roris antelucani*. Sap. 11. vers. 23. nam & ... valde dissolubilis, ac dissipabilis, & antelucanus, vbi ... oritur, euanescit est enim ros matutinus symbolum inconstantiæ, & fragilitatis, Vide O... cam cap. 6. v. 4. & cap. 14. vers. 5.

Homo quid paruum. & fluxum.

Ros pro inconstantia.

411. Quod attinet ad *momentum stateræ*, eâdem proportione ratiocinandum. Nam momentum sumi solet pro re, quæ alteram stateræ lancem inclinat, vt suprà docui num. 397. quæ statera si bene librata sit, & accurata, qualis esse consueuit aurificis, vel minimo pondere imposito deuergit in alteram partem: vnde LXX. interprétes ... hoc loco adhibent, quæ est propriè trutinæ illa deuergentia, & propēsio. Quocirca momētū nihil aliud est hîc, nisi res leuissima, quæ nullius ferè est grauitatis, ac pōderis, ac proinde nullius pretij, & æstimationis.

Momentum quid.

412. Et nomen originale שחק *sachac*, promouet sententiam, nam ducitur a verbo iisdem litteris constanti, quod est idem, atque *contundo, comminuo*, ac proinde nomen, est puluis minutissimus, tenuissimus, qui ideo hôc loco reponitur, quia solet bilancibus adhærere, & nequaquam facere ad librationem, & pondus, vt bene sentit Arias; vel quia e bilancibus exsufflatu ob suam tenuitatem abscedit, vt dixit R. Dauid in Radicibus apud Pagninum; vel denique, quia quemadmodum è corporibus fluidis rem minimæ magnitudinis Vates adhibuit, ita è corporibus consistentibus rem minimi ponderis, nempe minutissimum puluisculum attulit, eundémque minimi pretij, qui vix stateram inflectat, qui negligatur vbique, & quouis flatu dispereat. Quæ omnia belle cadunt in hominem, præcipue Deo collatum: vt ab Isaiâ hoc loco confertur. Eiusdem omnino notæ est: *Ecce insulæ quasi puluis exiguus.* Vbi Insulæ, vt aliàs non semel, prouinciæ sunt remotiores, ad quas, in primis, maris adiectur. Vide cap. 11. num. 131. *Puluis*, iamets aliud est nomen ab eo, quo supra dixi puluerem significari, sed non significatu diuersum, nam est דק *dacb*, a verbo דקק *dachach*, tractum, quod est etiam *contundere*, & *comminuere*. itaque hic terra, istic terricolæ eiusmodi puluisculo, & quoad paruitatem, & quoad vilitatem assimilantur. S. Hieronymus ait; *minutissima pulueris frusta, ac penè inuisibilia hoc nomine appellantur: quas fortasse Democritus cum suo Epicuro atomos vocat.*

Homo Deo collatus nihil est.

Insula quid.

Hieron.

Vers. 16 Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

VAriant expositores dum rationem inuestigant, & afferunt, ob quam Isaias mentionem facit insufficientiæ sacrificiorum. Arias suum filum producens ait, ne quis humani generis instaurationem putaret effici posse sacrificiis, & pro templo *Libanum* credit illeg... substitui. Ceterùm nunc de maiestate diuinâ commendandâ agitur, non de instauratione humanæ naturæ, vt ex dictis constat. Et quamuis alijs locis *Libanus* pro templo stet, hoc tamen loco, aptior ad succendendum, & pascendum ignem, est mons ipse nemorosus, & multis, ac magnis arboribus abundans, quàm templum, in quo fiebant sacrificia. 423. Scolia Opin. 1.

Libanus quid.

Sanctus Hieronymus, vt ab idololatriâ Iudæos reuocet, icci tco hæc dicere Vatem: sed non video vim rationis, si eò dirigatur. nam si dicas, Deum plurimis hostiis esse dignum: respondere potest idololatra, id verum esse, sed quemque Deo suo sacrificare debere. Pintus, Deo pro dignitate sacrificari non posse: id ipsa verba ferunt, sed quorsum id dicat, quæritur. Forerius, supra Dei magnitudinem, hic eiusdem sanctitatem demonstrari. 424. Opin. 2. Opin. 3. Opin. 4.

Placet mihi Adamus, qui magnitudinem Dei exsistimat iis etiam verbis indicari. Porrò sacrificium soli Deo conuenire, notio est hominum animis naturaliter impressa: nullus enim vnquam quamlibet barbarus & ignarus sacrificauit nisi vbi aliquam diuinitatem esse rebatur. Vide Aug. epistol. 49. quæst. 3. & Act. 14. vers. 14. Itaque sacrificando Dei excellentiam profitemur. Nam vti caritas respicit summam Dei bonitatem, fides eius infallibilem veritatem: ita Religio, cuius actio præcipua est sacrificium, sibi proponit colendam Dei supra res omnes, immensam dignitatem, & excellentiam. Augustinus Psalm. 94. vers. tertio. *Etenim illi dæmones volentes videri dij, non sibi ista exegerunt, vt fallerent* (scilicet sacrificia) *nisi quia sciunt deberi vero Deo.* Ergo cùm ad eam rite venerandam, & honorandam non satis esse omnia animalia, quæ mactentur, neque omnia ligna, quibus mactata in holocaustum comburantur (nam hîc *Libanus*, vnus mons pro quouis monte, ac nemore capitur) commodè diuina maiestas, & infinita eius dignitas, ac excellentia describitur. 425. Opin. 5. probatur. *Sacrificandum soli Deo.* *Sacrificium quo propriè tendat.*

Vers. 17. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt.

HÆc eumdem explicatum sortiuntur, atque illa vers. 15. de *stillâ situla*, & *momento stateræ*; & hinc apertiùs euadit, hominem ita vili pendi, si coram Deo, & illi compositus consideretur. Et hæc oratio possit esse probatio superioris, nimirum, Deum pro dignitate ab hominibus per sacrificia coli non posse, cùm nihilum sint omnes nationes & gentes 426.

gentes coram eo. Psal. 38. vers. 6. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Vbi sic excurrit Augustinus: *Ecce veteres posuisti dies meos* (sic legit ille) *veteres dies ex Adam, veteres illos posuisti, veterascunt quotidie, & sic veterascunt, vt aliquando consumantur. Et substantia mea tanquam nihil ante te. ante te Domine tanquam nihil substantia mea, ante te, qui vides hoc, & ego cum hoc video, ante te video, ante homines non video. Quid enim dicam? quibus verbis ostendam, nihil esse quod sum in comparatione eius, quod est? Sed intus dicitur, intus vtcunque sentitur, ante te Domine, vbi oculi tui sunt, non vbi oculi humani sunt. quid vbi oculi tui? substantia mea tanquam nihil.* Et idem August. Ioan. tract. 102. agens de petenda beata vita: *Quidquid aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res est, sed quia in tanta rei comparatione, quidquid aliud concupiscitur, nihil est.*

August.

Homo coram Deo non est.

447. Probè sanctus Augustinus se nihil esse recognoscit, & ingenuè confitetur in comparatione eius, *quod est.* Nam si Deus solus *est*, verè colligitur, creaturas nihil esse. Esse autem Dei hoc proprium, esse eum, qui *est*, ex eius ore didicimus Exod. 3. versiculo 14. Cùm enim Moyses mitteretur è deserto ad filios Israël, cum mandatis, & legatione, & ille opponeret, ac exciperet; *Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos; si dixerint mihi; Quod est nomen eius, quid dicam eis? Dixit Deus ad Moysen, EGO SVM QVI SVM. Ait: sic dices filiis Israel: QVI EST, misit me ad vos.* Augustinus Psalmo 82. versiculo 19. *Tanquam non sint ea, quæ facta sunt, si comparentur ei, à quo facta sunt.*

Deus solus est.

448. Ergo, si hæc est diuini Numinis, ac veri nota propria, quæ alij conuenire nequeat: nempe, *Qui est*; reliqua omnia non sunt, nihil sunt, quia ex se, & per se non habent, vt sint, sed quatenus ex Deo, & in ipsomet Deo sunt, & innituntur; *quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*, Rom. 11. versiculo 36. Etenim si licuit Philosophis tradere, Accidentia non debere dici simpliciter Entia, sed Entis Entia, eò quòd per se non possint consistere, sed substantiæ innixa: quanto magis Theologis sanctis, nempe Prophetis licuerit affirmare, coram Deo omnes Gentes, omnia condita esse quid inane, esse nihil, non esse: quippe quæ, nisi à Deo perenniter sustententur, in idipsum nihilum, ex quo producta sunt, è vestigio redigenda sint.

Accidens respectu substãtia, quid.

Res creata sua sponte ferentur in nihil.

449. Hoc idem argumentum attigit Sapiens Sap. 13. versiculo 1. *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est: neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex.* Græca venustiora & sententiosiora sunt: ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα; quæ Latinè ad amussim & æquè bellè exprimi non possunt: Deum appellari τὸν ὄντα, ac si dicas: Existentem, seu potiùs Entem, eum, qui est, per excellentiam, tradidit etiam Plato (quem è libris sacris in suos aliqua deriuasse fuit veterum Patrum opinio) nam Seneca in Epistol. 58. cùm dixisset, Platonem quæcumque sunt, in sex modos partiri, & primum retulisset, addit: *Secundum ex his, quæ sunt; ponit Plato quod eminet, & exsuperat omnia. Hoc ait per excellentiam esse, vt Poeta communiter dicitur: omnibus enim versus facientibus hoc nomen est: sed iam apud Græcos in vnius notam cessit, Homerum intelligas, cum audieris Poetam. Quid ergo, Hoc est? Deus, scilicet, maior, ac potentior cunctis.* Ita Seneca e Platone, 450 qui ineptus, licèt non sit, est tamen modicus in asserendâ Dei, supra cæteras res, excellentiâ, ac maiestate: cum illi nomen ὄντος *Entis* accommodet, per solam antonomasiam, vt Homero apud Græcos, Poetæ nomen. Nam is, in cuius conspectu, ac præsentia nobilissimæ cuiusuis sortis & ordinis creaturæ, inane quid & pro nihilo censentur, non solum per excellentiam, sed simpliciter, & absolutè dicitur ὤν, *Ens*, siue, *Qui est*: vnde illud Exod. adductum: *Ego sum, qui sum: Qui est, misit me ad vos*, cùm id Deus de proprio nomine interrogatus responderit, non debebit accipi, vt respectiuum, scilicet, respectu aliorum; sed præcisè: cui pote essentiale sit *esse*, qui non possit non esse, ac proinde, neque alio nomine indigeat, quo discernatur ab aliis, neque nomen aliud, quàm hoc quod *est*, ὤν, *Ens*, queat eius immensam essentiam exhaurire.

Plato è libris sacris hausit.

Aug. 8. ciuit. c. 11. Orig. lib. contra Celsum. Euseb. toto lib. 13. Præpar.

Seneca epist. 58.

Exod. 3. vers. 14.

Nomen Dei quale.

451. Acutè apud Eusebium libro sexto histor. Ecclesi. capite tertio. Attalus martyr à tyranno quodam per ludibrium interrogatus, quod esset Dei nomen, respondisse fertur: *Qui plures sunt, nominibus discernuntur, qui autem vnus est, non eget nomine.* Cui addere liceat: quorum natura & conditio finita est, & participata, ea nomine circumscribi potest: Essentia verò ipsa vtpote immensa nullis potest singularium vocabulorum finibus comprehendi: sed eo verbo debet exponi, quod æquè pateat, quale est, τὸ ὤν, *quod est*, siue *qui est*.

Euseb.

Qui vnus est, non eget nomine.

Vide infrà cap. 42. num. 135.

452. Quo loco me tenere non potui, quin Hilarium describerem in primo suo libro de Trinitate ad hunc modum scribentem, postquam verba illa relata ex Exodo posuisset: *Ego sum qui sum, qui est, misit me ad vos: Admiratus sum*, inquit, *plane tam absolutam de Deo significationem, quæ naturæ diuinæ incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intelligentiam humanam sermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quàm esse intelligitur, quia idipsum, quod est, neque desinentis est aliquando, neque cœptis: & id quod incorrupta beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit, aut poterit aliquando non esse. Quia diuinum omne neque abolitioni, neque exordio obnoxium est, & cùm in nullo à se Dei desit æternitas, dignè hoc solum, quòd esset, ad protestationem incorruptæ suæ æternitatis ostendit. Et ad hanc quidem infinitatis significationem satisfecisse sermo dicentis videbatur: Ego sum qui sum, sed magnificentiæ & virtutis suæ erat à nobis opus intelligendum: nam cùm esse ei proprium esset, qui manens semper non etiam aliquando cœpisset, æterni, & incorrupti Dei dignus de se hic rursum auditus est sermo: Qui tenet cælum palmo, & terram pugillo: & rursum: Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. quam domum mihi ædificabitis, aut quis locus erit requietionis meæ*

Hilar.

Cælum & terra in manu Dei.

nonne

nonne manus mea fecit hæc? Vniuersitas cœli palmo Dei tenetur, & vniuersitas terræ pugillo concluditur. Sermo autem Dei etiamsi ad opinionem intelligentiæ religiosa proficit, tamen plus significationis introspectus sensu continet, quàm exceptus auditu. Nam conclusum palmo cœlum rursum Deo thronus est, & terra, quæ pugillo continetur, eadem & scabellum pedum eius est. ne in throno & scabello secundum habitum considentis, protensio speciei corporeæ possit intelligi: cùm id, quod sibi thronus, & scabellum est, rursum illa infinitas potens, palmo ac pugillo apprehendente concluderet. Sed vt in his cunctis originibus creaturarum Deus intra & extra, & supereminens & internus, idest, circumfusus & infusus in omnia nosceretur, cùm & palmo, pugilloque continens potestatem naturæ exterioris ostenderet, ac thronus, & scabellum substrata esse, vt interno exteriora monstraret, cùm exteriora sua interior insidens, ipse rursum exterior interiora concluderet. atque ita totus ipse intra, extraque se continens, neque infinitus abesset à cunctis, neque cuncta ei, qui infinitus est, non inessent.

453. Doctè & eleganter Hilarius & superioribus Isaiæ verbis lucem intulit, & ad inferiora meliùs intelligenda nobis viam sternit: quatenus docet, ne, cùm Deo thronus, & scabellum assignatur, putaret quis in eo esse protensionem speciei corporeæ, ob id introduci pugillo terram, palmo cælos concludentem; ac proinde maiestatem, numénque infinitum, in quod membra aut quæuis alia moles corporea cadere non possint: quæ est sequentium verborum sententia.

Lege Aug. Psal. 35. v. 8. Nemo est similis tui in diis Domine.

Vers. 18. Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

454. *SS. Imaginū vsus nō hoc loco læditur. Eius etiam in Ecclesia.*

CVm primis sumendum vt certissimum, quippe quod fide diuinâ, & Ecclesiæ consuetudine ab exordio firmatum, hoc loco vsum sacrarum imaginum, vel ipsius Dei non interdici: nam Dei imagines non eo fiunt, quo Dei essentiam & naturam ad viuum referant, & ad perfectum vsque repræsenteur: sed vt nobis eius memoriam exsuscitent, & venerationem euocent. Quæ veneratio non in materiam imaginis, sed in ipsum Deum, cuius est qualiscumque imperfecta, & adumbrata species & imago, dirigitur. Vnde nihil est, quod hoc Isaiæ loco osores impij imaginum sacrarum lætentur.

455. *Dei immensitas non admittit fictā imaginem creatam.*

Quo sumto, & posito, facilis est expositio loci. Cùm enim, inquit Isaias, tam infinita sit diuina maiestas, tam incomprehensa illius essentia, potentia, ac magnitudo, vt mundi regiones coram eo sint *puluis exiguus*: omnes gentes, *vt stilla situlæ, vt momentum stateræ*, vt inane, vt nihilum: cui poterit assimilari tanta maiestas? quod poterit eius effingi, aut fingi simulacrum? Neque ob hoc interdicitur vsus valde laudabilis in Ecclesiâ pingendi ipsum Deum humanâ for-
456 mâ. Ex quo damnatur omne genus idololatriæ, siue eius, quæ rebus irrationabilibus diuinitatem affingit: siue eius quæ tribuit eandem hominibus. cùm vtraque tam exiguæ sint molis, tantæque paruitatis, vt infinities repetita, ac duplicata Dei magnitudinem adæquare non possint. Adde, eiusmodi esse Dei immensitatem, vt mole vllâ corporeâ constare nequeat, sed esse necessum, vt ab omni concretione materiæ, & protensionis, vt loquitur sanctus Hilarius, quàm longissimè distet. Idémque libro tertio ad finem: *Deo simile aliquid esse nisi quod ex se erit, non potest.* Vnde solus Filius est Dei imago. Idem Hilarius octauo de Trinitat. ad finem. *Vtrùm infinitus Deus per formam circumscriptam & imaginem coimaginari possit ad speciem? Imago enim formam necesse est reddat eius, cuius imago est.*

Quocirca idolorum adoratores bifariam grauissimè peccant, & errant. Primùm, quòd Dei maiestatem, quam oporteret concipi infinitam, certis, ac breuibus terminis cùm magnitudinis, tum essentiæ definiant. Deinde, quòd eam, quæ cuiuslibet materiæ, & quantitatis, atque qualitatis est omnino expers, & immunis, nihilo secius corpoream fingant, & effingant. quo vtroque nihil potest absurdius & stultius cogitari. Dei nomen Hebræi ideo quatuor litteris consonantibus absque vlla vocali scribebant, vt ostenderent Dei naturam esse ineffabilem, & solo intellectu percipi posse. teste Eusebio libro vndecimo de Præpar. capite octauo. 457. *Cultor idoli peccat bifariam.* *Dei nomen absque vocalibus, cur.*

Ex quo item reiicitur error, Deo membra humana tribuens, aut saltem aliquod caput adaptans: in quo errore non modò versati sunt Gentiles, sed etiam olim aliqui Christiani, non tantùm idiotæ & litterarum ignari, cuiusmodi fuerunt multi Monachi, & Eremitæ, sed etiam aliqui aliquanto litterati. Nam Lactantius in libro de ira Dei, capite secundo & capite decimonono ei figuram ascribit. Sed hunc errorem probè refutat Origenes ad caput tertium epistolæ ad Romanos; & libro tertio contra Celsum edocet, quatenus sacræ litteræ membra humana Deo alicubi assignent, nempe, vt se se ad nostrum captum accommodent, demittántque, quo faciliùs diuinas actiones possimus intelligere. 458. *Error Deo affingentium membra, seu corpus.* *Lact. errat.* *Membra Deo quatenus in S. Script.*

Sed nolo Patres alios veteres, & Ecclesiæ lumina ad hanc nebulam erroris disiiciendam aduocare, sed scriptorem ab lumine fidei alienum Marcum Tullium; qui in libro primo de natura Deorum, post medium, ita dispellit: *Cedò mihi istorum adumbratorum Deorum lineamenta, & formas. Non deest hoc loco copia rationum, quibus docere velitis humanas esse formas Deorum. Primùm, quòd ita sit informatum, anticipatúmque mentibus nostris, vt homini, cùm de Deo cogitet, forma occurrat humana. Deinde, vt cùm rebus omnibus excellat natura diuina, formâ esse quoque pulcherrimâ debeat, nec esse humanâ vllam pulcriorem. Tertiam rationem affertis, quòd nulla alia figura domicilium mentis esse possit. Primùm igitur quidque consideras, quale sit? Arripere enim mihi videmini quasi vestro iure rem nullo modo probabilem.* 459. *Tullius Deus caret forma humana.* *Argumenta contrà.* *Dissoluuntur.*
Quis tam cæcus in contemplandis rebus 460.
vnquam

vnquam fuit, vt non videret, species istas hominum, collatas in Deum aut consilio quodam sapientum, quo faciliùs animos imperitorum ad Deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent, aut superstitione, vt essent simulacra, quæ venerantes, se Deos ipsos adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem poetæ, pictores, opifices. Erat autem non facile agentes aliquid, & molientes Deos in aliarum formarum imitatione seruare. Accessit etiam illa opinio fortasse, quòd homini homine nihil pulcrius videatur. Sed hoc tu physicè non vides quàm blanda conciliatrix, & quasi sui sit lena natura. An vllam esse putas terrâ, marique belluam, quæ non sui generis belluâ maximè delectetur? Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum, vllam anteferre censes figuram suæ? Quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripserit, vt nihil pulcrius quàm hominem putaret, eam esse caussam, cur Deos hominum similes putaremus? hæc è profano scrinio non inepta quidem libuit compilare, aut iure vindicare.

Natura sui conciliatrix. Naturæ similitudo trahit.

451. Sed apud Paulum in Actis capite decimoseptimo versiculo vigesimoquarto valentiores neruos rationis inuenimus; qui cum Atheniensibus, apud quos credebatur tunc esse sapientiæ domicilium, sic disputat, arripiens occasionem ex illâ arâ inscriptâ & consecratâ *Ignoto Deo*: *Deus qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt; hic cæli, & terræ cùm sit Dominus; non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum habitare super vniuersam faciem terræ; definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inueniant: quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrûm. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus; sicut & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt: ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis diuinum esse simile.*

Paul. Act. 17. v. 24.

462. Paulus ex eo, quòd Deus sit mundi totius conditor, rectórque, inde elicit, neque indigere ædibus ad habitandum, neque manibus humanis ad cultum: *nec manibus humanis colitur*; quod ad simulacra ipse referebam, quæ manibus fiunt: quódque Apostolus dein disertiùs excludit: *Genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis diuinum esse simile.* Quæ extrema verba verbis Isaiæ sunt quàm simillima; in quibus istud infinitiuum, *esse*, & potest componi cum nomine, *simile*, hoc modo: *Diuinum non debemus æstimare, simile esse auro*, &c. & potest componi cum nomine *diuinum*, hoc modo: *Esse diuinum non debemus æstimare simile auro*; & hic modus congruit magis proposito nostro, in quo à numero 426. patuit, hoc quod est, *esse*, Deo soli conuenire, & nullis posse finibus circumscribi; ac proinde nihil inueniri in rebus creatis, atque finitis, cui Deus vlla ex parte assimiletur, cùm omnes creaturæ cum eo compositæ, tam breui termino definiantur, vt sint, ac si non essent, & pro inani, ac nihilo reputentur.

Auctor rerum non indiget rebus.

Diuinum esse, apud Paulum, quid.

463. Quæ cùm ita sint, qui fieri potest, vt lapidi, argento, vel auro quantumlibet ex arte egregiè elaborato, & expolito, diuinitas insit? aut ab eo propriè repræsentetur, ac referatur? Illud est in Apostolo à Propheta diuersum, quòd hic genus humanum deprimit, ille extollit; iis verbis: *Ipsius enim & genus sumus: genus ergo cùm simus Dei*, &c. sed vnum alteri non est contrarium. Nam Paulus attollit dignitatem hominis, vt eum pudeat pro Deo habere, & adorare lapides, & metalla, cùm sit ipse multo excellentior quàm lapides, & quæuis metalla: Isaias verò deprimit hominem, vt se Deo inferiorem infinito interuallo recognoscat, ac proinde intelligat Dei numen immensum intra fines cuiuslibet corporis includi non posse. Sanctus Hilarius libro primo Trinitatis enumerans varios errores idololatriæ sic ait: *Atqui ipsas creaturarum corporeas conspicabilésque formas in elementis terrenis, & cælestibus adorabant. Postremò quidam in simulacris hominum, pecudum, volucrum, serpentum, ferarum Deos suos collocabant, & vniuersitatis Dominum, atque infinitatis parentem intra angustias metallorum, lapidum, & stipitum coarctabant.*

Idololatria refellitur.

Paulus ab Isaia, quo differat.

Hilar.

Dei immensitas intra angustias creaturarum nequit includi.

464. Hoc ipsum est quod Propheta perstringit, cùm ait: *Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?*

Vers. 19. Nunquid sculptile conflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius?

INterrogationis forma sensum efficit obscuriorem. nam eiusmodi interrogatio: *Numquid sculptile conflauit faber?* vim obtinet negationis; id est, non conflauit: & verò constat è contextu sententiæ, debere esse affirmationem. Quocirca Arias tollit particulam interrogandi, *Numquid*, & legit affirmatiuè: sed similiter deberet tollere dictionem disiunctiuam, *aut*; & id etiam facit Arias, & substituit particulam, *&*, hoc modo, *& aurifex auro figurauit illud*. At quis non intelligat, plus sibi Ariam sumere, quàm expositori sit fas? Mitto LXX. interrogationis notam in Hebræo exemplari peruidisse, & in Græco expressisse.

Obscuritas. Particula, Numquid negat. Dubium.

465. Vnde faciliùs adducerer, & descenderem eò, vt putarem, particulam *numquid*, esse positam, pro *nonne*, etsi, vt verum fatear, ne hoc quidem ausim dicere, nam Græca dictio μὴ, eamdem vim habet, atque *numquid*? quare aliter respondeo dubitationi. Primò, *sculptile*, sumi pro *Deo ipso*, & tunc locus est tali interrogationi, quæ sit sensu eadem, atque negatio: Numquid sculptor, aut aurifex, aut argentarius potest Deum facere? nequaquam eorum ars & industria eò valet accedere: solummodo enim potest in lignum, aut in metallum aliquam formam & figuram inducere; idque videtur sequenti versu tradi: *Fortè lignum imputribile elegit*, &c.

Prima responsio.

Resp. 1. Sculptile pro Deo.

466. Deinde suspicor, docere Isaiam, tantum abesse, vt Dij ab hominibus fieri possint, vt ne

A ne totum quidem simulacrum Deorum ab iis fiat: non enim artifex facit lignum, argentum, aut aurum, sed illi hæc materia supponitur, ex qua idolum exsculpat, aut conflet: itaque figuram tantùm immutat, & speciem externam imponit: quæ vt sit diuturnior, cùm simulacrum ligneum est faciendum, *lignum & imputribile eligit*; ne autem facilè sentiat aut aliâ ratione, breui computrescat: videt enim lignum facillimè corrumpi. & quia videt, item idolum per se stare non posse, illud firmat, fulcitque ne suo loco motum concidat, & frangatur. S. Hilar. Psal. 134. vers. 15. *Addunt plerique his impietatibus suis autoritatem, et pretiis metallorum honorem diis, quos sibi fecerint, quærant, auro eos, argentóque formando, sed hoc tantùm, quod possunt, largiuntur, imaginem scilicet, oris, oculorum, narium, manuum, & pedum, Deos suos in formas mortuis corporis adorantes.*

B

467. *Isaiæ* 1. Augustinus in Ioannem tract. 42. *Æquari non potest scamnum fabro: æquari non potest columna structori; & tamen faber, si scamnum fecit, lignum ipse non creauit. Dominus Deus, quia omnipotens est, & verbo fecit quod fecit: omnia quæ fecit, non habuit unde faceret, & tamen fecit.*

Denique sic liceret exponere: *Numquid sculptile conflauit faber?* scilicet, Deo similes; sed hoc modo nihil noui diceretur: nam superiori versu dicitur: *Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?* Quare cùm istud hoc versu, semel & iterum arguatur, non fit vero simile, idem omnino tertiò repeti. Vnde alteruter illorum modorum nobis explicandæ difficultati occurrebat appositus.

C

468. *Cyril.* Priorem visus est amplecti S. Cyrillus dum his verbis est vsus: *Siquidem*, inquit, *omnes gentes quasi nihil sunt, & quasi pro nihilo habitæ sunt, cui similitudinem similem fecistis eum? quid enim erit simile & æquipollens, seu natura, siue ponderis, seu nobilitatis ratione? Num enim arte fabri, & lignarij: mon auri fusorum peritiâ formatus est in effigiem alicuius creaturæ? An*, inquit, *effictus est humana imago? Minimè. Nihil enim quicquam ei æquari potest. Deus enim cùm sit, naturâ, & ex se, quia aliud non extitit, omnibus omnino erit superior.* *Deo nihil æquari.*

D

469. *Clem. Alex.* Clemens Alex. paulo ante finem lib. 5. Stromatum nobis præfert lumen ad hunc locum melius aspiciendum. *Antisthenes Socraticus*, ait ille, *vocem illam propheticam, circumlocutione exprimens, quæ dicit: Cui me assimilastis, dicit Dominus? ait eum nulli esse similem, quoniam nemo potest eum discere ex similitudine & imagine. Xenophon Atheniensis similia dicit his verbis. Qui ergo omnia concutit, & facit quiescere, manifestus quidem est, vt qui sit magnus & potens: qualis autem sit formâ prædictus, nō apparet. Neque verò Sol, qui videtur luce illustrare omnia, ipse quoque permittit, vt videatur. sed si quis eum impudenter fuerit contemplatus, priuatur oculis.*

E

Quæ caro namque oculis cælestem cernere possit
Verum, immortalémque Deum, cui in vertice cæli est
Sedes: Sed Solis radios nec cernere fixis
Luminibus poterit quisquam mortalis ab ortu:

vt prædixit Sibilla.

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

A Hactenus Clemens ex quo desumimus, quòd Deus sit conditor mundi, bene inde colligi, eius non posse existere imaginem, aut figuram, quæ fuit nostri Vatis argumentatio.

Vers. 21. Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annuntiatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ?

B QVi interpretes singulis verbis singulas & proprias notiones conantur ascribere, in magnas se induunt difficultates, e quibus non se facilè expediant. Nos simpliciùs accipiebamus, sermone pro vnâ & eâdem re amplificata & expolitâ, ritu S. Scripturæ. 470.

Expolitio. *Infideles inexcusabiles.* Hâc interrogatione toties iteratâ Isaias eripit infidelibus excusationem ignorantiæ, quam possent obtendere, circa mundi creationem. Nam *fundamenta terræ*, etsi aliud alius videtur, nihil aliud significant, quàm terram à Deo fundatam, hoc est, ex nihilo conditam, à fundamentis, vt aiunt, exstructam, & aliis vniuersi corporibus quasi fundamen, substratam, quâ de re plura suprà contuli numero 391. *Fundamenta terræ quid.*

C Quæ interrogatio & oratio tametsi meliùs sese accommodat Iudæis idololatris, quibus ab initio est annuntiata, in Genesi, mundi molitio; sed bene item conuenit aliis infidelibus, & gentilibus, quibus lux naturalis ostendit, vnicum esse Deum, & ab eo mundum esse factum, Rom. 1. vers. 19. 471.

Vers. 22. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum.

PErsistit Isaias in ostendendâ Dei maiestate, & potestate ab effectis. 472.

Hæc sessio Dei super orbem terræ, est legitima eius possessio, stabilis, imperturbata, eiusdémque conseruatio, & gubernatio constantissima. Tale illud Psalm. 23. versic. 1. *Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.* *Sessio Dei super terrã.*

Neque hoc aduersum est illi infrà capite 66. versiculo primo. *Cælum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum.* Etenim vtrobique terra Deo substernitur, & Deus illi insidens & insistens, humano modo, describitur. Et nonnemo interpretatur, *sedere super gyrum terræ*, sedere in throno eleuato super terram, ac proinde, esse idem, quod sedere in cælo. *Sanctius.*

L X X. *Qui continet gyrum terræ*; videlicet, suspensum, nulli fundamento innixum, vt suprà versic. 12. *Quis appendit tribus digitis orbem terræ?* Neque impedit, alio & alio loco idem doceri, nam & antea dictum est, Gentes esse *quasi stillam situlæ, & quasi momentum* 473. *Iteratio sent. de sententia.*

Homines cur locustæ dicantur.

Homo repit humi.

ftateræ verf. 15. & verf. 17. esse *quasi non sint*; & nihilominus, hic dicuntur esse *quasi locustæ.* Quæ similitudo eòdem attinet; significandæ videlicet, paruitati, & vilitati. Prætetea gressus adnotatur, itaque homines humi repunt, aut instar locustarum saltitant: vtcumque tamen à terrâ parum admodum eleuantur. conditio humilis, cogitatio terrena: *corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*, Sap. cap. 9. verf. 15. Locustarum ingenium pingit Hilar. Can. 2. Matth. & homini accommodat bellè. vide quæso.

Quod attinet ad extensionem cælorum, facilitas in eorum conditione ostenditur, & Dei potentia. Quæ comparatio alibi quoque conspicitur, Psal. 103 verf. 2. *Extendens cælum sicut pellem.*

Vers. 23. Qui dat secretorum scrutatores, quasi non sint: iudices terræ, velut inane fecit.

Autoritas penes sapientes, & potentes.

474. ETsi generatim omnes homines respectu Dei, quasi nihil esse docuerat Isaias; speciatim tamen voluit duos hominum ordines indicare, qui plus dignitatis, & autoritatis habere videntur: nimirum, sapientes, & potentes: priores vocat, *secretorum scrutatores*, quorum institutum & studium est, naturæ secreta perscrutari, introspicere, & in eius quasi sacrarium penetrare.

Consiliarius idoneus, quis.

Potest etiam referri ad sagacitatem & prudentiam, quoad consultationes, & consilia capienda, ad quæ non solùm occultæ rerum naturæ sunt cognoscendæ, sed etiam arcana hominum proposita, & studia sunt peruestiganda & conijcienda, & quo quis in hoc genere scientiæ est peritior, & perspicacior, eo melior, & felicior est consiliarius: quâ peritia & prudentiâ qui inter alios excellunt, in magnâ sunt admiratione ac reuerentiâ. Exemplo queat esse vnus Salomon, qui hâc sagacitate præditus & vsus contentionem ac litem inter duas illas meretrices super infante superstite, vtrius esset, exortam sagacissimè dirimens, incredibilem sibi apud omnes peperit reuerentiam. *Audiuit itaque omnis Israel* (3. Reg. 3. verf. 28.) *iudicium, quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.* Quo loco timor, vt alias non semel, pro reuerentiâ substituitur.

Timor pro reuerentiâ.

Principem decet prudentia, & sapientia.

475. Et quoniam hæc prudentia, & sagacitas est valde necessaria & propria regum, ac principum, ne in diiudicandis subditorum causis aberrent, hinc fit, vt nomen Hebraicum [illegible] *rozen*, vtrumque significet, cùm Consiliatium perspicacem, tum Principem; vnde Vulgatus *secretorum scrutatores* vertit, & L X X. ἄρχοντας, *principes.* Ac proinde alterum nomen, *Iudices terræ*, pro synonymo haberi possit. Quo loquendi genere admonemur, Rectores aliorum, & moderatores debere esse sapientes, prudentes, secretorum naturæ, & morum, atque ingeniorum scrutatores, quo possint salubria & opportuna consilia inuenire, & suorum saluti consulere: & non nisi eiusmodi viros, probos simul ac moderatos, assumi & euchi oportere ad gubernacula Reipublicæ: qualem morem viguisse legimus apud gentes plurimas; hinc enim apud Gallos Druidæ, hinc apud Indos Gymnosophistæ, hinc apud Persas Magi, & id genus apud alios alia vocabula, quibus Reges ac Principes honorabantur.

476. Ergo quamuis sapientia, & potentia adornatos & obarmatos homines Deus pro inani, pro nihilo ducit: tanta ac talis est diuina maiestas & sapientia. Neque mirum, tam parui fieri eiusmodi homines, qui in hoc seculo apparent valentissimi, cùm tam tenuibus sint innixi radicibus, quod sequens versus exponit.

Vers. 24. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terrâ truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

477. COmparatio bina, satis vsurpata literis diuinioribus: de priori egimus ad vers. 6. *Omnis caro fœnum*, relege, si placet, a num. 102. Hic dumtaxat adnotare fuerit opus, modum dicendi, quiè mediâ agriculturâ petitur. Arborum enim aliæ seruntur, aliæ plantantur: seruntur, quarum semen terræ mandatur; plantari dicuntur, cùm ramus decisus, seu surculus humo defigitur: & vtrouis modo, si aptè, & ex arte fiat, radices agit arbor in terram, & illis innixa adolescit. quæ si neque plantetur, neque seratur, radicari in terrâ non poterit. Hæc est via huius periodi. *Et quidem truncus eorum, neque plantatus*, qui solet citiùs virere, & ferre fructum, *neque satus*, qui etsi tardiùs, tamen adolescit: ac proinde neque *radicatus* potuit exsistere.

478. L X X. *Siquidem non plantabuntur, neque serentur, neque radicabitur in terrâ radix eorum.* Itaque hoc postremum membrum, *non radicabitur*, est quid consequens ex illâ distributione, *non plantabitur neque seretur.* At omnis planta, quæ aut nullas, aut non altas radices egit, quouis flatu, aut Solis æstu marcescit. id habet: *Repentè flauit in eos, & aruerunt. Flauit*, Deus: & tum soluitur & exponitur similitudo, vel *flauit* ventus, & tum continuatur comparatio.

Rerum humanarum nulla stabilitas.

479. Altera de stipulâ per turbinem actâ, & circumactâ, alibi quoque legitur: Psalmo 82. versic. 14. *Deus meus, pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.* Nihil stipulâ leuius, nihil vento vehementiori, & turbine incitatius. Ergo leuissima quæuis humana præsidia, & solatia: potentissimus & vehementissimus Dei flatus, quid ei poterit obsistere? Nulla rebus & opibus humanis grauitas, ac proinde nulla constantia.

Lege Gregor. 16. Moral. capite vigesimoquinto vel trigesimo in alia editione.

Vers. 25.

Vers. 25 Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus?

480. Videtur epiphonema & clausula totius excursus, similis illi versic. 18 *Cui similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?* Quæ cum interrogando fit, magis pungit, & exaggerat mortalium insaniam, qui diuinitatem attribuebant hominibus excellentibus, immò & rebus irrationalibus. Cum enim coram Deo sapientissimi, & potentissimi quique sint, ac si non essent, qui fieri potest, vt homo mortalis sit capax diuinitatis? B

Dementia idololatria.

481. *Dicit Sanctus.*] Vt Deus appelletur præcise *Sanctus*, non est obscurum intellectu: cùm Christus in Euangelio monuerit, ne se quidem, nimirum qua hominem, *bonum* appellari debere, sed solum Deum. quia Deus solus per essentiam, & ex se est bonus, ille solus Sanctus: alij ex participatione, & beneficentiâ diuinâ. *Sanctus Israel* vocatur ab Isaiâ capite primo versiculo quarto. de quo illic dixi.

Vers. 26. Leuate in excelsum oculos vestros, & videte, quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutísque eius, neque vnum reliquum fuit. C

482. Hoc adduci à Vate ad cõfirmandum quod suprà posuit, nemini potest esse dubium. Atque adeò è fabricâ, pulcritudine, magnitudine, & ordine corporum cælestium affirmat, intelligi quis, quantúsque sit Deus, eorum conditor, ac moderator.

E fabrica mundi super quantus sit Deus.

Leuate in excelsum oculos vestros.] Iure exigitur ab homine, vt leuet in excelsum oculos; nam vt dixit Ouidius non ineleganter: D

Homo cur erectis vultu.

Pronaque cùm spectent animalia cetera terram:
Os homini (Deus) sublime dedit, cælúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

483. Recognosce quæ attulimus ad cap. 1. versic. 9 Plane dolendum, hominem, quem vel sublimis, & erecta corporis statura potuit admonere suæ celsitudinis, ac dignitatis, & impellere, vt è corporum sublimium, atque cælestium intuitu, & contemplatione ad intuendum, contemplandum & adorandum eorum artificem assurgeret, id studium per summam inertiam, nequitiámque negligere: & sese totum ad sordes terrenarum rerum diligendas, & colligendas demittere, & pronum, promptúmque ad vilissimas quasque turpissimásque cupiditates explendas incumbere, more pecudum, quas natura vtpote meliorum incapaces abiecit ad pastum. August. 12. Trinit. cap. 1. cùm egisset de sensibus internis & externis hominis, addidit: *Atque in iis omnibus non dissimus a pecore, nisi quòd figura corporis non proni, sed erecti sumus. Qua in re admonemur ab eo, qui nos fecit, ne meliori nostri parte, id est, animo similes pecoribus simus, a quibus corporis erectione distamus. non vt in ea, quæ sublimia sunt in corporibus, animum proiiciamus: nam vel in talibus quietem voluntatis appetere, prosternere est animum. Sed sicut corpus ad ea, quæ excelsa sunt corporum, id est, ad cælestia naturaliter erectum est; sic animus qui substantia spiritualis est, ad ea quæ sunt in spiritualibus excelsa, erigendus est, non elatione superbiæ, sed pietate iustitiæ.* Hoc spiritu & consilio Dauid, qui cecinit in Psal. 8. versic. 484.
2. *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersâ terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.* Vbi Dauid præ modestiâ, & humilitate se infantibus ac lactentibus annumerat, & a se Deum laudari quamuis infanti, imperito, & rudi profitetur: at vnde laus Dei ex ore infantium? *Quoniam videbo,* inquit, *cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, & stellas, quæ tu fundasti.* Adeò in cælis relucet magnificentia, maiestas, sapientia, & potentia tua, vt ex eorum corporum aspectu quiuis vel imperitissimus & infans ad te recognoscendum & laudandum possit excitari. Planè oculis, aut mente captus est, qui Dei gloriam in orbium cælestium, ac siderum apparatu pulcherrimo non videt. *Cæli*, enim, *enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Cicero de haruspicum respõsis. *Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in cælum, Deos esse non sentiat: & ea, quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum, ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet?* Surdus igitur admodum est, qui tam exaudibiles voces non percipit. Hasce aures interiores obstructas aperiri, & versùs humum demissas arrigi, & oculos humi defixos attolli in excelsum, admonet Isaias. vt audiamus, & videamus; *quis creauit hæc*: nempe corpora cælestia. Quocirca inexcusabiles sunt quicumque Deũ ignorant, cuius notitiam ingerit simplex & ineuitabilis cælorum intuitus. Illi verò minime ferendi, qui ex hoc eodem aspectu eò absurditatis & erroris sunt delapsi, vt ipsis diuinitatem attribuerent. 485.

Cæli prædicant Deum.

Ps. 18. v. 2.

Idololatra inexcusabiles.

Quos grauiter coarguit & mordet autor libri Sap. cap. 13. versic. 1 *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est. Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & lunam rectores orbis terrarum Deos putauerunt.* Pro, *Vani*, L X X. μάταιοι, *stulti*; est enim intolerabilis stultitia, non modò ex creaturâ non agnoscere creatorem, & ex opere opificem; sed etiam creaturam pro creatore colere, & ei diuinos honores deferre. Sunt ergo eiusmodi homines stulti, & vani, hoc est, frustra conditi; res enim quæuis dicitur inanis & vacua, quamdiu eo caret, ad quod conti- 486.

Vanus quis.

nendum est facta, etsi alioquin sit plena, vt vter, aut dolium inane dicitur, etsi aere plenum, quia non ad eum, sed ad liquorem aliquem capiendum fit: sic homo quantumuis locuples, & rebus aliis omnibus instructus, si Dei notitia careat, & vacet, meritò dicitur vanus, vacuus, & inanis.

487. *In quibus non subest scientia Dei.* Etsi est credibile, verbum, *subest*, pro simplici, *est*, esse positum, tamen non fuerit incommodum putare, idcirco adhibitum, vt intelligeretur, Dei scientiam in nobis debere subesse, & ei quasi fundamento inesse caritatem, & dilectionem ipsius Dei, cum mera Dei notitia non sit satis ad veram hominis felicitatem, & illa ex se dirigatur ad Deum colendum, & amandú.

Scientia & conscientia nexus.

Hebr.11.v.1.

Vnde Paulus dixit: *Est fides sperandarum substantia rerum.* est fides, quæ subest, substernitur, substat vt fundamentum, cui succedit spes; & exstat super vtramque instar culminis, caritas. Idémque Apostolus Rom. 1. vers. 20. cùm tradidisset: *Inuisibilia ipsius, à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas*; adiecit statim, *ita vt sint inexcusabiles quia cum cognouissent Deũ, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.* Deus è rudi illo chao, ac primordio efformaturus mundum, primùm lumen accendit; Genes. capite primo versiculo tertio. *Dixit Deus; Fiat lux*; vt nos doceret in conformando hoc mundo paruo, nimirum, homine, lucem debere præcedere, Dei notitiam exactam, eiúsque fidem sinceram. Sic noster Mariana obseruat.

488. Debet igitur subesse vera Dei scientia, & inesse sincera conscientia. 1. Ioann. capite secundo versiculo tertio. *Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est.* Tanta est inter intellectum probè illustratum, & affectum expurgatum affinitas, atque vicinitas, vt vera Dei notitia, suísque numeris absoluta nequeat absque dilectione, & mandatorum executione consistere: nam quamuis fides possit esse sine caritate, & bonis operibus; quia tamen eiusmodi fides est informis, & mortua, vt Apostoli loquuntur, placuit Ioanni Euangelistæ simpliciter enuntiare, Deum ab eo non cognosci, à quo non diligitur: tanta enim, ac talis est diuinæ naturæ bonitas, & pulcritudo, vt si probè, & vt par est, intelligatur, non possit non diligi, trahit enim, & quodammodo rapit animum (illæso libero arbitrio) & sui amoris ignibus inflammat. Est enim congenitum facultatibus ac viribus appetitiuis, vt sequantur apprehensiuas. Vnde pius quidam vir solebat totas noctes traducere, hac breui oratione Deum alloquens: *Nouerim te, & nouerim me*; pro certo sumens, si Deum & se nosset, Dei dilectionem, & sui neglectionem fuisse consecuturam: in quâ vtráque stat perfectionis Euangelicæ summa.

489. Quare cùm tanti intersit Deum cognoscere, & ad id non parum conducat cælestium orbium contemplatio, Isaias vtiliter mortales admonet. *Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. Quorum si specie delectati*, (ait Sapiens citatus) *Deos putauerunt; sciant quanto his dominator eorum speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit: aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis: a magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri.*

Cap.3.v.1. Creatura Creatorem manifestat.

490. Ratio ad reuincendos Gentiles euidens & ineluctabilis: nam cùm naturale lumen rationis ostendat neque inferioris mundi, neque superioris corpora potuisse exsistere ipsa per se, absque artifice, & conditore: imò facta iam & condita indigere rectore, ac moderatore, cuius arbitrio, imperióque teneantur, sustententur, & in suis motionibus ad finem vniuersi propositum ordinentur: fit necessariò consequens, eum conditorem, & rectorem, à quo acceperint magnitudinem, pulcritudinem, vim, speciem, ordinem, constantiam, & reliqua, quæ admiramur in ipsis, nec immeritò debere esse infinitè iis omnibus dotibus & virtutibus excellentiorem: ac proinde talem ac tantum artificem pro Deo vero & vnico agnoscendum, & religiosâ animi veneratione colendum: ita, vt qui secus fecerint sint *vani*, & *stulti*, vt ait Sapiens, & *inexcusabiles*, vt addit Apostolus; quia, vt ille dicit: *A magnitudine speciei, & creaturæ*, & vt alia exemplaria habent: *A magnitudine speciei creaturarum cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Vbi notanda dictio, *cognoscibiliter*, quæ indicat, rem non esse cognitu difficilem, non obscuram, sed facilem, & in promtu, in medio: Græcè *ἀναλόγως*, idest, *proportionaliter*, proportione quâdam, & comparatione, hoc modo: si creatura est valde magna, & valde pulcra, quanta erit Creatoris Dei magnitudo, & pulcritudo?

491. *---Pulcrum pulcerrimus ipse*
Mundum mente gerens, similique ab imagine formans,

Boetius.

dixit Boetius de Consolatione Philosophiæ libro tertio metro nono. & sanctus Hilarius libro primo Trinitat. fermè in principio: *De magnitudine operum & pulcritudine creaturarum consequenter generationum conditor inspicitur. Magnorum creator in maximis est, & pulcherrimorum conditor in pulcherrimus est. Et cum sensum ipsum supergrediatur operatio, omnem tamen sensum longè necesse est excedat operator. Pulcrum itaque cælum, aër, vel æther, terra, maria, & vniuersitas omnis est, quæ ex ornatu suo, vt etiam Græcis placet, dignè κόσμος, idest, Mundus nuncupari videtur. Sed si hanc ipsam rerum pulcritudinem ita sensus naturali metitur instinctu, vt etiam in quarumdam pecudum, ac volucrum accidit specie: vt dum infra sententiam sermo est, sensus tamen idipsum intelligens non eloquatur: quod tamen rursum, dum sermo omnis ex sensu est, sensus ipse sibi loquatur intelligens. Nonne huius ipsius pulchritudinis dominum necesse est totius pulchritudinis, esse pulcherrimum intelligi? vt cum æterni ornatus sui species sensum intelligentiæ omnis effugiat, opinionem tamen intelligentiæ sensus non relinquat ornatus. Atque ita pulcherrimus Deus est confitendus, vt neque intra sententiam sit intelligendi, neque extra intelligentiam sentiendi.* Pulcrè & bellè Hilarius de pulcritudine diuinâ. idémque breuiùs ad Psalm. 65. vers. 3. *Quis non trepidet ad maiestatem eius: qui secula instituerit, mundum*

Hilar.

dum condiderit, tempora reuolubili vicissitudine, cursuque dimensus sit, cœlum astris ornauerit, terram fructibus repleuerit, mare obicibus conclusierit, hominem, vt iis aut vteretur, aut dominaretur, elegerit. August. Psal. 84. vers. 8. *Ergo si nobis promisit ostendere se nobis, qualis est pulcritudo eius? fratres, cogitate hæc omnia, quæ videtis pulcra, quæ amatis, ipse fecit. Si hæc pulcra sunt, quid est ipse? si hæc magna sunt, quantus est ipse. Ergo ex istis, quæ hic amamus, illum magis desideremus, & contemnentes ista illum diligamus.*

492. *Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat.*] Illud pronomen, *eorum*, haudubie pertinet ad cælos, qui præcedunt, significati nomine *Excelsi*: *leuate in excelsum oculos vestros.* vnde L XX. qui excelsum quoque retinent, ὕψος, pro *militiam eorum*, vertunt: *ornatum eius*, κόσμον αὐτοῦ. ex quo cognoscimus, *militiam* ab interprete Latino redditam conuenienter Hebraicæ voci, צבא *tsebaà*, nihil aliud esse, nisi sidera, & planetas, quæ sæpenumero militia cæli dicuntur, aliàs *ornatus*, vt Genes. 2. versiculo primo. *Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum*, Hebr. idem nomen, *tsebaà*, & Græcè κόσμος, aliàs etiam virtus, seu virtutes cælorum eadem astra nominantur, quæ notio eadem est atque militia.

Militia pro sideribus.

493. Quamobrem verò sic astra peculiari sacræ Scripturæ phrasi appellentur, variè exponitur. Maldonatus ad cap. 8. versi. 2. Ierem. *quia galearum coni tanquam stella micare solent.* Ratio leuior Rabbini alicuius, potiùs, quàm Maldonati iudicio digna. vbi enim non fuerit vsus galearum, non erit militia? aut vbi galearum coni non micabunt? Ergo à re magis propriâ, & inseparabili militiæ similitudo peti debuit. Petitur ergo ex ordine, dispositione, specie, pulcritudine aciei ex arte militari instructæ, quæ & pulcerrima, & simul fortissima euadit: ideo enim pro exercitu virtus supponitur, & in Canticis cap. 6. versic. 3. *Pulcra es amica mea, suauis & decora, terribilis, vt castrorum acies ordinata.* & versic. nono, *Pulcra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.*

Maldonati opinio non placet.

494. Quia stellæ sunt in cælis ordine miro collocatæ, atque dispositæ, instar cuiusdam exercitus, & quia vim habent, & virtutem, quam in hæc inferiora corpora demittunt, quâque immutant, regunt, ac moderantur suppositum sibi orbem terrarum, iccirco appositè, cæli militia vocantur. hinc illud Sap. 13. vers. 2. *Solem, & lunam rectores orbis terrarum.* quod è Genes. cap. 1. versiculo 16. desumtum videri possit. *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas. Vt præesset*; Hebr. *vt dominaretur diei.* hoc idem in Psalmo 135. versiculo septimo. *Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum misericordia eius. Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem no-*
495. *ctis*; quia nimirum sol diu, luna & stellæ noctu lucent, & per lucem transmittunt suas influentias & virtutes in corpora suæ potestati subdita.

Optime vocatur.

Quoniam ergo potentia, vis, virtúsque cælorum posita est potissimùm in astris, ideo hæc illorum, milites, & militia nominantur.

A Huc spectat illud è Iob vigesimoquinto versiculo secundo. *Potestas, & terror apud eum est; qui facit concordiam in sublimibus suis. Numquid est numerus militum eius?* Milites hosce non pauci interpretes intelligunt stellas: & iure optimo, quia cohæret cum proximè dictis. Adde, nihil esse, quod magis milites deceat, & commendet, quam suum locum tenere, & ordinem seruare in acie, vt nihil est turpius, quàm eumdem deserere; quare, quia sidera tam immota, quàm errantia, in hoc etiam ipso errore, (sic enim placuit Astrologis appellare) admirabiliter retinent suam stationem à Deo præfixam, nec ab eâ vnquam vel tantillùm, deuiant: ob eam quoque causam, B *cælestis militia* dici potuerunt. Consule etiam adnotata ad caput 34. versiculo 4. *Et tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur, sicut liber, cæli.*

Qui educit in numero militiam eorum.] 496.
Restat adhuc cognoscere, quid sit, à Deo *educi in numero* stellas. L XX. ἐκφέρων, *efferens*, qui effert, seu qui profert; Hebr. *extre faciens*, quod possit reuocari ad ortum siderum, quale illud ex Euangelio Matth. 5. versic. 45. *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos.* & Iob 9. versiculo 7. *Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.* hoc est: ideo sol manè oritur, & interdiu supra Orizontem lucet, & stellæ quoque supra eumdem Orizontem ascendunt; & noctu, abeunte sole, C splendent, quia Deus illis præcepit, & hanc oriendi vicissitudinem iniunxit: qui si secùs cauisset, neque sidera, neque sol oriretur. Itaque quamuis sit naturalis ortus & occasus siderum, & reciproca Solis, stellarúmque apparitio & occultatio, id nimirum exigente ordine vniuersi: attamen, quia Deus est totius naturæ autor, moderator; & si voluisset, valuisset aliter ordinare, & disponere partes mundi, & cælestium corporum, ac luminarium cursus, operationésque: iccirco omnia eiusmodi effecta Deo, vt causæ & autori, iure optimo, ascribuntur: quod animaduertere licet passim in diuinis libris, & D præcipuè in Psalmis, cuiusmodi est istud valde ad rem: *Ordinatione tua perseuerat dies:* 497.
quoniam omnia seruiunt tibi, Psalm. 118. versiculo 91. Item Psalm. 103. versiculo 19. *Fecit lunam in tempora; sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox. Sol*, inquit, *cognouit occasum suum*; à Deo præfinitum, alium alio anni tempore; imò in singulos dies, etsi modicè, tamen variandum. Et secundùm hanc explanationem, dictio illa, *in numero*, *educit in numero militiam*, deberet astringi, ad accuratam præscriptionem, & dispositionem Dei, vt non iubeat Deus oriri astra tumultuariè, & confusè, sed or- E dinatè, & dispositè, vnumquodque suo loco, & tempore, ad totius vniuersi commodum magis opportuno, quasi expenso, dimenso ac numerato, ita vt quando, & quandiu fieri debeant, cuiusque sideris cursus, Deus ipse præscribat.

Tametsi hic explanandi modus non 498.
displicebat, alius tamen filo prophetico conuenientior occurrebat. Cùm enim militiam cæli iccirco docuerimus stellas appellari, quòd hæ magnam obtineant cum

acie militari, & exercitus conuenientiam, cúmque soleant Imperatores, cum illis visum est, suos milites recensere, & ad id in apertum educere; & vt præseferant singularem suorum prouidentiam, & curam, singulos suis appellare nominibus, quod in copioso aliquo exercitu est admirabile; ex hoc vsu, & consuetudine exsistimo ipse dictum esse: *Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat.*

Imperator recensens milites.

Itaque hîc vnicus mundi Imperator non solùm habet suos milites, cæli, videlicet, sidera & stellas in numerato, quamuis videantur numerari non posse, sed vnamquamlibet, suo & ex suo nomine vocat: hoc est, naturam, ingenium, proprietates, virtutes, & qualitates cuiusque intimè nouit; *alia est enim claritas Solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, stella enim à stella differt in claritate*, 1.Cor.1.v.41.

Sidera Deo nota. 1.Cor.1.v.41.

499. Nam qui hominibus impertit eiusmodi cognitionem, eam ad plenum ipse possidere cognoscitur. Impertire Deum aliquando ex cap. 7. vers.17. Sap. intelligimus: *Ipse enim dedit mihi, horum, quæ sunt, scientiam veram. vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum; initium & consummationem, & mediet atem temporum; vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones.* Hæc omnia superiùs memorata pendere ex variis astrorum motibus, & influxibus vel imperiti homines agnoscunt.

500. Eiusdem notæ est versus 4. Psal. 146. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Vbi, *stellis nomina vocare*, & hîc, *vocare ex nomine*, non tantùm indicat, Deo esse notissimas earum naturas ac differentias, cùm nemo possit aptè nomina imponere rebus, quas non probè calleat, vt docuit Plato in Cratyllo; sed etiam prodit, & multo magis, stellas esse, non aliter atque milites bene moratos, subiectas imperatori suo Deo, & ex illius nutu pendére, promtas ad exequendum eius imperium; siue imperet, lucere, & influere, siue à lucendo & influendo inhibeat. nam impositio nominis argumentum est subiectionis. Vnde & parentes liberis, & domini seruis nomina imponunt: & Deus in ipso mundi exordio, cuncta animalia adduxit ad Adamum ab eo acceptura nomen, cuius imperio subdiderat. Ergo cùm dicit Isaias: *Et omnes ex nomine vocat*; apertè nos edocet, hosce milites, vtpote sui officij tenaces Deo vocanti, iubentique debere & solere ad nutum obsequi.

Sidera Deo parent.

Nominis impositio indicium est subiectionis. Infr. ca. 43. num. 44.

501. Vide quàm graphicè Baruch cap. 3. vers.33. hoc nobis ob oculos tendat: *Qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore: stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersùs eum.* Nota, *obedit illi cum tremore*: quod ad reuerentiam pertinet, non ad seruilem timorem. nam illico subditur: *lætatæ sunt, & luxerunt cum iucunditate.* Vnde obedientia non coacta, sed spontanea, & promta, & hilaris ostenditur. *In custodiis suis*: hoc est, *in vigiliis suis.* verbum militare: assimile illud Ecclesiastici cap. 43. vers. 10. *Species cæli, gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus, in verbis Sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigiliis suis.* Græcè: ἐν φυλακαῖς, in custodiis, quod est generalius & ad nocturnas excubias & diurnas custodias: etsi de stellis, magis propriè vigiliæ nocturnæ enunciantur. quibus aptè iungitur, *non deficient*: non vt vigiles mortales somnus occupabit, non lassitudo, non tædium, aut satietas pernoctandi.

502. *Præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisque eius, neque vnum reliquum fuit.*] Perspicuum est hoc, nihil esse, quod se possit subtrahere potestati diuinæ, neque in terris, neque in cælis. *In ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati.* L X X ad scientiam Dei respiciunt conuertentes: *nihil te latet*: vtrumque verissimum; *Sapiens enim est corde, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?* Quibus consonat versus consequens.

Esth.13.v.9. Iob.9.v.4.

Vers. 27. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel: Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiit?

503. STulta cogitatio, stultior dictio, & querela, à Deo nesciri, aut etiam negligi res humanas. Fuerit quidem multorum Gentilium hic error absurdissimus, quem abigere potuit solius rationis humanæ lumen: at tu Iacob, & tu Israel itáne sentias, itáne loquaris? Anne res patris tui Israelis non tibi satis sunt, vt intelligas, Deum tuum cùm rebus omnibus vel minimis prouidere, tum maximè res suorum fidelium procurare, atque promouere? Itaque Dei prouidentia oculatissima est, nihil eam valet effugere: indulgentissima est, & benignissima, nihil negligit. De quâ dixi ad cap. 29. vers. 15. num. 27.

Prouidentia Dei in omnia.

A Deo meo iudicium meũ transiit.] Causa mea Deum præterit, eam non curat: sic se gerit, ac si eius nihil intersit, quemadmodum mecum mei hostes agant. Quam impiam & stultam opinionem vt Isaias à populo Dei amandet, subdit sequentem interrogationem.

Vers. 28. Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet, nec est inuestigatio sapientiæ eius.

504. EIusmodi erroris radices omnes euellit. *Nunquid nescis, aut non audisti?* liceret alicui, hoc transferre ad prouidentiam & curam, quam Deus gesserat singularem, & indulgentissimam plebis Israeliticæ; iuxta illud Deuter. 32. versic. 7. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel: pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra desertâ, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* lege reliqua. de quibus etiam Psalm. 77. versic. 3. *Quanta audiuimus,*

Error circa Dei prouidentiam prauidium.

audiuimus, & cognouimus ea? & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.

505. Ergo posset esse hic reticentia, aut interrogatio, cui aliquid sit supplendum, hoc modo: *Nunquid nescis, aut non audisti*, quæ Deus fecerit erga patres tuos? Atqui *Deus sempiternus Dominus*, hoc est, semper idem, vbique sibi par, constans, & immutabilis, ac proinde, qui olim rem procurabat humanam, & præcipuè Israeliticam, fieri nequit, vt modò non curet. licebit, inquam, alicui sic exponere. Sed expositio communis nihil supplet, sed ita accipit, nectitque: *Nunquid nescis, aut non audisti*, Deum esse sempiternum? &c. Vterque modus eodem exit.

506. Iterum. *Qui creauit terminos terræ.*] Quorsum iterum mentio creationis terræ? An quia, qui fecit eam, suæ facturæ non capiat obliuio? An quia sit maius ex nihilo terræ molem extrahere, quàm eam regere? quo possit attinere quod succedit: *Non deficiet, neque laborabit*; id est, qui non laborauit creando orbe terrarum, cùm solo verbo ex nihilo euocauerit, minus multo lassabitur illo gubernando. Sed & hoc ad attributum sempiternitatis allegari poterit; cui defectio aut labor adhærere nequit.

507. Prouidentia Dei asseritur. *Nec est inuestigatio sapientiæ eius.*] E triplici capite posset oriri in Deo incuria rerum nostrarum: aut quia non posset tantæ gubernationis, tamque vniuersæ, & per tot secula protractæ pondus sustinere: hoc caput Dei potestate & vi infinità exploditur: aut quia nollet se iis curis implicare; id quoque excluditur creatione, si enim non amaret genus nostrum humanum, nos nequaquam creasset: aut denique quia eius scientia ad id muneris non sufficeret; tertium hoc caput submouet: *Non est inuestigatio sapientiæ eius.* ex quo loco visus est Hieronymo Apostolus mutuatus esse illud: Rom. 11. v.33. *Quam inuestigabiles viæ eius!* De prouidentia diuina multi multa; sed ista in primis dixit Cic. de haruſp. respósis orat. sic: *Quàm volumus licet, P. C. ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso huius Gentis ac terræ domestico, natiuoque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate, ac religione, atque hac vnâ sapientiá, quod Deorum immortalium numine, omnia regi, gubernarique perspeximus, omnes gentes, nationésque superauimus.*

Terminos terræ.] Termini & fines terræ respectiuè sumendi, cùm terra sit orbicularis & rotunda.

Vers. 29. Qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat.

508. PRobat, quod dixit: *Non deficies, neque laborabit*: Si enim Deus deficienti, laborantíve vires, ac robur sufficit, ipse neque deficere, neque laborare possit.

Hi, qui non sunt, qui. *Et his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.*] At quomodo *his, qui non sunt, fortitudinem multiplicat*? Nam existentia rei primùm requiritur, cui possit inniti robur, ac fortitudo. Ceterùm, *his, qui non sunt*, intelliguntur

A abiecti, infirmi, vili pensi, pro nihilo habiti, sic Paul. 1. Corinth. 1. vers. 28. *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Vbi cùm inter se componit, & opponit *ea quæ sunt*, & *ea quæ non sunt*, & illa ab his destruenda, Deo autore, spondet; sicuti per *ea, quæ sunt*, intelligit fortissima & validissima quæque maximéque munita: sic per *ea, quæ non sunt*, illa intelligit, quibus nihil cogitari possit infirmius, nihil imbecillius. *Vt non glorietur omnis caro*, vt neutri quicquam sibi arrogantiùs assumant; non potentes, quoniam ab infirmis destruuntur:
B non infirmi destruentes, cùm suæ infirmitatis bene conscij à se id facinus præstari non potuisse videant, nisi Deus illos pro instrumento assumsisset.

Chrysost. apud Paulum per *ea, quæ non sunt*, exponit, humiles, qui sibi nihil esse videntur, nihil sibi assumunt, omnia Deo remittunt, tribuunt. Vera expositio; & eadem conuenit huic loco: non enim cuiuis infirmo & lasso Deus promittit robur, ac fortitudinem, sed humili, qui de se demissè, timidè, ac modicè præsumit, Deo verò totius vigoris autori confidit: vnde vers. 30. sequenti, 509. Humilitas.

C *Vers.* 30. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

NEmpe qui gloriantur in virtute sua: qui suis ipsi viribus confidunt, qui de sua fortitudine præsumunt. 510. Præsumtio. Psal. 32. vers. 16. *Non saluatur rex per multam virtutem; & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem; in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordiâ eius.* Isti sunt qui saluantur, qui extrema discrimina, & pericula euadunt incolumes, qui obstantia quæque perrumpunt, qui aduersa superant, & victoriam de hostibus, & laboribus assequuntur: nimirum, qui suam imbecillitatem agnoscentes, qui suæ infirmitatis & insufficientiæ multitudinem ingenuè confitentes, in vnâ Dei liberalitate & misericordiâ collocantes omnem suam spem, ad eius auxilium humiliter & confidenter implorandum accurrunt. Confidentia in Deo liberat.

Psal. 19. vers. 8. *In potentatibus salus dexteræ eorum. hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. ipsi obligati sunt, & ceciderunt*, (siue vt alij codices) *obliquati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.* 511.

Bellum extat huius propositi & dictum, & facinus eiusdem Dauidis aduersùs Goliam gigantem arrogantissimum, & suæ fortitudinis fidentissimum; cui Dauid: *Tu venis ad me cũ hasta, gladio, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te.* Dauidis exemplum. 1. Reg. 17. v.45.

Philistheo consimiles, superbi, sibi plurimum assumentes, diuini præsidij neglectores, 512.

A *ęti pueri*, hoc eſt, needum laboribus fracti, non vio ipſo viuendi laſſati, tamen *laborabunt, & deficient*, etiam *iuuenes*, quibus vigor virium ab ipsâ ætate florida & vegetâ ſuccreſcit, quoniam de ea temere & ſuperbe præſumſerunt, *in*, hoc eſt, præ *infirmitate cadent*. Hilar. Pſalm. 51. verſ. 9. *Stultitiæ, atque impietatis extrema eſt, non intelligere, ſe ſub Deo, & ex Deo viuere: ſed in ſuis quæ gerit, & exſpectat, ſuâ magis velle confidere poteſtate, cum ſi quid illud in ſe ſit, ex Deo ſit. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, (idest, humilibus,) fortitudinem & robur multiplicat.* Secundùm Saluatoris promiſſum in Euangelio Matth. 11. verſ. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.*

Superbia eſt infirma.

Verſ. 31. ſequens.

B

513. Non itaque aduocat indifferenter quoslibet laborantes, laſſos & oneratos, quibus vires addat ad ferendum laborem, & onus: ſed eos, qui à ſe velint condiſcere manſuetudinem, & humilitatem, & non qualemcumque, ſed veram, ſinceram, videlicet, ex corde. Nam iſtiuſmodi ſunt qui ſuis viribus, & aliis humanis alieniſque præſidiis diſſiſi, vnico Deo confidunt. de quibus in vltimâ pericope ſtatim plura videbimus.

514. Interea illud admoneo, poſſe aliter conſtrui, & exponi verba ſuperiora: *Qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.* hoc pacto: *Et his, quibus non ſunt fortitudo, & robur, multiplicat.* nam Hebraica vtramque patiuntur diſpoſitionem. Ab vtraque diſſentiunt L X X. qui vocabola ambigua aliter intuiti, reddiderunt: *Qui dat*, loquiunt, *eſurientibus virtutem, & non dolentibus dolorem.* Quod autem pro *laſſo*, *eſurientem*, ſubſtituunt, parùm differt, cùm eſuries debilitet, poſterius verò multum eſt diuerſum: ſed ad ſequentem ſententiam conuenienter accedit, *Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.* Quare de ſenſu nihil ferè deperit.

Conſtructio alia.

C

Verſ. 31. Qui autem ſperant in Domino mutabunt fortitudinem aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

515. Liberalis & magnifica promiſſio, ſuſceptu, auditúque iucundiſſima, quæ abiectum quemque animóque iacentem poſſit erigere, cùm *ſperare in Domino*, non ſit admodum difficile, ipſomet Deo ad eiuſmodi ſpem ſubleuandam miſericorditer accurrente.

Qualis autem debeat exſiſtere hæc ſpes, ex iis, quæ antea diximus à num. 508. facilè perſpicitur, nata videlicet, ex conſcientiâ propriæ infirmitatis, ex humilitate ac manſuetudine ſuſcepta, diuinæ potentiæ conſideratione erecta, diuinæ miſericordiæ in variis caſibus expertæ animaduerſione nutrita.

Confidentia in Deo qualis.

516. *Qui autem ita ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem.*] L X X. ὑπομένοντες, *qui exſpectant, qui ſuſtinent Dominum.* Nam ſpes eſt longanimis: futura, & interdum longè poſita attendit: ſoror eſt patientiæ, comes conſtantiæ, ac proinde affinis fortitudini; vnde aptè ſuccedit, *Mutabunt fortitudinem*: at quæ mutatio? nam propriè hæc locum occupat, cùm vnum relinquitur, & aliud diuerſum acquiritur: inde à Philoſophis inter contraria verſari dicitur. Hieronymus fortaſſis hanc mutationis conditionem aſpexit, vbi expoſuit: *Ibunt de virtute in virtutem*, nam progreſſus in eâdem qualitate, vt cùm ex candido fit candidius, ex calido calidius, propriè etiam mutatio dicitur. Ergo qui ex forti fit fortior, fortitudinem augendo mutat, minorem quodammodo ponens, & maiorē induens. Cui ſententiæ fauere poſſit quod antea ponitur: *Qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.*

Mutatio inter contraria fit.

Verùm, cùm iſto eodem loco conſtet, non fortes introduci, quibus augeatur fortitudo, ſed infirmos & imbecillos, quibus de integro donetur; & loci præſentis ſententia ſit ſuperioris productio, & continuatio, hîc *mutare fortitudinem*, non ad finitiones & regulas phyſicas fuerit exigendum, ſed latiùs & laxiùs accipiendum; videre licet, pro induere, ſumptâ translatione à veſtibus, quas qui induit, alias ſolet exuere, vnde Zachar. 3. verſ. 4. & alibi Scriptura vſurpat *mutatoria* pro veſtibus; ergo cùm ait: *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem*, vult dicere, induent fortitudinem, depoſita infirmitate. Præterea verbum Hebræū חלף *chalaph*, ſignificat etiam, *innouare, inſtaurare*, atque adeò erit, vires reſumere, *cobrar fuerças*; redintegrare vires. quod ſatis cohæret cum ſequenti contextu. 517

Mutatoria pro veſtibus.

Aſſument pennas ſicut aquilæ.] *Aquilæ*, tam in codice Hebræo, quàm in Græco, nominatiuus eſt pluralis. Sed alarum aquilinarum aſſumtio duabus rationibus poteſt intelligi: vnâ, vt aſſumantur alæ ad volandum; vt Dauid optabat dum diceret: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Pſalm. 54. verſ. 7. Et quoniam aquila valde ſublimè, & valde celeriter volat; & volatu facilè ſuperat alias volucres, ob eam rem pennæ aquilæ potius, quàm aliûs auis promittuntur: ob quam in volando velocitatem, & ſublimitatem ei inter omnes volucres principatus defertur. Pindarus: *Eſt autem Aquila velox inter volucres.* A Græcis ἀετὸς dicta creditur à verbo, ἀΐσσω, quod eſt, *impetu feror*. Prouerbium item Græcum: ἀετὸς ἐν νεφέλαις, *Aquila in nubibus*, eodem videtur ſpectare. Cicer. lib. 1. Diuinat. ad finem. *Ad interpretem detulit, Aquilam in ſomnis ſe viſum eſſe factum. At ille: Viciſti; iſtâ enim aui volat nulla vehementior.* Hæc de curſore quodam ad Olympica proficiſcente tradit illic Cic. S. Auguſt. Ioan. tract. 40. *Nulla auis altiùs volare perhibetur.* 518.

Alarū vſus.

D

E

Sic Theodoretus apud Leonem Caſtrium videtur intellexiſſe, qui ait: Sanctis Martyribus, & fidelibus ingenerabit Deus alas, & ſimiles efficiet cæleſtibus poteſtatibus, Angelis & Archangelis, quibus alas dat Scriptura ſacra. 519.

At quia de immutatione, ac inſtauratione roboris, ac virium hoc toto orationis tractu agitur, vt liquet ex anterioribus, aptior eſt communis alia ratio interpretādi, vt non quoquomodo aquilinæ pennæ promittantur ad volatum, ſed pennæ nouæ renaſci ſolitæ aquilis. cui 520.

lis. cui adsistit interpretationi lectio Hebraica יַעֲלוּ *iahalu* *ascendent alæ*, seu *ascendere facient alas, sicut aquilæ.* Eadem vi verbi Græci [illegible] quo LXX. sunt vsi, quod est, *pennas produco*, pennæ mihi nascuntur, siue, plumesco.

521. *Aquila quomodo renouetur.* Aquilis senibus, positis veteribus plumis, alias denuo renasci vulgo creditum est. Etsi Aristoteles, Plinius, & alij scriptores antiqui, qui diligenter de naturâ animalium libros composuerunt, nihil tale tradiderint literis. Vnde apud Vlyssem Aldrobandum lib. 1. Ornithol. c. de morbis Aquilæ Albertus sic ait: *Dicunt ferunt aquilam eo tempore, quo pulli iam adulti volare possunt, sicubi deprehendat fontem clarum, & late scaturientem, rectè supra illum in sublime efferri, vsque ad tertiam aeris regionem, quem in meteoris æstum vocamus, vbi cum incaluerit, ita vt fere exuri videatur, subito demissis, retractisque alis, in fontem frigidũ illabi, vt a frigiditate forinsecus astringente calor internus augeatur: tum fonte relicto ad nidum suum non procul distantem aduolare, & inter alas pullorum sectam resolui in sudorem, & sic cum veteribus pennis senecta exuere, induique nouis; interea vero, dum renata fuerint, nutriri prædâ pullorum. Ad hæc non habeo quod dicam, nisi mirabilia esse opera naturæ: in duabus quidem aquilis, quæ apud nos alebantur, nihil huiuscemodi obseruaui: erat enim cicures, & ad modum aliarum auium mutabantur.*

522. Ar quamuis apud Historicos rerum naturalium antiquos non fiat eius rei mẽtio; fit tamẽ apud Patres veteres. Hieronymus hoc loco ita: *Crebrò diximus aquilarũ senectutẽ reuirescere mutatione pennarum.* Idem Hieron. in Mich. c. 1. v. vltimo, hoc ipsum scribit. S. Ambr. ser. 57. Domin. in Albis, sic: *Vnde & Dauid sanctus ait; Renouabitur sicut aquila, iuuentus tua: intelligens per gratiam Baptismi occidua vita nostra posse reuirescere, & iuuentute quadam renouari posse id, quod in nobis fuerat delictorum vetustate collapsum. Vt autem intelligas, quia de gratiâ Baptismatis Propheta loquitur, innouationem ipsam aquilæ comparauit; quia auis assiduâ commutatione habitus sui longam ducere fertur ætatẽ & vetustis iam fatiscentibus plumis, noua pennarum successione iuuenescere, ita vt depositis antiquitatis exuuiis, rediuiuâ indumentorum nouitate se vestiat. Vnde intelligimus quod senectutem aquilæ non sentiunt membra, sed plumæ. de nouo ergo se vestit, & pullulantibus pennis vetusta mater renouatur in pullum.*

Ambros.

523. Porrò aliquo modo innouari aquilam, dubitari est nefas, cùm Dauid Psal. 102. v. 5. canat: *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* vel vt citat Hieron. ad Mich. c. 1. v. vlt. *Innouabitur vt aquilæ, senectus tua*: vbi etiam allegat ex Terentio in Heautontimorum. illud: *Visa est, quod verè dici solet, aquilæ senectus.* Sed eam aquilæ iuuentutis innouationem nõ omnes interpretes eodem modo accipiunt. S. enim August. in Psal. citatum ita: *Dicitur aquila cum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non posse, pars enim rostri eius superior quæ supra inferiorem adducitur, cùm præ senectâ immoderatius creuerit, longitudo eius incrementi non sinit eam aperire, &c. Hoc ei facit vetustas. pragrauatur enim languore senectutis, & inopia comedendi languescit: vtrâque re, & ætate, & egestate accedente. Itaque modo quodam naturali, in mensura quasi reparandæ iuuentutis, dicitur aquila collidere, & repercutere ad petram labium suum superans quo nimis crescente aditus edendi clauditur; atque ita conterendo, illud ad petram excutit: & caret prioris rostri onere quo cibus impediebatur. Accedit ad cibum, omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa, sicut ante. fit in eâ quadam resurrectio. Ad hoc enim exposita est ista similitudo.* Huc vsque Sanct. August.

Senect. renouatio quæ.

524. *Aug. Aquila rostri aduncitate cibum capere impedita.*

Et quod attinet ad rostri aduncitatem, quâ præpediatur aquila cibum sumere, est quoque Plinij sententia iis ipsis verbis lib. 10. c. 3. *Aquilæ oppetunt non senio, nec ægritudine, sed fame: in tantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat.* 525. *Plin.*

At istud non videtur esse satis, vt aquilæ iuuentus siue senectus renouari dicatur: vnde plerique interpretes Psalmorum de plumarum innouatione intelligunt. Circa modum, quo plumas veteres exuit, & nouas induit, non est vniformis sententia. Nonnulli illum probant, quem ex Alberto, seu potiùs Albertus ex aliis retulit suprà numer. 521. nempe, quòd admodum sublimè volans sese Solis ardentissimis radiis opponat, & inde exæstuans se in fontem frigidissimum demittat, & immergat. Quod si verum est, quadrat in renouationem, quæ fit per Baptismum, de qua accipit Ambrosius quemadmodum vidimus num. 522. & potest etiam accommodari lacrymis pœnitentiæ, quibus anima æstuans, eo quòd Dei bonitatem immensam violauerit, quam iam diligit, immergitur: eóque pacto, quod videre licuit in Magdalena, exuuias deponit veteres, veterem hominem, cum actibus suis sese exspolians, induit nouum, qui secundùm Deum creatus est. 526. *Aquila quomodo plumas mutet.* *Baptismi adumbratio.* *Lacrymæ pœnitentiæ.* *S. Magdalenæ conuersio.* Col. 3. 1. 9.

Ad hunc denuo plumescendi modum attinere videtur illa Dei interrogatio Iob 39. vers. 26. *Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad Austrum?* Australis enim regio cùm sit Meridionalis, calidior est, quo versùs accipiter alas agitat, vt ipsâ agitatione, & Solis ardentioris æstu deponat plumas veteres, & euocet nouas. Quo ex loco fit probabilius quod de aquila refertur. Et quidem aquilæ plumas excidere, ambigere non licet legenti apud Michæam cap. 1. v. 16. *Dilata caluitium tuum, sicut aquila.* Itaque senescẽs aquila, si minus alias, capitis tamẽ plumas deperdit, quas nisi recuperet, non possit iuuenescere: cùm autem Dauid Psal. 102. citato doceat hominis iuuentutem renouari, vt aquilæ, fit certissimum, eam aliquando in senectute ad iuuenilem vigorem regredi, siue ex nouarum alarum ortu, siue ex alia causa. 527. *Accipiter plumescit.* *Aquila plumas exuit capitis.*

Sed quidqnid sit de instauratione, quæ Psalmo subindicatur, cuius modos varios colligit Vincentius Beluacens. in suo speculo Natur. lib. 16. c. 26. certè hoc Isaiæ loco, cùm pennæ assumendæ, seu nasciturae dicantur, & de cursu, & ambulatione postea fiat mentio, non est dubium, quin ad volandum spectent: Cùm enim debuisset dicere, *volabunt*, dixit: *current*: vt significet cursum celeritate parem volatui. Vide infr. capite 41. versiculo 3. numero 77. Itaque in Domino prout oportet, perantibus aquilarum pennæ promittuntur, & hæ eo tempore, 528. *Vincent. Beluacen.*

pore, quo minimè sperari debuerunt, scilicet, tempore senectutis, cùm plumæ solent decidere, vires deficere, membra torpère: atque adeò Deo confisi non solum habebunt pedes expeditos, ac celeres ad gressum, ad incessum, ad cursum, verùm etiam alas ad volatum, & alas aquilinas ad volatum sublimem, Iob 29.
529. vers. 27. *Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? & in arduis ponet nidum suum?* quod

Contemplatio. Magnanimitas.

ad animi celsitudinem, & contemplationis sublimitatem referri debet: ad volatum rectum, hoc enim est aquilæ proprium, cùm aliarum auium volatus sit obliquus, ac tortuosus: quod ad sinceram, ac simplicem cordis

Intentio pura.

intentionem congruenter accómodabitur. ad volatum fortē: Aldrouand. lib. 1. in descriptione Aquilæ. sic: *Robore magno, viribúsque corporis inter omnes aues aquilam validissimam esse, ex natura partium, constitutione instrumentorum, dispositione totius molis, ac temperantiâ, ipsâ tandem experientiâ cognoscimus, autoritate probamus, iudicio fatemur. Non autem credas quis cùm tanta moles adsit corporis, multum carnis possidere, vnde grauior, & ignauior ad motum exsistimari possit: nam pondere carnis destituta, robore neruorum abundè armatur; & quæ pauca caro est, pondus addit: neruus robur ac fortitudinem.*

Aldrouand. Aquila præstat viribus, & celeritate.

530. Quam physiologiam confirmat hoc loco Isaias, qui vbi dixit: *Mutabunt fortitudinem*, hoc est accipient, & induent, vt istic ostendimus, adiecit: *assument pennas sicut aquilæ*, nempe ad volatum fortem, constantem, diuturnum. nam quæ auis est infirmior, ea non diu potest sustinere volandi remigium. Ergo non sola celeritas, non sola sublimitas honestæ actionis, atque contemplationis spondetur: sed quæ est omnium difficillima, & pretiosissima, boni propositi fortitudo, atque constan-

Aquila volat diuturnior. Perseuerantia. Constantia in bono.

531. tia. Ad quam obtinendam, quod magis mirere, est necessaria leuitas, & gracilitas non cordis, sed corporis. Si enim aquilæ parem moli membrorum haberent grauitatem, vt habent anseres, & aliæ volucres, neque se altè possent à terra tollere, neque diu in volatu perseuerare. Sic planè qui corpus nimio cibo, potúque aggrauant, & immoderatu aliarum deliciarum vsu, luxúque pinguefaciunt, & onerant, ignaui, torpentes, ineptíque redduntur ad hunc spiritualem volatum: rursus qui instar aquilarum, parum obtinent carnis, multum verò plumarum, ac proinde grauitatis ferè nihil, plurimum verò leuitatis, aptissimi sunt & humanarum rerum tractationi, & diuinarum speculationi. Hi sunt qui corpus ieiuniis, vigiliis, & aliis asperitatibus extenuant, castigandóque in seruitutem rationis redigunt; quorum quispiam dicere possit cum Paulo 1. Corinth. 12. vers. 10. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. cùm enim infir-*

Corpus gracile ex mortificatione leuat ad contemplationem. Luxus deprimit mentem. Corporis castigatio leuat mentem.

532. *mor, tunc potens sum.* Ergo sanctissimo huic Apostolo, si minus pares, assimiles tamen, qui cùm omnia sunt desperatissima, tum maximè sperant in Domino, & vt subtilior sit mens, minus ventri & abdomini indulgent, *assument pennas sicut aquilæ*, celerrimas, celsissimas, fortissimas, constantissimas, perseuerantissimas: *ad præceptum Domini eleuabuntur, & in arduis*

Iob 39. v. 27.

ponent nidum suum; quò nullum discrimen, nullum periculum, nullum ab hisce casibus & perturbationibus inferioribus incommodum valeat accedere. vbi suauiter, atque tranquil[l]e quiescentibus nihil possit obstrepere.

533. Tales etenim re verâ viri per caritatem Dei *de corde puro, conscientia bona, & fide non fi[cta]*, in sublime delati (ij namque sunt, *qui sperant in Domino*) tuti, securique vitam traducunt, extra iactum importunæ fortunæ, immunes ab inconstantia rerum humanarum, eximij & quasi emeriti à tumultibus & perturbationibus seculi, procul ab eius fluctibus & procellis: quod seculum non aliter, atque Euripus, perpetuò irrequietum exæstuat.

1. Tim. 1. v. 5. Qui sperant tranquilli.

534. Nam quemadmodum meteorologicæ effectiones, vt sunt turbinum, ventorum, imbrium & grandinum impetus, tonitruorum fragor, fulgurum coruscatio, ac fulminum iactus, ictusque duntaxat inferiorem istam ætheris plagam infestant; supremam verò minime attingunt: sed cùm hæc nobis viciniora loca vi tempestatū impulsa, & suis quasi sedibus conuulsa fuere videntur, & omnia perturbata misceri, cùm dies in tenebras noctémq; reconuertitur: tum in altiori regione cuncta sunt tranquilla, pacata, dies illustres, Soles candidi, lætissima, ac iucundissima rerum omnium species, faciésque. ita quippiam simile accidit iis, quibus quippe sperantibus in Domino, eo quo dixi, modo, licuit Aquilarum pennas assumere, & in arduis suum nidum collocare; cùm enim reliqui diuersæ & distortæ vitæ homines summis turbinibus ventilantur, sæuis tempestatibus obruuntur, fulguribus fulminibúsque de cælo terrentur, & mortis metu ferè exstincti iacent, tum maximè homines illi supra humana positi, incredibili quadam & imperturbata animi, & corporis tranquillitate potiuntur.

Simile. In superna regione quies perpetua.

535. Ex quo cognoscitur, hæc assumtio pennarum, & quæ ex eâ nascuntur bona, ad præsentis vitæ statum propriè pertinere: etsi Hieronymus & alij aliter senserint, ad gloriam futuri seculi amandantes.

Status præsens proprius. Hil. Ps. 138. v. 9. de resurrectione exponit.

Nam quamuis quæ diximus, potissimum locum habeant in cælo, si seorsum spectentur, tamen cum comparatione malorum quibus cum tacitè isto loco componuntur, ad illum statum non possunt aptari: nimirum alæ aquilæ ad euadenda pericula, ad sedem tutam occupandam tum, cùm alij fluctuant, & periclitantur: bonorum præsidiorum, cum minus sperabatur, subministratio, nam eò tendunt pennæ aquilæ in senectute renascentes. Denique quod sequitur, citra cælestis & gloriosissimæ quietis limites est.

Current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.] Si enim cursus hic & ambulatio præsentis vitæ sunt, vt certè sunt, & ille quoque volatus erit.

536. Principiò auet animus rogare, quam ob causam ordo rerum naturalis inuertitur, qui exigit, vt in promissione bonorum, à minori procedamus ad maius, non à maiori descendamus ad minus: & in commendatione virtutum seruetur eadem gradatio, vt quod factu est difficilius, id posteriori loco [po]natur. Vnde cùm aliquid maius sit volare, quam currere, &

Dubium. Gradatio qualis.

rere, & currere quàm ambulare, retrograda debuit esse oratio isto modo: Ambulabunt, current, volabunt, & non econtrario: *Assument pennas sicut aquilæ*, scil. vt volent, *current*, *& non laborabunt*, *ambulabunt*, *& non deficient*. Quid enim mirum posse ambulare, qui currat, & posse currere, qui habeat pennas aquilæ ad volandum? *Propositæ o-rum videtur.*

537. Hanc rationem dubitandi interpretes aut non obseruasse, aut non curasse intelligo, quia apud neminem lego. Sed nos quid ad eam respondemus? certe aliquid quod sit ad manum: primùm, licet in processu corporeo celerius quid sit currere, quàm ambulare, & vtroque velocius sit volare: in via tamen spirituali, hæc omnia solent confundi, & promiscue accipi, vt cuiuis mediocriter versato in lectione sacrâ constare poterit; sed ego vnum pro multis exemplis afferam, Genes. 17. vers. 1. cum Deus ad Abraham: *Ambula coram me, & esto perfectus*, quis dubitet, ab eo exigi celerem in virtute progressum, atque adeò cursum, cùm sine hoc perfectio nequeat comparari? Adde aliud è nostro vate suprà cap. 38. vers. 3. vbi Ezechias: *Obsecro Domine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.*

538. Anne inficiaberis eum viam mandatorum Dei cucurrisse, qui hæc de se apud Deum oculatissimum iudicem profiteatur? Ergo vtrobique *ambulare* est *currere*, sic loco præsenti idem omnino dixerim de volatu: nisi placeat secernere; & pennas aquilæ ad contemplationem, pedes verò cursui & ambulationi celeres ad actionem bipartitò traducere.

539. Altera responsio: vt ambulare, sit longiùs procedere, & tunc maius quid, quàm breui aliquo tempore currere: cursus enim solet esse breuior, progressio verò diuturnior. ait igitur Vates: etsi contingat eos breue aliquod spatium percurrere, *non laborabunt*: & si ambulent, & quàm diutissimè, & longissimè procedant, *non deficient*, non destituentur viribus: LXX *non esurient*; effectus pro causâ, nam defatigationem, viriúmque consumtionem fames subsequitur. *Solutio 2. Ambulare, quid.*

540. Tertia dein solutio: *Ambulabunt, & non deficient*: hoc est, ad extremum vitæ spiritum, in via legis diuinæ perseuerabunt. ita exponunt Hugo Cardin. & Dionysius Carthusianus. *Solutio 3. Perseuerantia.*

541. Quarta & postrema, vt sit legitima gradatio, sed inuersa, & retrograda ad hunc modum: Volabunt, & supplendum, nedum, current, & ambulabunt; vt, qui difficilius primo quoque loco affirmarit, quod est facilius affirmasse intelligatur. Quemadmodum qui quod est in vitio minus de aliquo negauit, quod est maius & grauius, negasse facile creditur. ad hunc modum ego interpretabar illam Psalmi primi gradationem. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit*: Nam alioquin, grauius est sedere in vitio & peccato, quàm stare, & stare, quàm abire. quare nisi quis contenderit esse paria & synonyma, atque adeò omnem imparilitatem significationis excluserit, eâ quâ dixi ratione debebit componere, & exponere. & ita loco locus erit affinis, ille per negationem, hic verò per assertionem: nam contrariorum eadem est proportio. *Solutio 4. Supplendum aliquid.* Psal. 1. v. 1.

Quòd verò currendi in viâ Domini celeritas ex confidentia diuinâ, & spe nascatur, quæ dilatat cor, animum amplificat, & alacrem reddit, docuit Dauid Psal. 118. vers. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.* Nam vt timor, ac trepidatio cursum impedit, & incessum tardat, sanguine conglaciante ex formidine: Sic spes, & fiducia incitat, & acuit.

Vnde timidis & pusillanimis angusta videtur via mandatorum & consiliorum Dei: at plenis bonæ spei, & magnanimis lata, ampla, & expedita; Psal. 118. vers. 96. *Latum mandatum tuum nimis.* S. Hilar. Psal. 118. vers. 45. *Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui*, sic scripsit: *Non est angustus Propheta, & superius iam dixerat: In via præceptorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Scit inter humanarum tribulationum passiones semper ad Deum patulo se corde esse oportere.* & post pauca: *Angusti igitur peccantium sunt corda, & hospitio Deum polluta mens non recipit.* S. Hilar.

De volatu spirituali lege Berchorium tomo 1. fol. 127. in voce, *Auis.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMPRIMVM.

1 TACEANT ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.
2 Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit, dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.
3 Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.
4 Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.
5 Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.
6 Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare.
7 Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est: & confortauit eum clauis, vt non moueretur.
8 Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei:
9 In quo apprehendi te ab extremis terræ:

terræ, & à longinquis eius vocaui te, & A dixi tibi. Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

10 Ne timeas, quia ego tecum sum; ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei.

11 Ecce confundentur & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi.

12 Quæres eos, & non inuenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint: & veluti consumptio, homines bellan- B tes aduersum te.

13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicénsque tibi: Ne timeas, ego adiuui te.

14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel, ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus: & redemptor tuus sanctus Israel.

15 Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi puluerem pones. C

16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israel lætaberis.

17 Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

18 Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

19 Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrrhum, & lignum oliuæ: D ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul:

20 Vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud.

21 Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus; afferte, si quid fortè habetis, dixit rex Iacob.

22 Accedant, & nuncient nobis quæcumque ventura sunt: priora quæ fuerunt nunciate, & ponemus cor nostrum, E & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis.

23 Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. bene quoque aut malè, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul.

24 Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos.

25 Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis: vocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum.

26 Quis annunciauit ab exordio vt sciamus, & à principio vt dicamus: Iustus es? nun est neque annuncians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros.

27 Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem Euangelistam dabo.

28 Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum.

29 Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum: ventus & inane simulachra eorum.

Vers. 1. Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem; accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.

PRimùm de capitis argumento est, in commune, discidium; vbi alij aliò distrahunt: 1. Argumenti
C sed qui meliori iure, id nostra interest diiudicare. quod vt ritè, & legitimè præstemus, dissidentium sententiæ in primis audiendæ, & earum rationes expendendæ, ne quis se inauditum damnatum fuisse queratur. Auctores ad fidem

Quidam interpretes hæc omnia ad prisci populi statum, & eius temporis euentus accommodant: in his sunt Sanctius, Forerius. Opinio 1

Alij & ad idem tempus respectant, & Gentilium historias atque victorias adiungũt: nam illud, *Quis suscitauit ab Oriente iustum?* Cyro Persarum regi aptare non dubitam: ita Pagninus, Hugo seu suà, seu Iudæorum sententia. 2. Opinio 2.

Tertio loco numero eos, qui àd Euangelium Opinio 3.
D pertinere contendunt; qui sunt Ecclesiæ proceres; Hieron. Cyrillus, Theodoretus à Castrio relatus, Procopius, Origenes, homil. 5. in Isaiam, Ambros. in Psal. 41. v. 4. Accedunt iis Adamus, Haymo, Pintus.

Denique quidam partim ad vetus Testamentum, partim ad nouum applicant: ex iis Arias, Adamus, Vatablus. Opinio 4.

Quarum differentium interpretationum 3.
caussæ, ac fundamenta sunt diuersæ sententiæ Vatis, quæ alios aliò traxerunt, existimantes nisi quo ipsi intelligebant modo, alio intelligi non posse. Quare ne si nunc semel, anteuertentes ea tradamus, pòst eadem iterare sit ne-
E cesse, suo quidque loco ac tempori reseruamus, contenti in hoc principio dixisse, ex iis hoc capite comprehensis esse multa, quæ in angustias illius pristinæ Synagogæ, & ætatis commodè includi nequeant. Vnde Adamus, cùm cœpisset antiquæ historiæ filum ducere, & Abrahamo ascribere, vbi versum secundum attigit, sic fassus est: *Sed quæ sequuntur maiora sunt, quàm vt possint competere in Abraham: vnde Hieronymus ad Christum refert.* Et Hugo Cardinalis, qui in toto expositionis tractu de rebus antiquis exponit, in ipso initio, vbi caput in

partes

partes diſſecat, ait: *Fi prima moneneur Iudæi, ut credant. ſecundo agit de C o ſecundum Iudæos: ſecundum nos de aduentu Chriſti, ibi: Qui ſuſcitauit*, &c.

Itaque qui maximè ferebantur in interpretationem illam de rebus Iſraeliticis, in ipſo curſu offenderunt aliqua, quibus retardarentur, quo minus vltra procederent, & ad Euangelium ſunt reuocati. Sed nos ſingula membra huius capitis explananda, & inter ſe committenda adeamus, quæ ipſamet nos in ipſius veritatis penetrale, & quaſi cubile, Deo autore, abſque errore deducent.

Taceant ad me inſulæ.] Etſi vnus, aut alter interpres propriè accipit hoc nomen, pro inſulanis, qualis eſt Pintus; alij tamen omnes vel metaphoricè capiunt pro hominibus, varijs turbarum fluctibus circumdatis, vt Oſorius, vel pro incolis remotiſſimarum regionum, vel earum, quæ nauigatione adiri ſoleant. Conſule c. 11. num. 132. & c. 40. nu. 422.

 verſ. Iubentur ij homines tacere, hoc eſt, auſcultare peratentè, nam ſilentium & quies, & cuiuſuis ſtrepitus ceſſatio ad eiuſmodi audientiam eſt neceſſaria: iubentur ergo audire Deum diſceptantem non ſolùm propiores, ſed etiam remotiſſimi quique mortales: non quòd Deo locorum ſpatio vnus ſit altero remotior, aut propinquior, cùm Deus æquè omnibus adſit, inſit, intimus, imò ſingulis illapſus; cùm non *longè ſit ab vnoquoque noſtrûm: in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.* Sed quia Deus agebat per Iſaiam exſiſtentem in Iudæa, ſuam diſputationem ad vltimos terræ fines, & abditos quoque ac inacceſſos populos penetrare cupit; & quoniam in iis numerantur inſularum accolæ, idcirco non immeritò, *Inſulæ* ad audiendum nominatim inuitantur.

Deus proximus cunctis ex æquo. — *Act. 17. 28*

6\. *Et gentes mutent fortitudinem.*] *Gentes* hoc loco, generatim pro nationibus quibuſlibet accipi malim, quam pro Gentibus, prout à Iudæis diſcriminatur, nā quamuis ſit alicubi hoc diſcrimen, ſed neque id eſt perenne, quod meminit me adnotaſſe ad c. 1. v. 4. & tunc illud accidit, cùm Hebraicè eſt nomen גוים *gouim*, at hoc loco eſt, לאמים *leumim*, quod eſt, *populi*, atque adeò nomen Iudæis & Gentilibus promiſcuum. Scilicet inſtituatur aduerſùs idololatriam diſputatio, hoc non obeſt; nam ſæpe Deus per Prophetas apud Iſraelem hoc argumentum verſat, eò quòd ille populus in iſtud vitium, & flagitiū admodum eſſet procliuis, & huic procliuitati non reſiſtens, identidem eo relaberetur, quod ſatis perſpicuum ſit in ſacris annalibus. Quocirca ſermo præſens non proprius eſt Gentilium, ſed communis etiam Iudæorum.

Iudæi proni ad idola.

7\. *Mutare pro induere.* Quid autem ſit *mutare fortitudinem*, exponerem, niſi paullo antè expoluiſſem: eſt enim, vt vno verbo loquar, induere fortitudinem, ſuprà c. 40. v. 31. num. 516.

8\. *Deus ſubiis ... leges cum ſuis ſeruis.* *Accedant, & tunc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus.*] Quo Deus cauſſæ ſuæ veritatem, & æquitatem planiùs euincat, interdum inuitat homines, vt ſecum iudicio diſceptent, auditurus, redditurúſque rationem. Ierem. c. 2. ver. 9. de hoc eodem argumento propoſito ſic: *Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait Dominus, & cum filiis veſtris diſceptabo. Tranſite ad inſulas Cetim, & videte: & in Cedar mittite, &*

conſiderate vehementer, & videte ſi factum eſt huiuſcemodi. Si mutauit gens Deos ſuos, & certè ipſi non ſunt dii: populus verò meus mutauit gloriam meam in idolum.

9\. *Hieron.* Vbi S. Hieronymi hoc extat gloſſema: *Ne videatur potentiæ per potentiam, quaſi cum paruulis ratione contendit: iuxta illud, quod Dauid canit, & vſurpat Apoſtolus: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. quódque poſuit (adhuc ſæpe ſe feciſſe teſtatur.* — *Pſal. 50. v. 6.*

Vnde illud Iob minus iam admirabile, quod ipſe de ſe prædicat cap. 31. v. 13. *Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancillâ meâ, cùm diſceptarēt aduerſum me.* Et tamen Gregorius illud lib. 21. c. 10. valde extollit iis verbis. *Quis digne conſiderare valeat huius viri tam ſublimia virtutum moderamina? in quo tanta eſt autoritas regiminis, vt ad ſilentium reſtringantur duces, tanta humilitas cordis, vt ex æquo ad iudicium venire permittantur ancillæ. Ecce apparet miro modo in poteſtate principibus potentior, in certamine ſeruis æqualis, in cœtu principum memor regiminis, in certamine famulorum memor conditionis.*

Gregor. Iob ſubit iudicium cum famulis

10\. Quæ poſtremæ voces, *memor conditionis*, etſi prudentiam Iobi pariter ac modeſtiam indicant, ſed non minus officium, ab ipſomet Iob ſtatim ingenuè conteſtatum: *Quid enim faciam*, ait, *cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus?* — *Iob 31. v. 14.*

11\. *Dominus & ſeruus quoad naturam æquales.* Vnam & eamdem conditionem ſui, & ſeruorum ſuorum, quoad naturam, atque originem verè agnoſcit: nullum item eſſe in conceptione, & natiuitate diſcrimen; communem dominorum & ſeruorum in fine vitæ vnum fore ex æquo iudicem Deum confitetur: ac proinde, eſſe cum æquitate conſentiens, vt nemo dominus recuſet adire iudicium cum ſeruo, & facti ſui rationem reddere. Nam etſi ſeruus propriè ſumtus, id eſt mancipium, quidquid eſt, domini ſit: tamen cùm ei poſſit dominus iniuriā facere multigenerem, ratio flagitat, vt in iudicio liceat ſeruo eam propulſare, aut etiam illatam reſarcire. ſicut videri poteſt in Inſtit. *de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt*: ita:

Seruus poteſt iniuriam à Domino illatam iudicio perſequi.

12\. *Inſtit. de iis, qui ſui.* *Hoc tēpore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa legibus cognitâ in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Nam conſtitutione D. Antonini qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus puniri iubetur, quàm qui alienum ſeruum occiderit. Sed & maior aſperitas dominorum eiuſdem Principis conſtitutione coercetur.* Apud Liuium l. 42. *Nec ſi cauſa reddenda ſit, non vobis ſed iis, qui ne in ſeruos quidem ſæua, atque iniuſta imperia probant.*

13\. *Hero in ſeruum ſæuire non licet* Cùm neque diuinis igitur legibus neque humanis ſit permiſsū hero quidquid volet in ſeruum, ſed quibuſdam terminis ſit circumſcripta poteſtas & licentia herilis, quæ ab homine in hominem ſolet exerceri: meritò iure naturali, & ciuili fas eſt diem dicere domino, & cum eo iudicio contendere. Apud Liui. lib. 38. *Neminem vnum ciuem tantùm eminere debere, vt legibus interrogari non poſſit. Nihil tam æquandæ libertatis eſſe, quam potentiſſimum quemq; poſſe dicere cauſſā.*

14\. *Dei poteſtas abſoluta & ſuprema in omnes.* At verò in Deo nihil horū locū habere poteſt: Dei enim in omnes homines poteſtas nullis finibus coërcetur, tāta eſt, quāta eius volūtas Prǽterea nō poteſt ſupra modū in ſeruos ſuos animaduertere, nō poteſt aſperiùs, quā ſint cōmeriti, eos

H tracta

tractare, non duriùs accipere: cui est naturalis & essentialis ipsamet æquitas, & ipsa simul clementia, quarum altera facit, vt nequeat esse castigatio, aut punitio seuerior altera, vt sit inferior pœna delicto. Et iam si posset transilire metam ab æquitate præfixam, nullum habet supra se iudicem, apud quem caussam diceret Eccl. c. 8. vers. 3. *Omne, quod voluerit, faciet, & sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei quisquam potest: Quare id facis?* Nam si par in parem nō habet imperium, atque adeo, neque ius inquirendi, quanto minus id habebit minor in maiorem, & tanto minor? cùm omne hominum genus, cùm vniuersi homines collati cum Deo sint *stilla situla, statera momentum*, quid *inane*, ac denique *nihilum*, vt supra capit. 40. versiculo 15. & vers. 17.

15 Neque solùm in homines est hoc Deo infinitum imperium, sed etiam in cœlestes potestates: Dan. 4. v. 32. *Quia potestas eius, potestas sempiterna: & regnum eius in generationem, & generationem. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit, tam in virtutibus cœli, quam in habitatoribus terræ: & non est, qui resistat manui eius, & dicat ei: Quare fecisti?* Quæ fuit confessio & professio regis antea arrogantissimi Nabuchodonosoris, & post seueram castigationem ita sobriè & sanè censentis.

16. Hic ergo talis, tantúsque Dominus mirum in modum extollendus, qui cum suis seruis quasi ex æquo caussam agere in iudicio non dedignetur, imò ipse, vt secum pedem conferant, secum manum conferant, inuitat. Quocirca vituperabilior est, ac minimè ferenda morositas, & stomachus quorumdam dominorum, qui non modò impatientissimè ferunt se à seruis, à famulis etiam in iudicio, retinendi, aut exigendi sui iuris caussa, nominari, quantumuis comiter & vrbanè: sed ne hiscere quidem coram se seruos acceptos interdum iniuriosissimè patiuntur. Plinius in Panegyr. ex hoc capite laudat Traianum: *Dicitur actori tuo, atque etiam Procuratori tuo, in ius veni; sequere ad tribunal. Nam tribunal quoque excogitatum cruciatus est, par ceteris: nisi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors & vrna fisco iudicem assignat. Licet reiicere, licet exclamare; hunc nolo, timidus est. Eodem foro vtuntur Principatus, & libertas.* l. non puto. ff. de iure fisci; *Non puto delinquere, eum qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè responderit.*

17. *Domini morosi, & fastidiosi in seruos.* Qui sane & fastidiosum ac stomachosum hunc spiritum deponerent, & superbum supercilium deprimerent, si seriò apud se reputarent sapientissimum Iobum imitati, non minus serui, quàm Domini Deum esse conditorem, & æqualiter vtriusque fore iudicem, etiam si aliqua futura sit inæqualitas, iusta tamen: eam heri potius, & heroi, quam seruo, & homini plebeio fore molestiorem. *Sap. 6. v. 6. Potentiores fortiùs à Deo iudicandi.* *Quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. fortioribus autem fortior instat cruciatio.*

18. *Potentiores cur duriùs à Deo tractentur.* At si *non subtrahet personā cuiusquam Deus, & æqualiter est illi cura de omnibus*, cur fortioribus fortior instat cruciatio? Cur exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter, id est, [illegible] tormenta patientur? Nā hęc acceptio & exceptio est personarum [illegible] feret: & vtroque modo prohibetur Leuit. cap. 19. v. 15. *Non considere personam pauperis, nec honores vultum potentis, iuste iudica proximo tuo.* *Pauperis in iudicio non præponenda est causa.* Vbi considerare personam pauperis, est eius respectu, & commiseratione à iusto deflectere, vt [illegible] tes sentiunt, & verbum Hebraicum & Græcum efflagitant, quod est, accipere personam. quod planius traditur Exod. 23. vers. 3. *Pauperis quoque non misereberis in iudicio.* & vers. 6. *non declinabis in iudicium pauperis.*

19. *Optimates æqualibus legibus [illegible].* Quæstionis propositæ responsio non est difficilis. Quia enim eiusmodi potentes & nobiles, naturæ & conditionis humanæ æqualitatem, & diuinæ prouidentiæ in omnes hominum ordines examen par & æquale trutinæ pondus non considerantes, se legibus communibus, quasi alterius generis mortales, seu potius vt Deos quosdam immortales minimè obligari sunt arbitrati, atque adeò in infimæ sortis homines sibi quidlibet esse permissum; ob eam caussam, æquissimo iure duriùs in eos animaduertitur, qui iuris æquabilitatem inter nobiles & obscuros, inter diuites & pauperes, inter dominos & subditos à Deo, & naturà præstitam suo arbitratu sustulerunt.

20. *Legibus durioribus debere teneri optimates.* Neque solùm iisdem omnino legibus omnes æqualiter teneri, sed etiam durioribus debere astringi optimates, ex his vnus, naturæ duntaxat ductus lumine vidit, & litteris tradidit, hoc modo: *Deinde quis vnquam hoc Senator recusauit, quin quo altiorem gradum dignitatis beneficio populi Romani esset consecutus, eo se putaret durioribus legum conditionibus vti oportere? quàm multa sunt commoda, quibus caremus? quàm multa molesta, & difficilia, quæ subimus? Atque hæc omnia tamen honoris & amplitudinis commodo compensantur.* *Tullius Orat. pro A. Cluētio.*

Illi verò qui altioris gradus, ac dignitatis honore volunt perfrui, & ne earum quidem, quibus abiecti constringuntur, legum onere premi, sed soluti, ac liberi vagari gestiunt, cùm reuera ille sit liber, qui seruus est legum sine vllā personarum acceptione, & sine vllā iacturā iuris æqualis, grauiùs à Deo & duriùs accipiuntur in iudicio postremo, quàm pauperes, quàm exigui, quàm serui, quia cum iis vel se iudicio sistere sunt dedignati: cum Deus eam conditionem subire non recuset, sed edicat, dicatque.

21. *Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.*] Cùm accedendi ad tribunal, tum liberè loquendi, & se defendendi facit potestatem, & se sui iuris ac facti rationem redditurum pollicetur, id enim præ se habet, *Simul ad iudicium propinquare.* quæ locutio petita videtur è formulis forensibus. Nam etsi multiplex exsistit notio huius nominis, *Iudicium*, hoc tamen loco, est caussæ dictio atque discussio ab vtraq; parte adhibita; *Iudicium, quid.* quæ vno Latino verbo, lis, seu contentio nominatur. Et quia Deus neque timet, neq; timere potest aduersarium, non ei vires conatur, aut optat infringi, quin monet, vt eas vndecumq; sibi comparet: tale est illud ad Iob c. 38. v. 3. *Accinge sicut vir lumbos tuos; interrogabo te, & responde mihi.*

Accingi

Accingi pro armari. Accingi pro armari, & accinctus pro armato in litteris sacris sæpe ponitur, Numer. 32. v. 17. Genes. 49. v. 19. Iubo ergo præscribitur, vt se obarmet ad certamen, ad prælium, ad confligendum cum Deo, ne postea queri possit, se inermem, se imparatum fuisse assumptum, ita hoc loco: *Mutent fortitudinem*, hoc est, induant arma quæque fortissima, omnem armaturam sibi accommodent, & defensioni, & offensioni, si placet etiam, opportunam.

Vers. 2. Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum, vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.

22. *Iustus ab Oriente vocatus variè exponitur. Prima expositio de Cyro.* QVisnam sit iustus hic ab Oriente vocatus, vt sequeretur Deum, Scripturæ periti certant, & adhuc sub iudice lis est. Nam Hebræorum aliqui contendunt fuisse Cyrum regem Persarum, cuius imperium fuit orientale, qui eatenus vocatus à Deo dicitur, vt sequeretur eum, quatenus ab eo permotus Babylonico regno euerso, populum Iudæ libertate donauit, & à captiuitate redeuntem adiuuit. Hosee secutus est Pagninus in notis marginalibus, Hugo siue suâ, siue alienâ indutâ personâ, Thomas in expositione secundâ.

23. *Opinio 2. de Abrahamo.* Alij Hebræi, vt monet S. Hieronymus, & vt ait Lyra, ferè omnes iustum istum volunt esse Abrahamum, cui non difficiliter accommodantur, & quæ præsenti versu, & sequentibus comprehenduntur. Huic expositioni adhærent plerique recentiorum, Forerius, Arias, Sanctius noster, Pintus, Vatablus, Lyra, Osorius, Hugo in posteriori interpretatione, & Andreas ibi citatus, (suspicor esse Andream de Garlitz.

Opinio 3. de Christo. Denique aliorum est sententia, hunc iustum non alium esse posse, quàm Christum: Hi sunt quos in principio capitis disputans de eius argumento, pro Euangelio stare docui.

24. *Confutatur.* Ex iis tribus opinionibus illa prima de Cyro nobis videbatur inuerosimilis: nam pleraque istic scripta illi magnopere repugnant. Inprimis, castissimum hoc nomen, *Iustus*, seu, vt est Græcè, *Iustitia*; quod illic interpretes vt quàm volent, se torqueant, nunquam Cyro adaptabunt. Deinde (particula ea) *Vocauit eum, vt sequeretur se*, nullâ vi ad eundem hominem trahi poterit; mitto alia quæ eodem rapi inuitissimè, constabit in ipso progressu interpretationis.

Expositio secunda de Abrahamo & insitâ sui, & aduentitiâ tot autorũ probabilitate fulcitur.

25. *Autoris sententia.* Sed præ hac iudico meliorem tertiam sententiam de Christo Domino, quam video vnam placuisse antiquis Patribus suo loco citatis, & nonnullis iunioribus: Sed ego præfero hanc tertiam secundæ, hoc temperamento, vt verè, & propriè, ac litteraliter atque adeò immediatè *Iustus* hic sit Christus, tamen sit respectus aliquis, & quasi allusio ad Abrahamum, qui fuit typus Christi; nam sicuti hic fuit caput, radix, princepsq; populi Christiani, sic ille populi Hebraici: & illa vocatio Abrahami fuit præfiguratiua vocationis Gentilium, vnde cùm de hac agitur, ad illam per transennam, & ex occursu rerum iuuetur aspectus.

26. Quare quod certi interpretes docent, hic tractari de Cyro, aut de Abrahamo, ad verbum, & ad sensum litteralem, de Christo vero ad sensum mysticum, quoniam vterque istorum suis gestis Christum portendebat, ego quidem ordine inuerso, accipio, quemadmodum explicui: Hic enim *Iustus* mihi Christus est primaria & proxima significatione; remotâ verò, & allusoria, & quasi respectiuâ, est Abrahamus; tanquam Vates voluerit vnâ & eadem fidelia, vt dicitur, duos dealbare parietes: hoc est, ostendere Christi mysterium, eiúsque res gerendas describere prædicendo: & simul intendere digitum ad res Abrahami, & eius posteritatis, in quibus præcessit adumbrata quædam rerum Christianarum imago, atque descriptio; quod similiter aliàs sæpe fieri, alibi me adnotasse memini. Sed propiùs iam accedam ad euoluendam notionem verborum. *Abrahami vocatio figuratiua fuit. Sup. c. 40. v. 3. num. 44. in c. 45. v. 2. num 51.*

27. *Suscitare, quid.* *Quis suscitauit ab Oriente iustum?*] Vim peculiarem esse in verbo *suscitare*, quis non intelligat? Hebr. עור *Sur, excitare, euigilare*, pro variâ coniugatione, quæ notio non semper respicit somnũ, aut desidiam, sed interdum, subitam & admirabilem mutationem, vel ab infimo loco ad sublimem euectionem, exempla non in abdito sunt: neque analogia nimis obscura, nam qui dormit, derepente euigilat, & qui somno obrutus videbatur esse mortuus, subitò, quasi ad vitam, redit ad sensus; hinc illud:

---*Quid est somnus, gelida nisi mortis imago?*

Vnde *suscito*, & iis qui à somno, & iis, qui à mortuis excitantur, promiscuè aptatur.

28. Quo ergo significatu, *Iustus* hic dicitur, *suscitatus* diuinitus? certè non à mortuis, non ab inferis, non enim de hoc sacramento nunc est locus: non etiam à somno, siue proprio, siue metaphorico, nam posterior in eum non cadit, prior non esset ad rem. Dicitur ergo suscitatus, quia admirabiliter, quia subitò, quia inopinatò, quia ab imo, vt vulgo credebatur, ad summum dignitatis gradum, præter hominum spẽ, imò contra eorundem voluntates, conatúsque Deo rem infinitâ suâ sapientiâ moderante, ipsismet hostibus adiuuantibus euectus est: nam *lapidem, quem reprobauerunt*, & ne ad fundamenta quidem, vt defossum aptum iudicarunt, *hic factus est in caput anguli: à Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris*. Quo de mysterio repete dicta ad c. 28. v. 16 *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum*. *Psal. 117. v. 22. Christus lapis à Iudæis reprobatus, à Deo positus.*

29. Lapis ergo non modò iacens, sed etiam abiectus, reprobatus erigitur, excitatur, statuitur de improuiso: lapis quippe *iustus*, aptus, habilis vtrique parieti committendo, atque nectendo, ita vt nullus alius lapis id officium præstare posset: vnde oportuit, necesse fuit eum è sordibus, è stercore, è luto, quibus erat obrutus, excitari, eleuari, & in summo ædificij fastigio subitò collocari, vt exstaret, & emineret, suo iusto & conuenienti loco, tanquam lapis angularis. *Ephes. 2. v. 15. 20.*

30. Quare, quod vniuersè traditur 1. Reg. 2. v. 6. ad hunc *Iustum* iustè; imò iustissimè accõmodabitur: *Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat,*

suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.

31\. Modicè videri possim locutus, cùm dixi, hunc locum accommodari posse Christo Domino, si S. Aug. audiendus sit lib. 17. *de ciuit.* cap. 4. vbi cùm totum Annæ canticum, cuius nos partem sumsimus, retulisset, addidit: *Itáne verò verba hæc vnius putabuntur esse mulierculæ de nato sibi filio gratulantis? Tantúmne mens hominum à luce veritatis auersa est, vt non sentiat supergredi modum fœminæ huius dicta quæ fudit?* & cùm præcedentia de Euangelica Ecclesia singillatim exposuisset, vbi peruenit ad locum nostrum, ita posuit: *Iam verò quod adiungit, suscitat à terrâ pauperem, de nullo meliùs quam de illo intelligo, qui propter nos factus est pauper, cùm diues esset, vt eius paupertate, sicut antea dictum est, ditaremur. ipsum enim de terra suscitauit tam cito, vt caro eius non videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo quod additum est: Et de stercore erigit inopem; inops quippe idem est, quod pauper. Stercus ergo vnde erectus est, rectissimè intelliguntur persecutores Iudæi.* quod probat Aug. ex illo c. 3. ad Philip. vbi Paulus Iudæos & Iudaica propter Christum, vt stercora arbitratur.

S. Aug. — Philip. 3. v. 8.

32\. S. Greg. S. Gregorius illic, de Synagogæ abiectione, & Gentilis populi electione, ac vocatione declarat, quæ declaratio eodem exire videtur, cùm huius populi, & Ecclesiæ caput sit Christus, & ea suscitatâ, & vocatâ, suscitatus, & vocatus sit Christus, nam, vt postea dicam, *Iustus* hic cum sua prole, & posteritate, & in eâ necessariò est intelligendus.

33\. Deinde, si ad humanæ naturæ conditionem abiectam oculos demittimus, & eosdem attollimus ad suspiciendum dignitatis splendorem, pretiúmque quod est hæc eadem natura in Christo sortita, verè recognoscemus ei conuenire, à Deo fuisse illum hominem Iustum suscitatum: & Deum liberasse fidem suam, quam antiquitus per Moisen, nobis obligarat iis verbis, Deuter. 18. vers. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus.* Quo loco tametsi aliud est verbum, in autographo, sc. קים, *chûm*, sed sono duntaxat, aliud, notione idem, nam in primâ coniugatione est, *surgo*, in secundâ, *surgere facio*, excito, suscito, vnde Vulgatus doctè vtrobique eodem verbo fuit vsus; vt vnius loci ad alterum relatio magis innotesceret.

34\. Humana natura abiecta. Voces illæ, *de gente tuâ, & de fratribus tuis, sicut me*; produnt fontis exiguitatem, ac tenuitatem, originis vilitatem, ex quâ ne qui diffideret aliquid magnum, & excellens posse exsistere, iccirco additum est; *Suscitabit Dominus Deus tuus*; qui nimirum non solùm è paruo, vilíque principio, verùm etiam è nihilo potest educere, & statuere eximia quæcumque libuerit. Et quoniam ea, quæ moriuntur, intereunt, desinunt esse, & quasi ad nihilum rediguntur, iccirco quæ ab initio paruo, & despicabili producuntur, & quasi è tenebris in lucem proferuntur, S. Scripturæ locutione *suscitari*, siue *surgere* affirmantur. Istine illud Matth. 11. vers. 11. *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* & Luc. 7. v. 16. de Christo: *Magnificabant Deum, dicentes; Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.* Senserunt interpretes multi, Iudæos, cùm id dicerent, credidisse esse Prophetam, quem Moises Deuter. allegato, prædixerat, à Deo suscitandum; etsi est obscurum, an illi exsistimarint, illic promitti Messiam; quare idem est, *Propheta magnus surrexit in nobis*; atque Prophetam magnum Deus suscitauit in nobis, & ex nobis. Et certè Prophetam magnum esse eumdẽ, atque virum insigniter sanctum, docuit Maldonatus apud Luc. citatum. Demum, hæc suscitatio *Iusti* potest attinere ad subindicandum facinus Dei, qui ex illa radice Iesse tantùm non emortuâ, sane penitus defossâ, & non exstanti tantum, ac tale germen extraxerit, excitarit, ac in apertum protulerit. Quâ de re commentarium iustum composui ad versiculum 10. cap. 11. *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum.* Quem locum reuidisse, fortasse non pœnituerit.

Propheta magnus, i. vir insigniter sanctus. — 35.

36\. Pro Iusto, iustitia apud LXX. L X X. vice *Iusti* δικαιοσύνην, *Iustitiam* transferunt: quæ translatio cùm de mendo accusari non possit, eo quòd constans fuerit ea lectio in omnibus codicibus, & olim ab Ecclesiâ suscepta, valde corroborat nostram expositionem de Christo: nam Cyro quis ausit hoc tantum elogium ascribere, vt eum *Iustitiam* appellet? imò quis de vi ac amplitudine nominis pro dignitate sentiens, intra pectus Abrahami id conetur includere? Porrò hoc nomen, *Iustus*, absolutè & præcisè prolatum, cùm non sit aliud quàm, *Sanctus*, vix à me ipse impetrauerim, vt Abrahamo, precariò permittam vtendum, nedum vt proprium possidendũ. Act. 22. v. 14. *Et videres iustum*; de Christo, at *Iustitia* titulum amplissimum, & splendidissimum, si alij quàm Deo, eiúsque vnigenito Christo concederem, maiestatis diuinæ læsæ reum me ipse confiterer.

Iustus, i. Christus.

37\. Christus dicitur iustitia. Christus ergo Dom. & est *Iustus*, per antonomasiam, & est *Iustitia*, & ipse in se, & nobis. 1. Corinth. c. 1. v. 30. *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemtio.* Nempe, vt caussa efficiens meritoria, exẽplar, & finis: nõ quòd solâ imputatione, & extrinsecâ acceptatione efficiatur quis iustus, vt Lutherani, & alij hæretici miserè obcæcati, aut impudenter obstinati mentiuntur; sed quòd Christus totius nostræ iustitiæ inhærentis, ac diffusæ in cordibus nostris, sit autor, atque largitor. quo etiam locutionis genere dicitur ab eodem Apostolo *Pax nostra*, Ephes. 2. vers. 14.

38\. Orig. Orig. hom. 5. in Isaiam probè hunc locum præsentem euoluit, cuius orationem Latinam factam ascribo: *Putabamus Christum ab Apostolo tantùm, dici Iustitiam, sanctificationem, & redemtionem, & sapientiam. & fortasse ille à Prophetis accepit: nouit etiam ille animatam esse iustitiam, & viuentem. Quæ est ista Iustitia? Vnigenitus Dei. Neque solùm ab Apostolo ortum est, Christum esse iustitiam, & viuentem, & subsistentem, sed inuenies & à propheticis sermonibus hoc nobis mysterium fuisse exhibitum, vt à capitulo, in quo nunc lectio conquiescit. Quis enim, inquit, surgere fecit ab Oriente iustitiam, & vocauit eam ad pedes suos? Vocauit iustitiam, manifestum est, animatã esse, si ambulet vocata. Vocauit Christum Pater, vt ob salutem nostram iter faceret, & ad nos de cœlo descenderet. Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis.*

Vocauit

Vocauit eum de Oriente, non de isto sensibili, sed de oriente lucis veræ. Propter quod scriptum est: Quis exsurgere fecit de Oriente iustitiam, & vocauit eam ad pedes suos? Pater vocauit Filium, imò vt verè dicamus, Deus hominem vocauit iustitiam ad pedes suos, idest, incarnationem Filij sui: ideo & adoramus scabellum pedum eius; iuxta quod scriptum est: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum. Caro si quidem Domini honorem Deitatis assumet.

39\. Sic Origenes versionem Græcam edisserens, quam etiam & eodem ferè modo Cyrillus explanat, quem adiungo, ne quis existimet Origenem genio suo allegorico ductum ad Christum accurrisse: ergo Cyrillus postquam eumdem Pauli locum accipit, *Et per illum*, inquit, *illustrati sumus, consortésque facti misericordiæ, & charitatis, & omnium omnino, quæ ad salutem valent. Hoc quoque nobis prædixit quidam sanctorum Prophetarum, cùm ait: Et exorietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanatio in alis eius. Quis ergo, inquit, velut Solem ab Orienti oriri fecit iustitiam? idest, Christum. Quis illum vocauit, venire fecit, & apparere incolis, & ita apparere, vt ad pedes eius vocantis, idest, tantùm non vestigiis Dei, & Patris insistat?* Eadem vestigia premit Procopius, neque mirum, imò mirum esset, si quis secutus Græcam translationem, & *Iustitiam* audiens aliter sentiret, & exponeret. *(Cyril. — Malach. 4. vers. 2.)*

40\. *Ab Oriente.*] Si complectimur præmissam versionem, & explanationem, nihil asperum, nihil inæquale occurrit in via: nam cùm *Iustitia* sit lux, & claritas, ea conuenientissimè dicitur excitata ab Orienti, cùm Oriẽs nihil aliud sit, quàm lucis quasi cubile; vnde Sol, luminarium princeps assurgit, & quò, postquam circumlustrauit mundum, veluti tantisper requieturus se condit, vt rursus inde euigilet. Eccl. 1. vers. 5. *Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem.* Chrysostom. hom. de Turture; hunc locum Christo accommudat. Ergo Oriens est locus, & quasi sedes Solis, lucisque *ad locum suum reuertitur*; atque adeò, lux spiritualis, videlicet, Iustitia ab Orienti inducitur excitata. *(Oriens est lucis cubile.)*

41\. Sed nihilo seciùs, *Iustus* ab Orienti suscitari, & non minus eleganter perhibetur: nam si *Iustitia* abstractè proposita, est lux primaria spiritualis, *Iustus* erit Sol, princeps, autórque aliorum luminum: vnde sicut magis propriè, magísque venustè loquimur, cùm asserimus, oriri solem, seu assurgere ab Orienti, quàm cùm lucem indidem egredi perhibemus: nam lux vtpote accidens, nisi corpori alicui insidat, progredi, aut loco moueri non potest: at Sol ipse cùm per se subsistat, aptè intelligitur è sede suâ consurgere, & se ad illuminandum orbem accingere. Quod politissimè descriptum, & prope poeticè depictum legimus apud Vatem elegantissimum Dauidem Psal. 18. v. 6. *In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius.* Hebr. *Soli posuit tabernaculum in eis*; & ita conuertit Aquila sententia: *in eis*, hoc est, in cœlis, de quibus antea, Soli tanquã Principi, ac regi inter luminaria, posuit tabernaculum, sedémque regiam; quæ autem, qualísq; sit, *(42.)*

diuersæ admodum, ut que distractæ sunt interpretum sententiæ, quas breuiter & dilucidè de more colligit noster Lorinus.

43\. At *thalamum*, vnde tanquam sponsus procedit, hoc est, pulcerrimus, splendidissimus, ornatissimus, esse Orientem consentiunt omnes; qui iccirco thalamus appellatur, quia in eo Sol fingitur aquiescere, & inde ad cursum suum repetendum exsurgere. *(Thalamus is Oriente.)*

Quamobrem, cùm Christus reipsâ sit Sol iustitiæ, & hoc nomine vocetur in litteris sacris, bellè quidem, & suscitari ab Orienti introducitur, & *Iustus* appellatur, vt Sol iustitiæ, non lucis corporeæ autor esse intelligatur, & è thalamo suo tãquã sponsus lectissimus procedere, & vt gigas fortissimus ad currẽdam viã exultare. *(Christus est Sol iustitiæ.)*

44\. Et nunc prætereo S. Patres, qui hunc sponsum, & gigantem, qui hunc solem interpretantur Christum, quibus occasionem aliquam offert Paulus Rom. 10. v. 18. allegans v. 5. Psalmi præcedentem: *in omnem terram exiuit sonus eorum*, de prædicatione Apostolicâ. nam ij Patres forsasse mysticè de Christo Domino exponunt. *(Christus est sponsus & gigas.)*

Sed adduco Genebrardum litteralis sententiæ diligentissimum interpretem, ita tamen obseruantem: *In sole. Hypallage. Solem posuit in tabernaculo suo, idest, in cælis. Vnde Hebr. Soli posuit tentorium in eis. Sed respexerunt ad mysterium, quod in Christo vero Sole Deus erat, ac veluti domicilium suum habebat, mundum reconcilians sibi.* Hæc doctus ac pius autor: qui passim in Psalmis Christum latẽtem vt index fidelis prodit, & in lucem edit. *(Genebrardus.)*

45\. Christum vocari solem Iustitiæ scitum est Malach. 4. v. 2. *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Hunc solem esse Christum, præter Cyrillum id apertè docentem supra num. 39. asserunt Tertul. de Resurrect. cap. 31. Euseb. lib. 5. Demonst. cap. 29. & lib. 6. cap. 18. Chrys. hom. de Turture, quæ est 8. in tom. 5. Hieron. Theodor. Rupert. Vatablus, Arias, Ribera, & communiter doctores illic, licèt ex iis aliqui de secundo aduentu accipiant, sed plerique de primo. Appellatur autem Sol ob splendorem, & lucem. *Ego sum lux mundi*, ait ipse, & de eo Ioannes, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Sol iustitiæ, quia illuminando iustificat, & calefaciendo; illuminat per fidem, calefacit per caritatem; iustificat per fidem initiatiuè, quia fides est initium iustificationis, per calorem, & caritatem perfectè, & completè. Sol sui luminis interuentu calorem efficit, sic Christus dilectionem. Tribuuntur autem huic Soli pennæ, ad ostendendam eius celeritatem & efficaciam, & pennis sanitas ascribitur, quia sub vmbrâ istarum alarum vera salus, ac sanitas inuenitur, & ab ardoribus concupiscentiæ protectio. vnde huius Solis radij & ignem S. Spiritus accendunt, & ardorem libidinosæ carnis exstinguunt. *(Ioa. 1. v. 9. — Fides est initium iustificationis. Triden. Sess. 6. c. 8.)*

46\. At si Christus est Sol, quis nam erit eius Oriens, vnde sit progressus, quisnam thalamus, vnde processerit? Fas mihi esset cum Chrysostomo homil. cit. *de Turture*, respondere, fuisse Mariam sanctissimam, quæ in Cantico Canticorum Aurora prædicatur, capite 6. versiculo 9. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?* Sed non placet eò recurrere, quòd putem non eò Vatem aspicere; simplicius expono; *(Occupatio. Chrys. — Maria est aurora.)*

Orientem esse cælum, ex quo Sol iste clarissimus exiuit: *Exsultauit enim vt gigas, ad currendam viam; a summo cælo egressio eius.* De quo Chrysost. paullo antea ascitus mysticè saltem adducit illud Eccl. c. 1. v. 5. *Soloritur, & occidit, & ad locum suum reuertitur.* & Paulus Ephes. 4. vers. 9. ad verbum, & litteram: *Quod autem ascendit quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos: vt impleret omnia.*

Psal. 18. v. 6.

47\. Itaque ortus est è cælo, ex Orienti Sol iustitiæ Dominus, peruenit in mundum tanquam in occasum; regressus est in cælum, vt in locum suum, vt in sedem, & tabernaculum, vt in proprium domicilium, reuersus est in Orientem suum, vnde profectus erat. Peruenit etiam in Occasum mortis, & sepulchri, & inde rediuiuus, & splendidior, atque illustrior rediit ad Orientem lucis, & gloriæ. Hoc arcanum tetigit Apostolus Rom. 10. v. 6. *Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cælum? hoc est Christum deducere: Aut quis descendet in abyssum: hoc est, Christum a mortuis reuocare.*

Christus instar Solis oritur, occidit, & reuertitur.

48\. Quod planè testimonium magnopere facit ad institutum nostrum. Nam id desumit Paulus è Moyse Deut. 30. v. 14. cuius vt ab Apostolo ponitur, & exponitur, hæc est mens: Quod Deus à te, ô homo, exigit, neq; est difficillimũ, multo minus impossibile; non enim à te postulat vt in cælum ascendas, & inde Dei filium, Christum descendere facias; neque à te expetit, aut exspectat, vt in infernum descendas, & inde Christum à mortuis excites, & ascendere facias: si enim Deus hoc à te requireret, probe causarere, tibi id imponi, quod supra te est: cùm hoc solus Deus præstare possit, videlicet Christum de cælo deducere. At nónne hoc ipsũ per Isaiam Deus dicere videtur: *Quis suscitauit* (pro suscitabit) *Iustum ab Oriente?* & cùm ex hac excitatione Iusti consecutura recensuisset, addit: *Quis hoc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus, & nouissimus, ego sum.*

49\. Cumque in Psal. 18. sæpius appellatu, ad Christi sacramentum, vt minimum, respiciatur, vt ostendi antea nu. 44. & [illegible] thalamus Solis tanquam sponso assignetur, & thalamus sit idem qui Oriens huic nostro vero Soli, & vni iustitiæ soli paternus sinus pro thalamo & pro Orienti, vnde processerit, conuenientissime poterit attribui: ad quem sinum paternũ, sedémque natiuam, simul ac mundi orbem illustrissimis vitæ, doctrinæque radiis illuminauit, sese retulit. Ioan. 16 v. 18. *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Exiui a Patre,* vt Sol ab Orienti, à summo cælo egreditur: *veni in mundum,* quia *Ego sum lux mundi,* Ioan. 8. v. 12. vt illuminarem eum. *iterum relinquo mundum,* iam illuminatum: *& vado ad Patrem,* vt ad Oriẽtem, & totius lucis originem, atque principium: *Pater luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio,* Iacob. 1. v. 17.

Soli iustitiæ Christo pro thalamo est sinus Patrius.

50\. Sed aduersùs hanc explanationem quis fortassis iuerit, caussatus in codice sacro, Christũ vocari *Orientem,* non adiectiuè tantùm, sed & substantiuè, Zach. 3. v. 8. *Ecce enim ego adducam seruum meum Oriẽtem.* & c. 6. v. 12. *Ecce vir Oriens nomẽ eius.* Et Luc. 1. v. 78. *Per viscera misericordiæ suæ, in quibus visitauit nos Oriens ex alto.* Si ergo Christus est *Oriens,* non cohæret, si *Iustum,* interpretere Christum; ipsum dici, suscitatum ab Orienti: cùm hæc duo separari debeant: & id quod suscitatur, & id, vnde suscitatur.

Obiectio. Christus Oriens.

In primis possim respondere, nihil esse incommodi, si vno in loco *Oriens* sumatur pro ipsomet Christo, & in alio, pro eo, vnde Christus oriatur. nam hæc eadem amphibolia reperitur in hoc ipso vocabulo, *Oriens*; nam alicubi est participium, seu adiectiuum, & tribuitur Soli, dicitur enim Sol oriens; alibi verò est substantiuum, & tribuitur regioni, vnde Sol oritur. Ad eumdem modum Christus est Oriens, quia est sol, & lux exoriens, & dicitur Oriens etiam illud, vnde iste sol oritur.

Responsio.

Oriens, vox ambigua.

Sed rursus opponitur: locis iis relatis, vbi Christus appellatur *Oriens*, esse nomina substantiua, ac proinde notare, principium lucis: vnde cùm id, quod oritur, & id vnde oritur, nequeat esse vnum & idem, nihil enim à seipso nascitur: fit inde, si Christus sit sol, qui oritur, eumdem esse non posse, vnde oritur. 51.

Contra.

Verùm nihilominus affirmo, Christum vocari posse *Orientem* substantiuè, quia sit fons totius luminis, vnde nobis lux vera dimanat; Ioan. 1. v. 4. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Quia sit, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi,* Colos. 2. v. 3. Thesaurus occultationem, & abscõsionem secum fert, & tamen Paulus eo non contentus adiicit, esse sapientiæ & scientiæ Dei, hoc est, lucis cælestis veræ thesauros absconditos in Christo. & omnes thesauros: ergo lumen non aliunde, quàm ab eo nobis oriri potest, vnde ille erit verus Oriens, cùm hic sit locus ille, in quo quasi condita concipitur lux, & vnde consurgit, atque progreditur. Iob 36. vers. 32. *In manibus abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursus adueniat.*

Et vicissim vel sinus paternus, vnde Christus vt filius nascitur, vel plaga cælestis, vnde aduenisse in mundum perhibetur, *Oriens* hoc loco dici potuit.

Ceterùm, vt difficultati propositæ fiat satis, nihil òpus est eorum, quæ diximus, cùm in illis locis contrà adductis, nomen *Oriens* longè aliam sortiatur significationem. Apud Zachariam etenim צמח *tsemach*, legimus, hoc est, *germen*, à radice *tsamàch*, ductum, quæ est, *germinare, pullulare,* & *oriri*, seu *crescere*; & quia apud Latinos verbum, *orior*, non magis Soli progredienti supra Hemisphærium, quàm plantæ crescenti super terram ascribitur, idcirco Latinus interpres à latinitate non desciscens, *oriens* supposuit pro *germine*. De cuius nominis notatione egi ad caput 4. versiculo 2. *In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis.* Et eadem est homonymia in Græco nomine *ἀνατολὴ*, nam *ἀνατέλλω*, similiter significat *germinare, & oriri*, atque ideo & plantæ & Soli orienti tribuitur, & fortassis posterior significatio sit metaphorica; vt apud Latinos nasci, vel renasci cùm de Sole effertur: Eccl. c. primo versiculo quinto. *Oritur sol, & occidit: & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem.* At verbum Hebraicum *tsemàch*, non habet eam ambiguitatem, sed de plantis adolescentibus solùm enunciatur propriè; de aliis verò rebus translatitiè, de Sole

52\. Responsio altera.

Oriens pro germine.

Christus est germen.

Oriri proprie de plantis.

Sole, quod meminerim; aut de lumine nusquam. Consulito de hoc Riberam & Arias in Zachariam nominatum.

53\. Certe Suidas quod attinet ad verbum Græcum, sic habet: ἀνατεῖλαι, δοτικὴ, ἀνθῆσαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοτανῶν, hoc est, *Anatile, dotice, floruisse, seu germinasse, è metaphora herbarum.* Neque est, quamobrem quis ab hac verâ sententia demoueatur ex illo Lucæ loco c.1. vers. 78. *In quibus visitauit nos Oriens ex alto,* quasi ex alto, nequeat conuenire nisi Soli, aut lumini: nam hoc *germen* ex alto oritur, & prodit, cùm è Patris substantia nascitur; & quáuis daremus, pertinere ad Incarnationem, id apte quoque proferretur, nam etsi de visceribus intemeratæ Virginis germinauit, in quo mirè notio germinis quadrat, & eatenus non fuit *Oriens*, & *germen* ex alto, tamen quia ad eam germinationem *Virtus Altissimi* Virgini *obumbrauit*: germen illud & proles, homo simúlque Deus fuit *ex alto*: nam tunc *& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius.* Itaque vt appareret hoc germen non oriri ex terra, oportuit addi. *Oriens ex alto.*

Luc.1.v.35.
Psal.18.v.6.

54\. Obiectio alia. Denique resistis, ex eo, quod è vestigio succedit: *illuminare iis, qui in tenebris & in vmbrâ mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* En sublata, inquis, æquiuocatio, quæ poterat è voce, *Oriens*, oriri, & de lumine, non de germine ostenditur esse sermo. Neque hoc quidem indicio demoueor ab eo, quod docui; nam in sacrâ Scripturâ nouum non est, à metaphoricâ dictione subitò transire ad propriam, vel ab vna metaphorâ ad aliam. Nam cùm Christus & sit *germen* multis de causis, quarum aliquas attuli ad cap. 4. v.2. simúlque sit Sol iustitiæ, & sapientiæ, vt hoc toto tractu commentationis vidimus, quid habet absurdi, si vbi priori vocabulo illum ornauit, migret ad hoc posterius, & ex illo metaphorico germine non solùm fructum vberem, atque sublimem, sed lucem etiam clarissimam orituram esse vaticinetur Zacharias? præsertim cùm fructus præcipuus ex eo germine proditurus, sit quoddam lumen veritatis. Ioan. 18. vers. 17. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Igitur non inconcinnè prædicatur: *Per viscera misericordiæ suæ, in quibus visitauit nos Oriens ex alto,* (id est, natus, vt germen, diuinitus) *illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.*

Luc.1.v.79.
S. Scriptura ab vna metaphora transit ad aliam, vel ad propriam locutionem.
Christus est germen, & Sol.

55\. *Vocauit eum, vt sequeretur se?*] Resumenda est particula, *quis, quis vocauit eum?* Qui Cyrum suscitatum, vocatúmque existimant esse, distortè exponunt, quemadmodum secutus fuerit Deum. Nam sequi Deum, non est vnum, aut alterum facinus à Deo præscriptum, vel promissum exequi, quale in Cyro potest adnotari, Babylonicæ Reip. euersio, & Iudaicæ plebis liberatio: sed est, sequi Deum, ei in rebus omnibus obsequi, obtemperare, morem gerere, & res omnes, non quia homini sint commodæ, sed quia Deo sint gratæ, velle facere. quod quàm longè abfuerit à Cyro rege, quid attinet dicere? Hebr. *Quis vocauit eum ad pedes suos?* L X X. eodem modo, & addunt, *& vadet*; itaque obedientia quædam valde prompta, alacris & accurata exprimitur. Ponè sequi Deum, eius vestigia premere, ab eius imperio ne minimum quidem deflectere, hoc fuit vnum è monitis pristinæ sapientiæ: *Sequere Deum.*

Sequi Deũ, quid.
Obedientia perfecta.
Monitum priscæ sapientiæ, Sequere Deum.

56\. Abrahamo hæc pars, & obedientia bene hæseret, nisi aliæ partes resisterent. Ambros. lib. 1. cap. 2. de Abrahamo: *Hoc autem quod pro magno inter sapientum dicta celebratur: Sequere Deum, perfecit Abraham, factíque præuenit dicta sapientum, & secutus Deum exiuit de terra sua.* Sed multo, imò infinitè perfectiùs Christus vt homo Dei vestigiis insistit, eius gressum voluntatémque secutus, non modò exiuit è terrâ sua, non modò e cælo suo, *à summo cælo egressio eius,* non modò exiuit à patriâ, verùm etiam *a Patre*, vt eidem Patri obsequeretur, & item exiuit, excessit è vitâ. *Exiui a Patre, & veni in mundum,* Ioan. 16. vers. 28. nempe exiturus è vitâ, *& iterum relinquo mundum*, postquam rediero ad vitam, *& vado ad Patrem*; vt eius mandata exequar, qui mihi mandauit vtrumque, & vt è viuis excederem, & vt me à mortuis rursus reuocarem, in cælúmque conscendens ab eius dexterâ in posterum non decederem. Ioan. 10. v. 17. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me; sed ego pono eam à meipso, & potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. hoc mandatum accepi a Patre meo.*

Ambros.
Obedientia Christi.
Psal.18.v.6.

57\. Vtrumque fuit à Patre Christo perscriptum, & vt animam moriendo poneret, & vt eam surgendo resumeret: in vtroque secutus est homo ille Dei præceptum. Neque solùm è vita decessit, vt pareret Patri iubenti, vti vidimus, sed à se quodammodo discessit, vt posset Patri perfectissimè obsequi. Audi Apostolum id magnificè prædicantem, Philip. 2. versic. 5. *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem factus, & habitu inuentus vt homo. humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.*

Christus vt homo habuit præceptũ moriendi, & resurgẽdi.

58\. Locum attigi in Paulo, si quis alius, difficilem, & obscurum, sed non animo explicandi omnẽ difficultatem, & expellendi omnẽ obscuritatem, sed inde accẽdendi lumen ad illustrandum hoc quod habeo in manibus. atque ideo solùm quæro quemadmodum se Christus, vt Patri fieret obsequens, & paternorum pedum vestigiis, hoc est, præceptis inhæreret, *exinaniuerit semetipsum*: nam cùm Dei filius non possit naturam suam & diuinitatem exuere, aut imminuere, cùm sit indiuidua, & eadem omnino, atque eius existentia, vix intelligere valemus, qualis fuerit hæc exinanitio. in quâ exponenda multi & magni autores ingenij & doctrinæ neruos intendunt: sed vnus Greg. Nazianzenus homil. ad cap. 19. Matth. ad rem nostram, paucissimis vocibus, vti solet, declarauit. *Exinanitionem*, ait ille, *intelligo, submissionem, & quasi gloriæ diminutionem.* quæ declaratio hæret ipsi Paulo, qui eodem prorsus modo visus est declarasse; nam cùm dixisset: *semet ipsum exinaniuit*, viditq́ue id esse intellectu difficile, mirúmque dictu: addidit illico, exponendi gratiâ: *formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* itaque seruilem formam induere, ac proinde submittendi, & subiiciendi se Deo conditionem sub-

Locus difficillimus.
Exinanire se, quid.
Nazianzenus.

 ire,

ire, nam seruus non potest non esse subiectus, hoc fuit, *semetipsum exinaniuisse*. Non quòd vna forma alteram excluderet, scilicet humana diuinam, id enim erat impossibile, sed quòd vtraque simul videretur rem humano iudicio æstimanti vix posse consistere. August. quoque Psal. 74. v. 3. *Exinanisse dictus est: accipiendo inferiorem, non degenerando ab æquali.*

59. *Hilar.* Hoc sensu accipiendum est quod scriptum reliquit Hilarius lib. 9. de Trinit. *Cùmque acciperet formam serui nisi per euacuationem suam non potuerit qui manebat in Dei forma: non conuenienti sibi vtriusque formæ concursu.* Quòd autem Hilarius quo dixi modo intelligat, ex iis, quæ subnectit, ostendit: *Sed non alius, atque diuersus est, qui se exinaniuit, & qui formam serui accepit. Accepisse enim eius esse non potest, qui non sit: quia eius sit quod subsistat, accipere. Ergo euacuatio formæ non est abolitio naturæ, quia qui se euacuat, non caret se, & qui accipit, manet.*

Christus à se abscedit, ut accedat Patri per obedientiam. Quorsum ergo Dei filius à se ipse modo dicto discessit: vt Patri per obedientiam hæreret, vt vocatus ad pedes, accederet, *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.*

60. *Obedientia Abrahami.* Iam si Abrahamo hoc congruit, qui cùm audisset ex Deo Genes. 12. vers. 1. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi: Fide*, vt ait Paul. Hebr. 11. vers. 8. *qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem; & exiit nesciens, quò iret*; quanto meliori nomine id conuenerit Christo qui paternum quodamtenus sinum & se ipse reliquit, *Obedientia Christi maior.* vt ad mortem, & Crucis quidem acerbissimam & probrosissimam, Patre iubente, subeundam exiret.

61. *Christus ex obedientia est mortuus.* Neque hoc loco nobis litem quis contestetur de præcepto à Patre imposito Christo homini: nam licet aliqui olim Patres id negarint, plures tamen, neque minoris autoritatis affirmarunt: & iam inter Doctores huius eruditissimi æui id pro certo habetur: & S. Scripturæ testimonia adeò sunt perspicua, & tam aperte idipsum docentia, vt nec per vim aliud ab eis extorquere possis. Adi, si placet, ... nostrum in illud Ioan. 10. v. 17. prææallegatum num. 56.

62. *Præceptum & liberas in Christo an pugnent. Difficultas.* Qui quiuerit autem moriendi præceptū simul esse cum merito, atque adeò cum libertate Christi: nam cùm Christus, ne vt homo quidē fuerit peccati capax, atque adeò fuerit omnino necessariū Deo obedire, si semel admittimus eū iussū fuisse mori pro salute hominum, non apparet quomodo potuerit mori, & non mori; quæ indifferentia requiritur ad libertatem voluntatis, & proinde ad meritum: & certè se liberè mortem obire fassus est ipse Dominus apud Ioan. 10. v. 17. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a me ipso: & potestatem habeo ponendi eam.* Ergo si liberè mortuus fuit, potuit, si vellet, non mori: potuit Patris iussum præterire, potuit peccare. quæ consecutio & ex illâ positione est necessaria, & per se absurda, & repugnans alteri positioni, nimirum Christi animam nullius esse posse culpæ participem. vnde, si hoc teneas, fatearis est necesse, non fuisse in eius potestate non obedire, atque adeò non fuisse in eius libertate non mori: quocirca si mors fuit necessaria, non fuit meritoria.

Istiusmodi nodi multùm implicati dissolutio nō est exigenda ab interprete S. litterarum, hoc loco præsertim, cùm in aliis plurimis, in quibus aliquid præcipitur Christo, communis, cùm sit etiam magis propria scholastici Theologi, de quo S. Thomas in sua 3. p. & illic eius interpretes: sed si minus ex debito, & ex officio, tamen è gratuito dico, quoad aliquas circumstantias Passionis & mortis, liberum fuisse Christo homini arbitrium, quòd eas ei Deus non præscripserit imperando, quamuis moriendi omnino præcepto constrinxerit. Nam si neque quoad rem, neque quoad modum, tempus, aliúdve adiunctum fuit libera electio, sed omnia à Deo præfinita, præscripta, & imperata; libertati sanè ac proinde merito locus vllus profectò non relinquitur. Scio secus alios hæc duo componere, liberum arbitrium, & præceptum in Christo: in quibus est Suarez. qui videri poterit tertia part. quæstion. 18. disputatione 37. sect. 3. 63.

Dabit in conspectu eius Gentes, & Reges obtinebit.] *Dabit in conspectu eius Gentes*, non est tantummodo eius oculis obiicere, sed potiùs, eius potestati subiicere. Hieronymus: *in huius conspectu reges & gentes colla submittens.* Hoc ipsum affirmat Maldon. Ierem. 40. versiculo quarto. *Ecce omnis terra in conspectu tuo est, quod elegeris, & quo placuerit tibi, vt vadas, illuc perge* Sermó est ducis Babylonij ad Ieremiam, captâ vrbe. Hanc phrasin confirmant alia loca similia. Genes. 13. vers. 9. *Ecce vniuersa terra coram te est, recede a me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo.* & cap. 20. vers. 15. *Terra coram vobis est, vbicumque tibi placuerit, habita.* Eiusdem notæ ampla illa potestas facta Iosepho à Pharaone Genes. 47. vers. 6. *Terra Ægypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen.* Nec absimile illud Genes. 13. vers. 14. *Leua oculos tuos, & vide a loco, in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem. Omnem terram, quam conspicis tibi dabo. Tibi dabo*, id est, tradam, iam nunc oculis præoccupa eius possessionem: ius ad rem pro sobole tua acquirito. Quin & possessionem interdum rerum corporearum posse capi solo aspectu, cautum est iure Ciuili. ff. de acquirenda possessione l. Quod meo. §. Si venditore. *Si vicinum mihi fundum mercatum venditor ex meâ turre demonstrat, vacuámque possessionem se tradere dicat, non minus possidere cœpi, quam si pedem finibus intulissem.* 64. *Esse in conspectu alicuius aliquid, quid significet.* *Possessio capitur oculis.*

Oculo ergo vti inter sensus principi, cuius latiùs ditio patet, hæc à iure prærogatiua conceditur, vt non minus quàm pes poni possit in possessionem rerum acquirendarum. 65.

Vnde hoc loco prædicitur, à Deo Patre tradendam esse possessionem Gentium, regúmque, non modò ius & dominium. iuxta illud Psal. 2. v. 8. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* de quo sup. cap. 40. num. 288. 295.

Ergo tam ampla, tam incircumscripta, tam vniuersa, tam magnifica promissio viri Abrahamo, aut eius etiam posteritati minimè adæquatur: eius captum magnopere excedit. Quare qui ad victoriam illam Genes. 14. quam Abraham obtinuit aduersus quatuor reges, coartāt, angustè de hoc loco sentiunt. Noster Sanctius id considerans, agi hîc de Abrahamo, & simul de 66.

de eius posterâ prole contendit, vt huc possit arrogare ve..a & vi..orias oiones popu.. Israelitici, quæ fel...er gessit,& peperit,Deo duce. Sed quantuuis hæc omnia congeratur in hunc locum, alijs autoribus inuiti, aut si minus,nihil tale testantibus, nunquam tamen implebitur huius tantæ orationis sinus & amplitudo: *Dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit*: adiunctis iis,quæ sequuntur.

6~. LXX. *Βασιλεῖς ἐκστήσει*: *Reges obstupescere faciet*. Incredibilis sanè fuit pauor, stupor, & furor,qui corripuit mundi Principes, atque tyrannos, cùm suis oculis cernerent vnius hominis cruci suffixi cultu, & adoratione admissis,deorum suorum, vt ipsi aiebant, immortalium innumeris retro seculis adoratorum simulacra,aras, delubra, templa,sacrificia, ceremonias,sacerdotes,flamines, augures, & multiplicem illam superstitionem concidisse; & euanuisse: & omnes suos contrà nitentium conatus in nihilum recidisse,cruciatus acerbissimos & varios, quos exquisitâ quâdam rabie excogitassent, & plusquam ferarum crudelitate in cultores Christi exseruissent, non modo extinguendæ eius religioni non profecisse, sed etiam accendendæ in dies magis, fomitem, ac pabulum ministrasse: ita vt fidei diuinæ ardor & ignis effuso martyrum sanguine, non minus quam superinfuso oleo succresceret, & quasi semen irrigatum adolesceret: qualis fuerit tyrannorum stupor hoc euento, qui volet scire, legat historiam Ecclesiasticam, & sanctorum Martyrum passiones infr. num. 115. Aug. Psal. 78. vers. 11. agens de Martyribus: *In diuersis passionibus constituti orabant pro Ecclesia, ne infructuosus posteris esset sanguis eorum, vt Dominica; vnde inimici putabant perituram, inde veratius pullularet.*

Tyrannorum stupor, dum propagatur Christi Religio.

Martyrum constantia. Vide versum perferendum infra 43. v. 2. num. 16.

68. Harum victoriarum illustrissimarum fuisse adumbratam quandam imaginem rebus bellicis & facinoribus à Deo pro defendendo Israele admirabiliter patratis,nemo est qui non existimet. Vnde illud Moysis Canticum Exod. 15. non minus est prædictio rei futuræ,quàm præteritæ celebratio: præcipuè à vers. 14. *Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido, & pauor, in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis donec pertranseat populus iste, quem possedisti. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. Dominus regnabit in æternum, & vltra.*

Prodigia in Ægypto pro liberando Israele, fuerunt typi Ecclesiæ reddita. Exod. 15. v. 14.

69. Cui quantumuis leuiter hæc aspicienti non veniat in mentem, Christi Dom. Saluatoris, & eius Ecclesiæ de idololatriâ, tyrannisque atque infidelibus populis triumphum graphicè describi sub illâ specie & imagine rerum, vt hunc adumbrarent, & obscurè pro illo statu portenderent,Deo autore gestarum. Nam quis alius sit *populus iste*, quem Deus possedit, quem plantauit in monte hæreditatis suæ? ecquod aliud,nisi Ecclesia Christi,firmissimum habitaculum Dei? nam Synagoga fuit tabernaculum & tentorium plicatile,& mobile. Vide cap. 33. vers. 20. *Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum; & omnes funiculi eius non rumpentur.* hoc idem in isto Cantico Moyses: *Sanctuarium tuum Domine quod firmauerunt manus tuæ.* Nam *sanctuarium*, à verbo *sancire*, quod est stabilire. Ergo de victoria & triumpho Christi cecinit Moyses potius,quàm de victore Israele. Hilar. Psalm. 134. vers. 8. huic loco adfauet. *Frequenter*, inquit, *sermo diuinus eum Deum cæli, & terræ, & vniuersitatis creatorem intelligendum esse docet, qui Ægyptum percusserit, mare diuiserit, Ægyptios demerserit, populum suum magnis & mirabilibus eduxerit*, &c. *Sed docet nos Apostolus cum veneratione gestorum, præformationem in his doctrinæ, atque operis spiritualis agnoscere. Ergo illa licet corporaliter gesta sint; spiritualiter tamen nunc geruntur in nobis.*

Sanctuarij etymon.

Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.] In primis verba de futuro, *dabit, obtinebit, persequetur*, quo minus hæc in Abrahamum quadrent, etiam efficiunt: quamuis enim pro futuris præterita sæpe legamus in Vatibus,ad euentus rerum certissimè enuntiandos, tamen quoties ex idiomate linguæ Hebraicæ pro præteritis futura reponuntur,Latinus interpres non futura, sed præterita reddit: vt liquet in exemplis à Sanctio collectis. quare cùm hîc futurum retinuerit, indicium est,eum sensisse, non aliquid narrari confectum,sed conficiendum prædici: quæ Latini interpretis sententia, quicumque ille fuerit, non parui fieri debebit. Aug. Psal. 103. concio. 2. *Animaduertimus sæpe prophetas præterito tempore verborum dicere quæ ventura sunt, in figura autem futuri, dicere præterita non facile occurrit legenti.* Ex quo qui ad posteros Abrahami hæc accommodant, vt Forerius, & Sanctius,maiori consecutione loquuntur. 70.

Futurum pro præterito quomodo accipiendum.

Quod attinet ad sensum; certum videtur significari, hostes illos negotio facillimo debellandos, nullo victoris impendio, aut damno: dispergendos esse vt *puluerem*, ventilandos non aliter atque *stipulam*. Et quoniam gladius, & arcus armorum genera sunt vbique vsitatissima, præcipuè apud Orientales, vtriusque fit mentio. pugnatur enim gladio cominus, & eminus arcu, atque sagittis. Sic Iacob Genes. 48. vers. 22. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio, & arcu meo.* Qui locus multiplici explicatui obnoxius, vtcumque explicetur, ex eo sumitur, *arcum & gladium* arma esse in vsu communi bellico: vnde frequens in libris sacris vtriusque nominis coniunctio. Psal. 43. v. 7. *Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.* 71.

Arcus & gladius, arma coniuncta. infr. 49 numero 14.

Illud apparet parùm concinnè constructum: *dabit quasi puluerem gladio eius*. nec enim gladio præliamur aduersùs puluerem, neque puluerem gladio dispergimus: at id non obest. nam gladius hîc ponitur pro brachio & robore, pro fortitudine; & sensus est: quâ facilitate puluis pedibus proteritur, & vento proiicitur, atque spargitur: eâdem inimicos quàm voles potentes à Christo, & ab eius alumnis conterendos, fugandos, & fundendos. 72.

Gladius pro robore.

Arias vult *gladium*, & *arcum* esse non dandi casum, vt est in Vulgatâ, sed accusandi, vt in Hebraicâ, eius opinione; & hunc confici sensum: *Dabit quasi puluerem gladium eius*, idest, multiplicabit, instar pulueris, gladium eius: vt illud, *eritque semen tuum, vt puluis terræ*; itaque vnius 73.

Abrahami

Abrahami gladius tantam stragem edet, ac si essent innumerabiles gladij. sic Arias. Sed certè comparatio foret parum apta, gladium multiplicandum, vt puluerem, neque habet vllam conuenientiam cum exemplo de posteritate Abrahami; deinde, re ipsa posteri Abrahami fuerunt innumeri non robore, sed multitudine, vt sunt innumerabiles pulueris atomi, in quo est comparationis venustas: vt omittam dicere de reconditiori mysterio: at iste gladius, vt placet Montano, vnicus fuit numero, & sola efficacitate, ac vi cædendi multiplex: quod non insidet. Denique vt hæreret similitudo quoad *gladium*, tamen quoad *arcum* & *stipulam*, certè dissiliret: vt expendenti cuiuis liquebit.

74. *Leuia vento, facilè rapiuntur.* Illud verò magis consentaneum, quod Sanctius obseruat; particulam, *vento raptam*, quæ *stipulæ* annectitur, annecti quoque debere, *gladio*, hoc pacto: dabit quasi puluerem vento raptum eius gladio, sicut stipulam vẽto raptam arcui eius: nam & puluis, quia minutus, & stipula, quia leuis, à vento facilè abripitur.

Vers. 3. Persequetur eos, transibit in pace: semita in pedibus eius non apparebit.

75. E Tribus huius periodi membris priorum explicatione non eget: nimirum: *Persequetur eos*, potissime, si ad prælium Abrahami aduocetur: nam Genes. 14. vers. 14. reges illos *persecutus est vsque Dan.* & v. 15. *Persecutus est eos vsque Hoba, quæ est ad læuam Damasci.* At, vt initio capitis monui, Christi bella, & victoriæ de proposito tractantur; Abrahæ verò prælium illud, & alij bellici euentus secundi Abrahamitarum ex occursu respiciuntur. Persequi hostes fugientes pars est victoriæ.

Persequi hostes victos, & fugientes.

76. Alterum membrum, *transibit in pace*: ferè intellectu æque facile: Hebr. שלום *salom*, quod est & pax, siue pacificus, sanus, saluus, integer, incolumis: quæ omnia recte cadunt in hunc locum. genus victoriæ felicissimum, exercitus hostiles cupiosissimos fundere, & nullum militem amittere. Quinctus Curtius ad fin. lib. 5. de victoria Alexandri contra Darium ita: *In acie cæsa sunt Persarum centum millia peditum: decem millia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quattuor, & quingenti saucij fuerunt: triginta omnino & duo ex peditibus desiderati: equitum centum quinquaginta interfecti.*

77. Tertium membrum ita multipliciter expositum lego, vt pigeat referre, & lectorem delassare. Reponam, meo iudicio, meliora. Prima sit vulgatior expositio: Adeò celeriter, vt vix solum tangere videretur. quod adagialem formulam sapit: Hispanè, *No toca en tierra.* Dan. 8. vers. 5. *Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidẽte super faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Qua locutione exprimitur incredibilis celeritas Alexandri in conficiendis bellis, & victoriis adipiscendis. Quæ eadem Christi hoc loco prædicitur. Cui interpretationi non detrahit illa vocabulorum dispositio: *Semita in pedibus eius non apparebit*; cum econtra dici deberet: pedes eius in semita non apparebunt. nam aut potest esse hypallage, vt illud à nobis ascitum è Psal. 18. v. 5. *Posuit in sole tabernaculum suum*; pro, *solem in tabernaculo suo.* vel absque vllo tropo, semita in pedibus velocissimi cursoris non videri dicitur, & venuste, quia contactus ille mutuus pedis & viæ vix cernitur: ergo apparet quidem via, sed non sub pedibus celerrime currentis. vnde eleganter effertur, non vt apud poëtam:

Celeritas cursus.

---Summam celeri pede libat arenam. Ovid.

Neque vt apud alium:

---Celeres nec tingeret æquore plantas: Virgilius.

sed, *semita in pedibus eius non apparebit.*

Possit etiam, exaggeranuæ velocitati hæc esse mens: nullum vestigium pedis apparebit. Silius lib. 3.

Nec minus Autololes leuibus gens ignea plantis,
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis.
Tanta fuga est, certant pennæ, campúmque volatu
Cùm rapuere, frustrà pedum vestigia quæras.

Isto modo exposuit S. Thomas, sed non isto carmine. Vide sup. cap. 40. n. 528.

Interpretatio alia recentior nostri Sanctij, qui de populo Iudaico continenter intelligit, hæc est: toto illo tractu itineris ab Ægypto ad terram vsque Promissionis ita à Deo tractatum indulgenter, vt neque in vestibus, neque in calceamentis vlla fuerit itineris acti nota, nullum vetustatis indicium. quod apertè traditur Deuter. 29. vers. 5. ac si diceres: non apparet eum iter confecisse; sed in hac expositione Sanctius existimat, pedes poni pro calceis: nam calceus est qui viâ, & vetustate atteritur, non pes. Non admodum applaudo huic sententiæ, & quia nimis demissè accipit, & quia propriè cùm phrasis sit metaphorica, aut prouerbialis, & grandiloqua, & cùm agatur de persequendo exercitu hostili, & feliciter conterendo, alienè ac dissentaneè ad integritatem calceorum Vates abduceretur. Mitto, nullam fuisse causam, cur pro calceis pedem poneret. 78.

Tertia denique sit elucidatio Montani; qui ex Hebræo reponens: *Semita in pedibus eius non veniet*: exponit, semitam obscuram, cæcam, Abrahamo ignotam; quam tamen, Deo duce, inoffẽso pede percurrerit. Si de solo Abrahamo ageretur, & de solo illo prælio, esset id sanè probabile Sed nobis prima explicatio & verior, & Vulgatæ lectioni conformior apparebat: neque esse quicquam, quo lector retardari posset. 79.

Versio LXX. planior, etsi minus exprimens: *Transibit in pace via pedum eius*: at in Latinà nostra non modò felicitas, sed celeritas belli conficiendi prædicatur.

Vers. 4. Quis hæc operatus est, & fecit vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus, & nouissimus, ego sum.

PRimùm, dispunctio examinanda: nam interrogationis signum non vbique ponitur ab omnibus. à plerisque eo loco, quo apparet suprà, nempe post vocem, *ab exordio*? à nonnullis post verbum, *fecit. quis hæc operatus est, & fecit?* sic Forerius, Arias, Sanctius, & quod pluris est, sic LXX. Quâ in distinctione, responsio erit 80. *Dispunctio.*

ex [illegible] clausula: *Vocans generationes ab exordio ego [illegible], primus [illegible]* in commu[illegible] dispungen[illegible], quæstioni resp[illegible] *ego Dominus*, &c. Denique possit tertium, ita [illegible]ngui: *Quis hæc operatus est, & fecit generationes? Ab exordio ego Dominus, primus, & nouis[illegible] sum.* Sed hunc dispungendi modum nu[illegible] video.

Q[u]od attinet ad primum, & secundum, fateor, in secundo aptiùs consistere quæstionem, & responsionem: nam certum est quæri, quis fecerit, [illegible] facturus sit præscripta, quare Latinus de suo addidit, pronomen, *hæc*, & Græcus ταῦτα quod abest ab Hebræo: cùmque inter alia præcesserit, vocatio Iusti, vt sequeretur Deum, videlicet vna cum posteris; absque necessitate id nominatim referretur, omissis aliis. Deinde, plenior euadet responsio, si ei accedat, *Vocans generationes ab exordio*: quam si præcisè reddatur, *Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.* At quoniam hæc minora sunt, ad maiora propero.

2. *Quis hæc operatus est, & fecit*] Porrò hæc suscitatio cum admiratione copulata indicium est, res præcedentes esse admodum admirabiles, maximas, inauditas: & responsio idipsum firmat. Quare id quoque vetabit quin ad populum Hebræum duntaxat pertineant. Verbum *operor*, à verbo *facio* nolo hic significatione diuidere, sed synonymè accipere, vt aliàs non rarò.

83. *Vocans generationes ab exordio?*] Si omnino cogimur, hoc etiam in ipsa quæstione ponere, dicendum, in contextu nostræ interpretationis de Euangelio; quæri, quis ab exordio, à principio, à fundamentis, vt dicitur, excitarit tot, tantasque generationes, tot gentes, populos, nationes tam varias ingeniis, tam dissimiles studiis, tam diuersas moribus, tam dissitas locis, & per vnum illum *iustum*, nempe Christum ad se sequendum, colendùmque conuocauerit. Nam illa anteriora, *Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit*; sub iugum Euangelicum, gentium omnium, regúmque colla mittenda esse interpretabamur. hoc est, *vocare generationes ab exordio*; ex nihilo excitare: a tenebris transferre ad lucem. Colos. cap. 1. vers. 12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filij dilectionis suæ.* Hic *Filius dilectionis*, siue dilectissimus, & carissimus est ille *Iustus vocatus ab Oriente*, vt sequeretur Deum, & innumeros à se genitos filios in Baptismo per fidem & caritatem adduceret, ad Deum. Hebr. 2. vers. 10. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummare.* Ergo gentes vocatæ à Deo fiunt *generationes* in Christo, in *Iusto*, & per *Iustum* illum *vocatum ab Oriente*, quia in eius *lumine*, vt suprà ad Colos. 2. hoc est, in Baptismo, sicut istic ostendimus, generantur, & euadunt propriè generationes, [illegible] *ha dorot, illa generationes*, neque enim casu hoc potius, quàm aliud nomen, vt *gentes, aut populi*, legimus, & cum articulo: & ita fiunt *digni*, seu idonei, quod est in exemplari, *in partem sortis*, seu hæreditatis *Sanctorum*; nam *si Filij & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi*. In Christo & per Christum obuenit iustis hæreditas, à quo prouenit eisdem adoptio & generatio.

Gentium diuersarum vocatio ad vnam Ecclesiam fuit admirabilis.

84. (beside: *Hic Filius dilectionis, siue dilectissimus*)

In Baptismo regeneramur.

Rom. 8. v. 17. Hæreditas obuenit iustis per Christum.

Vnde in Hebræo [illegible] conuenienter ad dicta pro *ab exordio*, quod fuit Latinè substitutum, est, [illegible] *me[rosch]*, hoc est, *a capite vocans generationes illas a capite.* Ex quo capimus, *exordium* non tam esse temporis initium, aut non id solum esse, sed etiam personæ, ex qua multæ aliæ processerint. Itaque vocare generationes a capite, est eas educere e parente, nam Deus vocando & iubendo rem producit. Rom. 4. vers. 17. *Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* Ioan. 11. vers. 43. *Lazare veni foras.* Generat, & regenerat Deus vocando: & iubendo vt adsint ea, quæ non erant, & eius voci, ac iussui nihil poterit resistere, imò quod plus est, ea quæ nihil sunt, audiunt, & obediunt. Aug. Psal. 104. vers. 16. *Vocauit famem, intelligendum est, dixit, vt fames esset. vt hoc sit vocare, quod appellare, hoc appellare, quod dicere, hoc dicere, quod iubere.* 85.

Exordium quid.

Deus vocando rē efficit.

Christum autem esse caput huius nouæ, atque multiplicis generationis, Patrem noui populi, & futuri seculi, sicuti Abraham fuit Pater prisci & præteriti populi, veteris Testamenti tabulæ non vno in loco describunt, & noui passim attestantur: sed vno interim testimonio fuero contentus, quod attigi, & proposito magis inseruit. Rom 4. vers. 17. *Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei, qui ex lege est solum, sed ei, qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est: Quia Patrem multarum Gentium posui te; ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit, vt fieret Pater multarum gentium; secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum.* 86.

Christus est caput, & Pater nouæ generationis.

Gen. 15. v. 5.

At quo consilio Paulus post illa Dei verba ad Abraham ex Gen. 17. vers. 5. *quia patrem multarum gentium constitui te*: subiicit: *ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt?* Chrysost. ne quis ambigeret, quemadmodum posset Abraham esse pater eorum, quos non genuisset; iccirco addit, ex merito fidei, & obedientiæ fuisse eorum patrem constitutum à Deo, qui mortuos, idest, non existentes reuocat ad vitam, & ea, quæ non sunt, vocando, hoc est, facillimo negotio, facit, vt sint. Cui Chrysostomi expositioni affine est illud à Baptista iactatum in Iudæos sui generis iactabundos: *Ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Rem suopte ingenio difficillimam, Deo esse facillimam indicat: nam qui è limo primum hominem, & è costa primam mulierem effinxit, is facilè possit è lapide hominem educere. sed quoniam de filiis Abrahami erat sermo, qui filij veri erant fideles, lapides potius nominat Baptista, quàm aliam materiam, vt in his Gentiles designet, qui longissimè aberant à fide, sicut lapides à vita: quod conuenienter exprimitur verbo illo, *suscitare*: nam est ex non viuo viuum facere. 87. 88.

Matt. 3. v. 9. Iudæi iactabundi sui generis.

Deo nihil difficile factu.

Suscitandi verbum.

Ex quibus omnibus magna luminis accessio fit vaticinio Isaiæ præsenti: *Quis operatus est hæc, & fecit, vocans generationes ab exordio?* siue à capite; Theodotio: τὰς γενεὰς ἐξ ἀρχῆς: *generationes ex principio*, vel si mauis, *ex Principe*: nam ἀρχὴ doctore Suida, est in vnoquoque genere 89.

primum:

primom : *ὡς λέοντες ἐν ζώοις, καὶ ἀετὸς ἐν ὀρνέοις, ὡς ἐπὶ βασιλέως ἀνθρώπων*. *vt leo est in animalibus princeps, in auibus aquila, in hominibus rex.*

Abrahamus Pater multarum Gentium fuit typus Christi. Quòd si in hac vocatione nationum ab vno, & ex vno capite, principio, & principe Christo immisceatur allusio & respectio ad Abrahamum, qui fuit typus Christi, & Pater multarum gentium, nihil imminuit de sensu, imò addit aliquid non inopportunum mysterio.

90. *Dispunctio alia.* Verùm, si cui gratior accidat altera dispunctio, vt quæstio ibi subsidat: *Quis operatus est hæc, & fecit?* & sequens oratio sit responsio: *Vocans generationes ab exordio ego Dominus*; quam præter aduocatos interpretes supra, num. 80. visus est Hieronymus probare in commentario sic conscribens: *Hieron.* *Quis*, inquit, *hæc operatus est, & fecit? quis suscitauit iustum, siue iustitiam? quis ei gentes & reges tradidit? quis gladio eius, & arcui omnia subiecit? Utique ille, qui ab initio mundi hæc futura prædixit, qui omnium conditor est.* Apertè S. Doctor particulam eam, *vocans generationes ab exordio*, non ponit in interrogatione, sed in responso.

91. Quibus ita dispunctis; secus debebit exponi, quam fuit expositum hoc membrum orationis: cùm Deus, ex eo, quòd vocauerit generationes ab exordio, videatur velle sibi authoritatem conciliare, & fidem apud homines, vt ipsi sibi induant, à Deo illa posse confici, & reipsâ fore conficienda. Ac si responderet: Anne addubitatis, aut quæritis, quisnam hæc tanta moliturus, & operaturus sit? *Ego Dominus vocans generationes ab exordio.* Ego, qui omnium hominum generationes, quotquot sunt, & quotquot fuerunt, vocaui; hoc est, ex nihilo feci, neque solùm, cùm non essent, vocaui, & feci vt essent, vt viuerent, vt mente vterentur: sed quamque nationem & gentem suo loco disposui, & quasi statione, ne qui in corporibus & elementis mundi visebatur ordo, hic in hominum multitudine, qui essent sibi dominaturi, desideraretur. Deuter. 32. 6. *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes, quãdo separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.*

Deus nationes distribuit.

Euseb. 4. Demonstr. c. 7.

92. *Memento dierum*, עולם *holam*, idest, *seculi*, ex quo mundus incepit. *cogita generationes singulas*: (דר *dor*, idem nomen, quod hîc) & inuenies omnes homines, & te à Deo conditos. vnde qui pater est omnium & conditor, idem est tuus: qui singulis generationibus locum ad habitandum descripsit, idem tibi etiam assignauit conuenientem. Hoc postremum de distributione gentium in suas sedes approbat Arias.

93. *Generationes de rebus etiam inanimatis.* Sed quid tenemur interdicto, quo minùs *generationes* latiùs & ampliùs multo diffundamus ex vi verbi originalis, & ex more S. Scripturæ? Liber enim primus ordine, *Genesis*, voce Græca à LXX. est appellatus, quæ nihil est aliud quàm generatio, quia in eo prima rerum omnium effectio conscribitur. Et cap. 2. vers. 4. *Ista sunt generationes cæli, & terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Deus cælum & terram.* Quo loco *generationes* dicuntur ortus rerum: philosophico propè modo, sed non omnino, quia generatio naturalis prærequirit subiectam materiam, at prima re[rum] [g]eneratio ca[...] omnium [...]de in [...] sanctis, vox est pro[...]scua vtrique or[...]. Nam terra e nihilo est [fa]cta, at cælum, [...] opinio probab[...] aliunde extitit. Genes. 5. vers. 1. Generatio, & creatio pro eodem. *Hic est liber generationis Adam, in die, qua creauit Deus hominem.*

At fortasse quis Hebraicè peritus opponet; hoc loco *generationes* esse דורות *doroth*, quod vocabulum non nisi ad propagationem, vitam aut ætatem humanam referri legimus, vt patere potest Hebræos codices intelligenti. Cæterùm, etsi hoc est valde verosimile, sed non cogit: nam תולדות *toledoth* cùm sit à radice ילד *ialad*, *pario, gigno, nascor*, propriè de hominis, aut animalis ortu dicitur, & tamen transfertur ad inanimata, vt Genes. 2. vers. 1. *Ista sunt generationes cæli, & terræ*; Sic etiam nomen *dor* translatitie & hominũ, & aliarum rerum originem potest significare. 94.

Quòd verò, *vocans generationes*, idem valeat quod creans & condens, facilè probabitur & ex illo Rom. 4. vers. 17. tractato: *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* & è cap. 11. S[a]p. vers. 26. Nam cùm præmisisset: *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.* statim s[ubiungi]tur: *Quomodo autem posset aliquid permanere, [nisi] tu voluisses? aut quod à te vocatum non e[sset], [con]seruaretur?* Vbi, *vocatum*, idem omnino e[st] [a]c quod conditum, & creatum. Sic apu[d] [...]: *Vocans generationes ab exordio*, eiusdem e[st] [no]tionis: atque condens, creans generationes, [...] respondeat initio libri Geneseos: *In princi[pi]o creauit Deus cælum & terram*; quibus binis nominibus includuntur omnia, quæ inter cælum & terram continentur, vt ostendo cap. 1. v. 2. ad illud: *Audite cæli, auribus percipe terra.* 95 *Vocans, creans.* *Creatio mundi. Ge. 1.*

Quare hoc loco Deus e molitione totius mundi, & præcipuè è constitutione generis humani, eiusdémque gubernatione argumentatur, & sibi fidem facit, comparátque vt inducat homines ad credendum, a se edi posse ea facinora, quæ pollicetur, & eódem spectant verba succedentia. Repete adnotata ad cap. 40. superiùs v. 12. num. 374. 96 *Deus è mundi molitione & gubernatione sibi fidem conciliat, & autoritatem ad alia.*

Ego Dominus, primus, & nouissimus ego sum.] Quam ob caussam Deus se appellet, *primum, & nouissimum*, ipsemet exponere visus est iis verbis Apocal. 22. vers. 13. *Ego sum α & ω, primus, & nouissimus, principium, & finis.* Alpha, est prima littera alphabeti Græcorum, ita nominati ab α, & omega est postrema littera eiusdem, [a]tque adeò iis duabus clauditur: vt res quæque suo principio & fine. Itaque hæc tri[a] membra, *Alpha, & omega; primus, & nouissimus; principium & finis*; eodem filo, sensúque ducuntur. Vnde Apoc. 1. vers. 8. duo tantùm membra sunt: *Ego sum α & ω, principium & finis.* & totidem cap. 21. vers. 6. at cap. 1. vers. 17. & cap. 2. vers. 8. vnum tantùm membrum: *Ego sum primus & nouissimus*; ex qua locorum collatione vi[d]etur effici quod dixi, vnum & idem iis tribus locutionibus contineri. Isidorus citatus in[fra] num. 505. Apud Vatem nostrum ter Deus hoc suæ maiestatis insigne, & quasi stemma sibi iudnit: hoc loco primùm, deinde c. 44. v. 6. & c. 48. v. 12. & vbique, *Ego primus, & nouissimus*, tantùm. At illud in istis locis omnibus animaduerto, non ab alio hoc elogium Deo tribui, sed ipsum Deum 97. *Primus, & nouissimus Deus, quare.* 98.

[illegible] sumere, vnde [illegible] præmit[illegible] en [illegible] qu[illegible] are [illegible] non [illegible] rum [illegible] menta, nono[illegible] que vocabula & Deus sibi [illegible] onat, & vicissim Deo alius.

Ergo Deus se dicit *primum*, quia sit principium rerum omnium, conditor, creatorque tam corporalium, quàm spiritualium: qui res omnes effecerit partim è nihilo, partim ex aliquo, quod in primaria sua, & seminaria origine ortum fuit è nihilo. Est etiam primus mundi auctor, non modo vt efficiens causa, sed etiam vt exemplar, in quo sunt rerum efformandarum imagines, speciésque, quas Græco vocabulo iam trito dicimus Ideas: quæ quatenus sunt in Deo, nihil aliud sunt quàm diuina natura, vt est participabilis pro modulo suo, à creaturis. Vnde probè Anselmus: *Creatura in Deo est creatrix Essentia.* Quocirca hic excellentissimus artifex, vt mundi opificium exprimeret, & exprimeret, non coactus est alienum prototypum & aduentitium respectare; sed seipsum intuitus, indeque, quemadmodum, & quando voluit, non alio maiori molimine, quàm volendo, depromsit.

100. At creatura, vt à Deo per creationem abiuncta cùm parum absit à nihilo, vt suprà cap. 40. versic. 17. non valet diuinam voluntatem ducere, & permouere vti finis: quid enim immensa illa maiestas possit sibi quærere in nihilo? quare prudenter Theologi docent, creaturas esse intentionis diuinæ obiectum terminatiuum, non verò motiuum. Ex quo necessariò proficiscitur, vt Deus in molitione rerum seipsum vti finem aspiciat, & ad seipsum vt ad vltimum finem quæcumque effecerit, omnino reuocet. Indeque vlteriùs exsistit, eum, qui sit *primus* simpliciter, eum debere esse *nouissimum*, & vice conuersâ. Quare aptissimè Deus nunquam se Alpha, aut Omega, separatim, sed vtrumque coniunctim nominat: & cùm se dicit *primum*, subiungit, & *nouissimum*, vt ex locis conductis liquet. Deum dici Alpha & Omega modo dicto docet Suarez tom. 1. de Gratia, Proleg. 4. cap. 1. num. 6.

Quoniam omnia ex Deo vt effectore, & archetypo nascuntur, & ad Deum vt summum bonum, & vltimum finem ordinantur, atque referuntur, ideo idem est *primus*, idémque *nouissimus*.

101. Vnde conuenienter dicitur & centrus & circumferentia rerum. Nam vt lineæ in circulo omnes ortum habent à centro, & feruntur ad peripheriam, ibique subsidunt: sic creaturæ ortæ ex Deo, ad ipsum Deum feruntur, & in eo conquiescunt. Præterea licet adiungere: lineas in centro vniri, & fieri quasi vnum, ab eo digressas inter se diuiduntur: creaturas in Deo esse vnum, quia vt dixi ex Anselmo, Creatura in Deo est creatrix Essentia, à Deo autem profectas inter se distare, atque discerni.

102. Verùm quia in Apocalypsi Ioannes ad Isaiâ respicere videtur non obscurè, illius mens expendenda: qui alicubi hæc Isaiæ verba duntaxat reponit: *Ego primus, & nouissimus*, vt cap. 1. versic. 17. cap. 2. vers. 8. alicubi his præponit: *Ego sum α, & ω.* & claudit illis: *Principium, & finis*: vt c. 22. v. 13. Quibus locis venit in dubiû, an is qui loquitur, sit solus Christus, an verò Deus trinus, vnúsque. Sed infitiari nô possum,

ex ipso contextu [illegible] vbi [illegible] Iesu Christi. Ergo non poterit, inquies, esse allusio ad hunc locum [illegible] Dei Homo, sed Deus ipse loquitur, vt patet, & de Christo victore futuro prædicit, & ad h[illegible] persuadendum se ipse *primum & nouissimum* [illegible] profitetur.

At obiectio non est indissolubilis: nam cùm hæc attributa Deo conueniant, & Christus sit Deus absque vllâ rapinâ, ea sibi in Apocalypsi accommodauit primum quidem, cap. 1. vers. 17. vt animum restitueret Ioanni, qui cum vidisset Christum sub illâ admirabili, & terribili imagine, *ceciderat ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit* (ait Euangelista) *dexteram suam super me dicens: Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo claues mortis & inferni.* Itaque pellendo timori, qui Ioannem corripuerat, Christus hæc sibi nomina applicat: quibus se Deum & rerum omnium auctorem, ac finem ostendat, quem à se, & pro se stare qui senserit, nihil est, quod timere possit: & vt Apostolus Ioannes intelligeret Christum sibi fauere, & indulgere, *posuit dexteram suam super eum.* 103.

Eodem ferè consilio cap. 2. vers. 8. *Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus, & nouissimus; qui fuit mortuus, & viuit: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam; sed diues es, & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt sed sunt Synagoga satanæ. Nihil horum timeas, quæ passurus es.*

Quod idem propositum fuisse apud Isaiam vel inde conijcere fas fuerit, quod infernè v. 10. *Ne timeas*, ait Deus ipse, *quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi: & suscepit te dextera Iusti mei*: hanc *Iusti dexteram*, esse Christi fauorem suo loco lucebit. Vnde ille prior Apocalypseos, vbi Christus Ioanni dexteram imponens metu eum liberat, cum isto satis cohæret. Cur autem in Apocalypsis vtroque loco reposito, postquâ se *primum, & nouissimum* asseruit, illico subiungat se fuisse mortuum, & tunc esse viuum; in Isaia nihil tale in vllo istorum locorum addat, inuestigatu non est difficile: nam illic Christus non pridem mortuus, rediuiuus apparet & loquitur: hîc verò Deus ipse mortalitatis expers. Et quidem ad animos faciendos in tribulatione plurimùm faciebat commemoratio passionis & mortis iam obitæ, & ostensio resurrectionis & immortalitatis: vt inde acciperent illi, quorum causâ hæc repræsentabantur, se per tribulationem, & mortem enatuos esse ad vitam immortalem & gloriosam. 104.

Apud Vatem verò nostrum, cùm id tantùm quæreretur, quisnam esset illa tot ac tanta promissa opera præstaturus, quis illa ad exitum vsque posset adducere, sufficienter subdidit: *Ego Dominus, ego primus, & nouissimus, ego sum.* Nam etsi videri posset satis, si diceret: *Ego Dominus, ego sum*; libuit tamen ipsi Deo, interponere, maioris energiæ causâ, illa bina cognomina *primus*, & *nouissimus*; sicut in Apocalypsi non contentus iis ipsis cognominibus, adiecit illa alia, *Alpha, & Omega*, & *principium, & finis.* Quæ etiamsi Isidorus libro septimo Etymologicon capite secundo doceat, esse vnum & idem: *ipse quoque*, ait ille, *α, & ω,* 105.

Alpha & omega an sint idem quod primus & finis.

α, & ω. Alpha enim litteram nulla præcedit; prima est enim litterarum, sicut & Filius Dei. ipse enim se principium Iudæis interrogantibus esse respondit. Vnde & Ioannes in Apocalypsi propriè ipsam litteram ponens ait: Ego sum α, & ω, primus & nouissimus. Primus, quia ante eum nihil est: nouissimus, quia iudicium nouissimus ipse suscipiet. attamen ego semper addubitem, & eo potiùs inclinem, ad aliquid peculiare designandum illam primæ & postremæ litteræ Græcæ vsurpationem pertinere. a quo in præsens abstineo, id Apocalypseos explanatori reseruans.

Primus, & nouissimus, quid.

106. Hoc, quod est huius loci proprium, adhuc magis premendum, quid ferat nimirum ista quasi biga vocabulorum, quæ ferè vbique iugata reperiuntur, *primus & nouissimus*: licèt enim, quod paulo antea attuli, de prima, & vltimâ rerum caussâ non iudicem alienum, sed si verum fassurus sim, in eo non subsidit animus, sed aliquid magis peculiare præsagit. quò me sponte euntem impellunt duo: Apocalypseos allusio toties iterata, in qua non caussa prima mundi efficiens, & vltima finalis attingitur: & Hebraica scriptura, simúlque Græca conuersio, quæ est eiusmodi: *Ego primus & in posteriora*, seu, vt Græci conuertunt, *in ventura ego sum.*

107. Qua dicendi ratione Deus profitetur se fuisse autorem, inchoatorem operis, & se fore eiusdem consummatorem. Quæ interpretatio à superiori differt in duobus. Alterum, quòd in illa *nouissimus* erat finis, ad quem omnia tenderent; quod equidem grauatè docebam, considerans, non aptè, *nouissimum* poni pro vltimo fine rerum: alterum, quòd in illa expositione Deus esset mundi creator; in hac posteriori Deus sit alicuius peculiaris operis inceptor, & consummator.

Occupatio.

108. Quòd si occurreris, minui Dei autoritatem & maiestatem hac secundâ explanatione, cùm maius sit, omnia condidisse, & ad se omnia vt ad finem abripere, quàm vnum aliquod particulare opus incipere, & perficere (nam hoc in illâ vniuersa molitione includitur) facilè istud amouetur. Nam peculiare opus quod nos contendimus Deum hoc loco sibi vt autori, & finitori ascribere, est Verbi diuini Incarnatio, Christi de mundo, & de Diabolo triumphus, humani generis Redemptio, ad quod facinus & opus omnia alia Dei opera & facinora diriguntur, & ipsa mundi huius aspectabilis fabrica, atque gubernatio. *Omnia vestra sunt siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura; omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* 1. Cor. 3. vers. 22. Ecce series & ordo rerum omnium.

Omnia opera Dei ad opus Incarnationis ordinantur.

109. Hoc opus cœpit Deus ab exordio creans mundum propter hominem, vt habitaculum propter habitatorem, subiiciens illi reliquas creaturas, Genes. 1. vers. 26. *Vt præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos.* Cùm postremo loco creat hominem, etsi nihil de eius imperio [illegible] ad eum vt ad Dominum alia iure [illegible] re, int[illegible] fui[illegible] Sed [illegible] inch[illegible]ue

Homo loco postremo creatur vt Dominus.

descriptio, aut etiam delineatio [illegible] superarat Adamus effi[illegible]endus [illegible] pore posterior [illegible] alia Eua, alia [illegible]ntia, & vxor ge[illegible] dore, & originis stemmate nobi[illegible] qu[illegible] vt adumbraretur arcanum, & tantæ m[illegible] fu turæ exstaret a principio quædam obscura delineatio, ex Adami dormientis latere exculpitur Eua, quam cùm recens effictam ex se vidisset Adamus, dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumta est.* Pro particula *nunc*, Heb. *hac vice*; tanquam diceret: hac vice ita factum, altera vice, non ita fiet. nam hæc effictio, est alterius multò excellentioris, adumbratio. Quem locum vbi attigit Paulus Ephes. 5. vers. 31. subdidit: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia* Vide suprà cap. 40. num. 335.

Eua [illegible] Adami figura. Gen. [illegible] v. 23

110. Neque solius Euæ ex Adamo constructio est Apostolo præsignatiua, & mystica: sed ipsius Adami etiam effictio. Quod nisi ita res habet, quid sibi ille præfigit euulgandum, cùm ait 1. Corinth. 15. versiculo 45. *Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non priùs quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus; secundus homo de cælo cælestis. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.*

Adamus primus typus Christi.

111. Quo sermone Apostolus cùm Christum nominat Adamum, non vt est nomen commune apud Hebræos, sed vt est proprium primi hominis, nam idcirco dixit: *Factus est primus homo Adam in animam viuentem*: ostendit aliquam intercedere inter vtrumque relationem, atque similitudinem: cúmque doceat priorem debuisse esse generationem primi hominis, vtpote animalem, quàm secundi, quæ erat spiritalis: indicat, primum hominem illum, eiúsque efformationem ad Christum ordinari, vt animalis natura in homine ordinatur ad spiritualem.

Vide Orig. in loco tom. 1. Generatio duplex, animalis & spiritualis.

Ergo Apostolus ita distribuit natiuitates & origines, Adamo terrenam & animalem assignans, Christo autem cælestem & spiritualem: vt in illa primæua hominis conformatione prior fuerit præstita, & posterior præfigurata.

112. Vnde cùm Deus hoc Isaiæ loco sciscitatur *Quis hæc operatus est, & fecit vocans generationes ab exordio?* rectè possit intelligi de iis duabus generationibus, quarum vna tunc fuit absoluta: altera verò inchoata & descripta, in posterioribus verò temporibus perficienda. Cui aptissimè nectitur responsio: *Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.* siue, vt Hebr. *in posterioribus*, aut *cum posterioribus ego sum*: siue Græcè, εἰς τὰ ἐπερχόμενα, *in ea quæ ventura sunt ego ipse sum. Ego*, ac si diceret, qui in ipso orbis conditi principio, vt primus & princeps, & autor incepi generationes humanam videlicet, & diuinam, terrenam & celestem; ego ipse in nouissimis temporibus, in seculis superuenturis, ego ipse factus homo, factus *nouissimus Adamus* ad finem vsque, ad exitum perducam, ego perficiam: & ita qui sum simpliciter *primus*, quia Deus: ex humanâ naturâ susceptâ [illegible] quoque sum *nouissimus* & perfectissimus homo:

homo · nam qu[illegible] an[illegible]male præcedit, & quod est spirituale [illegible]dit. Quo forsitan Paulus mentis aciem reflexit cum non modò [illegible]um appellarit Adamum, sed etiam *Adamum nouissimum*. S. Hilar. Psal 144. vt 4. *Generatio, & generatio laudabit opera tua*; aliquo modo huc collineat. *Non vtique*, inquit, *generationes & generationes, quæ & temporibus, & gentibus multæ, atque diuersæ sunt, sed generatio, quæ ab Abraham cœpit, quæque per signum circumcisionis deputatur in legem, & generatio, quæ renouatur in Christo, quæ ex doctrinis propheticis ad fidem Euangelicæ iustificationis instruitur.*

113. *Primus & nouissimus. Cur in Apocal. sæpius vocetur. Christus morte aboleuit veterem hominem, & nouum generauit. Homo regeneratus in Christo est conformis Deo.* Ex quo etiam intelliges, quamobrem in Apocalypsi toties Saluator horum quasi insignibus nominum sibi conciliet autoritatem, & splendorem. & quamobrem etiam, secundùm ea nomina subiiciat: *Fui mortuus, & ecce sum viuens*; quia nimirum sua morte generationé illam carnalem primi hominis labe corruptam aboleuit, & sua resurrectione cælestem nobis generationem & vitam attulit. Hæc illa generatio & natio, de qua Psalmo 21. vers. 32. *Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cæli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Argumentum Psalmi esse de Christo, certum: Hebr. pro *annunciabitur*, est, *ascribetur, censebitur Domino generatio ventura*. Proinde ac Deus hanc posteriorem nationem vt suum recognuscat, vt vernaculam, vt *Vide infrà 643.n.25.* carissimam, quam magno pretio sibi comparauerit, quam acquisierit sanguine suo, quam suæ vitæ fine perfecerit, & sua morte consummauerit, vnde cùm Christus hoc opus, quod ei Pater perficiendum demandauerat, absoluisset in Cruce, iam extremum spiritum agens dixit: *Consummatum est.* Quocirca summo iure se *primum* esse, & *nouissimum*, se *principium*, & *finem*, se *α*, & *ω*, nominauit, qui sapientissime incepit, fortissimè promouit, & felicissimè susceptum facinus confecit. Nam vbique, sed hic præcipuè in homine, quem initio finxerat, refingendo sub finem, & quem efformauerat, in eo reformando, *attigit à fine vsque ad finem fortiter, & disposuit omnia suauiter.* *Sap.8.v.1.*

Vide Hieronymum infra c. 48. vers. 12. vbi sunt hæc eadem verba *primus* & *nouissimus*, quæ Hieronymus exponit ex Apocalypsi, & prius ad diuinitatem, posterius ad humanitatem Christi refert.

Vers. 5. Viderunt insulæ & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.

114. *Insulæ, regiones remotiores sunt.* INsulæ, & *extrema terræ*, consimilia sunt, vnde patet, Insulas in S. Scriptura solere esse prouincias remotiores, quod aliàs fuit obseruatum. At lubet sciscitari ex iis, qui mordicus sustinent, tractari à Vate non aliud nisi Abrahæ præclarum factum, cùm regum illorum aciem fudit, quemadmodum *Insulæ, & extrema terræ* isto nuntio perculsa obstupuerint? Deinde, quando, & vbi, & qua ratione inter se conuenerint, & conspirauerint, & quæ hic scribuntur, dixerint, fecerint? Hic enim timor, stupor, anxietas, conatus etiam obsistendi, repugnandi, expugnandi, maiora multo

sunt, qu[illegible] Abrahamum, aut [illegible]os posteros cade[illegible] possent. Ergo n[illegible] ò [illegible] cessere. At qui [illegible] gi[illegible] terrorem ac stuporem, imò & dolorem, quem attulit Euangelium infidelibus in sua superstitione pertinacioribus, præsertim cum animaduerterent quas ipsi artes excogitassent ad impediendam nouam Christi religionem, & ad extirpandam vbi adoleuisset, iis ipsis artibus magis indies crescere, & florere, & suam altis radicibus nixam, & inueteratam idolorum adorationem flaccescere, & radicitus euelli? Aug. Psal. 78. versic. 10. *Est aliud vindictæ genus, quo Ecclesiæ dilatationem, & fœcunditatem in hoc sæculo post tantas persecutiones, quibus eam omnino perituram esse putabant, peccator, & incredulus, & inimicus videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. Quis enim negare audeat hanc esse grauissimam pœnam?* Itaque primùm corripuit mundum stupor, stuporem consecutus est furor, fremitus, indignatio: ex quibus ortæ sunt in Ecclesiam Christi coniurationes, persecutiones, bella. 115.

116. Psalm. 2. vers. 1. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.* Quod fuit interpretatus S. Petrus Act. 4. vers. 25. de conspiratione Gentilium & Iudæorum aduersùs Saluatorem. Quid ergo inter se communicant? de quo deliberant? quid sibi in conuentione proponunt? quid? quomodo nimirum vincula disrumpant à fidelibus iniecta, quomodo iugum ab iisdem impositum excutiant: ergo fatentur se subiugatos, victos constrictos. id admirantur, id stupent, ob id fremunt, furiunt, debacchantur. Sed frustrà: nam *meditati sunt inania*; arma enim capiunt contra eum, qui est *primus, & nouissimus, principium & finis*, qui quod semel fuerit exorsus, non potest non ad finem vsque promouere. Vnde quàm volent, vires inter se coniungant, industriam & operam in vnum quasi symbolum conferant: nullum enim procedet contra Dominum consilium, id est, quod sequentibus illuditur. *Suprà n.47.*

Vers. 6. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Cõfortare.

117. *Persecutorum Ecclesiæ consilia vana. Psal.47.v.2.* SEd hęc mutua auxilia, & consilia quàm parum profecerint, & quàm fuerint irrita, imò ipsis hostibus perniciosa, alio præterea Psal. 48. Dauid cecinit elegantissimè: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, fundatur exultatione vniuersæ terræ, mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cùm suscipiet eam. Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos. Ibi dolores, vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.*

118. Patres antiqui recognoscunt in hoc carmine Christianæ Ecclesiæ fundationẽ, tyrannorũ cõtra eã bella, & insectationes: Christi de iis hostibus victorias. & res ipsa per se absque testibus loquitur. Vbi Græcè & Latinè, *ipsi videntes admirati sunt*; Hieron. ex Hebr. *ipsi obstupuerunt.*

Itaque conſpirant, conueniunt, arma coniungunt, ſed vbi vident miracula, Martyrum inauditam fortitudinem, puellarum, ſupra naturam, ſapientiam, & conſtantiam incredibilem, vbi cùm maximè vellent, & curarent ſuorum idolorum cultum tueri, & ſtatuere, vident templa ruere, ſimulacra concidere, & in minutiſſima fruſtula concidi, oracula obmuteſcere, ſacerdotes & ſacrificia irrideri, ac denique totam ſuam ſuperſtitioſam religionem funditùs euerti, tunc obſtupeſcut, contremiſcunt, contabeſcunt, vruntur præ dolore, nihil non mouent, ſed irrito conatu, inani conſilio.

119. Intelligo non deeſſe & ex primoribus, qui & Pſalmum propoſitum, & hunc Iſaiæ locum flectant in molliorem partem, & accipiant de conuerſione infidelium ad fidem. Sed quod poſui, ſolidius eſt.

Verſ. 7. Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum eſt:& confortauit eum clauis, vt non moueretur.

Locus implicatus. ACcedimus ad verſum implicitum & inuolutum non tam ob ſententiæ obſcuritatem, quàm ob nominum ambiguitatem & ſtructuram. Conſentiunt enim omnes interpretes, qui aliàs diuiſim ſentiunt, induci hoc loco ſermonem & operam mutuam fabrefacientium idola, etſi alij ab aliis hæc dici exiſtimant. Nam plerique credunt, Gentiles inter ſe ita colloqui, & operari, vt tueantur idolorum cultum: Adamus, Oſorius, Forerius, Sà, Sanctius.

Alij Gentiles iam Euangelio ſubditos arbitrantur hoc dicere Gentilibus infidelibus, vt eos ab infidelitate reuocent, propoſitâ idolorum futilitate. Sed quoquo modo, & quoquo animo id proferatur, conuenit ad idolorum artifices, & effectionem ſpectare.

120. *Structura verborum implexa.* Tota igitur difficultas eſt in expedienda, & explicanda conſtructione verborum, quæ perturbata eſſe videtur. Hoc vt aſſequantur aliqui interpretes, pro Vulgata Latina verſione aliam nouam ſupponunt. Sed nobis nefas eſt vulgatam veterem repudiare, præſertim vbi nulla ſit librariorum mendi ſuſpicio, vt hoc loco nulla eſt. Quare eâ ſartâ tectâ & integrâ ſeruatâ, quærendus eſt modus & ratio extricandi periodum.

Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum; qui cudebat tunc temporis; dicens: Glutino bonum eſt: & confortauit eum clauis vt non moueatur.

121. Poſtrema hæc verba, *& confortauit eum clauis, vt non moueatur*, notum nobis faciunt, agi de ſimulacro & idolo: quod clauis ſolet affigi, firmarique ne corruat. Prima verò illa pars orationis, *Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat*; non ita componenda, vt faber ærarius percutiat malleo cudentem fabrum, ſed ita vt faber ærarius qui ad percutiendum ſuppoſitum metallum, malleo vtebatur, *confortet eum qui cudebat tunc temporis*; itaque faber fabrum hortatur, & roborat ad opus elaborandum, poliendum, ac perficiendum, vt quam optimè, & elegantiſſimè confectum ad ſui venerationem alliciat, atque ita cultus idolorum retineatur.

Illa verò pars intericcta, *dicens: Glutino bonum eſt*, quæ in ſpeciem diſtrahit ſenſum, non obeſt re ipsâ. Nam *glutinum*, & propriè, preſſéque & latiùs, laxiúſque ſumi poteſt pro eo omni, quod eſt aptum committendis inter ſe, coniungendíſque alicuius opificij partibus: immo pro ipſa commiſſurâ, iunctura, & compactione; nomen enim דֶּבֶק *débech* ducitur a verbo דָּבַק *dab ach*, quod eſt adhærere, & coniungi, vnde & eſt id quo aliqua coniunguntur, & compinguntur, & ipſamet coniunctio & compactio, inter quæ duo quoniam eſt magna vicinitas, vnum pro altero ſubſtituitur. Vnde cùm inducitur faber, *dicens: Glutino bonum eſt*, pingitur ſibi arridens & complacens in compoſitione & compactione ſimulacri, eò quòd eius partes, ac membra ſint conuenienti proportione diſpoſita, compoſita, & commiſſa: ex quo, ſi non deſit color bonus, pulcritudo corporum exſiſtit. Cicero Tuſcul. quæſt. lib. 4. *Corporis eſt apta quadam figura membrorum cum coloris quadam ſuauitate, eaque dicitur pulcritudo.* *Pulcritudo, quæ. Tullium.*

Itaque hæc verba: *dicens: Glutino bonum eſt*, multifariam poſſunt adduci ad commodam ſententiam. Primùm, ſi ſuppleatur prępoſitio, *de*, *dicens, de glutino, bonum eſt.* & certè in Hebræo eſt particula לְ *la*, quæ tametſi ſit articulus datiui caſus, interdum exponi ſolet per *de*, vt obſeruat Marions in ſua Arca Noë, & Pagnin. lib. 1. Inſtit. cap. 19. 123.

Sed ſine vllo ſupplemento poſſum aptè explicare, ſi fingatur artifex cum ſuo artificio colloquens, & *dicens glutino*, hoc eſt compoſitioni, & compactioni, totique iuncturæ partium, *bonum eſt*: bene ſe habere, aptè cohærere. L X X. hoc ſecuti reddunt Solidatio bona eſt. σύμβλημα καλόν ἐστι. i. *Commiſſura*, ſeu *compago bona eſt*. Denique tertio loco, adhuc ſimpliciùs, népe partes per ſe & ſeorſum eſſe fabrefactas, politas & elaboratas, nihílque aliud ſupereſſe, niſi vt committerentur, & coniungerentur, *Glutino bonum eſt*; id eſt, coniunctioni aptum eſt opus. Sym. εἰς κόλλησίν ἐστι, *ad conglutinationem eſt*, videlicet, aptum. nam κόλλησις ducitur à verbo κολλάω, quod eſt, *glutinare*, inde Hiſpanè *cola*, Græcè κόλλα, ſeu κόλλα. quæ coniunctio, & compactio ſingularum partium, quæcumque illæ fuerint, cùm acceſſiſſet, integrum & abſolutum euaſit idolum: Sed cùm per ſe inſiſtere non poſſet, aut manere ſtabile; *confortauit eum clauis, vt non moueretur.* Cui omnino ſimile quod antea cap. 40. verſiculo vigeſimo. *Artifex ſapiens quærit, quomodo ſtatuat ſimulacrum, quod non moueatur.*

Quæ eſt tacita quædam ironia & irriſio infidelium, qui nituntur & confidunt iis diis, qui niſi à fabris firmentur, & affigantur, inniti pedibus & ſtare non poſſunt. quæ idolorum, & cultorum deriſio frequens eſt in libris Canonicis. Sed è libro ſapientiæ placet deſcribere quod ſit huic propoſito opportunum. cap. enim 13. verſiculo 15. ſic de eiuſmodi ſculptoribus, & cultoribus ſcribitur: 124. *Idolatræ irridentur.*

Et faciens

ut faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quia non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutorium. Hæc de fabrefactione, iam de adoratione, & oratione. *Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutile inuocat: & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.* Antithesis. Elegans & vehemens antithesis, precari pro sanitate infirmum, pro vita mortuum, pro itinere eum, qui ambulare non potest.

125\. Sensus. At quò tendit hæc de idolis exprobratio in Isaia? Vt quisque superiora capit, sic ista nectit: de varietate capientium iam lectorem admonui. Ego secutus meum filum, apte committo: dixerat Vates Gentiles Euangelij nuntio, eiúsque fructu, & miraculis attonitos conspirasse ad impediendam nouam religionem, & tuendam idolorum pristinam & auitam: ostendit nunc horum hominum stultitiam, qui talium deorum auxilio confidant, qui ab ipsis hominibus fabrefiunt, & vt formam, figuramque recipiant, & vt stent, humano indigent auxilio. (Dii gentium indigent hominibus.) vnde quantumuis Euangelio conentur obsistere, fore vt in nihilum recidant eiusmodi conatus. Nam quomodo qui non sunt dij, sed inania deorum vocabula, inanes rerum creatarum imagines, & vmbræ Deo vero, qui est *Primus*, & *nouissimus*, præualere, aut obniti possint? Quod multò magis consequentibus versiculis exprimitur.

Vers. 8. Et tu Israel serue meus Iacob, quem elegi, semen Abraham amici mei.

Vers. 9. In quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, & non abieci te.

Vers. 10. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi: & suscepit te dextera iusti mei.

126\. Maldonat. Matth. c. 12. v. 18. exponit de Christo. VSque ad versum 10. suspensa fuit oratio, idcirco hos tres versus coniunxi. Itaque illa: *Et tu Israel serue meus*, cum aliis intersectia ad initium versus decimi adhærescunt hoc nexu: *Tu Israel serue meus, Iacob, quem elegi*, &c. *ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus.* (Consecutio, & paraphrasis.) Perinde moneret: Qui idolis confidunt, illis est timendum, cùm in nihilo nitantur: at tu qui in me Deo vero inniteris, nihil est, quod timeas, esto bono, ac securo animo, *quia ego tecum sum.*

127\. Israel duplex infr. c. 43. num. 21. *Et tu Israel seruus meus.*] Scimus in codicibus sacratioribus duplicem esse Israelem, alterum carnalem, & alterum spiritualem. Ad Ioan. 1. versic. 47. *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* 1. Corinth. 10. versic. 18. *Videte Israel secundum carnem.* Galat. 3. versic. 7. *Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ.* Quo posito, quæstione non caret vtrum Deus alloquatur Israelem: populum ne illum priorem carnalem, an verò posteriorem spiritalem, qui primogenito Esau præripuit primogenituram, & benedictionem.

Quicumque autores illum *Iustum suscitatum ab Oriente*, versic. 2. existimant esse Cyrum, aut si mauis, Abrahamum, ex vi consecutionis debebunt hoc loco Israelem secundum carnem agnoscere. At nobis, qui Christum illic aspicimus, libera nobis datur optio, vtrùm Israelem malimus, intelligendi. Namque si carnalem eligimus, ei præsentissimum auxilium ex Verbi Incarnatione & aduentu promitti intelligimus, & interpretamur nequaquam absurde, hoc pacto: *Et tu Israel serue meus*, &c. *ne timeas, quia ego tecum sum.* Qua in expositione vocula *&*, *& tu*, emphatica est: nam cùm in antecedentibus res fuerit cum Ecclesia è Gentilibus cogenda, ne Synagoga Iudæorum videretur omnino seposita, & deposita, ad eam quoque si velit, si per eam non stet hoc beneficium pertinere, subiungit: *Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi semen Abraham amici mei.* hoc est, si fueris seruus meus, si te pro sobole Abrahæ gesseris, eius vestigia secutus *ne timeas, quia ego tecum sum*; meliori adhuc modo, quam cum patre tuo Abrahamo. Quæ pollicitatio suum effectum sortita fuit in Apostolis cum primis, dein in iis, qui ex circumcisione se ad Euangelium transtulerunt.

Quòd si nobis cum Cyrillo, & Hieronymo magis blandiatur notio de Israele spirituali, de Ecclesia Christi, quæ tota, paucis demtis, coaluit ex gentilibus, tum *Israel Iacob*, & *semen Abraham* spiritualiter, & imitatione fidei, ex more sanctarum scripturarum, quas suprà allegaui num. 127. sunt interpretanda vocabula. Et proculdubio ad hoc prodendum arcanum apposita Spiritus Dei selegit nomina, & ordine miro disposuit. 128. 129. Hieron. Cyril.

Nam Isaac filius natu posterior, & minor, primo quoque tempore, videlicet vbi satus est in vtero Rebeccæ, fuit Abrahæ semen, interiecto solummodo Isaac repromissionis filio, non Ismaele, *qui secundum carnem natus est*, Galat. 4. vers. 23. Hoc semen Abrahæ in vtero materno, cùm primùm inde egreditur vnà cum gemino fratre Esau, conatur illum nascendo præuertere, & illi primogenituram præripere, ex quo facinore illi nomen Iacob hæsit. Genes. 25. versic. 25. *Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob.* (Iacob nascendo nititur fratrem præuertere in primogenituram.) Demum redux è Mesopotamia, quò fugerat metuens fratrem Esau, ob benedictionem furtiuam, cùm fuisset strenuè luctatus cū Angelo, ab eo cognomentum *Israelis*, tamquam fortitudinis singularis monumentum accepit, additā causā: *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis?* (Genes. 32. v. 27. Iacob præualet homini, & Deo.)

130\. Iacob autem in se præfigurasse populum Gentilem, sicuti Esau præfigurauit Iudaicum, Patrum antiquorum fuit opinio per manus quasi tradita. (Iacob typus populi gentilis, & Esau populi Iudæi.) Imò Pererius noster illud Genes. 25. versiculo 23. *Populúsque populum superabit, & maior seruiet minori*, de vtroque populo, Christiano & Iudæo tametsi mystice

intelligendum esse, vt quid tamen principaliter à Deo intentum existimat, lege August. de ciuit. lib. 16. cap. 35. vbi sic: *Quod autem dictum est: Maior seruiet minori, nemo ferè nostrorum aliter intellexit, quàm maiorem populum Iudæorum minori populo Christiano seruiturum.* Et cum docuisset quemadmodum historice id euenerit, addit: *Tamen vt aliquid maius intentum fuisse istam prophetiam conuenientius creditur. Et quid est hoc nisi quod in Iudæis, & Christianis euidenter impletur?* Vide eumdem Aug. serm. 40. de verbis Domini.

August.

131. Hic spiritualis Iacob, supplantator, natu & generatione, id est, vocatione posterior, Israel etiam dicitur, quia non solùm fratri maiori surripuit benedictionem, sed etiam à Deo, quem Angelus referebat, post laboriosam pugnam vt benediceretur, expressit Genes. 32. versic. 26. Ergo appositè, & dispositè compellatur à Deo primo quoque loco, *Israel*, eo cognomine, quod nouiter & fortiter luctando obtinuit; ideo adiicitur: *seruus meus.* Deinde secundo loco dicitur, *Iacob*, & subiicitur libera, ac liberalis Dei electio: *Iacob, quẽ elegi.* Quo de mysterio Paulus Rom. 9. v. 11. *Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (vt secundum electionem Dei propositum maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia maior seruiet minori; sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Postremò, *Semen Abrahæ amici mei:* Quæ etsi est fauorabilis, ac fausta commemoratio, est tamen communis, & insufficiens ad fauorem: cùm Ismael, & Esau, & hic quidem per Isaac fuerit Abrahæ soboles.

Iacob verè præfigurat populu Christianum.

132. *Non omne semen Abrahæ Deo gratum.*

Quare vt semen Abrahæ apud Deum gratum & gratiosum omnino euadat, per Iacob supplantatorem & pugilem spiritualem fuit quasi percolandum, vt illic carnalis generationis sordes poneret, & spiritualem vitam acciperet.

Hilar. can. 9. in Matth. euoluens mysterium quod latere ipse sibi persuasit in illo facto Christi, qui cùm ad suscitandam filiam Archisynagogi contenderet, in itinere sanauit emorrhoissam, sic ait: *Et cùm primum electionem, quæ ex lege destinabatur, viuere oportuit, et, anterior tamen in mulieris specie, salus publicanis & peccatoribus redditur.* Et cùm rem, vt accideret, retulisset; addit: *ita alteri salus, dum alteri defertur, est reddita. Cuius fidem, & constantiam Dominus laudauit: quia quod Israeli parabatur, plebs Gentium occupauit.*

Hilar. Matth. 9. vers. 20. Gentiles præripiunt salutẽ paratam Iudæis.

Vers. 9. In quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

133. IN quo, scilicet Abrahamo, qui vltimo loco præcedit.

Vocatio Abrahami fuit delineatio Ecclesiæ.

Apprehendi te.] Alluditur ad electionem, & vocationem Abrahami, in qua Deus Ecclesiæ Christianæ, egit prima fundamenta, & quasi rudia lineamenta duxit, vt suprà notaui num. 26. & num. 89. Qui Abrahamus *ab extremis terræ, & à longinquis vocatus fuit* à Deo, nempe ab Hur Chaldæorum ad [illegible] Chanaan. Vnde Deus agens cum [illegible] to [illegible], verè [illegible] cum Abrahamo [illegible] benedixisse, & vo[illegible]; quódque adiung[illegible] *ab extremis terra,* [illegible] *à longinquis*, multo aptius conuenit in Ecclesiam & sobolem Christi, quam in Abrahami progeniem. Nam reuera, si accurate consideretur topographia Chaldæa vnde eductus fuit Abraham, comparatione Chananitidis, quo peruenit, & vbi habitauit, vix dici queat, *à longinquis*, & multo minus, *ab extremis terræ* fuisse traductus. At de gentibus ad Euangelium accurrentibus id propriè, simpliciter, & absque vlla exaggeratione traditur; Matth. 8. versic. 11. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ab Oriente & occidente venient,* Adagiale est: *Vendran del cabo del mundo,* vndique conuenient è locis inter se distantibus, *quantum distat ortus ab Occidente*, iis opponuntur *filij regni*, ad regnum natis, propè iuxta positis, & quasi domi, & in ipsa possessione regni, qui, quoniam vtpote ingrati se indignos fecerunt, ipso regno pelluntur, & quam longissime amandantur.

Gene. 2. 31. *A. 7.*

134.

Gentiles succedunt Iudæis.

Iudæi [illegible] *tur*

135. Iam de longinquitate metaphorica, & spirituali nihil vetat, hoc exponi: nam phrasi S. Scripturæ, Iudæi dicuntur fuisse prope, & Gentiles fuisse procul: illi domestici, & familiares: isti hospites & peregrini quoad fidem, & religionem. Quod venustissime Paulus vtpote Doctor Gentium edocet, & admonet nos qui è stirpe gentili processimus, quo pluris æstimemus beneficium huius vocationis. Ephes. 2. vers. 11. *Propter quod memores estote, quòd aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini præputium ab eà, quæ dicitur Circumcisio in carne manu facta: quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, spem promissionis non habentes, & sine Deo, in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis propè in sanguine Christi.* & paulo inferiùs versic. 17. *Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis & pacem iis qui prope.*

Gentiles erant procul.

Infra c. 49. num. 36.

136. A quo argumento producendo supersedeo, plura, quæ aggeri, seu sponte accedentia admitti possent, opportuniori loco differens, ad cap. 60. versic. 4. *Leua in circuitu tuo oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* & versic. 9. *Me enim insulæ exspectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè.* Interea vide istic Hieronymum, qui de longinquitate non solum locali, sed multo magis, etiam de spirituali per infidelitatem gentilitiam exposuit.

Verbum *Apprehendi te*, quod Hebraicè habet vim eandem, inuitat ad subodorandum aliquid interius. Tunc sanè aliquem apprehendere dicimur, quem vi tenemus, ne elabatur, & præcipue, cùm fugientem sumus assecuti Deuter. 19. versic. 6. vbi lex fertur de [illegible]fugio: *Ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus persequatur, & apprehendat eum, si longior via fuerit.*

Arcanum sensum. Apprehendere quid.

137. Ergo populus Gentilis à Deo fauore [illegible] per idololatriam aufugerat, & quam longissime discesse

Gentiles [illegible]

[illegible] t. nime [illegible] ci [illegible] A v[illegible] A[illegible] [illegible] tura [illegible] aff[illegible] non [illegible] A[illegible] [illegible] apprehende[illegible] [illegible] lim [illegible] n [illegible] e [illegible] ur [illegible] appre[illegible] n [illegible] e[illegible] um vnam d[illegible] a [illegible] singularem n[illegible] [illegible] Deu[illegible] copul[illegible]rit.

[illegible], & [illegible] al [illegible] co [illegible] ap[illegible] [illegible] d Deum est per fid[illegible], [illegible] & summu[illegible] [illegible] h[illegible] V[illegible] [illegible] ir [illegible] [illegible] qui mor[illegible] ndo ab[illegible] [illegible] tam[illegible] tam [illegible] & [illegible] vocabulum pr[illegible] cadit in idololatria[illegible], [illegible] n[illegible]am perfidiam, honorem [illegible] Deo ve[illegible] debi[illegible]m, exhibet idolis, ac d[illegible]moni[illegible] ac proinde omnino à Dei castris, in quibus per fidem [illegible] & per veram [illegible] se tran[illegible]fert ad hostilia & diabolica ag[illegible]na. August. Psalm. 138. vers[illegible] 11. *G[illegible] qui me [illegible] fugitiuum, qui te [illegible] pl[illegible]ga per [illegible], qui me vocando ab [illegible].*

Hunc ergo populum fu[illegible]ientem [illegible] fugam, a suo imperatore & [illegible]ntore quam procul potuit, abscedentem Deus, e[illegible]s miseratus fugam & errorem [illegible] apprehendit in Abrahamo, quem e plebe idol[illegible]latrica segregauit, & quasi renitentem [illegible] sustulit quidem, sed efficac[illegible] er attraxit, & ad fidem pristinam & religionem auitam, quam priùs in suis maioribus, in Adamo & Eua & in Noe custodierat, [illegible] reuocauit. hoc est quod hoc loco Deus profitetur se præstitisse e[illegible] patre & [illegible] posthac ple[illegible] præst[illegible]urum; in[illegible] verb[illegible]. *In quo apprehendi te ab extremis terræ [illegible] a longinquis eius vocaui te.* August. Psal. 84. versic. 10. *Misericordia tibi! [illegible] qui dimiserant Deum, & conuerterant se ad Dæmonia.*

Quo sensu, magis Dei liberalitas, & eius gratia præoccupans emicat, & eminet. qui hominem non modò non suæ salutis cupidum & solicitum, non modò oblitum & socordem excitat, euocat, inuitat: sed etiam fugientem insequitur, apprehendit, retinet, & tantum non obnitentem reduci tamen ac retrahit.

August. Psalm. 84. versic. decimo. *Quomodo si diceret: Voca istos longe fugitiuos, qui multum à me recesserant. Voca, in uenient me quærentem se, quia ipsi nolebant quærere me.*

138. Quam intelligentiam arbitratus fuit Franciscus Ribera esse Apostoli, cùm epistol. ad Hebr. cap. 2. versic. 16. dixit. *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*; & nititur Ribera in vi verbi Latini *apprehendo*, & Græci ἐπιλαμβάνω, quod est, fugientem tenere. perinde Apostolus sibi proposuerit dicendum: Cum Angeli, & homines peccassent, & peccando à Deo aufugissent, Deus tamen Angelorum discessum & interitum non curauit, & ideo, vt eos reuocaret, non est insecutus: at homines amittere & perdere, & eos sibi perire magnopere dolens, persecutus est, neque destitit, donec eos apprehendit, tenuit, atque ad se reduxit.

139. Hæc fuit a Ribera ingeniosa excogitata expositio; quæ, vt ille putat, præter notionem verbi, *apprehendere*, de qua supra, habet pro adminiculo, quòd Paulus numero plurali *Angelos* posuerit, & *semen Abrahæ*, quod est etiam significatione nomen multitudinis; cùm tamen, sic de vnione hypostatica loqueretur, non ita loqueretur; *nusquam Angelos*, sed nusquam Angelum *apprehendit*. nam si

C[illegible] tem [illegible] quæ pro[illegible] [illegible]rspectibus in ea dit ser[illegible]t[illegible], & plerisque iunioribus hæc Incarnationem Verbi respicit, quæ & inferioribus & superioribus Apostoli verbis in eo loco [illegible] est congruentior. Cuique non minùs [illegible], verbum Latinum *apprehendo*, & Græcum ἐπιλαμβάνω, quod inter alia, est *insuper accipio, assumo*: nam simplex λαμβάνω, est *sumo*: qua significatione nulla est aptior ad explanandum Incarnationis Sacramentum: nam Dei Filius, insuper, hoc est, præter suam naturam diuinam quam accepit per generationem æternam a Patre, accepit in tempore humanam nostram, ac proinde, ἐπελάβετο, *insuper* accepit, superaddidit suæ diuinæ personæ, assumsit. vnde Latini Doctores, scholastici præcipuè, quibus maior est cura proprietatis & significantiæ in docendo, hoc ferè verbo, *assumo*, hac in re vtuntur. 140. *Incarnatio.* *Dei filius superaccepit naturam humanam.* *Assumo rectè de incarnatione.*

Quocirca non fuerim alienus omnino ab eâ seu opinione, seu suspicione, quæ suboriri possit ex hoc loco, & verbo de Incarnationis arcano; nam cum hoc sit totius Scripturæ scopus, & princeps argumentum, quò reliqua rediguntur, idque in Vatibus, & in Isaia speciatim; sit vero valde consentaneum, si verbis interdum minùs apertis, tectioribus certe hoc mysterium subindicari. 141. *Incarnatio hoc loco innuitur.*

Ergo, cum nunc vaticinationis tractus, & excursus sit de Euangelicis temporibus & euentis, vt ex supra tractatis sumo, & verba ipsa id commode patiantur, non mihi videbitur importunus, aut ineptus, qui sic fuerit interpretatus, & hunc locum cum illo Paulino ad Hebr. componere fuerit conatus. Nam illic Deus perspicuè dicitur, *semen Abrahæ apprehendisse*: hic etiam, in Abrahami ipsius semine apprehendisse hominem enuntiatur: hoc enim modo istud exposui, *In quo apprehendi te. In quo*, scilicet, Abrahami semine, nam id proximè præcedit: dicitur autem Deus apprehendisse hominem, siue naturam humanam in semine Abrahæ, quia ex eius sobole fuit. Matth. 1. versic. 1. *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.* Itaque cùm ait, *Apprehendi te*, censùs conditionis humanæ communis & æqualis omnibus ponitur: cùm autem exponit, in semine Abrahæ, genus, & familia in illo Dei populo nobilis designatur: cuius patrisfamilias primum fuerat hoc tantum benefi[illegible]ium promissum, & hoc præmium propositum, quo illectus promtiùs Deum vocantem sequeretur, Genes. 12. versic. 1. *Egredere de terra tua*, &c. & versic. 3. *In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ.* & cap. 22. versic 18. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* hoc est, in vno è tuo semine, quem ego apprehendam, & assumam singulari quodam modo, mihi arctissimo vinculo personali coniungens. Quod ampliùs explicauit Apostolus Galat. 3. v. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. non dicit, & seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus.* 142. *Deus in Incarnatione apprehendit semen Abrahæ.*

143. *Hominem omnes quodammodo assumti sunt à Verbo.*

Ex quâ Apostoli sententia coangustantis significationem *seminis*, quo non tota posteritas Abrahæ, sed vnus duntaxat eius filius intelligitur, alia subinde nascitur intelligentia loci præsentis ea nimirum, vt Deus in Christo dicatur apprehendisse & assumsisse genus hominum, & ad singularem dignitatis gradum extulisse: quod verè & theologicè dicitur. Nam etsi reipsa naturam humanam vnicam & singularem Deus assumsit, eius tamen dignitas, & honos ad omnes homines redundauit; quia per eam assumtionem omnes quasi affinitatem & necessitudinem cùm Deo contraximus: & Christum appellare fratrē fas est nobis, à quo nos fratres appellamur.

Homines omnes Deo affines ex Incarnatione.

Hebr. 2. versiculo 11. *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te.* Quod verò ait, *ex vno omnes*, siue Adamum, siue neutro genere, naturæ humanæ communem originem intelligit: neque enim hîc agit de ea cognatione, quâ, quoniam omnes homines à Deo conditore procedimus, & eius filij, & inter nos fratres nominari possumus; sed agit de communione generis & naturæ inter omnes homines, & Christum, quà homo est: vt sumitur è sequentibus verbis Apostoli v. 13. *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus: quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem.* Et Pauli Apostoli propositum id postulat: nam illic totus est in submouendo offendiculo Passionis Christi ab animis Iudæorum, euincens eum, qui futurus esset hominum vindex & Saluator, oportuisse eandem cum ipsis hominibus saluandis habere naturam, & quidem passibilem; vt esset quanta poterat esse, maxima inter Redemtorem & redimendos similitudo & affinitas. Itaque & Christi sumus germani fratres, & in eius humanitatis assumtione quodammodo ad participandam diuinam naturam assumti. S. Hilar. Psalm. 2. versic. 12. *Si enim nos per corporalem naturam Deus natura sua dissidentes homo genitus apprehendit, factus ipse quod sumus: nostrum est ad apprehendendum nunc id quod est ipse, contendere; vt in eam gloriam, in quam naturam corporea huius corruptionis exemit, festinatio nostra se misceat. atque ita apprehendemus id, in quo fuimus apprehensi, si naturam Dei consequamur, Deo ante naturam hominum consequente.* Ergo à nobis Hilarius stat. & in Psalm. 51. versic. 7. sic: *Vt filius hominis esset Dei filius, naturam in se vniuersæ carnis assumsit, per quam effectus vera vitis genus in se vniuersæ propaginis tenet.* & paulo inferiùs: *Verbum caro factum est, naturam videlicet in se totius generis humani assumens.* Vide eundem Hilarium de Patris & Filij vnitate pag. 476. dum exponit illud Coloss. secundo, versiculo decimo. *Et estis in ipso repleti.* & August. Ioan. tract. 21. & tract. 78. ad finem.

Ps. 21. v. 23.

144. *Christus est frater noster.*

Heb. 2. v. 13.

Quemadmodum enim, cùm Rex aliquis fœminam abiecti & obscuri generis ducit coniugem, istius consanguinei fiunt regis ipsius affines & necessarij: sic cùm Deus naturam nostram humanam, omnino cuiusque nostræ similem, propinquam, & cognatam, in coniugium quoddam admirabile & arctissimæ necessitudinis vinculum admiserit, & annexerit, nos quoque reliqui homines, eiusdem stirpis surculi, & germina cum Verbo & Deo, qui illam sustinet naturam, sumus quodammodo copulati, & vniti.

145. Huc, nisi me fefellit aspectus, S. Leo etiam collineauit, cùm serm. 1. de Natiuitate sic locutus est: *Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis: & adepti participationem generationis Christi, carnis renunciemus operibus. Agnosce ô Christiane, dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire.* Neque est cur quis commoueatur ex eo, quod S. Leo, ait: *Agnosce ô Christiane, dignitatem tuam*: quasi hæc dignitas sit in ipso nomine Christiani, per Baptismum, & cognatio sit spiritualis; nam S. Leo, dubio procul agit de Incarnatione, & coniunctione vtriusque naturæ: & ineptè, si de regeneratione spirituali per Baptismum doceret, diceret: *Adepti participationem generationis Christi*, cùm istiusmodi generatio Christo minimè conueniat: ergo loquitur de vnione humanæ naturæ cum diuinâ, quâ *Verbum caro factum est*, atque adeò dici potuit generatio Christi. Dixit autem, *O Christiane*, quia omnes homines, ad quos habebat orationem, erant Christiani. Neque minus clarè idem tradit Hilar. in Matth. can. 19. *Christum, qui omnium nostrum corpus assumsit, & vnicuique nostrum assumti corporis conditione factus est proximus, vsque in pœnam crucis persecuti sunt.* Agit Hilarius, de populo Iudaico inimico Christi.

146. Neque verbum *apprehendo*, quod vtrobique ascribitur, incommodat huic expositioni, cùm demus esse, fugientem assequi, & tenere: nam è Patribus Græcis aliqui eam verbi energiam agnoscunt, & de Incarnatione nihilo secus exponunt: Deus enim hominem salutis suæ proditorem, fugacem, certè fugitiuum, intercedente Vnione hypostaticâ, assecutus est, comprehendit, tenuitque ita fortiter, & constanter, vt quam semel naturam assumsit, nunquam vsquam, ne in morte quidem dimisetit. Quod cùm ita sit, quid vetat, quominus & hîc Isaiam subostendere hoc mysterium, & huc Paulum in epist. citatâ respicere suspicemur? Denique obseruo, LXX. vsos fuisse verbo, *ἀντιλαμβάνω*, quod Latinè redditur, *assumo*, & præterea in Hebr. non esse particulam, *in, in quo*, sed esse, אשר *aser*, quod est indeclinabile, atque adeò cuiusuis generis, &c. reddi potest: *quem*, vel *quod apprehendi*: & hoc posterius refertur ad semen Abrahæ præcedens, & quadrat sacramento hominis & Dei exposito, & consonat dicto Apostolico: *Semen Abrahæ apprehendit.*

Dixi tibi: Seruus meus es, elegi te, & non abieci te.] Hæc si de carnali Israele interpreteris, vix hæret; imò non hæret: nam & per interualla, & nimium diu omnino fuit abiectus, & depositus. Si de Israele spirituali accipias, nihil cohærentius: nam hoc est *genus electum, regale sacerdotium*, gens sancta, & populus acquisitionis nunquam abiiciendus, & repudiandus, sed, etsi deliquerit, emendandus & corrigendus vt filius, non domo pellendus, vt nequam famulus. Quo de argomento introspice Psalmum

Populus Christi non deserendus.

mum 8. præsertim à verſ. 31. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudi... s meis non ambulauerint*, &c. verſ. 33. *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.*

Verſ. 10. Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deu tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei.

147. QVò progredimur vlteriùs, eò minùs obſcurum euadit, hoc capite tractari non de Synagogâ, ſed de Eccleſiâ Christianâ: nam poſtrema verba; *ſuſcepit te dextera iuſti mei*; ſi quis Cyro, aut Abrahamo, aut Moyſi, aut cuiuis alij, præterquam Christo Domino conetur aſcribere, in eo, vt acquieſcam, à me nemo poterit extorquere. & multo minus hoc largiar, quam illud de verſ. 2. *Quis ſuſcitauit ab Oriente iuſtum?* quo loco repete quæ dixi. Galatinus lib. 5. cap. 3. de Christo intelligit Hilar. Pſal. 61. verſ. 9. *Me ſuſcepit dextera tua*; ita ſcribit: *Adhærens ergo Deo, ſuſceptus à dextera Dei eſt, idest, per virtutem Dei, quæ ſignificatur in dextera, ab eo, quia Dei & virtus & ſapientia, & Verbum caro factum eſt, aſſumptus eſt conformis gloriæ iam futurus.* & Pſal. 137. verſic. 7. *Saluum me fecit dextera tua*, ſic ait: *Virtus ſignificatur in dextera, & ideo Dominus, qui Dei virtus & Dei ſapientia eſt, nonnunquam Dei dextera cognominatur, per quem aduerſus omnes inimicos in omni tribulationum bello protegimur.*

Vnde nonnemo, vt hoc effugiat, pro *iuſti mei*, reddit, *iuſtitiæ meæ: ſuſcepit te dextera iuſtitiæ meæ.* Sed fac, ita reddi poſſe, vt eſt etiam apud LXX. Sed in primis negari non debet, rectiſſime quoque verti, *dextera iuſti mei*, quæ eſt verſio Latina vulgata, & vbique fideliter retenta: quam repudiare non licet. quâ poſitâ, & retentâ, ex ea aliam exponimus, vt ſit idem *iuſtitia*, quod *iuſtus*, quod verum eſſe nequit, niſi ſit Christus, cui vtrumque mirificè conuenit. Redi ad verſ. 2. citatum num. 36.

148. Dictis accedit adiunctio nominis *dextera*, *dextera iuſti mei*, quæ niſi ad Deum ipſum referri non ſolet, & plerumque Dei filium indicat. Vnde niſi tranſlatio Latina obſtaret, citiùs admitterem illam aliam, *dextera iuſtitiæ meæ*, & de ſolo Deo exponerem.

Auxilium enim ab ipſomet Deo, non alterius interuentu, ferendum eſſe ſingula verba ſuperiora præ ſe ferunt: nempe, *Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus confortaui te, & auxiliatus ſum tibi.* & illicò: *ſuſcepit te dextera iuſti mei.* quod vltimum violenter diſcerpitur, & ad alium, quàm ad Deum, vel Christum, attrahitur. vide infrà numero 171.

149. *Ne timeas, quia ego tecum ſum.*] Si præſentia Dei in carne ſignificatur, ratio peculiaris ad pellendum timorem proponitur, & efficax. Nam ſi Deus non modò pro nobis, ſed etiam in nobis & ex nobis, *quis contra nos? Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me*, aiebat Iob 17. v. 3. Quòd ſi non tantùm homo ſit iuxta Deũ, ſed in ipſomet Deo, non quoquo modo,

Incarnatio efficax ad fiduciam.

nam aliquo modo res quælibet & quantumlibet humilis & vilis eſt in Deo, ſed vnione hypoſtatica, ita vt homo ſit Deus, & Deus ſit homo, & ex vtroque vnus Christus exiſtat, quid timendum ſit non ſolùm illi ſingulariter homini, ſed cuiuis homini, qui per fidem, confidentiam, & caritatem vnitus ſit illi homini, & habuerit eundem cum illo ſpiritum? Nam, vt paulo antè dicebam, omnes quodammodo homines in illa humana ſubſtantia aſſumpti ſunt à Deo, & ad bene ſperandum de ſua ſalute mirabiliter incitati. Quod fuit a Vate noſtro attactum ſuprà cap. 7. verſ. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Retinuit Latinus interpres vocem Hebraicam, cuius notio eſt, *Nobiſcum Deus*, perinde, ac ſi per incarnationem non ſolum Deus ſit in Christo, & cum Christo; ſed etiam, modo ſuperius expoſito in ſingulis hominibus, & cum ſingulis: in ſingulis quoad honorem, & dignitatem humanæ naturæ; & cum ſingulis, quoad fauorem & auxilium: quo eorum vita, ſalúſque in tuto ſit.

Per incarnationem omnes eſt in Deo peculiariter.

Homines communiter à Deo aſſumpti, quodammodo.

Auxilium Dei præſens.

Sed vtcumque accipiatur hæc Dei præſentia, & hoc, quod ait, *Tecum ſum*: ingentes ex ſe ingenerat animos, & aduerſus quæuis pericula obarmat hominem. Hanc armaturam Deus duci Ioſue primo quoque tempore induit, cum illum defuncto Moyſi ſucceſſorem deſignauit, Ioſ. 1. verſiculo 9. *Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus, in omnibus, ad quæcumque perrexeris.* Impendebant plurima, & maxima bella, pericula vitæ, diſcrimina rerum, imminebant, & vrgebant hoſtes innumeri, infenſiſſimi, & fortiſſimi: ab iis omnibus nihil eſſe timendum monetur Ioſue, eò quòd Deus futurus eſſet cum illo. 150.

In periculis Deus ſuos animat.

Neque modò Deus ſuâ præſentiâ pollicetur incolumitatem & ſecuritatem, ſed quod plus eſt, victoriam de hoſtibus: vt hæc armatura & defenſioni, & offenſioni ſimul ſit opportuna. Ioſ. 1. verſiculo 5. *Nullus poterit vobis reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ: ſicut fui cum Moyſe, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. Confortare, & eſto robuſtus: tu enim ſorte diuides populo huic terram.* 151.

Auxilium Dei defendit ſuos, & præſternit inimicos ſuorum.

Fuit ſanè, vt eſt in confeſſo, tranſitus populi illius ab Ægypto ad terram promiſſionis typus quidam graphicus redemptionis humanæ: & vocatio illius familiæ in Abrahamo fuit figura vocationis gentilitatis in Christo; vnde quemadmodum illi populo & genti Deus affuit, & eſt auxiliatus, nõ ſolùm vt ſe tueretur atque defenderet à ſuis hoſtibus: ſed vt eos funderet, vinceret, & expugnaret: Sic Eccleſiæ Christianæ Deus fauit, & præſto fuit, nõ modò defendendo eam ab inimicis, verùm etiam ipſos inimicos proſternendo & ſubiugando. Audi vtrumque à Deo promiſſum, vnũ hiſtoricè, alterum typicè, & recognoſce vtrumq; præſtitum Geneſ. 22. verſic. 17. Deus ad Abraham ita: *Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum tuorum: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.* hoc eſt, non mihi eſt ſatis, ſi non patiar te ab inimicis expugnari, ac diripi, ſed vlteriùs volo efficere, vt illi nequeant tibi reſiſtere: itaque non modò non victus è prælio, ſed potiùs victor euades. 152.

Exitus Iſraelis de Ægypto, typus fuit Redemptionis noſtræ.

Vocatio Abrahæ figura vocationis Eccleſiæ.

Eccleſia & ſe defendit, & vincit, Deo fauente.

Poſſidere portas hoſtium, quid.

Quod, vt conſtat inter expoſitores, & Abrahami 153.

hami posteritati fuit concessum, vt in typo; A & Christi sobuli plenius tribnium, vi genti præfiguratæ. de quâ victoria Christus in Euágelio quoque prædixit, Matth. 16. versic. 18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.* Cùm enim portæ non sint nisi ad occludendum aditum, & obsistendum hosti, vbi dicitur, non prævaliturus aduersùs Ecclesiam, dicitur, fore expugnandas, & occupandas, fore possidendas, vt Genes. 22. versic. 17. citat. vrbes hostiles esse debellandas, capiendasque, hostes Ecclesiæ non victores, sed victos, vinctósque intro prælio, remansuros. Hoc ipsum planissimè prædicitur vers. sequentibus,

Portas non prævalere est, vinci.

Hil. Matth. can. 16.

B

Vers. 11. Ecce confundentur, & erubescent omnes, qui pugnant aduersùm te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contra dicunt tibi.

Vers. 12. Quæres eos, & non inuenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint, & veluti consumptio homines bellantes aduersum te.

154\. HÆc si ad tempus futurum oporteat referre, vt certè referenda sunt: quis enim C sibi persuaserit, tot, tam frequentia, & spissa verba futuri temporis pro præteritis esse infecta? Nam si hæc licentia permittitur, passim licebit prophetias eludere; & caussari, Prophetas pro præteritis abusos fuisse futuris. iam si maneat firmum, fixúmque hanc esse non narrationem, sed prædictionem: tum quæro, quo tempore id euenerit populo Iudaico, à tempore, quo Isaias euenturum esse prædixit? Nam decem tribus iam fuerant in seruitutem perpetuam abactæ. Deinde ab hoc vaticinio, aliquot pòst annis, reliquæ duę tribus captæ sunt, & traductæ in Babyloniam, vbi seruierunt in summa calamitate & miseria. à qua seruitute D tametsi, Deo miserante, redierunt postliminio in patriam, tamen neque de Babyloniis, à quibus fuerant vexati, & afflicti, neque de aliis hostibus triumpharunt in posterum, eo quo describitur modo ab Isaia. Quin processu temporis ab heredibus & successoribus Alexandri calamitosius & miserius, quàm vnquã aliàs direpti sunt, atque diuexati. vt scribitur in libris Macchabæorum; ac demùm in ditionem ac potestatem Romani populi deuenerunt.

Futurum in Vatibus si facilè pro præterito capitur, vaticinia eludentur.

Ista nequeunt in aliud tempus quadrare, quàm in Euangelicû.

155\. Quocirca si quis cogitatione percurrerit longissimi temporis spatium interiectum inter E Isaiam & Ierosolymitanum excidium, nullum in eo punctum inueniet, in quod prædicta hoc loco conuenire possint: at si hæc eadem in Ecclesiam Christi transtulerit, habiliora multo esse iudicabit, quàm sit quiuia calceus ad pedem, ad digitum annulus. Sed iam ea, etsi perspicua, resumamus.

156\. *Ecce confundentur, & erubescent omnes, qui pugnant aduersùs te.*] Vbi in primis notandum nomen *omnes*, itaque non vnus, aut alter hostis designatur, sed vniuersè omnis comprehenditur: quæ tanta & inaudita felicitas nulli vnquam populo & imperio, nisi Christiano contigit. *Confundentur, & erubescent.* T... dor, rubórque consequi sol... honos & glor a victores... tamen... sunt maiora, cùm ii qui lacessiuit, & b... arroganter indixit, e prælio turpiter supe... tus abscedit. Repræs... tet tibi, hoc l... co, lect... animi recordatione, Philis... æum... mine Goliath tam superbè se vndequoque iactantem, & prouocantem ad singulare ... tamen eumd... mque ab adolescente pastore Dauide, armis pastoritiis, fundâ nimirum & lapide prostratum, & quàm poterit maxime mente comprehendat, quantopere hostis ille fuerit confusus, & erubuerit: & è contra quàm gloriosus è prælio Dauid euaserit & in B hoc euentu, quasi in imagine & simulacro intueatur Diabolum, superbum, arrogantem, iactabundum, furentem aduersùs Dei populum Christianum: confisumque se eum in nihilum redacturum: adiungat Diabolo suos satellites, tyrannos Ecclesiæ osores & insectatores acerrimos, non minus crudelitate & rabie, quàm potentia & viribus armatos: qui à se pusillum Christi gregem, & imbecillum non secus atque puluerem minutum à turbine vehementiori dispergendum fore, animo i. m & spe præoccupauerant: quos dæmonum & tyrannorum hostiles exercitus tanto ardore animi, & furore irruentes cùm à pueris, puel- C lisque quasi per ludum, iocumque disiectos, dissipatos, afflictos, victó que spectauerit, tum si oculos mentis retorqueat ad hoc Isaiæ vaticinium, nullo alio luculentiore commentario indigebit.

Triumphare de omnibus hostibus nulli vnquam contigit nisi Ecclesiæ Christi.

157\. *... Goliath ... Dauide.*

Suprà cap. 40. 27 Diaboli furor in Ecclesiam.

Christiani imbelles vincunt tyrannos.

Qui pugnant aduersùm te.] Hebr. חרה *cherah*, quod verbum est, *irasci, excandescere, & furere*: idque mirè quadrat in hostes Ecclesiæ. Vide antea num. 114.

158\. *Quæres eos, & non inuenies; viros rebelles tuos.*] Prior pars satis scita e lectione S. Scripturæ, cùm aliquis subitò perit, & cum admiratione eius, cui ille interitum parabat. Psal. 9. & secundùm Hebr. 10. versic. 15. *Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius & D non inuenietur.* Similiter Psal. 36. v. 10. *Et adhuc pusillum, & non erit peccator; & quæres locum eius, & non inuenies.* & v. 35. *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non inuentus est locus eius.*

Quæritur qui & non inuenitur ... eius, quid.

159\. Quæ locutio non ex eo vsurpatur, quòd ex caritate aut studio quærantur, homines scelerati: nemo enim eos desiderat mortuos, quos oderat viuos: sed quid miru videatur, homines tot, tantarúmque opum quasi radicibus nixos, tam subitò euelli, tollique è medio, vt ne E vestigium quidem relinquatur vbi fuerint? Cùm omnis prospera fortuna, tum maximè improborum & iniuriosorum est inconstantissima. Vnde quæuis magna felicitas suspecta nobis deberet esse. de qua re nonnihil memini docuisse ad cap. 17. numer. 23. & cap. 19. num. 50.

Improbi mortui non desiderantur.

Mouentur mali pereunt subitò.

160\. *Viros rebelles tuos.*] Etsi non damnauero eum, qui largiùs hoc accipiat, pro quibusuis depugnatoribus & hostibus: Si tamen quis malit propriè admittere. & dæmones poterit intelligere, qui maximè propriè in Deum rebellant, & quoslibet homines infideles & peccatores, quos suprà transfugas esse respectu Dei ostendi

Rebelles qui.

Apostatæ.

...mus num. 157. & propriissime hæreti- q... ... eliæ ... astr... per summam perfidiam deseruerunt, & aduersus eam arma c... piunt. ... pulo autem Israclit... ab h... ... Isaiæ tempore quid dici possint fuisse rebelles, nō inuenio.

161. Arias Montanus, non mo... inimicos quos des... ... , dæmones & homines, sed etiam interno..., scilicet, concupiscentias vult significari toto hoc orationis cursu, versu inquam, 12. & 13. qui si concupiscentias omnino à nobis auferendas in hac mortalitate vult docere, quod subinsinuat vsus suis illis, vt alibi sæpe, verbis: *Qui legit intelligat*; si hue ille contendit, qui eum legit, cautè intelligat; posse enim, Dei gratia singulari, minui concupiscentiam, magis, magisque prout quisque Deo adiuuanti collaborauerit vt *bonus Christi miles*; at penitus euelli non posse, catholicum est dogma. à quo qui deuius est, quàm volet sibi applaudat in legendis, intelligendísque SS. Scripturis, earū ab intelligentiâ verà peregrinatur. August. serm. 43. de verbis Domini. *Volumus, vt nulla sint concupiscentia, sed non possumus. Velimus, nolimus, habemus illas, velimus, nolimus, titillant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguuntur, quandiu caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Hæc Aug. qui antea dixerat, hanc luctam non cessare nisi in cælesti gloriâ, additque: *Ergo quandiu hic viuitur, sic est, sicut & nos qui seruimus in ista militia. Minores quidem hostes habemus, sed tamen habemus.* Præterea non capio, quemadmodum aptè dici possit de cupiditatibus hisce: *Ecce confundentur, & erubescent omnes qui pugnāt aduersum te.* Quænam confusio, & rubor cadere queat in hos affectus? id vellem nos docuisset Arias. Sin homines his affectibus implicatos intelligit, nihil noui affert, & nouiter loquitur.

Vers. 13. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicénsque tibi: Ne timeas: ego adiuui te.

162. *In periculis Deus spem erigit. Ecclesia nauis eragitanda.*

QVoniam in maximis & præsentissimis malis solet labare spes, nisi sit aliè defixa, & firmis radicibus suffulta, idcirco Dominus suorum studiosissimus præuidens horribiles tempestates, atque procellas concitandas ab infidelibus aduersùs Ecclesiæ nauim, vt eam, si possent, in profundum demergerent, hoc loco nauarchos & vectores semel, iterum, tertium, & sæpius hortatur, vt bono sint animo, nihil timeant, nihil diffidant, eo quòd ipse præstò sit. Cùm nauicula illa, in qua erat Christus, & Apostoli, iactaretur tempestate ita vt operiretur fluctibus, & discipuli Christum dormientem excitassent, dicentes: *Domine salua nos, perimus*; audierunt ex Domino: *Quid timidi estis, modicæ fidei?* Tanquam diceret: Me præsente timetis? pusillam vestram confidentiam proditis. Cùm nauigaret aliquando Iulius Cæsar, & gubernator metu esset perculsus ob tēpestatis sæuitiam, illum cohortatus fuisse Cæsar dicitur iis verbis: *Ne timeas, nam fortuna Cæsaris est tecum.* fuit hæc nimiū sibi blandientis & arrogantis oratio. At in Deū, eiúsque filio Saluatore nostro, secura & fundata promissio.

Nauicula Euangelica figura Ecclesiæ. Matth. 8. v. 24

Iulij Cæsaris, arrogantia.

A *Apprehendens manum tuam, dicénsque tibi: Ne timeas.* Etsi videri possit esse gestus animantis & roborantis timidum & iacentem erigentis, veluti in Apoc. 1. vers. 17. *Et cum vidissem eum*, ait Ioannes, *cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus; & posuit dexteram super me dicens, Noli timere: Ego sum primus & nouissimus.* Simile acciderat Danieli cap. 10. versic. 10. *Et audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam ... vultus meus herebat terra. Et ecce manus tetigit me & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum.* 163.

Manum alterius apprehendere, quid.

Tametsi, inquam, videri possit, hoc loco, nihil aliud exprimi, nisi hunc vulgarem ge- 164.
B stum è medio sumtum: tamen quia verbum *apprehendens* in Hebr. est etiam *roborans*, & pro manu, est dextera, quæ ex se est index fortitudinis, & effectrix, aliquid ampliùs quàm gestum indicari existimo: nimirum à Deo animos, robur, fortitudinem immitti, à Deo dexteram robustam, fortem & strenuam ad præliandum effici. De quo Dauid in singulari illo certamine aduersùs Goliath: Psal. 143. vers. 1. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Conducit nos huc translatio LXX. isto versu Isaiæ, qui vtuntur verbo *κρατῶ*, quod non solùm est *tenere*, sed *continere*, itaque reddunt: *Ego*
C *Dominus Deus tuus continens*, seu, *qui contineo manum tuam*, videlicet, in officio præliandi, ne aberret ab opportunâ defensione, & offensione, qui manum tuam dirigo cùm in arcendo, tum in feriendo aduersario; in ictu declinando, & inferendo: quod maximè pertinet ad disciplinam & artem militarem, & gladiatoriam. ideo dico tibi: *Ne timeas.* 165.

Deus porrecta manu vires imprimit.

Sed adhuc aliquid superesse crediderim & subesse huic apprehensioni manus dexteræ; scilicet, fidem datam promissionum iungendâ dexterâ firmatam. Nam in primis, solere hoc gestu, rituque pacta & fœdera iniri è sacris & externis litteris, imò è more etiam communi hodiéque retento intelligimus. Virgil. Æneid.
D lib. 3. versic. 80. 166.

Dextera porrecta pro fide datâ.

Delrius Adag. 178. part. 2.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos
Vittis & sacrâ redimitus tempora lauro
Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum,
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.

Idem lib. 3. vers. 610.

Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat.

Statius lib. 1. Thebai.

Iam pariter coëant animorū in pignora dextra. 167.

Dextera innexo in numismate, quid.

E Ex quo cognoscimus, quid significare voluerint prisci, cùm in auersa parte nummorum duas dexteras vicissim innexas insculpserunt. Quâ de re obseruat alia Pierius lib. 35. Suor. Hieroglyph. quale est illud Pythagoricum, *non cuiuis iungendam dexteram.* Sed in libris etiam sacris, vt dixi, hic mos apparet. Exod. 23. vers. 1. *Non suscipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.* Hebr. *nec iunges manum tuam cum impio, vt dicas falsum testimonium.* Sed clariùs 4. Reg. 10. 15. *Nunquid est cor tuum, &c.*

Quod cùm ita sit, hoc loco profitetur Deus, 168.
se cum

Deus cũ Ecclesia Christiana pacisc[itur]. Testamentũ & fœdus nouũ iccitur.

ſe cum populo ſuo natu minori, cum Eccleſiâ Chriſtiana iungere dexteram, & fœdus inire inuiolabile, ac ſi illud vſurpet: *Accipe, dique fidem*, ſe velle nouum omnino fœdus icere, non inſtar illius veteris, & præ vetuſtate fatiſcentis, ſed eiuſmodi, quod perſeueret integrum, illæſum, ſuæque nouitatis retinens. Quod vtriuſque pacti, ac fœderis diſcrimen quam ſæpe apud Vates indicatur. Vide ſuprà verſic. 2. num. 69.

169. Ierem. 31. verſ. 31. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus.* Itaque fœdus illud diſſolutum fuit, quia ſuapte natura erat diſſolubile, ad tempus, & pro tempore initum, ex ſe vetus, & ex vetuſtate ſeneſcens: quaſi iſagogicum, & ad fœdus nouum Euangelicũm apparans, & manu ducens. Vnde tametſi accedente hoc nouo pacto, ac Teſtamento immobili, & æterno, teſtatoris morte intercedente, illud aliud fuerat neceſſariò caſſandum & abrogandum: Ipſi tamen Iudæi præoccuparunt illud diſſoluere, & irritum facere minimè cuſtoditis iis legibus & conditionibus, quas ſe cuſtodituros eſſe ſunt polliciti: *Pactum, quod irritum fecerunt.*

170. *Manuductio Dei.* Illa verò dicendi forma, *In die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti*; tametſi communiter intelligitur de manuductu diuino, vt ſicut pater indulgentiſſimus filium ſibi cariſſimum non ſolùm præagit, ne ab oculis abeat, ſed manu prehenſum ducit: ita Deus ſe geſſerit cum illo populo. Quamuis hoc ita poſſit intelligi: tamen cùm ſermo ſit de fœdere propriè icto, non video, cur non poſſit accipi, de manu conſerta ad firmandum fœdus: vt Deus oſtendatur ſe fidem datam ad tempus, non fregiſſe; Iudæos verò intra hoc ipſum tempus, quam Deo dederant, violaſſe: quo minus queri poſſent, Deum cum alio nouo populo nouum fœdus iniuiſſe.

Non Deus, ſed Iudæus deſtitit fœderi.

171. *Pactum cũ Eccleſiâ aliter atque cum Synagoga.* Sed ne eodem quidem modo Deus Synagogæ dexteram ſuam adiunxit ſtabiliendo pacto, atque Eccleſiæ: nam illa prior innexio manuum facta fuit per interpretem & legatum, nempe per Moiſem, vt liquet è toto Pentateucho: at hæc poſterior firmando nouo fœderi facta eſt per ipſummet Deum, nexu, & vinculo indiſſolubili, vnione videlicet hypoſtaticâ: quâ ita conſtanter manum, naturámque humanam apprehendit, vt de eâ dimittendâ neque cogitauerit huc vſque, neque ſit cogitaturus in æternum. *Incarnatio.* Quare, cùm ait: *Ego Dominus Deus tuus, apprehendens dexteram manum tuam, dicénſque tibi: Ne timeas, ego adiuui te*; ad vtrumque poteſt habere reſpectum, & ad myſterium humanæ naturæ aſſumtæ, & ad morem apprehendendæ dexteræ, cùm fit confœderatio. nam quoniam manu afferimus auxilium, ideò cùm mutuò manum conſerimus, & porrigimus, mutuam opem pollicemur. Cicero Philip. 10. ſic ait: *Græcia tendit dexteram Italiæ, ſuúmque ei præſidium pollicetur.* Curtius lib. 5. ad finem de Dario moribundo & mandata dante ad Alexandrum. *Cui hoc fidei regiæ pignus pro me dabis.* [..]dentem accepta Polyſtrati manu vita deceſſit. [..]eciprocam fuiſſe innexionem naturæ in Incarnatione, docet Hilar. in Matth. can. 6. [..] verbis: *Hunc igitur aſſumſiſſe corpus, & hominem factum eſſe, perfecta confeſſio eſt. quia ſicut æternitas naturæ noſtræ corpus accepit, ita noſcendum eſt, naturam corporis noſtri æternitatis aſſumere poſſe virtutem.* Ergo dextera Dei, & dextera hominis innexæ ſunt.

Atque adeò illud è verſu 10. ſuperiori *Suſcepit te dextera iuſti mei*; ad eandem intelligentiam poſſit aduocari: hærétque cum proximè poſitis, *Auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit*; &, cauſſa quia *ſuſcepit te dextera iuſti mei*: Iuſtus meus, porrectâ, & conſertâ dexterâ ſuam tibi fidem obligauit ad ferendum auxilium, iccirco auxiliatus ſum tibi, LXX. ἀσφαλισάμην σε δεξιᾷ δικαίᾳ μου: ideſt, *ſecurum minimèque dubium te feci dexterâ iuſtâ meâ.* Hiſpanè, *Aſſeguré te di te toda la ſeguridad poſſibile*, datâ dexterâ meâ. 172.

Verſ. 14. Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael, ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus & redemptor meus ſanctus Iſrael.

IAcobum hunc eſſe ſpiritualem, de quo ſuperiora expoſuimus, obſeruant Hieron. Cyril. Procop. Haymo, Dionyſ. Forerius, Pintus, Caſtrius, Arias. Quorum plerique nominatim Apoſtolos intelligunt: ſed ij primo quoque loco cenſendi, & alij naſcentis Eccleſiæ fideles non amouendi.. 173.

Alij Iacobum ſecundùm carnem exponunt, cui Deus in aduerſis conſolationem & opem polliceatur. Sanctius, Vatablus, Lyra, S. Thomas. Quorum aliqui confitentur myſtice deſignari fideles Chriſti. Sed nobis, quod ſuprà monuimus, idē hoc loco, videbatur, agi ad litteram & hiſtoriam de Euangelio, de nouo populo, & Iſraële ſecundùm mores & ſpiritum, & haberi, indicarique reſpectum ad Iſraelem ſecundùm carnem, in quo hic alter tempore poſterior, dignitate & benedictione prior fuit præformatus. ſuprà num. 130. *Iacob ſignat populum Chriſtianũ.*

At ſiue de hoc, ſiue de illo, ſiue de vtroque Iacobo exponenda ſit hæc pericope, conuenit inter omnes, nomē *vermis*, pertinere ad vilitatē, abiectionem, & contemtum. Nam cùm *vermis* naturâ ſuâ ſit beſtiola vilis, nullius pretij, & viſus, humi repens, infirma, iniuriæ obuia, protritu facilis: ad deſignandam alicuius hominis, aut humani cœtus abiectam conditionem, aptè hoc vocabulũ vſurpatur. Ita Pſ. 21. v. 7. *Ego autē ſum vermis & non homo: approbrium hominum, & abiectio plebis.* Quo Pſalmi loco Chriſtum de ſe loquentem nemo ferè non audit, niſi cui perfidia aures occluſit. S. Dionyſius Areopagita c. 2. de cœleſti Hierarch. de Chriſto exponit, & S. Aug. ad Pſ. 37. v. 4. ait totum Pſalmum eſſe abſq; dubio de Domino, idem docet Tertul. c. 10. in Iudæos, & l. 3. contra Marcio. c. 19 & S. Aug. cit. addit, durum eſſe, hoc negare. Mitto eſſe communem ſenſum [..]orum Patrum. 174. *Vermis quid.* 175. *Pſal. 21 v. 7. Chriſtus ſe vermem appellat.*

Et quamuis aliquid aliud in *verme* cōſiderent, nimirum, gigni abſque maris & fœminæ congreſſ,

gressu, certum est, in Psalmo, Christum docere: A
se pro vermi fuisse habitum. Vnde hoc item debemus hoc loco intelligere, Dei populum Christianum contemnendum fore ab infidelibus, non aliter, atque vermem vilissimum.

Populus Christianus contemnendus a paganis.

Eiusdem sententiæ est altera pars: *qui mortui estis ex Israel*, hoc est, in mortuis numerati, vt mortui existimati, Rom. 8. cap. versic. 36. *æstimati sumus sicut oues occisionis.* LXX. ὀλιγοστὸς, *paucissimi*, vnde nonnulli illudè Luc. c. 12. v. 32. veluti quid affine côducût: *Nolite timere pusillus grex; quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Quis enim valeat regnû auferre, cui Deus ipse consulentiam? quid possit conturbare, vel mœrore afficere eum, qui vt certissimum in animû B suum induxit, se in cælis regnum sempiternum possessurum? At vt gratius & iucundius hoc tantum bonum possessuro accidat, Patris cælestis beneplacito, & gratuitæ beneficentiæ ascribitur. *quia complacuit*, inquit Christus, *Patri vestro dare vobis regnum.* Eodem prope sensu, hic: *Ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus; & redemptor tuus sanctus Israel.*

Gloria speratur maior propter in auxilijs.

Salus nostra per gratiam referenda.

177. Quòd euaseris pericula, meo debes auxilio, quòd seruitutem effugeris, & manumissus, liber, & redemptus sis pretio sanguinis mei necesse est referas acceptum: quis enim alius, nisi *sanctus Israel* posset te è peccatorum captiuitate, & C dæmonum seruitute vindicare, ac redimere?

Vers. 15. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues; & colles, quasi puluerem pones.
Vers. 16. Ventilabis eos & ventus tollet, & turbo disperget eos, & tu exultabis in Domino, in sancto Israel lætaberis.

178. Mirandum plus solito certè fuerit, si hæc quoque non futurum tépus prospiciant, sed præteritum respecerent identidem, atque D commemorent, ita vt historia sit, non prophetia. S. Thomas sui propositi alioquin tenax & sententiæ, nimirum, Isaiam loqui de populo Israelitico, nihilominus coactus est sentire, hoc esse futuri temporis, quod tempus futurû cùm ei non occurreret aliud, quam Machabæorum, eo contulit. At cui probet S. Thomas suam opinionem? Nam etsi alicubi Machabæi decertarunt, vicerintq; felicissime, & hostes suos protriuerunt: sed ab his ipsis vicissim fuerunt vehemêter attriti, Deo ita bellicos euentus librâte, atque dispensante: vt & populus ille Iudaicus partim puniretur, partim excoqueretur calamitatibus. & Gentilis intelligeret edoceretúrque, Deum quoties vellet, abundè posse suis auxiliari. Attamen si res omnes illius alternantis temporis concludantur in summâ, hæc quę E hîc prædicuntur, ex vero locum obtinere non poterût. Quare cum Hieronymo, Cyrillo, Procopio, Montano, aliisque alias accitis de populi Christiani victoriis interpretemur commodissimé, suo vtpote loco, ac tempori insessura.

Machabæi partim vicêrunt, partim victi, Deo ita dispensante.

179. *Ego posui te quasi plaustrum triturans.*] Non semel aut iterum stylus sacer hanc vsurpat ducendi formulam ad ostendendam stragem ingentem, & certè appositè, & eleganter. nam quæ triturantur, in particulas minutissimas concidimur & leuissimas, ac perinde...

Amos 1. v. 3. Mich. 4. v. 13. 4. Reg. 13.

Instrumentum quid.

A duntur & leuissimas, ac perinde ... ventus huc illucque disperget, ... vix quidem recolligendas.

Plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia.] Tametsi ad comprehendendam rem ... quæ proposita est vati explicanda, ad ... comparatione trituræ, non est ... necessarium ostendere, cuius modi sit instrumentum rusticum, quo messis teri sit solita, nô erit tamen operæ perdita, id breuiter explanasse. 180.

Triturae instrumenta varia.

Quamuis alicubi tritura fiat vngulis iumentorum iugatorum, quæ in orbem incitata suppositam messem eo vsque quassant, vt de spicis grana subsiliant: vulgaris tamen & communis, omnibus nationibus terêdi côsuetudo siue trahâ, siue tribulâ adhibet. Est autê tribula, tabula plana, infixis plena cuspidibus vbique; fere ferreis, alicubi siliceis: quæ quia à iumentis trahitur, Latinè dicta est *traha*: nam tribula, seu tribulum à Græcis precatiò accipitur, apud quos τρίβολος, quod tribus constaret lateribus, sic est appellatum.

Tribula.

Vnde quoniam Latine loquentes pro vehiculo interdu plaustrû vsurpant, & tribulû, siue traha quoddam est vehiculi genus, exinde Latinus interpres hoc loco, & alibi etiâ pro tribulo plaustrû reposuit. Hebr. מורג *morag* quod recentiores trahâ, siue tribulam exponunt: Pagninus in dictionario. Forerius in sua translatione. 181.

C *Triturans*, Heb. חרוץ, *charuts*, quod alijs non est participium, sed nomen, idemque significatu atque prius, idest, *Posui te in trabam, vt tribula noua, habens ora* (seu rostra, *triturabis montes*, ita côuertit Pagninus in dictionario: qui adiecit, posse esse *charuts*, nomen adiectiuû trahæ, siue tribulæ, i. *Posui te in traham bene incidentem*: & hoc secutus est Latinus interpres, cum reddidit: *Plaustrum triturans*, & Forerius, *traham acutam*. quæ omnia verbo, non re ipsa dissentiunt.

Pro *rostris serrantibus*, in autographo sunt *ora*: nam *os* apud Hebræos pro acumine, & acie sumitur sæpe, vt os gladij, de qua analogiâ dixisse D me aliquid aliàs tum memor. ergo cuspides illæ siue e ferro, siue è silice infixæ trahæ rectè *rostra serrantia* interpretatus est Latinus. Quòd verò nouum plaustrum, vel tribulum introducitur, non est inane vocabulum, aut soli decori, sed mysterio seruiens, de quo subinde LXX. ad voluntatem vatis intenti sic explanant. *Ecce fecite quasi rotas plaustri triturantes, recentes in serrarum modum.* 182.

Os pro acie

Qualis triturantis instrumenti forma fuerit atque descriptio, videre nobis hactenus licuit, superest videre segetes triturandas, ad cuestigiô succedit: *Triturabis montes, & comminues: & colles quasi puluerem pones.* Nemo adeò litteræ, & historiæ affixus hæc intelligit propriè, sed cuncti metaphoram & similitudinem agnoscunt: quisque pro suo iudicio & contextu commentarij; omnes tamen generatim in *montibus*, & E *collibus* celsitatem & potentiam Principum & popolorum describi consentiunt. qui ad Israelem veterê, sese conferunt, eius hostes intuentur: qui verò ad Israelem nouum accêdunt, quorum nos castra prosequimur, eius quoque longe diuersos aduersarios & inimicos intelligunt: in primis dæmones, tartareas potestates, superbissimos & elatissimos spiritus: quibus mirificè congruunt montium, & collium tumentia vocabula. Deinde Tyrannos potentissimos, & per 183.

Montes & colles pro potentibus.

Dæmones & persecutores Ecclesiæ sunt montes triturandi.

& persecutores Ecclesiæ truculentissimos, dæmonum satellites & administros ab iis instigatos, atque summissos. quæ duo inimicorum genera pro vnis & eisdem accipi possunt, cùm eadem fuerint vtrorumque consilia, eadem bella proposita, & facta pertinaciter.

184. Huc immiserunt aciem suorum luminũ oculatissimi illi speculatores prisci, & S. Scripturæ inspectores diligentissimi Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Procopius; qui ita re, & sermone côueniunt, vt videatur fuisse prisci illius seculi apud Ecclesiæ optimates sensus communis. E iunioribus qui Dæmonas nominatim etiam recognoscant, sunt Arias Montanus, Adamus, qui repræsentat, vt aliàs, verba Hieronymi, Leo Castrius & Carthusianus.

185. *Infra. c. 42. n. 204. Montes pro dæmonibus.*

Et verò montes in sermone sacratiori solere ascribi pro spiritibus malignis pro testimonio dicunt plures, & antiquiores Patres, Orig. in Ierem. homil. Euseb. 6. lib. Demonstr. c. 12. Hieron. Psal. 85. vers. 1. & in Zachar. 4. v. 7. Beda in Marcum lib. 3. cap. 11. qui ait: *Montis nomine aliquando Diabolum significari propter superbiam.* Bernardus in Psal. 90. ser. 15. ex Abacuc. 3. vers. 6. *Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi.* & in Cantica. ser. 54. Hailgrinus in Cantic. c. 2. vers. 8 & expositores Zachar. cit. c. 4. v. 7. Cyril. Glossa, Lyra, Hugo, Ribera, Hieron. Vatabl. Sà, Stunica, & fauet Chaldæus. Similitudinis adhibitæ caussam, rationémque Beda tetigit, nempe superbiam: nam vt montes sunt partes eiusdem telluris supra reliquas elatæ, ac perinde consimilium sui, humil. loco subsidentium conditionem aspernantes, & sese quasi in cælestem regionem alienam protendentes, & erigentes: cùm sint quidam veluti orbis terreni tumores, à ceterarum partium æquabilitate degeneres, deficientes, & propè rebelles: aptissimè in his Dæmonum natura & ingenium exprimitur, qui se supra suam conditionem superbè admodum extulerunt, & aliorum Angelorum, se Deo, vt par fuit, humiliter subiicientium, tanquam suæ ingenitæ nobilitatis immemores, sese sordidè abiecissent, sortem arrogãtissimè sunt dedignati: ad locumque quem vt eorum ferret dignitas, bene valde celsiorem aspirarunt: quorum conatus non minus ridiculus, quàm superbus, illis vulgò creditur verbis depingi, seu irrideri. suprà. c. 14. v. 13. *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.*

Dæmones cur montes dicantur.

Dæmones superbi.

186. Quorum insanientium spirituum arrogantiã pro suo modulo sent imitati homines quidam hoc sæculo potentiores, quo fuerit facilius proportione quadam quæ de superbis Angelis diximus, ad eos concinnare. Atque adeò in môtibus Angelos, in collibus homines arrogantes apprehendere; quod illorum, quàm horum maior sit arrogantia: sicuti montium quam collium altius est fastigium. Vnde ignoro quid Procopio succurrerit, cur contrà sit philosophatus in hæc verba: *Montes, & Colles, aduersarias potestates appellans, tãquã quæ aduersus Dei potitã ministerio spirituũ, qui colles nominãtur, insurrexerunt.* Porrò aut promiscuè in vtrisque vtriq; dæmones, & homines proportione sua sunt intelligendi, aut si discriminandi, quo dixi modo.

Homines imitatur superbiam Dæmonum, vt collis altitudinem montis.

S. Bernar. dudum appellatus in ser. 54 Cantic in Collibus nobis dæmonas repræsentat, at in montibus non homines improbos, sed certè Angelos sancto, quod quo consilio faciat, ex eius oratione cognosci volo. Dum ergo explanat illud: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles* Cantic. 2. v. 8. ita: *Vel colles dicit aereas potestates, quæ inter montes quidem minime iam numerantur, pro eo, quod à virtutum celsitudine defluxerunt per superbiam; nec tamen vsque ad humilia vallium, siue ad valles humiliũ per pœnitentia detumescunt.* De his arbitror illud dictum in Ps. *Mõtes sicut cera fluxerunt à facie Domini. Hos itaque tumentes, ac steriles colles tanquam medios positos inter montes perfectorum, & valles pœnitentium procul dubio transilit qui in montibus salit hisque præteritis, & despectis descendit ad valles, vt valles abundent frumento. Porro illi è regione, æterna ariditate & sterilitate damnantur, sicut habes propheta super illos imprecationem. Nec ros, inquit, nec pluuia descendant super vos. Atque vt scias, quod ad Angelos qui præuaricati sunt sub figura montium Gelboe ista loquatur: vbi, inquit, ceciderunt vulnerati multi. quam multi in his maledictis mõtibus de exercitu Israel ceciderunt à principio, & hodie cadunt.*

187 *Montes Angelos sanctos, & colles pro angelis malis ———— collis à monte degenerat. Bern.*

Qua ex ratiocinatione Bernardi alia ratio similitudinis oritur, nimirũ montium, colliúmque sterilitas, præcipuè cum vallibus comparatorum. Montes enim vtpote aquarum irriguis destituti, frugum, fructuúmque aliorum feraces esse plerunque non sunt: sed aut vasti, horrénresque supereminent, aut arboribus virent infrugiferis: valles verò, ad quas amniũ, fontiúmque fluenta descendunt, & imbrium riui de præruptis montium actis præcipites, abundant frugibus, & aliis terræ fructibus. In quo alia conditio & differentia superborum & humilium aptè satis ostenditur. Nam cùm Dei dona instar sint fluentorum; in montibus & collibus arduis, hoc est, in superbis, sibique placentibus hærere non possunt: sed indidem quasi deuoluta in vallibus, locisque depressioribus nimirum in humilibus & modestis, quasi in loco cõgenito subsidũt. Hoc totum Augustinus paucissimis verbis comprehendit ser. 17 de verbis Domini agens de Magdalenâ ad pedes Christi sedenti: *Quanto*, inquit, *humilius sedebas, tãto amplius capiebas: confluit enim aqua ad humilitatem conuallis: denatat de tumoribus collis.* Cumque sterilitas magna ex parte è siccitate, fertilitas è riguo nascatur, rectè Bernardus in collibus & montibus infœcunditatem diuinorum beneficiorum, & inopiam bonorum operum rimatur; atque adeò, eo nomine cum iis infelices illos & effœtos spiritus compositos fuisse existimat. Montes in peiorem partem solere accipi, ostendit multis exemplis S. Scripturæ Hilar. Ps. 64. v. 7. concluditque: *In hoc igitur montium nomine omnem supereminentem virtutem intelligi oportet; quæ se contra Deum efferens, & exaltãs ita Dei subdidit. Descendens igitur Deus. Verbum assumens sibi hominem potentia accingens, primum hæc cacumina montium depressit, diaboli scilicet, & suorum contumacem excellentiam protriuit.*

188. *Montes & colles steriles; valles est fertiles.*

Humilis capax gratiæ.

Verùm enim verò vt loca ista celsiora, iis, & aliis incommodis sint proposita, certè illud videntur commodi adepta, vt sint tuta, secura, non ita facilè iniuriæ obnoxia, cùm eò sint aditus difficiles: vnde quicumque pericula cupiunt effugere, montium cacumina capessunt. Hinc illud Saluatoris. Matth. 24. versiculo 16.

189. *Montes ... tuti.*

Tunc

A *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes*,&aliud Psal. *in montem saluum te fac*; sed vt appareat, à Dei potestate & ira vindice nihil prorsus esse eximium, & immune, non camporum planities, non conuallium cauitates & lacunas, sed collium, montiumque cacumina & fastigia esse conculcanda, comminuenda, triturandaque minatur.

Dei iram effugere neque vlla potentia.

Eos videlicet, qui se supra ceteros superbiẽdo attollebant, subleuabant, esse deiiciendos, & bestiarum pedibus, nedum hominum conculcandos, atque proterendos, vt expleatur illud Dauidicum: *Deiecisti eos, dum alleuarentur*, Psal. 72. versiculo 18. & alterum: *Eleuans allisisti me*, Psalm. 101. vers. 11. Quia, vt ex vero, & à veraci vniuersè dicitur: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur*, eodem modo dici potest: quo quis altius ex arrogantia sese extulerit, eo depressiùs deturbabitur: Exemplo sit ille arrogantissimus, cui noster vates hic opprobrat suprà c. 14. v. 15. *Qui dicebas in corde tuo: In cælum conscẽdã, super astra Dei exaltabo solium meum*, &c. *Verũ*

Quò quis se altius tollit magis deprimendus.

Sup. 14. v. 13

190. *tamen ad infernum detraheris in profundum laci: qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; prospiciẽt: nunquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna*, &c.

Æquale maleficio supplicium: qui cælestium montium fastigia ex elatione mentis suis viribus temerè confisus transcendere molitur, ad ima Tartarorum miserè præceps deiicitur: & C qui dum in terris ageret & in viuis (est enim ille rex Babylonicus, vt illic ostendo) alios omnes despiciebat, & retortis supra humerum oculis vix suo dignabatur aspectu, vtpote infra se longissimè iacentes: is ita iacet infernè, vt alij eiusdem tartari incolæ ad eum videndum necesse habuerint sese inclinare.

Rex Babylonius humiliatur ob superbiam.

Qui te viderint, ait Vates, *ad te inclinabuntur*,

191. qui enim ad alium videndum, vel alloquendum inclinantur, superiores loco sunt: ergo ille qui supremum in cœlo meditabatur & splendidissimum domicilium, solùmque, is apud inferos infimum, atque deterrimum locum meritò cogitur occupare: qui se supra ceteros efferebat, eósque pedibus suis suppositos despiciebat, ab infimis etiam damnatis hominibus sursus ipse inferiori loco affixus despicitur. D

192. Tanta est rerum, fortunæque conuersio. Eodem intendit animum Isaias in hac montium, collíumque triturà: vt superbissimorum hostium ob oculos ponatur humiliatio, cùm nihil fingi cogitatione possit humilius & abiectius, quàm pedibus conculcari: & eorumdem adnotetur interitus, cùm in minutissimas particulas concidẽdi, & in puluerem sint redigẽdi. Demùm, quia montes & colles maiori ex parte saxosi sunt, in iis præter sterilitatem, præter superbiam dudum tractatam, durities adsignificatur, siue pro valentiâ & robore, siue propter E tinaciâ, & proteruiâ; & istam etiamdum contundendam Isaias hoc loco pollicetur.

Conculcari, pœnarum grande. Contri summus interitus. Montes pro proteruia & o peris.

193. Sed auet iam animus cognoscere liquidiùs, & distinctiùs, quibus adminiculis & operis, quibus ferramentis & instrumentis tantæ res moliendæ, aut veriùs demoliendæ fuerint. Id etsi curæ fuit vati primo quoque loco proponere, nos de industria posteriori reseruauimus, quo gratius, quia expectatius, lectoribus accideret.

A *Ego posui te quasi plaustrum triturans, nouum, habens rostra serrantia.*] Eo omnia quæ exigebas, & quæ ad euertendum & emoliendum sunt necessaria, & admoueri solita, nempe, Architectus, artifex, operæ, & instrumenta: nam sunt quædam interdum deiectiones, & demolitiones, quæ non minus requirant architectum, & artificem quam moles & ædificationes: & talis est præsens deiectio, quæ exigit opificem, & non qualemcumque, sed immense sapientem & valentem, nempe Deum ipsum: vnde ipse se profitetur eius demolitionis autorem: *Ego posui te*; Hebr. *Ecce ego posui te*. Nihil non tanto operis autore tentandum, nihil non audendum. Operæ explicantur illo pronomine, *te, posui te*; B quæ operæ & mercenarij sunt Apostoli, ac reliqui Christi disciplinam secuti, quos Christus vt adiutores, vt ministros admouet, eorum industriam excitat, acuit, roborat, eísque tanquam operis quibusdam vtitur: & vt exstet interuallum inter hasce operas, & alias vulgares, LXX. hoc intuitu reddunt. *Ecce ego feci te*. nam operæ ab homine artifice non fiunt, sed factæ iam & paratæ adhibentur ad vsus necessarios: at verò Deus supremus opifex ipse sibi facit operas, ipse comparat, ipse reddit habiles: quò Paulus obuertit oculos, dicens: *Qui & idoneos nos fecit ministros*; vtrumque comprehendens; non solùm effecit, vt habiles essemus faciendo operi, C sed etiam effecit, vt essemus, nos fecit, & nos idoneos effecit.

194. *Ad demoliendum necessaria.*

Demolitio interdum requirit architectum.

Deus autor demolitionis.

Artifex summus ipse sibi facit operarios.

2 Cor. 3. v. 10.

Plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia.] De formâ, ac descriptione instrumenti egi num. 180. nunc de sensu & mysterio, quod illic spopondi. Apud interpretes omnes, qui hæc ad Ecclesiam Christi conferunt, hæc tribula est Euangelica fides, eiúsque prædicatio, quæ congruenter dicitur plaustrum, siue vehiculum, aut currus, quia eo vehitur Christus, eius gubernator, & Auriga. In tribula quoque & in traha solet insistere aliquis, qui eam, & iugata animalia moderetur. Et sane in Scripturà currus solet esse symbolum Euangelij, quo Christus Dominus circumlatus suum lumen D vniuersis nationibus intulit. 195.

Prædicatio Euangelij est tribula.

Currus symbolum Euangelij.

196. Sed hoc Domini vehiculum simul est tribulum, & traha, concidens & comminuens ea, super quæ agitur, & incitatur: nempe *Plaustrum triturans*. apud LXX. *Feci te vt rotas currus triturantes*; in *rotis* celeritas pingitur; in triturantibus demolitio, & comminutio. *Nouum*: ad robur & firmitatem fortassis, sed multo magis ad mysterium. Nam istiusmodi, & formæ plaustrum, siue tribulum nusquam fuerat visum, nunquam auditum. Carpentum illud legis Mosaicæ vetus erat, vsu & exercitatione tritum, ac propè detritum, & tantùm non contritum. Vtcumque & ægrè vehebat, & sustentabat apud populum Israeliticum sinceram Dei religionem & fidem, eam verò E in alias nationes inuehere non valuit: idola gentium conterere non potuit: imò subinde illa idola in Israelẽ irrepere sunt visa: ergo plaustrum istud vetus, vietum, & veternosum oportuit submoueri, quippe montibus conterendis, imò paleis cõcidendis inutile: & aliud nouum, forte, habile, idoneum tanto operi, tantæque contritioni sufficiens omnino substitui: id est, quod ab Isaià in gentium gaudio & gratulatione promittitur: *Habens rostra serrantia*; Hebr.

Rotæ sunt celeritatis & ardoris indices.

Nouum testamentum succedit veteri.

בעל פיפיות, ad verbum, *potentem orium*, id est, prædirum, instructum, armatum oribus, nempe, cuspidibus.

Efficacia ac Euangelica doctrina. Acuta & penetrans.

197. Quibus verbis vis, & efficacitas Euangelicæ doctrinæ traditur: cum ad conterendum hostes & aduersarios contumaces, tum ad incidendum & penetrandum animos paullo molliores, & minus obduratos. Cuspis enim & acies hoc posterius officium commodè præstat, & verbo diuino congruit: *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & omni gladio ancipiti penetrabilior, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, com-*
198. *pagum quoque ac medullarũ*, Hebr. 4. v. 12. Quod multi licet, & magni autores Dei filio non absque specie veri tribuant, alij non pauci, neque temnendi antiqui & recentiores Dei doctrinæ & verbo accommodant. Et profectò doctrina diuina probè acuta, ac penetrans dicitur, ac proinde aptè cum gladio componitur, qui facile diuidit, in interiora peruadit, & interimit: vnde Paulus Ephes. 6. v. 17. cùm panopliæ spiritualis partes recenset, admonet etiam sumendum *gladium spiritus*, & declarationis gratia, addit, *quod est verbum Dei.*

Doctrina diuina acuta est & penetrans.

199. Quam spiritualis gladij penetrationem, ac separationem quia nonnulli in partem benigniorem interpretantur, vt cùm animus à malâ concupiscentiâ, & à vitio separatur, atque seiungitur: atque adeò mors, & interitus solitus consequi è diuisione continui sit etiam salutaris, quia animus peccato moritur, qua de morte plurima est mentio apud Paulum: quia aliqui, inquam, in quibus est è nostratibus Alcazar Apoc. 1. v. 16. ita existimant, & hoc loco Isaias rostra, seu ora acuta, aciem & acumen incidentia infert, & trituræ simile inducit; trituræque est singulare ac maximè proprium, à paleis frumenti grana secernere, hæc integra, illæsa, pura seruare: illas concidere, comminuere, conterere, ventilare, dispergere: imò, ideo paleatum concisio, comminutio, contritio, iactatio, dispersio fiat, vt triticum perpurgatum, mundumque remaneat. Sanè non est absimile, hoc prophetico contextu tradi: Dæmonum, ac eorum satellitum Tyrannorum bella, & persecutiones, itémque classicum Euangelicum, Apostolicorum militum aduersùs idola & flagitia certamen & contentiooem, quibos vt obsisterent, Tartareę phalanges sunt instructæ, totum hunc apparatum bellicum: & inter partes dissidiũ, & pertinax prælium fore instar trituræ, qua idolorum simulacra comminuerentur, cultus superstitiosus in nihilum recideret, reprobi infideles, non aliter atque paleæ tererétur, ventilarentur, atque turbine dispergerentur: at verò ex iis etiam infidelibus, qui e diuinâ electione erant grana, secernerentur à paleis, & Euangelico ventilabro purgata in horreum priùs Ecclesiæ militantis, deinde triumphantis comportarentur, Matt. 3. v. 12. *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreũ, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

Bella aduersus Ecclesiam.

Tribula separans bonos ab improbis, triticum à paleis.

200. Ergo istuc possit attinere ex tribula *habens rostra serrantia*, seu acumina incidentia, vti suprà, hoc est, duas acies, quarum vna deseruiat paleis concidendis, perdendisque, altera granis diuidendis, separandis, purgandis, quod vtrumque præstat Euangelica prædicatio; 2. Corinth. 2. v. 15. *Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salui fiunt, & in iis, quæ pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Sic gladius spiritus, quod est verbum Dei, est anceps, imò *omni gladio ancipiti penetrabilior*, acumine vno incidit ad mortem, acumine altero incidit ad vitam: malos malè secans, bonos bene separãs; non solùm in altero seculo, verùm interdum, in isto præsenti: quoties nimirum finis diuinæ, & inscrutabili prouidentiæ propositus id exigit. Nam tametsi zizania plerumque sinuntur crescere vsque ad messem, ne forte inter eradicandum, eradicentur simul & spicæ, aliquando tamen summi agricolæ permissu, aut etiam iussu antequam fruges maturescant, euelluntur, & in partes minutissimas zizania concisa dissipantur.

Euangelium gladius anceps. Vide Aug. Ps. 143. v. 1.

Matth. 13. v. 30.

Mali hic interdum eradicantur.

Istius generis sunt tela illa, de qoibus Dauid Psal. 149. v. 6. *Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus; & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alleluia.* 201.

Quem Psalmum quamuis Bellarminus nolit exponi de conuersione infidelium ad fidem, eò 201.
quòd *vindicta* nomen ineptè adhiberetur, cùm potiùs fuerit ingens beneficium; tamen nobiles expositores & antiquitate commendati id afferunt, & Lorinus noster doctissimus id excusat, atque tuetur ex illo c. 10. Act. vbi Petro cælitus est præscriptum: *Occide & manduca*; quod de occisione spirituali, & conuersione infidelium nullus potest non accipere. Aug. Ps. 78. v. 10. *Vindicta sanguinis seruorum tuorum vel sic intelligitur, cùm credunt in Deum verum qui persequebatur eius hæreditatem: quia & ipsa vindicta est, qua perimitur sæua iniquitas eorum gladio verbi Dei.* ergo absque vlla absurditate dici possunt esse *gladij ancipites in manibus eorum*, qui ferunt Euangelium, *ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis* qui gladij ideirco sunt ancipites, vt obsequentes salubriter diuidant, eo quo suprà exposui, modo: & obstinatos ac reprobos medios secent, ac seuerè concidant: ita vt hæc omnia verba Psalmistæ promiscuè & proportione debeant exponi de conuersione bonorum, & euersione malorum: vel distributè & distinctè prius membrum, *ad faciendam vindictam in nationibus*, de vindicta propriâ, & supplicio infidelium peruicacium: posterius membrum, quod est lenius, *increpationes in populis*, de correptione salubri, & correctione efficaci, de occasione illâ, & mactatione spirituali D. Petri. Similiter altera pars sequentis versiculi. *Ad alligandos reges eorum in compedibus*, de obduratis, & altera pars, *& nobiles eorum in manicis ferreis*, de obtemperantibus, quia duriora & grauiora vincula sunt compedes, quàm manicæ: vel prout est in Hebræo, prioribus catenæ, posterioribus compedes iniiciuntur: illis catenæ, vt trahantur ad supplicium, his compedes, ne ab Euangelio decedant, & aufugiant. *Vt faciant in eis iudicium conscriptum*; à Deo iustissimo & sapientissimo Iudice in suà æternitate præscriptum: cuius iudicij duæ sunt partes, & bene meritis dare præmia, & malè meritis supplicia decernere: hoc est tritici grana expurgata conuehere in cellarium: paleas verò contritas abiicere in ignem. Videris Aug. in Psalmum.

Psalmus sensus.

Act. 10. v. 13.

Vindicta, & increpatio fauorabilis.

Infidelium alij credunt Euangelio, alij obstinate resistunt. Aug. hic & hom. 43.

Compedes grauiora vincula, quam manica.

Iudicij duo partes præmia, & supplicia.

Quo

203\. Cum P[illegible] loco illud monere non omisero, [illegible] *anceps*, & Græcè, [illegible] lego [illegible] Hebraicè legi *gladius orium*, חֶרֶב [illegible] *pipiiotb chéreb*; eadem illa vox, *ora*, quæ plaustro & tribulæ tribuit Isaias. [illegible] non [illegible] inde conÿcere, vnum, & idem esse apud Isaiam *tribulum*, & apud Dauidem *gladium*, vtrumque duplici cuspide instructum, duplici illi concisioni, & contritioni destinatum.

Tribulum, & [illegible] anceps [illegible].

204\. Suffragatur huic expositionis lectio *gladius* ille alter Apocalypseos cap. 1. vers. 16. vbi Ioanni in prima visione, & quasi vestibulo Reuelationum apparet, vir similis filio hominis, procul dubio Christus: cuius cùm formam, habitum, figuram, ornatúmque omni ex parte mirabilem exposuisset, postremò ait: *Et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat; & facies eius sicut sol lucet in virtute suâ.* Græcè *ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα: gladius orium duorum acutus*) ad verbum reddideris: neque dubito, quin Ioannes, si Hebraicè loqueretur, fore dicturum, חרב פפיות *chéreb pipiioth*, vt apud Dauidem: qui gladius dum ex ore Christi procedit, eius Euangelium designat, quod suorum discipulorum ori inseruit, & manibus iactandum innexuit. *Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites*, seu gladius ex vtraque parte acutus *in manibus eorum*. Quo de gladio, non dicam hoc loco plura, dicturus opportuniori, nempe ad cap. 49. vers. 2. *Posuit os meum, quasi gladium acutum.* vide ibi num. 27.

Vers. 16. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in Sancto Israel lætaberis.

205\. PRimum, & secundum incisum iam fuit expositum, & nihil superest admonendum: nisi, hoc vix posse probis, & electis accommodari. Itaque exclusis & subsidentibus granis, nempe bonis, paleæ inanes & leues ventilandas, & vento, ac turbine dispergendas, ita vt recolligi non possint, Propheta comminatur.

Hilar. psal. 1 v. 4. videri potest. [illegible] spe [illegible] palea dispergitur

Et tu exultabis in Domino.] *Tu* quem *posui quasi plaustrum triturans.* Quanta, qualisque fuerit lætitia & exultatio Ecclesiæ Christianæ in suis maximè natalibus, & incunabulis, vel in mediis ipsis acerbissimis tyrannorum insectationibus, & calamitatibus: ex Actibus Apostolicis, & è ceteris annalibus Ecclesiasticis facilè sumitur: tum etiam è monitis Apostolorum, qui suis litteris nihil fermè crebriùs admonent, quàm in summis acerbitatibus Christianæ fidei caussâ susceptis vltra modum esse gaudendum: quin & ipse Saluator idem nos verbis conceptis edocuit Matth. 5. versicul. 11. *Beati estis cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersùs vos, mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Vides malos inter & bonos quàm sit immane quod interest: nam mali etiam dum bene videntur habere, sunt miseri, videlicet, cùm illis cuncta è sententia & voluntate cadunt, dum alios opprimunt, & se vlciscuntur, at boni vel cum reputantur pro miseris, cùm violantur, cùm affliguntur, tum sunt beati, tum gaudent, & exul-

206\. *Gaudium Christianorum [illegible] in persecutionibus, & ad[illegible].*

Mali miseri, vel tum si videntur felices: at boni tum beati, dum putantur esse miseri.

tant [illegible] receptâ, & præoccupatâ per spem, mercede [illegible] sempiterna. Quòd si tanta est exultatio in [illegible] spe, quanta erit in possessione, & in re? Quocirca exultatio, & lætitia apud Vatem nostrum præsentis est temporis, ceu infelicitas improborum, [illegible] turatio, ventilatio, & dispersio ad idem tempus est referenda. Neque hoc aduersatur Euangelicæ prædictioni: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini*, Ioan. 16. v. 20.

Spes firma est solatio.

Nam vt omittam, ab Augustino, Cyrillo, Toleto, & ab aliis locum Euangelicum non capi vniuersè, sed de tristitia, quâ afficiendi erant Apostoli ob necem sui Domini, & de gaudio Iudæorum ob eamdem: certè Christi discipuli veri in mediis tribulationibus, & acerbitatibus gaudent & exultant, in mediis intolerabilibus cruciatibus non æquo tantum, & pacato, sed hilari, & qui seipsum non capiat præ voluptate, sunt plerumque animo. Id videre licuit olim in illis Ecclesiæ heroibus Christi Martyribus, in Laurentio, in Vincentio, & in aliis innumeris, & nostro hoc sæculo minus talium Procerum abundanti, tacitis aliis, in vno nostrate S. Francisco Xauerio Indiæ Orientalis Apostolo, nuper in sanctorum numerū relato, cuius notum est illud in maximis laboribus & ærumnis, in quotidianis vitæ discriminibus: *Sat Domine, sat Domine*, cùm præ magnitudine dulcedinis diuinæ perangustum experiretur vas illud pectoris sui alioquin amplissimum, atque capacissimum. 207.

Iusti in maximis doloribus gaudēt.

Martyrum lætitia in tormentis.

Xauerius in summis ærumnis præ gaudio ferè crepat.

Quemadmodum vtrumque verum sit, Dei famulos in hoc sæculo, & esse tristes simul & gaudentes, ærumnosos & felicès, non est valde obscurum nisi ipsis improbis id minimum expertis. Nam cùm in vnoquoque homine duæ sint partes; adeò diuersæ vt duo quodammodo homines dici possint, & verò ita dicātur ab Apostolo Paulo, homo exterior, & homo interior, quid impedit, quominus quo tēpore homo exterior ille est mœstissimus alter interior sit iucūdissimus? Si enim Stoicę disciplinę Philosophis siue licuit, siue libuit iactare, è suâ scola sapiētē quemuis in Phalaridis tauro cùm vehemētiùs vreretur, fore gaudio redundantē: quid mirum, si quod illa secta exigebat à suis professoribus, cùm ad eam animi constantiam & lætitiam nihil præter mera verba conferret: id verè Christi disciplina profiteatur, & eiusdem Christi gratia perficiat. Quâ de internâ spirituali, perpetuâque lætitia inter continuas istius vitæ calamitates repete, si placet, quæ contuli ad initium capit. 35. 208.

Lætitia, & tristitia in bonis viris simul.

In homine duo sunt homines.

Stoici iactās fortitudinem & constantiam animi.

Quòd si vir bonus potest secundùm vnam sui partem, & quasi regionem mœrere, & secundùm alteram eodem temporis spatio gaudere: simili modo eadem diuersitas cadere potest in hominem malum; vt foris rideat, intus verò lugeat: atque adeò quod ex Euangelista contra accivimus non fuerit Vati nostro contrarium. 209.

Gaudium autem, de quo hîc, ex eo potissimùm capite prædicitur oriturum & in Ecclesiam Christi redundaturum, quòd visura sit Satanici imperij interitum, idolorum contritionem: tyrannorum persequentium humiliationem, & Christum de iis omnibus gloriosissimè triumphantem.

Vers. 17.

Vers. 17. Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

Vers. 18. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in viuos aquarum.

210. HÆc ad verbum & propriè posse intelligi omnia, ex iis, quos viderim, vnus autor est Forerius: qui *flumina in collibus*, & *fontes in campis* accipit aquas diuinitus elicitas in deserto à Moyse; additque: *Quis dubitet, quin & eiusmodi arbores, quas hic commemorat propheta, illic creuerint tot annorum spatio?* Quod posterius si à quopiam Rabbino fuisset obtrusum, mirari nihilominus non desinerem; homini certe docto & cauto, qualis est Forerius, id excidisse plus multo demiror. Nam aquæ illæ à Deo præter naturæ ordinem populo Israel tributæ non fuere perennes diu, neque populum sequebantur iter per desertum facientem, quod est Hebræorum figmentum, vt probant interpretes Pauli 1. Cor 10. vers. 4. vide ibi Theodoretum. Sed demus fontem illum fuisse perennem, & profluentem, & diuturnum; at vnde cedrus, buxus, oliua myrtus, & aliæ arbores iustæ & proceræ fuissent enatæ? num ad harum arborum ortum solus humor requiritur? num sine seminibus, vti gramen, vrtica, malua, & aliæ id genus plantulæ subitò tot tantæque arbores ex illa arenosa, & sterili solitudine sunt procreatæ? Apagesis istud commentum.

Foretius.

Aquæ à Moyse eductæ non perennes.

Arbores nobiliores, & grandiores non temere nascuntur.

211. Reliqui interpretes quæ de arborum procreatione dicuntur, metaphoram esse confitentur, variè licet interpretentur. At riuos aquarum partim translatitiè, partim propriè, & absque figurâ reponunt. E posterioribus Lyra, Hugo, Sanctius. Quorum sententia etiam diuiditur: nam Lyra & Sanctius historicè capiunt de fontibus illis diuinitus erumpentibus in deserto, at Hugo prophericè exponit, de aquarum vbertate post reditū ab exilio Babylonico: quo tempore quia nusquā scribitur Deo prouidēte eiusmodi fluuios & fontes emanasse, diuinat ille, seu potiùs hæret, & pro *fluminibus in supinis collibus, & pro fontibus in medio camporum*, quæ tam accurate, & disertè describit Isaias, vt res valde mirabilis esse cognoscatur, Hugo nobis pluuiarum affluentiam obtrudit, aut si mauis, cisternas, quas Iudæi reduces pluuialibus aquis impleuerint, Digna sanè tanto Vate vaticinatio. Quam refellere me piget, ne videar actum agere. Ex aliis, qui historiam ab Isaia conscribi hoc loco putant, vellem quærere, quamobrem, cùm arborum istarum multitudinem, ac varietatem metaphoricè omnino intelligant, non eodem modo fluminum, & fontium vbertatē cùm eodem prorsus orationis tractu, filóque

Fontes, & flumina an propriè.

212. vtraque pronuncientur. Cur cedrus, myrtus, oliua, buxus, vlmus & abies non erunt id quod nomina ferūt, flumina autem & fontes necessariò suas naturas proprias nobis insonent? Si enim iis autoribus licet, imò visum est oportere, & meritò, ad translationem accedere in arboribus exponendis quo nos interdicto tenebimur, quo minus idem facere possimus in fluminibus & fontibus? cùm tanta sit inter vtraque conuenientia: nam ex aquarū affluentiā, positis seminibus, arbores quæcunque, & præsertim istæ nascuntur. Vnde post regna promissa, è vestigio promittit arborum amœnitatē & copiam, quasi quid inde consequens. quocirca malè aliud prius ad veras & naturales aquas abducitur, istud verò ad metaphoricas plantas accommodatur.

Aquæ f[illegible] amœn[illegible] & arbor.

213. Iam, quando prouocamur ad historiā Exodi, & Numerorum, non poterit ostendi, aquas illas à Moyse ex miraculo exhibitas fuisse *in supinis collibus*; imò si circumstantiæ locorum considerentur, vbi ebullierunt, Exod. 17. v. 1. & v. 6. locus planus potiùs apparebit: & quidē Abulensis 161. q. 3. tradit fuisse vallem, & ab eo facinore in posterum *Vallem Moysis* fuisse appellatā. At Num. 20. v. 1. & 2. locus planus, & solitudo protensa describi videtur; & *desertum Sin* nominatur, quod iacet inter montes. Eadem apparet ratio situs, vbi puteus repentè visus est, Num. 21. v. 16. Ratio adiuuat: nam montium fastigia non erāt opportuna mansionibus tā infinitæ multitudinis, tā impeditæ ab comitatu mulierū, & puerorum, & à curribus & iumētis sarcinarū onustis.

Exo.

Num.

Ergo, vt quoquo modo defēdi possit illa pars, *in medio camporum fontes*, & illa altera: *Aperiam in supinis collibus flumina*, ex historia sacrà, ne diuinando quidem & cespitando vllus ostenderit.

214. Quamobrem ab iis tricis, & incertæ fidei probationibus satius fuerit nos expedire, & ad Euangelicam planitiem, euadere, vbi nihil est non liberum, solutum, æquabile, & inoffensum: cuius sententiæ habebimus autores. Tertul. in Marcio. lib. 3. c. 5. Hier. Cyril. Procop. (& si credimus Castrio,) Theodoretū, hoc loco: Basiliu in Psal. 28. Greg. hom. 20. in Euangelia è modernis Ariam, Adamū, Osorium, Sa, Marianā, Pintum.

Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti exaruit.] Qui metaphoram hîc nullam vident, illis opus non est expositione: at nobis est necesse dicere, qui nam *egeni*, & quales sint *aquæ*. Arias & Emmanuel Sa *pauperes* spiritu esse refert; qui aquas diuinæ gratiæ sitirent. itaque vterque duas iungit beatitudines, quas Christus de industria disiunxit, & pauperum spiritu, quibus pollicitus est regnum cælorum: & sitientium iustitiam, quibus pollicitus est satietatem & aquæ abundantiam.

Matth. 5. 6.

Alij scriptores probiùs exponunt Gentiles antequam ad fontes Saluatoris accederent doctrinæ veræ inopes, & sapientiæ cupidos: quàm aquam sapientiæ cùm maximè quærerent in libris philosophorum, non inueniebant, quæ eorum sitim & auiditatem extinguerer. Vide nominatim Hieron Cyril. & Procopium. Aug Ps. 106. v. 5. *Esurientes, & sitiētes*, de hac siti exposuit.

Gentiles inopes sapientia vera.

215. Nam etsi Gētilium philosophorum nō pauci ausi sunt profiteri se bene viuēdi esse magistros. aliqua tradiderunt dogmata, & præcepta, quæ moribus conformādis non erant inidonea tamen cùm hæc & essent obscurè proposita, & timide; & aliis plurimis falsis & absurdis opinionibus admista, & circa fines bonoru, ac malor plerūq; & homines turpiter deerrarēt ac demu eorum mores, ac exēpla cu doctrinā ac monitis dissentirent,

[illegible] veram professionem.

dissentirent, veræ & germanæ sapientiæ docendæ magistri idonei esse non potu[illegible]nt. Vide sup. 35. num. 99.

216. De quo postremo genere d[illegible]entium probè docet S. Basilius in homiliâ de legendis li[illegible]ris Gentilium, quæ est numero 14. *Quoniam magnifice, inquit, virtutem laud[illegible]e, & in medium longos de [illegible]ac sermones protrahe[illegible]e, priuatim verò voluptatem temperātia præferre, & rem malè partam potiorem habere, quam iustitiam, similem ego histrionibus eum dixerim, qui in scena fabulas agunt & vt reges, ac principes, sæpenumero ingrediuntur, & forsan omnino ne liberi quidem exsistant. Et musicus vt populo canat, lyram discordem non facile sumet, nec chori princeps suum officium peraget, nisi ex aquo respondentem chorum habeat: & hoc pacto quisque a seipso dissidebit, dum sermoni vitam non habet consonam: sed lingua quidem iurauit, mens autem iniurata est, iuxta Euripidem, & videri quidem bonus potius, quam esse studebit. Atqui hic est extremus iniustitiæ terminus, si quid est credendum Platoni, iustum videri eum, qui non sit iustus.*

Hæc Basilius, qui proximè scripserat: *Itaque qui opere confirmat eam philosophiam, quæ apud alios verbis tantùm commendatur, is sanè sapiens est: qui autem verbo tenus sunt philosophati, nec vita & moribus sermonem sunt comitati, vmbris comparandi, & simile aliquid pictoribus præ se ferentes existunt, qui hominis pulchritudinem in tabulis imitantes talem effingunt, qualis ille verè reperitur.* Cyril. infrà cap. 43. v. 19. ad illud: *Ponam in inuio flumina*; ait: *Aquis carentem nominat gentium multitudinem. Non enim eis erant doctores veritatis, & qui salutares vndas haberent: nam iuxta B. Pauli voces, cùm profiterentur se esse sapientes, stulti facti sunt.*

217. Quòd si vbicumque cælestes fontes non erupissent, tam aridi & inanes erant philosophorum profitentium, & iactantium penes se perennes esse sapientiæ & doctrinæ ad formandam vitam riuos: si sapientes ipsi, qui habebantur, & appellabantur, qui scientiæ pleni, ac locupletes vulgò putabantur, ita desipiebāt, ita sicci erant; quid mirum si *egeni & pauperes quærūt aquas & non sunt: lingua eorum siti exaruit.*

218. S. Hilarius initio libri 1. de Trinit. suam ostendit sitim veritatis cognoscendæ, quàm diligenter eam quæsierit apud philosophos, quàmque inanis & ieiunus ab iis discesserit, egregiè describit, cuius ego descriptionis partem hic repræsentabo: *Et quanquam nō ineptam,* inquit, *hanc eorum esse sententiam, atque inutilem existimarem, conscientiam ab omni culpa liberam conseruare, & omnes humanæ vitæ molestias vel prauidere prudenter, vel vitare consultè, vel ferre patienter: tamen ij ipsi non satis mihi idonei ad bene, beatéque viuendum autores videbantur: communia tantùm & humano sensui conuenientia doctrinarum præcepta statuentes: quæ cùm non intelligere belluinum esset, intellecta tamen non agere, vltra belluinæ immanitatis esse rabiem videretur. Festinabat autem animus non hac tantummodo agere, quæ non egisse, & crimenum esset plenum, & dolorum: sed huius tanti muneris Deum, parentémque cognoscere, cui se totum ipse deberet, cui famulans nobilitandum se existimabat, ad quem omnem spei suæ opinionem referret.*

219. Itaque apud eos fontes & doctores Gentiles ea duntaxat inueniebantur, quæ communis homin[illegible] [illegible]n sensus exprimeret & eliceret è naturæ lumine, eóque multorum vitiorum fuligin[illegible], & caligine obscurato: ac perinde ad satiandam humani animi cupidinem innatam, & æternam minimè sufficientia. Quæ de re cupidior legendi plura, adeat Iustinum Martyrem in principio dialogi cum Tryphone.

220. Illud obiecta[illegible]ri velim, hoc doctrinæ necessaria ad bene, beatéque vitam traducendam desiderium rectè componi cum siti: & quia sitis sit vehemens appetitus aquæ, & aqua cum doctrina miram habeat affinitatem, similitudinémque, & quia sitis, nisi potu leuetur, interimat omnino sitientem: itaque est eiusmodi indigentia, quæ aliunde, nisi ex haustu potionis remedium accipere non possit. Sic cùm homo incitatissimo quodam naturæ impetu rapiatur ad optand[illegible]m beatitudinem, & pariter ad cognoscendam viam, quā istuc peruenitur; fit, vt eius cupiditas sedari nequeat, donec id sit assecutus: cúmque absque cælesti doctrinâ, & absque reuelationis lumine id nequaquam detur, quicumque is est, in quo non fit *fons aquæ salientis in vitam æternam,* & lingua eius siti aruit, & ipse siti enectus occidit: nam *sine fide impossibile est placere Deo.*

221. At cùm sitire contingat æquè diuitibus, atque pauperibus, potentibus atque inualidis, quæ ratio fuit, ob quam dixit: *Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt?* licebit asserere, non loqui Vatem de siti propriâ, & corporali, nam si de eâ sit sermo; certè cùm est aquarum inopia, aut siccitas communis, vndecumque illa acciderit, egeni & pauperes quàm diuites, minus siti torquentur, quippe magis ad tolerandas eiusmodi egestates & molestias vsu & consuetudine occalluerint: opulenti verò & delicatiores, & molliores plus molestiæ indidem accipiunt. Qua ratione etiam confirmatur opinio nostra, non debere intelligi hoc historicè de populo Hebræo sitibundo.

222. Ergo, quia spiritualiter, & metaphoricè loquitur Isaias, sunt intelligendi inopes doctrinæ sinceræ, & solidæ, vt antea fuit dictum. Sed contrà: omnes erant eiusmodi, si demseris Dei populum diuina lege, & luce fruentem; sit ita: omnes eos reliquos comprehēdit Vates, & eos omnes vocat *egenos & pauperes,* & sitientes: quia omnes egebant aquâ sapientiæ salutaris.

Rursus oppugnas: tametsi omnes Gentiles carerent eâ doctrinâ, sed non omnes eam sitiebant, adeò nec quærebant: immò quamplurimi oblatam repudiarunt, & non pauci acerrimè impugnarunt.

223. Istius difficultatis & obscuritatis nebulas variè possumus dispellere. Primùm, si responderimus, quatenus omnes homines naturæ ductu, valde desiderant esse felices, ac beati, & absque verâ Dei notitiâ, & aquâ diuinæ sapientiæ eò peruenire non possunt, eatenus quærere, & expetere eam aquam, videlicet, vt aiunt, implicitè. Luc. 1. v. 53. *Esurientes impleuit bonis,* quomodo certi & graues Theologi sentiunt inesse homini appetitum naturalem ad videndum clarè Deum: de eo licèt speciatim & distinctè ne cogitare quidem possint naturali lumine. Itaque cùm exoptant, & conantur beatitudinem consequi, etsi errant plurimi, existimantur hic, istic, aut illic esse, in eo tamen quod eam consequi cupiunt, in eo à recto non deflectunt: quibus solet Augustin. ingerere: *Quærite quod quæritis.*

Hilar.

Hilarius cupit veram religionem scire.

Fontes gentilis non sanant.

Cupiditas desiderandi, est sitis.

Homo cupidissimus beatitudinis.

Sitis est inopia doctrinæ. Occupatio.

Occupatio altera.

Beatitudinis desiderium innatum.

Vide Hilar. in Psal. 60. v. 3.

Beatitudo sæpe quæritur vbi non est.

Vide Aug.

sed non vbi quaeritis. Quod bene concinit cum A versu praesenti: *Egeni & pauperes quaerunt aquas, & non sunt*, idest, quaerunt vbi non sunt: ideóque *lingua eorum siti aruit.* Nihil enim quantumuis cupide quaeratur, nisi vbi est, potest inueniri. & vbi est, non semper inuenitur, quia latet interdum quaerentem. Istis igitur quaerentes aquas, suo fraudantur desiderio, non quia eos lateat praesens & occulta aquarum vena, vt saepe accidit, sed quia quaerant vbi non sunt aquae, vbi nulla est vena.

Res quaesita latet saepe quaerentem.

224. Altera quoque possit esse ad quaesitum responsio. nempe egere aliquem scientiâ necessariâ ad salutem, & in nulla aliâ acquiescere, idipsum esse, eam appetere, & petere, sicuti cùm B arua prae humoris inopiâ exarescũt, squalléntque, dicuntur communi sermone pluuiam poscere: *La tierra clama por agua.* quae figurata locutio non est aliena a S. Scripturâ: Ose. 2. v. 21. *Exaudiam dicit Dominus, exaudiam coelos: & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum & oleum.* Quòd si coeli exaudiunt terram, terra postulat pluuiam; sed non aliter postulat, quàm egendo. quàm arescendo. Ad hunc sanè modum indigus quisque aquarum spiritualium, de quibus loquimur, dici potest eas poscere, & quaerere, & quia nõ inuenit, lingua eius prae siti exarescere. Aug ser. 30. de verbis Domini, exponens illud: *Miserere animae tuae, Mendicas*, inquit, *à te anima tua, redi ad cõscientiã* C *tuam. Quicumque malè viuis, quicumque infideliter viuis, redi ad conscientiam tuam, & ibi inuenis mẽdicantem animam tuam, ibi inuenis egentem, ibi pauperem, inuenis aerumnosam, inuenis fortè nec egentem, sed egestate obmutescentem.* Vide infrà capite 54. versiculo 6.

Arua petunt pluuiam, cùm arescunt.

Ose. 2. v. 21.

225. Tertiùm, dici queat, hoc loco, *Egenos & pauperes* qui *quaerunt aquas*, non esse vniuersè omnes infideles, sed speciatim eos, qui suam egestatem, & paupertatem agnoscerent, qui soç inscientiae bene essent conscij. Nam exstiterunt quamplurimi, qui cum essent hac in parte pauperrimi, & indigentissimi, se tamen diuites, ac locupletes existimabant, imò & iactabant: & D ita se aquis vernaculis credebant affluere, vt non modò ipsi possent *bibere aquam de cisternâ sua, & fluenta putei sui*, sed etiam deriuare *fontes* suos foras, & *in plateis aquas* suas diuidere.

Prou. 5. v. 15.

226. Ij sunt, quos notauimus paullo ante num. 515. de quibus Apostolus Rom. 1. v. 21. *Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Qui ita sapiunt, seu veriùs, qui ita desipiunt, qui cùm maximè sitiant, & egeant, se satiatos, & plenos somniant, cum valde caecutiant, se oculatissimos, & duces caecorum esse fingunt, ij E nunquam *quaerunt aquas*, quibus conuenit illa denunciatio Apocalypsis 3. v. 17. *Quia dicis, quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuae: & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.* Qui caecus est, nihil mirum si suam paupertatem, & nuditatem non videat: iccirco suadetur collyrio inungere oculos vt videat, quod interpretes ad considerationem & scientiam rerum diuina-

Arrogans sibi sapientiam.

Apoc. 3. v. 17

A rum transferunt; imò & in auro [illegible] to sapientiam & S. Gregorius [illegible] scnm.

227. Ergo *egens, & pauperes* apud Isaiam, qui *quaerunt aquas*, sunt qui extra Dei Eccle[illegible], verae beatitudinis viam, & notitiam inqu[illegible] in [illegible] ctis philosophorum, vel haeretic[illegible]um, & quia in tam turbidis fontibus, imò in tam coenosis, ac lutulentis lacunis eiusmodi limpidissimi latices inueniri nequeunt; icirco quaerentium, atque sitientium lingua exaruit.

Riuus Ecclesiae non est [illegible] vera sapientia.

Quos huius generis & conditionis vniuersos homines si quasi in vna imagine intueri cupiat aliquis, is legat attentiùs S. Augustini Confessiones, in quibus ipse noo minus piè quàm B graphicè ponit ante oculos lectoris suam (de qua nobis longa iam est oratio) egestatem, auiditatem, & sitim: suam item accuratam diligentiam in inquirendâ veritate apud philosophos, apud haereticos, apud catholicos: & quemadmodum nisi apud hos, nihil vsquam inuenerit, quo sitim sedaret. Simile est quod de se Hilarius suprà num. 518. retulit.

Augustini confessiones indices egestatis humanae.

228. His & consimilibus egenis, & pauperibus quaerentibus aquas, & non inuenientibus pollicetur hoc loco Dominus se eas affatim & abundè largiturum.

Aquae verae promittuntur sitienti, & quaerenti.

Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos] Qui enim, non vt i[illegible] C superbi philosophi sibi sapientiam, & magisterium arrogant, sed suam potius inopiam & ignorantiam ingenuè confessi, iam veritatis edoceri cupiont, & ad eam quaerendam, & inueniendam totis naturae viribus incumbunt, quis vnquam sibi in animum inducat, fore, vt horum desideria à Deo negligantur, & conatus destituantur, atque derelinquantur? Certè de tam liberalibus, ac beneficis Dei visceribus id ego vt existimem, à me ipse impetrare ooo possim. Quo fundamento nituntur illi autores, qui docent pro viribus naturae annitentibus Deum numquam denegaturum esse fidei, & gratiae suae lumen supernaturale: non quòd ille solius naturae conatus sit D dispositio idonea, & par diuinae gratiae recipiendae, sed quòd Dei prouidentiam, & benignitatem omnino deceat iis accurrere, qui ad Deum promerendum quàm maximè suis viribus possunt, sese praeparant, & accommodant.

Vide Eccl. c. 51. v. 32.

Admirentur [illegible] natura ad [illegible] Deus nõ deficiunt

Denique occultare nolo lectori meam coniecturam, aut suspicionem, non enim alio dignabor vocabulo id, quod subiiciam: scilicet; hoc, in quo haeremus, loco, *Egenos & pauperes quaerentes, & non inuenientes aquas*, cuiusmodi sint opus, vt eorum lingua non exarcat; esse Iudaeos: quorum sitim non explerent aquae i lae legis & Testamenti veteris, quippe *egena*, vt E non dubitat dicere Apostolus, *elementa*; sic enim ad Galatas c. 4. v. 9. scripsit: *Nunc autem, cùm cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo; quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis.* Appellat his vocibus legem veterem, quia in se noo continebat aquã diuinae gratiae, quae sola sedat, & explet sitim animae: oõ enim illae ceremoniae, illa sacrificia, illud etiam Circumcisionis sacramentum originali peccato delendo institutum ex opere, vt dicitur, operato conferebant gratiã, quod proprium est Sacramentorum nouae legis, vt quam significant iustitiam & gratiam, [illegible] efficiant.

Autoris coniectura.

Iudaei sitiunt, quia aquae veteris legis nõ satiabãt.

Sacramentum legis veteris non dabant gratiam.

Cùm

231. Cùm igitur illa omnia Mosaicæ legis essent A
vmbratilia & præformatiua, & quædam quasi
prælutiones, & velitationes, quibus rudis ille
populus, & nouitius exercceretur, & præpararetur ad pugnam: cùm esset quædam disciplina
isagogica, id est, introductoria, & manuductoria ad excellentiorem scientiam Euangelicam,
appellare licet, huius rudimenta, & prima elementa: quod fuit Pauli consiliú in epistola allegatâ, cùm doceť fuisse *infirma, & egena elementa*:
Elemētǎ *στοιχεῖα*, vel quia sint prima & inela-
232. borata principia, vt sunt corporú naturalium,
quæ dicimus elementa: vel quia vt characteres,
ac litteræ, à quibus noscendis, legendisque ducitur initium disciplinæ, & à quibus pueri ele- B
mentarij nominantur, qui hoc primo rudimento informantur. Vnde eleganter Apostolus
Elementa dixit, & non minùs propriè & venustè, *infirma & egena*: prius, quia neminem possent firmare, & stabilire gratiâ collatâ; posterius,
quia id quasi emendicarent à validioribus, &
perfectioribus mysteriis Euangelicis: quare
quod est Græcè *πτωχὰ*, & Latinè *egena*, rectè
Tertullianus connertit, *mendica*; quod equidem
si commiseris cum versu præsenti: *Egens, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israël non derelinquam eos. Aperiam in supinis collibus flumina, &c.* Si vtraque, inquam, inter se commiseris, suspicor fore, vt intelligas
nullum malum facinus fuisse admissum in coniecturâ præmissâ indicandâ, cui non parem C
adfauent ea, quæ ex Origene transtuli ad c. 40.
v. 15. Num. 218. & sequentibus, & quæ in Vate
hoc loco consequuntur, minimè resistunt, sed
assistunt.

Lex vetus mendicabat valorem donis.

Vers. 18. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fon-
233. tes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

TÆdet me quàm maximè earum commen- D
tationum, quæ in tam pulcrâ, ac luculentâ translatione de affluentiâ diuinorum munerum Euangelicorum, nobis supponunt riuulos illos è silice ictô scaturientes, quos vt huic
instituto importunos submouimus num. 10. &
ampliùs reiicere piget: ne cui in longiori reiectione frigere videar.

Porrò, hæc oratio, & prædictio tantam præ
se fert amplitudinem, & maiestatem; tam præ-
234. dites, ac locuples est verborum pulcherrimorum, vt de aliis taceam, vt ipsa per se, absque
monitore, Euangelicæ legis opes, diuitias, commoda, amœnitates, oblectationes & omnis generis abundantiam, & prosperitatem, legêtium E
oculis obtendat.

Et quidem, vt quod intelligo, planè dicam,
nollim curiosiùs & putidiùs inquiri, quid *flumina*, quid separatim *fontes* ferant: quid stagna,
quid *riui*, quid item *campi*, quid *colles*, quid *desertum*, quid *terra inuia* particulatim, ac minutatim adnotent: nam quicumque his enucleandis
& extricādis se astrinxerit, & adegerit, vereor
vt exitum solutum, & expeditum inueniat: imò
ausim obnunciare incursurum in aliqua quæ
offendisse nollet.

Particularum hæ metaphoricæ non sunt explicandæ.

A Ergo generatim & vniuersè admoneo ista 235.
de redundantiâ aquarum, & sequentia de varietate arborum debere accipi pro eâ, quam dixi, cælestium donorum, gratiarumque per Euangelium largitate in mundum supra omnem expectationem, nedum supra omne meritum, inuectâ, & importatâ. Ad quam nec opinatâ feli- Sap. 30. v. 25.
citatem indicandam existimo pertinere; *Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes*, nam vetum ingenium postulat
contraria: fontes enim plerumque in collibus,
ac montibus erumpunt: & è contra flumina in
planitie camporum, aut in conuallibus decurrunt. E fontibus quippe flumina manant aliarum aquarum accessione crescentia: vnde ori-
B go debet esse altior fontium quam alueus fluminum, quomodo accipiendum est quod Prou.
8. v. 28. dicitur: *librabat fontes aquarum*; id est, è
loco superiori iubebat erumpere, quàm esset is
locus, quà volebat decurrere, & illud Psal. 103.
v. 10. *Qui emittis fontes in conuallibus: in medio montium pertransibunt aquæ.* Chald. *Qui emittis fontes in fluuios, qui inter medios montes fluant.* Et
quidem scitum est, notiora & nobiliora Europæ flumina è montibus trahere originem: sed
in plano, aut cauo loco fluere: idem opinari fas
est de aliis.

Fontes in montibus & flumina in plano aut in vallib.

Flumina nobiliora Europæ à montibus oriuntur.

Quòd si malimus non curare hoc loco, hanc 236.
fontium, & fluuiorum distinctionem, sed pro
vnis eisdémque capere, eo casu colles & campi
C sumentur pro omni locorum differentiâ, quod
placuit Sanctio; vel erit argumentum à maiori:
Aperiam in supinis collibus flumina, quod est multò difficilius, & insolentius, quàm in medio
camporum. Itaque vbi antea neque visebantur,
neque exspectabantur flumina, ibi perficiam, vt
abundent: non modò vbi priùs reperiebantur;
nempe *in medio camporum*.

Qua in expositione, *colles supini* possent capi 237.
pro gentilismo, qui antea erat prorsus destitutus eiusmodi fluminibus & fontibus diuinorum munerum: & *campi plani* pro Iudaismo,
qui aliquibus licèt riuis vteretur, non tamen
ita copiosis & redundantibus: itaque quoad af-
D fluentiam Euangelicam participandam, eodem
loco, & ordine fore gentiles, & Iudæos, Colles
supinos cum campis æqualibus esse coæquandos hac metaphoricâ oratione prædicitur. Quā
coæquationem & parilitatem Iudæi antequam
accidisset, nūnquam cogitarant, & posteaquam
accidit, ægrè admodum tulerunt. Reuertere, si
lubet, ad cap. 19. Num. 152. Sed, vt hoc ipso in
genere, aliquid amplius demus Israeli, ne queri
possit, & expostulare apud Dominum, sibi, qui Matth. 20. v. 12.
portauit pondus diei & æstus, pares esse factos
nouissimos, qui vna hora fecerunt, dicamus Iudæos
gentilibus in eo esse superiores, quòd aquarum
communium fontes in Iudæa eruperint, putei
E hi saluberrimi apud Israelem fuerint effossi,
indéque processerint fluuij, qui gentilium
colles arduos, & siluas vastas irrigarunt: ita vt
Synagogæ liceat aptare illud, quod aliò vergit
in Prouer. 5. v. 15. *Bibe aquam de cisternâ tuâ, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis tuis aquas diuide*, quod alienum omnino
videri non debet, cùm multi de doctrina interpretentur.

Colles pro gentilibus populis.

Gentiles & Iudæi ex æquo tractandi.

Iudæi præstant Gentilibus.

Putei, si minus, illi, fontésque quos tantâ Genes. 21. v. 25. 26. v. 15. 20.
olim curâ Patriarchæ fodiebant, de quibúsque
tot iurgia inter ipsos & gētiles orta sunt, vtro-

rum

tum potestati, ac vsui esse deberent, typi quidam exstiterunt, & imagines, in quibus præuideretur, Iudæos hausturos esse Gentilibus aquam Sapientiæ salutaris, & vix eis, ob eam gratiam, habituros gratiam; sed aliunde sibi fuisse prouisum gloriaturos: cùm è contra Israel ab vsu, haustúque similium purissimorum puteorum gentilem tanquam illotis labris profanum arceret. Quod iurgium, dissidiúmque cõponere fuit aggressus Paulus in iis litteris, quas ad Romanos dedit. Reuide cap. 19. num. 150. Vbi ex aliquâ parte vtrumque populum exæquamus, & aliqua ex parte iudaicum præponimus, scilicet, ex hac, *quia ex Sion exibit Lex, & Verbum Domini de Ierusalem*, sup. c. 2. v. 3. & Psal. 67. v. 27. *In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel*, quod in istam sententiã exposuerunt Tertul. l. 3. contra Marcio. c. 12. Hieron. in Exech. 47. v. 1. Hilar. Euthym. & alij illic: & nos eum illum Psalmum publicè interpretaremur.

Putei à Patriarchis effossi typi sunt.

239. At ne Israel sese iactet insolentiùs aduersùs Ecclesiam è gentilibus coactam, obseruo, *in medio camporum fontes*, esse planè Iudæos ad Euangelium aggregatos, quos fontes distincto nomine, & proprio πηγὰς septuaginta Interpretes reddunt, eos fontes damus esse primos, è Iudaismo ad fidem Christi traductos, qui cum gentibus Euangelium communicarunt: sed similiter, vt consequenter asserimus, *flumina in collibus supinis*, esse Ecclesias è Gentilibus coalescentes: ac proinde, vt fontes sunt riui angustiores, quàm fluuij, sic prædici, fore vt ampliùs multo, & longiùs, & vberiùs Euãgelica fides excurreret, flueret, atq; adeò floreret, & progerminaret apud Gentiles, quàm apud Iudæos. Qua de vbertate, ac fructu in versu postero.

Iudæus non se iactet contra Gentiles.

Fides florentior & vberior apud Gẽtes quàm apud Iudæos.

Vers. 19 Dabo in solitudinem cedrum, & spinam & myrthum, & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul.

240. VNicus est Sanctius noster ex iis, quos legerim, qui sentit, spondeti ab Isaia, summam arborum istarum abundentiam vertendam in solitudinem; sicque debere intelligi: *Dabo in solitudinem cedrum*, i. dest, nemus his arboribus consitum vastabo, in desertum conuertam: neque tamen id propriè, sed metaphoricè, & quasi adagialiter dici, summæ prosperitati successuram maximam miseriam, non in Republicâ Hebræa, sed in aliis populis hostilibus. Sanè Sanctius, vt quàm parcè dicam, multa sumit, quæ difficulter probet.

Alij omnes scriptores consentiunt contrà: neq; obstat casus accusandi, *in solitudinem, dabo in solitudinẽ cedrum*, Nam Hebræa præpositio ב ba, ad vtrumque casum est anceps, & ita inferne est in altero casu, *Ponam in deserto abietem*: & Latini illo etiam priori casu vtuntur, nam d re se in viam, in sermonem, & alia id genus efferunt.

Foretius quoque singularis est istic seriò confirmans, hæc accipi propriè debere, eò quòd omnes hæ arbores creuerint in deserto, ex abundantia aquarum, quas Deus populo suo diuinitus concessit. Sed quia Foretius id ipsum supra v. 17. obtrusit, & illic refellitur, hic prætereo.

241. Quare cùm in præsentiâ hæc arborum non vastandarum, sed a Deo procreandarum copia per metaphoram promittatur, videndum, quid sub ea imagine lateat.

Admonui dudum, nu. 235. non sigillatim esse & putide inuestigandum, quid vnaquæque plantarum nobis afferat, sed generatim debere concipi, felicissimam, ac iucundissimam quandam rerum spiritualium copiam, & fertilitatem. Nam ceu fontium, & fluminum abundantia parit istarum & similium arborum vbertatem, & amœnitatem: ita doctrinæ Euangelicæ affluentia, Spiritu Sancto de cœlo misso, & cum eo omni scientiarum, linguarúmque genere immisso, & infuso, natæ sunt virtutes omnes & effloruerunt, non ad breue tẽpus, sed perpetuù vernantes, non humiles & exiguæ, sed ramis patulæ, & proceræ, quæque in hoc vitæ mortalis deserto, iter facientibus, non modò ad exhilarandus oculos viriditatem, sed etiam præ Solis ardore, æstuantibus gratissimam vmbram efficerent.

Metaphorica locutio non minutim scrutanda.

Euangelica doctrina vbertas.

242. Hoc ego sanè, quo attentiùs in hoc spirituale nemus à Christo Domino consitum aciem intendo, videre mihi videor. Omnes enim ferè arbores istæ numquam folia ponunt, semper virent, vernantque, pleræque ligno sunt incorruptibili, odorato, procero, quæ omnes dotes mirificè Christianarum virtutum excellentiam, & pretium exprimunt, atque commendant.

In eo verò, quod per *solitudinem*, in qua solet esse gratior vmbra viatoribus in æstu, vitam hanc & præsens sæculum exhibeo, si minus fortasse alicui gratificer, ei licebit cum magnis, multisque personis, in istâ metaphoricâ *solitudine* gentilitatem agnoscere. quæ antè Saluatoris accessum, vasta fuit, horrida, & tam nobilium plantarum sterilis. Ego certè eo consilio in alteram interpretationem inclinabam, vt ab hac faustissima promissione, ne Synagogam quidem, ad Euangelium sese applicantem & apricantem excluderem, & Ecclesiæ Christianæ prærogatiuam, copiosiurésque quàm veteris Ecclesiæ diuitias, quod S. Scripturæ interpreti vbicumque maximæ curæ esse debet ostenderem.

Vmbra gratior in solitudine & æstu.

241. Et quamuis in hoc expositionis genere parui referat diligens horum nominum examinatio, & cum Hebræis collatio: tamen, quia nec id negligendum quibusdam est visum, de eo aliquid adnotabo. LXX. Interpretes arbores tantùm quinque numerant, cùm in Latino & Hebræo sint septem: & in iis quinque *Cyparissum* ponunt, ex quo elucet eos ad scopum metaphoræ potius fuisse intentos, quàm ad numerum, & species arborum.

Primo loco in omni translatione est *Cedrus*, de quâ apud Isaiam aliàs fit commemoratio, & hactenus translatitia, ac metaphorica, alibi infaustè, alibi fauste, vt hic. Vide c. 2. v. 13. c. 9. v. 10. vbi de eius naturâ quod satis sit. 244 Secundo loco recensetur *Spina*, de qua audiendus est Hieronimus hic, & Ioelis 3. v. 18. ad illud: *irrigabit torrentem spinarum*. à quo Doctore discimus *spinam* hoc loco, non esse quod apud Latinos vulgò sonat, nempe veprem, sen-

Cedrus.

Spina.

tem

tem, aut aculeum multis plantis communem, sed esse arborem iustam, adeò ea illa, Authore Hieronymo in Ioelem. c.3. v. 18. *Latissima esbul ita cedantur.* & hic: *vnde omnia ligna arcæ & tabernaculi facta sunt instrumenta, quæ apellantur Setim.* sed rogas, hoc cùm ita sit, cur Hieronymus siue quis alius Latinè conuertit, *spinam?* cùm tantùm vna planta ab aliâ distet? Admonet hic Hieronymus, spinæ albæ esse similem, & in Ioelem, præcise quoad colorem, & folia, non verò quoad magnitudinem. Spina autem alba apud Dioscor. lib. 3. c. 12. bicubitalis est altitudinis. Ob eam similitudinem, & quòd apud Latinos arbor ignota careret nomine, à vulgato interprete alicubi *spina* reponitur, plerumq. nomen originale linquitur, *sitim*, numero plurali, *ligna setim*: sic passim in Exodo. Plin. lib.24.c. 13. *Est sine dubio hoc nomine spina siluestris in Oriente, vt diximus, candida, magnitudine arboris iusta* a quibus arboribus est veri valdè simile, locum in Moabitico tractu nomen traxisse, de quo Num. 25. v.1. *Morabatur autem eo tempore Israel in Setim.* Tres dotes

Setim. istius arboris memorat Hieronymus: imputribilitatem, pulchritudinem, leuitatem. Quas dotes virtutibus facile sit adaptare. LXX. Exod. 30. v.1. vbi Vulgatus *de lignis setim*, illi, *de lignis imputribilibus.*

245. Myrtus. Succedit *myrtus*, planta notior, & vbique ferè prouenìens, & alicubi proceræ staturæ, vt arbor sit iusta: quam mihi magna proceritate videre licuit in vrbe Valentia, & in Insula Baleari. viret quouis anni tempore, vnde ex ea coronæ Romanorum ouantium, cui successit

Plin. laurus, vt est Author Plin.lib.15.c. 29. quo loco & aliis, multus est in describendâ, distinguendâ in species, commendandâ ad vsus medicos, cùm ex eâ vnâ fiat oleū & vinum: istud molle, hoc austerum: neque enim alius ingenij potest esse vinum myrtinum, quod myrtidanum appellari docet Plin. lib.14. c.16. quod ad mores traducere non fuerit operosum, *De ligno oliuæ*, seu *olei*, vt in Hebræo, nihil attinet hoc loci dicere, cum toties commendetur alibi. Cumque oleum è multarum arborum baccis exprimatur, censuerunt aliqui latiùs patere, quàm oliuam: Forerius reddidit, *arborem pinguedinis*, nam שמן *semen*, est oleum & vnguentum, quia maxima ex parte vnguentum constat ex oleo.

246 Reliquæ plantæ notiores sunt, quàm vt sit operæ, de eis dicere; etsi quidam non easdem agnoscunt, sed alias supponunt, causati, obscuram esse istius modi cognitionem apud Hebræos, nempe quam quodque nomen arborem distinctè significet: sed in hac obscuritate quis non videat præferendam esse lucem, facémque quam nobis editio ab Ecclesiâ probata exhibet? ad quam rationem vellem animum aduerterent, qui ob dictum Vulgatam facilè valere sinunt.

Vers. 20 Vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud.

247 APertè aponitur finis, quē Deus sibi proposuit, in patrādis facinoribus superioribus. Cúmque quatuor verba cōiungat Spiritus Sanctus, aut eiusdem notæ, aut alterius supra alteram expressioris, & vehementioris, planè colligitur, valdè Deum laborare, vt hæc notitia hominibus altè defigatur. Vt apud Latinum, sic apud Græcum & Hebræum sunt quatuor diuersa vocabula non modò litteris, & characteribus, sed etiam, vt par est coniicere, vi & sensu. *Deus laborat, vt homo probè discat necessaria.* Nam primum, *videre*, ad notitiam sensibus haustam referri potest: vnde petitur principium in cognoscendo, non solùm quoad res naturales, sed etiam quoad supranaturales: nam *fides ex auditu*, Rom.10.v.17.& 1.Ioan.c.1. v.1. ait: *quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.* *Videre, quid.* *Audiens ergo scientia.*

Alterum verbum, *& sciant* ad interiorem mentis comprehensionem, seu, vt dialectici loquuntur, apprehensionem, & conceptionem commodè possumus ascribere: nam vbi res diuinæ & cælestes per sensus, quasi per ianuas, aditum facilem & expeditum habentes ad mētis cubile penetrant, ibi cognoscuntur, tantispérque subsidunt, dum deliberatur, an suscipiendæ, & complectendæ sint. Quam deliberationem, & consultationem verbo tertio notari videtur, *& recogitent*: Græcè, ínnon, quod est, *secum reputare.* Hebr. שום *sum*, propriè, *ponere*: sed intellige, *cor apponere*, id est, attentè rem pendere, ex qua perattenta consideratione, & maturâ deliberatione, Deo cū primis rem dirigente, & mentem illustrante, ac roborante, demum consequatur; vt *& intelligant pariter*: nempe, vt proposita Dei sacramenta, mysteria, charismata, dona gratiarum, sciētiarum, virtutum genera, quæ sub illis fluminum & arborum formis & imaginibus occultari docuimus, non aliunde quàm à Deo potuisse procedere, certissimè intelligant, & fide indubia sibi persuadeant. 248. *Scire, quid.* *Audiens vero fides primò, deliberat an credenda.* *Recogitare.*

249 Quæ distributio & discretio verborum, si cui minùs solida videbitur, vel aliam licebit firmiorem exquirere, vel hoc loco, vt aliis non paucis, expolitionem, & amplificationem sermonis admittere: quæ fuit Ariæ sententia; & tunc, omnes illæ cognitiones poterunt intelligi internæ, & lumine diuino expressæ. Tametsi particula *pariter*, quæ legitur etiam Græcè, & Hebraicè, indicat cognitiones aliquo modo distingui: nisi enim reuocetur istuc, non assequor, quo reuocari debeat: itaque saltem postremum verbum diuersum fuerit à superioribus, vt possit constare vis aduerbij *pariter*: *& intelligant pariter*; hoc est, non modò sciant, aut recogitent, sed etiam *intelligant, quia manus Domini fecit hoc.* Mariana exposuit, *vt omnes intelligant.*

De admirabili & minimè exspectata conuersione rerum in melius, Euangelij interuentu, egit iam alibi Isaias, & nos quoque per eam occasionem, ad c.2.v.4. *conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces*, & c.11.v.6. *habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit.* & c.35. v.1. *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium*, qui postremus locus conterminus est præsenti, & significatione contiguus: atque adeò illum requirito, vt videas, neque alios ommittito.

***

Vers.

Vers. 21 Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus; afferte, si quid forte habetis, dixit rex Iacob.

251 REdit ad illud, quod initio capitis instituerat, vt idolis deditos lacessat, & in iudicium trahat: vt ibi decidatur, quis sit non verbo tantùm, sed re ipsa Deus. Principio edixerat, *Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.* Deus autem priori loco, quod oportuit, causam dixit, defenditque non rationibus è medio sumtis, aut solùm probabilibus, ritu rhetorum, sed argumentis multis, magnisque & ineluctabilibus: videlicet, sis propositis & productis effectibus, qui nisi à Deo vero proficisci non possent: vt ex retrodictis appatet.

Dei veri religio fortiter asseritur.

252 Iam num aduersarium inuitat, & exstimulat, vt ad se tuendum accedat, & caussam suam pro viribus agat. *Prope facite iudicium vestrum*, Hebr. קָרְבוּ *Charebù*, facite, vt appropinquet, admouete litem vestram, seu causam vestram. Accedite iam ad caussam tuendam.

Afferte, si quid forte habetis.] Vbi *forte* non est aduerbium, sed nomen & in Hebræo plurale: *fortia, afferte*, inquit, *fortia vestra*, sic ad verbum: & ita Symmachus, & ferè ita Theodotio & Aquilas apud Procopiũ, id est, fortia & robusta quæque argumenta, neruos caussæ vestræ contendite, & exhibete: ne possitis deinde caussari, iccirco caussâ cecidisse, quòd in eâ tuitandâ non licuerit vobis omnem contentionem adhibere.

253 *Dixit rex Iacob.*] Nouus videri possit titulus, nam Deus Iacob vel separatim, vel coniunctè nihil haberet insueti, solus Atias obseruat, dici ita; eò quòd Deus olim Iacobum ex humili conditione ad altum gradum extulerit. Ego quidem opinabar, idem esse quod paulo antè, *sanctus Israel*: nam *Israel*, & *Iacob*; quæ sunt vnius & eiusdem hominis nomina, promiscuè poni consueuerunt: solet autem stylus S. Scripturæ gaudere variandis nominibus eiusdem significatu: itaq; Iacob pro tota posteritate sumitur; & rex Iacob, idem est, atque rex Israel, quo se cognomine donat infra c.44. v.6. *Hæc dicit Dominus rex Israel.* Vocat autem se isto modo, propterea quòd à solo Israele, seu Iacob tum coleretur, & Deus vicissim illi populo peculiariter prouideret, & præstò adesset. Adi sup. c.1. v.4. num.74.

Rex Iacob, cur Deus dicatur.

Israël, & Iacob promiscuè sumuntur.

Nomina eiusdem significatiouis variat S. Scriptura.

Vers. 22 Accedant & nuncient nobis quæcumque ventura sunt: priora quæ fuerunt nunciate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis.

254 PRo certissimo habendum, exigi hoc loco certam aliquam notam, quâ comprobetur alicubi inesse diuinitas. Et quidem ex iis notis vnam esse, prædictionem futurorum, eorum, inquam, quæ creatam intelligentiam effugiunt, si prædictioni respondeat euentus, nemo dubitat: ac proinde probè exagitatur futilitas falsorum Deorum primis verbis: *Accedant, & nuntient vobis quæcumque ventura sunt*, nam cùm in venturis sint multa, quæ pendent è libero hominis arbitrio, quod in vtram sit partem inclinaturum solius Dei est p[...] gnoscere: ex vera similium præd[...] consequitur natura veri Numinis. L[...] 3. de Religio. c. 11. *Si autem diuinus non sit [...] Deus quidem sit, vnde ipsa diuinitas nomen [...] ab homine humanitas.* Vide quàm sit De[...] p[...]prium apud Lactantium, diuinare.

Futurorum liberorum prædictio est solius Dei.

255 Adeò est enim ardua, difficilis, & recondita hæc præcognitio, vt non parum Theologorum proceres & heroes laborent in expl[...] da ratione, qua multò antè quàm voluntas libera è multis propositis vnum delegerit, præuideat Deus infallibiliter eam id fuisse liberè delecturam. Qua in disputatione tot hinc inde occurrunt difficultatum aculei, spinæque, vt quàm multi non modò compuncti, sed etiam lacerati, atque cruentati à pugnâ discedant; cùm aut de præscientiæ diuinæ di[...]te, & infallibilitate minus dignè philosophantur: aut de humani arbitrij libertate sibi ipsis iniuriosi minus commodè, & verè iudicant: vt cum illis quàm felicissimè agatur, qui absque partium vtrarumque læsione & ipsi illæsi rem composuerint, litémque diremerint. Sed q[...]quomodo Deus hæc futura libera præsc[...] at [...] quo modo præsciendi est inter Catholicos controuersia, exploratissimum certè est ea præscire, & saluo ac integro libero arbitrio, ad quod nobis quoque certissimum erat, non esse opus, illud a Deo priùs aliqua physica impressione quasi retineri, ac illigari, ne à diuino decreto, vt æterno statuto possit resilire: nam reuera qui autores ita hominis arbitrium adigunt, & eos ei fines præstituunt, quos transire nequeat, non intelligo, qua ratione de illius libertate non deminuant. Sed de hoc hactenus, cùm id satis sit ad institutum.

Futura libera quomodo [...] prouideat, explicatu difficile.

Quidam in ea disputatione offendunt.

256 Ergo cùm solus Deus omnia futura præuideat, solius Dei erit quæcumque libuerit, verè prædicere. Vnde qui nihil eiusmodi potuerit prænuntiare, eum Deum non esse certissimè apparebit. Itaque argumentatio est conditione hac temperanda: Si Deos vestros, ô cultores idolorum, ostenderitis aliqua eiusmodi futura vere, ac legitimè prædixisse, eos vera esse Numina fatebimur; quia notam certam diuinitatis commonstrauerìtis: at cùm nihil tale vsquam appareat, ex hoc capite eis nulla fides, nulla accedet authoritas. Hæc disputandi, & argumentandi ratio cùm bellè, & constanter procedat, illa subsequens non videtur in acie consistere; nimirum: *Priora, quæ fuerunt, nuntiate* quis enim fuerit tam hebes, qui non assequatur quantum intersit inter renuntiationem rerum præteritarum, & prænuntiationem futurarum?

Paraphrasis.

Præterita scire non est difficile multis [...] intelligentia creata.

257 Futuræ namque res, quoniam per se neque exsistunt, neque vllo temporis spatio exstiterunt, sed in suis duntaxat causis, iisque liberis iacent, quarum causarum inclinatio, ac definitio est lubrica, & anceps, in hanc, aut illam partem omnino mobilis, & ab innato indifferentiæ fonte flexibilis, propterea nisi à mente luminis, & perspicacitatis infinitæ præuideri certò non possunt: at quæ iam euenerunt res, cùm sint extra sinum suarum causarum, quæ sese antè sponte ac liberè ad eas proferendas inclinarunt, nulla est ferè difficultas in iis cognoscendis, si adsint, aut si præcesserint, annuntiandis.

[...] futura libera cur difficulter nosc[...]

Hanc

258. Hanc dubitationem vno, aut altero modo subm[illegible] possumus. Primus modus est veterum [illegible] m: exigi hoc loco ab idolis vt annuntient mundi principium, & quæ consecutura sint eiusdem finem. nam vtraque sunt coniuncta apud Vatem: *Priora quæ fuerunt nunciate & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt, indicate nobis.* Audiamus testem antiquissimum pro testimonio dicentem, Origenem, inquam, in lib. 4. Periarchon, seu de Principiis, ad fin. capit. 2.

Origen. *Sed & Isaias sciens rerum initia a natura mortali inueniri non posse, sed ne ab iis quidem naturis, quæ quamuis diuiniores sint, quam humana est: factæ tamen ipsæ, vel creatæ; sciens ergo quòd neque ab vlla earum, neque initium, neque finis inueniri potest, ait: Priora quæ fuerunt, dicite, & sciemus, quia dij estis: vel nouissima quæ sunt, annuntiate, & tunc videbimus, quia Dij estis. Nam & Hebræus doctor ita tradebat: pro eo, quod initium omnium, vel finis non possit ab vllo comprehendi, nisi tantummodo à Domino Iesu Christo, & à Spiritu sancto aiebat per figuram visionis Isaiam dixisse duos Seraphim solos, qui duabus quidem alis operiunt faciem Dei, duabus verò pedes, & duabus volant, clamantes ad inuicem sibi, & dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est vniuersa terra gloriâ tuâ. Quòd verò sola vtrasque alas habent in faciem Dei, & sub pedibus eius, audendum est pronuntiare, quòd neque exercitus sanctorum Angelorum, neque sedes sanctæ, neque dominationes, neque principatus, neque potestates scire possunt integre initium omnium, & fines vniuersitatis. Sed intelligendum est, Sanctos istos, qui annumerantur Spiritus, & virtutes proximas quidem esse ipsis initiis, & attingere tantum, quantum contingere non valent reliqui: verumtamen quantumcumque fuerit illud, quod reuelante filio & spiritu sancto, didicerunt istæ virtutes, & multo plura priores inferioribus, omnia tamen comprehendere impossibile est eis; quia scriptum est: quam plurima ex operibus Dei in secretis sunt.*

259. Origenes obscurus. Hucvsque Origenes & obscurè locutus; neque enim aperit, quid per initia rerum animo suo cogitarit; nam si prima mundi corpora condita, vel primas spirituales substantias creatas intelligat, ea non latent Angelos: sin per initia rerum & principia concipiat; ideas & formas intelligibiles in mente diuina, quæ fuerunt rerum creatarum exemplaria, quod est Origenis ingenio, & disciplinæ consentaneum, non aptè sub finem huius sermonis docet, *non posse sciri initium omnium, & fines vniuersitatis*; cùm fines vniuersitatis debeat necessariò dicere, ea quæ in fine mundi euentura sunt: atque adeò malè hæc coagmentantur; cum *initio omnium*, si hoc initium nihil sint aliud quam exemplaria mentis diuinæ, ac proinde, cùm finis sit creatura, & principium sit ipsemet Deus: vnde neque huc referri possit illa faciei, pedúmque obuelatio apud Isaiam.

260. Sed quia Origenes vtitur his vocibus, *integrè scire*, & inscitiùs, *omnia comprehendere*, fortassis alicui videbitur loqui de creaturis quidem, sed tradere earum omnium cognitionem perfectam, profectamque ex caussis omnibus ad liquidum comprehensis vt mos est loqui Philosophis & Theologis nulli creatæ intelligentiæ competere, cùm inter alia creaturarum principia, exhaurienda sufficit [illegible] omnipotentia Dei infinita. Sed me[illegible] non pullum adducere, vt sentiam Origenem ita subtiliter differere, neque id esset ad rem: cum certum sit hoc loco Isaiam, quem locum exponit Origenes, non postulare ab idolis eam rerum præteritarum exactissimam, & absolutissimam comprehensionem.

261. Quocirca, misso Adamantio, ad Hieronymum accedo, qui epist. 142. tractans visionem eamdem Isaiæ capit. 6. ferè docet idem, sed paulo disertiùs ad hunc tenorem: Hieron. *Velabant faciem non suam, sed Dei. quis enim potest scire principium, qui antequam istum conderet mundum, interim fuerit in æternitate, quando thronos, dominationes, potestates angelos, totúmque ministerium cæleste condiderit & duabus velabant pedes non suos, sed Dei. extrema quippe eius scire quis potest? quid post consummationem seculi sit futurum, quid postquam genus humanum fuerit iudicatum, & quæ sequatur vita? an rursus alia sit futura terra? & post transitionem alia rursum elementa vel alius mundus, sólique condendus sit? Priora annuntiate mihi, & nouissima quæ futura sunt, & dicam quia Dij estis, ait Esaias, significans, neminem posse, quid ante mundum fuerit, & quid post mundum futurum sit, enarrare.*

262. Cyrillus. Sed apertiùs adhuc Cyrillus id profitetur: *Diuinæ & ineffabilis gloriæ est omnia scire, nihil ignorare, neque præteritorum, neque instantium, neque futurorum. Etenim per sapientissimum Moysen, ea, quæ erant ante fabricationem huius mundi, & quæ principio erant, clarum reddidit terræ incolis, dicens: In principio creauit Deus cælum, & vniuersi mundi fabricam diligentissimè persequitur.*

263. Ergo, si non displicet, ex Hieronymo Origenem, & ex Cyrillo interpretemur Hieronymum, etsi vna trium horum opinio, Isaiam exposcere, vt Dij gentium nobis exponant originem, natalésque mundi huius aspectabilis, quod Deus, noster accuratè præstitit per Moysen in libro Geneseos: simúlque prænuntient eiusdem mundi quasi obitum, & futuri seculi statum. Et quoad priorem partem de primâ institutione Vniuersi, hæc eadem veterum impressa vestigia premunt ex iunioribus Dionysius, Arias, Osorius, & Mariana noster.

264. Non satis facimus. Quibus in vestigiis quominus ipse pedem figendum existimem, illud detinet: quod hæc præteritorum notitia licèt humani ingenij & memoriæ vires superet, non tamen Angeli: ac proinde posset dæmon *priora quæ fuerunt*, hoc modo accepta, *nuntiare*. neque tamen idcirco sibi diuinitatem inesse conuinceret. Quare aliter accipi oportet, vt solius veri Dei argumentum induhitum agnoscamus.

265. Autoris sententia. Ego certè sic accipiendum hoc signum rebar pro eo ac in præsens sese dabat ratiocinandi facultas. Veniebat mihi in mentem prius hoc membrum, 1. *Priora quæ fuerunt nuntiate*, non capiendum solitariè, sed simul cum sequenti; nempe: *& sciemus nouissima eorum: & quæ ventura sunt indicate nobis.* Quod vtrumque iunctim in absoluto est, à nemine, Deo excepto, posse nuntiari. Itaq; *priora quæ fuerunt*, nō absolutè, sed respectiuè ponūtur, hoc est, prout respiciūt, & referūtur ad *nouissima*, seu, vt in Heb. est, Priora referuntur ad posteriora.

ra quæ fuerunt, nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum: id est, ostendite quid præcesserit in fabricatione idolorum, ex qua nimirum materia sint facta, & inde quo desitura sint intelligemus, cùm dissolui sit necesse ea, quæ ex materia corruptibili fuerint composita. Sed ne autor quidem ipse sibi arridebat in hac expositione, propter id, quod in præsenti versiculo adest: *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum*. At opus non fuit huc descendere; in illo enim antecedenti versu, statim postea: *Et sciemus nouissima eorum*; additur, *& quæ ventura sunt indicate nobis*. quare futurorum diuinatio certissimè ab iis diis exigitur. Deinde, *Nouissima eorum*, docui non posse intelligi *nouissima deorum*, cùm Hebr. fœminineo genere sit, *eorum*, vide num. 266.

273. Tertiò, leue esset argumentum ad redarguendam Deorum gentilitium diuinitatem: non enim Gentiles, nisi admodum hebetes, putabant ipsa simulacra esse Deos: sed in illis imaginibus Numina repræsentata se colere affirmabant, etsi falsò & superstitiosè, cùm eos ipsos, verbi gratiâ, Iouem, Martem, Mercurium, & alios huiusce fæcis homines constaret non solùm expertes esse diuinæ naturæ, sed iis flagitiis & vitiis fuisse implicitos, quæ plurimùm repugnarent humanæ. August. supra. Vnde non præcise propterea quòd simulacra adorarent, fuerunt coarguendi pagani: nam & nos ritè, & sanctè Dei imaginem colimus, sed quia quos idola referebant, totius diuinitatis essent exortes. quare argumentum petitum à fragilitate materiæ simulacrorum nisi apud tardiores, qui iis ipsis numen attribuerent, neruosum esse non poterat. Ad quos rudiores homines indoctioresque dedocendos, alicubi S. Scriptura inuehitur in ipsamet simulacra & idola, eorúmque cùm materiam, & formam, tum ornatum illudit, præsertim cap. vltimo Baruch.

Vide Aug. pl. 9 c. 7.

274. At hìc, cum diuinitatis caussa in iudicio & contentione tractetur, & Deus cultores assertorésque Deorum sit cohortatus, vt robustiora quæque firmamenta in suâ defensione proferrent, & cum Gentilium sapientissimis lis fuerit instituta, locus non erat leuioribus rationibus, & quæ non difficiliter possent eludi. Quamobrem cùm Gentiles gloriarentur quàm maximè, iactarentque suorum deorum Oracula, déque rebus futuris certissima vaticinia, idq; apud eos esset ad asserendam diuinitatem fortissimũ indicium, & argumentum: haud importunum videri debet, si semel, iterum & tertium vrgeatur aliquod eiusmodi oraculum in medium afferre, quod cum euentu congruerit, & nisi à Deo edi non potuerit.

275. *Oraculorum falsitas longè manauit.* Quàm verò longè, latéque manarit hic pestilentissimus error, ac dæmonum ludibrium è vaticinatione procedens, quámque multos nõ solùm ex infima & imperitâ multitudine, sed etiam è primoribus, & doctioribus in fraudem, ac perniciem impulerit, apertè commõstrãt historiæ priscæ, & tot ac tam varia oracula summoperè & fama vbique celeberrima, & hominum concursu frequentata, adeò, vt cũ Saluatore aduenient obmutuerint, nónulli Philosophi Gẽtiles, & tãti mysterij ignari libros cõscripserint de caussis, ob quas oracula siluerint: & nostræ religionis assertores id in miraculis Christi, & argumentis veræ fidei meritò numerauerint.

Plutarchus.

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

Oraculum nullum aut vt paucum earum, quod non fuerit aut falsum, aut ambiguum: nulla certa fides.

At in tanta oraculorum diuersitate, & in tanta ac tam multiplici responsorum multitudine, nullum omnino prodiium, quod successu rerum ita fuerit confirmatum, vt non hominum impostura, aut dæmonũ astu id euenire posset. Vnde dæmones, vt suæ fidei cauerent, verbis ambiguis, & in vtramque partem æque flexibilibus, responsa quærenti reddere sunt soliti: vt vtrum accidisset, id se prænuntiasse possent impunè mentiri. Qua de re cùm veterum multi multa, sed præcipuè Eusebius Cæsariensis.

276. *Euseb.* Is enim lib. 4. Præparat. Euangelicæ c. 1. hæc litteris tradidit: *Ex illis autem responsis, quæ ambitione dicta non sunt, sed quadam futurorum coniectura prolata, multa, imò verò penè omnia falsa commenta sunt. Vnde, si quod etiam euentu verum comprobatum fuerit, casu potius, quàm ratione accidisse credendum est. Quæ quamuis paucissima sunt, feruntur tamen in primis, & lapidibus insculpta permanẽt. Quæ autem falsa fuerunt, penè innumerabilia, eorum nullus meminit; neque illud animo voluit, bellorum ac seditionum caussam fuisse plerumque hæc responsa Deorum. nec etiam eo tempore, quando Græcia florebat, & dæmonum superstitio in eâ vigebat, clarum quid, & vtile facinus prædictione Deorum factum vnquam fuisse. In calamitatibus enim bellorum nihil prouidentes dereliquerunt eos, quos in summa bellorum pericula suis responsis impulerant, quod loco suo planius faciemus, probabimúsque multos ab illis in bella inuectos, nec vtiliter vnquam responsum, sed ambiguitate, qua ignorantiam suam tegebant, delusos, deceptósque fuisse querentes. Multa etiam ipse ab historiis colligere potes, quibus sæpenumero salutem & vitam ægrotantibus promittentes, & quasi dij crediti ac diuina prædictionis magnâ exactâ mercede, euẽtu, ac morte languentiũ patefacti sunt, malefici quidã, non dij fuisse.*

277. *Oracula pleraque irrita.* Quâ ex narratione & dissertatione nónulla ad rem accipimus; primum, oracula pleraque fuisse irrita, atque adeò falsa: quódq; inde cõsequẽs est, nõ potuisse esse diuina: Deus enim neq; fallere, neq; falli potest. Hęc namque est nota certissima, prædictionem non fuisse à Deo, si res aliter euenerit. Deuter. 18. v. 22. *Hoc habebis signum, quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non est locutus.* Cui signo nihil certitudinis adimit prædictio comminatoria, euentum aliquãdo non sortita: nam ex adiunctis constat, quod prædicebatur, fuisse reuocabile. De qua exceptione vide superna c. 38. v. 2. & v. 5. Itaque Dei oracula, & vaticinia effectu & successu frustrari nequeunt.

278. *Casu aliqua oracula vera.* Quòd si contra dæmonũ responsis & prædictionibus futura libera aliquando cõsenserint, id non certæ præscientiæ, sed coniecturæ, & casui tribuendum est, vt probè admonuit secundo loco Eusebius. nam cùm quamplurima ex oraculis dæmones in coniectando sagaces prænuntiarent, non mirum, si fortuitò eorum aliquid eueniret. Vnde ex vno, aut altero euentu prædictio fuisse diuina confirmari non potest: & ex vnâ solâ prædictione irritâ apertè colligitur, eam non à mente diuinâ processisse.

Prædictio vna irrita indicat non esse a Deo. Dicis: si interdum casu fit, vt res prout fuit prædicta, succedat, non rectè hic traditur: *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos*: satisfit, si exceperis, poscit multiplicem prophetiam, & nullam euadere fallacem, idcirco semper plurali numero est vsus; suprà: *Accedant, & nuncient nobis*

bus quæcumque ventura sunt: priora, quæ fuerunt, nuntiate, quæ ventura sunt, indicate nobis. Et in hoc versu: *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum.* Cùm autem multa & varia prædicuntur eiusmodi contingentia, quæ ex libero arbitrio sint profectura, fieri nequit: vt casu & temere effutita veluti ad amussim dimensa coagmenten-
279 *Dei vaticinia innumera & multigenia, omnia vera.* tur euentibus. Dei autem oracula, responsa, vaticinia sunt innumera, varia, multigenia, diuersa ac distincta temporibus, locis, personis, aliisque circumstantiis singularibus, ac definitionibus, extra omnem amphiboliam proposita, constantia, sincera, simplicia, secum fidem auditorum adferentia, autoritatem Deo, ac beneuolentiam ipso verborum candore conciliantia, semper ad aliquod humani generis commodum intenta, animos blandè euentorum exspectatione mulcentia, nonnunquam salutariter deterrentia.

280 *Oracula angusta & ancipitia, vt autor sua fide cōsuleret.* At illa prisca & ab infidelibus tātopere nobilitata vaticinia, & oracula, quàm fuerint superioribus istis contraria, vel ab ipsis Ethnicis condiscimus, ad miram circumstantiarum paucitatem redacta, ambigua, & ancipitia, quo sibi cauerent autores, obscura, fucata, nutantia, plerunque inutilia, nonnunquam exitiosa, vt docuit Eusebius sup. num. 566. qui eodem in loco suum iudicium alieno & locupleti testimonio firmat. *Eusēb.* *Quibus omnibus in vnum collectis non dubitabit forsan aliquis dicere, nec deos, nec dæmones hæc oracula constituisse, sed seductorum, atque improborum hominum ad turpes quæstus excogitationem fuisse. Quam opinionem multis etiam Græcis, & illis etiam, qui nominatissimi philosophi fuerunt, placuisse non ignoramus. Nam Peripatetici homines, Cynici, atque Epicurei sic sensēre, quos ego idcirco vehementer admirer, quia nati, & educati moribus corruptissimis, & à parentibus tam deos, quàm oracula reuereri docti, sua sponte potuerunt ab erroribus illis emergere, adeò vt scribere quoque ausi sint, non modo falsa, verùm etiam inutilia, & multorum detrimentorum caussam oracula esse. Quorum scripta cùm penè infinita sint, vnius mihi testimonium nunc sufficiet; qui, quod Chrysippus a prædictione deorum, fatalem vim confirmare vellet, sic eum redarguit, quia malè responsis & oraculis deorum, quæ vt plurimum, falsa fuerunt, fatum esse ostendat.* Hæc illic Eusebius; qui
281 in eo, quod scribit, non dubitaturū forsan aliquem, oracula illa neque a Deo, neque à Dæmone data, sed ab hominibus improbis ficta, ipse Eusebius non acquiescit, sed planè in fine lib. 5. superioris concludit, dæmones fuisse autores, & sic res habet: nam etsi aliqua fuisse ab impostoribus conficta, non est dubium, omnia tamen fuisse eiusmodi non est credibile: quin imò è verissimis nostris litteris satis clarè summitur, à dæmone plurima quærentibus reddi solere responsa: hominum, virorum, aut feminarum interlocutione, qui pythones, & pythonissæ dicebantur, aut habere spiritum pythonem, vt Actor. 16. vers. 16. de quo egi cap. 8. vers. 19. & c. 19. v. 3. cap 29. vers. 4. Sed & gentiles scriptores eleuant fidem oraculorū. Quinctus Curtius lib. 4 loquens de oraculo Iouis Hammonis in Ægypto, quod Alexander consuluit, hæc scribit: *Consulenti deinde, an totius orbis imperium fatis sibi destinaret. Vates æquè in adulationem compositus, terrarum omnium rectorem fore ostendit.* & cùm alia Curtius responsa retulisset, ex suo addidit. *Verò si salubriter æstimanti fidem oraculi, vana profectò responsa videri potuissent.*

Iam si Angeli mali in coniectando perspicacissimi, & acutissimi, & tanto rerum vsu ac experientia subinstructi quia valet 282 *Iudiciarij carpuntur.*
plurimum ad prospiciendum, quoque item possunt variis rationibus animos hominum, etsi non cogere, aut trahere, saltem inducere, & incitare ad ea complectenda, quæ prænuntiauerint euentura, si ij diu tam sæpe falluntur, imò plerunque vt constitit, & nullum istorum oraculorum, nisi casu, non fuit inane: mirari admodum possumus, quid sit, quod Astrologi iudiciarij ita audacter, & confidenter de liberis futuris casibus, & tam distinctè eloquuntur. Vnde hanc præuisioné soli Deo concessam, & quidē intellectu difficillimam, prout num. 555. disserebam, sibi Planetarij assumunt, & arrogant? An è sidereis virtutibus & influentiis? sed istæ notiores sunt dæmonibus quam hominibus, vtrū ex ingenio, & proclivitate cuiusque? sed vtrūq; callet, & perspicit acutiùs cacodæmon, quàm quiuis oculatissimus virorum, & ad id quod libuerit, magis valet impellere inclinantem: & nihilominus nihil pro certo malus Angelus, quoad naturales mentis dotes integer perseuerans potest asserere, & cùm vt falleret, asseruit, temerè fecit, & suæ temeritatis sæpe pœnas tulit pro amore fallacium prædictionum habitus, quod ne sæpius si accideret, ipse illuderetur ab hominibus, eos dubiis responsionibus deludebat. Ergo nostri Planetarij non de iure, non de 283
facto, sed de futuro consulti sibi temperent à procaci & temeraria istā respondendi & prædicendi consuetudine, & quando dæmonas in hoc genere imitari gestiunt, illos etiam imitentur, in eo, vt verbis ambiguis ludant, quæ in vtramque partem conuerti facile queant, vt si minùs, suis consultoribus, sibi certe cauisse videantur. At quoniam multi & magni viri ac fortes in feriendo iam olim, nuperq; in istiusmodi Astrologiam inuectiuas scripserunt, ego hìc ab ea ampliùs exagitanda desisto.

Bene quoque ac malè, si potestis facere.] Sapien- 284
tiam, ac potentiam duas esse res, quæ ab omni- *Sapientia, & potentia vbique valent.*
bus vbique maximi æstimentur, quæque autoritatem pariant, notissimū, & exploratissimum est. Quæ duæ quoties coniunguntur, etsi sunt admirationi maiori, & earum vsus latiùs multo tenditur, cùm sibi vicissim facultatem ac vires augeant: tamen & posse, ac solere diuidi, & diuisim vtramlibet plurimum valere, id quoque pro certo statuendum. Quocirca vtraque dos, & perfectio Deo potissimum fuerit attribuenda, & vtraque in Deo par & æqualis: ac proinde, vt Sapientiam nihil omnino latet, sed omnia præterita, instantia, ventura Dei mens complectitur, sic Deo omnia sunt possibilia, peruia, facilia. Potentiæ immensæ Dei plena sunt diuina volumina.

Potestatis huius duo præcipua, & potentio- 285.
ra sunt officia; alterum, bonis bene facere; *Potestatis diuinæ officia duo primo, & in...*
alterum, malos male accipere, iustis præmia, iniustis supplicia imponere.

Quæ officia perfectè, ac separatim in extremo, ac publico, communique Iudicio multis de caussis exerceri oportuit: in hoc autem mundo nō debuit esse perpetua hęc ratio retributionis: quia temporalia neque bona, neque mala simpliciter habēda sint, sed media, & ἀδιάφορα, quæ bona, vt constaret esse eius conditionis, ea Deus

sep-

[illegible] lar[illegible]tus, [illegible] no[illegible]tro[illegible] no- [illegible] eca[illegible] llo[illegible] locu[illegible] le h[illegible] a[illegible] gumen- [illegible] ,& inf[illegible] pht[illegible] vt eueisa Deus non [illegible] a [illegible] priuris viris infixit. Sed vt ea inter se misceri, séperari, librariue contingeret, & quibuscunque personis accideret a Deo appendi & immitti nemini debet esse obscurum. [illegible] tit aliquod sanæ mentis humanæ vestigium.

Qui Deo prouidentiam ademerunt, de ipsis[illegible]. Nam qui Philosophi Deo prouisionem in res humanas abstulerunt, vt ebrij a reliquis subrisi sunt irriti cùm eà sublatâ necesse fuerit tolli religionem: quotus enim quisque Deum coleret, diligeret, reuereretur, quem neque bene neque male posse sibi facere constantissimè crederet?

286. *Quidam Deo negant facultatem puniendi.* Sed exstiterunt aliqui alij, qui Deo non bene faciendi facultatem adimerent, sed malè faciendi, & puniendi, eo fortassis argumento delusi, quòd id absque irâ effici non posse cùm videretur, non potuerunt intelligere, quo modo hic affectus, & vt ipsi fingebant, perturbatio Deũ nõ quàm maximè dedeceret. Si hæc ratiocinatio illis imposuit, veniabilior est error. sin vt metu ac solicitudine, cùm malè viuerent, sese liberarẽt, & absoluerẽt, quod est de plurimis valde credibile, ij quà impietatis, quà stultitię condemnandi. quo de errore tractaui ad cap. 34. num. 15.

287. *Nemo Deo potestatem ledendi potuit auferre.* Sed mihi adhuc est incompertum fuisse aliquem adeò stupidum, & bardum, qui Deo à se culto potestatem in omnem partem, & quasi iurisdictionem deslegarit: nam qui res humanas a Deo non curari senserunt, non quòd non posset, sed quòd nollet, & negligeret, vel quòd Deum dedeceret, mentem suam illam videlicet altissimam & supremam ad hæc infima se demittere; ita sensisse videntur. Nam cum nemo tam abiectè, demisséque de Deo suo senserit, quin eum plus esse quam hominem existimarit, & aliquem ei principatum non detulerit, (alioquin quid esset, quod eũ a censu hominum eximeret, & in Deorum immortalium ordinem transferret?) cúmque nullus sit homo tam imbecillus & impotens, qui non possit alicubi prodesse, vel obesse, quid tam stultum foret, quam arbitrari, quem pro Deo coleret, eum neutrum aut nocere, aut commodare posse? itaque de voluntate, non de facultate potuit esse dubitatio. Vnde necessariò consequitur, eum qui neutrum possit facere, eum non esse Deum.
Philosophi asserentes non prodesse sacrificia & preces. Quare si Epicuræi omnino tollentes Dei prouidentiam, vel Peripatetici affirmantes nihil prodesse preces vel sacrificia dijs oblata (vt ait Orig. lib. 2. post princip. contra Celsum) si idcirco id docerent, quod existimarent neque cõmodare neque incommodare posse hominibus; absurdissimè iudicarent, seu potiùs delirarent, cùm ijs diuinitatem ascriberent, quos omni potestate, & facultate de hominibus bene vel malè merendi priuarent: cum eo nomine à Gẽtilibus in Deorum numerum ascribi essent soliti, quòd de humano genere vniuersè, vel nominatim de aliquo populo fuissent bene meriti, vt sumitur ex historia, & ex fabulis poëticis.

288. Quibus ita præstitutis clariùs elucet vis argumenti ab Isaiâ propositi: *bene quoque aut malè, si potestis facite;* Scil. si minus futura prædicere, quæ rebus succedentibus comprobentur, quia vo[illegible] [illegible] pi[illegible] oria [illegible] al[illegible]. Si hoc [illegible] de [illegible] udicat[illegible], c[illegible] p[illegible] ur qui [illegible] a[illegible] tero, [illegible] pote[illegible] , [illegible] qu[illegible] iu iudici[illegible] exhibere, benignè facite eis, qui vos p[illegible] hæc, & ambitio[illegible] e ob[illegible] ruant. vel [illegible], qui vobis iniuriosi sunt, vestra idola, & templa subuertunt, debita supplicia infligite, vestri numinis ultores vlciscimini. Si enim vtrumq; potestis efficere; quod prætermiseritis, nihil est quod caussemini.

Quid enim Deo dignius excogitari potest, quàm suis cultoribus benignè facere, & suę maiestatis irrisoribus pro meritis pœnas afferre? Quorum neutrum si nunquam vsquam præstitistis, quo argumento probabitis, id vos non quòd non valuistis, sed quod voluistis omisisse? cùm ad efficiendum caussa multiplex inuitet, ad omittendum omnino nulla. Vnde cùm neque futurorum vaticinatio, neque malè, aut bene meritorum remuneratio, in vestra sit potestate, quòd vobis sapientia & potentia desit omnino, desinite iam mecum de diuinitate contendere, & fatemini vos non solùm non esse Numina, sed prorsus esse nihil. Aliqui interpretes censent, non quæuis opera postulari, sed quæ sint miracula, & supra vires naturæ: ita Mariana noster. Et quidem non suâ ratione caret hæc opinio. Nam vt nõ quorumlibet futurorum prædictio postulatur, sed eorũ, quæ creatæ intelligentiæ facultatem & fines excedant, vt possit esse certus index diuinitatis: ita hoc loco, non quæuis ratio, modúsque agendi poscitur, sed is, qui intra limites naturæ & vires minimè continetur. *Deo proprium est suis cultoribus præmia, & violatoribus supplicia decernere.*

Alioquin enim, cui fuerit ignotum, Angelos nequam posse hominibus, & solere malè facere? Id apud nos satis perspicitur è libris Canonicis. Psalm. 77. vers. 49. *Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.* è cap. 1. & 2. libri Iob, cui Satan omnes illas clades, & calamitates intulit. Neque quicquam minuit ponderis ad id, quod versamus, Dæmonem non posse nocere, nisi Dei permissu. nam nunc de potestate naturali quæritur, quam habent spiritus angelici etiam damnati maximam in vtramque partem, ad bene, & malè faciendum, nisi à Deo prohibeantur: tametsi ex statu damnationis, & ex inuidia altissimè impressâ faciendi benignè, & commodandi voluntas absit; perdendi verò supersit. 290. *Dæmones possunt nocere.*

Dein, Dæmones à Deo teneri, quo minus hominibus perniciem apportent, nos fideles ab eodem Deo edocti cognoscimus: atque adeò apud infideles, quibuscum hæc suscipitur dissertatio, istud excipi, & excusari non posset. August. Ps. 77. ver. 49. exponens illud: *Immissiones per Angelos malos*, adnotat, aliter licere dęmoni sæuire in malos homines, & aliter in bonos. sic enim ait Aug. *In filiis diffidentiæ tanquam in suis mancipiis operatur, quemadmodum homines in pecoribus suis: & illic tamen quantum de iusto iudicio finitur. Sed aliud est, quando potestas eius etiam suis sicut ei placet, tractandis maiore potestate prohibetur: aliud quando ei potestas etiam in eos, qui ab illo alieni sunt datur. Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit quod vult, nec sanè facit, si prohibeatur a potestate maiori: de alieno autem pecore, vt faciat, exspectat potestatem sibi dari ab illo, cuius est. Ibi ergo potestas quæ fuerat, prohibetur: hic autem quæ non fuerat, tribuitur.* 291.

Ex quo relinquitur, vt argumentum sit valens, & nota diuinitatis non anceps, cùm Diis Gentilitiis opprobiatur a vate, vel a Domino, eos suis clientibus neque patrocinari, neque suis aduersarii vltrices pœnas inferre posse; alterutrum intelligi debere in eo genere, & modo, quē nulla vis & potētia, nisi supernaturalis & diuina queat attingere. Et vt quàm paucissimis & planissimis verbis totā superiorem argumentationem concludam, si vos, inquit, iactatis, & Deos esse asseritis, aliquâ prędictione, vel actione, aliqno prædicto, vel facto vestram diuinitatem euincite. nam ego innumera eiusmodi & prædixi, & egi. Non putabā lectorē ita fore auidum, & morosum, vt à me hoc loci reposceret tractationem de miraculis falsis, arteque magica adumbratis. Adeat is Delrium in Disquisit. cuperem lector omnes omnium fals[...] D[...] species & ordines [...] verbis conciperet, & eatenus ex nihilo ess[e] acciperet, quat[...] [...] sit omnino illa diuinitas, quæ v[...] creaturæ attribuitur. Cuius expositionis ferme in[ter]pretē possum laudare P[a]ulum primum [i]n Ep[is]t. ad Rom. c. 1. v. 25. ita aientem: *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori.* Ergo cum id, quod pro Deo colitur, docet esse creaturam, eam esse substantiam aliquam veram, & existentem indicat, & loquitur tam de arte fact[i]s, quàm de naturalibus rebus, vt patet e versu 23. *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum, & quadrupedum, & serpentium;* & hæc omnia docet esse *mendacium*, docet esse nihilum, nempe quoad esse diuinum, quod eis tribuebatur. Tertul. lib. de idololatria capit. 1. *Qui falsis Deis seruit, adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est.* Vide Cyril. infrà capite 42. versiculo 10.

Vers. 24. Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos.

292. HÆc oratio gerit imaginem epilogi oratorij, seu epiphonematis, & est totius disputationis initæ & litis intentæ clausula.

Dij Gentilium multigeni. Falsorum deorum fuisse varia genera perspicuū est legentibus historias veteres, & sciētibus mores etiamdum Gentilium, qui variis orbis noui locis habitant. Sed vniuersè in duo genera dissecantur. Alij enim sunt factitij, hoc est, res arte factę: vt sunt idola & imagines pictæ fictæue è variâ materiâ: alij verò sunt naturales res, qui item in tria generatim capita discriminātur. nam quædā creaturæ rationis, imò interdū sensus expertes pro diis colebātur; aliquando homines; aliquādo dęmones. Adeò enim vitia & peccata mētem & sensum omnem humanitatis auferūt, lumēnq; illud rationis, ac intelligentiæ, inter dona naturalia excellens, & admirabile obscurant, & obruunt, vt non defuerint homines, si tamen hoc eis nomen ascribere fas sit, qui allia, cæpe, & id genus olera pro diis fuerint venerati, quique simulacris ex ære, lapide, aut ligno factis diuinitatem inesse existimauerint. *Olera habita pro diis.* Qua de stultitia, & amentiâ aliàs fuit dictū c. 1. v. 29. c. 16. n. 37. c. 21. n. 49. c. 40. n. 457. 463. 480. 485. & suprà v. 7. n. 124. Nec mirandū toties idololatriam refelli, & traduci, ad quam Iudæorum natio fuit valde procliuis: nam quā Iudæis, qua Gentilibus prospicitur, dum istiusmodi insania coarguitur. *Iudæi proni ad idola.*

293. Cùm tot ergo sint Deorum inanium genera, & ordines, addubitare licet, an hæc Isaiæ verba omnibus conueniāt, imò an alicui eorum: nam quiuis ex annumeratis diis non ex nihilo, præter dæmonem, est factus, sed ex aliqua materia naturali conditus, aut arte compositus. Neque credendum est, agi de solis spiritibus malignis apud aliquas gentes pro diis vulgò adoratis; quod indicat Osor, cùm hæc idololatriæ species non late admodum manarit, cum reliquis collata: & isto pacto; *esse ex nihilo, & opus ex eo, quod non est*, non videatur adeò exprobrandum: nam Angeli sancti etiam sunt, hoc modo, *ex nihilo*. *Apud paucas gentes Dæmon pro Deo habitus.*

294. Neque velim ista quis cum Sanctio ad sola simulacra fabrefacta coangustet, quasi fiat deus ex eo quod non erat, neque habebat speciem idoli, nempe è ligno, aut lapide: sed generatim

Alterum Pauli dictum est 1. Cor. 8. ve. 4. *De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus, quia nihil est idolum in mundo. & quod nullus est Deus, nisi vnus.* Cùm asserit *idolum nihil esse in mundo*, non quoad materiale significatum, sed quoad formale loquitur, hoc est, pro eo, quod in idolo repræsentatur. Quo eodem modo id quod istic traditur, accipi debere existimo. Si Pintus, Forerius, Adamus, Hugo, Vatablus. Itaque esse *ex nihilo*, & esse nihil non differunt. Facit huc Hebraica scriptio, מאין *me ain*, idest, *præ nihilo*, vnde Forerius vertit, *minus quam nihilum*. 295. *Idola nihil sunt.*

Minus mihi placebat Dionysius Carth. hoc aptans cultoribus idolorum, & Arias, qui eodē ferè pergit, tribuens sapientibus Gentilium: nā isti infernè damnantur iis vocibus: *Abominatio est, qui elegit vos.* nam si electi necessariò debent intelligi idola, seu dij, qui eligunt, sunt eorum adoratores. Neque item satisfaciebat S. Thomas, etsi de more, distinctiùs caussas idolorum explicabat: materialem, in cò quod essent *ex nihilo*, cum materia primitùs omnis ex nihilo extiterit: formalem caussam ibi, *Et opus vestrum ex eo, quod non est.* nam figuratum fit ex non figurato, & forma extrahitur ex informi: deniq; caussam efficientem agnoscebat illic: *Abominatio est, qui elegit vos*, idest, effinxit vos. hæc quidem subtiliter excogitata & exacta ad regulas physicas, à Vate & Theologo nostro Isaia minimè fuisse prouisa & producta non ambigo. cui illud in commune curæ fuit, vt summam idolorum inanitatem, & futilitatem traduceret, & illuderet. 296. *Subtilitas nimia aliena à Vatibus.*

Et opus vestrum ex eo, quod non est.] Cùm Deus, seu vates, adhuc loquatur cum diis gentium, aptius est capere *opus vestrum*, pro actione deorū & effectione actiuâ, quàm pro effectione passiuâ, pro idolis arte factis, vel pro rebus à Deo conditis, & pro Deo habitis. Nam & alioquin hoc posterius membrum non distaret à priori. Itaque gradatio, & consecutio hoc loco est agnoscenda. Vos, inquit, nihil estis, ac proinde nulla vobis est potestas, & quod inde necessariò sequitur, opus & facinus vestrum nullum est; quid ergo (ac si diceret) vrgebam vos, vt aut futura prædiceretis, aut bene vel mal[e] faceretis: nimirum ita, vt prædictio, vel effectio vos esse Numina euidenter ostenderet. Ad hanc exponendi 297. *Coelum comparatio.*

ponendi formam conueniunt scriptores superiori membro descripti, numero 295.

298. *LXX.* LXX. aliter nectunt, & exprimunt: nam è superiori versu verba vltima i 'a, *& videamus simul*, huc trahont, & ita iungunt: *Et videamus simul, vndénam estis vos, & vnde operatio vestra.* Itaque prouocantur ad originem diuinitatis indicandam, vnde, & quomodo cœperint esse dij, nam vndecumque constiterit eos fuisse ortos, & incepisse, inde constabit non esse Deos; cùm natura diuina originem & principium habére nequeat. August. Psal. 80. vers. 10. *Non erit in te Deus recens* sic: *Absit ergo, vt sit in aliquo Deus recens. Deus recens, aut lapis, aut phantasma. Recentes ij dij. Quid recentius Deo, ex officina luces eos iam vetustos aranearum casses contexerint qui sempiterni non sunt, recentes sunt.* Subdunt LXX. *è terrà abominationem elegerunt vos.* nam dictio מאפע *meaphah*, quam Latinus vertit, *ex eo quod non est*, & applicuit ad *opus vestrum*, Græcus interpres reddit, *ex terrâ*, & iungit sequentibus, modo quo dixi: certè אפע *aphah*, quid propriè significet, non video, conuenire apud peritos Hebraicæ linguæ, nam alij *nihilum*, alij *sibilum*, alij *serpentem* intelligunt: sed in dubio standum est Latinæ Vulgatæ, cuius nobis certa est fides, & autoritas quâ admissâ, & retentâ, nefas nô est, alias trãslationes vtiles interdũ recipere: qualis possit esse ista, si pro *serpente* dictio capiatur, ita: *opus vestrum ex*, vel, *à serpente*. nam autorem idololatriæ fuisse Diabolum, clarios & apertios est, quàm vt ostendi debeat. Quin & S. Ambrosius in ipso exordio mondi hoc venenum homini instillatom existimat à Serpente tum primùm, cùm Euæ dixit, *Eritis sicut dij: in quo* (ait Ambros. cap. 3. de Paradiso) *licet aduertere idololatriæ autorem esse serpentem: eo quod plures Deos induxisse in hominum videatur errorem quadam serpentis astutia.*

Vulgata defenditur. *Diabolus autor idololatriæ.* *Genes. 3. v. 5. Ambros.*

299. *Iustinus* Iustinus Martyr in Cohortat. 1. ad Græcos, circa medium sic ait: *Quamobrem quòd Deus sciret primos veteris maiorum suorum non immemores esse seductionis, quâ illos transuersos egit humani generis hostis dæmon, hisce ad eos vsus verbis: Si obsecuti mihi fueritis mandatum Dei transgredientes, instar deorum eritis: eos, qui non essent, Deos nominaris, vt homines existimantes, alios esse deos, se deos effici posse crederẽt.* Quod idem etsi alij è priscis scriptoribus memoriæ consignarint, non sit creditu facile, tantum errorem primis parentibus tam simplici, ac leui diaboli assertione fuisse persuasum. Itaque nos non arbitrabamur cum ipso mundo, & humano genere huiusmodi errorem & scelus ortum fuisse, sed vbicumque & quandocunque erupetit, Dæmonis astu & instinctu erupisse: non modò, quatenus omne peccatum diabolo vt instigatori solet vulgo attribui; sed quòd eius fuerit inuentum, idque excogitarit attentiùs, & suaserit vehementiùs, quo præuidebat scelere omnia alia scelera & flagitia contineri, vt argutè colligit Tertul. in libro de idololatria, ad initium. Cúmq; vbiuis ferè Dæmon effecerit, vt sibi honores tribuerentur diuini, quis dubitet alias idololatriæ formas ab eodem fuisse inductas? Vide Augostin. in Psalm. 96. vers. septimo, vbi docet, idololatras Dæmoni supplicare.

Primi parentes non crediderunt esse plures Deos. *Aug. 8. de ciuit c. 24.*

300. Neque huic asserto officit quod traditur Sap. cap. 14. à versu 12. vsque [illegible] illa Dæmonis suasu excogitata & [illegible] arbitrari. & etiam altius & antiquius fuisse principium venerandi plures deos, quàm quod illic ostenditur, quamuis daremus per eam occasionem primitus idola fuisse effecta. *Idolum* (inquit Tertul cap. [illegible] de Idololatria) *aliquandiu retro non erat. Priusquam huius monstri artifices ebulissent, sola templa, & vacuæ ædes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent. tamen idololatria agebatur non isto nomine, sed in isto opere. nam & hodie extra templum, & sine idolo agi potest. At vbi artifices statuarum & imaginum, & omnis generis simulacrorũ diabolus seculo intulit, rude illud negotium humanæ calamitatis & nomen de Idolis consecutum est, & profectum.*

Tertul. Dij plures traditi ante quàm essent idola.

Cùm igitur Tertullianus ex vero doceat, antequam effingerentur idola, fuisse idololatriam non verbo, sed re, quamuis cõcederemus tum, cùm Sap. cap. 14. citato narratur, idola cœpisse, possemus tueri, multò antea à Dæmone superstitionem colendi plures Deos fuisse importatam. imò Tertullianus ipsam idolorum & imaginum inuentionem Diabolo dedit. 301.

S. Augustinus de Symbolo ad Catechumen. lib. 1. cap. 2. *Peccata enim & autor peccati Diabolus separauit animam à Deo. Et dum creatura secuta est seductorem, suum deseruit Saluatorem: facta est ruina magna, & errauit anima, vt pro Deo vero coleret idola, adoraret ipsa, quod fecit, deserendo illum, à quo facta est. Adorando enim lapidem nullam habentem visam ipsa perit, deserendo Deum, qui est eius vera & æterna vita. Hinc error omnis, & desertio bonorum, hinc cultus paganorum, & peruersitas hæreticorũ. Et errauerũt anima per diuersas voluptates & peruersas, vt alij colerent Solem, alij Lunã, & stellas, alij montes, alij lapides, & quæq; virgulta, vt quisque crederet sibi inuenisse, non adiutorem Deum sed deceptorem Diabolum: atque ita per diuersa anima errauit à creatore suo, vt omne quod Deus ei dederat ad seruitium, coleret vt Deum.* *August.*

Sed ab his Maiorum nostrorum riuis bene fluentibus & irrigantibus licèt, recurramus ad fontes: nam Psal. 95. vers. 5. canitur: *Quoniam omnes dij gentium Dæmonia: Dominus autem cælos fecit.* Quo loco etsi quidam nomen *Dæmonia*, ex Hebræo volũt aliquid aliud esse, quod sit omni idololatricæ superstitioni cõmune; rectè tamen à nostro Lorino defenditur, *Quia quidquid* (ait ille) *creatum coluerunt gentes, malis dæmonibus autoribus coluerunt, etiamsi fortè nec illos colerent, nec etiam esse scirent, aut crederent, sed cultum rebus omnino inanimatis deferrent.* Et cùm retulisset sententiam Francisci Soarez nostri bipartitam, addit: *verùm modo auctor idololatriæ Dæmon, & sub imaginibus, statuisque delitescebat, vt relati docent Patres.* Et quod ad hoc posterius attinet, notabilia sunt Augustini verba lib. 8. de Ciuit. cap. 24. *Dæmon quippe simulacro arte impia colligatus ab homine factus est Deus: sed tali homini, non omni homini.* Aug. Psal. 135. vers. 8. ait: ab LXX. Spiritu sancto inspirante, *Dæmonia*, esse supposita pro *simulacris*, vt inde pateret, in simulacris adorari Dæmonia, vbi corrogat illud 1. Cor. 10. v. 20. *quæ immolant Gentes, Dæmonijs immolant, & non Deo.* 302. *Lorinus.* *August.*

Sed iam manum à tabulâ, quam longius retractare non sit operæ pretium.

Vers. 25. Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis: vocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum.

303. *Quis sit ab Aquilone suscitatus. Opiniones dissidentes.*

QVisnam sit *ab Aquilone suscitatus*, non minus variè disseritur, quàm quis sit ille initio capitis vers. 2. *suscitatus ab Oriente iustus*, de quo istic vel ad prolixitatem. Nam S. Hieronymo, Cyrillo, & (si fides Castrio Leoni habetur) Theodoreto, & Procopio, quorum priorem mihi videre hactenus non licuit, posteriorem hoc loco vidi mutilum, Haymoni, Dionysio, Leoni Castrio, Euangelicum lumen allucet, & Gentilis populi vocatio per Christū. At S. Thomæ, Hugoni, Pinto, Osorio, & de nostra Societate Marianæ & Sà, est Cyrus Persarum rex. Forerio autem, & Gaspari Sanctio visus fuit Abraham. Denique, Ariæ Montano est Assyrios, qui decem Tribus in perpetuā seruitutem abstraxit: quæ eadem pene apparet Iudæorum opinio, dum apud Hieronymum, *ab Aquilone suscitatum, & ab ortu solis venientem interpretantur Assyrium, & Persam, qui venerunt Ierusalem, & omnes principes eius conculcauerunt.*

304. *Autoris opinio.*

Qua in multiplicitate sentiendi cōstitutum erat nobis quid deligeremus, recordantibus quæ statueramus initio capitis vers. 2. à num. 22. quæ reprehendere non est necesse, cùm promtum sit lectori illuc redire. Itaque suscitatus ab Aquilone, & venturus ab ortu Solis, nostro iudicio, est vnus & idem Christus; neque video, quamobrem ita distrahi oporteat, vt alter sit Assyrius, & alter sit Christus, quod sensit Arias; cùm tanta sit coniunctio inter vtrumque. Nam quòd ab Aquilone, & ab ortu Solis venturus esse dicitur, non retardare debet: primò, quia interpretum plerique de vno & eodem accipiunt, siue Cyro, siue Abrahamo, siue alio, & eam regionem, vnde venerit respectu Ierusalem partim esse Aquilonarem, partim esse orientalem, respondent. Quòd si id fas est in historiâ, & chorographiâ propriè sumtâ, multo magis licebit in metaphorâ.

305. *Aquilo ominosus, & infaustus.*

At vrges: Christo venire *ab ortu solis*, mirabiliter conuenit, at ab Aquilone nequaquam: nam Aquilonis notio ominosa est, & infausta, quod nos etiam indicauimus cap. 40. vers. 11. num. 324. Sed eodem loco probauimus numer. 318. capi solere pro Gentili populo, & num. 325. in Cruce Domini eam infamiam & infelicitatem deposuisse. Vide omnino, quæso, ibi allegata. quibus cum valde concinunt tradita hic a Cyrillo, & ab aliis veteribus, vt ab *Aquilone suscitatus* sit populus gentium, Ecclesiæ se adiungens:

306. & quamuis Cyrillo, *veniens ab ortu Solis* sit idē populus gentilicus, qui comparatione Iudææ Australis ad vtramque cæli plagam vergebat, sed nihil obest diuidere, ita vt *suscitatus ab Aquilone* sit Gentilis, & *veniet ab ortu Solis*, intelligatur de Christo: túmque coniunctio, *et*, pro caussali est accipienda; hoc sensu *suscitaui*, ritu prophetico, pro *suscitabo ab Aquilone: quia veniet ab ortu solis*, scil. iustus ille, de quo suprà vers. 2. qui Iustus vocabit nomen meum, & adducet magistratus sicut lutum, & velut plastes conculcans humum. Quæ extrema verba quoniam melius hærent Saluatori, quam populo Gentili etiam ad fidem verso, iccirco maluit posterius membrum, *et veniet ab ortu Solis*, secernere à priori *suscitaui ab Aquilone*, & hoc tribuere populo saluando, illud Christo Saluatori.

307. Qui quatenus ab ortu venerit si cupis scire, id tibi cernere licet sup. vers. 2. num. 40. Neque impedit quod ante obiiciebamus contra Ariam, non videre alium suscitatum ab Aquilone, & venientem ab ortu solis. nam Christus, & populus Christianus vnum fere sunt, vt caput, & corpus: at Arias alterum facit Christum, & alterum Assyrium, qui sunt omnino diuersi.

Vocabit nomen meum.] Si ad populum conuertendum accommodas, facilis explicatus; quia fideles à Christo Domino Christiani sunt appellati: sic Cyrillus conuenienter ad Græcam translationem, quæ est: *Vocabuntur nomine meo.* Sed si Hebræam consulis, habes: *Vocabit in nomine meo.* quod nihil aliud est, quàm nomen meum, me videlicet agnoscet, & colet, me inuocabit, qui antehac falsorum deorum nomina & superstitionem vsurpabat.

308. *Christus mundo veram Religionem intulit.*

Quod si Christo attribuas, erit: Meum nomen, Numenque Gentilibus patefaciet, (verba sint Dei Patris) nomen, cultumque meum toti mundo tradet. quod se præstitisse professus est plusquam semel: Ioan. 17. vers. 6. *Manifestaui tuum nomen hominibus, quos dedisti mihi de mundo.* & ver. 26. *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, quâ dilexisti me, in ipsis sit, vt & ego in ipsis.* Quo loco nomen Dei gloriam, beneficentiam, & maiestatem significat. *Nomen Dei pro gloria.*

Adducet magistratus sicut lutum, & velut plastes conculcans humum.] Ista similia sunt vers. 15. *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes & comminues*; quare quæ illic attuli, huc transferri possunt. *Sup. v. 15.*

309. *Allusio & respectus ad historiam de Abrahamo.*

In hoc filo & licio expositionis litteralis de Christo, déque eius Euangelio, intertexi allusionem & respectum ad historiam priscam de Abrahamo, & eius sobole ad fidem veri Dei vocatis, & de victoriis contra infideles partis ab eisdem, nihil erat, quod inficiaret, iuxta ea, quæ obseruaui suprà cap. 4. vers. 1. nu. 9. & cap. 41. vers. 2. num. 15.

Vers. 26. Quis annunciauit ab exordio vt sciamus, & à principio vt dicamus: Iustus es? non est neque annuncians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros.

310. *Idololatria coarguitur.*

VRget adhuc caussam contra idola, & idolis obsecutos: quærítque quis vnquam istorum Deorum tale aliquid sit vaticinatus, aut effecerit, quo eius esset testata diuinitas: vt possit intelligi, caussam obtinuisse, qui pro diis pugnarent; ea vis est huius: *Iustus es* idest, vera & iusta defendis. Deinde excludit omnes, qui ad vaticinia solent conuenire, scil. Deus reuelans, Vates prænuntians, auditor excipiens. Primus excluditur: *Non est neque annuncians*;

114. tium secundus: *Neque prædicens*, tertius *neque audiens sermones vestros*, sic Arias, & d[illegible] ttc. [illegible] n[illegible]us, esse præd[illegible]ionem de silentio futuro oraculorum. Itaque neque vere, neque falsò erit qui prænuntiet. Sed iussis tacere oraculis, & in eis Dæmonibus, non verorum, sed fallorum annuntiatoribus, ego, qui vera & vtilia, ac salubri[illegible] prænuntiet, afferam qu[illegible]d sequenti versu exhibetur. sed antequam illuc accedo, iuuat Eusebium & Hilarium inducere scribentes, quales fuerint prædictiones oraculorum, & quantum ess[illegible], etiam tum eorum silentium. Hilar. in Psal. 64. v. 8. *Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius*; sic ad rem præsentem loquitur: *Recordemur vatum murmura, & incenditos bacchantium fremitus, & nonnunquam confuso audientium sensu, incertum nescio quid simulacrorum aëra sonuisse, omnem denique profano ceremoniarum cuntu mundum resultantem. Nunc verò Domino Christo prædicato, silere omnia confutata, & trepidatu, cum hi templorum & gentium dij virtute fidelium subiiciuntur ad pœnam, cum credentium verbis torquentur, lacerantur, vruntur, & inuisibiles nobis & incomprehensibiles natura verbo continentur puniuntur, abiguntur, cum Vate silent, cum muta sunt templa* Et Psal. 137. v. 2. *Templa collapsa sunt, simulacra mutata sunt, aruspices interuentu Sanctorum silent, augurum fides fallit, vnum Dei nomen in omnibus gentibus sanctum est.*

Oracula silent.

311. At Euseb. lib. 4. Præparat. c. 1. sic loquitur de hoc eodem: *Vnde ab omnipotenti Deo iam cum templis, & simulacris desertis, omnino putrescit. Vbi enim est oraculum Delphicum, quod magna religione ab hominibus colebatur? Vbi Apollo Pythius, aut Clarius, vbi Dodonæus Iupiter? Delphicum quidem Oraculum à Thracibus ter concrematum fuisse traditur: nec vnquam ab Apolline calamitas illa prædicta. Idem de Capitolino Ioue, Ptolomæorum temporibus fuisse audiuimus, quando Vesta quoque templum exustum fuit. Magna vero illa effigies Iouis, quam decus quasi vniuersæ Græciæ dicunt fuisse, temporibus Iulij Cæsaris, in Olympicis certaminibus fulmine dimissius icta conflagrauit: antiquioribus etiam temporibus Capitolinum arsisse templum fertur, & Pantheum fulmine deiectum, atque dirutum narratur. Serapis quoque sacrarium in Alexandria similiter arsisse non ignoramus, quæ omnia ab ipsis gentilibus scripta tenemus. Quid igitur mirum si aliis prodesse non potuerunt, qui seipsos ab extremis periculis non defenderunt?* August. 1. de consensu Euang. c. 31. ex hoc eodem capite premit idololatras, quod ne fingere quidem fuerint ausi prædictionem rerum similium, quibus nostri Vates abundant, & euentus confirmat.

Vers. 27 Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem Euangelistam dabo.

A HEbr. *Primus Sionis: Ecce ipsi, vel ipsa: Ierosolymæ Euangelistam*, seu *nuntium dabo*. Ex quo patet, verbum, *dicet*, additum fuisse a Latino declarationis gratia, & verbum *adsunt*, rectè fuisse nuper restitutum, cum antehac legeretur, *adsum*, prima persona & singulari. Paraphrasis ergo potest esse huiusmodi. Reliquis diis, qui sic appellantur, falsa prædicentibus, aut etiam omnino obmutescentibus; Ego primus, princeps, solusque vere dico Sioni: Ecce adsunt, quæcumque adfutura esse prædixi: & adhuc Ierosolymæ exhibebo, qui in posterum alia multa prænuntiet. 312.

At quis sic iste Euangelista à Deo dandus, 313.
B multipliciter explicatur. Quidam in commune lætum nuntium: Forerius, Pintus, Sà, & Adamus, qui Prædicatorem nominat. Alij ipsummet Isaiam accipiunt, huc venit Forerius lenté: nam ait promitti Prophetas, & certe Isaiam, qui vocetur Euangelista, quòd de Christo plura, & illustriora quam alij vates prædixerit. Eumdem Isaiam videtur intelligere Mariana, sed non eâ qua Forerius, ratione ductus, sed communi notione nuntij. Ioannem Baptistam Dionysius agnouit. Apostolos Hieronymus putat, & etiam illos, de quibus dicitur: *Ecce adsunt*; ei subscribit Arias. Denique Osorius Christum exhibet in
C sua paraphrasi, & Galatin, de Arcan. lib. 8. c. 7. Iudæorum Rabbinos certum est ituros in alia omnia, vno excepto Rabbi Salomone, qui apud Galatinum cit. docet esse Messiam.

Euangelista quis.

Quæ interpretationum varietas, si exemeris 314.
eam quæ ablegat ad nuntios de libertate, & reditu Babylonico, non tanta est, vt ferri non possit, cum qui vates inducunt, eos de Euangelici euentis vaticinaturos esse existiment: vnde siue futura fausta prædicant, siue iam eadem gesta, & præsentia prædicent, vtrique dici possunt Euangelistæ, id est, felices nuntij: & vtrique hoc nomine possunt intelligi; vt polliceatur Deus se daturum & Synagogæ Prophetas,
D & Ecclesiæ eosdem Prophetas, & insuper Apostolos, & Euágelistas, & in primis ipsum Christum, qui est caput, & princeps Prophetarum, & Apostolorum, & Apostolus vocatur à Paulo, id est, Missus à Patre, & legatus in mundum: quæ est etiam notio nominis Hebraici, מבשר *mebaser*. Hisp. *Embazador*, qua de etymologia dixi ad c. 40. v. 9. num. 119. Sion, & Ierusalem pro vnâ & eadem Ecclesiâ ponuntur, vt docet Hieronymus, & ex loco nunc allegato cap. 40. v. 9. sumitur.

Conciliantur interpretes.

Vers. 28. & vers. 29. satis expositi sunt in superioribus à vers. 22. num. 554. & proximè num. 610.

Quod verò ait: *Omnes iniusti*, capiendum est, vt in caussà propositâ, id est, iniustâ tuendâ.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

1 ECCE seruus meus, suscipiam eum:
electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet.
2 Non clamabit, neque accipiet
A personam, nec audietur vox eius foris.
3 Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium.
4 Non erit tristis, neque turbulentus

tus

5. Quamo[illegible] L X X. hic intertexere voluerint a[illegible] a [illegible] & Israël. *Ia ob puer meus suscipiam eum [illegible] lectus meus.* Is fuit iam pr[illegible]eis illis, her[illegible]icisque seculis, quæ nobis pepererunt Hieronymum, Augustinum, aliosque clarissimos Ecclesię optimates, qui sacris Scripturis pers[illegible]utandis, & eius diuersis editionibus inter se committendis & examinandis piam, vtilem, & strenuam operam impederent.

4 Et quidem S. Hieronymus cùm hoc loco, cum fusiùs & apertiùs epist. ad Algasiam q. 2. quæ epistola est in 3.tom.& numer.151.docet, nihil fuisse, quòd LXX. illa nomina adderent, imò debuisse omnino abesse, cum obstent, quo minus hæc Christo adhæreant, ideòque Matthæum in sua citatione præteriisse: *Si enim sic accipiendum est* (verba Hieronymi pono) *vt septuaginta interpretes ediderunt: Iacob puer meus, suscipiam eum; Israel electus meus, suscepit eum anima mea: quomodo in Iesu intelligimus esse completum, quod de Iacob, & Israel scriptum est? Quod beatum Matthæum non solum in hoc testimonio, sed etiam in alio loco fecisse legimus. Ex Ægypto vocaui filium meum: pro quo L X X. transtulerunt Ex Ægypto vocaui filios eius. Quod vtique nisi sequamur Hebraicam veritatem, ad Dominum Saluatorem nō pertinere manifestum est, sequitur enim, ipsi autem immolabant Baalim.*

Hieronymus carpit LXX. interpretes.

Hieron.

Hæc ille Hieronymus, qui vbiuis parùm adfauet translationi L X X. interpretum. Itaque hoc loco, quominus sit admittenda, illud opponit: quod nequeat intelligi de Christo, si interponitur nomen Iacob, & Israel. Vbi certè non possum non mirari, eo dumtaxat impediri Hieronymum: cum e vestigio subiiciat locum Ose.11.vers.1. *Ex Ægypto vocaui filium meum*, affirmètque, si valeat editio L X X. non posse accipi de Christo sumens & vere, debere de Christo accipi: nam pro eo citat S. Matthæus cap.2.v.15 agens de reditu Saluatoris ab Ægypto, ils verbis: *Vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum.* at proximè præcedit in Osea: *Quia puer Israel, & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum.*

Translatio LXX. vindicatur.

6. Quod si *puer Israel* isto loco est Saluator, vt concedit S. Hieronymus in eâ epist. citata, & apud Oseam non solùm docet, sed propugnat aduersùs Iulianum Augustum, calumniantem, à Matthæo tribui Christo, quod dictum fuerat de Israele, respondétque quamuis de populo Israelitico dicatur, non obstare, nihilque referre: *Dicitur quidem* (ait Hieronym.) *de populo Israel, qui vocatur ex Ægypto, qui diligitur, qui eo tempore post errorem idololatriæ quasi infans, & paruulus est vocatus: sed perfectè refertur ad Christum.* Dein: quatenus Iacob fuerit typus Christi, declarat S. Hieronymus, nimirum, quòd duas duxerit vxores, Liam figuram Synagogæ cæcæ, & Rachel pulcram figuram Ecclesiæ.

7. Et vt in præsens temperem à tractando, quemadmodum sit locus Oseæ intelligendus de Christo: sensu mystico an litterali, quem posteriorem non desunt qui vindicent, certè illud accipio, quod dat Hieronymus, & ab omnibus, minimû dari debet; in Israele fuisse Saluatorem adumbratum: idéoque dicere Euangelistam, impletum fuisse in reduce Christo ex Ægypto, quod Oseas prædixerat.

Quod cùm ita sit, non videri debet ins[illegible]lens, si Christus app[illegible]le[illegible] Iacob, & I[illegible]rael, cum non sit alienum a [illegible]ation[illegible], & [illegible]o S.[illegible]pturæ, appellari Dauidem, vt supra fuit demonstratum c.40.v.11.num.198. 8.

Christus appellatur Iacob, & Israel

S. Augustinus lib.20.ciuit.capit. vltim. nihil additione horum nominum commouetur: nam siue admonitus aliunde, siue ex hac suggillatione Hieronymi, sic ait: *In Hebræo non legitur Iacob, & Israel: sed ibi legitur, Seruus meus; nimirum septuaginta interpretes volentes admonere quatenus id accipiendum sit, quia scilicet propter formam serui dictum est, in quâ se altissimus humillimum præbuit, ipsius hominis nomen ad eum significandum posuerunt, de cuius genere eadem serui forma suscepta est.*

Aug. probat lectionem LXX.

Quare apud Augustinum septuaginta interpretes ob additum cognomen non modò non vapulant, vt apud Hieronymum, sed etiam bene merentur, quòd vt interpretes nobis fuerint interpretati, Christus Dominus vtra ex natura sit Patris seruus: & cùm possent in commune formam hominis ponere, maluerunt familiam exponere Iacobi & Israelis. 9.

Maldonatus nostri seculi nobilis S. Scripturæ expositor, Matth. loco citato, affirmat eo consilio L X X. fecisse, ne Christus Deus vocari seruus videretur, vel quia alibi ita legebant, vt capitulo 41. versiculo 8. 9. & capitulo 44. versiculis 1. 2. *Obseruauimus in idiomatis* (addit Maldonatus) *solitos septuaginta, cum sententia videtur, aliquid absurdi continere, addere, aut detrahere, aut mutare aliquid, vt absurditatem tollerent.* Hæc autor, cuius idiomata allegata vtinam haberemus. Adeò sunt multi non solùm è Patribus, sed etiam è posteris doctissimis, qui L X X. Græcam editionem tueantur; & sane vbi sibi constat sarta tecta, pro se habet etiam vindicem autoritatem Ecclesiæ, quæ vsa fuit hac editione, vt communi, & vulgatâ, tot seculis ante ætatem D. Hieronymi, & quamuis hoc loco eam S. Matthæus omiserit, aliis fere omnibus est secutus, idémque faciunt alij Euangelistæ, & Apostoli. Sed veniamus iam ad contextum, in quo explicando tantum nacti sumus adiutorem. 10.

Maldonatus, scriptor nobilis.

Ecce seruus meus.] Nemo ferme interpretum, qui Christum hoc loco recognoscunt, oblitus est admonere, quatenus Dei seruus debeat intelligi. Quinimo, vt Maldonato iudice, vidimus ea prouisio fuit L X X. cùm nomen Iacob, & Israel adderent: & quamuis cùm antiquitus pestis Arriana grassaretur, erat hoc cautionis antidotum magis necessarium, ne Humanitatis assumtio Diuinitati Verbi præiudicium afferret, ideóque Patres aderant animis intentis ad propulsandas similes calumnias: sed semper & vbique pius interpres cùm incidit in locum ancipitem eiusmodi, debebit distinguere, & diluere, ne mixtam epotus cuiquam nocere possit; nam etiamnum in Transsiluaniâ hæserunt reliquæ Arriani contagij. 11.

Christus quatenus seruus Dei dici possit.

Arrianis omnis ansa subtrahenda.

Ergo Christus & est Dominus, & est seruus, diuerso respectu, & sensu: quoniam simul est Deus, & homo. Vnde quâ Deus, est Dominus rerum omnium, quippe earum creator: quâ creatione nullus titulus ad dominandum

12. *Christus vt homo, est Dominus Angelorum.*

nandum potest excogitari maior. Quà homo etiam, est Dominus hominum, imò & Angelorum, etenim ipsi Angeli communem sibi cum hominibus Dominum agnoscunt, & appellant. Matth. 28. v. 6. Angelus ille die Resurrectionis mulieres ad monumentum ita alloquitur: *Nolite timere vos: scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis: non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus.* Attendis, absolute dicere, *vbi positus erat Dominus*, & certè in sepulchro corpus duntaxat erat positum, vt appareat loqui de Christo, vt homine. Seuerus in catena S. Thomæ, sic: *Angelus prædicat nomen, passionem dicit, & crucem, sed mox resurrectionem, mox Dominum confitetur, & Angelus post tanta supplicia, post sepulchrum agnoscit Dominum suum.*

13. *Christi dominatus in Angelos vnde.*

Sed sciscitaris, vnde huic homini in Angelos dominatus, cùm eos minimè redemerit? Audi Paulum 1. Coloss. v. 18. *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.*

Christus quomodo reconciliarit cælestia.

Quem locum, quòd verbosiùs euoluerim in commentario proprio, hic strictim dicam, reconciliasse Christum *quæ in cælis sunt*, quæ sũt vltima verba, vel quia sustulit dissidium inter Angelicus bonos, & homines malos, efficiendo, vt mali homines euaderent boni, & similes Angelis: vel pacificare, est iungere, & sociare Ecclesiam militantem terrenam cum triumphanti Angelica cælesti, & vtriusque effici caput, quæ est expositio Francisci Turriani viri doctissimi, & ornamenti nostræ Societatis in tract. posteriori de Euchar. contra Volanum Caluinistam. Et quidem vnam conflari Ecclesiam ex Angelis & hominibus certius, quàm vt à Catholico queat addubitari, lege ad Hebr. cap. 12. v. 22.

14. *Angelis Christus gratiam promeruit.*

Quòd si Christus vt homo est Dominus, capútque Angelorum, inde necessariò oritur, vt ex eo capite redundet in Angelos, vt in membra aliquis vigor & spiritus. Quamobrem & piissimè, & sapientissimè fecerunt ij doctores, cùm docerent, Christum Angelis (citra redemptionis titulum) promeruisse gratiam & gloriam. Quis enim hanc gloriam huic tanto homini Deo aut inuideat, aut subtrahat? cùm eam ei accedere, non solùm fuerit possibile, sed & maximè decuerit. Neque nuperrimè nata hæc existimatio videri debet, cùm eam videre liceat apud Orig. in epist. ad Rom. c. 3. Hilar. de Trinit. lib. 8. ad fin. Bern. in Cãtic. ser. 22. S. Thomam in Ioan. c. lect. 10. ad id: *De plenitudine eius omnes accepimus: sed omnes* (ait S. Thom.) *Apostoli, & Patriarchæ, & Prophetæ, & iusti, qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam omnes Angeli*, Adolescentiores Theologos & graues quidem hoc ipsum secutos viderit lector in nostro Francisco Soarez in tertia p. tomo primo disputatione quadragesim. secun. sect. prima, qui hanc sententiam non minus neruosè, quàm religiosè propugnat: & licèt ipse è Sanctis Patribus efficaciter non posse conuinci concedit, & Bernardum à nobis adductum de Christo, vt Deo loqui existimat.

S. Thomas.

15. *Christus vt homo seruus.*

Hic nihilominus tantus Dominus in comparatione hominum, & Angelorum, comparatus Deo, vt homo est seruus: nam quæ... creat... ex vi ipsa creationis erga Creatorem ... seruitutem inseparabiliter induit. Isto vergit Paulus Philip. 2. v. 6. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Aug. Psal. 77. v. 70. *Nec mouet, quòd cum dixisset & elegit Dauid, quo nomine Christum significauit, addidit: seruum suum, non filium suum. Imò verò hinc agnoscamus, non Patri coæternam Vnigeniti substantiam, sed formam serui susceptam ex semine Dauid.* Ergo qui eiusdem omnino est formæ, id est, naturæ, atque Deus Pater, eidem prorsus par, & æqualis quoad omnia, quia nihilominus tamen *exinaniuit semetipsum*, (qua de exinanitione longus est sermo) factus homo, & creatura, formam serui ineuitabiliter accepit. Et quoniam seruus non est sui iuris, sed alieni, & respicit dominum, cuius est possessio, ideo additur, *meus*; *Ecce seruus meus.* Sed præterquam quod ostenditur, quis sit dominus, aliquid amplius indicatur, præsertim, præpositá particulà, *Ecce*, quasi Deus glorietur se habere talem seruum. Nam si penè gloriabundus quæsiuit e satanam, vt illum vreret: *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd nõ sit ei similis in terra?* quanto æquiori titulo gloriari potest Deus sibi esse seruum Christum, qui sit idem etiam Deus? Hoc enim fuit diuinæ & incomprehensibilis sapientiæ consilium & inuentum, in Verbi incarnati mysterio, vt Deo adorationem & seruitutem exhiberet, non solùm homo, non solùm Angelus, sed is homo, qui licèt quod naturæ conditionem, & ordinem, esset aliquanto minoratus ab Angelis, tamen propter vim & censum diuinitatis vnitæ, esset *tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit; cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Igitur est, quòd Deus desinat se ostentare Deum, ac Dominum Iobi, Abrahami, Isaac & Iacobi, aliorúmque nobilium seruorum, cum possit digito intento in Filium dicere: *Ecce seruus meus*; qui *non rapinam arbitratus, esse* se mihi æqualem; voluit tamen humanam & seruilem subire conditionem. Vnde tantus, talis seruus, ac famulus non potest non esse mihi in summo pretio, & in intimis visceribus. *Suscipiam eum.* Singularis, eximia Dei in istum hominem prouidentia, & protectio. Heb. *sustentabo te.* Hispan. *Traher en palmas*; & Latini verbi modica non est: nam cùm dicimus, nos rem, vel personam suscipere, profitemur, & pollicemur, nullum omnino officium in eius procuratione prætermissuros, & vsque dum ad optatum exitum peruentum fuerit, non destituros. Genes. 43. v. 8. *Iudas quoque dixit Patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum.* Quam curam gesserit, quámque rationem & procurationem habuerit Deus illius humanitatis, non est humani ingenij suspicari, nedum assequi, sed ex iis quæ in literis ac tabulis vtriusque Testamenti, & præcipuè Noui consignata sunt, aliqua potest fieri coniectura. Vide Ioan. 11. v. 41. vbi Christus: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis.* Singulari modo suscipitur, cuius Deus Pater preces & vota semper & omnino excipit, & explet. Susceptus est

Creatura forma necessariò adductur.

Deus gloriatur esse Christum suum seruum. Iob. 1. v. 8.

Deus adoratur à Deo quodammodo in Christo.

Heb. 1. v. 4.

Dei in Christum singularis prouidentia vis.

Suscipere valde significa.

18.

Christus ab omni peccato alienissimus, & ab omni ignorantia. Nihil minus decorum fecit Christus.

est homo ille a Deo, ita vt nusquam vnquam vel minimum offenderit, neque ex malitia, neque ex infirmitate, neque ex ignorantia. Susceptus, vt non solùm quod erat illicitum, sed etiam quod erat minus decorum, omnino vitaret; & id semper & vbique faceret, quod esset sanctissimum, Deo gratissimum, humano generi vtilissimum, & maxime omnium conueniret, atque deceret. Susceptus, & acceptus summè Deo in moribus, in doctrinis, in miraculis. Minus arridebat Sanctus Thomas exponens de Incarnatione, *suscipiam eum*; cùm sit Patris oratio, vt illicò patebit.

19. *Electus, & diligere, quid.*

Electus meus.] Quod diximus de peculiari & præcellenti susceptione, dici oportet de hac electione: vt præ omnibus & ante omnes sit *electus*. Eligere, est, vnum è multis legere: eadem est notio verbi, diligere: vnde dilectum habere est ad militiam idoneos legere: Hilar. Psalm. 64. versiculo 4. *Non res indiscreti iudicij electio est: sed ex meri delectu facta discretio est*, & quia quos præferimus, meliores iudicauimus, istinc diligere pro amare substitui solet: vnde pulcrè consequitur, *complacuit sibi in illo anima mea*.

Diligere cur pro amare.

Hæc esse Dei Patris verba ad Christum, certiores nos facit Euangelium Matthæi 3. versiculo 16. *Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Eadem verba in Transfiguratione prolata. Matth. 17. versiculo 5. *Et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.* Patrem esse, qui dicat, *Hic est filius meus*, &c. tametsi per se claret, docuit tamen clariùs sanctus Petrus referens in suam Epistolam posteriorem cap. 1. versic. 17. hæc eadem verba: *Accipiens enim a Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapsâ ad eum huiuscemodi à magnificâ gloriâ: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.*

20. *Euangelium alludit ad Isaiam, vel verbas.*

Quæ tanta similitudo cùm sit inter verba Prophetica, & Euangelica, si minus vna & eadem vtrobique sint iudicanda, certè in Euangelio alludi ad Isaiam negari non debet. Eadem esse verba iudicat Procopius, & Forerius. Allusionem agnoscunt Sanctius hîc, & Maldonatus, Matth. 3. versic. 16. & Lucas Brug. illic. Barradas tom. 2. libr. 1. cap. 13. de baptismo Christi. Claudius Guilluardius Matth. 17. vers. 5.

21. *Cur in Isaia Christus dicatur seruus, & in Euangelio Filius.*

Quocirca alteruter ex altero locus explicabitur. Et primum omnium venit mihi in animum inquirere, quam ob caussam in Isaia Deus dicat: *Ecce seruus meus*; & in Euangelio: *Hic est filius meus*? cùm tantùm distet à seruo filius, & quidem sic de alio quouis viro sancto ageretur. Possemus accurrere ad discrimen veteris & noui Testamenti, & quod priscæ Synagogæ conditio, & status fuerit seruituris, eo appellari seruom: & quòd nouæ Ecclesiæ census & ordo sit filiationis & libertatis, ideirco nominari Filium: at cùm agitur de Christo, ea differentia locum non obtinet, qui non seruiuit sub lege veteri, sed eam partim aboleuit, partim suppleuit, & condidit nouam Euangelicam.

Synagogæ conditio seruilis: Eccl. vero filialis.

22. Mihi sanè in hac obscuritate tametsi gra-

tius esset attendere aliorum præeuntium impressa vestigia, in quibus possem pedem figere; sed quia hæc nulla apparent, conabor aditum aperire, & præire aliis, sicubi ipse offenderim, subleuaturis.

23. *Auctoris coniectura.*

Tametsi Christus Dominus, etiam sub ea exceptione, & vt in scholis dicitur, sub ea reduplicatione, quâ homo est, dici debeat Filius Dei, non adoptiuus, sed naturalis, quod satis conuenit inter Patres, & inter doctores Scholasticos, si vnum, aut alterum excluseris, de quo videndi interpretes sancti Thomæ tertia parte, quæstione 23. præsertim Soarez & Vasquez: quod satis bene sumitur etiam è Conciliis: id, inquam, licet ita sit: tamen cùm Pater in Euangelio profitetur: *Hic est filius meus*; crediderim non loqui de eo, quâ homo est, sed quâ Deus, testarique non filiationem liberam per gratiam, sed filiationem necessariam per internam & æternam generationem. Sic animaduerto plerumque accipi ab interpretibus Matthæi, & præterea obseruo olim in aliquibus codicibus ita additum: *Ego hodie genui te.* sic citat Hilarius in Psalmo secundo vers. 7. & alibi sæpius.

Soar. to. 1. disp. 49.

Filius à Patre dicitur Christus, vt Deus, in Euangelio.

24. *Adrianus Papa in Epist.*

Adrianus Papa, hoc nomine primus, in epistola ad Episcopos Hispaniæ tradit, in vmbra prophetiæ Christum dictum fuisse seruum propter seruilem conditionem, quam sumpsit ex Virgine: tamen postquam cessauit vmbra, & manifestata est veritas, quæ sub allegoricâ siluâ latebat, nunquam à Patre vocatum esse seruum, sed filium, neque ab ipso Patrem vocatum fuisse Dominum; ac denique ab Euangelistis & Apostolis non seruum, sed Dominum ac Deum appellatum. Eadem fermè in Concilio Francofordiensi docentur. Et quamuis consilium Pontificis & Patrum in Concilio cô intendat, vt Christus nunc seruus dici non debeat (quod quâ ratione sit accipiendum, non disputo: disputat autem & exponit bellè Soarez in 3. parte cit. disputatio. 44. sect. 1.) inde tamen id sumo, quod ad rem facit, ideo apud Vates dici Christum seruum, quòd illud tempus esset vmbræ, in Euangelio verò à Patre nominari Filium, quòd abscedenti vmbræ successerit veritas. Quæ ratio, vt obscurior, indiget declaratione, & lumine: & hoc lumen possit esse istiusmodi; Christum olim promissum fuisse a Vatibus, à Patriarchis obscurè adumbratum, multis etiam aliis imaginibus obuolutum: eius dignitatem & diuinitatem tenuiter, & modice cognitam: at Euangelica luce fuisse declaratam, & manifestatam: Lege Augustinum Psalmo 64. versiculo quarto, ob id in lege vetere, sub serui nomine contineri: in Euangelio, Filij titulo nobilitari.

25. *Christus fuit velatus in Testamento vetere, & reuelatus in nouo.*

26. *Christus in lege veteri dicitur seruus, ad solatium eorum, qui erant in statu seruili.*

Eò accedit, quòd cùm status ille prior fuerit seruilis, quo minus grauiter ferrent eam conditionem homines, ideo Messiam totius humani generis principem & caput, respectu Dei appellari seruum, ac famulum: qua appellatione nomen istud in speciem abiectum & vile, in Christo Domino splendorem acciperet: vt solet habitus vilior à viro nobili indutus vilitatē ponere. At in tēpore legis Euangelicæ cùm ea medicina & cōsolatio non

esset opus, eo quòd filialis adoptionis ordo, & status cum omnibus fidelibus cõmunicaretur, iamq ipsa poi ... ut Ecclesiæ nascentis Parens, & Autor, in qua, procul amandato, & exule spiritu seruitutis timoris, cuncti clamaturi essent *Abba, Pater*, cum a Patre æterno propo-

sup. 11. v. 6. nitur in Baptismo, vt *Pater futuri seculi*, id est, nouæ generationis & prolis, non audiretur

Matth. 3. v. 17. vox de cælis, dicens: Hic est seruus meus, sed: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

27. Baptismus vet.

Nam si quotquot ex sanguinibus, & ex voluntate carnis, & ex voluntate viri nati sunt, vbi receperunt Christum, & eius Baptismum, regenerantur, & renascuntur filij Dei, quorsum Pater cælestis eius natiuitatis & filiationis autorem & consummatorem Iesum, cælis dehiscentibus & obstupefactis, mundo ostendens, & tantùm, non ostentans pronuntiaret: Hic est seruus meus, & non potius: *Hic est Filius meus dilectus*; cuius nuper ad exemplum humilitatis, non vt vllas sordes elueret, baptizati quicumque fuerint secuti vestigia, & externè, internéque fuerint abluti, in filios meos adoptabuntur, vt sit ipse *Primogenitus in multis fratribus.*

Baptismus Christi.

28. Non admodum dispar est ratio in Transfiguratione, ob quam eadem vox & oratio fuit iterata. Etenim illic quæ olim in illo statu seruili fuerant mysteria obtecta reteguntur, ideóque Moyses & Elias, hoc est, Lex & Prophetæ apparent in gloriâ, splendent, vtuntur, quæ antehac velabant faciem, ne oculos perstringerent aspicientium: & cùm sub nube caliginosâ data fuisset Lex, doctrina Euangelica in Transfiguratione in nube lucida fertur, & ex ea Moyses lucem participat. Regredere ad cap. 40. vers. 11. num. 256. Et quoniam ad nouam natiuitatem, & perfectam filiationem, quâ de loquimur, præter aquam Baptismatis requirebatur aqua doctrinæ cęlestis, iuxta illud Matth. 28. vers. vlt. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare quæcumque mandaui vobis.* Itaque quoniam qui Baptismum Christi suscipit, eiusque doctrinam seruat, is legitimus Dei Filius euadit, eam ob rem in Iordane vbi Iesus exiuit ex aquis, à Patre Filius voce cælesti declaratur: & in Tabor, vbi vti Doctor Orbis proponitur, etiam Filius à Patre recognoscitur, & additur, *ipsum audite*: quia adultis Baptismus sine legis Euangelicæ obseruantia non sufficit ad salutem, & ad Dei filiationem per gratiam.

Transfiguratio. Mysteria obtecta reteguntur. Moyses & Elias cur. Lex sub nube obscura, Euangelium in luce tradiditur. Ad natiuitatem spiritualem opus aqua baptismi, & doctrinæ.

CurChristus ecin Baptismo, & in Transfiguratione Filius à Patre appellatur. Baptismus non satis est adultis sine legis obseruantia.

Hilar.

29. Quod pertinet ad Baptismum, assertioni nostræ adsistit Hilar. ad finem canon. 2. in Matth. *vt ex eis*, ait, *quæ consummabantur in Christo, cognosceremus, post aquæ lauacrum, & de celestibus portis sanctum in nos spiritum inuolare, & celestis nos gloriæ vnctione perfundi, & paternæ vocis adoptione Dei filios fieri.* Hanc rationem approbat Abulensis Matth. 3. quæst. 94. & cap. 17. quæst. 86.

Quod verò spectat ad Transfigurationem, nobis adest Cardinalis Toletus Luc. 9. annot. 79. vbi cùm varias recensuisset huius auditæ vocis caussas, ipse suam sententiam exponit: *Declarat ergo hoc testimonium præstantiam doctrinæ Christi ... Euangelij supra legem: hanc enim per seruum, illud per filium tradidit. Rursus, vt*

Tolet. Cardin.

A *ostendat effectum doctrinæ Christi, qui est ... adoptionis Dei facere, Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit potestatem filios Dei fieri ... nium ergo prebet Pater de Christo filio ... quod per eum facturus erat; Galat. 4. Misit ... filium suum, &c. Vt adoptionem filiorum reciperemus, hic mihi visus est scopus huius testimonij.* Hæc ille. Quòd salebrosum iter ... nimam videmur absque naufragio prætercta, confidimus reliquum nauigationis cursum non improsperum esse, Deo aspirante futurum.

30 *Ecce seruus meus.*] Quemadmodum apud Euangelistam, pronomen, *hic*, *Hic est filius meus*: vt interpretes obseruant est valde B ... bilis, & singulariter Christum ab alijs filijs separans, cùm reliqui sint adoptiui, Christus verò naturalis: ita particula, *Ecce*, designat excellentissimum quendam Dei Ministrum ad procurandam salutem humanam, & efficiendam; cui alij omnes ministri & famuli siue veteris, siue noui fœderis vlla ex parte sint conferendi. Itaque hoc loco *seruus*, non vilem, abiectam & sordidam conditionem adfert, qualem habet seruitus legalis, non ex hominum naturâ eadem & æquali apud omnes, sed ex iure Gentium ex occasione peccati, nam vt docet August. 19. Ciuit. c. 1. *Nomen istud culpa meruit, non natura.* §. ius autem, Instit. C de iure natur. &c. *Bella orta sunt, & captiuitates secuta, & seruitutes, quæ sunt naturali iuri contraria, iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur.* Ergo cum Christus etiam vt homo cuiusuis peccati fuerit incapax, in eum ea seruitutis ratio quæ ex peccato fuit introducta, cadere non potuit: atque adeò titulo creationis est seruus, quo titulo etiam Angelis seruitus ista fit communis, vnde Apocal. 22. vers. 9. Angelus se *conseruum* Ioannis appellat. Atque adeò hoc loco Christus seruus meus à Patre dicitur, quatenus vt homo est eius administer, eius voluntatem, 31. & imperium exequens, quod tertio quoque verbo Saluator, dum in viuis ageret, prosi- D tebatur, imò alicubi, *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius*; tanquam diceret: nihil mihi suauius; præterea, inde sustentor, inde viuo: Origenes illic, tom. 13. *Idoneus cibus Filio Dei, cùm actor paternæ voluntatis efficitur, hoc velle in semetipso protestans, quod erat in Patre. Solus autem filius perfectè operis paternæ voluntatis est capax: ceteri verò sancti nihil præter diuinam voluntatem peragunt. Plenam autem, & integram facit voluntatem, qui dixit: Meus cibus est, vt faciam voluntatem, &c.*

Christus ... seruus ... Seruitus Christi non vilis. Seruitus ex de ... Christus vt homo est Dei administer. Ioh. 4. v. 34. Orig.

32. Eodem aspicit Paulus, vbi Christum appellat Apostolum, id est, à Patre Deo missum, legatum cum mandatis, quæ pruden- E tissimè & fidelissimè executioni mandare: hic est enim per antonomasiam *fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore, tritici mensuram*, iccirco quamuis Christus esset Dominus hominum & caput etiam quà homo, sæpe confessus est ingenuè, venisse se, non vt ei ministraretur, sed vt ipse contrà alijs ministraret, nempe memor huius prophetiæ: *Ecce seruus meus.* Sed quia, vt vidimus, præcellit alijs inferioribus seruis ac famulis,

Heb. 3. v. 2. Matth. 24. v. 45. Christus ... profitetur ... ministrare ... famulis, ...

fam[illegible] m[illegible] al[illegible] omnes eo [illegible]statem ac[illegible]piunt præ[illegible]den[illegible], & inspe[illegible], eu mini[illegible] an di[illegible] a [illegible] Petro *[P]rinceps pastorum* est di[c]tus elegantissime. na[m] [r]egimen pastorale, vt fu[se] mo[n]ui, a capit. 40. ver[s]. [illegible] num. [illegible] & deinceps, est seruis c[ommo]dius pec[o]ris. Et nume[ro] . 103. transcripsi ex Ezechiele testimonia, in quibus Christus vocatur Dauid, seruus simul, & Pastor.

34. Theodot. [illegible] 9.5. [illegible] LXX. fortassè, quo seruitutis nomen odiosum, & sordidum vitarent, Græcè παῖς reposuerunt. Latinè puer dicitur, qui S. Scripturæ phrasi non semper ad ætatem puerilem trahitur: sed non raro est min[or] natu, & statu, idem fere, atque famulus, quia minores ætate solent famulari natu grandioribus. Lege Salmer. tom. 7. Proleg. 14. non procul à fine.

Matt. 12. Hoc quoque secutus est S. Matthæus: *Ecce puer meus quem elegi*; in quà posteriori particula di[s]t[at] ab Hebræa, & Græca lectione: nam in vtraque est, *suscipiam eum*: sed omissâ diuersitate temporis, cùm apud vates passim futurum sufficiatur loco præteriti, *suscepto*, & *electo* sensu non differunt.

Multo minus variant quod Hebraicè, & apud LXX. scribitur, *Electus meus*, & apud Mat. c. 12. prædicto, *Dilectus meus*: nam vt antehac n. 19. monui, electio nascitur ex dilectione & amore, imò ex maiori amore, ac æstimatione, & e[lec]tione dilectio & amor cõsequitur, ideoque Latini prisci inter diligere, & deligere nihil fer[è] interesse putabant, & delectum militum aliarumque rerum pro electione vsurpabant, Deuter. [7.] vers. 6. *Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores, sed quia dilexit vos Dominus.* Itaque ex dilectione nascitur electio.

35. Christus ca[ro] [illegible] [illegible] prædestinatorum. Itaque Christus vt homo, non modò vt Filius Dei, fuit a Patre prælectus, & prædilectus, hoc est, præ ceteris hominibus; idem dixeris de Angelis, etsi de his nunc non est sermo, à Deo Patre dilectus, & electus: quippe qui sit is, in quo reliqui iusti fuerunt electi, dilectique. Ephes. 1. versic. 3. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus, in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in caritate. qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in quà gratificauit nos in dilecto filio suo.*

36. Christus quæ promeruerit hominibus. Quem Pauli locum, quia cùm ex antiquis Patribus, tum è recentioribus doctoribus alij aliter intelligunt, quoad ea, quæ Christus promeruit hominibus: cùm quidam asseuerent omnia bona, & dona spiritualia, & supernaturalia promeruisse, ac proinde ipsam prædestinationem ad gloriam, quod est maximum, & excellentissimum donorum, idque non solùm quoad numerum prædestinatorum in commune, sed etiam quoad distinctionem, & selectionem singulorum: alij verò Patres & doctores scholastici, hanc bipartitam prædestinationem, vel alteram partem soli diuinæ liberalitati ascribant nihil dum de promeritis futuris Christi cogitanti: at vocationem ad fidem gratiamque & reliquorum conducentium ad gloriam procurationem, &

A electionem Christo promerenti omnino esse tribuendam [affi]rment, idque sibi videantur ex ill[o] Pauli [v]erb[o] [e]fficere, *Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati.* itaque el[ec]tionem ad gratiam Christo Apostolus attribuit, non electionem ad gloriam, vt iis magistris placet.

37. Christus meruit prædestinationem, & electionem ad gloriam. Nobis, etsi huic disputationi locus alius videbatur reseruandus, melior tamen, & verosimilior, & sanctis scripturis congruentior apparebat prior interpretatio & opinio, quæ docet in Christo omnes, qui salui fiunt, fuisse electos non solùm ad gratiam, sed & multo magis ad gloriam.

B Ergo quemadmodum apud S. Matth. ca. 12. *Dilectus meus*, dicitur, non eo tantùm nomine, quòd Patri sit carus, dilectusque, sed quòd, vt visus est Paulus citatus exponere, *gratificauit nos in dilecto filio suo*; sic cùm apud Isaiam dicitur; *Electus meus*, intelligi debet: in quo Deus elegerit quotquot sunt electi & prædestinati ab æterno. Electus meus, quid.

38. *Complacuit sibi in illo anima mea.*] Tametsi editio Latina valde bene exprimit, quàm carus, gratus, iucundus, suauisque fuerit Deo homo Christus; Hebræa tamen & Græca locutio multo meliùs lectori id prætẽdit ob oculos: quare, cùm hęc Dei erga Christum complacentia tam magni referat ad plurimas nobis C Christianis, si velimus eò attendere, importandas commoditates, non putaui committẽdũ, vt cursim id explanarẽ, sed vt possẽ, diligẽtissimè. Quòd Christus Patri sit carissimus, nobis valde prodest.

In autographo est verbum רצה ratsah, quod etsi vulgo *velle, placere*, seu *complacere* exponitur; penitius tamen aliquid amplius latet, nempe, non ex arbitratu, non temerè, aut ex cæco quodã voluntatis impetu, sed ex cõsilio, iudicióque optimo, ex merito & quodammodo ex iure, sibi in aliquo complacere: Hisp. *agradarse con razon*. Ex quo verbo Hebraico ego putabam duci hoc nomen nostrum vulgare, *Razon*, Hebr. רצון *ratzon*, idest, *beneplacitum, voluntas*, vt vel ex etymologia nominis admoneremur, voluntatem nostram debere cum ratio- D ne congruere: alioqui voluntatem non esse, sed libidinem. Complacere Hebraicè, quid. Voluntas dicitur rationi congruere.

39. Huius interpretationis autorem videor mihi posse laudare S. Matthæum toties nominatum, seu eius Græcum interpretem, qui reddidit, *in quo bene complacuit anima mea*: vbi aduerbiũ *bene*, referendum est istò: idest, meritò, iure: idque liquet è verbo Gręco: quod est vnicum, etsi cõpositum, εὐδοκέω, non minus ad iudicium, quàm ad voluntatem attinens: nam δοκέω, est *censere, statuere*, & εὐδοκέω, *rectè, probè censere*: & quia quod nobis videtur, quódque iudicamus, & statuimus, id probamus, & volumus, hinc factum est, vt promiscuè de intellectu, & affectu hoc E verbum enunciet, sed reuerà & propriè significat voluntatem & complacentiam ex recto indicio descendentem. Idem verbum legitur Matt. 3. v. 17. c. 6. c. 17. v. 5. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, εὐδόκησα: Ac si dicat Pater, si est mihi carissimus, si dilectissimus, si gratissimus, meritò id fit, & iure optimo, cum tot, ac tanta sint in illo merita, cùm tanta sit illius dignitas: non mera in illo diligendo est voluntas, non sola animi propensio: etsi enim hæc in Deo adeò sit ex se recta, & directa, vt non indigeat directione 40. Voluntas Dei ex seipsa recta est.

Deus in diligendo Christo ducitur iudicio & ratione.

iudicij, & intelligentiæ, sed quia Scriptura inter loquendum se se ad nostrum captum attemperat, Deus in diligendo & amando Christo iudicium rationémque adhibuisse testatur, cùm vtitur verbis quæ vtriusque facultatis operam admissam significant. Cùm enim Deus maturâ deliberatione, solertique iudicio delegerit Christum, quem vnice diligeret, *Electus meus, dilectus meus*, non est periculum, vt in posterum de hac dilectione & complacentiâ quicquam remittat. (ideo enim nos homines interdum remittimus, & bene remittimus, quia malè quod diligamus, deligimus, & admittimus.) Cuius in Christo amando suauitatem vt amplius ostenderet, placuit Spiritui sancto, apponi verbum, *anima mea: complacuit sibi in illo anima mea*: vel vt in Matthæo, *in quo bene complacuit anima mea.*

41. *Anima in Deo non est.*

Deo animam non esse, certum. Anima enim vtcumque capiatur, pars est rei animatæ. Sed quia in homine anima est sedes amoris, & quæ amore ducitur, & ferè trahitur, vnde illud Philosophi: *Anima potius est, vbi amat, quàm vbi animat*, & illud portæ de amico: *Dimidium animæ meæ*; iccirco Deus vt tenerrimum & indulgentissimum affectum erga Christum indicaret, *anima* vocabulum adhibuit, Hebr. נפש *nephes*, quæ est eadem notio Hieron. epist. 151. quæst. 2. *Non quòd Deus animam habeat: sed quod in anima omnis Dei monstretur affectus.* LXX. *Suscepit illum anima mea*: quæ adhuc significantior apparet, idest: admisit in se, recepit anima mea, vt intimum: in præcordiis & visceribus habeo. At quid mirum, eum hominem cum Deo coniunctissimum esse caritate & amore, cui est hypostaticæ Vnionis vinculo indissolubili copolatus? Quidni esset gratissimus, in quo vno forent gratificandi quotquot in conspectu Dei gratiam essent consecuturi? Quàm plenus Dei gratia, & beneuolentia oportuit, vt esset is, de cuius plenitudine omnes essent accepturi, non modò homines, sed etiam Angeli, vt suprà num. 14.

Christus valde Dei carissimus.

42. *Dilectus cognomen Christi. Quod nobis est vtile.*

Dilecti cognomen esse proprium Iesu Christi, ex pluribus locis sanct. Scripturæ sumitur, & ex capitulo quinto versiculo primo constitit. Quæ nomenclatura etsi ipsi Christo est gloriosissima, nobis quoque est summopere fructuosa, vel ad excitandam, & erigendam confidentiam impetrandi à Deo quæcumque optauerimus saluti & perfectioni animæ necessaria, aut conuenientia. Quid enim aut Christus nostri amantissimus non nobis, quos suo sibi sanguine quæsiuit, optet salutare, aut quid Filio dilectissimo Pater optanti denegauerit?

Dei in Christum & Christi in homines amor roborat spem.

Ergo si hanc Iesu Christi erga genus humanum dilectionem, & Patris in Filium caritatem eximiam assiduè, attentè, piè meditemur, & habebimus animum spe diuinâ nimiopere suffultum, & in maximis periculis, ac difficultatibus erectum & alacrem, si ad Patrem per Iesum Christum eius carissimum filium, accessetimus exorandum.

43. *Pater intuens Christum, oblanditur offensionem hominum.*

Quis enim quantumuis Deum offenderit, desperet sibi ignoscendum, cùm tam carum Patri pignus, tam gratum dilectúmque reconciliatorem obtendat? in quo ita Pater sibi acquiescit, ita complacet, quo sic oblectatur, vt cùm illum intuetur hominem, omnes omnium aliorum hominum offensio[nes] & [inju]rias obliuiscatur, atque adeò iras ponat. [H]ic est Arcus, de quo G[e]nes. 9. versiculo 1[6] quem Deus videns recordatur fœderis, & pro[pi]tiatur hominibus, qui eius iram accend[e]rant. Nam verbum רצה *Ratsah*, aliquaodo non solùm *complacere*, sed id etiam, quod illud consequi solet, significat, quod est placari: Sic Psalm. 76. versiculo 8. *Nunquid in æternum proiiciet Deus? aut non apponet, vt complacitior sit adhuc?* vbi *complacitior* idem atque complacatior, vt e sequentibus versibus colligitur: *Aut in finem misericordiam abscindet, a generatione in generationem? aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?*

Iraque quod alibi creberrime traditur, Iesum esse *Propitiationem*; *Propitiatorem* & *Aduocatum*, hoc ipsum apud Isaiam Pater confitetur; vt nobis animos faciat, & spem erigat, se nobis quantumuis inimicis & offensoribus fore exorabilem, si tanti Mediatoris & Propitiatoris meritis & gratiâ vti nouerimus. Quod etsi facile possem certum facere multis testimoniis, vno tamen ero contentus Ioan. 1. Epi[st]. cap. 2. vers. [1]. *Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed etsi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum Iustum; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Q[u]o loco, paulum est inuersa dispositio & ita possit conuerti: *Hæc scribo vobis, non vt peccetis, sed etsi quis peccauerit*, &c. Vt si doceret: nolim vobis hoc sit occasio peccandi, nempe reconciliationis facilitas, *sed etsi quis peccauerit*, nequaquam desperet de veniâ: *Aduocatum enim habemus apud Patrem Iesum Christum Iustum*, cuius iustitiæ respectu condonabit nobis quaslibet iniurias & offensas. Et nota nomen, *Iustum*, quo donat Euangelista, & ornat Christum sicut & Vates noster suprà capit. 41. versic. 2. & vers. 10. de quo illic. 44.

Iustus, cognomen Christi.

Dedi spiritum meum super eum.] Matth. capitulo 12. *Ponam spiritum meum super eum.* Itaque Euangelista intellixit apud Prophetam, præteritum fuisse pro futuro. Quis qualisque fuerit hic spiritus exposui, in capitulo 11. versiculo 2. vbi sunt similia verba: *Requiescet super eum spiritus Domini*, & dein, quàm fuerit multiplex, ostenditur. Illa reuisito: hic solùm moneo, in Baptismo, quo tempore hæc eadem verba cælitus insonuerunt, visum fuisse descendere Spiritum sanctum super Christum in specie columbæ: ex quo certior sit allusio Euangelistæ eo etiam loco ad Isaiam. 45

Matth. 3. v. 16.

Iudicium Gentibus proferet.] Huius tanti Ministri, Magistri, Euangelistæ, & magistratûs partes, officia, ac virtutes incipit recensere: & primo quoque loco ponit, eum fore iudicem & doctorem non vnius, aut alterius populi, & gentis, vti Moyses fuit, qui iudicium, & leges tulit solis Iudæis. Ergo hic summus legislator iudicium proferet, sine vllâ finitione, omni hominum generi, & ordini, hoc est, Hebr. לַגּוֹיִם *la Goim*, *Gentibus: à las Gentes.* Istue Simeon senex puerum Iesum pectori suo & cordi apprimens Lucæ secund. c. versicul. trigesimo primo. *Quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen* 46.

Sup. 41 v. 19. Christi partes & officia. Doctor Gentium & Iudæorum.

ad re

ad vocationem Gentium. Quo de argumento alias egi, vt meminimus ad capit. 19. numer. & dudum capit. 40. numer. 95. quare hic parciùs.

47. *Iudicium proferre, quid.* Illud autem videre volui, quid sit *Proferre iudicium: iudicium* istic non vocabulum forense agnouerim, quo accusationis, defensionisque partes, & iudicis in sententiâ ferenda officium significari consueuerunt: sed illud Principis ac summi rectoris munus, quo statuit, quid fieri, quid caueri a quouis oporteat, & quo quidque tempore obiri sit necesse: itaque vno alio verbo Latino, *legislationem* explanauerim. Ergo *Iudicium proferet Gentibus*, probè interpretere, *Leges feret Gentibus:* Euangelium afferet.

48. Quam interpretationem rationibus firmo. Primo, quia suprà capitulo præcedenti ad finem dixit: *Euangelistam dabo*, idest, bona felicia, fausta nuntiantem. Ad ista, numero 613. Ergo non potest hoc iudicium esse illud postremum, quo boni cum malis continentur, & bonis absolutis, mali damnantur: sed illud quod omnibus proponitur, nempe festiuissimum nuncium Euangelicum. Deinde S. Matth. capitulo 12. reddit: *Iudicium Gentibus nunciabit.* quod nisi quo docui modo nequit accipi: nunciare enim Græcè *ἀπαγγελεῖ*, prædicationem, & rerum propositionem affert, quæ vim non infert, atque adeò iudicis potestatem cogentem & obligantem excludit. Demum de iudiciariâ potestate est sermo inferior ver. 3.

49. Itaque hoc *iudicium* ad priorem Christi aduentum attinet, cùm aduenit vt saluator, non vt condemnator. Ioan. capit. 3. versic. 17. *Non enim misit Deus Filium suum in mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum.*

Vbi *iudicare* est damnare, & Chrys. S. Thom. & alij de priori Aduentu intelligunt. Et mundus plane saluandus erat iudicio: quod Christus illi protulit: illa videlicet notitiâ verâ, & efficaci, quâ docetur homo verum à falso, bonum a malo dignoscere, atque secernere, & illud sequi, hoc autem fugere. nam & est iudicium damnationis, & iudicium discretionis: illud est publicum, hoc priuatum. *Iudicium. est discernere.*

50. *Proferre, est abdita ferre.* Quòd verò non simpliciter est dictum, *feret*, sed compositè, *proferet iudicium*, quæ eadem est vis in Hebræo, & Græco vocabulo, illuc attinere ipse opinabar, vt res reconditæ intelligerentur esse quæ traderentur, & ante illud tempus ignotæ. Nam proferre, est promere, è promtuario, ex abdito ferre: Psal. 134.7. *Qui producit ventos de thesauris suis.* Hebraicè verbum idem quod hic: nempe יוצא *iotsiá* in Hiphil. Simile illud Mat. 13. v. 52. *Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Quæ significatio mirabiliter cadit in hoc iudicium, si pro Euangelio sumitur, Coloss. 1. vers. 26. *Mysterium, quod absconditum fuit à seculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annunciamus.* Et alibi Paulus nominat *mysterium*, & *mysterium absconditum.* *Iud. Doctrina Euangelica antea occulta. Iosi. c. 49. num. 46.*

51. Deinde sacramẽta quę Christus instituit, & è thesauris sapientiæ, potentiæ, & benignitatis suæ protulit in hoc iudicio contineri possumus affirmare. nam eorum susceptu diiudicãtur, & secernuntur fideles ab infidelibus: vt olim circũcisione populus Dei ab alienigenis. Sacramentorum vsu, & abusu fideles inter se etiam dignoscuntur, & absoluuntur, aut condemnantur: quod speciatim admonuit Apostolus de excellentissimo Sacramento. 1. Corinth. 11. vers. 28. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit; non diiudicans corpus Domini.* & post: *Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* *Sacramentorum vsu discernit fideles interse.*

Demum præcepta & consilia Euangelica adeò eminentia, & noua, & obstrusa, probè hoc loquendi genere significantur: *Iudicium proferet;* vnde Matth. 5. v. 1. cum primum Christus cœpit suam Euangelicam doctrinam exponere & expromere, in Montem ascendit, vt ipsius loci altitudo, Ambrosio adnotante, dicendorum celsitatẽ portenderet, *& aperiens os suum*, vt ait Euangelista, *docebat eos:* quod non superuacuè additum omnes obseruãt, & qui meliùs interpretantur, affirmãt, quòd de rebus magnis & inauditis erat dicturus, atque docturus. 52. *Consilia Euangelica ex abdito prodiit.* *Os aperire quid.*

Ex quibus omnibus accipimus, vere iudicare eos, qui hoc *Iudicium* apud nostrum vatem nihil aliud esse quàm Euangelium suo chirographo firmant, ij sunt apud Matth. c. 12. Theophylact. Maldon. Lucas Brucurgens. Barradas. Euthym. Iansen. c. 59. Hoc Isaiæ loco Vatablus, Foret. Arias, Dionys. Piutus, Adamus, Osorius, Haymo. etsi ex iis aliqui alias etiam probant expositiones, vt de extremo Iudicio, Dionys. Piut. Maldon. vel, quòd inter diabolum, & hominem iudicauerit, & illo damnato, hunc absoluerit: sic Adamus. 53. *Iudicium pro Euangelio.*

Antiquiores cum Aduentu priori posteriorem coniungunt, hoc modo, vt *Iudicium* hoc sit futurum in fine seculi, sed prolatio in principio Euangelij: sic Euseb. lib. 9. cap. 15. cùm hoc totum vaticinium transcripsisset vsque ad ve. 7. & ab Euangelista Matthæo quemadmodum est citatum, adiecisset, & vtriusque lectionem composuisset, addidit: *Ergo ne sententiam quidem si spectes, populo ad circumcisionem spectanti oraculum accommodari poterit: sed vni Christo Dei, cui et ipsa euidentia & euentus rerum fidem indubitatam facit. Vnus enim hoc futurum iudicium gentibus publicè denunciauit, cùm seipsum tacitè in vitam hominum insinuauerit atque in terra iudicium posuerit.* Theodoretus apud Lennem Castrium. *Premonstrabit Christus Gentibus iudicium vltimum futurum, & se futurum iudicem, quod erat vsque ad illa tempora occultum.* quod videri potest promtum ex August. lib. 20. de ciuit. c. 30. 54. *Iudiciũ proferre id est, enunciari.* *Eusebius.* *Theodoret.*

Sed minus propria apparet declaratio, *proferre Iudicium*, pro eo quod est, denunciare esse futurum. quod etsi ex editione apud Matth. qui habet: *Annunciabit Iudicium*, sic posset exponi: sed cùm tam multa alia Christus protulerit, noua & occulta mundo, & nomen hoc *Iudiciũ*, quo permotos fuisse Patres appellatos existimo, valde latiùs pateat, nõ iudico ad istud præcisè caput esse coarctandum. Addo postremò, quod non in postremis censeri cupio, hanc interpretationẽ dissidere à mente & consilio S. Matthæi, quem constat in hoc oraculo Isaiæ allegando, eò tendere, vt ostendat Christi mansuetudinem & clementiam, vti communiter illius explanatores docent, quod cùm ita sit, cur allegaret testimonium, in cuius primo 55. *Refellitur.*

quoque verbo illud seuerissimum & horribile iudicium obiiceretur, & in quo Christus viscera suæ misericordiæ quodammodo videbitur exuisse? Et sanè quæ consequuntur, huic propositio repugnant: nempe, *non clamabit*, &c.

56. *Procop.* Procopius exposuit *δικαιοκρισίαν*, i. *iustum, æquum iudicium*, quod tum Christus protulerit Gentibus, cùm eas iustificauit, condemnans Satanam: idque professum fuisse Dominum vbi dixit: *Nunc iudicium est mundi, & nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* &, *ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum.* Hæc ille, quæ eo minus displicebant, quo magis appropinquant ad summam, & finem Euangelij. *Iudicium pro æquitate.* Ioannes Benedictus in Concordantiis *Iudicium*, hoc loco capit pro æquitate.

Vers. 2. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris.

57. POsteaquam prædixit Isaias, Christum fore omnium gentium legislatorem, Doctorem, ac Principem, eius ingenium, moresque, institutum, studiumque describit. *Mansuetudo Christi.* ac principio proponit eius mansuetudinem: cuius imitationem ipse in primis à suis sectatoribus exegit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

Clamor est iracundiæ. Vox submissa est pacantis. *Non clamabit.*] Clamor comes est iracundiæ, & index animi perturbati & superbi, cùm clamor est inconditus, asper & tumultuosus. Rursus, vox submissa, temperata oriri solet ab animo pacato, humili, & mansueto. Vnde ab effectu, & indicio externo commendatur Christi mansuetudo, patientia & humilitas.

58. *Parua laus non esse clamosum.* At quæ tanta laus est, inquis, hominem non esse clamosum, vt hæc Christo tribui debeat? Solent enim ab eiusmodi clamoribus, & vociferationibus temperare, non modò homines mediocriter probi, sed etiam minus probitatis amantes, si sint honoris & existimationis cupidi; cùm nihil ferè sit, quod magis dedecoret, & dehonestet viros optimates, quàm clamando, & vociferando turbulentè cuncta permiscere. Sed oportet animaduertere, *Vitii remotio & negatio valde significat.* cùm vitium aliquod insigne ab aliquo remouetur, ea exclusione, & negatione eidem attribui virtutem contrariam excellenti quodam gradu, & modo. Quæ monitio est necessaria toti orationi secuturæ, in qua per negationem vitiositatum, Saluatoris virtutes eximiè extolluntur. quod laudandi genus puto esse commune aut omnibus, aut plerisque. Nos certe Hispani frequenter eo vtimur, vt cùm impensè hominis probitatem laudare volumus, solemus dicere, *a buen seguro que no le vean matar hombres.* qua locutione non solùm animus est, hominem ab homicidiis alienum & insontem ostendere, sed singulari iustitiæ, & æquitatis, & sanctimoniæ dotibus præditum prædicare. Eodem modo accipi debet hoc: *Non clamabit; non audietur vox eius foris*: idest, erit mitissimus, mansuetissimus, modestissimus: ab omni omnino rixâ, & contentione alienissimus.

Quòd verò hæc circumlocutio ad eum scopum dirigatur, ex S. Matthæo colligimus; qui cum narrasset à Christo sanatum fuisse eum, cui manus erat arida, adiecit: *Exeuntes autem Pharisæi consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum.* *Matth. 12. v. 14.* *Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes, & præcepit eis, ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ecce puer meus.* Quo Matthæi loco interpretes etsi variè exponunt, quorsum allegauerit Euangelista hoc Prophetæ testimonium, sed probatur nobis in primis Iansenius, cuius verba non grauabor ascribere: *Mansuetudo Christi.* *Iansen.* *Testimonium istud à Matthæo potissimum adductum est ad testificandam Domini mansuetudinem in superioribus demonstratam, tum in eo, quòd illorum furori cessit, quos potuit multis, apertisque verbis obtundere, quósque potuit etiam perdere; tum in eo, quod manifestum fieri se nollet ab iis, quos sanabat, ne Pharisæorum animi magis irritarentur, ostendens hac ratione Euangelicam philosophiam non terroribus, non conuitiis, non contentionibus esse defendendam aduersus rebelles, sed mansuetudine superaturam. id enim est quod apertè satis hoc Isaiæ testimonium prædicit.* *Euangelium non tuendum terroribus, sed pace.* Maldon. breuiùs: *Toto denique hoc Isaiæ testimonio nihil aliud quam Christi mansuetudo declaratur.*

60. *Personam diuersa.* *Neque accipiet personam.*] Latina editio differt admodum à Græca LXX. quæ est *Non dimittet*, seu, *non relinquet*, differt ab eâ, quæ est in Sanct. Matthæo, qui superius verbum, & hoc efficit eiusdem significatus hoc modo: *Non contendet, neque clamabit*; cui versioni congruit, quod sequitur apud omnes. *Neque audietur vox eius foris.* Varietatis ratio est, quia Hebr. est tantùm verbum. ישא *Iisà*: idest, *leuabit*, *tollet*, quod quia videbatur esse aliquo nomine supplendum; Vulgatus *personam* adiunxit; Sanct. Matthæus vocem intellexit deesse: idcirco reddidit, *non contendet, neque clamabit*; nam qui clamat, tollit vocem. LXX. aliò respexerunt. Sed quam ex iis probamus interpretationem? Sanè omnes. quia cùm autographum eas admittat, & à legitimis & approbatis autoribus afferantur, quales sunt Euangelista Matthæus, & Vulgatus Latinus, & Græcus olim in Ecclesiâ pro Vulgato habitus, non est cur aliquam ex iis versionibus repudiemus. Et quidem quæ est Sanct. Matthæi satis consequens est, vt liquet: Vulgata Latina cohæret cum illo membro anteriori: *Iudicium Gentibus proferet.* idest, Euangelium, vt exposui, & in proponendo ac proferendo *non accipiet personam*: id est, æquè Gentibus, atque Iudæis offeret.

61. *Nec audietur vox eius foris.*] Sanct. Matthæus; *Neque audiet aliquis in plateis vocem eius.* Prouerbium sapit: Hisp. *No le oyran los vezinos, no le oyran desde la calle.* Quod est in Hebræo, *foris*, Matthæus explanat *in plateis*, vel quia sermo est de contentione & iudicio, in quo solent vocibus & clamoribus tribunalia perstrepere: vel quia in plateis vt possit audiri vox necesse est, sit valde contenta. Porrò Pron. 1. ver

siculo

... pro eodem vsurpantur vocem emit-... & in plateis. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat in foribus portarum profert verba sua.* quo loco nonnulli Sapientiam incarnatam agnoscunt. quod etsi verum esset, non esset contrarium Isaiæ, qui à Christo Domino non omnem clamorem submouet, sed incomditum, confusum, perturbatum, ex ira, aut ex arrogantia profectum. Ephes. 4. versiculo 31. *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem benigni*, &c. nam alioquin & eum clamasse ex Euangelio cognoscimus, & clamaturum & vociferaturum esse Vates noster paullo pòst versiculo 13. prædicit. S. Hilar. Psalm. 131. versiculo 1. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius*, de Christo exponit, & ad confirmandam eius mansuetudinem, hoc Isaiæ vaticinium allegat. At Psalm. 138. versiculo 5. *Huius prophetiæ, tum Euangelista meminit, cum iis, quos curabat, vt de se tacerent, iubebat.*

Osorius & Adamus, inanem ostentationem excludi existimant, ac si dicat: nec se, nec suas opes foris ostentabit. Id ego non probo; multò minus illud, non ductum extra Iudæam, id esse, *non audietur vox eius foris*: id enim alienum est, imò aduersum proposito, & ineisso præcedenti: *neque accipies personam*, & illi alteri: *Iudicium Gentibus proferet.* Consule supra num. 53. & 60.

Vers. 3. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non exstinguet: in veritate educet iudicium.

62. PRouerbialis locutio ex facie esse cognoscitur: quid verò intus ferat, etsi in commune etiam lucet, sed speciatim & pressè quid significetur, id controuertitur. Allegabo breui varias expositiones, vt ea iis lector eligat quam senserit elegantiorem, neque ego tamen meam censuram suspenderim.

Mansuetudo & Patientia. *Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non exstinguet*, hoc pertinere ad patientiam, mansuetudinem, & prudentem erga homines caritatem, nullus fuit interpres, qui non intellexerit, & ex allegatione Sancti Matthæi apertè intelligitur: quod ostendi ad numerum 59. Sed an vnum, idémque in calamo quassato; & in lino fumiganti, & quatenus designetur, id eadit in quæstionem. quod tam variè exponitur, vt sit operæ impeditæ eas expositiones in ordinem redigere, & ad certa capita astringere. nam hic vere dicitur: quot capita, tot sententiæ; sed eas nihilominus aggrediot digerere.

63. Expos. 1. Calamus à lino disiungitur. Calamus pro Iudæis, linum pro Gentilibus. Primus sit sensus eorum, qui *calamum quassatum à lino fumigante*, quoad significationem diuidunt.

Sanctus Hieronymus epist. 151. ad Algas. quæstion. 2. in *calamo quassato* populum Iudæum intelligit, qui fuerit antea vocalis & sonorus diuinis laudibus concinendis, postea in lapidem angularem impingens sese quassauerit, & infregerit. in *lino* verò *fumigante* accipit populum gentilem, qui naturalis luminis ardore exstincto, fumum & caliginem er-

A rorum emittebat. Hæc fuit illic opinio Hieronymi, & ratio, cur sic opinaretur. Videtur quod Tertulianus in Iudæos capitulo 9. contraxerat, distendisse Hieronymus. nam ille sic. *Qui arundinem contusam, idest, quassam Israelis fidem non comminuit: qui linum ardens, idest, momentaneum ardorem Gentium non exstinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui.* Idem eisdem omnino verbis iterauit lib. 5. contra Marcio. cap. 17. Tertul.

Sanctus Hilarius in Matth. canone 12. insertit significationem iis vocibus: *Arundinem, quæ quassata sit, non esse confractam, & linum fumigans non exstinctum: idest, caduca Gentium corpora non fuisse contrita, sed in salutem* 64. Hilar. Calamus pro Gentilibus, linum pro Iudæis.

B *potius reseruata: neque exiguitatem ignis tantum iam in lino fumigantis exstinctam ex Sion Israel, & ex reliquiis veteris gratiæ spiritum non esse ablatum, quia resumendi totius luminis in tempore pœnitentiæ sit facultas.* Quia melior visa est conditio lini fumigantis, quàm calami contriti; ideo eam Hilarius populo Iudæorum attribuit. Hoc idem, non reddita ratione secutus est Carthusianus.

Alij Patres Iudæis solis adaptant vtrumque. Sed S. Gregor. lib. 33. Moral. capitulo tertio, cui hærent S. Thom. & Haymo; duplicem nihilominus in eis ordinem, gradúmque distinxit, scil. temporale regnum, & 65.

C Sacerdotium, & hoc in *lino*, istud in *calamo* cognouit. Ratio: quia regnum illud erat *virens quidem exterius, & interius vacuum. Quid verò per linum nisi eius sacerdotium exprimitur, quod lineis vestibus vtebatur:* ista ille: cuius distinctio vt alicui probetur, vereor vt ratio probanda videatur. Nam neque hic *calamus* virens, sed aridus accipitur, neque *linum* textum, è quo vestis, sed è quo ellychnium, siue myxa lucernæ, quod quidem linum inuitè admodum transferretur ad indumenta Sacerdotalia, & inuitiùs ad sacerdotium Hebraicum, cùm non soli illi Sacerdotes lineis vestibus fuerint vsi. Ergo sensus iste pro litterali non numeretur. Et ille alter de duplici populo Iudæo & Gentili anceps apparet, & lubricus, ita vt apud vnum interpretem calamus quassatus sit pro Iudæo, & linum fumigans prò Gentili: apud alium, vice contrariâ. & certè Sancti Matthæi per illam opportunitatem huius testimonij superinductio efficit ad solum Iudæum pertinere: quæ est aliorum Patrum, & iuniorum interpretum consentiens opinio: quorum etsi alij alio modo accommodent. Linum pro sacerdotio calamus pro regno. S. Gregor.

D

Ex iis quidam adhuc interesse existimant inter *calamum quassatum*, & *linum fumigans*, & in primis Eusebius libro nono Demonstrat. capitulo decimo quinto, hunc 66. Calamus & linum aliter de Iudæis.

E commentarium consignauit: *Non modo arundinem contritam non confregit, sed, si fas est dicere, colligauit, cùm infirmos, & contritos corde erexerit, fortesque reddiderit. Et quemadmodum infirmos, ac debiles, & sua ipsius curatione indigentes non despiciebat, neque eos prorsus vita pœnituisset, condemnabat, aut conterebat: sic ne illos quidem, qui in malis perseuerarent, aut qui prauis animi affectibus incenderentur, extinguebat: aut ne ex suo proposito, suáque ipsorum libidine agerent, prohibebat: neque verò præter tempus, horum aliquem supplicio affecit,* Euseb.

affectu, quippe qui talibus debitas pro meritis pœnas in tempus commune iudicij reseruabit. ex quo illud dictum est, & linum fumigans non exstinguet. Itaque Eusebius in *calamo* eos, qui resipiscerent, & per pœnitentiam redintegrarentur: in *lino* eos, qui obdurescerent, & obstinarentur, agnoscit: quorum prioribus suscipiendis misericordiam, posterioribus verò, vsque ad iudicium commune sustinendis patientiam exhiberet. Etsi videtur Eusebius in calamo quasso etiam qui corporali morbo laborarent, includere: tamen cùm contritos corde, & vitæ prioris pœnitentes dicat, ad solas animi infirmitates attendisse crediderim, quamuis Delrius in Adagiis pro priori sensu citet.

Pœna.

Obstinatio.

67. Quod autem Eusebius è lino fumiganti colligit, numirum prædicl non exstinguendum, id est, improbos non puniendos ante tempus generalis iudicij, minùs approbo: & quia generatim non est verum, cùm multi à Deo puniantur in hoc tempore, & quia non prohibet e, quo minus quis ex suo proposito, suáque ipsius libidine agat, & tali debitas pœnas reseruare in futurum seculum, non lenitatis & clementiæ, sed seueritatis est diuinæ. At verò hoc loco Saluatoris mansuetudinem, non iustitiam extollendam Isaias sibi proposuit.

68. Procopius siue suo, siue alieno iudicio per *calamum quassatum*, humilem: per *linum fumigans*, superbum exponit: vt fuerit tanta Christi lenitas, & mansuetudo, vt neminem omnino læserit. Sed addit Procopius: ab aliis in lino fumiganti capi hominem, cui superfit exigua scintilla pietatis, quam Christus excitet & te accendat per pœnitentiam, ac demum ad lumen perfectum adducat per resurrectionem.

Calamus pro humili. linum fumigans pro superbo.

Basil. in regul. breuioribus Resp. 291. existimat significari in *calamo quassato* eos, qui non ea, qua par sit, animi sinceritate præcepia diuina exequuntur: & in *lino fumiganti*, qui non ardenter, sed tepidè eadem efficiunt: & vtrosque non exscindendos, sed excitandos, & adiuuandos.

Animus insincerus.

Tepiditas.

69. Quæ superiora etsi pia quidem & vtilia, moribus præsertim instituendis, non arbitror esse ad mentem Isaiæ. Nam Pharisæi, quorum occasione S. Matthæus hoc vaticinium retulit, non peccabant alterutro modo, vel quòd Dei mandata facerent minus sincerè, vel quòd eadem obirent negligentiùs: cùm doceat apertè Euangelista: *Consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum.* Itaque non rem bonam animo minus bono, aut animo malo, sed rem pessimam, & sceleratissimam consilio incredibiliter deprauato machinabantur: non Deo seruiebant negligenter & incuriosè, sed diabolo ardentissimè famulabantur.

70. Ex quo efficitur, talem debere esse horum verborum sensum, qui hominibus illis à Matthæo descriptis possit congruere, nam illi saltem inter alios fuerunt *calamus quassatus*, & *linum fumigans*, quem ne confringeret, & extingueret, Christus visitauit eorum oculos, & secedens inde, dum sanaret infirmos, eis præcipiebat, vt non miracula publicarent, eo proposito, & consilio, ne amplius Iudæi, licèt sua peruersitate, furerent, & insanirent. Itaque homines tales, eisque similes non præcipitare, non vrgere, nō lacessere, etsi fas sit, sed potiùs ab iis rebus quibus offenduntur, abstinere, &

Iratis subtrahenda occasio magis irascendi. Labentes suffinendi non impellendi.

omnem ei oc[casi]onem postrem[o] ... [il]lis exi[re] subtrahere; & q[u]oquomod[o] ... vt possint resurgere, & ... Ipsi[us ver]è ... *calamum quassatum non conterere* ... [lin]um fu*migans non extinguere*. Neque dubit[o] ... & eiusdem esse vtrumque; propos[itum] ... quod exposui, valde probabilius existimo. Huc tendunt recentiores Adamus, Pintus, Osorius, Arias, Sa, Sanctius, Forerius: qui vltimus Iudæ... accipit, in speciem integros, sed re ipsa fractos. Sed in parabolis, & prouerbiis non singula pensitanda: scopus est intuendus in vniuersum.

Ex quo sensu prouerbiali, qualis debeat esse Prælatorum, & Rectorum tolerantia in sustentandis ægrotis, in sanandis, in captandis remediorum opportunitatibus, facile perspicitur: similia vidimus suprà c. 40. v. 11. num. 327. eò si lubet, tedi. 71.

In veritate educet iudicium.] Hæc propositio, si pro, *in veritate*, substituas, *gentibus*, erit eadem, quæ superior ad finem vers. 1. & eisdem verbis Hebraicis: *Iudicium gentibus proferet*; quare radem debebit, quæ illic fuit num. 46. interpretatio: nam quod hic additur, *in veritate*, perspicuum est, quò spectet, cùm in iudicio veritas, nihil aliud sit, quam æquitas: sed quia ibi *iudicium* exponebamus Euangelium, & leges à Christo datas, multò magis conuenit: & opponitur falsitati ac mendacio aliarum omnium sectatorum: & si componitur Euangelium cum lege Moysis. *Veritas* anteponitur vmbris illis & figuris, quà de oppositione illud: Ioan. 1. vers. . *Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Cyril. vers. 1. *iudicium igitur, sine legem in vmbris, & in typis vere proferat per oracula Euangelica, quibus viam conuersationis sibi accepta indicauit, vt cultum legis in littera in veritatem transfudit.* Aug. Ps. 79. v. 11. *operuit montes vmbra eius*, ita scribit: *Qui sunt montes? Prophetæ. quare operuit eos vmbra eius? quia obscure sunt locuti, quare futura annunciata sunt? audis à Prophetis: Obserua sabbatum, octauo die circumcide infantem, &c. Noli moueri: vmbra eius est cooperiens montes Dei: veniet, & post hæc manifestabit.* quia lex illa lata fuit solis Iudæis, Christus verò tulit suam legem omnibus nationibus *ad æquitatem*, ex æquo, absque vlla exceptione, aut acceptione personarum, hoc est, *in Veritate*, est, vt in Hebræo, לֶאֱמֶת *le emet*, ex *fidelitate*, fideliter, sicut promisit, vers. 2. antè: *Neque accipies personam*. 72.

Veritas iudicio, & æquitas.

Iu lege sui veritate, in Euangelio Veritas.

Vers. 4. Non erit tristis, neque turbulentus: donec ponat in terrâ iudicium, & legem eius insulæ exspectabunt.

Quæ fuerit fortasse quis, quidnam sibi voluerit Isaias in enumeratione virtutum, & partium tanti principis & doctoris, cùm prædicit, atque prædicat, non fore *tristem*, neque *turbulentum*? nam vt tristitia intelligatur viciosa, tetrica, morosa, aspera, carere hac vicio... non rara est virtus: multo minus, non esse turbulentum. Cur ego, quæ nos in laudibus vel mediocris hominis non poneremus, Vates annumerat inter rara dona Saluatoris? Ne qui ad istum lapidem offendat, oportet recurrat ad notata vers. 2. numer. 58. vbi similem dubitationem expediui, monens qua ratione ... mod

Tristis non erit.

…remotio & neg… …

…mod negationes, & remotiones viciorum etiam exprimi a… …, & simul affirmationes & prædicationes virtutum contrariarum. Vnde in his infirmationibus *Non erit tristis, neque turbulentus*; admirabilis quædam vultus, animique serenitas atque tranquillitas exprimitur: simúlque nunquam alias visa suauitas, atque iucunditas quod probe LXX. diuinitus videlicet edocti viderunt, qui vbi nos & Hebræi, *non erit tristis*, illi habent, ἀναλάμψει, idest, *resplendebit*. quod non solum ad animi & cordis, sed etiam ad totius corporis habitum, oris que præcipuè referri debet: de quo sanctus Hieronymus epistol. centesima quadragesima, exponens illud Psalm. quadragesimo quarto, versiculo 3 *speciosus forma præ filiis hominum*, & opponens aliud e capite 53. nostri vatis *Vidimus eum, & non habebat speciem*; ait: *Nec statim Scriptura dissonare videtur: quia ibi ignobilitas corporis propter flagella & sputa, & alapas, & clauos, & iniurias patibuli commemoratur, hic pulcritudo virtutum in sacro & venerando corpore.* & paulo pòst: *Nisi enim habuisset & in vultu quiddam oculisque sidereum, nunquam eum statim secuti fuissent Apostoli, neque qui ad comprehendendum eum venerant, corruissent.* & idem Hieronym. in Matth. capite 9. versiculo 9. respondens Iuliano Apostatæ, qui Apostolorum sequendo Christo facilitatem calumniabatur; cùm alia dixisset, addidit: *Certè fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu.*

Hieron. — *Christi … & vultus.*

75. *Neque turbulentus.*] Videtur & duo vitia opposita excludere, & duas virtutes illis vitiis aduersas adnotare. Cùm enim quis minimè est turbulentus, sed valde quietus, & pacatus, solet ad tristitiam tetricam & horridam propendere: & contra qui ingenio est hilarior, ad inquietem & turbulentiam accedere: igitur hæc viciorum extrema submouet, atque & tranquillo admodum animo, totiúsque corporis habitu mirè composito futurum Saluatorem, eumdémque hilari, suaui, ac nitido vultu: ita vtroque attemperato, vt neque grauitas officiat iucunditati, neque grauitati iucunditas.

Turbulentus quis. Vitiorum extrema vitanda.

76. Hebr. *Non curret*: hoc est, non erit festinus, præproperus, aut præceps, vnde parum distat à vulgata, *non erit turbulentus.* qui est ingenio, aut alia ex causa tristior, solet esse tardior in agendo & remissior: qui est naturà turbulentus & festinus; non multum à temeritate, & præcipiti consilio abest: vtrumque hoc vitium submouet, & dona iis contraria Christo attribuit: è quorum attemperatione medium quid excellens & diuinum exsistit.

Præcipitatio, … …

77. *Donec ponat in terrâ iudicium*] Hoc iam nomen *Iudicium* tertiò nominat, & Hebraicè quoque inuariatum, משפט *mispat*, Græcè, κρίσις, iis etiam tribus locis legitur: ex quo fit coniectura, eodem modo vbique significare: quare, si nobis constare volumus, hîc Euangelium debemus interpretari. Cùm verò docet Isaias Messiam non fore *tristem neque turbulentum, donec ponat in terrâ iudicium*, planum est, inde non colligi, postea futurum fuisse istis affectibus obnoxium: quibus enim caruit, dum mortalis inter mortales ageret, iis subiaceret immortalis … ad dexteram Patris in cælo? Ergo tempus illud designat, de quo posset oriri aliqua dubitatio, omittens aliud, de quo nulla. Similis significatu particula *donec* aliàs reperitur, Gene. octauo cap. versiculo septimo. ibi Augustin. de locutionibus, & Psalm. 1… versiculo primo, interpretes.

Iudicium … … capitur. — *Donec quando … … …*

Hoc multò verisimilius vero, quam quod tradit Haymo, intelligi *donec* more Latino, & proprio, & iudicium esse finale; sic licet, non futurum iratum. *Donec ponat in terra iudicium*, quo, bonis absolutis, ac remuneratis, in reos & improbos indignationis & iracundiæ fulmina iaculetur. Sed hæc expositio & à superioribus refellitur, vbi, vt vidimus, totus est Vates in laudanda Christi mansuetudine, & ab inferiori membro proximo: *& legem eius insulæ exspectabunt*, quod neutiquam hærere potest istiusmodi sententiæ. 78.

Sed cùm antea versiculo primo dixerit; *Iudicium Gentibus proferet*: & versiculo tertio, *in veritate educet iudicium*, quæro idemne sit hoc loco, *Ponere in terrâ iudicium*, an aliquid aliud? Arias quamuis *ponere iudicium*, differre non exsistimat, tamen exponit; *in terrâ*, pro in Iudæâ; vt dicatur Christus per se in terrâ Israelis tantùm docturus Euangelium, vnde cæteræ nationes, cùm fama eius longè manarit, illud sint exspectaturæ. 79.

Ponere iudicium, quid.

Alij vniuersim autores, istius loci, populi Iudaici finitionem non agnoscunt; & sane si solo nomine, *terra*, nititur Arias, non est cur ad eam prouinciam solam, & non ad alias omnes referatur: sin verbo *ponat*, quasi prædicatur ipsemet Christus positurus, similiter prædicitur: *Iudicium proferet*, quod intelligitur, per suos Apostolos, & discipulos. Vnde, si *proferre*, & *educere iudicium*, seu *proferre Gentibus*, & *proferre in veritate*. ab hoc membro, quod est, *ponere in terra iudicium*, oportuerit distinguere significatione, & sensu; eo ipse non inuitus ducar, vt exsistimem, illa priora attinere ad solam Euangelij propositionem, & promulgationem; hoc verò vltimum, ad ipsam Euangelij, vt ita dicam, positionem, & totius Ecclesiæ Christianæ constitutionem, & institutionem, quatenus est quædam Monarchia spiritualis constans Sacramentis, nouis quibusdam legibus, præceptis, doctrinis, gradibus, ordinibus, institutis, aliisque rebus ad commodam Ecclesiæ gubernationem, & florentem eiusdem statum. 80.

Ecclesia monarchia instituta & ordinata.

Itaque *ponere iudicium in terrâ*, est Ecclesiam Euagelicam fundare, ordinare, constituere, stabilire, in membra tribuere, ei caput præponere, omnia ad bonum regimen opportuna prouidere. Nobis in hac explicatione assentitur Sanctius. Cyrillus hoc idem mihi videbatur intelligere, cùm exponeret: *Prædicatum est Euangelium per vniuersam terram, & quasi fixit sua vaticinia. Scriptum est enim; Iustitia tua, iustitia in sæculum; & lex tua veritas.* Hæc ille. *Figere vaticinia* apud me nihil aliud erat, quàm firmare, & exequi immobiliter quæ Vates præuiderant; quæ quia adhuc quoad euentum pendebant, non videbantur esse fixa, & immota: at posteaquàm sunt exhibita & præstita, figi & permanere dicuntur. Nisi quis 81.

Cyril.

etiam

etiam apud Cyrillum hoc hauriat: nimirum, legem & prophetiam veteris Testamenti fuisse mobilem, & mutabilem: cùm adhuc viueret testator, vt loquitur Paulus:
82. at Testamentum nouum, intercedente morte testatoris, esse fixum & immobile. Quòd si hæc fuit Cyrilli mens, & Isaiæ voluntati congruens, is locus concinit cum illo superiori capitulo 34. versiculo 20. *Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum.* vbi de re aliquid scripsi. Porrò verbum hoc loco ab Isaia vsurpatum שים *sum*, & à Græcis redditum, θήσει, ab ista significatione non est alienum: nam ab isto ducitur θέμελιον, & θεμέλιον: quod est *fundamentum*; & apud Latinos *Ponere*, est rem vt certam, & immobilem statuere, vnde *positiones* eæ sunt sententiæ, quas loco mouere sit nefas. Ad quam normam si interpretemur, *Ponere in terra iudicium*, Euangelicæ & Christianæ Ecclesiæ perpetuitati consulitur.

Testamentū vetus mobile Nouum firmum. Heb. 9. v. 17.

Positiones, quæ.

Et legem eius insulæ exspectabunt.] Quid *In-*
83. *sulæ* secum vehant, tam sæpe est dictum, vt dicere hîc supersit. *legem* pro Euangelio nullus ferè non exponit. *Expectare*, est desiderare, sperare, confidere. Genes. 49. versicul. 10. *Ipse erit expectatio Gentium.* LXX. hoc loco: *In nomine eius Gentes sperabunt.* quæ lectio reperitur etiam apud S. Matthæum: quam suspicatur Maldonatus esse mendosam, & pro ἐν νόμῳ, librarios descripsisse ἐν ὀνόματι. Sed cùm experiamur LXX. solere à verbis discedere, & sensum reddere, & Apostolos eorum interpretum editionem repræsentare: cùmque sententia non differet, opus non fuerit ad hoc commune corruptæ lectionis asylum confugere.

Illud possit lectoris animum commoue-
84. re, quomodo sit verum, *legem eius insulas*, hoc est, remotissimas quasque nationes *exspectaturas*; quæ vsque dum Euangelium susceperint, eius nullam præceperint opinionem. Nam promissiones, prædictiones Vatum, Patriarcharum figuræ, & symbola nota erant solis Iudæis, Gentilibus verò prorsus occulta. Sed hoc eamdem habet difficultatem atque illud citatum Genes. 49. versiculo 10. *Ipse erit expectatio Gentium*: & illud nostri Vatis capit. 11. versiculo 10, *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum Gentes deprecabuntur.* Vbi LXX. *in ipsum Gentes sperabunt.* Recognoscito illum locum, & eum quoque quem nuper exposui ad caput 41. versiculo 17. *Egeni & pauperes quærunt aquas.* Quo in commentario num. 512. expedio quemadmodum Gentiles sitierint, & quæsierint aquam Euangelicam, antequam eam cognoscerent.

Quomodo Gentiles exspectarent Euangelium & Christū.

Sed & hoc loco, & illi similibus, non
85. esset absonum, si quis diceret, quod Arias dicit, vulgatâ famâ de Euangelio, Gentes illud exspectaturas. Sed cùm hæc expectatio non fuerit communis multis nationibus, neque magna, quæ è solo rumore prædicationis oriebatur: illa verò de qua Vates, vt generalis omnibus populis, & vt vehemens, atque anxia describatur, ideóque Genes. 49. versiculo 26. dicatur: *Donec veniret desiderium collium æternorum*: in hac Ariæ exposi-

A tione frigebat animus, in illa al[...]scebat.

Sed antequàm ab hoc vers[...] q[...]rando submoueo [...] iuuat cum [...]
86. tione Sanct. Matthæi componere qu[...] id de *calamo quassato*, & *lino fum*[...] [...]iungit: *Donec eiiciat ad victoriam iudicium* [...] omisso illo *non erit tristis, neque tur*[...] siue id Euangelistæ consilio, siue libr[...] incuriâ, quod putat Hieronymus, euene[...] [...]dit vaticinium sic: *et in nomine eius Gen*[...]*rabunt.* Vnde addubitare possumus, [...] Matthæus ponit: *donec eiiciat ad victoriam iu-*
B *dicium*, vtri loco respondeat Isaiæ, an v[...] sui tertio *in veritate educet iudicium* an verò versui quarto, *donec ponat in terra iudicium.* Maldonatus quidem in Matth. ad priorem versum tertium reuocat: idem Hierony[...] & [...] epist. ad Algasiam citatam.

Sanctius noster arbitratur ad vtrumque Isaiæ versum reuocari debere; & vtrumque a Matthæo, iis vocibus explicari.

Nobis autem cum Iansenio in suâ concor-
87. dia capit. 38. magis placebat posteriorem versum quartum exponi: & fauet particula *donec* quæ vtrobique est eadem. Itaque Euan[...] dimissis, quæ ad rem illi non erant [...]
C adduxit, quod non est insolitum aliis etiam Apostolicis scriptoribus. Quod attinet verò ad sententiam, non valde laborabimus in e[...] conciliandâ: nos præcipuè, qui *ponere in terra iudicium*, sensus esse idem, quod Ecc[...]siam fundare: lege sup. numero 80. Cui Ecclesiæ fundandæ & extruendæ, quia obstabant idololatriæ fundamenta malè iacta, & altè demissa; quæ nisi priùs effoderentur, & eruerentur, fabrica Euangelica surgere nequibat: & quoniam pro illis tuendis & conseruandis Dæmones, eorúmque satellites, Gentilium nimirum Principes, & seculi sapientes acerrimè pugnabant; August. Psal. 88. versiculo 2.
D *Itaque omnes, qui idola colebant, & lapidibus seruiebant, in Christo non ædificarentur, nisi in pristino errore destruerentur.* necessariò debuit bellum exardescere, & contentio vtrinque vehemens oriri. Sed oportebat nullum contra Dominum conatum, consiliúmque procedere: sed omnem diaboli actum, potentiámque concedere, & concidere, damnatámque iudicio legitimo & vero abscedere. de quo Saluator Ioan. decimo secundo versiculo trigesimo primo. *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.*

Ecclesia fūdari non potcrat nisi idololatria subuerteretur.

Quod iudicium, & si aliud aliis est, omnes
88. tamen contentionem, & examen rei controuer-
E sæ agnoscunt: ex quo consequatur, & euadat Diabolus victus, & Christus victor quare consonat quod Matthæus habet: *Donec ad victoriam iudicium eiiciat.* Nam cùm omne iudicium sit quoddam certamen & prælium, contra quem sententia fertur, is causâ cadere, & vinci, & quo lis diiudicatur, is stare in iudicio, & exire dicitur.

Quod verò Matthæus ita loquitur [...] *iudicium ad victoriam*, etsi inusitatus mod[...] quendi videtur, nihil tamen habe[...] ab[...] inconcinni sed multum virium & [...] tis, cui dum scriptura sancta c[...]

maticę cōmunior vsū interdū negligit. ergo *Iudicium eiicere, id est, ad victoriā,* est illud prosequi, promoue e, nō [illegible] ,sed vrgere, donec parta [illegible] victoria, quæ quia difficilis erat, obsistente acri[illegible] aduersario, & vehementer repugnante, opus fuit contentione, vi, & impetu, & id significatur verbo ἐκβάλλειν, *eiicere.* Itaque Christus non destitit a suscepto certamine, & iudicio inito, quoad vsque vicit mundum, ac diabolum: quia in victoria quondam potentia & iustitia simul suas partes obierunt, vt indicetur iustitia, & æquitas, *Iudicium* nuncupatur: & vt potentia declaretur, verbum, *eiicere,* adhibetur. Simili consilio ac illud Euangelicum dudum commemoratum: *Nunc iudicium est mundi.* En iustitiæ forma, & ratio iuris, & æquitatis imago: *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras,* Ecce vis, & potentia: sine quā etsi iustissimè condemnatus diabolus de possessione mundi pelli, & foras eiici non poterat. Eadem vi, & brachio forti necesse fuit vti, vt iudicium ad victoriam vsque traheretur, & erumperet. S. August. Psalm. 68. vers. 5. *Ab ipso diabolo extorsit quos ipse rapuerat. Alligauit fortem, vasa eius diripuit, certè non rapuit.*

Christus iudicio diabolum spoliauit.

89. *Matthæi textus non corruptus.* Quocirca non iudico Maldonato satis fuisse caussæ ad suspicandum, hunc Matthæi contextum non esse sartum tectum: sed Euangelistam scripsisse nomen syrochaldaicum, נצח *Iabhc,* quo significatur veritas & victoria, & Græcum interpretem elegisse pro *veritate* victoriam. Sentit enim Maldonatus hanc Matthæi orationem respondere illi Isaiæ: *In veritate educet iudicium.* Sed neque hoc est fixum, imò minus probabile, vti probaui num. 86. 87. & licèt ita res haberet, veritas & victoria in iudicio parum inter se distant: nam veritas est quæ vincit, cùm iudicium est iustum, & victoria nihil aliud est, quam veritatis declaratio: vnde probè Ioannes Apostolus 1. Ioann. 5. v. 4. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Hilar Psalm. 118. vers. 106. *Humana iudicia ea verè iudicia existimantur, quæ ex arbitrio iusti iudicis sanciuntur.* Quocirca, cùm pro veritate victoria possit substitui, Hebraica & Latina lectio, in qua est *veritas,* ab ea S. Matthæi sensu non discrepat, in qua est *victoria.*

Veritas victrix in iudicio.

Veritas in iudicio, est iustitia.

Vers. 5. Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.

90. *Consecutio.* QVo consilio Vates Mundi creationem conseruationémque interponat, inquirere, non erit otiosum. Gaspar Sanchez, quòd supra idolorum futilitatem exagitauerit, quæ ex hominum operā, & industriā pendent: nunc Dei maiestatem introducere, quia sua voluntate cuncta condiderit. Non apta videbatur ista connexio, quia iam dimissa fuerat illa materies, & totus est Isaias in tractandā Christi disciplinā, & mundi innouatione, & immutatione; eúmque dixisset, Christi māsuetudinem, modestiam, & humilitatem fore tantam, & tam admirabilem, quantam verba superiora præ se ferunt: & nihilominus adiecisset toti orbi leges impositurum, & eas fore apud omnes gentes in maxima expectatione, pretio, ac desiderio: nequis de tantarum rerum successu diffideret, autorem obiendit, atque describit: *Hæc dicit Dominus Deus creans cælos,* &c. Hunc nexum subindicat Hieronymus, S. Thomas tradit aperte Haymo, Hugo, etsi is in via sua deuiā insistens de Cyro: idem fecit Adamus.

Hoc est certo altius, quam quod docet Procopius, sequitur Pintus; quòd indefinite scripserat: *Ecce seruus meus,* &c. vt constaret persona id dicens, ideo hoc loco subiici: *Hæc dicit Dominus,* &c. nam si hoc tantùm vellet, satis fuisset, dicere: *Hæc dicit Dominus Deus;* quare cùm tam multa alia addiderit, cogimur sentire, aliquid amplius apparare: estque mihi valde credibile, quod exposui. Enimuero Deum solitum esse è mundi creatione, & gubernatione elicere argumentum ad persuadenda hominibus facinora supernaturalia, & mysteria captum humanum excedentia, & est per se scitum legentibus libros sacros non indiligenter, & ego memini adnotasse cap. 40. v. 12. num. 374. & c. 41. num. 96. 91.

Deus è creatione mundi elicit assensum ad opera supernaturalia.

Tanta enim est, támque mirabilis machinæ mundanæ pulchritudo, amplitudo, species, ordo, varietas, & in ipsismet mutationibus, ac vicissitudinibus constantia: tanta rerum diuersarum concinnitas, tanta similium ac dissimilium, quoad bonum vniuersi, conspiratio, atque concordia: vt nemo sit adeò tardus, bardusve, quem non in admirationem incredibilem abripiat: & ei si tantillum mens sapiat, Dei summi cognitionem non ingerat. *Qui* (vt ait Lactantius lib. 2. cap. 5. suarum Institut.) *terram stabili firmitate suspendit, qui cælum distinxit astris fulgentibus, qui solem rebus humanis clarum, mum, ac singulare lumen in argumentum suæ vnicæ maiestatis accendit: terris autem maria circumfudit; flumina sempiterno lapsu fluere præcepit:* 92.

Mundi fabrica admirabilis, eiusque conseruatio.

Lactant.

Iussit & extendi campos, subsidere valles:
Fronde tegi siluas; lapidosos surgere montes.

Seneca in lib. 4 de Beneficiis, cap. 23. *Ipse mundus quoties per noctem ignes suos fudit, & tantum stellarum innumerabilium fulsit, quem non intentum in se tenet? quis sibi illa, tum, cùm miratur, prodesse cogitat? Aspice ista tacito supernè cælo labentia, quemadmodum velocitatem suam sub specie stantis, atque immoti operis abscondant. Quantum ista nocte, quam tu in numerum ac discrimen dierum obseruas, agitur quanta rerum turba sub hoc silentio euoluitur?* & paucis pòst versibus: *Quid ergo non caperis tantæ molis aspectu? etiam si te non regat, non custodiat, non foueat, generétque ac spiritu erigat. Quemadmodum hæc cùm primùm vsum habeant, & necessaria, vitalsaque sint, maiestas tamen eorum totam mentem occupat.* 93.

Seneca.

Quocirca cùm tam ingentem excitet admirationem cælestium, terrestriúmque corporum aspectus, & consideratio, equidem inde fit, ab eo, qui hæc omnia ex nihilo condidit, ordinauit, disposuit, & perpetuò regit. atque sustinet; quidquid receperit se facturum, quamtumuis difficile appareat, debere suscipi, & credi sine dubio fore faciendum. Atque adeò aptissimè ex molitione, & rectione mundi fides astruitur, & conciliatur ad vaticinia rerum supernaturalium complectenda. 94.

Fides astruitur è molitione mundi.

Creans cælos, & extendens eos.] Tametsi Theologis 95.

Creare, è nihilo facere: sed non vbique.

logis scholarum visum fuit verbum, *creare*, ad solam ex nihilo productionem astringere, neque id fuerit reprehendendum, tamen non vbique Scripturarum sic præcisè vsurpatur. Et quidem cælos non ex nihilo, sed ex suppositâ materiâ fuisse compactos nos arbitrabamur ad cap. 1. v. 1. Genes. Ergo hoc loco, *Creãs celos*, generali notione dicitur, id est, efficiens, quorum effectioni & structuræ admirabili nihil detrahit, quòd ex aquâ, aut ex alia quapiam re fuerint elaborati; immo certo quodam modo adiicit, è materiâ videlicet rudi, & vili opus excellentissimum & nobilissimum educere. Quo in vno opere commendando multus fuit Dauid in suis Psalmis. Psal. 8. vers. 4. *Videbo celos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti.* Quo versu quidam interpretes subtiliùs exponunt, *opera digitorum tuorum*; quòd digitis subtiliora opera fieri soleant, & quia in iis plus artis, & minus laboris insit: sed in ea subtilitate non acquiesco, nam Ps. 101. vers. 26. dixit, *Opera manuum tuarum sunt celi.* Ergo vtrobique idem intellexerim, hoc est opus dignum, quod Dei manibus & artificio tribuatur. At quia de hoc opere cælesti egi ad cap. 40. v. 26. num. 484. supersedeo.

96. *Et extendent eos.*] Hæc extensio duo simul, aut è duobus alterum potest adnotare; figuram cælorum, habitúmque & Dei facilitatem in eis creandis. Vtrumque traditur Psal. 103. v. 2. *Extendens cælum sicut pellem. Pellis*, est tabernaculum, tentorium, quia è pellibus constabat, aut iis tegebatur. Tegit cælum reliqua corpora, & ea cõplectitur quasi quoddam tẽtorium, & quàm facile istud extenditur, & oppanditur, tam facile, quin multo faciliùs Deus cælum extendit. Vnde Genes. 1. v. 7. 8. 9. quod Latinè & Græcè est *Firmamentum*, Hebraicè est רקע, *Rachiah*, i. *expansio, extensio.* Eodem proposito dixit Vates suprà c. 40. 22. *Qui extendit velut nihilum calos, & expandit eos, sicut tabernaculum ad habitandum.* Pro, *nihilum*, L X X. & alij referunt, *vt cameram*: est ergo cælum respectu terræ, & incolarum, vt camera & fornix, & cùm terra sit rotunda, camera quoque debuit esse orbicularis, & sphærica: etsi contra nonnulli veteres sibi imponentes senserint. Aug. Psal. cit. ad facilitatem creandi cælos refert extensionis vocabulum, & similitudinem.

Extensio cælorum.

Cælum quasi tentorium.

97. Illud præterire nolo, quòd in textu Hebraico, *extendens* ratione literæ, י *iod*, quod interponitur, ita: נוטיהם. *notehèm*, euadit pluralis terminationis: *extendentes*, vel extentores: id quod aliqui ad Trinitatem personarum in Deo trahunt; piè quidem, sed non valenter. At quoniam radix נטה *natàh*, præter eam extendendi notionem habet aliam declinandi, & inclinandi, Arias Montanus illum etiam elicit sensum: *Creans calos, & inclinatores eorum*, hoc est, Angelos, à quibus cælestes orbes inclinantur, & circumaguntur.

Angeli motores cælorum an sint.

Sed quo quo modo se se habeat ista opinio de Angelis voluentibus cælos, quam ab Aristotele traditam nostrates Philosophi & Theologi admiserunt; certè ex hoc loco Isaiæ nihil tale sumi ausim affirmare, sed agi de ipsa cælorum oppansione, vt constat ex Latinâ, Græcâ, & omnium interpretum expositione, neque interpositio litteræ, י *iod*, est cur nos moueat, quæ alios non commouit, ac ne inclinauit quidem, cùm possit esse redundans. Vide Forium.

98. *Firmans terram, & quæ germinant ex ea.*] Quantæ sit admirationis firmitas & stabilitas terræ, ad c. 40. v. 12. n. 392. videre licet. Hìc tantum videamos de verbo, *firmãs*, Heb. רקע *rachah*, quod Hebraicè scientes volunt esse, *extendo*, sed LXX. hic, & alibi aliquoties conuertunt *firmo*. quare, vel omissâ autoritate Vulgatæ, nihil est quòd tot doctoribus Hebræis fidem denegemus in hac verbi significatione; credamusq; ei vtramque conuenire & extendendi, & firmandi. Nam quod Forerius, & alij respondent, huic loco etiam esse extendere, & de terrâ dici, eo quòd quoad superficiem sit extensa, id licet vtcumque se sustinere posset, tametsi inconcinnum quid, & ἄχυρον sese auribus, & oculis offert: at quomodo aptabis alteri nomini, quo cum æquè atque cum terra ab Isaia coniungitur, itáne conuertes? *Extendens terram, & ea, quæ germinant ex ea.* Ergo, quia hæc notio nequit vtrique nomini esse communis, reponatur altera, quæ ex æquo congruit, nam plantæ suis sunt defixæ, & innixæ radicibus.

Terra stabilis.

Terra an dici possit extensa.

99. Confirmo ex Zachar. 12. vers. 1. *Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo.* Quæ est allusio clara, seu eiusdem sententiæ vsurpatio: in quâ, *fundans* est יסד *iasad*, quod ad firmitatem & soliditatem pertinet. Et sanè vbicumque ferè Sancta Scriptura loquitur de terræ creatione, eam vt mundi fundamentum considerat, & ab stabilitate commendat. Adi cap. 40. num. 392. & 470.

100. *Dans flatum populo, qui est super terram, & spiritum calcantibus eam.*] Quamuis aliquis discriminet, *esse super terram, & calcare eam*, lectori velim ne sit vlla ratione diuersum, sed vnum & idem omnino, elegantiæ caussâ iteratum, non aliter atque *dare flatum*, & *dare spiritum* pro eodem est positum, quod Zacharias paulo antè num. 99. inductus dixit, *fingens spiritum hominis in eo*: quod nihil aliud est, quàm dans homini vitam. Vtrobique enim aspicitur locus Genes. 2. versiculo 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem.* Quo loco Genes. *spiraculum* Hebr. est idem, quod hìc *flatus*, & quia vita pendet ex coniunctione animæ cum corpore, & ea halitu ac aspiratione sustentatur, nam hac præclusâ, vita desinit; hinc fit vt Latinè & spiritus, qui propriè est flatus, pro animâ sumatur, dicatúrque homo animam efflare, pro mori. Hoc mihi pro certo erat: sed nihilominus, quia priscis aliquibus procetibus aliter alluxit, eorum interpretatio prætereunda non fuit.

101. Principio Tertullianus libro de Anima cap. 11. ita ponit, & exponit. *Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam. Primò enim anima, id est, flatus populo in terrâ incedenti, id est, in carne carnaliter agenti. Postea spiritus eis, qui terram calcant, id est, opera carnis subigunt, quia & Apostolus: non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale.* Sanctus Basilius libro de spiritu sancto capite 22. cùm recitasset hoc Isaiæ testimonium, addidit: *Nam qui conculcant terrena,*

Tertul. Homines alij animales, alij spirituales.

aisque

ijsque superiores euaserunt, digni prædicati sunt dono sancti Spiritus. Eadem habet hoc loco S. Hieronymus.

Aug. 10. 7.
Anima an fit ex traduce.
Aug.
Animam vel fieri ex materia Scriptura non docet.

102. Sed August. de Anima & eius origine libro primo capite decimoquarto diligenter versat hone locum, eo consilio, vt probet, istinc non effici, animam humanam à solo Deo creari, quod Vincentius Victor, contra quem disputat Augustinus, contenderet, hic, & alibi, vbi Deus dedisse spiritum dicitur, doceri animam non esse ex propagine. Sed Augustini sermonem repræsento, ex quo eius mens erit clarior. *Hic forte dicat sententiam suam diuinâ autoritate defendi, quoniam sanctarum Scripturarum testimoniis probare se existimat animas à Deo, non ex propagine fieri, sed nouas singulis insufflari. Probet si potest, & fatebor me didicisse ab illo, quod magnâ intentione quærebam. Sed quærat alia, nec fortassis inueniat, nam hoc istis testimoniis, quæ iam posuit, non probauit. Omnia quippe quæ hic adhibuit, ad aliquid certa sunt, ad hoc verò, quod de animæ origine quæritur, demonstrantur ambigua. Certum est enim Deum dedisse hominibus flatum, & spiritum, dicente Propheta: sic dicit Dominus, qui fecit cælum, & fundauit terram, & quæ sunt in ea, qui dat flatum populo super eam, & spiritum calcantibus eam. Hoc testimonium iste in eam sententiam vult accipi, quam defendit, vt quod ait, dat flatum populo, non ex propagine facere animas populo, sed nouas insufflare credatur. Audeat ergo dicere non ipsum nobis dedisse carnem, quia de parentibus origo carnis attracta est.*

Vincentius à Scriptura probat animam creari proprie.

103. Vincenrius Victor videbatur niti interpretatione huius loci, quam patribus probari vidimus, vt *flatus* sit anima rationalis, & *spiritus*, sit Spiritus sanctus: indeque sic argumentabatur, æque, vno, eodemque modo & verbo dici, à Deo vtrumque dari, quare cùm Spiritus sanctus adueniat extrinsecus, & nequeat esse ex propagine, hinc consequi, vt spiritus humanus etiam non fiat ex traduce, sed à solo Deo inspiretur. Quod si hæc fuit argumentatio Vincentij, non erat imbelis, neque eneruabatur responsione S. Augustini: nempe, Deum dare nobis corpus, quod nihilominus sit ex propagine; nam non ex eo solùm, quòd dicatur Deus dare animam homini, ostenditur esse à solo Deo, sed ex eo, quòd vocetur *flatus*, & eodem modo & verbo dari doceatur, atque Spiritus sanctus. Cui probationi si accedat allusio ex Genesi capit. secundo versiculo septimo. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* accedet & robur. nam primi hominis animam certum est non fuisse procreatam è corpore: & cùm Deus primo homini dederit corpus, & animam, diuerso verbo & modo agit S. Scriptura de procreatione vtriusque partis. nam corpus apertè tradit effictum fuisse e limo; at animum inspiratum a Deo, quam ob caussam vocat spiraculum vitæ. Quocirca fit verosimile in sacris litteris animam rationalem vocari vel flatum, vel spiritum, quamuis vterque ex primæuâ significatione sit substantia corporea, quòd flatus accedat aliunde, foris adueniat, & adeò sensim, & subtiliter, vt vnde, aut quomodo aduenerit, ignoretur. Ioan. tertio versic. octauo, *Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat.*

104. Ergo si animus humanus è potestate materiæ fieret, vti fiunt aliæ animæ irrationales, minùs aptè flatus, & spiritus appellaretur: atque adeò, cùm sic aptissimè appelletur in libris diuinis, inde non ineptè conijcitur, aduenire corpori humano efformato, & à solo Deo è nihilo produci, quod ab Isaia, qui Dei potentiam & sapientiam ex effectione rerum ostendit, & tantum non ostentat, alienum minimè fuerit.

Anima humana effectio est mirabilis.

105. Est enim admirabile Dei opificium, animarum rationalium effectio, & non minùs admirabile facinus, earum cum corporibus coniunctio, & quasi coniugium. Quis enim, cui ipsemet animus, & mens non peregrinetur, absque ingenti admiratione cogitat, ex animo, substantia omnino spirituali, & è corpore terreno, vnam effici, componique personam? & partes tam inter se distantes, atque diuersas ad vnum animal constituendum conuenire? Quò fortassis attineat illud Sap. nono versiculo primo. *Deus patrum meorum & Domine misericordia, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientiâ tuâ constituisti hominem.* Lact. lib. 2. cap. 12.

Homo aliter atque alia, fit.

Itaque reliqua *verbo*, hominem *sapientiâ*, reliqua *fecisse*, hominem autem *constituisse* Deus dicitur. Non quo plus Deus laborauerit in effectione hominis, quàm aliarum rerum, sed quo eluceat hominis dignitas & excellentia supra res alias; icirco ista differentia locutionis adhibetur. Ergo Deus hominem constituisse scribitur, quatenus illum è corpore, & spiritu compegit. Hilarius Psal. 119. versiculo quinto. *In hoc obscuro, tenebrosoque corporum habitaculo sensibilis illa animarum nostrarum confirmatio continetur: habétque hunc contagiosi incolatus sui carcerem cælestis naturæ captiua generositas.*

106. Quæ sanè tam admirabilis compactio tantum, ac talem opificem requirebat. Est enim admiratione dignissimum, corpus hoc luteum, quod corrumpitur, & ex se aggrauat animam, ab ea sustineri, animari, moueri, regi, informari, ita vt vna, simplex, indiuidua forma spiritualis insit tota toti corpori, & singulis eius partibus, quo corpore crescente non crescit, & deminuto non deminuitur. Hilar. in Psalm. centesimodecimo octauo versic. centesimoquinquagesimoprimo, Dei præsentiam in rebus omnibus ex hac animæ præsentiâ in corpore tentauit ostendere: *Nihil adeò vacat*, ait ille, *nihil indiget. Vbique est modo animæ incorporalis, quæ in membris omnibus diffusa, à singulis quibúsque partibus non abest etiamsi priuata quædam ei regia in toto corpore sedes est, tamen in medullis, digitis, artubus infunditur. nam si corruptis aliquibus corporis membris, resciβione erit necesse cùm vsum suum eadem membra, vitiis emortua non habebunt, id quod putre, caducúmque carnis est, sine detrimento animæ reciditur. ipsa enim corporis nostri animæ sanis & integris membris admixta est, & eadem si fuerint putrida, & recidenda, non sequitur.* Hilar.

107. Et hæc Hilarij sententia valde tollit in cælum animæ humanæ conditionem, cùm eam hac in re assimilet diuinæ naturæ, & facit ad id,

ad id, quod agebamus, eam nimirum non pendere, dum fit, à corpore, cum eà saluâ omnino, & integrâ, possit corpus detruncari, & imminui. Hilarius idem in Psal. 129. versic. 2. *Cùmque pulcherrimum opus, perfecto iam mundo, inchoaret, hominem scilicet ad imaginem sui faciens, cum ex humili naturâ, cælestique composuit, animâ videlicet, atque corpore.*

Anima nostra dignitas.

508. Sed, vt reuertar ad Augustinum, cùm ille, vt erat acutus, & argutus, videret, si semel reciperetur illa distinctio, vt *flatus* staret pro anima, & *spiritus* pro tertiâ personâ Trinitatis, valde inde firmari opinionem de infusione & creatione animæ, illam distinctionem sustulit, & docuit vtroque vocabulo rem eamdem significari; eámque esse Spiritum sanctum. B Quam Augustini disputationem qui volet, videre poterit loco citato, num. 102. Nobis certè, vt dixi, prior Augustini pars, id est, vtrumque nomen esse eiusdem significationis placebat; altera verò pars, vt hæc esset Spiritus sanctus, minus nobis probabatur.

Flatus, & spiritus pro eodem.

109. Quod existimo ansam attulisse Patribus ad eam diuisionem inducendam, scilicet quòd flatus detur populo qui est super terram, & spiritus calcantibus eam: quasi, *calcare terram*, esset idem quod terrena contemnere; id si verbum originale inspicitur, rapri non est, cùm sit הָלַךְ *halac*, nempe ambulare; itaque vt sunt synonyma *flatus*, & *spiritus*, indice Augustino, sic etiam sunt, esse *super terram*, & *calcare*, C seu *ambulare super eam*, etsi quid vtrumque sortitur arcani, illud est, quod monui num. 105. cum corpore animali, & terreno iungi spiritum sublimem, Angelo non dissimilem. Athanas. de communi Essentia Patris & Filij, & spiritus sancti, sic allegat: *Qui firmauit cælum & terram, & dat spiritum populo, qui in ea est, & calcant illam.* & ille de Spiritu sancto allegat.

Athanas.

Vers. 6. Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. Et dedi te in fœdus populi, D in lucem Gentium.

510. ECquis hoc loco ferat Hugonem, qui non fuerit veritus hæc quoque ascribere Cyro? Tantæ ne tenebræ offusæ erunt menti, vt Persarum rex appareat lux Gentium? Sed pudebat ferè ista refellere.

111. *Vocaui te in iustitiâ.*] Vocatio hæc ad electionem Christi æternam referri potest, de qua suprà num. 35. *Electus meus.* Alio etiam modo potest accipi ista vocatio, illo nimirum, quo interpretati sumus vers. 2. cap. 41. *Quis suscitauit ab Oriente iustum? vocauit eum, vt sequeretur se?* E Et quoniam Deus *vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.*, & vocando facit, vt quæ non erant, sint, existantque, hinc consequitur, vt vocari idem sit, quod esse, Genes. 21. versiculo duodecimo. *In Isaac vocabitur tibi semen*, id est, erit tibi semen: atque adeò, vocari à Deo, sit, effici, constitui. vnde hoc loco Isaiæ, *Vocaui te*, feci, vt esses, statui, constitui te.

112. Particula, *in iustitiâ*, multiplicem habet explicatum. Primum, eum iustitiâ, iustitiæ ple- A num, vt *plenum gratiæ*: vno verbo, *iustum*, per antonomasiam. quod nomen consueuit tribui Christo suprà capite quadragesimoprimo, versiculo secundo. *Quis suscitauit ab Oriente iustum?* & vers. 10. *suscepit te dextera iusti mei.* sic Forer. Sa.

Sensus secundus, *in iustitiam*: & ita legit Lactant. libro quarto capite vigesimo, hoc est, vt doceas, tradásque hominibus iustitiam. Quod munus ita proprium fuit Christi Domini, vt Paulus non dubitauerit alicubi tradere. *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* quod quemadmodum debeat intelligi, habes ad cap. 41. versic. 2. num. 36. 37. & ibidem quæ opportunè possint huc transferri. Huic sententiæ fuerit affinis illa Psalm. 44. vers. 8. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis*; particula *propterea* sit caussa finalis, vt visa est esse S. Basilio, & S. Augustino. de quo vide nos ad caput septimum, versiculo decimoquinto. *Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum*: vbi, *vt sciat*, transitiuè interpretabamur, exui, Hebraici, & Græci verbi, hoc est, vt faciat sciri, vt doceat, tradatque iustitiam, cuius partes sunt, *reprobare malum & eligere bonum.* Hunc secundum sensum approbant Osorius, Mariana, Forerius, Pintus, Sa, Castrius, Sanctius. 113.

Lactant.

Tertius modus exponendi est: *Vocaui te in iustitia.* hoc est, vt iustitiam meam in efficiendis promissis meis ostenderem: nam te Abrahamo & posteris promiseram. Luc. primo, versiculo quinquagesimoquarto *suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ: sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius in sæcula.* & versic. septuagesimotertio. *Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.* Quoniam igitur non solum est fidelitatis, sed & iustitiæ munus, quod aliis quis spopondit, præstare, & efficere, iccirco Pater alloquens Filium factum hominem ait: *Ego dominus*, qui fidei meæ, mihíque ipse, qui aliis, etiam quibus fidem meâ obstrinxi, deesse nō possum, ego qui sum, iis, qui sum: *Vocaui te in iustitiâ.* Sic exposuit hunc locum Adamus, Dionys. S. Thom. neque nobis displicebat. neque item illa Ariæ Montani obseruatio ex Hebræo vocabulo צֶדֶק *tsédech*, quod non minus ad misericordiam, quàm ad iustitiam trahi solet. Vnde illud Beatissimæ Mariæ, quod modò reposui, *suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ; Sicut locutus est ad patres nostros*; ad vtrumque pertinet: nam ibi mentio aperta misericordiæ & subobscura iustitiæ, vbi dicit: *Sicut locutus est ad patres nostros.* & vtrumque quoque iunxit in suo cantico Zacharias, qui vers. 72. cecinit *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris; & memorari testamenti sui sancti: iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.* 114.

Promissa præstare est iustitia.

Hi modi omnes interpretandi probabiles: ille Haymonis parum probabilitatis habet; *Ego vocaui te*, id est, famam, noménque tuum diffudi toto orbe, *in iustitia*, id est, per iusta Apostolorum exempla, & documenta. vtrumque enim membrum ἀτόπως, *absonè* exponitur. 115.

Apprehendi

Apprehendi manum tuam.] Quid hic gestus secum afferat, docui cap.41.vers.13. num. 104. vbi, quià de eo fusè, nihil occurrebat addendum: quamuis illic de populo Christiano, hîc de Christo sermo sit.

116. *Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium.*] Finis, ac summa totius Euangelij, & Dei incarnati. Quocirca mirari non debemus, si ea totidem ferè verbis sæpiùs in Isaiâ & in aliis Vatibus traditur, infrà cap. 49. vers. 6. ita habetur: *Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Luc. 2. versic. 32. *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* suprà cap. 11.vers. 12. *Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quattuor plagis terræ.*

Finis Euangelij, doctor omnium gẽtes.

117. Quæ loca esse inter se similia facilè perspicitur. Atque adeò, hoc loco prædici, Christum vtrique populo Doctorem & Saluatorem aduenire, & vnum ab altero, quoad modum loquendi, disiungi, vt liquet legenti testimonia adducta. Sed aliis dimissis, præsens attingendum.

118. *Dedi te in fœdus populi.*] Interpretum plerique populum Israel intelligunt, & meritò; quia sequitur alterum incisum; *in lucem Gentium.* vbi clara est antithesis, & distributio. Præterea, comparatione Iudæorum erat *fœdus*: iis enim Deus promiserat Christum: vnde probè, & preise Hieronymus: *Dedi te in fœdus populi Israel, cui te venturum ante promiseram.* Deinde cùm Populus singulari numero, & præcise ponitur, rectiùs pro Iudaico, quàm pro Gentilico exponitur: nam ille Dei erat populus, & peculium, signaculo Circumcisionis quasi stigmate proprio grex ab aliis gregibus, & nationibus distinctus, & dispunctus.

Populus, quandóque pro Iudæis. Gentes pro gentilibus.

Septuaginta.

LXX. in Complutensi: *Dedi te in fœdus generis Israel.* Eadem lectio retinetur in codice Regio apud Procop. *Dedi te in fœdus generis mei.* Alia alibi exemplaria Græca, *in fœdus generis.* quæ editio Græca in nulla suæ varietatis parte potest accommodari alij populo, nisi Iudaico.

119. Sed obseruat Cyrillus, idque approbat Arias; hoc fœdus non esse illud priscum, quod Deus pepigit cum Israele, quod erat antiquandum; sed id, quod promisit per Ierem. 31. versic. 31. *Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti.* Ergo hic, Deus promittit fœdus & testamentum nouum, & subindicat abrogandum esse vetus. Cur autem Lex tam Mosaica, quam Euangelica nominetur fœdus, non est scitu difficile, cùm in vtralibet Deus hominibus sub certis conditionibus & pactis sua bona polliceatur, & homines ad ea seruanda suam fidem obstrintant. & quia tabulæ, quibus legatur hæreditas, quibúsque suis etiam conditionibus affici solet, dicitur Testamentum. ideo etiam lex, qua hæreditas diuina decernitur, hoc nomine conuenienter effertur.

Cyril.

120. *In lucem Gentium.*] Quia Gentes omni luce diuinâ, supernaturali carebant, & sedebant in tenebris densissimis errorum, & in vmbra mortis, idololatriæ, quæ est extrema cæcitas humanæ mentis: ideirco, quoties de conuersione Gentilium agitur, toties ferè luminis mentio inducitur, & tenebrarum: quod versus succedens magis exprimit.

Lux & tenebra, quid

Vers. 7. Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.

121. QVicumque hæc de Saluatore accipiunt, accipiunt autem omnes Catholici, vno demto Hugone, cui ne tam perspicua quidem lux oculos aperuit, vt omisso Cyro, Christum agnosceret; quicumque, inquam, hunc vident, hæc metaphoricè exponunt. Nam etsi certi quidam autores propriè etiam accipi posse sentiunt, de iis videlicet, quibus Dominus visum reddidit, & de iis, quos è limbi carcere liberauit; sed iidem interpretes fatentur multo magis cæcis, ac vinctis spiritualiter per peccata, id conuenire; & reliqui expositores antiqui, & recentiores hoc solum commemorant. & quidem textui conuenientius: nam cùm dicitur, *dedi te in lucem Gentium*, certum, ac exploratum est, non agi de luce sensili, sed de spirituali: atque adeò, cùm è vestigio subiicitur, maioris perspicuitatis causâ: *vt aperires oculos cæcorum*, &c. indubitatum æquè debebit esse, de cæcitate interna voluisse Deum agere. Vnde vix mihi persuadebitur hoc loco quicquam aliud attingi. Do libenter ad Messiam pertinuisse, oculos vtrosque & animi, & corporis aperire, vtrosque vinctos exsoluere; at non est necesse vbique vtraque miracula coniungi. de cæcis quidem corporalibus, aliisque debilibus sanandis egit apertè Isaias cap. 35. versic. 5. hîc verò de spiritualibus.

Arias. Sanctius.

Cæci & vincti spiritualiter.

Christus illuminans cæcos animo & corpore.

122. Quantæ, qualésque fuerint in mundo tenebræ, ante aduentum Domini, quantam, qualémque mundo tenebricoso lucem intulerit Christi vita, atque doctrina, lex nimirum Euangelica, si vellem aggredi ad scribendum per partes, atque disertè, de immenso quodam volumine fuisset cogitandum, & sola ipsius scriptionis cogitatione, mens consternata oneri succumberet. Quare faciendum putaui, vt S. Scripturæ aliqua testimonia aggererem, è quibus in commune, vniuersè, & quasi in summâ, tantæ rei magnitudo appareret, extarétque.

Errores & vitia ante aduentum Saluatoris.

123. 1. Petr. 2. versic. 9. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Nihil propemodum crebrius in scripturis Apostolicis & Euangelicis, quàm per *tenebras* significari errores, & prauitates animi, & per *lumẽ*, Dei gratiam, & virtutes inde profectas. Quia quemadmodum in rebus sensilibus & corporeis nihil est luce simplicius, purius, candidius, pulcrius, gratius, atq; iucundius, subtilius, & ad humanæ vitæ vsus, & officia magis opportunũ, aut etiã necessarium: sic tenebris & caligine nihil fingi potest tetrius, horridius, tristius, defor mius, molestius, & importunius, ac deniq; infelicius.

Tenebræ pro erroribus.

Vnde cùm statum miserrimum sancti Codices nobis cupiunt ostendere, homines *in tenebris & umbra mortis* constituunt & vice versa, cùm felicitatem summam volunt exprimere, hominibus lucem ortam fuisse confirmant. Vtriusque rei exemplum vidimus in Vate nostro c. 9. versic. 2. *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis.*

124. *Errores & vitia quales.* Tenebræ autem errorum, vitiorúmque tam spissæ erant oculis Gentilium offusæ, vt eos Gentiles non dubitent Apostoli appellare, meras tenebras, Ephes. 5. vers. 8. *Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitiâ & veritate: & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est, & dicere.* Quoniam nihil medium est inter tenebras ac lucem, sequitur, vt qui desinunt esse tenebræ, abiectis erroribus, & vitiis, fiant illicò lux in Domino, admissâ veritate, & bonitate.

125. Huius quoque ordinis esse existimandum est quod Ioannes 1. vers. 5. Scriptum reliquit: *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* qui locus, quamuis eum multicolor interpretatio obscurauerit, ista ratione clarus euadit: nam *lux* est Christus, aut, quod est tantundem, eius doctrina: & *tenebræ* sunt homines, quos occæcauit error, vitiúmque, qui vno simplici vocabulo non potuerunt aptius designari, atque describi, quàm si *tenebræ* nominarentur. sicuti Christo, eiúsque Euangelio hæc vox, *lux*, aptissimè tribuitur. *Lux nomen Christi.*

126. Quod adeò est Christo Domino proprium nomen, vt non fuerit ausus Ioannes Euangelista illud cum Ioanne Baptistâ communicare, tanto, támque impensè probato homine quin habuerit curam & solicitudinem admonendi, tantum ei nomen disconuenire: Ioan 1. vers. 7. *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum: Non erat ille lux: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum.* Erat ille quidem, etsi *ardens, & lucens*, tamen *lucerna* aliunde accensa, non lux ipsa, atque adeò non datus *in lucem Gentium*, sed *fuit homo missus à Deo, vt testimonium perhiberet de lumine*, fuit Lucifer, præcursor & antegressor solis, non Sol iustitiæ. Nam de se solo Dominus: *Ego sum lux mundi.* Ioannes ergo index lucis, & eiusdem particeps, instar cacuminis montis excelsi, quod à Sole exoriente in primis illuminatum, nobis indicat ipsum solem oriri, & aduentare. *Ioannes non fuit lux.* *Ioan. 5. v. 35.*

127. *Aug. tract. 2 in Ioan.* Similitudo non mea, sed Augustini, ad illud: *Hic venit in testimonium*; sic ait: *Magnum aliquid, iste Ioannes? ingens meritum, magna gratia, magna celsitudo. Mirare planè, mirare, sed tanquam montem. Mons autem in tenebris est, nisi luce vestiatur. Ergo tantum mirare Ioannem, vt audias quod sequitur: non erat ille lumen. Ne cùm montem putas lumen esse, naufragium in monte facias; non solatium inuenias. Sed quid debes mirari? montem, tanquam montem. Erige autem te ad illum, qui illuminat montem, qui ad hoc erectus est, vt prius radios excipiat, & oculis tuis nunciet. Ergo non erat ille lumen. Quare igitur venit? Sed vt testimonium perhiberet de lumine. Vt quid hoc? vt omnes crederent per illum. Et de quo lumine testimonium perhiberet? Erat lux vera. Quare additum est, Vera? quia & homo illuminatus dicitur lux sed vera lux illa est quæ illuminat. nam & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut nocte lucerna accendatur, aut per diem Sol exeat, lumina ista sine causa patent. Sic ergo & Ioannes erat lux, sed non vera lux: quia non illuminatus, tenebræ, sed illuminatione factus est lux: Nisi enim illuminaretur, tenebræ erat: sicut omnes impij, quibus iam credentibus dixit Apostolus: fuistis aliquando tenebræ. modò autem, quia crediderunt, quid? Nunc autem lux, inquit, in Domino. nisi adderet, in Domino, non intelligeremus: lux, inquit, in Domino; tenebræ non in Domino eratis. fuistis enim aliquando tenebræ, ibi non addidit, in Domino. Ergo tenebræ in vobis, lux in Domino.*

128. Longior fuit Augustiniani sermonis tractus, sed non pœnitendus, cum tam luculenter exponat, qualis sit lux Christus, & quales, quantæque tenebræ, Gentes, antequam illuminarentur à Domino, & in Domino: ea quo melius intelligitur, quàm opposité fuerit enunciatum: *Dedi te in lucem Gentium*: cum lucis officium primarium, atque præcipuum sit, tenebras illuminare.

At damnaueris fortasse Isaiam inconcinnitatis, & *ἀνακολουθίας*, quod ita connectat: *Dedi te in fœdus populi, & in lucem Gentium: vt aperires oculos cæcorum.* Lux etenim dispellit quidem tenebras, illustrat, vt vidimus: oculos verò cæcorum, aut lippientium non sanat, quin plerumque offendit, læditque. Verùm sit istud proprium lucis sensibilis, at lux spiritualis, de qua Vates, mentis oculos obcæcatos sanat, clausos aperit, tenebricosos illuminat, & qui erant ipsissimæ tenebræ, facit, vt sint splendidissimæ lucernæ, & lumina; &, vt docebat Paulus, & obseruabat Augustinus, *lux in Domino*, August. Psalm. 84. tit. *Aliud est ista lux, quam demonstraturus est, aliud ipse medicus, qui curat oculos, quibus ostendat lucem. Non ergo sic Dominus noster, ipse est enim medicus, qui curat, vnde nos videre possimus, & ipse lux, quam videre possimus.* *Lux corporea non aperit oculos: id facit spiritualis.*

119. *Alij cæci, alij lippi, spiritualiter.* Notari velim hoc loco, ante Christi, qui est *lux vera*, accessum in mundum, & fuisse homines omnino cæcos, & fuisse alios lippos: hi erant Iudæi, illi Gentiles: qui quamobrem dicantur omnino cæci, non est opus exponere; cùm omni cælesti lumine essent orbati. Iudæi autem propriè dicuntur lippi, quia reuerà videbant, habebant lumen fidei diuinum in Scripturis sanctis: sed cordis crassitie, & animi viciositate quasi quadam lippitudine impediebantur, & tenebantur eorum oculi, ne hoc lumen probè agnoscerent, sed spiritu viuificante dimisso, litteram sequerentur occidentem. Vnde cùm hæc tanta, támque admirabilis, ac subita lux illis esset oblata, & offusa, nempe oculis sauciis, ac lippientibus, non modò non profuit, sed obfuit; illósque omnino occæcauit.

130. Hoc, nisi me fallit animus, Christus Dom. profiteri voluit, vbi, postquam cui cæco nato attulerat visum corporis, eidem lumen animi infudit, hoc addito, Ioan. capite nono versiculo trigesimonono. *In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Itaque Gentiles cæci *Ioan. 9. v. 39.*

omnino,

omnino, & à cæcis parentibus orti, & sic apti in illo cæco præsignati receperunt visum spiritualem; & Iudæi, qui videbant, etsi ægrè, id est, qui lippiebant, cæci facti sunt, incredulitatis suæ vitio. *Et audierunt quidam ex Pharisæis,* addit Ioannes, *qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus?* Nimirum, quia mentis oculis capti erant, putabant Dominum loqui de cæcitate corporali, & sic illum ridebant: at Dominus, *si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet.* Hoc est, si vt reuerâ cæci estis animo, sic vos reputaretis; quæreretis remedium & lumen cæcitati vestræ, aut oblatum admitteretis, & ita peccatum nun haberetis: at nunc vos arbitramini valde oculatos, & perspicaces diuini luminis, atque adeò desperata est vestra salus nam ego veni, vt aperirem oculos cæcorum, qui suam cæcitatem saltem ostensam agnoscerent, & lumen recipere vellent. Aug. Ps.80.v.5. *Quid est, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant? nisi vt humiles exaltentur, superbi deiiciantur. Non enim qui vident cæci fiunt, sed qui sibi videre videntur, de cæcitate conuincuntur.* Augustinus de verbis Domini serm. 47. *Cæci facti sunt Pharisæi doctores: illuminati sunt populi legem nescientes, & in auctorem legis credentes.*

Aug. Ioan. tract.44.

131\. *Et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.*] Vt errores, ac peccata sunt tenebræ & caligo, quibus clauduntur, & excæcantur oculi interni, sic sunt vincula, & catenæ, quibus præpediuntur ad bonum gressum animi, & homines captiui efficiuntur, & serui miserrimi, verâ libertate perditâ. Cui loco pro commentario Hilarij commentarium in Psalm. 126. subiungam, sicuti superiori membro Augustini in Ioannem partem expositionis adiunxi. Ergo sic Hilarius ad illud: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion;* eleganter exspatiatur.

Peccata sunt vincula.

Psal.126.v.1. Hilar.

132\. *Est autem nunc omnis in Psalmo, sicuti singularum rerum expositione monstrabimus, ex captiuitate vitiorum in libertatem cognitionis Dei redeuntis animæ gratulatio. Et quidem grauis est captiuitas corporalis, quæ iure libertatis amisso, victorum dominatui subditur, & seruiunt tunc quidem corpora, sed nequaquam capitur fidelis animæ libertas.* Quod cùm Hilarius probasset exemplo Danielis, & trium sociorum, qui fuerunt in mediâ captiuitate, animo libero, addit: *At verò quanto infelicior est animæ captiuitas? si auaritia ceperit, per corpus latrocinatur, ac grassatur: si libido vicerit, communicat cum corporis seruitute: si luxus, ira, odium, temeritas, ebrietas, inuidia subegerit, his imperantibus sibi dominis & anima, & corpus in commune famulantur, atque ita captiuitatem animæ sequitur & corporis captiuitas. Cæterùm conditionem corporis religiosa animæ generositas despicit. Officium quidem durum, tamen hominis non omnino miserabile, quia seruitur à seruis. At verò animæ captiuitas quàm infelix est! Auarus cariturus semetipso, carere timet pecuniâ, negotiosus, tristis, anxius, sine requie vllâ, damni metu semper detinetur: honestatis immemor est, amicitiarum inobseruans, humanitatis fugax, religionem nescit, bonitatem omnino odit. At verò cui libido domina est, in quo cœno dedecoris volutatur? pendet ad occasiones adulteriorum, anxius circa lasciuiæ suæ feruorem, oculis, mente, corpore totus in scortis est. Videns quotidie atque audiens humanas in adulteros leges, adulterium in ipso foro cogitat: quod agit, timet, & quod timet non fugit.*

Captiuitas animi grauior quàm corporis: & idem de seruitute.

Peccatores turpiter seruiunt vitiis.

Quid verò infelicius ebrietatis dominatu? Ventri vltra capacitatem infundere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, & mortem quandam naturæ incolumi imperare? Quàm dedecorosus autem est furentium motus, temeritatis impetus, odiorum stimulus, liuoris anxietas? quanta ergo perturbatio eorum est? quanta calamitas, qui supra memoratis malis seruiunt? Verùm si cognitâ sapientiæ doctrinâ, & Dei prædicatione, & remissione vniuersorum horum peccatorum, & resurrectione corporum, & æternitatis consortio, & regno cælesti, à dominantibus superioribus, de auaritia ad munificentiam transeamus, de libidinibus ad continentiam migremus, de ebrietate ad ieiunia reuertamur, de furoris temeritate, odio, liuore ad placabilitatem, rationem, misericordiam, benignitatem excolemus, discentes hæc omnia à lege, & Prophetis, & Euangeliis, & Apostolis, & cantantes ex lege: Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi, cognoscentes à Propheta: Ego sum, qui feci cælum & terram ex nihilo: credentes ab Euangelio: In principio erat verbum, & Deus erat verbum, &c. Et cùm Gentes conuersionem nostram ex vitiis in virtutes, ex ignorantia Dei in confessionem eius, effectam admirabuntur, tunc Psalmi prophetiam nobis intelligi posse testabimur, dicentes: Dum auertit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati; tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione: tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum illis. Auertit enim Dominus captiuitatem nostram per remissionem peccatorum; à dominatu enim vitiorum animam liberauit, anteriora delicta non reputans, & in nouum hominem reformans, constituens nos in corpore carnis suæ. ipse est enim Ecclesia per sacramentum corporis sui in se vniuersam eam continens. Non erat Sion antequam liberaretur, sed Sion est, quæ liberata est. 133.

Euangelium immutat homines.

Quæ tametsi multa, & præclara, vix explicant millesimam partem miseriarum, quæ hæc spiritualis conclusio & captiuitas, quam Christus sustulit, in se continet. Sed nihilominus hæc fuerint satis, præsertim si eo accesserint, quæ memini congessisse ad cap. 9. versic. 4. quæ poterit lector recognoscere si velit. 134.

Vers. 8. Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

Quò pertinet ista Dei assertio, & asseueratio? Videlicet, asserendæ diuinitati, & gloriæ suæ sibi vindicandæ, qua de re suprà diu, multúmque fuit disceptatum contra idolorum assertores, & caussa fuit obtenta, ac parta victoria. Itaque Deus; hoc nomen, *Dominus*, Hebraicè, quadrilitterum, יהוה, sibi esse proprium affirmat, & nulli alij propriè impartibile, atque communicabile, atque adeò 135.

Nexus.

Nomen Dei proprium, quale.

gloriam & laudem, quæ diuinam naturam decet, & consequitur, alteri à se non fore impertiendam, sed totam sibi reseruandam, & recuperandam, quæ falsis diis impie, & sceleste tribuebatur. Ita propemodum interpretes censent. Sanctius etsi accedit communi nectendi modo, putabat nihilominus Deum, quæ paulo antè affirmarat, suo quasi subscripto nomine, more, ac ritu vulgari, confirmare: suo, quod aiunt, chirographo consignare, & annulo.

136. Porrò, cùm Vates totus sit in prædicendâ euersione idolorum, ac falsi numinis exterminatione, in annunciandâ conuersione Gentilium ad veri, vniusque Dei venerationem, & cultum, opportunè & ad confirmanda quæ præcesserunt, & ad roboranda quæ sequuntur, interponitur: *Ego Dominus, hoc est nomen meum.*

Vide suprà c. 40. n. 448.

Ac si diceret: Ego solus Dominus, omnis dominatus atque potestas, & maiestas penes me vnum est: atque adeò mihi quæcumque prædicenti, & pollicenti fides habenda, & mihi vni gloria, laus, adoratio exhibenda est; alij verò præterea nemini. Huc Inter exponendum Procopius concedit, qui citat illud Pauli 1. Corinth. 8. vers. 5. *Nam etsi sunt qui dicantur dij siue in cælo, siue in terrâ, (siquidem sunt dij multi, & Domini multi) nobis tamen vnus Deus, Pater ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.*

137. Quod non paulo germanius censeo quam illud à Marianâ, & aliis obseruatum, hic poni nomen Dei proprium, ac substantiale, *Iehouàh*, cùm alia nomina sint accidentaria; idque doceri, dum dicitur: *Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri*, hoc est, hoc nomen meum, *non dabo*, præsertim *sculptilibus.* Nam vt detur, nomen *Iehouàh* esse Deo essentiale, de quo grandis est disgladiatio, certè ad rem non esset ista nominis defensio, cùm quod Iudæis solis vix & obscurè cognitum esset Dei nomen proprium, vt etiam ij autores, quibuscum contendimus, affirmant, de eo idolis arrogando Gentiles cogitare non possent.

Nomen Iehouàh, an sit essentiale Dei.

138. LXX. Vnde LXX. acutiùs timati mentem Isaiæ, vertunt: ἐγὼ κύριος θεὸς, *Ego Dominus Deus*, itaque sibi soli vendicat dominatum, ac diuinitatem, quæ Dæmones sibi, & homines Dæmonibus, ac aliis creaturis miserè delusi per summam stultitiam, & impietatem ascribebant.

139. *Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.*] Hic loquendi modus præ se fert, Deum aliquando alteri dedisse suam gloriam, aut certè dare potuisse: Si enim id esset omnino impossibile, ociosè dicere videretur. *Gloriam meam alteri non dabo.* in alia parte, id est Dei gloriam propriam, hoc est, quæ eius naturam sequitur, esse incommunicabilem: vnde latria, quæ est adoratio Deo debita, non potest alij tribui, vt Christus Dominus ex Deut. 6. vers. 13. probauit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* quæ respondit diabolo suadenti, vt se adoraret.

Deus gloriam suam an alteri dederit.

Matth. 4. v. 10.

140. Dicendum est breui: Primùm, *gloriam* hoc loco non poni pro beatitudine, nam hanc Deus dat beatis Angelis & hominibus, cùm se illis clarè videndum præbet: nam etsi hæc gloria sit Deo essentialis, & innata, creaturæ verò sit aduentitia, tamen quia Deus ipse per se beat, & glorificat beatas mentes, rectè gloria Dei dicitur; & Christus dixit: *Serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

Gloria, quid.

141. Neque est sermo de aliquo honoris & gloriæ gradu: nam certum est Deum velle, eius seruos & amicos Sanctos siue Angelos, siue homines honorari: Psal. 138. vers. 17. *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* Ergo solùm agi potest de eo honore, qui Numini supremo, & Deo debetur, quo eius excellentiam supra reliqua recognoscimus, & honoramus: quem honorem & obseruantiam, vt ab aliis honoribus in viros sanctos conuenientibus distinguerent nostri Theologi λατρείαν, *latriam*, vocabulum Græcum retinuerunt, quod nihil aliud est, nisi seruitus.

Deus vult honorem deferri Sanctis.

Honor soli Deo deferendus, qui.

142. Quem honorem, & gloriam, siue laudem Deus nemini vsquam dedit, aut dare potuit, vt ex dictis liquet, vnde cùm profitetur hoc loco, se non daturum, id debemus concipere, non permissurum, vt in posterum vllæ creaturæ pro diis colantur, siue homines, siue Angeli mali, multo minus muta simulacra & sculptilia: vno verbo, pollicetur, se idololatriam funditus euersurum.

143. Illud non prætereundum, quod è veteribus Patribus aliquos per occasionem refellendi Arianos, qui hoc fortassis abutebantur testimonio, obseruasse video: nempe, datâ operâ non dici, *Gloriam meam, alij*, *sed gloriam meam alteri non dabo*: vt exclusâ quauis creaturâ, non excludatur persona diuina Verbi: neque etiam persona Spiritus sancti: nam Filius & Spiritus sanctus est alius à Patre, non verò alter. Sic Athanasius Orat. de susceptâ humanâ naturâ, sic Hieronymus, sic apud Procopium alij obseruant securi Græcam, vel Latinam versionem, ἕτερος *alter*: quæ meliùs fert illius modi distinctionem, quæ etiam in Hebraica voce niti potest, nam אחר *achàr*, est alter, alius, & alienus: quæ notio in personam diuinam non cadit, atque adeò eam non excludi à consortio diuinæ gloriæ. Vnde miratur S. Hieronymus, proprietatem S. Scripturæ quòd verbum אחר *achàr*, omnes interpretes transtulerint, *alterum*, qui in aliis discrepare soliti sint. Et tamen hæc obseruatio sumit, hanc orationem esse Patris æterni, quod est valdè consentaneum, cùm ipse sit qui dicit: *Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium*, &c. nam orationis fluxus tractúsque procedit absque vlla interpellatione continuus.

Ariani abutuntur S. Scriptura.

Filius alius, non alter à Patre.

144. Hæc licèt sit gloria, & laus, quæ vt alteri detur, Deus se non commissurum esse testatur, de qua Paulus Rom. 1. vers. 23. *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.*

Sed nihilominus per æquipollentiam exponi possit de eâ gloriâ, quæ ex donis Dei siue naturalibus, siue supernaturalibus nascitur, quæque cùm in Deum autorem referri deberet illibata, eam sibi superbus, & ingratus arrogat, sumitque. Quæ fuit primum peccatum omnium, nempe Angelorum rebellium, sibi blandientium, placentiúmque in bonis, donis, atque dotibus diuinitus acceptis non secus ac si à Deo non accepissent.

Nemo sibi à bonis acceptis gloriam arroget.

Primum peccatum Angelorum sibi arrogantium.

Hoc

Hoc enim fuit illorum peccatum & erratum apud Theologos meliori trutina rem examinantes: nam illud aliud de diuinitate vsurpandâ, & adoratione Dei propriâ adeò est stultitiæ, & absurditatis plenum, vt in Angelicam mentem cadere non potuerit: sed vt largiamur, accidere potuisse, certè non plus quàm vni conueniret, nempe Lucifero, qui se pro Deo haberi, & coli studeret. At alij Angeli, qui à Deo vero, quem optimè norant, desciscerent, quo pacto se primo Angelo submitterent? vnde non minor esset inter ipsos, quam cum Angelis bonis discordia. Ergo cùm in Deo gloriari debuissent, in se gloriari maluerunt, & pro gloria ignominiam sempiternam reportarunt.

145. Hos Angelos superbos imitati sunt plurimi hominum, gloriam, & laudem ab hominibus sibi aucupantes: cùm deberent cupere, & curare quàm diligentissimè, vt *Regi sæculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria* tribueretur; ex quo quasi relata ad eos pertingeret. Hoc enim oportet animaduertere, Deo non placere, viros bonos Deo ipsi placentes, omnino esse inglorios, & illaudatos: ideóque non dicere, gloriam alteri non dabo, sed cautè dicere, *gloriam meam alteri non dabo*: nam Deus, si, quod fieri nequit, se suâ gloriâ abdicare vellet, & eam homini cedere, non posset: quia neque ea est à Deo separabilis, & si esset, tantam gloriam tantulus homuncio, imò nec Angelus capere posset: at quæ est gloria quæ conueniat in hominem? ea videlicet, quæ minimè quæritur, imò quæ negligitur propter modestiam.

Tim. 1. v. 17.

Deus suos famulos honorari vult.

Quæ gloria cadat iustè in hominem.

146. Quandocumque quis omnes suæ neruos industriæ eò contendit, vt solus Deus bonorum omnium autor & perfector honoretur, ipse Deus sit in oculis, in ore omnium, & multo magis in corde: ille feratur summis laudibus supra cælum, & supra omnia: homo verò ipse cupit, studérque latère, iacère, esse in obscuro, in obliuione, aut etiam in contemtu, & vituperatione apud omnes: tunc illa gloria & laus in Deum lata sincerè, & verè; inde magno, ac celeri motu resilit, & refertur in hominem illum humilem, qui eam à se omnino in Deum conatus fuerat auertere: Cùm in nos laus conijcitur, eam debemus sine mora, instar pilæ in Deum retorquere. Cùm B. Virgo fuisset laudata ab Elisabeth, è vestigio Maria retulit in Deum laudem: Luc. 1. 46 *Magnificat anima mea Dominum*, &c. Idem videre licuit in Baptista, cui cum gloria Messiæ debita defertetur: ille illicò in Christum prætulit. August. Psal. 118. vers. 37. *Non sit finis operis nostri in laudibus hominum, sed ipsas laudes hominum corrigamus, & ad Dei laudes omnia referamus, à quo nobis datur quidquid sine laudamus errore laudatur.* Itaque gloria primò, & per se, ac directò lata & data, soli Deo conuenit, alij nemini potest adhærescere; at verò in Deũ missa, & iacta, & inde regrediens atque relata in hominem sanctum incidere potest, & solet. nam vt aliud est Solis splendor, aliud reuerberatio splendoris, sic aliud est gloriæ, laudísque relatio, atque reflexio: illam Deus nemini dat, istam cui vult, quando, & quantam vult, dare consueuit. Vnde in eâ accipiendâ, isto modo, hoc est, à Deo, & ex Deo nullum est vitium: est autem, & maximum, quoties aliquis absque vllo Dei respectu, gloriam, & honorem ab hominibus aucupatur. quibus Christus Dominus dixit apud Ioan. cap. 5. vers. 44. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est non quæritis?* Ioan. 5. v. 44

Quo quis magis cupit propter Deũ, contemni honore, eo amplius honoratur.

Gloria & laus est instar lucis. Quomodo liceat gloriam accipere.

147. Ergo Christus Dominus non omnem vniuersè gloriæ cupiditatem interdicit, sed eius, quæ est ab hominibus futilis & inanis, non verò illius veræ ac solidæ, quæ proficiscitur à Deo: de quo Paulus germanus Christi discipulus, 2. Corinth. 10. vers. 17. *Qui gloriatur, in Domino glorietur; non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Itaque gloriari, gloriam accipere, quærere homini licet, non tamen ab hominibus humano respectu, sed à Deo: & non est gloriosus ille, qui in seipso gloriatur, aut ab alijs glorificatur; sed cui Deus gloriam affert. Licet etiam interdum homini ab homine gloriam recipere, si tamen in ea non consistat, non acquiescat, non reputet eam vt ad se delatam, sibi traditam, sed existimet apud se depositam, sibi custodiendam, non vtendam, non vsurpandam commissam, vt ad Deum, quoties opportunitas exegerit, aut tulerit, referendam. Sic enim se geret vt fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam, & super quodammodo sponsam suam.

Gloria ad nos delata custodienda, vt res deposita ad tépus.

148. Occurrerat mihi in eam rem aliquando cogitatione incumbenti facinus illud egregium Patriarchæ Ioseph, qui à turpissimâ fœminâ herâ ad adulterium illectus, tantum flagitium fuit execratus iis verbis: Genes. 39. v. 8. *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es; quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Est gloria Dei, instar sponsæ eius, atque adeò, oblata licèt, & ingesta erit castè, ac fideliter ipsi Deo soli seruanda.

Gloria Dei est vt sponsa.

149. Hanc accommodationem, quæ mihi sese obtulerat, libentior admisi, cùm eam hoc loco in Hugone Cardinali pro sensu mystico legi, iis verbis: *Gloriam meam alteri non dabo. Erubescant ergo inaniter gloriantes, qui cum vxore patris sui, idest, cum gloria adulterium, immo incestum committunt, quod fugiens Ioseph, dormire scilicet cum vxore Domini sui, magis elegit recludi in carcere, quàm turpi adulterio maculari. Vnde & Ruben primogenitus Iacob, quia patris sui cubile ascendit, maledictus est.* Ioan. 3. vers. 28. Hanc sponsam fidelissimè custodiuit Baptista, nec à Iudæis sibi oblatam, voluit vllo modo contingere, sed integram & illæsam sponso Christo conseruauit: se sponsi amicum fidelem esse professus illis verbis: *Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui audit eum, gaudio gaudet, propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.* Ex quo constat, & quàm fœda sit macula, & quàm iniuriosa Deo, eius gloriæ, & laudis vsurpatio.

Hugo.

Diuina gloria arrogatio fœda.

150. *Et laudem meam sculptilibus.*] Repete, *non dabo*: & intelligo, multo minus, cùm sculptilia sint aliquid minus multo, quàm alter, idest, quàm homo, vel Angelus.

Vers. 9. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuncio: antequam oriantur, audita vobis faciam.

151. VAticinio & promissioni fides & autoritas inde asciscitur, quod alia similia prius quàm euenissent, fuerint prædicta, quibus ad æqualitatem responderit euentus. Resumito quæ commentatus sum suprà cap. 41. versic. 22. & 23.

Vers. 10. Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo eius insulæ, & habitatores earum.

152. HActenus tenuit oratio Dei: hic iam Vates suam recuperat personam, & orationem. Cumque attentiùs considerasset, quantã Deus erga genus humanum generatim, & erga Gentiles speciatim benignitatem ac dignationem exhiberet, Filium suum legislatorem, doctorémque pollicitus, hortatur Gentes ad decantandas diuinas laudes, & Deo gloriam attribuendam, quam vnam gloriam sibi Deus esse carissimam ostenderat, & quam ceteris concessis homini, sibi vni reseruarat.

153. [*Cantica vetera.*] Cùm Isaias verò postulat *Canticum nouum*, oculos visus est conuertere ad cantica vetera, quibus populus vetus concelebrauit Dei facinora, & res nobilissimè gestas. scil. Israelem per mare traductum, Ægyptium Regem cum suo exercitu submersum: quam cecinit victoriam Exod. c. 15. *Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.*

154. Partã quoque illã illustrissimã victoriã côtra Sisaram Iudic. c. 5. v. 1. Debbora & Barac ad canendum Domino, eique gratias agendas illicò proruperunt. Eodem modo cùm Dauid vicit, prostrauitque Goliam. 1. Reg. 18. v. 6. *egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel cantantes, chorósque ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiæ, & in sistris: & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Vicit Saul mille, & Dauid decem millia.* Ipse etiám Dauid. 2. Reg. c. 22. v. 1. *Locutus est Domino verba carminis huius in die, quâ liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & ait: Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus, &c.*

155. Ad istam ergo consuetudinem celebrandi victorias, & beneficia Dei illustriora, cum grauioribus esset Dei populus perfunctus periculis, respiciens Vates, monet populum nouum, vt pro nouo facinore, & pro inaudito munere, ac beneficio, quo cum omnia illa prisca in nullam comparationis partem possint adduci, Deo canticum nouum canteret, & laudes eius non in vno orbis angulo, & angusto loco, qualis fuit Iudæa, sed *à solis ortu vsque ad occasum*, a Septentrionibus in Meridiem, hoc totum est, *ab extremis terra*, contentissimâ voce personet. Itaque qualitas carminis præscribitur, dum *nouum* poscitur, *non in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus*, vt ait Hieronymus: & quasi quàrit . . . designatur, vbi *ab extremis terra* personare iubetur.

156. [*Canticum noui, vnde.*] Nouum canticum exigitur à nouitate materiæ, generale ab vniuersitate locorum, & hominum. *Noua quoque ego annuncio*: vos nouam etiam compingite cancionem: ne veteribus velitis esse contenti. *Recedant vetera de ore vestro*: [1. Reg. 2. 3] ne in vtres veteres vinum nouum infundatis, Matth. 9. v. 17.

[*Basil.*] S. Basilius Ps. 31. v. 3. *Cantate ei canticum nouum*; sic explanat: *Hoc est, non in vetustate littera, sed in nouitate spiritus Deum adorate. Qui legem non iam interpretatur iuxta litteram corpus, sed eam iuxta sensum spiritualẽ ceteris facit innotescere: hic canticum nouum cantat.* [*Legem Moysi intelligit spiritualiter canit nouum canticum.*] *Veteris enim illius testamenti littera quasi situ confecta exoleuit, & pertransiit: nouum verò, & renouatum dominicæ doctrinæ canticum nos excepit: quæ quasi aquilæ iuuentutem nostram renouat, vbi bene externum hominem corripuerimus, & iidem de die in diem innouamur. Sanè quisquis ad anteriora se extendit, seipso iunior, ac nouior perpetuò redditur. Atque ità qui seipso iunior fit, recentius quoque Deo canticum canit.* [*Renouatio spiritus.*] *Recentius autem eo dicitur, vel quòd sit præter consuetudinem admirabile, vel certè, quòd nunc primùm in lucem prodierit. Siue igitur admirabilem & omnem excedentem naturam, incarnationem Domini narraueris, canticum vtique nouum concinis, siue renouationem quoque ac regenerationem totius orbis per peccatum veterascentis, postremò resurrectionis mysteria mundo nunciaueris, sic quoque canis nouum, ac recens canticum.* Vide Aug. Psal. 143. v. 9. *Deus, canticum nouum cantabo tibi.*

157. Quæ bene concinunt cum opinione S. Hieronymi, censentis esse Apostolos, & Euangelicos doctores eos, quibus hoc Canticum nouum ab Isaiâ præcipitur. At quoniam S. Basilius docet canere canticum non solùm, qui noua Christi mysteria prædicant, sed eos etiam, qui ex ea prædicationis & institutionis regulâ, exuentes veterẽ hominem seipsos quotidie innouant, huic sententiæ accedit Augustinus in Psal. citatum ad hunc modum: [*August. lege eundẽ Ps. 149 v. 1.*] *Exuite vetustatem, nostis canticum nouum. Nouus homo, nouum Testamentum, nouum canticum. Non pertinet nouum canticum ad homines veteres. Non illud discunt nisi homines noui, renouati per gratiã ex vetustate, & pertinentes iam ad testamentum nouum, quod est regnum cælorum. Ei suspirat omnis amor noster, & cantat canticum nouum. Cantet canticum nouum non linguâ, sed vitâ.* His postremis verbis Augustinus non excludit laudes Dei vocales, [*Laus vocalis non excluditur, sed præfertur mentalis.*] sed eis solis non est contentus, potiores putat internas, seu potiùs, actiones honestas tam internas, quàm externas.

158. Sed obserua, cùm Dauid plurimis locis *Canticum nouum* conceptis verbis a fidelibus exigat, cúmque tam creber sit in prædicẽdis, ac prædicandis mysteriis Euãgelicis, vt Dauid & Isaias propè pares quoad hoc esse censeantur, fit valde verisimile, ab vtroque Vate idem postulari, & nostrum ad Dauidem digitum reflectere. Vnde quod apud Dauidem consequitur: *Bene psallite ei in vociferatione*; [*Psal. 32.*] videri potest expressum apud Isaiam iis vocibus: *Laus eius ab extremis terra.* quod nihil aliud est, quàm ab extremis mundi partibus diuinas laudes exaudiri, totum terrarum orbem Dei laudibus personare: sed vociferatio ideo fit, vt vox longè, latéque fundatur, audiatur.

Psal

Psal. 134. versic. 7. *Educens nubes ab extremo terræ*, per nubes doctrinam Apostolicam exponit, & per extremum terræ, Apostolos ipsos, eo quòd fuerint apud homines mundanos despecti. Præterea, vt notat Basilius, ad Psal. allegatum, partam victoriam milites vocifera- *Victoria clamoribus celebratur.* tionibus, & clamoribus faustis solent celebrare, & eius lætitiam ostendere; ob id est addita particula, *bene*; *bene psallite ei*: Hebr. *bene*, vel *suauiter facite psallendo.*

159. *Victoria Christi acclamanda.* Ergo Vates vterius vult Christi victoriam, & triumphum actum de Diabolo, & *de meretrice magnâ, quæ corrupit terram in prostitutione suâ*, decantari, & celebrari ingentibus clamoribus, & faustissimis acclamationibus, quibus remotissimæ quæque orbis regiones reboent, atque suauissimè personent, quibúsque cælestes quoque iubilationes consonent. Apocal. 19. versic. 1. *Posthæc audiui vocem quasi turbarum multarum in cælo, dicentium: Alleluia, salus, & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera, & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magnâ, quæ corrupit terram in prostitutione suâ: & vindicauit sanguinem seruorum de manibus eius. & iterum dixerunt: Alleluia. & fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. & ceciderunt seniores viginti quattuor, & quattuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum dicentes: Amen, Alleluia; & vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum, pusilli, & magni.*

160. Qui locus quantopere nostro proposito concinat, non opus est dicere: quod attinet ad vo- *Ribera.* cem *Alleluia*, probè Ribera noster sic aduertit illic: *apud Hebræos propriè significat, vocem tollere cum lætitiâ, vt in rebus lætis & prosperis fieri solet, ideóque Alleluia acclamationem, & lætam exhortationem habet: quæ minimè intelligitur, si dicat: Laudate Deum; quare consultò Hebraica vox retenta est.*

Hoc Canticum faustum & acclamatorium dici nouum, & à nouis duntaxat hominibus cantari idem Apostolus in suâ Apocal. cap. 14. versic. 2. docuit: *Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quattuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terrâ.*

Audis *Canticum nouum* Agno, idest, Christo Domino decantatum, neque obest particula, *quasi*, quæ non detrahit, sed exponit nouitatem, vt alibi sæpe. vide suprà cap. 40. vers. 11. num. 209. laus & cantio adeò sublata & contenta, vt vbique audiretur, nempe *vox tonitrui magni*, adeò fausta, & festiua, vt esset *sicut Citharœdorum.*

161. *Occupatio. Apoc. 14. v. 4. Virginitas pro fide Aug. de tēpore. serm. 40.* Neque mihi quis obstet ex verbis proximè subiectis; *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt*: hóc Canticum Apocalypseos non conuenire cum cantico Isaiæ, quia hoc sit omnium Christianorum, illud virginum tantùm. Nam etsi communis hæc fuerit intelligentia loci Apoc. vt virgines propriè accipiantur: tamen quod ita difficulter interpretes se expediunt è difficultatibus occurrentibus, argumentum est, istic non propriè *Virgines non* capi Virgines. Ergo nobis eo loco suâ proba-

A bat opinionem noster Alcazar, *Virgines*, vt *Virgines pro fide.* illas interdum, esse fideles, qui & fidei integritatem, & morum castimoniam custodissent. lege August. Psalm. 79. vers. 9. Psal. 147. vers. 13. de verbis Domini. serm. 23. præcipue primos Apostolorum discipulos, quod mihi videor posse ostendere ex sequenti hemistichio: *hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno. Et in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei.* habes expositum: quæ nam sit illa Virginitas, & à mulieribus, idest, à concupiscentiis, abstinentia: confessio fidei, & veritatis in ore, integritas & sanctitas in opere. Vide antè Augustinum à nobis translatum num. 157. August. Psalm. 70.
B vers. 14. *Adiiciam super omnem laudem tuam*, sic exponit: *Quid est hoc? mouere nos debet; adiiciam super omnem laudem tuam. Perfectiorem facturus es laudem Dei? Est aliquid, quod super adiiciatur? Si iam omnis illa laus est, tu quid adiecturus es? Laudatus est Deus in omnibus bonis factis suis, in omni creatura sua, in omni institutione rerum, in omni gubernatione, & regimine sæculorum, in ordine temporum, in eminentia cæli, in fecunditate terrarum, in circumfusione maris, in omni præpollentia nascentis vbique creaturæ, & in ipsis filiis hominum, in danda lege, & in liberandis suis à captiuitate Ægyptiorum, & cæteris omnibus mirabilibus suis: nondum erat laudatus in eo, quod suscitauit carnem in vitam æternam.*

C *Qui descendistis in mare, & plenitudo eius: insulæ, & habitatores earum.*] Patuit Cantici ma- 162. August. Psal. 96. v. 1. teries, nunc Cantores designantur. Ac principiò ambigitur, locutio translatitia sit, an verò propria. Sunt enim, quibus *descendentes in mare* videantur esse Apostoli à Christo Domino, *Apostoli vocati à piscatura.* dum retia iacerent, vocati. Matth. 4. versic. 18. & de piscatoribus piscium facti piscatores hominum. Ita explanant Hieronym. Procop. Haymo.

Autores prædicti Hieron. Procop. & Haymo, addito Cyrillo, existimant significari A- *Apostoli nauigando euangelizant.* postolos non eos tantùm, qui piscatores fuerunt, sed omnes, qui quidem nauigationibus vsi repleuerunt mundum Euangelio: vel ma-
D gnis sæuisque maris, hoc est, sæculi tempestatibus perfuncti sunt, vt prædicationis Euangelicæ muneri suo cumulatissimè satisfacerent. Vnde Patres nominati, & propriè, & metaphoricè sumunt.

Reliqui scriptores plerúmque simpliciùs, & 163. germaniùs interpretantur, nempe inuitari ad laudandum Deum omnes mundi gentes, nationésque: vt quia beneficium istius spiritualis Redemtionis omnibus omnino Gentibus & populis erat commune, omnes communiter ad gratias & laudes pro eo reddendas Deo autori *Accolæ maris, & insularum.* concurrerent; & quia alij hominum terrarum regiones interiores incolunt, alij littora acco-
E lunt, alij insulas inhabitant; alij vagi per terram peregrinantur, alij per mare nauigant, istos omnes ordines eleganti oratione Vates amplectatur.

Qui descendistis in mare.] Nauigantes alloquitur, 164. nautas, vectores, mercatores: qui quoniam mare humilius est littore, ideo descendere dicuntur: Psalm. 106. vers. 23. *Qui descendunt mare in nauibus. & plenitudo eius. maris plenitudo*, quid nisi insulæ, insulani? si debent à descendentibus in mare distingui. Nam quod sequitur,

tur, *Insula & habitatores earum*; Insulæ ex consueto more & modo scriptoræ exponendum: vt sint prouinciæ continétes, mari adiacentes, remotæ, ad quas iter sit mari faciendum. Qui verò fiaas sedes non habent, sed ferarum titu vagantur, sequenti versiculo notantur. Non longinquum ab Isaiæ mente putarim, subsignificari, ad facilem, & felicem Euangelij cursum atque notitiam, multum profecturas esse nauigationes, sine quibus vix perferri potuisset Euangelium ad plurimas nationea longissimo terrarum tractu dissitas. Quod nostro hoc sæculo experti sumus, quo ad Orientem, Occidentem & Meridiem, & demum ad Septentrionem felicissimè & commodissimè nauigauit Euangelium.

165. Hæc interpretatio est genoina, ac litteralis: illa verò moralis, quam excitat Cyril. & prosequitur eius assecla Procopius, illis verbis loquens de Apostolis: *Nauigarunt verò & vitæ istius pelagus, dum Ecclesias Gentium, quæ vitæ huius insultibus, tanquam vndis, & ventis quatiebantur in insulis docuerunt: quo de & illa sunt Dauidis: Hoc mare magnum, & spatiosum, reteráque quæ sequuntur. Incerta deinde & inconstantia sunt huius vitæ negotia, magnáque nos confusione sursum, deorsum agitant, quibus se soli explicant, qui illis nunquam demergi se patiuntur, idest, qui mundanis se occupationibus non inuoluunt. Intelligas & insularum nomine eorum animas, qui amaris perturbationibus ante Christi aduentum inundabantur.* Hæc illi Patres ad mores accommoda! Et quidem *mare* alibi supponi pro seculo turbulento & procelloso, variis casibus, vehementioribus affectibus, tanquam aduersis flatibus sæuienti, passim apud autores probatæ fidei offendimus. Si quis eo indiget, eat ad August. 20. Ciuit. c. 15. Hieron. infrà c. 51. v. 9. Bernard. lib. 2. de Consideratione, August. Psal. 65. v. 6.

Procop. Nauigarunt serunt Euangelio.

Mare pro seculo.

Vers. 11. Subleuetur desertum, & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt.

166. DOcui pridem num. 163. excitati ad laudandum Deum omnes omnis ordinis & generis mortales, qui in hoc mundo agerent: egit Vates de iis, qui in mari, & littoribus versarentur: nunc de iis qui terrarum interiora incolunt, siue fixis sedibus, siue mobilibus tentoriis. Priores eo primo inciso notantur: *Subleuetur desertum, & ciuitates eius*: posteriores, secundo: *in domibus habitabit Cedar*. nam *desertum* hìc capi non potest pro loco vacuo habitatoribus, cùm addat, *Desertum & ciuitates eius*. ergo loca deserta hìc erunt mediterranea, interiora, opposita mari, & littoribus, de quibus versu superiori actum est.

Omnes laudare Deum iubentur.

167. Quod attinet ad phrasin, *subleuetur desertum*, variant codices: Complutenses, *lætetur*; LXX. *lætare*: Hieronymus in commentariis & alij, *leuet*: Hebraici textus, *leuent*; vel, *tollant*: alij denique libri apud Haymonem, *laudet*. quæ varietas lectionis intelligentiam sententiæ non variat: nam si legas, *leuet*, debes intelligere, *vocem suam*, vt intelligit Hieronymus: cúmque hæc vox nascatur è la[...]iâ, tantumdem erit, *lætari*, & *laudare*. quod verò nunc Vulgata habet, *subleuetur*, erit idem atque exultet, efferatur gaudio & lætitiâ.

Subleuari desertum, quid.

Quòd autem quidam per *desertum* concipiunt gentilitatem, olim sterilem, & infrugiferam, faciunt illi quidem non absone ab aliis vaticiniis etiam Isaiæ. Vide cap. 35. vers. 1. sed valde timeo, vt hoc præsenti prædictioni consonet. 168.

Desertum pro Gentilitate.

In domibus habitabit Cedar.] Dicerem, quisnam fuerit *Cedar*, nisi dixissem cap. 21. vers. 16. illinc resumendum. Ergo Cedareni sedes immotas non habebant, sed vagabantur, tentoria, seu mapalia circumferentes. quas Vates aut vocat domus; aut prædicit, eos Arabes vagos non fore, sed in sedibus fixis inhabitaturos, hoc est, Euangelio cicurandos & mansuefaciendos, qui antea moribus & titu ferarum dispersi viuerent. Et sanè nostris temporibus in India Occidentali Prædicatores Euangelici non paucas familias, & quasi greges hominum, qui vagam & ferinam huiusmodi vitam, ne dicam, agrestem agebant, eò adduxerunt, vt sedes figerent, societatem coirent, rempublicam haberent, se legibus astringi sinerent, agros colerent, & aliis se artibus, ac laboribus exercerent, ex quo consecuta sunt multa commoda. Primum, vt paullatim belluinos spiritus, & mores ponerent: deinde vt haberent, vnde commodiùs victitarent: tertium, quod erat maximum, & præcipuè prouisum à Doctoribus Euangelicis, vt faciliùs Euangelium edoceri possent. Id si Isaias voluit, est assimile versiculo 4. cap. 2. *Conflabunt gladios in vomeres, & lanceas suas in falces.* qua de mutatione istic. 169.

Cedareni vagi.

Vagi Indi.

Societas ciuilis iuuat ad Euangelium accipiendum.

Mores belluini ponuntur conuersione ciuili.

Itaque *Cedarenos* veluti pro genere speciem substitui ne dubites; ac si Vates prænunciet, Deum agnoscendum, honorandúmque à populis maximè barbaris, & inhumanis: quales tunc erant Arabes, neque etiamnum longè admodum ab illiusmodi moribus absunt. Eodem exit quod subsequitur: *laudate habitatores Petræ.* nam aut *Petra* est nomen proprium, & stat pro Arabiâ Petreâ, de qua supra cap. 16. versic. 1. *Emitte agnum dominatorem terræ de Petrâ deserti.* aut est nomen commune, vt placet multis, & significat loca aspera, saxosa, prærupta, quod firmat insequens pericope, *de vertice montium clamabunt.* Vnde & hominum, & locorum differentias ponit: nam à locis, & regionibus non parum mutuari consueuerunt ingenia. quod adnotaui ad cap. 21. num. 9. itaque loca aspera asperitatem hominibus, & loca amœna rursus amœnitatem ingenerant. 170.

Species pro genere in genere.

Petra: vox.

Vers. 12. Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciabunt.

SI hæc à superioribus distant, certè non in eo, quod Forerius præfinit, vt *insulæ*, sint insulæ maris Rubri, & nationes, ad quas per mare illud itetur: quo enim pacto id nobis Forerius, & quo argumento probauerit ille, vt sæpe aliàs, affirmando contentus est. Sed si hæc à præcedentibus aliquo modo diuersa sunt, 171.

ſunt, diuc[illegible] aſſignari poteſt ea, vt antea fuerit Vat[illegible] hortatus vel concionatores, vt Deum, eiuſque Sacramenta traderent, vel auditores vt tradita reciperent, Deúmque laudibus celebrarent, vel vtroſque vt ſuum quique officium facerent: nunc verò prædicit, ita eſſe euenturum; vt doctores non oleum & operam perdant, non ſurdis auribus diuina myſteria, ac beneficia deprædicent, ſed id, quod conabantur, aſſequantur, vt ponant, hoc eſt, apportent, concilient, pariant Domino gloriam, & laudem in remotiſſimis quibuſque nationibus: *In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Itaque hoc loco *Inſulæ*, latiùs patent, quàm ſuprà, & ferè eſt idem quod antea: *laus eius ab extremis terræ*, & quod illic optando, precando, & exhortando dixit: hic vt certò futurum prædixit. Hoc idem in Pſal. 96. v. 6. *Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.*

Prædicatio non irrita. — *Pſal. 18. v. 5.*

Verſ. 13. Dominus ſicut fortis egredietur, ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur.

172. DVbitatio prima, *Dominus* an ſit Deus ipſe, an Dei filius homo. Altera dubitatio: ſint inimici eius contra quos arma ſumturus prædicitur. Tertia & poſtrema, de tempore; an in fine mundi, an verò antè. His tribus quæſtionibus abſoluetur huius verſûs difficultas.

Dominus, an ſit Chriſtus hoc loco.

173. Sed prior iis debebit acoluthia & nectendi ratio proponi, quam Cyrillus docet eſſe admirabilem. Nam cùm inter Euangelium prædicandum omnibus nationibus mundi, de quo proxime dictum eſt, eſſent futuri prædicatoribus aduerſarij multi & acerrimi, Dæmones, & homines improbi eorum ſatellites, eos tamen non præualituros, & obſtituros eſſe prædicit: quoniam: *Egredietur Dominus ſicut vir præliator* propugnaturus ſuos milites.

Nexus.

174. Nunc ad primam dubitationem Cyrillus viſus eſt ſentire, eſſe Deum Patrem, quatenus tradit, Deum tuliſſe patienter Gentiliũ errores, donec adueniret tẽpus, vt eius Filius incarnaretur hoc ſequitur Vatab. & Pagninus in verſione v. 19. vt videbimus. At Gloſſa interlinealis & Lyra de Chriſto Dom. accipiunt: ſimiliter Haymo, Forerius, Arias ſubiudicat, docet apertè Pintus, Dionyſ. Caſtrius, S. Thomas. Cui ſententiæ facile acceſſerint Patres antiquiores, qui ſibi neſcio quo pacto in animum altè demiſerunt, in Vatibus ſemper Dei Filium & apparere, & loqui. de Apparitione, qui id cenſerent, adduxi multos ad c. 6. v. 1. diſputans ibi, Quis nam apparuerit Iſaiæ, de locutione etiam tradit Tertul. lib. 3. contra Marcio. c. 6. iis verbis: *Nos quidem certi Chriſtum ſemper in Prophetis locutum, ſpiritum ſcilicet creatoris, ſicut Propheta teſtatur; ſpiritus perſonæ eius Chriſtus Dominus, qui ab initio vicarius Patris in Dei nomine & auditus ſit, & viſus.*

Hieron. — *An in Teſtamento veteri, vbique apparuerit Dei ſit ſolius Filij.* — *Tertul.*

175. Sed quod attinet ad Viſionem, & Apparitionem, quemadmodum deberet intelligi, loco præcitato dixi: de locutione certè id inueſimile eſt: niſi Tertullianus, id qu[illegible] ſuſpicor, agat de eâ locutione, quæ ſit con uncta cum apparitione, vt cùm Deus Vatibus apparebat, ſimúlque loquebatur. quod ſi de iſta doceat, eadem eſt difficultas, & eodem modo expedienda. At in præſens non iſta locutio tractatur, ſed quæ citra apparitionem, Deo tribuitur, videlicèt, cùm Deus loquens introducitur, & ſuas quaſi partes agens. Quo in caſu, nos certi ſumus non vbique loqui Chriſtum, aut Dei filium, ſed aliquando Patrem, interdum ipſum Deum, abſque vllâ præciſione aut deſignatione perſonæ. Et ad hunc modum dubitamus: cùm infrà verſic. 14. Deus ita loquitur: *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar*, & reliqua: ſitne Dei Trini, an ſeparatim Patris, aut Filij oratio. ſimili modo: *Dominus ſicut fortis egredietur*, an Deo ſecundùm ſe, an Chriſto propriè competat, inquirimus.

Non vbique locutio Dei, eſt ſecunda perſonæ.

176. Porrò reliqui interpretes, præter eos, quos nominaui num. 174. cùm nullam perſonam nominatim aſcribunt, Deum ipſum ſecundùm ſe, id eſt, tres perſonas viſi ſunt intellexiſſe. & ſanè nihil inuenitur in hoc toto orationis fluxu, quod propriè, & diuiſim poſtulet perſonam Verbi, aut Chriſti. nihilque quod non æquè commodè, aut etiam commodiùs in Deum ipſum ſecundùm ſe, quàm in Chriſtum Dominum conueniat: vt cùm ad ſingula verba deſcenderim, meliùs elucebit.

177. Secundò doceo: ſi perſonæ alicui oportuerit hanc orationem attribui, Patri attribuendam: quæ fuit ſententia Cyrilli, Procopij, Vatabli & Pagnini, illorum duorum in commentariis, horum in ſuis verſionibus, & Sanctij: & ratio id aſtruit: nam ſuperior oratio fuit Patris: verſ. 1. *Ecce ſeruus*, &c. v. 6. *Ego Dominus*; vſque ad verſ. 10. vbi ſe Vates interpoſuit adhortabundus: & nunc hoc verſ. 13. reponit eundem Patrem, & inducit accinctum ad repellendos eos qui ſibi, quæ promiſit, exequenti obſiſtere tentauerint: vt Cyrillus probè admonuit. hæc de primâ dubitatione.

178. Altera dubitatio, de aduerſariis, ſi in omnibus ſequimur Cyrillum, facilè ſubmouebitur. Nam qui Euangelio reſtiterunt, noti ſunt, nempe Dæmones, & eorum miniſtri, homines improbi, oſores bonitatis, & veritatis. Approbat Forerius.

Arias, Peccatum, Diabolum, mundum, mortem, hoc loco inimicos Dei interpretatur: parùm abeſt à ſuperioribus ſenſu. nam mundus & peccatum non ſunt niſi homines impij, aut improbi, quibus diabolus abuſus fuit ad oppugnandum Euangelium: cui mors corporalis, ſiue mortalitas non obſtabat: etſi fuit etiam victa per Chriſtum.

Inimici Dei, hoc loco, qui ſint.

179. Alij ferè omnes ad Iudæos accommodant, & ſupplicium exponunt, excidium Ieroſolymitanum à Romanis allatum.

Nobis verò Cyrillus & Procopius hoc loco ſequendus omnino & probandus videbatur. Itaque Iudæos non excludimus, ſed Gentiles Eccleſiæ perſecutores, & quoſuis Euangelio aduerſantes includimus.

Eccleſiæ perſecutores.

Vnde ad tertiam quæſtionem reſpondemus, hanc vltionem non ſpectare ad Iudicium extremum, etſi id probabile Pintus docet, &

cet, & mysticè Hugo exponit. Sed pertinere ad priorem Christi aduentum, vt reliqui expositores consentiunt.

Quibus profligatis quæstionibus expeditior erit explicatus verborum.

180. *Egredi, verbum castrense.* *Dominus sicut fortis egredietur.*] Egredi, cùm de bello tractatur, verbum est castrense, vt Foterius adnotat, & exemplis possumus illustrare, 2. Reg. 11. versic. 1. *Factum est vertente anno, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere*; Hebr. idem verbum יצא *iatsa, exire, egredi.* Psalm. 43. versic. 10. *Non egredieris Deus in virtutibus nostris?* idem verbum, & *pro virtutibus, sabbaoth*, exercitus. Eodem verbo vtitur Psalm. 67. vers. 8. *Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto.*

181. Ad quem egressum alludere Isaiam fit mihi vero proximum: nam in illo egressu se Deum gessisse pro bellatore fortissimo scripsit aperte Moyses in suo Cantico post transitum maris Rubri Exod. 15. versic. 3. *Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in mari Rubro.* hic etiam: *Sicut vir prœliator*, & Hebr. vtrobique eisdem vocibus.

182. *Ægyptiorũ submersio typica.* Egressus est igitur Deus de Ægypto cum populo suo instar Ducis, ac Imperatoris, & congressus est cum exercitu Pharaonis, illúmque penitus deleuit. Quæ quidem congressio, & submersio Ægyptiorum hostium cùm fuerit quoddam præludium, & prognosticon futuræ congressionis cum hostibus Ecclesiæ, non potuit quicquam elegantius, & significantius afferri, quam si illa repræsentaretur, & per allusionem oculis obtenderetur. quod facit Isaias scribens: *Dominus sicut fortis egredietur.* & L X X. promouent, & euoluunt, cùm reddunt: *Dominus Deus virtutum*, seu *exercituum egredietur.* itaque illud Hebraicum, *sicut fortis*, ipsi L X X. militariter acceperunt. Et in originali, *Fortis*, גבור *gibòr*, est nomen substantiuum, quod Psal. 18. versic. 6. redditur, *Gigas: exultauit vt Gigas ad currendam viam*, hoc idem est vnum de sex nominibus attributis Saluatori suprà cap. 9. vers. 6. *Vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* Nam Deus in Sacramento & negotio salutis humanæ gerendo ac conficiendo, fortitudinem potissimùm, & brachium validum ac robustum exhibuit. de quo affatim dissero ad cap. 40. versic. 11. à num. 262.

183. *Zelus, quid.* *Sicut vir prœliator suscitabit zelum.*] Zelus ancipitis est notionis, & modò in bonam, modò in contrariam partem flectitur. At quia Deo hic tribuitur, non potest non esse honestæ conditionis: Quæ quidem conditio multifariam ostenditur.

Zelus Deo quatenus tribuitur. Primò S. Hieronymus Deo attribuit non vt venti, sed vt in aliis ingeneranti, hoc est, Iudæis, ob conuersionem Gentilium: conuenienter ad illud Deut. 32. versic. 21. quod ita Paulus Rom. 10. versic. 19. explicat: *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam.* Sed quamuis id sic euenerit, vt Iudæi occæcati videntes Gentilium ad fidem & Ecclesiam aggregationem, eis eam inuiderint, & præ impià æmulatione contabuerint: non existimo *Iudæi inuident Gentibus fidem. infrà c. 43. num. 109.* de hoc zelo passiuo nunc agi; sed de actiuo ipsius Dei. Quare etiam remoueo illam Procopij expositionem de zelo Apostolorum & Martyrum bono, quem Deus illis immisit ad propugnandam Ecclesiam.

184. *Zelus in Deo multiplex.* Verùm ne ij quidem, qui hunc zelum in ipso Deo recognoscunt, eàdem ratione intelligunt: Osorius enim studium suæ gloriæ, ac decoris tuendi; Dionysius, curam æquitatis, atque iustitiæ, quod vulgo dicimus, zelum iustitiæ interpretatur. Mariana noster; amorem in suos, in alios & alienos vltionem: Alij denique communiter, vt Procopius, Haymo, Forerius, Adamus, S. Thomas, & Sanctius, furorem & iram exponunt.

185. *Zelus pro ira.* Porrò *zelum* pro ira interdum capi, præsertim in codice sancto, satis est cognitum: & causa non est obscura. Cùm enim zelus sit ardens quoddam studium rei assequendæ (vt alias significationes omittam) aut saltem cum eo coniunctus, fit inde, vt in eos, qui huic desiderio obsistunt, exardescat iracundia, & vlciscendi cupido.

Ira animum acuit. Concupiscẽtia. Furor arma ministrat. Quæ quia prœliantium est maximè propria, & fortitudinem solet acuere (cupido enim vindictæ cùm exæstuat, vires exserit, robur elicit, & animosiores spiritus. quocirca propriè & aptè connectit: *Sicut vir prœliator excitabit zelum: vociferabitur, & clamabit; super inimicos suos confortabitur.* Ex quo liquet, *zelum* hoc loco non stare pro communi significatu, id est, pro æmulatione; & studio imitandi, seu pro contentione inter competitores exorta.

186. Nisi fortasse lubeat considerare Deum ægrè, & indignè ferentem, idola pro diis obseruari, & honores istis ascribi diuinos, qui illi soli vtpote vni & vero Numini debentur. Quo in genere locum habet suum non modò zelus, sed etiam zelotypia. Exod. 20. versic. 3. *Non habebis Deos alienos coram me. non facies tibi sculptile, &c. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios. Zelotes*, ab eadem radice, habens zelum. Zelus enim *Zelus propriè quid sit.* propriè est, cùm quis vult se ab alio diligi solùm, & fert molestè, alium ad communionem amoris admitti: vt patet in coniugibus, quorum neuter patitur coniugem aliò amorem deriuare. Ad eum modum Deus vult esse *Deus vult solus amari.* sponsus animæ solus, & dolet vehementer quiduis aliud pro Deo eligi, & amari. Vnde *Idololatria est fornicatio.* passim in literis sacris idololatræ dicuntur fornicari, quia quam Soli Deo debent fidem, cultúmque cum aliis falsò creditis Numinibus communicant.

187. *Zelus in marito coniungitur ira.* Et quidem istum mariti zelum consueuit comitari ira vehemens & furor. Prouerb. 6. versic. 32. *Qui adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemtione dona plurima.* Ergo in sponso ira à zelo suscepta implacabilis, & inexorabilis est; ac proinde si sit cum potentiâ, viribúsque coniuncta quam sibi proposuit vltionem adulteri, ad exitum vsque perducet. ideo vtrumque in Exodo: *Ego sum Dominus Deus tuus*; scilicet, quem vnum solum debes *Exod. 20. v. 4.*

colere,

colere, & adorare, caue quemquam alium adores, nam ... ium, *Fortis*, Heb. אל *El omnipotens*, zelotes; quà *zelotes*, vindictam cupiam; quà *Fortis*, valebo illam afferre. Aug. Psal. 78. vers. 5. *Ira porrò, & Zelus Dei non sunt perturbationes, sicut nonnulli Scripturas, quas non intelligunt, arguunt? Sed nomine iræ intelligitur vindictam iniquitatis: nomine Zeli exactionem castitatis, ne anima legem Dei sui contemnat, & à Deo suo fornicando dispereat.* (Aug.)

Idem existimare possum esse apud Isaiam propositum, cùm edicitur: *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit Zelum.* & quoniá iræ & indignationis index ac comes est clamor, & vociferatio, iccirco sequitur: *Vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur.* Quatenus zelus & ira Deo competant, exponit Aug. Psal. 78. vers. 5. citatus. vide sup cap. 34. num. 15.

Neque tamen impedit hanc explicationem
188. quod num. 179. posui, Deum egredi vt bellatorem ad oppugnandũ hostes, & propugnandum suos. nam sponsas fideles, & castas, quæ fidem receperint, & seruauerint, tuebitur, defendet, ne deprauẽtur, & ab eâ fide & religione sincerâ auertantur & animas infideles & fornicarias, quæ se cum idolis & falsis diis copulauerint, & alias conatæ fuerint adducere ad simile adulterium, zelum suum quasi consopitum suscitans, & furorem induens, seuerissime terrebit, vociferatione & clamoribus obruet, ac denique grauissimè vindicabit.

Tametsi hunc clamorem, & vociferationem
189. liceret in alteram partem accipere; vt non ex iracundia prælian tis enascatur, sed è lætitia vincentis: Solent enim victores istiusmodi voces gaudij. & victoriæ indices tollere: sup. 9. vers. 3. *sicut exultant victores captâ præda*: sed subsequens versus impedit. (Victorum voces tollunt.)

Vers. 14. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.

190. CONgruit cum anteriori: *Sicut vir præliator suscitabit zelum:* iustitia vindex in Deo quasi dormiebat, sopita erat patientiæ veterno: oportuit aliquando excitari, & excuti, & ad vltionem inimicorum obarmari. *Tempus* enim *tacendi, & tempus loquendi*: tempus tolerandi, & tempus irascendi, tempus dormiendi per dissimulationem, & tempus euigilandi per vltionem. Vnde Ierem 1. v. 11. *Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. & dixit Dominus: Bene vidisti; quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.* Hanc virgam esse punitiuam, certissimum est apud omnes, & sequentibus verbis fit indubium. Quod verò dicitur, *Vigilans & vigilabo*, aliter, & aliter accipitur, sed à Theodoreto ad rem: *Vigilias appellat, excitationem ad vindictam, longanimitatem verò, somnum, inquit enim beatus Dauid; Exsurge, quare obdormis Domine. & iterum; excitatus est tanquam dormiens Dominus.* (Virga pro supplicio.) (Theodor.) (Ps. 43. v. 23.)

Modo simili interpretatus est idem Theodoretus Psalm. 43. versicul. 23. allegatum: *somnum patientiam vocat: quemadmodum enim qui dormit, non sentit ea, quæ fiunt: in idem incidit homo patiens cùm iniuriâ afficitur, & continuis lacessitur, exurgendi actum, motum in vindictam nominat.* (Deus dormit, cùm punire differt, & vigilat, cùm punit.)

191. Eiusdem ordinis est Psalm. 67. vers. 2. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.* Vbi pro verbo ἀναστήτω, quod est in Græco, subrogatur in scholio Vaticano ἐξεγείρου, id est, *expergiscar*, & hoc loco: *suscitabit zelum*, LXX. conuertunt, ἐγερεῖ, eadem omnino significatione. *expergefaciet zelum*: Ergo, sicut dormire in Deo, est conniuere, ac dissimulare peccata, differre supplicium: sic expergefieri, suscitari, est assurgere ad vltionem.

Basil. ad Psalm. proximè nominatum: *Exsurgere abdicationem patientiæ significat.* (Basil.)

Ergo vbicũque verbum fit istiusmodi, vt Dei expergefactio in diuinis literis notetur, erit nota certissima vltionis; qua Deus, & pios vendicat, & impios vlciscetur: tale est superius: *Sicut vir præliator suscitauit*, expergefecit, *zelum*, dissimulationis & patientiæ sopore languentem. Vnde aptissimè subiicitur: *Tacui semper, silui, patiens fui*, hoc est conniuere, dormire. Et hæc videbantur satis ad sensum litteralem eliciendum. (Tacere Dei, i. conniuere.)

192. Cæterùm, quia nobis propositum est, commentarios conficere, non macros aut solius literæ ossibus neruisque contentos, compactósque, sed pinguiores, succulentiores, & lætiores, quia habenda est ratio concionatorum, & morum, non committemus quin per occasionem litteralis sententiæ nonnulla allegemus, quæ huic consilio sint opportuna. (Commentarius non debet esse macer & exsanguis.)

193. Quocirca animaduerto, ex hac diuina dormitione, & patientiâ improbos occasionem arripere ampliùs, & grauiùs peccandi: quasi Deus non videat, aut negligat scelera, quæ non punit è vestigio. Eccles. 8. versiculo 11. *Etenim, quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* Testimonium huic argumento accommodatum, si quod aliud: ideóque aliquanto premendum. (Mali abutitur Dei patientia & dissimulatione.) (Expositio fusius.)

Sensus duplex: vnus, impunitas, seu dilata punitio est improbis occasio, vt improbiores euadant: quia ablato timore, plura, & maiora scelera perpetrant. (Impunitas occasio est malis, vt peiores fiant.)

Alter sensus: impunitas improborum est occasio probis, vt fiant improbi: illos, inquam, quos continebat in officio & probitate metus pœnæ: quæ cùm differtur, auferri omnino credunt, tametsi, insipienter, ac proinde, amisso timoris freno, quo potissimum vt serui regebantur, effrenatè sese in flagitia præcipites agũt. nam *impunitatis spes, maxima est illecebra peccandi*, vt dixit alicubi clarus Orator. & quod magis mirere, Dauid de seipso in Psal. 72. vers. 2. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Hilar. Matth. cap. 26. *Quòd si contuens longam Dei patientiam, quæ in profectum salutis humanæ extenditur, aduersùs conseruos insolescet, & seculi malis, vitiisque se tradet, &c.* (Impunitas malorum est occasio bonis peccandi.) (Cicero pro Milone.)

Augustin. Psalm. 74. versiculo 6. *Quid dicit in alio Psalmo; Hæc fecisti numeratis quibusdam peccatis, hæc inquam fecisti, & tacui? Quid est tacui? numquam tacet præcepto, sed in-*

terim tacet supplicio: quiescit à vindicta, non profert in damnatum sententiam Sed hoc ille dicit:feci illa, & illa, & non vindicauit Deus. Ecce sanus sum, nihil mali contigit mihi. Hæc fecisti & tacui, suspicatus es iniquitatem, quòd ero similis tibi? Quod est, quod ero similis tui?quia tu iniquus es, & me tanquam iniquum existimasti, tanquam approbatorem facinerum tuorum, non aduersatorem, non vltorem. Et quid postea? Arguam te, & constituam te ante faciem tuam. Quia modo peccando post terga te ponis, non te vides, non te inspices; ego te ponam ante te, & faciam tibi supplicium de te.

194. Itaque hoc Dei silentium, diuturnus eius somnus, & dissimulatio pedes Dauidis ad lapsum commouebat videntis & considerantis B *pacem peccatorum*, hoc est, eorum scelerum impunitatem, vt rectè exposuit Euthymius, & ex consequentibus sumitur. Vnde duplex sensus loci Eccles. à nobis allatus, est germanissimus, & hic posterior auctior, & latior, nam includit priorem, & auget, atque adeò Spiritu sancto dignior, cum quo tertiu Psalmus Dauidicus concinit. Fauent verba Eccl. nam si prius duntaxat Autor sibi docendum proponeret, satis erat dicere: *quia non profertur citò contra malos sententia: absque timore vllo perpetrant mala.* Ergo cùm addit, *filij hominum*, id est, homines alios significat diuersos a malis, atque adeò, bonos. Nisi velis dicere, *filij hominum*, בני אדם, *bene adam*, vt alibi sæpe in peC iorem partem capi, id est, filios primi parentis transgressoris: *hizos de su padre, tales, como el.* Sed nihilominus prior significatus magis arridebat, vt *filij hominum*, homines vniuersè contineat.

195. *Idem Aug. de Ouib. c. 4. Impœnitentia sedra sequitur ex impunitate seu ex pœna dilata.* Hoc loco potissimum Scriptura diuina damnat peruersam certorum hominum ratiocinationem: apud quos hæc fit absurdissima consecutio: Peccata non puniuntur à Deo, statim ac sunt admissa; ergo nunquam punientur. nihil est igitur, quod timeamus. Deus enim iustis de caussis differt pœnam, illi autem hac Dei longanimitate abutuntur. Deus dormit aliquamdiu; non sine altissimo consilio: illi nunD quam expergefacturum esse concludunt. Præpostera sane, impia, & exitialis conclusio. *Psal. 40 v. 9.* *Nunquid qui dormit, non adiciet, vt resurgat?* Eccl. 5. vers. 4. *Ne dixeris: Peccaui, quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.* Eximia appositio, *patiens redditor*: patitur, dissimulat, sustinet, differt, sed non omittit: est enim *redditor*. non est mortuus, sed dormit.

196. *Dormiens differt à mortuo. Somnus reparat vires & robur. Deus cùm diu dissimulauit, acrius punit.* Hoc interest inter dormientem, & mortuum, cùm vterque sensu careat: quod iste nunquam; ille breui redeat ad sensum: & vegetior, ac robustior redeat, quàm cùm se somno commiE sit: somnus enim ad colligendos spiritus, & reficiendos est factus. Ex quo congruenter vtrique philosophiæ colligimus, Deum post illam dormitionem & dissimulationem robustiorem, & acriorem exsurgere, ac grauiùs percutere: ac proinde, quo somnus fuit diuturnior, eo vulnera maiora.

197. Quò spectat illud è Psal. 77. vers. 65. & quadrat proposito: *Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino: & percussit inimicos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illos.*

Vbi lector aduerte, similitudinem crapuA læ, licere tibi bifariam accipere: & formali, & caussali significatu. formali sic vt excitatus a somno, qui largiter merum hauserat, duplicatas habet vires, & quas vinum addidit & quas somnus refecit: sic Dominus & iusti furoris vino quodammodo accensus, & dissimulationis somno prouocatus percussit acrius hostes suos. *Vinum vires addit.*

198. *Crapula sua redit, somnus longior.* Caussalis comparatio congruentior est ita. Post copiosum haustum vini somnus est longior, vino verò concocto, & digesto, spiritus plures, & vehementiores. Sic ergo, quoniam diu Deus dormierat, & dissimularat, patienter exspectans, vt aduersarij sese aliquando respicerent; cùm nihilominus illi in impietaB te sua procederent, grauissimorum scelerum clamoribus excitatus est zelus Domini, tanquam dormiens, & tanquam is, qui largo longanimitatis haustu, potúque patientiæ, diu conquieuerat, assurgens graue vulnus inflixit: *opprobrium*, videlicet, *sempiternum dedit eos*: itaque dissimulationi diuturnæ punitio sempiterna respondit. *Tanquam potens crapulatus a vino.* *Genes. 18. 20.*

Potens, Hebr. גבור *gibbòr*, Gigas vertitur in Arabico Psalterio: idem nomen suprà: *sicut fortis egredietur.* Qui egreditur ad bellum, ad pugnam, ad vltionem inimicorum ex se est fortis, gigas, cui ex vero dicitur Sap. 11. v. 22. *Multum tibi valere, semper supererat, & virtuti brachij C tui quis resistet?* Huic fortitudini si se addiderit ira, & indignatio, zelúsque ex caussis iustissimis, ac grauissimis excitata, & concepta quàm sit formidabilis, ipsis inet hostibus, contra quos insurgunt, considerandum relinquitur. De hac Dei ira post longam patientiam vide Aug. Psal. 80. v. 16. & Paul. 1. Rom. v. 5. 6. & ibi interpretes. *Dei potentia. Ira accedens potentiæ formidabilis.*

199. *Tacui semper, silui, patiens fui.*] Si legamus ita, vt sunt in Vulgata, quis dubitet, hæc tria verba esse eiusdem notionis? At apud L X X. primum verbum per affirmationem ponitur vt in Latina editione, alia duo per interrogationem hoc modo: *Tacui à principio num semper tacebo, & sustinebo?* Vtraque versio eumdem obtinet sensum, & nititur textu primæuo: in D quo verbum primum est temporis præteriti, reliqua futuri: vnde Græcus interpres interrogationis notam potuit addere: Latinus verò futurum pro præterito agnouit. *Vide Aug. in loa. tract. 4 & tract. de Ouib. c. 3. in hoc exponit. Dei tacere vsque ad diem iudicij.*

Quin secundum verbum, *silui* Hebr. est etiam, obsurdescere, & ita vertit Foretius: *obsurdescebã, hazca del sordo.* nam qui audit ea, quæ stomachum faciunt, & lacessunt, & nihilominus silet, quiescítque, videtur non audire: quo significatu dicitur Deus alibi silere, aut oratur, ne sileat, id est, ne obsurdescat: Psal. 82. v. 1. *Ne taceas, neque compescaris Deus: quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.* Hebr. idem verbum חרש, *charàs.* *Dissimulans molesta, videtur non audire.*

200. *Deus diu tolerauit idolatriam.* E Hoc Dei silentium, & patientia *à sæculo*, vt habet Hebraicus codex, videtur esse in tolerandâ, ac permittendâ Diaboli tyrannide, & idololatriâ: qua de permissione, ac tolerãtiâ loquitur Paulus Act. 14. v. 15. *Annunciantes vobis ab his vanis cõuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Vias suas*, sectas suas, vt quam quisque vellet, religionem iniret. Et Act. 17. vers. 30. cùm egisset etiam de idolorum vanitate. *Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus,*

nunc

nunc annunciat hominibus, vt vbique pœnitentiam agant. Despiciens Græce, ὑπεριδὼν, est Aoristus, id est, cum hactenus dissimulaueris, vt Vatablus vertit: nam vt verbum חרש *charas*, monui, esse *obsurdescere*, *hazer del sordo*, sic ὑπεριδὼν, est propriè, ex alto videre, despicere, *hazer delque nouee*: hoc est, Deus quoad Gentilium errorem & stultitiam ita se gessit, ac si eam non videret, aut negligeret, non curaret: donec venit plenitudo temporis, quo constituerat tantæ cæcitati medicinam facere. Hoc est Pauli institutum in Actis: *Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus*, id est, cùm huc vsque dissimularit, atque despexerit: *nunc annunciat hominibus, vt vbique pœnitentiam agant.* Lumen infert, & offert, scilicet, verbum & sapientiam suam humanâ carne vestitam, vt homines errorum suorum tenebras agnoscant, fugiántque sui quàm maximè pertæsi; ac pœnitentes.

Dissimulare quid.

101. *Nunc annunciat.*] Ad hanc vsque diem Deus tacuit, siluit, nunc silentium diuturnum, quo fuerat priscis seculis vsus, abrumpit, qui obmutuit, iam loquitur, qui dissimulauit, & patiens fuit, iam amplius pati non potest, id est, non vult: quia tempus opportunum, maturúmque, loquendi, & annunciandi peruenit. Vt enim mulier concipiens, quamdiu fœtus effingitur, & efformatur, illum intra vterum, tametsi grauiter, gerit tamen, ac continet: at vbi proles nascendo est habilis & matura eam diutius tenere non valet, & si quid obstet partui, acerbissimè dolet, & cum summo dolore enititur fœtum: sic Deus cùm diu quasi sermonem conceptum compressisset, ait, *Sicut parturiens loquar*: *Tacui a seculo*, num semper tacere possum? *vt parturiens loquar.* Sic Eliphaz apud Iob. 4. versiculo 2. *Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies: Sed conceptum sermonem quis tenere poterit?* Augustin. in Ioan. tractat. trigesimo tertio. *Tanquam mansuetus dixit: Tacui; tanquam iustus: nunquid semper tacebo.*

Simile. proles matura partus nequit retineri. Dolores parturientium vnde.

202. At quoniam Dei locutio non est, vt nostra, ex se inanis, & inefficax, sed ipsamet rerum effectio: *dixit enim, & facta sunt.* &, *qui dixit è tenebris lumen splendescere.* iccirco subditur.

Locutio Dei efficax.

Dissipabo, & absorbebo simul.

Vers. 15. Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exsiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.

103. DEclaratio horum magna ex parte petiscitur è solutione quæstionis secundæ tractatæ superiùs nu. centesimo septuagesimo octauo. de inimicis, aduersus quos Deus, *sicut vir præliator suscitauit zelum: vociferabitur, & clamabit.* quos esse docui vniuersè Dæmones, & homines, tam Iudæos, quàm Gentiles, qui forent reluctaturi Euangelio. Cum omnibus generatim hominibus bellum est gerendum, omnibus promiscuè lumen Euangelicum inferendum, imò, & ingerendum, Iudæis æquè, ac Gentibus: cum eorum erroribus, & vitiis prælium suscipiendum: omnibus Christus, vt vnica salus, est proponendus; quia *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, qui sese subiecerint, manúsque dederint, suscipientur, defendentur, propugnabuntur. Qui verò pertinaciter tantum bonum respuerint, autori Christo; eiúsque ministris restiterint, expugnabuntur, & seuerissimè, in hoc etiam seculo plerunque vendicabuntur. De illis agitur versiculo decimosexto, sequenti: *Et educam cæcos in viam quam nesciunt*, & de his rebellibus hîc: *Dissipabo eos & absorbebo.* translationes aptæ satis ad stragem hanc metaphoricè declarandam. Hostes enim, tametsi dissipati vires perdunt, & facilè vincuntur, & capiuntur: tamen aliquo casu sese recolligere, & reficere possunt, imo redintegrare prælium, ac demum vincere: itaque ab iis dispersis non est perfecta securitas. At cùm sunt omnino deleti, & absumti, actum est de illis: conclamatum est: irreuocabiliter parta est victoria: id habet verbum efficaciter, & eleganter: *Absorbebo eos*: quo & facilitas consumendi, & integra consumtio exprimitur. Sic illud Iob. 40. versiculo decimo octauo. *Absorbebit fluuium, & non mirabitur.* Particula, *simul*, celeritatem indicat: vel iungit quæ videbantur contraria, scil. *dissipare*, & *absorbere*: nam quæ absorbentur, debent esse collecta: dispersa absorberi non possunt. At quæ apud homines videntur non posse fieri, apud Deum sunt facillima: atque adeò, simul hostes suos, vtcunque eos interpretere, dissipat, & absorbet.

Iurauit Deus dæmones, & homines contumaces. Bellum vniuersale & spirituale.

Resistentes Euangelio.

Hostes dissipati adhuc timendi.

Victoria perfecta.

Desertos faciam montes & colles] Ne lectorem, absque operæ pretio, detineam, eum mitto ad capitulum quadragesimumprimum, versiculum decimumquintum, numerum centesimum octuagesimum tertium, vbi verba illa Dei: *Triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem pones*; satis prolixè explicui de aduersariis Euangelij: quare hic nihil censui addi oportere. 104.

Et omne gramen eorum exsiccabo.] Pro explorato est, metaphoram esse: pro quo igitur gramen? in Hebræo est quid generalius, עשב *hesceb*, *herba*; Vatablus, quia in montibus, & collibus intelligit vrbes, & oppida, in gramine, seu in herbâ ciues consequenter exponit. S. Thomas in montibus summos; in collibus, medios; in gramine, & herba infimos. 105.

Gramen metaphoricè, quid.

Eadem est Haimonis opinio, sed ad solos Iudæos accommodans, montes scilicet, esse sacerdotes, scribas & Pharisæos, colles verò, Iudices, Tribunos, & centuriones; gramen denique esse plebem subditam.

Verùm hæc distributio parùm rerum naturæ congruit: nam vt demus, aptè maiores cum montibus, & mediocres cum collibus componi: at in ea compositione, ineptè infimi cum gramine, & herba componuntur: herba enim ab vtrisque longissimè naturæ suæ conditione distat, imò est germen, & proles fructúsque montium, ac collium, illorum amœnitas, atque iucunditas; nam si qui sunt montes arboribus, aut virentibus herbis spoliati, ij horridi sunt, visu fœdi, & minimè commendabiles: quare quod in eis maius 106.

Montes vnde amœni, vel horridi.

habet pretium, sunt viridia, quibus nihil esse oc[ul]is humanis delectabilius, & gratius docet Ecclesiasticus capitulo 40. versicul. vicesimo secundo. *Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus: & super hæc virides sationes.* Quomodo ergo per id, quod est in montibus speciosissimum, & iucundissimum significabitur gradus & ordo ciuium abiectissimus, & despicatissimus?

Aptiùs ergo Osorius in paraphrasi: *Quidquid amplum, & excelsum, quidquid amœnum, & floridum, quidquid denique affluentium bonorum copiâ cumulatum esse videbatur, deprimam, & exscindam, & facibus coniectis exuram.* Sed ille quidem de fortunis hostium accipit: nos vniuersè de bonis & de personis tam hominum, quàm dæmonum intelligimus: non aliter atque capitulo quadragesimo primo versiculo 15. numer. 183. itaque herbæ exsiccatio, perpo[s]itionis ergò ponitur: nam montes & colles non alia ratione vastantur, imò neque agri: nisi quidquid est viride, excindendo, vel exurendo. vnde dum diceret, *Desertos faciam*, seu vastabo *montes, & colles* vt quid inde pendens addit, *omne viride eorum exsiccabo.*

Parabolica loca in non manuò & particulatim capienda.

207. Et quamuis in his & aliis istiusmodi similitudinibus, & quasi parabolis censeo, (vt alibi non semel admonui) lector abstineat & interpres à subtiliori partium dissectione, quæ fieri solet putidiusculè, cùm quid quæque vox distinctè significat anxie inquiritur: & vniuersè scopo, & fine comparationis contentus sobriè philosophetur; etsi in hoc semper iudicio permaneo: tamen si quid hoc loco distinctiùs & subtiliùs sit quærendum, per *gramen*, seu Hebraice עֵשֶׂב *Geseb*, possit intelligi quidquid naturæ siue humanæ, siue angelicæ à Deo

Sup. c. 41. n. 234. & n. 245

Gramen metaphoricè, quid.

208. liberaliter additur, vel intra, vel supra ordinem naturalem: vt sit allusio, & respectio ad primam rerum creationem, in quâ Deus prius creauit terram inanem & vacuam, & postea dixit: *Germinet terra herbam virentem*, itaque additur terræ ornatus herbarum, & arborum: sic Deus & homini, & Angelo multa addidit supernaturalia: & naturalis etiam ordinis aliqua sine quibus possent vtriusque naturæ consistere Ergo & *montium*, hoc est. Dæmonum, & *collium* hoc est, hominum superborum & potentium ac sapientium, qui donis à Deo liberaliter attributis abutebantur, & iis instructi, ac subarmati bellum Euangelio inferebât, pollicetur Deus se exsiccaturum *omne gramen*, omne viride, quidquid ipse Deus ex eorum animis, quasi è terris iusserat germinare, quidquid ipse suis copiosis irrigationibus addiderat, & aluerat: nam si quicumque ingratus est in Deum, hoc est, qui ei gratias non agit, & habet, dignus est qui beneficiis acceptis spolietur; quid censendum de eo, qui Dei beneficia conuertit ad illius iniuriam, dedecus, & contumeliam? qui diuinis donis armatus ad bellum cum Deo gerendum assurgit? *Ingratitudo*, ait Bernard. Ser. 51. in Cantica, *inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.*

Gene. 1. v. 11.

Angelo, & homini addita sunt dona supernaturalia.

Superbi priuantur donis, quibus abutuntur.

Ingrati amittunt accepta à Deo.

Bern.

209. Ergo quemadmodum montes, & colles ita vastantur, vt integrâ illorum mole, quidquid erat viroris, pretij, & splendoris exsiccetur,

Naturalia Deus non solet auferre.

& excindatur: sic Deus Dæmones & homi[n]es ita punit vt natu[ral]ia dona naturæ [...] sal[u]a relinquat. Eiusdem propositi est al[ter]a similitudo consequens.

Et ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.]Quia maiori ex parte arb[or]um [h]erbarumque viror & amœnitas ex aqu[is] [a]ffluentia prouenit, cum gramen se [e]x[si]c[c]aturum Deus prædixisset, modum & viam [i]ndicet, affirmat se arefacturum fuisse stag[na] & flumina conuersurum in insulas. Solent in [fl]uminibus insulæ fieri, id est, partes aliquæ alu[e]i aridæ extare, quoties aquæ imminuuntur [e]o maiores, quo maior fuerit imminutio. Vnde *ponere flumina in insulas*, effectus est pro cau[sa], id est, aquas deminuere, fluminum aluco partim denudare. 210.

In insulas in fluminibus.

Et quia doctrinæ cum aquis multam habent similitudinem, de qua aliàs, ob eam rem Cyrillus sic exposuit: *Quinam sunt isti fluuij redacti in insulas, & siccata paludes? Dicimus esse scilicet Græcorum poëtas, & oratores, qui erant multorum Deorum præcones. Erántque veluti quidam fluuij potantes, sicut scriptum est, subuersione turbulenta scinctos; & qui orationum elaboratarum riuos in eorum mentes, qui eos admirantur, infiuunt, & hinc in errore detinent, & sua ornata dictionis gratiam & suauitatem, quasi quemdam pastum exhibent.* Vide Procop. infrà cap. [..] v. 2. ad illud: *Ponam flumina in siccum.* 211.

Doctrina Gentilium.

Rectè cum flumine comparari eloquent[iam], ab auctoribus etiam externis discimus: qui *eloquentia flumen* ad orationem commendandam vsurpant. Et hæc Cyrilli interpretatio conuenit admodum cum eo, quod dudum coniiciebamus num. 207. minari hoc vaticinio Deum, se ablaturum suis inimicis ea dona, ac beneficia, naturæ superadiecta; quibus ipsi ad oppugnandum Euangelium abuterentur. qualem in primis nouimus fuisse scientiam, & eloquentiam, vt narrat Cyrillus, & docet copiosiùs Eusebius in suis libris eruditissimis de Præparatione Euangelicâ: itaque poëtis & oratoribus adiungere possumus Philosophos, quibus cùm Deus eam rerum naturalium notitiam dedisset; vt per eam Euangelio præpararentur, teste Eusebio citato, & Clemente Alexandrino in Stromatis, & multis addidisset eloquentiam, ac bene dicendi facultatem, vt fidem susceptam non modò ipsi sibi seruarent, sed aliis traderent, persuaderéntque, & oppugnatam defenderent: illi quidem è contra perperam vsi tantis muneribus, instar fluminum inundantium, per superbiam, & arrogantiam, modestiæ & humilitatis alueos prætergressi, finitimos & obuios agros demoliri, & vastare sunt aggressi. quod quidem scelestissimum, & infidissimum propositum ne perficerent, Deus multorum infatuauit sapientiam: eorum impia eloquentiæ *flumina ponens in insulas*, & philosophiæ *stagna arefaciens.* 212.

Flumen eloquentia qui dicatur.

Oratores & Philosophi abusi sunt doctrinâ.

Deus doctrinam Gentilium infatuauit.

Quibus accinunt ea, quæ Apostolus habet 1. Cor. 1. vers. 19. *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?* Quod testimonium cum Augustinus 10. ciuit. capit. 28. contra Porphyrium impiè philosophantem, & stultè argu- 213.

tantem

August. tantem acculisset, addit: *Non enim suam in eis perdit, & reprobat, quam ipse donauit, sed quam sibi arrogant qui non habent ipsius.*

Theodor. Theodoretus in commentario conuenienter Augustino loquitur sic: *Hos omnes vocis Crucis prædicatio. Sapientē autem vocat id quod Græcā facundiā ornatum est, scribam autem Iudæorum magistrum: conquisitorem eum, qui ex his, & illis diserendi artem exercuerat. Sapientiam huius mundi non vocet eloquentiam. illam enim Deus quoque suppeditat. Nam ipse & linguas diuisit, & vnicuique proprios characteres tribuit. itaque linguæ quoque Græcæ elegantiam donauit. Sed qui eam, non vt oportet, vsi sunt, eam fraudis escam effecerunt, & probabiles errorum ...ulas constituerunt. Accusat ergo non eloquentiam, sed falsum quod in eâ celatur.*

Quæ sapientia improbanda.

214. Ergo Deus eatenus *perdit sapientiam sapientium*, quatenus eâ malè vtuntur contra Deum: quorum tunc argumentatio quantumlibet expolita, & oratoriæ dictionis lenocinio comta, & disserendi acumine arguta lasciuiat, & exultet, apparere quidem potest philosophia, & sapientia: sed nunquam id ex vero nomen obtinebit. Verumenimvero non potest quidquam esse contrarium.

Philosophia vera ... esse contraria fidei.

At quando huc deducti sumus ex interpretatione Cyrilli, & apud Isaiam Deus disertè, atque dispunctè promittit (*flumina* non exsiccaturum omnino, sed ex parte, nam hoc est, *ponere in insulas*; & *stagna* penitus *arefacturum*, placet aliud in fluminibus imminutis, aliud in paludibus arefactis quærere. Ac principiò, quoniam locus Vatis nostri a Paulo traductus suprà numero trecentesimo decimo tertio de Gentibus & Iudæis sapientibus intelligitur, vt ibi patuit: fas erit, per *flumina*, legis veteris doctrinam exponere, quæ fuit expositio Procopij, & per *stagna* doctrinam Philosophorum Gentilium, quæ fuerit diuinatio nostra, donec augur melior accesserit. Nam quia Testamentum vetus partim erat delendum, partim retinendum, & conseruandum, ideò apte, vt flumen non prorsus siccandum, sed imminuendum, & in insulas vertendum edicitur: at verò tota illa Gentilium doctrina de Diis, tota illa Theologia, seu verius mythologia, hoc de fabulis, & fictionibus oratio & schola funditus erat, vt falsa & perniciosa tollenda: probe idcirco cum paludibus, vbi aquæ plerumque putridæ sunt, & putidæ, comparatur. de quibus verè, & grauiter Tertullianus capit. 7. de Præscriptionibus.

Flumina imminuta sunt lex vetus.

Paludes sunt doctrina fabulosa, & idololatrica.

215. *Tertul.* *Hæ sunt* (inquit) *doctrina hominum, & dæmoniorum prurientibus auribus nata, de ingenio sapientiæ sæculi, quam Dominus stultitiam vocans, stulta mundi in confusionem etiam Philosophiæ ipsius elegit. Ea est enim materia sapientiæ sæcularis temeraria interpres diuinæ naturæ, & dispositionis. Ipsæ denique hæreses à Philosophia subornantur. Inde æones, & formæ nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate à Stoicis venerat. Et vti anima interire dicatur, ab Epicuræis obseruatur. & vt carnis restitutio negetur, de vna omnium Philosophorum schola sumitur. Et vbi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est: & vbi aliquid de Deo igneo allegatur, Heraclitus interuenit. Eadem materia apud hæreticos & Philosophos voluntantur: iidem retractatus implicantur.* & post pauca: *Hinc illæ fabulæ, & genealogiæ interminabiles, & quæstiones infructuosæ, & sermones serpentes, velut cancer, a quibus nos Apostolus refrenans nominatim Philosophiam testatur caueri oportere, scribens ad Colossenses: Videte, ne quis vos circumueniat per Philosophiam, & inanem seductionem secundum traditionem hominum, præter prouidentiam Spiritus sancti. Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam, affectatricem, & interpolatricem veritatis de congressibus nouerat, ipsam quoque in suas hæreses multipartitam varietate sectarum inuicem repugnantium.* idem docet in libro de Anima capitulo secundo. Sanct. Hieronym. Ose. secundo versiculo nono. *Multi acceperunt aurum & argentum sapientiæ, & eloquentiæ, de quibus facerent candelabra septem lucernarum, ex auro purissimo, &c. quæ vniuersi verterunt in idololatriæ cultum, varia errorum dogmata componentes, & decepti, alios deceperunt; quæ omnia auferet Deus, vt qui ex copia datorem non senserunt, sentiant ex penuria.*

Vide apud Hieronymū stagna penitus arefacta.

Ceterùm, quoniam Philosophi Gentiles tametsi hæc & similia bis quam plurima falsa, & absona à fide, & ab ipsâ veritate, germanaque sapientiâ tradiderunt, tamen, quia simul multa ex ipsis naturæ penetralibus, & innati luminis fontibus hausta in publicum deriuarunt, non solùm moribus conformandis vtilia, sed etiam subornandæ, & tuendæ fidei, ac Religioni veræ peridonea: ob eam rem non fuerit alienum, in fluminibus accipere Philosophos, & alios viros eruditos Gentiles, quos non oportuit funditus exhauriri, & arefieri, hoc est, eorum scientiam, & doctrinam omnino & vniuersè damnari, & ab Ecclesiæ liminibus arceri, sed potiùs expediit, vt fit in Senatu, sententiam Philosophorum diuidi, & quâ cum Fide consentiebat, admitti, quâ dissentiebat, excludi. & hoc aptissimè ita exprimitur: *Ponam flumina in insulas.* hoc est, sapientiam & eloquentiam Gentilem non permittam pleno, vt antea, alueo decurrere, sed exsiccabo, & auferam turbida, cœnosa, lutulenta; reliqua pura & pellucida relinquam. 216.

Philosophi partim falsa, partim vera docent.

Philosophia seruit fidei. Flumina pro doctrina Philosophorum.

Quod nihil aliud erit quàm vasa argentea & aurea ab Ægyptiis vtenda petere, & accipere, prout Augustin. lib. secundo de Doctrinâ Christianâ capitulo quadragesimo debere fieri sic docuit: *Philosophi autem qui vocantur, si qua fortè vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, maximè Platonici non solùm formidanda non sunt, sed ab eis tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Sicut enim Ægyptij non solùm idola habebant, & onera grauia, quæ populus Israel detestaretur, & fugeret, sed etiam vasa & ornamenta de auro & argento, & vestem, quæ ille populus exiens de Ægypto, sibi potius tanquam ad vsum meliorem clanculo vendicauit, non autoritate propriâ, sed præcepto Dei, ipsis Ægyptiis commendantibus ea, quibus non bene vtebantur: sic doctrinæ omnes Gentilium simulacra, & superstitiosa figmenta, grauésque sarcinas supernacui laboris habent, quæ vnusquisque nostrum, duce Christo, de societate Gentilium exiens debet abominari, at-* 217.

Exod. 3. v. 22. &c. 11. v. 2. August. Philosophi aliqua vera tradunt.

Figura.

que deuitare : sed etiam liberales disciplinas v- A *sus veritatis aptiores & quadam morum praecepta vtilissima continent, deque ipso vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum, & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbique infusa est, eruerunt, & quo peruersè, atque iniuriosè ad obsequium Dæmonum abutuntur, cum ab eorum miserâ societate se se animo separat, debet auferre Christianus ad vsum iustum prædicandi Euangelij. Vestem quoque illorum,*

118. *idest hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanæ societati, quâ in hac vita carere non possumus, accipere; atque habere licuerit in vsum conuertenda Christianum. nam quid aliud fecerunt multi boni viri fideles nostri? Nonne aspicimus* B *quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus? quanto Lactantius; quanto Victorinus, Optatus, Hilarius: vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quòd eruditus fuerit omni sapientia Ægyptiorum.*

Deinde S. Augustinus affirmat, saluis aliis intelligentiis, hoc ipsum fuisse designatum illa vasorum Ægyptiorũ, & vestium acceptione.

S. Basilius librum iustum composuit de hoc argumento: quemadmodum scilicet, ex libris Gentilium debeamus vtilia promere, neglectis falsis, ac perniciosis: quod nihil aliud est, C quàm in fluminibus sapientiæ Ethnicæ insulas facere. Quod eò libentiùs tractaui; quòd video nonnullos viros pios eo esse iudicio, vt censeant Ecclesiastico doctori omne id genus litteraturæ prorsus esse interdictum: in quibus viris piis si laudo zelum, requiro delectum.

119. Sed quæres, in hoc expositionis cursu, quid censendum de stagnis, in quibus non fiunt insulæ, sed ipsa tota absumuntur, & arefiunt, hoc est in totum improbantur? Ad manum est responsio: stagna ista, & paludes esse hæreses & pestilentia hæreticorum dogmata, in quibus locus non est delectui, sed omnia sunt respuenda, & abominanda, omnia fugienda & vitanda velis, remisque. D Quæ hæreticæ doctrinæ comparantur accommodè cum stagnis, atque paludibus, in quibus aquę non fluunt, non mouentur, non viuunt, sed, sunt emortuæ, torpent, fœtent, & ex quibus vapores deosissimi, & fuligines exitiabiles exhalantur quæ cùm aërem circumiacentem infecerint, contaminauerintque, facile pestilentiam ingenerant. Vnde bellè Tertul. in Scorpiaco capitulo septimo. *Horrebo spurcum blasphemiæ afflatum de hæretico ore fœtentem.*

Hæreses, sunt paludes, cœnosæ, & putidæ.

E Præterea, aquæ collectæ in stagnis, & paludibus procedunt è fluminibus, & riuis, & ab eis quasi clam auferuntur, & surripiuntur, ibique detinentur, ne fluant: idcóque dici possunt *aquæ furtiuæ*: de quibus agitur Prouer. 9. versic. 17. interprete S. Gregorio lib. 19. Moral. cap. 4. vbi sic: *Per aquam quoque praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonem mulier, quæ typum hæreseos tenet, callidis suasionibus blanditur, dicens: Aquæ furtiuæ dulciores.* Vide August. in Psalm. 73. versicul. 15. *Tu siccasti fluuios Ethan.* Vbi diabolicam & falsam, ac perniciosam doctrinam intelligit.

Gregor.

A Denique facit ad rem quod Patres constantissimè tradunt, & res ipsa loquitur, hæreses nihil aliud esse, quàm sanctarum Scripturarum deprauationes, hoc est Scripturas deuiatas, decurtatas, aut in prauos sensus detortas. Cùmque Scripturæ passim appellentur aquæ limpidæ, puræ, fluẽtes; & cùm stagna sint aquæ è fontibus & riuis abductæ, cœno, limoque admixtæ, atque corruptæ, fit inde, vt nihil possit adduci ad conditionem hæreseon exprimendam aptius, quàm stagnorum similitudo.

Hæreses prauæ S...

Tertul. de Resurrectione capit. 40. *Nihil autem mirum, si & de ipsius instrumento capiuntur argumenta, cùm oporteat hæreses esse, quæ esse non possent, si non & perperam Scripturæ intelligi* B *possent.* & in eodem, capitulo vltimo *Nam quia hæreses esse oportuerat, vt probabiles quoque manifestarentur, hæ autem sine aliquibus occasionibus Scripturarum audere non poterant, iccirco pristina instrumenta quasdam materias illis videntur subministrasse, & ipsas quidem ipsis litteris reuincibiles.*

Tertul.

221. Ergo vt absque riuis stagna, & lacunæ, sic absque sacris Scripturis hæreses stare non possunt. & vt paludes è flumine sunt aquæ quasi præclusæ, sic hæretici ex Ecclesia exeunt, & ab ea præcisi. Hilar. lib. 7. de Trinitate ad initium: *Namque cùm à Domino Ecclesia instituta, & ab Apostolis confirmata vna omnium sit, ex qua* C *se diuersarum impietatum furens error absciderit: nec negari possit ex vitio male intelligentiæ fidei extitisse dissidium, dum quod legitur, sensui potius coaptatur, quàm lectioni sensus obtemperat.* Mirificè igitur comparatio congruit: siquidem hæreses inde nascuntur, quòd Scripturæ extra alueum veri sensus extractæ, atque detortæ corrumpuntur, non aliter atque aquæ à cursu & fluxu suo conuenienti, & à loco naturali deflexæ in loca lutulenta congeruntur: vbi illicò putrescunt. Vnde probè dicuntur non ex parte, vti flumina, sed funditus arefaciunda: non quòd omnino hæc sentina esset exhaurienda, nam oportuit hæreses esse: sed quòd penitus esset ab Ecclesiâ amandanda, & nihil es- D set futurum Catholicis commune cum hæreticis: cùm tamen aliqua permittatur communio, imò debeat esse non exigua neque inutilis cum Philosophis; de qua antea num. 216.

Hæreses ex Scriptura perperam intellecta.
Hilar.

221. *Similitudo.*

Denique quia Ethnici montibus, collibus, fluminibus, stagnis abutebantur ad idololatriam, ideo hac circuitione Deum minari, à se idola submouenda existimauit Sanctius; vel quia eorum locorum delitiæ, & iucunditates fouebant cultum idolorum: cuius interpretationis iudicium lectori præscribere nolo, sed integrum relinquere.

E *Vers.* 16. Et educam cæcos in viam, quam nesciunt; & in semitis, quas ignorauerunt; ambulare eos faciam, ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta: hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.

CVm primis displicet Vatablus, qui cæcos hos vult esse Romanus, quos Deus ad euertendam Ierosolymã eduxerit, deduxeritque

Hugo

Hag[illegible]is, aut de Chaldæis disiunctim expo[illegible]itto ne sæpius ob id[illegible] peccatum vapul[illegible]æteri interpre[illegible]s consentiunt, esse Gentiles: quod nos l[illegible]bent[illegible]r admittimus, [illegible] eo pacto, vt non omnino arceantur Iudæi; nam s[illegible]imus quosdam fuisse cæcos, qui diis
Cæcitas spiritualis. Gentium sacrificauerint: alios verò hoc errore liberos fuisse cæcutientes, & lippos, dubia & creperâ luce visos, qui caligarent in meridie, idest, in diuinâ Scripturâ promissum Christum, & Euangelium non aspicientes. Hieronym. de Iudæis: *vt intelligant quæ legunt, & cordis oculis clarum in veteri Testamento Christi lumen aspiciant.* Consule versic. 7. numer. 149. Nobiscum est Arias.

Vtrosque ergo cæcos Deus spondet se educturum in viam, qui est Christus: nam & ipse de se: *Ego sum via, veritas, & vita.* Ad incessum opus est viâ, luce, qua videatur via, & termino viæ, quò perueniatur. *Veritas* est lux, *vita* est terminus. Cæco opus est aut lux, aut si minus dux: & cæco, & videnti opus est via recta, vt commodè possit iter facere. Vide quàm cumulatè Deus omnia prouideat, & procuret: *Ducam cæcos in viam*; en dux: *Ponam tenebras coram eis in lucem*; ecce lux: *Et praua in recta*; en rectitudo viæ.

224. At quamuis in rebus corporeis hæc diuisa sint, at in spiritualibus coniunguntur: nam Deus ipse est lux, idem dux, idem via recta. Vn-
Tenebræ ita enunciantur ac si essent vera qualitas. de cùm dicit: *Ponam tenebras in lucem*, non propria conuersio fingenda; sed solet codex sacer de tenebris ita loqui, ac si essent aliqua vera qualitas: Psalm. 103. vers. 20. *Posuisti tenebras, & facta est nox.* idest, abstulisti, submouisti lucem. & Paulus: *Qui de tenebris dixit lumen splendescere*; sic hîc: *Ponere tenebras in lucem*, nihil aliud, quàm facere, vt succedat lux tenebris: qua de successione, & mutatione dixi suprà v. 7. num. 112. dicendúmque est sæpius, quoniam nihil habemus in sacris codicibus frequentius, nihil diserte & luculentè magis expositum: & quoniam hoc est Dei opus egregium, & singulare erga nos, olim gentiles cæcósque diuinæ beneficentiæ munus.

215. Quantæ ergo fuerint ante lucem Euan-
Vita ante Christi aduentum & errores. gelicam tenebræ, quàm densa caligo, qualis hallucinatio & error, vel in iis rebus, quæ naturali lumine possent aspici, è Patribus anti-
Vide Euseb. lib. 6. c. 8. quis, qui ex illis tenebris educti sunt, scire nobis licet. Sed ego hoc loco, vnum, aut alterum repræsentabo. S. Hilar. ad initium Psalm. 61. *Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum: et ipse Deus meus saluator*
126. Hilar. *meus*; in hunc modum excurrit. *Confessio Dei communis hominum affectu a Prophetis accepta est, vt cùm post multam inscientiæ noctem, post ambiguam humanarum sententiarum incertámque doctrinam, post diuersarum religionum variam opinionem, cùm diu erratum, quæsitumque de Deo sit, an nullus, an plures, & sexus, an vnius, an duplicis: & potestatis, an æqualis, an disparis: & ætatis, an vniformis, an varia: & naturæ, an immarcescibiles omnium, an aliquorum aliquando generata? Tum deinde cùm aliquibus magna ætate, & longo labore certatum sit, aut nullos omnino esse, aut à curâ vitæ humanæ abesse. Iam porrò cùm à plerisque tractatum sit, vel s[illegible]em, astraque cætera deos esse, vel mundum ipsum in æternitatis specie huius, ac mutationum manentem cum omnibus suis, quæ ex se efferat, Deum*

A *esse. Iam verò, vt plerique ignem, vel aquas, vel spiritum diuino nomine, atque honori donauerint, alii quoque ligna, lapides, metalla, sub specie hominum, volucrum, ferarum adorauerint: postremo confessis omnibus, destitutis, ne stultis plerisque eorum, maximéque prudentes, vnum hoc se scire, idest, nihil horum hominem scire, docuissent: tum post hanc quasi necessariæ confessionis inscitiam, prudens quisque conuersus ad Prophetas, atque Apostolos, Dei legem sub sacramento æternæ dispositionis perceperit, in quâ rationem deductæ in hoc corpus animæ, connexaque tractauerit, in qua diuisionem gentium se-*
cundum Angelorum numerum acceperit, in qua & 227.
esse principem mundi & vnius electionem gentis audierit, in qua humanæ mortis autorem non ignorauerit,
B *& habitare in carne sua peccati legem legi mentis suæ senserit, & congemuerit; postquam Dei spiritum, Dei virtutem, Dei sapientiam, Dei filium & Vnigenitum Deum ad remissionem peccati, condemnationémque peccati legis, hominem natum esse cognouerit, qui humanarum passionum sorte perfunctus ad condemnanda in se scelestium nequitiarum impia tentamenta sit mortuus, vt æternitatis omnibus, qui per habitantem in carne nostrâ peccati legem moriebantur, inueheret; tum hoc sacra-* *Euangelium mortis immutat.* *mento pietatis accepto, post ignorationis noctem in scientiæ lumine collocatus ita dicit: Nónne Deo subiecta erit anima mea? etenim ipse Deus meus est, saluator meus, susceptor meus, non mo-*
C *uebor amplius. Reperta itaque fidei sede, post vagos errores, impietatisque sententiam, quia susceptorem suum, saluatorémque cognouerit, amplius non mouetur. Quid enim vltra ignorantiæ, anxietatisque est relictum, cùm æternitas animi, & corporis prædicetur, cùm assumtio, atque susceptio terrenæ nostræ carnis à Deo sub sacramento huius magnæ pietatis ostensa sit; cùm peccatorum remissio, condemnatâ peccati lege, sit præstita, cùm homini nostro à dexteris Dei consessus in cælis sit?*

Vides, bone lector, quas tenebras Deus in 28.
quam lucem, accedente Euangelio, posuerit. Sed volo, audias alium non minus locupletem & eloquentem testem de se ipso licèt testimonium, iniuratum dicentem; nempe Cyprianum
D Martyrem nobilissimum in epistol. 1. ad Cæcilium: *Accipe*, ait illic, *non diserta, sed fortia,* Cypria.
nec ad audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam prædicandam rudi veritate simplicia; accipe quod sentitur, antequam discitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed compendio gratiæ maturantis hauritur.

Ergo cùm in tenebris, atque in nocte cæcâ iacerem, 229.
cùmque in salo iactantis sæculi nutabundus, ac dubius, vestigiis oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ nescius, veritatis ac lucis alienus, difficile prorsus ac durum pro illis tum moribus opinabar quod in salutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, vt
E *quis renasci denuò posset, vtque in nouam vitam lauacro aquæ salutaris animatus quod priùs fuerat, exponeret, corporis licèt manente compage, hominem animo, ac mente mutaret. Qui possibilis est,* *Regeneratio, & renouatio Spiritus.* *aiebam, tanta conuersio, vt repente, ac perniciter exuatur quod vel genuinum situ materiæ naturalis obduruit, vel vsurpatum diu senio vetustatis inoleuit? altâ hæc & profundâ penitus radice sederunt. Quando parsimoniam discet qui epularibus cœnis* *Consuetudo praua difficile ponitur.* *& largis dapibus assueuit? & qui pretiosa veste conspicuus in auro, atque in purpura fulsit, ad plebeium se ac simplicem cultum quando deponit? Fascibus ille*

oblectatus & honoribus priuatus & inglorius esse non potest. hic stipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, pœnam putat esse, cùm solus est. Tenacibus semper illecebris assuetum, necesse est, vt solebat, temulentia inuitet, inflet superbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, libido præcipitet.

230. *Hæc ego sæpe mecum: nam vt ipse quàm plurimis vitæ prioris erroribus implicatus tenebar, quibus me exui posse non crederem; sic vitiis adhærentibus obsecundans eram, & desperatione meliorũ, malis meis veluti cum propriis & vernaculis adsauebam.*

231. *Sed, postquam vnde genitalis auxilio, superioris æui labe detersa, in expiatum pectus, ac purum desuper se lumen infudit, postquam cælitus Spiritu hausto, in nouum me hominem natiuitas secunda reparauit mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa; facultatem dare quod priùs difficile videbatur, geri posse quod impossibile putabatur: vt esset agnoscere, terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viueret: Dei esse cœpisse quod iam Spiritus sanctus animaret. Scis ipse profectò, & mecum pariter recognoscis, quid detraxerit nobis, quidve contulerit mors ista criminum, vita virtutum.* Hilar. Psal. 138. vers. 16. *Dies formabuntur, & nemo in eis,* legit: *Die replebuntur*, & intelligit pro die, lucem veram, scil. Christum, & ita explicat, & euoluit: *Non iam ignorantia noctе detenti, neque tenebris huius seculi cæci, sed veritatis luce illuminati, & die repleti.* & paucis interpositis. *Qui die repletus est, diem tantum in se habet, & ideo ait, Die replebũtur & nemo in eis. Nemo erit in his, non pecuniæ æstus, non voluptatum stimulus, non ambitionis ardor, non odiorum malignitas, non inuidiæ aculeus, non conuitiorum furor, non superbiæ amentia, non cætera, quæ diaboli sunt arma, atque virtutes, sed lux vera, sed dies sola, qua repleti sunt.*

231, Equidem ex his perspicuè cognoscitur quid Deus per Isaiam sit pollicitus, in séque receperit, cùm dixit: *Educam cæcos in viam, quam nesciunt, & in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam.* quæ enim ignotiores & occultiores semitæ, quàm quas Cyprianus & sibi, & cuiuis gentili iudicabat nó modò arduas, difficiles, sed omnino impossibiles? Quod verò additur: *Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta*; ratio quâ illud tantum facinus erat faciendum ostenditur, id est, quod Cyprianus apud se: *Qui possibilis est aiebam, tanta conuersio, vt repente ac perniciter exuatur quod genuinum situ materiæ naturalis obduruit?* Quare etsi alia id generis fuisset facile aggerere, tamen quæ aggessi satis esse ad rem propositam ostendendam iudicaui.

232. *Hæc verba feci eis, & nõ dereliqui eos.*] *Verba* pro rebus in sacro eloquio sumi notissimum. Ergo sententia: Hæc præstiti eis, & non dereliqui, id est, nó siui, nó sum passos amplius eos ingredi, & persequi vias suas, eos ab errore suo reuocaui, vel non deserui eos, sed meo auxilio cómuniui. Præteritum de more pro futuro. Vel quia respicit præteritum beneficium Hebræo populo collatum, alterius maioris futuri quasi pignus.

---

233. *Vers.* 17. Conuersi sunt retrorsũ: cõfundãtur cõfusione qui confidũt in sculptili, qui dicunt conflatili: vos Dij nostri,

A Prima dubitatio, vtros Vates desi[...]et, Iudæos an gentiles. Nam Hieronym[...], Cyril. Procop. Sanct. Thomas & alij Iudæos intelligunt. At Arias, Osorius, Adamus, Mariana, Sanctius, Forerius, Sà, Pintos exponunt populum Gentilem. Haymo obscurè loquitur, & Dionys. ad vtrosque referri docet, i[d] est, quosdam ad vnos, alios ad alios admouere, ipse verò quid sentiat, tacet.

Nobis verò hæc posterior opinio de Gentilibus probatur. Nam etsi de vtrisque promiscuè agi supra vers. 13. docui, vbi dicitur: *Super inimicos suos confortabitur.* vers. 16. superiori:
B *Educam cæcos in viam*; hic tamen, separatim existimo de Gentibus prædici, & inferiùs de Iudæis. vers. 18. 19. *Surdi audite, & cæci intuemini, quis cæcus, nisi seruus meus? vt istic videbitur.*

Sed qui Gentiles interpretantur, nihilominus variant, & alij in peiorem, alij in benigniorem partem: Arias enim & Sanctius exponunt, *conuerti retrorsum*; ab instituto prauo desistere, ab idolorum obseruantiâ retrocedere: alij verò interpretes adducti de infidelibus obstinatis, quidam de iis, qui à fide semel susceptâ desciuerint. 234.

Porrò, quamuis *retrorsum conuerti*, in libris 235.
C diuinis plerunque malè sonat, tamen cùm ex se locutio sit anceps, non video cur in alterutram partem inflecti non possit, & ei qui viam prauam insistebat non sit pro laude, retrorsum conuerti: nam & Hilarius illud Christi Matth. 16. vers. 23. *Vade post me satana*, ad sensum mollissimum inclinauit, *id est, vt exemplo se passionis sequatur.* sic ille.

Retrorsum conuerti, quo sensu.

Ergo absque vllo incommodo interpretari 236. possumus de Gentibus deserentibus distortos, & anfractuosos tramites, & se ad vias, & semitas rectas transferentibus: & si in verbo *retrorsum* vim quærere libet, Gentes cùm à falsis & inanibus simulacris conuertuntur ad Deum
D viuum agnoscendum, & colendum, retro redeunt, nam redeunt ad pristinum cultum veri Numinis, quem olim in primis generis humani parentibus tenuerunt, & temporis processu dereliquerunt. Nam quoquo modo & tempore idololatriam exorsam fuisse putemus, infideles & gentiles à parentibus fidelibus, & veri Dei cultoribus processisse fatendum est. Vnde cùm idola derelinquunt, & Dei vnius, verique religionem suscipiunt, verè & propriè *conuertuntur retrorsum.*

Omnes infideles à fidelibus parentibus sunt orti.

Quocirca eâ locutione non admodum retardarer ab amplectenda ea sententia. Sed aliquanto me magis detinet versio LXX. qui habent: *Ipsi autem conuersi sunt retrorsum*; vbi particula, *autem*, aduersatiua non patitur mitiorem 237.
E istam acceptionem. quâ crediderim permotum fuisse Cyrillum, vt ad Iudæos applicaret. Sed certè post vocationem Gentium, & illuminationem, Iudæi ad cœcitatem idololatriæ collapsi non sunt, cùm tamen antea ad eum lapidem identidem offenderent: quod miror Cyrillum oculatum scriptorem non animaduertisse.

Nam qui vt Procopius, ista diuidit ita, vt; *conuersi sunt retrorsum*, de Iudæis illa proxima, *confundantur confusione qui confidunt in sculptili*; de Gentibus explicat, sanè valde connexa deiungit, & absonè dissociat. 238.

Quid

239. Qu[illegible] ad particulam *autem*, in Græcis Di[illegible] notam oppositioni[illegible] hoc pacto: Ego educam eo[s] in vias rectas, &c. *ipsi autem conuersi sunt*, id est, *fuerant*, retrorsum, id est, in vias prauas. itaque est oppositio inter statum Gentilium post prædicationem, & statum eorumdem ante prædicationem. Quasi dicat. Conuertant eo, qui se auerterant; sicut dixit: *Ponam praua in recta*. Quod verò Forerius arbitrabatur, posse hoc pertinere ad eos, quibus cum suprà certamen est susceptum de idololatria, vt dicat, aduersarios argumentatione conuictos terga vertisse: hoc inquam interpretamentum Forerij est longissimè petitum, & prorsus abruptum.

240. *Confusio laudabilis.* *Confundantur confusione qui confidunt in sculptili.*] Quicumque superiùs conuersionem illam retrorsum æqui, bonique consulunt, hanc confusionem laudabilem quoque esse affirmant: nempe, cùm post acceptum Euangelium suppudebat confidisse in sculptili: nam veræ & legitimæ pœnitentiæ comes est pudor. Rom. 6. vers. 21. *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis*, & cum omne peccatum, simul ac cognita est illius turpitudo, ruborem afferat, sed præcipue idololatria, & simulacrorum cultus, cùm homo cogitat, & reputat creaturæ viliori multo quam se honores detulisse diuinos.

241. Hoc ipsum quod hoc loco Vates per modum imperantis, vel optantis enunciat, supra per modum prænunciantis proposuit. cap. 1. vers. 29. *Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis, quos elegeratis*; etsi illud de pudore infructuoso, qui pro supplicio sit obstinatis infidelibus, possit intelligi: sed & nihilo secius de conuersis ad fidem. Reuise illic commentarium. Quare, vt stet ille explicatus, inflectendæ sunt verborum terminationes, *qui confidunt*, in hunc modum: qui confidebant, vel qui confisi sunt *in sculptili*, qui dicebant *conflatili*: *Vos dij nostri*. de absurditate huius erroris & flagitij actum est cap. 1. vers. 9. & aliàs cap. 41.

---

242. *Vers.* 18. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.

Vers. 19. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini?

243. *Iudæi surdi, & cæci.* CÆci Iudæorum Magistri hanc cæcitatem a se, suisque tribulibus conati sunt auertere, & ad Gentiles transferre: sed irrito voto, & conatu. Nam id, ne posset vlla ratione fieri, prouidit, & impediuit Spiritus sanctus, additis illis verbis: *Quis cæcus nisi seruus meus?* quod cognomen quantumuis Rabbini se discrutient, se torqueant, & verba sacra detorqueant, nunquam populo Gentili in suo errore perseueranti poterit accommodari. *Ne quis putaret* (obseruat Hieronymus) *hoc quod dicitur, surdi audite, & cæci intuemini, ad populum Gentilem pertinere, qui prius surdus, & cæcus fuerat, vt Iudæi stulta interpretatione approbare contendunt: ipse propheticus sermo demonstrat qui surdi & cæci debeant intelligi.* *Hieron.*

244. Admonui dudum num. 235. cùm suprà coniunctim de Gentilibus, Iudæisque prædixisset, dein eos deiungere, & vers. 17. superiori de solis Gentilibus tractare, hic de solis Israeliticis. At quo consilio hæc apostrophe? quorsum eos Vates aggreditur, & in eos inuehitur? Magnâ quidem cum ratione. Cùm enim Isaias induxisset Patrem cum Filio ita colloquentem, v. 6. *Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium: vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum.* & deinceps à versic. 10. prænuntiauerit, Gentes aspecturas esse illam lucem, audituras esse prædicationem Euangelicam, imò & laudem diuinam decantaturas: quæ antea omni luce, ac voce carerent, quæ essent cæcæ, surdæ, & mutæ: præuidens Vates Iudæos ex eâ quam habebant, luce, etsi modicâ, tamen sponte transituros ad tenebras, & quas habebant aures, eas sua culpâ perdituros: nimio illo Euangelico fulgore occæcandos, & nimio illo & concento sono Apostolico surdos esse efficiendos, quin eos grauiter arguat, & eis fortiter inclamet, se tenere non potest, ideóque vocem tollens ait: *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum*: quibus verbis apertè indicat, de qua surditate, & cæcitate loquatur: scilicet, de spiritnali, & voluntariâ, alioquin frustrà ad id incitarentur, aut de eo sine caussâ obiurgarentur.

245. Et tanquam quis iret obuiam, & ex Isaiâ quæreret: quorsum ista? excipit ille ex persona Dei.

Quis cæcus, nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quos nuncios meos misi?] Quis alius ex iustiori titulo cæcus dici debeat quam is, qui in luce propheticâ caligauit, & in clarissimo splendore Euangelico cæcutiuit omnino, & omne cæleste lumen amisit? Et quis meliori nomine & caussa surdus est appellandus, quàm qui Patriarcharum & Prophetarum vocibus obsurduit, & Apostolorum classico attonitus auditum perdidit? quo sono qui erant à natalibus & à parentibus & proauis valde surdi aures receperunt, & qui similiter omnino cæci lumen videre cœperunt. *Iudæus in luce prophetica & in Euangelica caligauit.*

246. *Iudæi surdi monitis Prophetarum.* Quantopere solerent se surdos exhibere Iudæi admonitionibus, & comminationibus prophetarum, qui legerit ipsa prophetica volumina per se ipse facile intellexerit. Hoc illis inter multos vnus Stephanus Protomartyr opprobrat Act. 7. vers. 51. *Durâ ceruice & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos.* Aures eleganter nominat incircumcisas, id est, opertas, clausas, & obstructas: quas sibi ipsi occluserunt, ne audirent nuncios missos a Domino exigentes fructus & mercedes locatæ vineæ. Quos non solùm non audierunt, sed & ex eis ceciderunt, ex eis lapidauerunt, & ex eis aliquos occiderunt: ac demum filium à Patre familias missum, si fortè eum reuererentur, extra vineam eiicientes retinendæ vineæ, si hæredem de medio sustulissent, facinus sunt aggressi, & executi. *Aures incircumcisæ.*

247. *Iudæi ante passionem Christi minus culpabiles.* Qua surditate & cæcitate tametsi nulla maior, & miserior fingi posse videtur, sed adhuc tamen in his minor est querela. Peccarũt enim ex ignorantia, culpabili licèt: cùm pro illis filius hæres dum occiditur, orat: *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*; cùm postulat *Ioan. 23. v. 34.*

ignosci,

ignosci peccatum esse indicat, cùm addit rationem veniæ impetrandæ, *quia nesciunt quid faciunt*, culpæ grauitatem imminuit, & ex parte excusat ob ignorantiam.

248. *Iudæi repudiato Euangelium, inexcusabiles.* At Iudæi post Christi resurrectionem, exaltationem, eius Euãgelij promulgationem, gentium conuersionem, omnium propheticorum oraculorum ad amussim euentum, ac denique post Ierosolymitanum excidium perpetuum, atque irreuocabile Iudaici populi exilium, adhuc post hæc omnia cæci, surdique & pertinaciter obstinati quã possint suæ obstinationi excusationis vmbram ostendere nemo est qui vel diu cogitando reperiat. Quod enim peccatum aliud, quàm Christi Domini & eius Euangelicæ legis repudium, commentari possunt, ob quod tam diu, & tam duriter puniãtur? A Christo occiso, nullos Deos coluerunt, quod fuit eorum quasi solemne flagitium, cuiusque causa plerumque vapulabant: nullum aliud apparet scelus ab eis admissum: aut ipsimet prodant. iam si Iesus non fuit verus Messias, vt iidem omni affirmatione asseuerant, non supplicio, sed eximio quodam fauore & præmio fuerunt dignissimi cùm illum peremissent. At quomodo à Deo, quem vbique & semper experti sunt benignissimum, atque clementissimum, quemque tantopere illo facinore, si vera esset eorum opinio, promeruerunt, tam acerbè, tot seculorum assiduo decursu affliguntur? quomodo nunquam suorum fidelissimorum seruorum miseretur? qui potest à suis pijssimis misericordiæ visceribus impetrare, vt eos penitus obliuiscatur? Sanè, vt demus, innatum clementiæ habitum exuisse, quemadmodum queat suarum promissionum fidem datam per Prophetas fallere, non apparet, videlicet, qui sibi fideliter obtemperauerint, non defuturum.

249. Sed tempero ab exaggeranda, seu exagitanda hac cæcitate & surditate Iudæorum nostri sæculi, & quia id multi & magni homines præstiterunt, & quia eiusmodi cæcorum nullus ferè est, qui libros similes aspiciat. Hæc satis fuerint, vt innotescat, quam probè, & quam verè in Isaiâ Deus per interrogationem istius populi stultitiam obduratam expresserit: & vt inde nos ad maiores gratias, & lætiores agendas Deo moueamur, qui nos cæcos, surdósque ad lumen, & audientiam sui Euangelij perduxerit: vt videremus, audiremúsque per fidem eius Vnigenitum, quem vnicum Saluatorem & Redemptorem misit in mundum. Et obseruandum in Hebræo codice, esse nomen, quod possit singulariter reddi; hoc modo: *Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quem nuncium meum misit* quod nomen quàm aptè cadat in Saluatorem, nihil opus est dicere. Ipse enim creberrimè in Euangelio profitetur se à Patre fuisse missum: ipsum Paulus vocat Apostolum, qui Græcè est Missus, & apud L X X. cap. 6. versic. 6. suprà: *Magni consilij Angelus*, siue Nuncius. de quo illic.

250. *Versio aliena.* Volueram præterire quorumdam recentiorum versionem, in hunc modum: *Quis est cæcus, nisi seruus meus, & surdus sicut nuncius meus, quem mittam* quia reuerà aliena sit à contextu, & eius explicatio alienior, nimirum, vt Deus pronunciet, seruum suum à se mittendum esse cæcum, & surdum, imò maximè cæcum & maximè surdum, non quidem quod ita sit, sed supplendum esse, indicio Iudæorum, ad quos mittendus sit. Apagetis ista interpretamenta & supplementa. Nam etsi non inficior in autographo esse [illegible] quam eclipsim hoc pacto: *Quis, &c. & surdus sicut nuncium meum mittam?* vt necesse fuerit aliquid subintelligi, sed optimè Vulgatus, Chaldæus, & alij implent, *ad quem*; nam id exigit ipsa rerum natura: nam ille creditur esse surdus, qui ad se nuncium missum non audit, non verò, nisi ineptissimè diceretur nuncius esse surdus, etsi ei aliquod esset vitium ascribendum, mutus dici debuit: itaque Iudæi insipientissimè calumniarentur, si nuncium à Deo missum, surdum esse existimarent, aut dicerent. Potest enim nuncius, cùm eius partes sint tantùm nunciare, licèt surdus sit, suo muneri satisfacere: at verò, cùm eius, ad quem legatus mittitur, sit officium audire, is si fuerit surdus, legationis finem frustrabit. Hoc si animaduertissent Pagninus & Vatablus, fortasse in sua interpretatione à Latina Vulgatâ non desciuissent: aut cùm desciscerent, pro surdo mutum supposuissent, cùm vox חֵרֵשׁ *chere*, vtrumque ferat. Vnde L X X. ita: *Quis cæcus, nisi pueri mei: & quis mutus, nisi qui dominantur eorum?* nam dictionem מַלְאָכִי *malchi*, *Nuncium meum*, illi, vt participium à verbo מָלַךְ *malach*, quod est regnare, sumunt. ex qua editione arguitur populus Iudaicus vt cæcus, & eius magistri vt canes muti non valentes, vel non volentes latrare. *Nuncius potest esse surdus.*

251. *Tertul.* Tertul. lib. 3. contra Marcionem. cap. 6. secutus editionem Græcam, quæ est eiusmodi: *Quis cæcus, nisi pueri mei? & quis surdus, nisi qui dominantur eorum?* ita ex consuetudine sua argumentatur: *Si omnis spes Iudæorum, imò dicam etiam gentium, in Christi reuelationem destinabatur, sine dubio id demonstrabantur non agnituri, & non intellecturi, ablatis agnitionis, & intelligentiæ viribus sapientiâ, atque prudentiâ, quod annunciabatur, id est, Christus, erraturis in eum principalibus sapientibus eorum, id est, Scribis, & prudentibus eorum, id est, Pharisæis, pariter & populo auribus audituro, & non audituro, vtique Christum docentem, & visuro & non visuro, vtique Christum signa facientem, secundum quod & alibi: Et quis cæcus, nisi pueri mei? & quis surdus nisi qui dominantur eorum?* *Iudæi obstinati.*

252. Non malè Tertullianus cæcos istiusmodi affirmat videre, & non videre Christi miracula, audire, & non audire eiusdem doctrinam, ablatis nimirum viribus, quibus hæc officia fiunt. Hoc enim inter cæcitatem corporis, & cæcitatem animi est discrimen, quòd cæcus corpore agnoscit suam cæcitatem, at cæcus animo eam prorsus ignorat: quia animus, quo deberet agnoscere, & intelligere cæcus est. *Cæcus animo non agnoscit se esse cæcum.*

253. *Quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini?*] Hanc litem intendi contra Israelem dubium esse nemini potest. de sensu duntaxat illius verbi, *venundatus est*, interpretes dubitant præsertim Hebraicè scientes, quo in sermone est, מְשֻׁלָּם *mesulam*, participium passiuum à verbo שָׁלַם *salam*, quod significat, esse in pace, perficere, & retribuere, quarum significationum nulla videtur congruere translationi Latinæ. Vnde Vatablus, & Pagninus transferunt, *perfectus*, Forerius, *cui retributum est*, Arias, *missum*, siue *perfectum* posse *Venundatus quid.*

expon,

exponi, & Mariana. *Perfectum* debere affirmat, si Hebraicæ dictioni oporteat respondere. LXX apud Sanct. Hieronymum, *qui recepit* in aliis exemplaribus, *qui recessit*: quæ variæ translationes a Vulgata recedunt.

254. Qui illam primam versionem, *Quis cæcus nisi qui perfectus est?* sequuntur, plerunque ad cognitionem & scientiam diuinæ legis, aliaque id generis munera referunt, quibus ille populus fuit diuinitus eruditus affatim, & informatus: quam interpretatio satis bene cõuenit instituto. nam in tanta, tamque clara luce non videre, indicium est magnæ cæcitatis. Quibus verò altera notio & editio de retribuendo, & persoluendo ex vi eiusdem verbi *salam* potiùs arridet, variè accommodant; Forerius, cui Deus reddidit, & persoluit fideliter quæcumque liberaliter promiserat. Itaque iuxta hanc expositionem, cæcitas Iudæorum in eo constituitur, quòd non agnouerint Christum ex euentu & effectione rerum ante promissarum, quarum quàm plures ideo fuerant prædictæ, vt cùm euenissent, essent notæ certissimæ ad cognoscendum Saluatorem.

Iudæi cæcitas, quod non agnouerint Christum.

Vnde iure optimo cæcus appellatur is populus: qui tot ac talibus signis doctus, ductúsque ad lucem ipsam videndam non peruenit. idque ipsemet Christus aliquando Iudæis in Euangeliis opprobrat. Matth. 16. vers. 4. *Faciem cæli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis scire?* argumentatur à maiori ad minus, ostendens multo certiora fuisse signa, & indicia sui aduentus, quàm sint signa in cælo, seu in æthere instantis pluuiæ, vel serenitatis. Ergo qui isthæc signa & argumenta non viderit, planè cæcus est.

255. Porrò si ex frequentiori significato שלם, *salem*, qui est, pace frui, bene & prospere habere, velimus participium præsens ted ícre, ostenditur eius populi status, cui pax offertur, & pacata omnia fluunt; & ad verbum ita verti possit: *Quis cæcus nisi qui pace & omni felicitate donatus est?* subintelligendo, sed eam non agnouit, sed eam repudiauit. Quem sensum probissimè ex illo Christi dicto, & prædicto commiserationis & lachrymarum pleno intelligimus, Luc. 19. vers. 41. *Et vt appropinquauit videns ciuitatem fleuit super illam dicens: quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. quia venient dies in te, & circumdabunt tibi inimici tui vallo, & circumdabunt te.* Dolet ergo Dominus & deflet cæcitatem istius populi, qui oblatam oculis pacem, & prosperitatem summam non videt, & ideo negligit, imò & reiicit.

Iudæi oblatam sibi pacem non viderunt.

256. Quæ cùm ita sint, quid, inquis, sibi proposuit Vulgatus Latinus cùm redderet: *Quis cæcus nisi qui venundatus est?* nam eum vbique pro virili tueri debemus. Respondeo primùm ex Marianâ, *venundatum* hoc loco non sumi strictè, sed laxè, id est, traditum: quod ratione fulcire possumus quod venditionem sequatur rei traditio: vnde vnum pro alio adhiberi potuit. cúmque traditio parum distet à redditione, nam id quod venditur transit in potestatem ac dominium emptoris, quare quando illi traditur, quodammodo redditur; quidquid enim debetur, cùm soluitur, redditur. Quo animaduerso, facile intelligitur, Hebraicè *meschu-*

Vulgata defenditur.

Venundari tradi.

lam, quod est idem atque *redditus*, potuisse non admodum aliene exponi Latinè, *venundatus*, id est, traditus, si intelligatur, hostibus, & inimicis, quibus quadamtenus debebatur, hoc est, ex Dei comminatione & promissione, si ille videlicet populus sese sponte occæcaret, & Messiam promissum, expectatum, insignemque pertinaciter repulisset. Luc. 19. vers. 44. illicò post verba suprà collata: *numer. 255. Ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.*

Quis cæcus, nisi seruus meus?] Iterat quod anteriori versu dixerat; & culpam auget, certum enim est, officium esse serui operam dare, vt intelligat voluntatem domini sui, & imperium, quo illud possit exequi. Hinc Psaltes Psalm. 118. versic. 123. *Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.* 257.

Officium serui est curare, vt sciat heri sui voluntatem.

Vnde qui non modò non optat, & postulat habere intelligendi facultatem, & facultatem, sed ne cogatus seruire domino, illum abnegat, & conatur se illius subiectioni subtrahere, cùm tamen non possit vlla ratione bene habere, nisi seruiendo & obsequendo Domino, hic nimiopere captus est oculis. Obserua: etsi nemo sit hominum, qui non sit seruus Dei, hoc est, sit quamplurimus & arctissimis vinculis obligatus ad seruiendum: tamen populus Hebræus singularibus quibusdam titulis, ac nominibus ad hoc officium & obsequium erat obstrictus: vnde & maior fuit illius cæcitas quàm Gentilis, in respuendo Christo, eiusque Euangelio.

Seruus subtrahens se seruitio.

Populus Hebræus obligatior ad seruiendum Deo.

Vers. 20. Qui vides multa, nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audies?

QVamuis primo aspectu videantur hæc aduersari superioribus, in quibus populus iste cæcus, & surdus semel, & iterum est appellatus: sed nulla est pugna, imo mira consensio. Nam hoc loco reprehenditur quòd cùm mirabiles & innumerabiles haberet opportunitates videndi, & audiendi cælestia miracula, & oracula, quæ si videret, & audiret prout debebat, beatissimus fieret; ad ista tamen oculos, aurésque obstinatissimè occluserit: in medio sole caligauerit, & in vehementi & exaudibili veritatis ipsissimæ sono obsurduerit. Quocirca Græca translatio pro glossemate esse queat: *Vidistis sæpe, & non custodistis: apertæ sunt aures, & non audistis.* Vnde haut mirû, Iudæos in infidelitatem fuisse delapsos: nam conscientiæ repulsa sæpe parit errorem 1. Tim. 1. vers. 19. Vide Cyril. 258.

Cæcitas summa.

Quanta fuerit diuinæ doctrinæ affluentia apud illum populû, æquè cæcus, atque ille fuerit, qui non perspiciat, cùm ipsemet veteris Testamẽti scripturæ id palàm ostendant, sed ipsos Iudæos id solere iactare, cùm tamen non adeò vincerent ex præscripto diuinæ legis, ex Paulo Rom. 2. vers. 17. opportunè cognoscimus. *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo & nosti voluntatem eius, & probas* 259.

Doctrina affatim fuit Iudæis.

vtiliora

utiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces. qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis, Deũ inhonoras. Chrysostomus hom. 6. ad istæc: *Confidis teipsum esse ducem cæcorum*, sic commentatur: *Neque hic dixit, tu dux es cæcorum, sed confidis: usque adeò, ait, gloriaris intumescisque; magna enim erat insolentia Iudæorũ, ac fastus. Ob quod illa propemodum verba enunciat, quæ illi iactantes sese, usurpabant. Vide igitur in ipsis Euangeliis quid dicãt; totus in peccatis genitus es, & tu nos doces? atque aduersus omnes elatis magnopere cristas tollebant.*

Iudæi iactãt doctrinam, sed non sequuntur.

Chrys. Doctor moribus discors.

260. Quo culpabilior exstitit hæc Iudæorum occæcatio, quibus tantum lumen fuerat oblatum, in lege, & in Prophetis: nam ego, si id permittitur, ita distribuam illa duo incisa: *Qui vides multa*, scil. in Prophetis, qui Videntes dicebantur, & Visiones, eorum prophetiæ. & aliud, *Qui apertas habes aures*; scil. in lege: nam iis duobus solet veteris instrumenti scriptura concludi, *lege, & Prophetis*. lumen autem modicum legis & obscurum Prophetarum fuisse præparatorium, & Isagogicum ad videndum perfectum lumen, quod est Christus, & est satis perspicuũ, & nos suprà c. 40. v. 3. nu. 50. ex parte attigimus. idcirco enim in Transfiguratione Christo Domino Moyses & Elias assistut, vt Euangelio lex & Prophetæ famulari intelligerẽtur, vt Patres obseruant. Lege commentarios Matth. 17. v. 3. & Luc. 9. v. 31.

Testamentum vetus constat lege & Prophetis.

Lex Moysis Isagoge ad Nouam.

Transfigurat. Moyses & Elias illic, cur.

Vers. 21. Et Dominus voluit, vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.

261. Qvisnam sit, qui sanctificaturus, magnificaturus, & elaturus esset, & quis sanctificandus, id in primis quæri oportet. Adamus omnia tria verba refert ad populum Iudaicum vt ad suppositum, & personam agentem, hoc sensu: Deus voluit vt se populus sanctificaret, legem suam magnificaret, & extolleret obseruando eã.

S. Thomas primum & tertium verbum allegat ad Deum, secundum ad populum in hunc modum; Deus voluit sanctificare populum, & voluit legem suam à populo magnificari, vt sic ipse Deus populum extolleret. hoc idem sequitur Haymo, & probabile censet Hugo.

262. Reliqui interpretes, quos adhuc viderim, Hieron. Procop. Chaldæus, Forerius, Osorius, Dionys. Sa, Mariana, Sanctius, Arias, Castrius, Vatablus, Pagnin. Lyra. omnia ad Deum reuocant, vt ipse sibi proposuerit sanctificare Iudæos, legem magnificare, & extollere. Tametsi non vnus & idem est istorum omnium explicatus: quare disertè quid quique probabiliter censeant, erit exponendum. Ad eos verò paucos qui aliter distribuebant, id duntaxat respõdeo, sine causã, verba eodem filo contexta distrahere, & primum, ac postremum Deo dare, secundum & medium è suo loco detertum populo intrudere.

263. *Dominus voluit, vt sanctificaret eum.*] Hebraicæ scripturæ studiosiores vertunt: *Dominus volunt propter iustitiam suam*; sed cùm hæc [illegible] io sit imperfecta, quisque pro arbitratu absoluit. alij, hæc supra dicta facere: alij, bene vobis voluit. Cæterum cum antiquiores & peritiores interpretes, videlicet, LXX. Chaldæus, & Symmachus apud Procopium vocabulum Hebræum צדקו non pro nomine, sed pro verbo acceperint, vt accepit Vulgatus, non est [illegible] de modernorum interpretatione laboremus. Quod si libeat vt nomen substantiuũ *ptsedec* accipere, id est, *iustitiam*, non mutatur sensus, nam is fuerit: *Dei voluntas propẽdebat ad iustitiam eius*, id est, vt iustificaret, & sanctificaret eum populum.

Vbi adhibetur verbũ חפץ *chapaz*, *voluit*, quod 264.
est bene velle, cõplacere, rem habere coram, nã quæ magni æstimamus, valde amamus: ibi ostẽditur, Dei erga populũ illum, & vniuersè erga homines beneuolentiã esse gratuitã, non ex humano merito, sed ex munere diuino. quod argumentũ egregiè versat Paulus satis densè in suis epistolis ad retundendam Iudæorum superbiã, qui maiorũ suorum erga Deũ obsequiis plus quam oporteret, confidebant. Augustinus Apostoli vestigiis insistens propugnat in suis libris acerrimè, & eruditissimè electionis diuinæ liberalitatem, quæ omnem humanam bene merendi industriam præoccupauerit, ac proinde omnino liberalissima extiterit. Nam vbi ad merita & laborem respicitur, merces fuerit potius,
quàm gratia. Forerius & Arias tametsi verbum, 265.
vt sanctificaret, Deo ascribant, tamen affixum Hebraicum, seu pronomen *eum*, nõ ad populũ, vt alij, sed ad eumdem Deum spectare ipsi censent. itaque ex horum doctorum sentẽtia Deus voluit sãctificare, seu iustificare se; nam Hebraica dictio vtrumque fert. id est, apud quosvis iudices causam suam tueri, & obtinere, se iustum fuisse conuincẽs, conuenienter ad illud Ps. 50. v. 6. *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris*. Quam diuinæ iustitiæ defensionẽ eo respicere credit Arias, vt intelligatur Deus Israelem ex humili conditione ad excelsum gradum dignitatis extulisse; ipse verò Israel huic tanto beneficio ingratus exstitisse. Hæc videtur esse mẽs Ariæ, si forte eã sum assecutus, ait enim initio huius loci, esse idẽ argumentũ atq; alterius: c. 1. v. 2. *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me*. Sed quàm aptè ista, censeat lector.

Deus gratuitò diligit homines, non ex meritis.

Gratia Dei propugnatur.

Deus sibi iustificat eum.

Certè Forerius aptior in suo contextu mihi 266.
apparet; cùm iustitiæ & sanctitatis officia duo sint, vnum punire, alterum bene facere: Deus voluit se iustum probare occæcando Iudæos id supplicium satis meritos, & regnum ab eis ablatum concedendo Gentilibus, qui eo beneficio melius vterentur.

Deus punit Iudæos ingratos, & benefacit Gentilibus.

Huic intelligentiæ fauent LXX. reddentes: *Deus voluit, vt iustificaretur, Dios qinso iustificaret se*. Dum populum iam olim à maioribus sibi plurimis & maximis beneficiis obligatum, & auctum, & vicissim nonnullis officiis, ac meritis sibi gratum, vbi impiè ab auitâ pietate degenerat, à se amandat, & abiicit, & eius loco populum Gẽtilem abalienatum adoptat, qui hæreditatis gratuitæ gratiam rependeret, aut saltem haberet. Vt hinc apertissimè pateat, quàm sit Deus alienus ab acceptione personarum, ac proinde sanctissimus & iustissimus. Non mala interpretatio.

Communior tamen & Latinæ editioni congruentior expositio est, Dei voluntatem & 267.
propositum

Deus vbique procurat sanctitatem populi Hebraei.

propositum semper eò tetendisse, vt illum populum, quem sibi vnum ex innumeris delegisset & adoptasset, valde iustum & sanctum efficeret. quo munere nullum aliud maius & optabilius possit excogitari. & ad hoc propositum exequendum, & consequendum à Deo adhibita fuisse omnia non tantùm necessaria, sed etiam commoda, & opportuna, nullúmque non motum esse lapidem à Deo, si loqui ita fas sit, quo consilium istud & desiderium procederet. Sed quo minus id ex Dei sententiâ euenerit, Israelem in causâ & culpâ fuisse, itaque humana malitia diuinam benignitatem & liberalitatem est frustrata.

Malitia humana frustratur diuinam liberalitatem.

Quo loco vix fuerit opus aduertere, cùm dicitur diuina voluntas suo effectu fraudati, debere intelligi eam, quæ dicitur antecedens, & quasi conditionata, non verò illam efficacem, & absolutam. de qua illud Sap. 8. vers. 1. *Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.*

268. *Et magnificaret legem.*] Qui hoc incisum discindunt, & populo assuunt, facile exponunt: nam lex cùm bene custoditur, tum magnificatur, & magni fit. At nobis videndum, quemadmodum Deus ipse voluerit magnificare legem suam.

269. Mitto Chaldæum supponentem pro lege, *legis factores*, nā hoc est, lectori velle imponere.

Lex pro Respub. Hebraea.

Minus longè iret, qui pro lege Rempublicam Hebræam, quæ eâ lege continebatur, exponeret. Nam vt Euangelium capimus interdum pro Ecclesia Christi, sic legem illam Moysis pro eo statu & ordine fidelium. Quòd verò Dei animus fuerit intentus ad magnificandum illum populum, Deus ipse verbis conceptis indicauit Abrahamo vbi primùm cœpit cum illo pacisci, vt omissa suâ gentilitia familiâ, vellet alterius nobilioris esse princeps. Genes. duodecimo versiculo primo, *Egredere de terrâ tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi, faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.*). *in gentem magnam*, a quo nomine *Gadol*, hoc loco, *Gadal* magnifico. Quæ promissio de amplitudine, & magnitudine fit alibi eidem Abrahæ.

Deus voluit populū Hebraeum augere, & ornare.

Genes. 18. v. 18. & c. 22. v. 17.

270. Sed & aliter, & commodè licèt interpretari, istam legis magnificationem, quæ sit sequela prioris membri; hoc modo: *Deus voluit, vt sanctificaret eum*, videlicet, populum, ac proinde, *vt magnificaret legem. Autorizar fulle.* lex enim magna & excellens esse cognoscitur, quæ sibi obsequentes iustos & sanctos efficit. Legis namque officium & finis est honesta præcipere, & vitiosa vetare: quibus duabus partibus, fugâ nempe vitiorum & appetitione virtutum omnis vita probabilis clauditur. Vnde lex, quæ eò hominem adduxerit, magna sanè, & admirabilis est habenda: cùm hominem magnum efficiat, & quæ eumdem supra conditionem humanam extollit, ea legislatio erit extollenda.

Legis dignitas, vnde, si iustos faciat.

271. Alius præterea succurrit modus, quo Deus legem magnificarit, & extulerit, scilicet tot, tantísque editis miraculis in Ægypto, in Deserto, in Terrâ promissionis, variis locis & temporibus, ex quibus rebus mirabiliter patratis summa commendatio accedebat legi & religioni Hebræorum apud omnes populos & nationes cum inde fieret, & legem illam esse à Deo, & populum illum esse curæ Deo. Lege omnino, quæso, caput quintum Iudith, vbi Achior apud Holophernem Hebræi populi legem magnificat, & extollit. Quæ Dei miracula, & prodigia, quia eò referebantur, vt meliùs lex illa seruaretur, rectè dicitur Deus voluisse magnificare, & extollere legem. Psalmo septuagesimoseptimo versiculo tertio. *Quanta audiuimus, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis, non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera. Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia, quæ fecit. Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel. Quanta mandauit patribus nostris, ea nota facere filiis suis, &c. vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant.*

Deus populum Hebraeū illustrauit miraculis.

272. At quamuis omnes istæ rationes magnificandæ & extollendæ legis sustineri queant, & aliquæ satis hæreant: illa tamen, quam solus Osorius attigit in sua paraphrasi, mihi magis insidet. Quâ edicitur, placuisse Deo sanctificare populum suum altiori & nobiliori quodam modo, nempe in Vnigenito suo, & misso de cælo spiritu sancto, & effuso abundè omnium bonorum, & tantùm, non exhausto cælesti thesauro. Nam etsi prisci fideles legis veteris veram & intrinsecè inhærentem sortiti sunt Dei gratiam & sanctitatem eiusdem omnino rationis, atque nostram: tamen quoad modum, & mensuram inter vtramque non parua est differentia. nam status ille fuit seruorum, Euangelicus verò filiorum, quod facilè sumimus ex Paulo, præsertim in Epist. ad Galatas, vnde vel iustis Iudæis vt seruis spiritum timoris attribuit, Christianis autem vt filiis amoris prærogatiuam.

Iusti antiqui veram & internam habuere iustitiam.

Status legis Euangelicæ nobilior.

273. Voluit igitur Deus donare populum illum sanctitate hac Euangelica, & legem veterem magnificare & extollere, hoc est, absoluere, & perficere, sublatis illis præceptis ad rudiores animos continendos opportunis, expletis illis vacuitatibus ad absolutionem & perfectionem adducere. Huc spectat oratio Domini Matth. quinto versiculo decimoseptimo. *Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen dico vobis donec transeat cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*

Christus perfecit legem veterem, & extulit.

274. Ergo Saluator non venit legem à Mose latam soluere, id est, abrogare, & cassam reddere; nam quia lex obligat, & constringit vt quoddam vinculum, vbi tollitur, rectè solui dicitur: non fuit Dei voluntas, vt hanc legem omnino dissolueret, & submoueret, sed vt eam quasi paruam magnificaret, quasi iacentem extolleret, & quasi vacuam impleret.

Lex vetus non fuit dissoluta, sed astricta.

Quo loco duas quæstiones quin expediamus, facere non possumus. Altera quemadmodum Christus non abrogauerit legem Mosaicam: nam videtur hoc repugnare dictis Euangelicis & Apostolicis: altera, si adhuc lex illa manet, quo pacto

fuerit impleta & ad absolutionem adducta: A nam iis duabus quæstionibus absolutis planior euadet loci illius intelligentia.

275. *Lex veteri qua parte maneat.*

Prius ad priorem dubitationem, sed breuiter, & diserte. Scitum est lege veteri contineri iussa quædam, & iura naturalia: & vna cum illis alia mandata cæremonialia, & iudicialia, quæ nequaquam essent orta e iure naturæ. Christus ergo hæc posteriora omnino sustulit, illa priora, quæ ex sua conditione & ingenio sunt irreuocabilia, reliquit.

Et quoniam illa erant in illa legislatione præcipua, & principalia, ad quæ melius custodienda hæc alia arbitraria & mobilia quasi parerga & emblemata quædam adiungebantur, inde consequitur, vt probè Christus & vere dixerit: *Non veni soluere legem*; ta- B metsi alibi doceatur, legem vsque ad Ioannem durasse, & quid simile, quia tum lex pro minori parte sumitur. vt homo aliquando pro animo, aliquando pro corpore, licèt valde excellat animus: Sic cùm veluti anima legis veteris fuerit pars illa iuris naturalis, & quasi corpus pars altera cæremonialis, lex simpliciter stabit pro priori, secundùm aliquam acceptationem pro posteriori. & hæc satis de priori quæstione.

276. Ad aliam de additione & perfectione: ne longiorem disputationem videar ingressus absque caussâ, abstinebo ab eo quod quæri solet, an præceptis naturalibus aliquid Chri- C stus in Euangelio adiecerit, id reseruans eius interpretibus, & duntaxat hoc loco presse exponam, quomodo legem illam magnificarit, & extulerit, ex adiunctione Euangelij.

Christus quatenus legem veterem perfecerit. Purgat. Implet.

Principiò, perpurgauit illam veterem & secreuit ab scoria, & fermento Scribarum & Pharisæorum, qui suis peruersis & distinctis glossematis eam valde fœdauerant. Deinde, quoad cæremonias, impleuit earum vacuitates, quas vocat Paulus egena elementa: nam omnes illæ ad Christi mysteria destinabantur. Vnde litteræ non modò mortuæ, sed

Viuificat.

etiam, culpâ imperitorum, & improborum, occidenti addidit spiritum viuificantem: & fructuosissimam intelligentiam. Prætereà pro D iis inanibus, quoad gratiam efficiendam, ritibus & sacrificiis substituit nobilissima & ef-

Sacramenta efficacia substituit.

ficacissima sacramenta, quæ efficerent quod significarent. Demum cùm lex illa iuberet, & non iuuaret, imò, vt ait Paulus, esset oneri & impedimento, non sua, sed hominum culpâ, ex societate Euangelij fit leuior, & facilior, iubet, & iuuat. de qua re vide supra capite quadragesimo numero vigesimosecundo, 85. 228. 141. 245. 251. 261. Quibus locis ostendo quemadmodum lex vetus melior euaserit ex noua Euangelica. quod Theophylactus ad Matth. citatum exponit si-

Simile.

militudine. Vt pictor inchoatam imaginem, E ac primis lineamentis adumbratam, cum inductis coloribus, & aliis partibus conformatis absoluit, quodam modo priorem inducit, & delet: sed abolet in melius, quia non tollit, sed extollit, non submouet sed promouet, non dissoluit, sed perficit.

277. *Adumbratio. Genes. 2. v. 7.*

Huius rei initio conditi hominis quædam fuit adumbratio: nam priùs *formauit Dominus Deus hominem de limo terræ*; & cùm faceret, torperetque, corpus illud inanime, & inutile pondus: deinde *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*; & *factus est homo in animam viuentem*. Ad hunc modum lex illa prisca iacebat, quasi rude quoddam, & informe corpus, vbi additus est spiritus Euangelicus, sese erexit, & stare cœpit, & alias vitæ spiritualis functiones obire. id ergo Isaias: *vt magnificaret legem, & extolleret.*

Lex vetus quasi mortua, accedente Euangelio viuificata est.

Denique hoc potest etiam pertinere ad amplitudinem & multiplicationem eorum, 278.
qui eam legem essent obseruaturi. Nam cùm angustè admodum lex illa dominaretur, & seruaretur, in sola Rep. Iudæorum, postea admisso Euangelio, *in omnem terram exiuit sonus eius, & in fines orbis terræ verba illius*. & B Psalmo vigesimoprimo, versiculo vigesimosexto, *Apud te laus mea in Ecclesiâ magnâ*. & Psalm. trigesimoquarto versiculo decimooctauo, *Confitebor tibi in Ecclesiâ magnâ, in populo graui laudabo te*. Neque enim est dubium, quin qua parte, vt diximus, lex antiqua sese inseruit, & immisit Euangelio, fuerit vehementer ex propagatione ipsius Ecclesiæ amplificata, aucta, & ad celsiorem dignitatis gradum erecta.

Lex Dei & Religio, olim angusta. *Ps. 18. 5.*

Vers. 22. Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum om- C nes; & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est, qui eruat: in direptionem, nec est qui dicat; Redde.

Hebraici populi captiuitatem, ac miseram seruitutem hoc versu depingi, pro certo 279.
est habitum. Sed quænam illa, præterita, an futura? vna, an multiplex, id habet dubitationem. Præterea video conuenire inter scriptores, ideo hunc populum captum, & direptum esse, seu, fore, quod Dei legem, de qua antea, violauerit.

D Hugo direptum fuisse Israelem ab hostibus contentus fuit dicere in commune: fortasse arbitratus Vatem de omnibus hostilibus direptionibus fuisse locutum: S. Thomas etiam generatim hostes nominat, & iis Dæmonas adiicit.

Cyril. & Procopius captiuitates præteritas intelligunt, nullam tamen nominatim exprimunt. Arias Ægyptiacam esse existimat. Sanctius Assyriacam, quam paullo antè subierant decem Tribus.

Alij interpretes præteritum tempus pro 280.
futuro substitui iudicant, atque adeò Isaiam prædicere, fore, vt populus sit diripiendus, E vastandúsque: sic Vatablus, & Osorius, quorum neuter explicat vbi aut quando. Adam apud. Nabuchodonosor. idem sentit Haymo, sed adiungit vastationem à Romanis, & Dæmonibus: has duas posteriores captiuitates approbat Sanctus Hieronymus, & Pintus hæret de more, easque docet euenisse Iudæis, quod Dei filium non re- 281
cepetint.

Captiuitas à Romanis prædicta.

Exeidium hoc Ierosolymitanum à Romanis illatum ob necem Saluatoris plures

interpre

int[illegible]es agnoscunt [illegible], Dionysius, C[illegible] L[illegible], [illegible], & Inter[illegible], & id probabile [illegible] at Sanctius, cui [illegible] libens accedo: quoniam omnes [illegible] in hanc captiuitatem melius cad[illegible] quam in aliam, vt patebit inter expon[illegible].

Iste autem populus direptus & vastatus.] *Direptus*, quoad personas, supellectilem, pecuniam, vasa vtensilia, & id genus bona mobilia: hæc enim omnia in bello, ac victoria diripi [illegible]. *Vastatus*, quoad ædes, agros, & alia bona suis fixa radicibus.

Quanta, qualis que fuerit hæc vastitas, atque direptio Ierosolymitana, & Iudaica ab Romanis militibus exercita, qui legerit Iosephum de bello Iudaico, suis tanquam oculis sibi intueri videbitur.

281. *Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt.*] In primis non probo eorum sententiam, qui exponunt, omnes Iudæos fuisse laqueo, & scandalo suis ciuibus iuuenibus; nam quorsum hic loqueretur, *laqueus iuuenum omnes.* Si omnes tendebant laqueos & offendicula, mutuo sibi debebant tendere: vnde nihil fuit cur solis iuuenibus laqueos fuisse obiectos diceretur. Deinde, hic sensus valde abruptus & abiunctus est à superioribus, & inferioribus. Ergo mihi minime dubium erat, passiue sumi hoc loco, laqueum, pro illaqueatus: & esse sententiam, omnes iuuenes, robustos quoque & electos, (vtrumque enim nomen Hebraicum affert, [illegible] *bachurim*,) esse vinctos, & illaqueatos, siue vt captiui distraherentur, siue vt Gaspar ex Iosepho [illegible], vt Romam ducerentur traducendi in triumpho, vel in theatro bestiis obijciendi.

283. Quod ad constructionem attinet, neminem mouere debet, cum pro *iuuenis omnes* ponitur, *iuuenum omnes*: cum tam exigua sit immutatio; nam & bene Latine dicimus, adulti iuuenes, & multi iuuenum.

Cum hac expositione probè componitur sequens pericope, *In domibus carcerum absconditi sunt*: nam vincula, & carceres affinia sunt inter se, & cum captiuitate connexa.

284. *Calamitas quæ tolerabilis.* Cum populus aliquis vincitur, & spoliatur, & superuenit qui vindicet ab hostili potestate, & eripiat; tunc calamitas fit tolerabilis: quod accidit populis Sodomæ, & Gomorrhæ, Genes. 14. versic. 14. *Quod cum audisset Abraham, captum videlicet Loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos, [illegible] & [illegible] Dan. Et diuisis sociis irruit super eos nocte, & percussit eos, [illegible] Hoba, quæ est ad læuam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, & Loth fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum.*

Captiuitas sine spe libertatis est miserrima. Cum ad hunc modum recuperatur libertas, & substantia, captiuitas fit occasio maioris lætitiæ; atque dissoluitur. At cum nulla superest spes recuperationis pristinæ conditionis, neque est, qui misereatur ac doleat, neque qui saltem verbo, quod est efferre [illegible], id precetur, & moneat, tunc acerbissima & miserrima fit seruitus: idque ob [illegible] succedenti exprimitur: *Facti sunt in rapinam, [illegible] eruat: in direptionem, nec est [illegible].* Radihil Rapinæ personarum, direptio bonorum est: illa capiuntur, ista redduntur. [illegible]

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

dicet: lege Augustinum in Psalm. 68. versic. 26. *Fiat habitatio eorum deserta*, &c.

Vers. 23. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura.

PRistinum ac inueteratum illius populi Israelitici morem coarguit, qui dura ceruice, & incircumcisis auribus Dei per Vates suos comminationes contemnebat, & irritas fore plerumque sibi imprudenter & impudenter blandiens arbitrabatur. Qua imprudentia, & impudentia pleni sunt libri Prophetarum. Regredimur ad cap. 28. versic. 10. Quæ incredulitas sæpe caussa fuit, vt Deus, qui, ne cogeretur afferre supplicium; ideo illud multo antè intentabat, acerbius populum ingratum, atque contumacem percelleret. Quod confirmant versus subsequentes, & cuncti. Dei minas, quoties peccatores resipiscere, & sibi consulere noluerunt, non euadere cassas, & irritas. 285. *Iudæi obsurdescunt monitis Vatum.*

Vers. 24. Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nonne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius.

QVamquam non apparebat operosum, aut difficile hoc quoque ad futurum [illegible] trahere, & de excidio Ierosolymitano per Romanos allato exponere, quod faciunt aliqui interpretes, Forerius, Adamus, Haymo, & alij: sed non minus commodè accipitur de captiuitate Assyriacâ decem Tribuum, quas duæ reliquæ Tribus suis ipsæ oculis acerbissime, & crudelissimè diripi, vastari, & in seruitutem trahi videant. 286.

Quo exemplo notissimo, & recenti conuincit, reliquos quoque Iudæos à Deo posse hostibus tradi diripiendos, & ita euenturum, si in suis ipsi sceleribus perseuerent.

Vnde sumimus, bella, vastitates, rapinas, captiuitates ob peccata plerumque succedere; & quia nos prius à peccatis vincimur, iccirco ab hostibus vinci: Quod alicubi docuit Hieronymus, nostris peccatis barbaris fortes fieri. Lege in Iudith capite quinto orationem Achioris apud Holophernem, cuius singularis fuit hæc peroratio, versic. 24. *Nunc ergo mi Domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.* 287. *Calamitates ex peccatis oriuntur.*

Verſ. 25. Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum, & combuſſit eum in circuitu, & non cognouit, & ſuccendit eum, & non intellexit.

188. Deum effudiſſe iodignationem furoris ſui, & forte bellum, eò pertinet, quòd decem tribus in exilium irreuocabile ſunt traductæ. Pœna enim, & calamitas cùm ad tempus aliquod etſi loogum infligitur, tolerabilior videtur; cùm verò eſt perpetua, frangit omnino animos, & in extremã deſperationem adducit.

189. Quòd verò combuſtio, & incendium nominatur, tametſi eſt veroſimile, cùm expugnata fuit Samaria triennali obſidione, 4. Reg. c.

A 17. verſic. 5. eſſe ædes aut agros incenſo[illegible] tamen vt vera ſit hæc oratio, i[illegible] neceſſe non eſt eueniſſe. nam ad ſtragem & vaſtation[illegible] bellicam ingentem exprimendam vulg[illegible] dicimus, omnia igne, ferróque fuiſſe vaſtata. [illegible]iſpanè, *lleuarlo todo a ſangre y a fuego.* Hæc Dei indignatio in Iſraelem, & eius afflictio iis verbis traditur 4. Reg. cap. 17. verſ. 18. *Iratus eſt Dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi tribus Iuda tantummodo.* & verſ. 20. *Proiecitque Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos; & tradidit eos in manu diripientium, donec proiiceret eos a facie ſuâ.* Quòd au-
B tem ſic fuerint afflicti, & attriti ab ipſo Deo, quia *noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius*, id multis & apertiſſimis verbis nominatim ſcribitur 4. Reg. cit. à verſu 7. quod facit ad clariorem intelligentiam iſtius orationis & narrationis.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMTERTIVM.

A
1 ET nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Iſrael: Noli timere: quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu.
2 Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.
3 Quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael ſaluator tuus, dedi propi-
B tiationem tuam Ægyptum, & Æthiopiam, & Saba pro te.
4 Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua:
5 Noli timere, quia ego tecum ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te.
6 Dicam Aquiloni; Da: & Auſtro:
C Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.
7 Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum.
8 Educ foras populum cæcum, & oculos habẽtem: ſurdum, & aures ei ſunt.
9 Omnes gentes congregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribus. quis in vo-
D bis annunciet iſtud, & quæ prima ſunt audire nos faciet? dent teſtes eorum, iuſtificentur, & audiant, & dicant: Verè.
10 Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſeruus meus, quem elegi: vt ſciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum, Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit.

11 Ego ſum, ego ſum Dominus & non eſt abſque me ſaluator.
12 Ego annunciaui, & ſaluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos teſtes mei, dicit Dominus, & ego Deus.
13 Et ab initio ego ipſe, & non eſt qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud.
14 Hæc dicit Dominus redemtor veſter, ſanctus Iſrael: Propter vos miſi in Babylonem, & detraxi vectes vniuerſos, & Chaldæos in nauibus ſuis gloriantes.
15 Ego Dominus ſanctus veſter, creans Iſrael, rex veſter.
16 Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus ſemitam.
17 Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robuſtum: ſimul obdormierunt, nec reſurgent: contriti ſunt quaſi linum, & extincti ſunt.
18 Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.
19 Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea: ponam in deſerto viam, & in inuio flumina.
20 Glorificabit me beſtia agri, dracones & ſtrutiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo electo meo.
21 Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit.
22 Non me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me Iſrael.
23 Non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti

casti

casti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.

24 Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

25 Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

26 Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris.

27 Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me.

28 Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.

Vers. 1. Et nunc hæc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Israel: noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo; meus es tu.

1. *Iacob & Israel quis sit.* PRincipio necesse fuerit deliberare, ac statuere, vter sit iste Iacob, & Israël, cui Deus tam liberaliter, & perhumanè suum fauorem, auxiliúmque pollicetur: & ad quod tempus pertineat hæc pollicitatio: nisi enim hæc duo probè ante cognoscantur, istius capitis argumentum & sententia cognosci non poterit.

2. *Rabbinorum opinio.* A Rabbinis, Hebraicísque Doctoribus si quis quid sentiant, vt in Senatu fieri consueuit, requirat, non est dubium, quæ sit eorum futura sententia, nempe, Deum hoc loco promittere liberationem & defensionem populi Iudaici ab hostibus suis carnalibus, & temporalibus. Ita eos sentire affirmât in eorum libris volutandis versati. E quibus vnus Arias Montanus ad vers. 19. *Ponam in deserto viam, & in inuio flumina*; ita commentatur. *Euangelij cursus, prosperitas, & secundi exitus his allegorijs, quas etiam poëta imitari, & vsurpare solent, significantur: ita tamen, vt non crassè, & in elementari terrarum, & aquarum naturâ, sed purè, & in spiritu, atque adeò in humana terra præstandum, id, quod promittitur, omne expectemus. Namque altera interpretatio Iudæorum, & Israelitarum secundum carnem censetur: qui omnia ad terrestrem felicitatem referunt: tametsi non omnes idem pariter sentiant.* — *Arias.* — *Euangelium prosperandum.*

3. At Iudæorum pleròsque ita existimare non videbitur mirum ei, qui scierit fuisse aliquos doctores Christianos cum Iudæis in ea expositione conformes: & in iis S. Thomam, & Hugonem, tametsi priorem alicubi in processu capitis refugientem. Sed iis Catholicis, & aliis Hebræi imposuerunt. Vnde de eorum iudicio non erit valde laborandum.

4. *Hieronymus explicatur.* Illud, isto eodem in genere, non exiguam mihi dubitationem attulit quod S. Hieron. primis verbis commentariorum huius capitis refert in hunc modum: *Hebræi de secundo Saluatoris aduentu hæc interpretantur quando post plenitudinem Gentium omnis saluandus sit Israel. Nos autem nequaquam putamus ad eos fieri repromissionem, quibus supra dictum est. Quis cæcus nisi puer meus.* Hæc ille. At quos ille Hebræos nominat? nam omnes, quos ipsi nouimus, neque secundum Saluatoris, & Messiæ concedunt Aduentum, imò, quia vnum ab altero non distinxerunt, sunt excæcati, vt affirmat Tertul. lib. 3. cōtra Marcio. c. 7. neque plenitudinem Gentium ad fidem & obedientiam Messiæ colligendam, neque multo minus Synagogæ repudium agnoscunt, quæ omnia suscipit istorum Hebræorum interpretatio. Quocirca necessariò dicendum est Hieronymum, præter loquendi morem, vocare Hebræos eos, qui e Iudaismo se transtulerant ad Euangelium, & Euangelicis, atque Apostolicis litteris edocti verè & orthodoxè de Christianæ religionis mysteriis sentiebant. Sed eos non bene interpretari hunc locum Isaiæ docet illic Hieronymus.

5. *Patres antiquiores Hebræis consonant.* A qua tamen interpretatione alios Catholicos doctores seculi prisci subodoror alienos non fuisse, quos generatim indicat Procopius, neminem nominans, vt solet, qui posteaquam ad vers. vsque 13. de Ecclesiâ Christi primitiuâ totum illum vaticinij tractum exposuisset, addidit: *Volunt porrò nonnulli Deum ipsum, qui pro sua bonitate, quos à se castigatos repulit, inuitare rursus, & præteritorum obliuisci soleat, temporis etiam alterius principium hic proponere, quale est illud: Hodie si vocem eius audieritis.* Et paucis aliis interpositis, *At quod commutationem tuam feci Ægyptum, aut: Gentes se in repudiatorum locum sibi adoptasse ostendit, quæ cum antea impiè vixerent, solus Israel sors Dei exstiterat. Nunc autem rerum ordo est immutatus, ex quo Redemptorem Iudæi occidere sunt ausi. At glorificabo te, inquit, honore postea prosequens. Vocabitur enim ille, postquam fuerint gentes ingressæ.* Ita Procopius, qui ad summam redegit longiorem Commentarium Cyrilli, vt habet in more. Ex quo intelligitur non solis Hebræis ad fidem conuersis insedisse hanc expositionem. — *Procopium* — *Procopius contrahit Cyrillum*

6. *Expositio communis de Ecclesia.* Ceterùm communis interpretum tam antiquiorum, quàm iuniorum opinio est, agi de Ecclesia Christi conflādâ promiscuè è Iudæis, & Gentilibus, atque adeò hoc pertinere ad priorem Saluatoris Aduentum: & hoc loco, Iacob & Israel, non propriè & carnaliter, sed metaphoricè, & spiritualiter accipi debere, vt citò videbitur. Ita Hieron. Haymo, Arias, Adamus, Dionysius, Osorius, Pintus, Sa, Vatablus, Lyra, vtraque glossa.

Præter interpretes Isaiæ, Tertul. lib. 4. in Marcio c. 9. & 13. & lib. 5. c. 5. Ambros. de Vocatione Gentium lib. 1. c. 3. Cyprian. de exhortatione Martyrij cap. 11. & epist. 73. & aduersùs Iudæos, lib. 1. num. 12.

7. Aliqui sunt arbitrati, sermonem esse de Iudæis ad Ecclesiam primitiuam aggregandis, quales fuerunt Apostoli, & illi, de quorum conuersione agitur in Actis Apostolicis. Id sequi visus est Procopius in priori expositione & Forerius. Sed multo vero similior est communis expositio, vt cùm ad singulos versus exponendos accessserim, elucebit. Etsi inficiandum non est, ex iis versibus aliquos separatim ad Iudæos, & aliquos ad Gentiles pertinere.

8. *Et nūc hæc dicit Dominus.*] Tametsi nōn est obscurū, sæpe vates sic exordiri sua vaticinia, vt c.

Particula nunc quid hoc loco.

Cyril.

sequenti: *Et nunc audi Iacob*; nihilominus visum est Cyrillo, & Procopio, particulam, *nunc*, non inanem esse mysterij: sed indicare, alicuius ordinis rerum instare principium. Cyrilli verba malo quam mea subscribere: *Et nunc perinde esse dicimus vt illud in libro Psalmorum dictum: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione. Quemadmodum enim illic hodie principium definit temporum aliorum, sic & hic, nunc, argumentum habet obliuionis eorum, quæ iam sunt commemorata, & ad principium via, ac rerum aliarum a Deo futurarum adducit.* Itaque existimat Cyrillus, *nunc*, particulam esse respectiuam temporis; ac si diceres: Et si Deus aliàs alia dixerit, *nunc* tamen hæc dicit. ex quo recte colligitur, hæc ab alijs esse distincta. Vnde existit probabilior eorum sententia, qui tradunt hoc non de temporalibus rerum euentis populi Iudaici, vt suprà, sed de spiritualibus Euangelicæ Ecclesiæ tractari.

9. *Hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel.*] Porrò posset videri Vates sicut pro eodem supponit Iacob & Israelem, sic etiam participia, creans, & formans eodem significatu adhibuisse. Nam Synonymia seu repetitio eiusdem sententiæ varijs vocibus familiaris est etiam S. Scripturæ, quod multis exemplis collatis ostendit Augustinus ad Psalm. 71. versic. 2. At licèt hoc sæpe fieri sit verum, sed non vbique: quare ex adiunctis dispici oportet, an eadem, an diuersa sit significatio.

10. *Creans & formans distinguuntur.*

In præsens, & quia in omni sermone Hebræo, Græco, Latino diuersa sunt verba, & vt talia ab interpretibus plerisque accipiuntur, lector, me perlubente, illud sequetur, vt aliud sit, *creans te*, & aliud, *formans te*. Quæ tamen alia est apud alios differentia.

11. S. Thom.

Subtilior est illa S. Thomæ, *creans*, quoad materiam, *formans*, quoad formam. Etsi huc Vates aspiceret, præstaret creationem ascriberæ formæ & animæ rationali, quæ verè & propriè creatur, quia e nihilo fit: & formationem materiæ & corpori, quod fingitur, & efformatur, nam Hebraicè & Græce, est fingere. quo eodem verbo Hebraico יָצַר iatsar, vsus est Moyses Genes. 2. vers. 7. ad explicandam effectionem, & effictionem corporis primi hominis: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* Vnde cùm ait: *Formauit Deus hominem de limo terræ*, solum corpus inanime intelligit: Sic Procopius prius quod est apud L X X. *faciens* referri ad animam, & posterius, *formans*, ad corpus. Sed ego non crediderim eam distinctionem corporis & animæ ab Isaiâ spectatam. Neque quam affert Dionysius: vt *creans* sit quoad naturam, & *formans* quoad gratiam. nam hîc non inducitur persona aliqua singularis, sed tota quædam communitas, & congregatio, imò, vt posuimus, & postea confirmabimus, Ecclesia cogenda, è Iudæis & Gentilibus, cuius non omnia membra formanda erant per gratiam. Vide August. Psal. 77. versic. 1. atque adeò non æqualiter applicaretur vtrumque verbum *creans*, & *formans*, cùm prius conueniret omnibus & singulis fidelibus, posterius non item.

12. Vnde ea debebit esse notio, quæ ad statum communiter totius populi dimanet. Hugoni qui Deum cum Iudaico populo loqui existimat, sicut variè interpretari, vt creans, sit propria creatio, & productio vel liberatio e seruitute Ægyptiacâ; & formatio, sit amplificatio illius populi, & quasi reip. institutio. A qua interpretatione Forerius non longè abest: qui etiam iudicat Iacob propriè esse Iudæos: sed ad Euangelium accessuros.

13. *Creans in Scriptura rarò ponitur pro effectio ex nihilo.*

Ego, participium, *creans* nunquam ita præcise & subtiliter acceperim, ac accipiunt Theologi, videlicet, cùm res è nihilo producitur. quam notionem vix agnosco in litteris sacris: sed pro primâ rei effectione, & institutione, quantumuis è subiecta materia efficiatur: & ita intelligo, vbi primùm hoc verbum בָּרָא barà. legitur, Genes. 1. versic. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram.* nam aut nomine cæli, & terræ reliqua illis sex diebus condita comprehenduntur, vt ostendi suprà capit. 1. versic. 2. aut si sola hæc duo corpora; certè cælum non fuisse factum e nihilo, iam inter Theologos constare video: vnde istic *creare*, non excludit suppositam materiam, sed totius rei primam, & quasi rudem institutionem exprimit. At quia communi quodam iudicio, & sensu, cùm dicimus, *creare* (vnde nos Hispani, *criar*) concipimus, rem è paruo principio, & parum idoneo subiecto oriri, & adolescere, suspicor quasi per trāsennam respici illius Hebraici populi exordium, & natales, qui ortus est ex Abrahamo, & Sara parentibus sterilibus, infœcundis, effœtis: è quibus, spectato naturæ cursu, proles oriri & generari non poterat. Quod apertè traditur Genes. 18. versic. 10. & apertiùs exponit Apostolus Hebr. 11. vers. 11. *Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eum, qui repromiserat. Propter quod & ab vno orti sunt, (& hoc emortuo) tanquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.*

Cælum non propriè fuit creatum.

Populus Hebraicus paruo principio adoleuit.

14. *Creans ser. vad quo sensu dicatur.*

Ergo, *creans te*, referri possit ad primam istam procreationem, quæ fuit quasi ex nihilo, quia ex emortuo Abrahamo, *& emortuâ vuluâ Saræ*, Rom. 4. v. 19. & *formans te*, ad multiplicationem, & amplitudinem, cùm leges, & perfectæ cuiusdam Reip. formam, ad disciplinam etiam diuinitus accepit. Cui declarationi nihil obest, quòd nos sentiamus, hoc loco Iacob, & Israelem non sumi propriè & carnaliter, sed spiritualiter: nam Abraham fuit *Pater multarum Gentium*, hoc est, omnium fidelium, qui eius fidem erant imitatori, vt postea dicetur, vnde Iacob & Israel iste spiritualis habuit idem exordium, eosdémque parentes, atque ille carnalis: licèt ab his parentibus non eodem modo vterque sit propagatus.

15. *Populus Christianus ab principio exiguo.*

Quinimmò, fortassis, carnalis Israel è parentibus infœcundis, & emortuis processit: vt iam ab eo tempore, eo successu præsignificaretur spiritualis Israel, id est, populus Christianus qui è gentilismo ferè erat efformandus, & dolandus, è quàm inepto naturaliter principio esset nasciturus, vt cùm Deus per suos Vates præstaret, è Gentilitate sterili tāquam è vuluâ emortuâ processuram esse prolem innumerabilem, & florentissimā: nemo de euētu diffideret qui meminisset, ex infœcunda, & emortuâ vuluâ Saræ nationē fuisse exortam, quæ numero exæquaret stellas cæli, imò, & splēdore, & multitudine

arenas

arenas littoris maris. Vnde aptè cadit in sobolem Christianam; *hoc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Israel*. quæ è tam inidoneo, vili, rudique principio fuit elaborata, & ad excellentem quandam formam adducta: vt dici possit è nihilo procreata. Sic enim apud Latinos dicuntur creari Reges, & magistratus, quia si consideretur locus & ordo e quo ad illud dignitatis fastigium euecti sunt, quasi è nihilo producti videri possint.

16. Quo, absquodubio, intuitu D. Paulus sæpe vtitur nomine *creatura*, & *creationis*, cum de Christi sobole disputat. Galat. 6. versic. 15. *In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura*, & 2. Corinth. 5. vers. 17. *Si qua in Christo noua creatura, vetera transierunt*. & Ephes. 4. vers. 24. *Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.*

17. Quibus ex locis, ne quid aliud nunc extra tempus arripiam, illud duntaxat, in tempore, adnoto: Paulum, cum *creatura*, & *creatione* nouitatem vbique coniungere: vt creatio illa Paulina sit quædam rei veteris innouatio, rem quasi de nouo fieri: vnde Ephes. loco citato, præcedit: *Deponere vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris.* Itaque apud Paulum, *creari*, est ex homine veteri nouum in Christo fieri.

Creare, & creatura in Paulo quid.

Ephes. 4. v. 22.

18. Quod cùm ita sit, & præterea certum; Paulum esse veteris Testamenti fidelissimum & optimum interpretem, quis ausit damnare audaciæ eum, qui apud Vatem nostrum; hoc, *creans te, & formans te*, ad illam Pauli creationem & innouationem aduocet, quòd Deus spondeat, è vetere Iacob, & Israële se nouum alium esse creaturum: se illi nouam formam impositurum, se ex illo, vti è rudi materia lutoque vili supposito, instar figuli, vas quoddam egregium effecturum: vel pristino vasi ac instrumento se veterem formam deformem ablaturum, & dum vas, quod præ vetustate corrumpebatur, refringit, nouam & pulcherrimam speciem, ac formam allaturum, à se vetus Testamentum præ vetustate fatiscens ac deficiens fore instaurandum, innouandúmque. August. Psal. 79. vers. 16. exponens illud: *Perfice eam, quam plantauit dextera tua*; cùm docuisset & verè, eam vineam esse Synagogam, addit: *Non aliam institues, sed hanc perfice. ipsum est enim semen Abraham, in quo benedicuntur omnes gentes, ibi est radix, ibi portatur oleaster insertus.* quod minus nouum istius loci glossema videbitur ei, qui animaduerterit apud Paulum 2. Corinth. 5. vers. 17. citatum: *Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt*; confestim addere: *Ecce facta sunt omnia noua.* quod postremum sumsit ex versic. 19. præsentis capitis, vt illic patebit, & hæc nostra cogitatio magis firmabitur.

19. Quòd si, quemadmodum verbum *creans* significatione diuiditur à verbo *formans*; ita necesse sit, Iacob ab Israele diuidi, placebat illa Ariæ Montani diuisio, ab eo non vno, aut altero loco repetita: vt Iacob nobis repræsentet statum humilem, abiectum, inopem, destitutum: Israel verò statum fortunatum, prosperum, rebus omnibus instructum & florentem.

Nam Iacob è patria discessit profugus fratris Esau odia metuens, inops rerum omnium, & consilij, incertus futurorum, adeò vt Deo votum vouerit eiusmodi verbis conceptum: Genes. 28. vers. 20. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersúsque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.*

Iacob ab Israele qui differat.

20. En tibi Iacob, adeò indigens, vt pane cibario, & vestitu vulgari futurus sit contentus; attende nunc qualis sit idem, cùm meruit dici Israel, hoc est, Deo præualens, Genes. 32. versic. 9. *Domine, qui dixisti mihi* (oratio est eius) *reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior.* Aug. Psal. 83. versic. 9. *Quia & ipsum Iacob fecisti, & de Iacob Israel.* Verbum igitur, *creans*, quod nihilum supponit, rectè cùm Iacob construitur: *creans te Iacob*, & verbum, *formans*, quod omnem formam, speciem, dignitatem & perfectionem adducit, cum Israele ritè componitur, *& formans te Israel.* Vnde Iacob typus fuit populi Gentilis antequam se Deo deuouerat: & Israel typus eiusdem, postquam Deo fuit deuotus, & ab eodem mirificè amplificatus.

Iacob, & Israel typus est populi Gentilis pro vario statu.

Israelem verò esse duplicem, alterum secundùm naturalem carnis propagationem, alterum secundùm spiritus, & fidei imitationem, ac similitudinem, & ex litteris diuinis accipitur, & passim à doctoribus Ecclesiasticis ob- 21.
seruatur. Consule Euseb. lib. 7. Demonst. cap. 4. lib. 10. cap. 8. Lactant. Instit. lib. 4. cap. 20. August. 18. ciuit. cap. 28. ita: *Quia ipse quoque populus Gentium spiritualiter est in filiis Abrahæ, ac per hoc rectè dicitur Israel, propterea sequitur, & dicit: Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel in idipsum, & ponent sibimet principatum vnum.*

Suprà c. 41. num. 117.

Israel duplex.

Aug. Ps. 84. v. 2.

Ose. 1. v. 11.

Quam distinctionem filiorum Abrahæ, vt alij sint ex eius sanguine propagati, alij eius fidem imitari, primùm ipse Dominus noster Iesus Christus nobis aperuit, ac tradidit. Nam cùm Iudæi apud eum iactabundi dicerent: *Semen Abrahæ sumus*; & *Pater noster Abraham est*; *dixit eis Iesus: si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Tanquam doceret, apud se, eum pro filio Abrahæ futurum, qui Abrahæ similis esset, non natalibus, sed moribus: atque adeò, illos Abrahamitas, qui tantopere à parente suo vitæ genere degenerassent, inter filios Abrahæ, & inter veros Israelitas, & legitimos Iacobitas numerandos non esse: & ex aduerso, quicumque Abrahæ ingenium, studium, morésque rectè credendo, ac bene agendo repræsentarent, & exprimerent, apud Deum pro legitimis filiis Abrahæ, & eius prole generosâ fore agnoscendos. Vnde cùm ipse Dominus
In vrbe Iericho à Zachæo homine Gentili, & 22.
principe publicanorum, eo, quem Lucas narrat, modo, & animo tam sincero, ac liberali fuisset domi receptus, & quam professus est in posterum melioris vitæ mutationem audisset; illicò pronunciauit: *Hodie salus domui huic facta est: eo, quòd & ipse filius sit Abrahæ.* vbi dictio, *&*, obtinet vim multam: *Eo quòd & ipse.* Aug. Psal. 75. versic. 6. *vt noueritis quia & nos imi-*

Ioan. 8. v. 33. 39.

Abrahæ filij qui.

Luc. 19. v. 9.

tandefidem, filij Abrahæ sumus: Iudæi autem qui de carne superbiunt, à fide degenerauerunt. Beda lib. 3. cap. 77. *Filius autem Abrahæ Zachæus dicitur; non quia de eius stirpe generatus, sed, quia eius est fidem imitatus: vt sicut ille terram, domumque paternum deseruit: ita iste bona sua partienda pauperibus relinqueret. Pulchrè autem dicit, & ipse: vt non solùm eos, qui iustè vixerant, sed & eos, qui ab iniustitia resipiscunt, ad filios promissionis pertinere declaret. Aliter: Salus, quæ olim Iudæorum domum implebat, hodie populo nationum illuxit, eo, quod & ipse populus filius sit Abrahæ, credendo in eum, de quo dicit Apostolus: si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis.* Hæc Beda, qui ex Paulo ad Galat. cap. 3. vers. 29. confirmat esse etiam Israelem, qui non sit ex Abrahamo, carnali generatione productus, quod alibi sæpe docet Apostolus maximè Rom. 9. v. 6. vnde Galat. 6. vers. 15. totam illam epistolam, quæ iactantiam carnalium Israelitarum & arrogantiam Galat. 6. v. 15. deprimit, ita finit: *In Christo Iesu autem neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.*

23. Quocirca *Israel Dei*, ac proinde verus, legitimusque Israel, non est qui ab Abrahamo, & à Iacob filio semen traxerit, sed qui in Christo Iesu fuerit *noua creatura*, ab ipso spiritaliter genitus, eius sanguine creatus, formatúsque, Ioan. 1. v. 13. *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo* natus sit. Videndus omnino Aug. ad Psal. 75. v. 1. in Præfat.

24. *Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu.*] Animos facit Ecclesiæ suæ Dominus, & ab eà pellit omnem timorem, quam præsciebat subituram esse plurimas, & sæuissimas tempestates, acerrimas, & acerbissimas ab hostibus persecutiones. Vnde non satis iudicauit Dominus, semel, aut iterum monere, ne timeat, vti suprà cap. 41. versic. 10. *Ne timeas, quia ego tecum sum*; & versicul. 14. *Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel.* quos versus non fuerit inutile recognoscere. Neque suo in Ecclesiam animo, & affectui visus est Deus satisfacere, si præcisè moneret, ne timeret, nisi etiam, quamobrem non sit timendum, adijceret.

25. Ratio verò vna hæc: *Quia redemi te.* Qui autores carnalem solummodo Israelem admittunt, hanc redemtionem carnaliter & temporaliter etiam exponunt: cum fuit scil. ab Ægyptio seruitio liberatus. At nos cum illis multis & magnis autoribus num. 6. recensitis, spiritalibus spiritualia comparantes, de Redemtio ex Ægypto, typus. redemtione verà, propriâ, & generali totius generis humani interpretabamur. ita tamen, vt indirectè, & quasi ex occursu, illa particularis redemtio respiciatur, quippe quæ fuerit istius alterius quædam veluti prolusio, & præformatio.

Itaque redemi te, pro futuro est, ritu prophetali, acsi ita loqueretur: Ego redimam te verè, & omnino, & liberabo te è seruitute intolerabili Diaboli, ac in veram libertatem asseram, ego qui olim redemi Israelem & exemi è miserabili seruitio Pharaonis, & ad terram Promissionis adduxi, quasi in eà redemtione, ac liberatione proludens, & toti hominum ordini veram libertatem prædicens.

26. Ergo *noli timere*, quem ego sic redemi, *quia ego*, ego ipse per me ipsum *redemi te*. Si enim ille Israel tui typus, quem per Moysem famulum meum redemi & per mare rubrum traduxi, hostibus eius ibidem demersis, hoc potuit habere pro pignore certissimo ad expectandum in posterum meum auxilium, & ponendum in quouis periculo timorem. quid tu e spectare possis, quem egomet ipse liberaui, & meo preciosissimo sanguine, non alio precio corruptibili, emi, quem per hoc mare rubrum transuexi, & cuius hostes insequentes eodem mari submersi. *Noli timere*, ne me tui capiat obliuio, qui mihi fuisti adeò carus, qui tam caro mihi precio constitisti.

27. Procop. Procopius sic: *Ego inquam, qui tua causâ sanguinem meum, effundens redemi te peculiumque mihi exsistere volui. His ergo per me dignus habitus, perge quo iuberis iter facere proficisci, Euangelium prædicans: quòd si insurgant nonnulli, confide nihil quicquam veritus.* Ratio pellendo timori, & augendo animo in eo posita est, quòd sit solemne & naturale, quæ magno nobis constant, ea quàm diligentissimè tueri, & custodire. At verò quantum fuerit, & quale pretium, quo Deus hominem per peccatum venundatum redemit, & perditum denuò acquisiuit, quis possit non dicam explicare dicendo, sed cogitando concipere? Certè principes Apostolorum Petrus & Paulus quasi professi, rem esse dictu impossibilem, alter satis habuit dicere: *Scientes, quòd non corruptibilibus auro, vel argento redemti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati.* 1. Petr. 1. 18.

28. Alter: *Emti estis precio magno.* & alibi Hebr. 9. versic. 12. *Neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit in Sancta, æterna redemtione inuentâ.* 1. Cor. 6. v. 20. Itaque cùm oratio nulla, aut cogitatio valeat assequi magnitudinem precij præstat solùm dicere, fuisse magnum, aut fuisse sanguinẽ Iesu Christi, quò etiam aspexit Ioannes scribens in sua Apocal. c. 1. v. 5. *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Imò & ipsemet Christus visus est vti hoc loquendi modo cùm dixit Ioan. 3. vers. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

29. Qui igitur Deus adeò dignatus est hominem vt pro eo recuperando, ac redimendo non fuerit dedignatus homo fieri, & factus homo suum sanguinem effundere, & pro precio redemtionis exsoluere, quomodo tuebitur, atque defendet, ab omnique periculo eximet, nisi ipsemet homo resistat, & per summam impietatem ac stultitiam nolit liberari? Efficax ergo ex se est ratio ad spem ingenerandam: *Noli timere, quia redemi te.* Dauid 2. Reg. cap. 7. vers. 23. ita cum Deo: *Quæ est autem vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia super terram à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, gentem, & Deum eius.* Quòd si tam fuit gloriosa Israeli ista redemtio, quæ fuerit gloria toti generi humano ex vera redemtione.

30. *Et vocaui te nomine tuo.*] Diuersè licebit hoc interpretari. Haymo, Osorius, Pintus, & è nostris Sa,

ſtris Sa & Sanctius, bla[illegible]dimentum quoddam, e[illegible] ſoct[illegible] c[illegible]noſ[illegible]nt: quos enim b[illegible]u[illegible] appe[illegible]are, [illegible]os proprio vocam[illegible] n[illegible] apud Latinos: *Mi Cicero, mi Brute.* Cu[illegible]us enim nomen vſurpamus, eum o[illegible]t[illegible]d[illegible]s, nobis eſſe notum, & carum. vt e[illegible] a[illegible] quem odimus, eius vitamus nome[illegible] & ſi neceſſe fuerit nominare, nomen quærimu[illegible] vel commune; vel alienum. Hoc [illegible]o Saul Dauidem ſibi odioſum, filium I[illegible] nominabat.

Nominis proprij vſurpatio est amantis.

31. Verum, hoc licèt ita ſit, ſuſpicor ipſe nihilominus, peculiarem eſſe locutionem S. Scripturæ, aliquem à Deo *vocari nomine ſuo*, ſiue *ex nomine*, & hoc loquendi genere aliquid ſpeciatim indicari. Nam Exod. 31. verſ. [illegible] ita legimus: *Ecce vocaui ex nomine Beſeleel, filium Vri, filij Hur, de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere.* [illegible]t cap. 35. verſ. 30. cùm Moyſes hanc Beſeleelis electionem refert, eodem modo loquitur: *Ecce vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri, filij Hur de tribu Iuda: impleuitque eum ſpiritu Dei, ſapientia*, &c. Quo loco priori Gloſſa interlinealis, Caietanus, Lippomanus, Abul. Oleaſter exponunt, *vocari ex nomine*, ſiue nomine, eligi, & aliis præponi. additque Oleaſter; *quemadmodum noſſe ex nomine, eſt cæteris familiarius agnoſcere.* Quod Oleaſtri diſcrimen ſi verum ſit, hoc loco, non tam dilectio, & beneuolentia, quàm electio demonſtrabitur.

Exod. 35. v. 30.

Vocari ex nomine, i. eligi.

32. Quòd verò, *noſſe ex nomine*, ſit amoris indicium apud S. Scripturam, de cuius nunc ſermone diſſerimus, facillimè accipitur ex eodem libro Exodi cap. 33. verſ. 12. vbi ſic Moyſes cum Deo argumentatur: *Præcipis vt educam populum iſtum; & non indicas mihi quem miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me.* Cui Deus reſpondit: *Et verbum iſtud faciam, inueniſti enim gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine.* Quocirca cùm Deus omnes homines nouerit ex nomine, certum eſt, aliquid ſingulariter eâ locutione prod[illegible] [illegible]umque adiungatur vtrobique Moyſem inue[illegible] g[illegible]tiam apud Deum, probe interpretes inde [illegible] [illegible]unt, noſci à Deo *ex nomine*, eſſe, à Deo ad in[illegible]mam quamdam familiaritatem admitti. Quod Abulenſis quæſt. 15. apto quodam ſimili declarat.

Compellare nomine proprio, indicium beneuolentiæ & familiaritatis.

33. Princeps aliquis multis prouinciis ac populis imperans, ſingulorum ſuorum ſubditorum nomina non nouit, ac proinde eos nominatim non appellat; ſed communiter, ſi quid ſit, coràm præcipiendum, iubet populum conuenire. At verò regni Proceres ſuo quique nomine ad[illegible] no[illegible] nuit & quibus etiam ex iis, Rex vtitur familiarius, eos proprio nomine, & quod illi ſit v[illegible], & conſuetudine cognitum, & ad argumentum gratiæ, & familiaritatis, ſolitus eſt compellare.

Ad hunc propè modum & morem, tametſi Deus intimè nouit, non modò ex facie, & ex nomine quemque hominum, ad ſignificandam tam[illegible] [illegible]n diximus beneuolentiam, & caritatem, aliquos dicitur ſuo vocare nomine. fauent L X X. qui vtroque verſu reddunt: *Noui te ſuper omnes*, ſiue vt habet Aug. Pſalm. 118. concio. 31. *præ omnibus.*

34. Cúmque in Deo caritas & dilectio ab electione non ſit ſeparabilis, nam quos eligit, diligit, & quos diligit, eligit. Nihil enim in nobis poteſt antecedere, quo Dei voluntas inclinetur ad electionem & vocationem; vnde prima electio & propoſitum ſiue beandi, ſiue trahendi ad fidem & gratiam, quæ eſt via ad beatitudinem, non poſſunt non eſſe gratuita, ac proinde ex beneuolentia, & dilectione profecta. Atque adeò in hoc genere, electio, & dilectio Dei diſſociari nequeunt. Quare *vocari ex nomine*, & *noſci ex nomine* pro vno ferè, & eodem ſumi debebunt.

35. Nam ſi de eligendo ac deſtinando homine ad aliquod munus externum agatur, vt fuit illud opificium templi, ad quod electus fuit Beſeleel, fieri poteſt, vt Deus eligat, & tamen non diligat, dilectione, inquam, ſupernaturali: nam illa dici poteſt dilectio ordinis naturalis, quâ Deus contulit ſcientiam ſingularem ad fabricandum templum. Ergo cùm ait Deus: *Quia redemi te, & vocaui te nomine tuo*; dilectionem & electionem poteſt vindicare: etſi ſermo eſſet de ſolis prædeſtinatis, electionem ad gloriam. Sed quia exiſtimo, agi cum fidelibus vniuersè, aptiùs intelligemus, electionem & vocationem ad fidem, & ad Eccleſiam; cum quo hæret: *Meus es tu. Meus*, quia te meo ſanguine emi, & *redemi: meus*; meo charactere, in Baptiſmo, inſignitus, meliori & nobiliori modo, quàm olim in Circumciſione, illo ſeruili ſtigmate notatus atque diſtinctus à præputio. *Meus es tu*, non tam ſeruus, quàm filius: nam ſeruus non vocatur à Domino, ex nomine proprio, filius verò à parente, & nomine proprio, & blandè admodum appellatur. *Meus*, mihi cariſſimus, à me præ aliis multis electus, non enim feci taliter omni nationi, & iudicia mea non manifeſtaui eis. *Meus es tu*, Hebr. *Mihi es tu*: vti populus peculiaris, vti meum peculium. Vide ſuprà cap. 41 num. 113.

36. Nam etſi omnes populi, omnes homines ſunt Dei, Pſal. 23. verſ. 1. *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo*: non tamen eſt dubium, quin ſpeciali nomine, ac titulo dicantur eſſe Dei illi homines, à quibus verè cognoſcitur, & religioſè colitur. Quamobrem cùm olim erat duntaxat *notus in Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius.* Deus Iſraelem vocabat abſolutè populum ſuum Exod. 5. verſ. 1. cùm primùm per Moyſem miſit mandata Pharaoni: *Dimitte populum meũ, vt ſacrificet mihi in deſerto.* Et Deuter. 32. verſ. 8. apertiùs traditur hoc diſcrimen, & priuilegium: *quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam: conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius.*

37. Ceterùm etiam tum intellectum fuit, & ſi non à pleriſque Hebræorum, à multis tamen & nobilibus viris, nempe à Patriarchis & vatibus, futurum aliquando alium nouum populum, cui ille vetus iſtam Dei nomenclaturam & prærogatiuam cederet. Oſe. 1. verſ. 9. *Et dixit: Voca nomen eius*: (ſcil. filij Oſeæ) *non populus meus, quia vos non populus meus, & ego non ero veſter. Et erit numerus filiorum Iſrael, quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur. Et erit in loco, vbi dicetur eis; non populus meus: dicetur eis, filij Dei viuentis.* Et cap. 2. verſ. 14. *Et dicam non populo meo: Populus meus es tu; & ipſe dicet:*

dicet: Deus meus es tu. Quæ etsi planum est debere intelligi de populo Gentili substituendo pro Iudaico, quominus tamen de eo dubitare liceat, facit interpretatio Pauli ad Rom. 9. versic. 24. & Petri 1. epist. cap. 2. vers. 10. Qui posterior sic alloquitur Christianos: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non misericordiam consecuti, nunc autem misericordiam consecuti.* Rectè, inter alia, dicitur, *Populus acquisitionis*, quem Deus acquisiuit sanguine suo; in Isaia: *Redemi te*; apud Petrum: *Genus electum*; hic: *Vocaui te nomine tuo*; quod ad electionem spectare suprà num. 81. constabat. Officium quod Petrus imponit huic populo, aiens: *ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum*, quàm cumulatè præstiterit, quàmque sit idem quod Isaias hoc eodem capite prædicit vers. 21. *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit*, istic lector intelliget.

Isaia Petrus consonat.

Populus acquisitionis.

38. Sed tùm maximè obseruanda est in loco D. Petri illa particula, *autem*, *Vos autem*, quæ plurimum habet ponderis; dixerat enim vers. 7. *Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobauerunt, hic factus est in caput anguli; & lapis offensionis, & petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.*

Particula autem emphatica.

Quibus verbis continetur repudiatio Synagogæ, id est, Iudaici populi abdicatio propter eius ingratitudinem & perfidiam, post quæ verba confestim subiiciuntur illa: *Vos autem genus electum*, &c. *Populus acquisitionis*: id est; Deus Iudæos reprobauit, vos autem elegit: Deus populum illum passus est sibi perire, eum amisit, & dimisit: vos autem illius loco acquisiuit: atque adeò patienter tulit iacturam: cùm vos sitis *regale sacerdotium, gens sancta*: annunciantes *virtutes eius, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum.*

Synagoga repudium, & Gentilitatis coniugium.

39. Quorum neutrum vel umbratile vix habuit ille alter populus. nam & idolorum abominabili cultu se contaminauit multoties & Dei virtutes & prodigia patrata in exitu suo de Ægypto, obliuione consepeliuit.

Synagoga infidelis, & ingrata.

Expende bene lector, Psalmum 77. qui totus est de hac ingratissima diuinorum facinorum, & beneficiorum obliuione. vnde vers. 42. *Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.*

40. Vnde cùm tam esset ille populus diuinorum beneficiorum, ac prodigiorum obliuiosus, & ingratus, creari & formari oportuit alium, qui pro viribus, proque dignitate annunciaret virtutes eius, qui se de ergastulis ac tenebris Ægyptiacis eruisset, & reduxisset in libertatem filiorum Dei & in admirabile lumen suum. Quod in præsentia, eleganti & discreta oratione prædicitur: *Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu.* Hebr. ut admonui, *Mi tu*, quæ duo vocabula breuissima si [illegible] ad eorum intimam significationem penetrare, satis [illegible] cerens. oculis [illegible], quibus [illegible] se videre concedi[illegible]tur, [illegible] subindicari his duobus [illegible] illud Synagogæ repudium & [illegible] Christianæ coniugium; tanquam [illegible] Ex sponsa antiqua non fuit mihi habil[illegible] idonea tanto connubio, ista virgo nobilior, fidelior, atque pudicior [illegible] renda: quia illa fuit infidelis & [illegible] quæ *fornicata est cum amatoribus* [illegible] ta apta ingenio moribus [illegible] atque conueniens: *Tu mihi* & ego tibi *Par* [illegible] *sumus.* Nihil enim æque in coniugio [illegible] dum, ac requirendum, quam ingeniorum moribusque affinitas, & conuenientia.

Huc spectare videtur illud Cantic. vers. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Bernardus serm. 67. sic hoc loco philosophatur: *Vox plus? Pendet oratio, imò non pendet, sed defectu suspenditur auditor, nec eruditur, sed [illegible]. Quid est hoc quod dicit: Ille mihi, & ego illi? Nescimus quid loquitur, quia nescimus quod sentit. O sancta anima, quid tuus ille tibi, quid tu illi? Quanam quasi hæc inter vos tam familiariter, fauorabiliterque discurrens exhibitio, & redhibitio?* Cumque S. Bernardus [illegible] de more peruagatus, inquiens quiddam sit interponendum, quo illæ voces dissolutæ cohæreant, demum statuit, saluo sponsæ iudicio & secreto, sic posse impleri; *Dilectus meus intendit mihi, & ego illi.* quod supplementum credit Bernardus astrui ex Psalm. trigesimo nono, *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* 41.

Bern.

Ceterùm cùm constet, sponsam loqui de sponso suo: facilis est coniectura, quemadmodum sit absoluenda oratio, quæ videri possit esse imperfecta. nam solum deest nexus verbi substantiui, *est*: *Dilectus meus est mihi, & ego sum illi.* Neque enim sponsus potest esse alij, quam sponsæ, neque sponsa alij quàm sponso. Et prætereà hoc emphatico dicendi genere, significatur mira quædam ingeniorum, animorùmque consensio, quod subindicatur sequenti membro orationis: *qui pascitur inter lilia.* id est, qui candore pudicitiæ & castitatis mirifice oblectatur. ac si velit sponsa, hoc est, Ecclesia Christi dicere: Ideo ego illi sum nubilis, idonea, & grata, quòd sim virgo, pudica, & fidelis, & nullius idololatriæ fornicatione corrupta; non vt illa antiqua Synagoga, passim in omni colle, sub omni arbore, idolis tanquam amatoribus prostituta meretrix. atque ita nequibat esse habilis ei, *qui pascitur inter lilia.* qui exigit ab sponsa fidei puritatem, & sinceritatem. 42.

Christus delectatur valde castitate.

Vnde Paulus 2. Corinth. 11. versiculo secundo nitens Corinthios in fide suscepta custodire, & præmunire aduersùs errores & fallacias pseudo-Apostolorum, id præmisit: *Æmulor vos Dei æmulatione: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Cum autem pro fide castitas, & pro infidelitate fornicatio sufficiatur in litteris sacris, alias fuit declaratum. Itaque cùm Deus apud Vatem nostrum dicit: *Tu mihi*, intelligi debet: Tu es, quæ mihi satisfacis, quæ votum meum exples; cuius nuptias iamdiu expetiui; nam illi 43.

2. Cor. 11. v. 2.

illa alia non fuit sponsa primaria, sed quasi vicaria, cum tu dolesceres, & succederes. Te mihi iunxi connubio stabili, de repudio nunquam cogitaturus: iam nullam aliam sponsam desidero.

44. *Nomenis impositio undecunque petenda.* *Vocaui te nomine tuo.*] Alia est expositio huius vocationis: id est, Tuum tibi ego nomen imposui, quod adhuc variè possumus interpretari. vel ad subiectionis argumentum, & indicium: nam parentes idcirco ex officio liberis suis nomen imponunt, & Domini seruis. quo cum sensu valde consentit particula succedens, *Meus es tu*: vt sit quasi consecutio ex illo antecedenti, *Vocaui te nomine tuo*: & vtrumque trahitur ex illo altero priori membro, *Hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel*. vnde vt creator, formatórque, ac proinde vt parens tibi nomen indidi vt filio, *Redemi te*: atque adeò, vt Dominus tibi nomen potui afferre: seruus enim, quicquid est, domini sui est: *Meus es tu*. Ea de causa Dominus adduxit ad Adamum cuncta animalia, Genes. secundo versiculo decimonono, *vt videret quid vocaret ea*: vt vel ex hac nominum assignatione constaret, Adamo fore subdita quorum animalium quasi possessionem inibat, cùm vnicuique nomen proprium attribuebat. Demum, cùm impositio nominum idonea proueniat è cognitione perfecta rerum, cùm aliquis, aut aliquid à Deo vocari ex nomine suo traditur, eius notitia absoluta & germana Deo conceditur. Velim, lector redeas ad caput quadragesimum versiculo vigesimosexto, *omnes ex nomine vocat*; numer. margin. 500. Quæ postrema explicatio etiam congruit præcedentibus. *Creans te Iacob, & formans te Israel.* Quis enim melius, imò quis æquè bene nouerit aliquam, ac eius creator, fictórque, vel conuenit cum sequenti particula. *Meus es tu*; id est, probè noui te, quippe meum.

Suprà c. 40. num. 500.

Ad nomen imponendum opus est notitia.

Genes. 32. v. 28. Prætereo vt parum aptam Hugonis expositionem de nomine Israel, quod Angelus in luctu Iacobo indidit.

Vers. 2. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.

45. Bina hoc loco est difficultas: altera, propriè ne, an translatitiè, flumina, & ignis accipi debeant: altera an ad tempus elapsum, an verò ad venturum hæc oratio sit accommodanda.

Quo ad prius, quia LXX. vertunt, *flumina non concludent te*: ob eam rem sibi in animum induxit Leo Castrius prædici, fore, vt flumina non remorentur cursum, neque impediant viam Apostolicæ prædicationis. Sed is autor tandem relabitur ad translationem Latinam, cùm ait, *per medios ignes, per medias aquas aperiam vobis viam, id est, per omnia aduersantia.* Dionysius sentit, posse exponi propriè de Martyribus, qui ignes & aquas, Deo liberante, euaserunt incolumes.

46. Foterius etiam asserit, licere, absque metaphora hæc accipere; in aquis Mare rubrum, in fluminibus Iordanem: in igne & flamma ardores solis in deserto. à quibus omnibus Deus Israelem custodiuit illæsum. Eodem ferè vergit Sanctius, qui addit, per ignem notari illum, e quo ereptus fuit Abrahamus in Chaldæa: atque adeò hi duo Scriptores existimant hoc locu de beneficiis præteritis & de periculis euitatis esse sermonem: qua in expositione monet Foterius aliter conuertendum textum Hebraicum: nempe, *Cùm transires per aquas, tecum eram*, &c. nam futurum Hebræorum præterito tempori est accommodabile. Sanctios verò non vult versionem Latinam inuerti, sed suppleri notam similitudinis hoc pacto. *Sicut parentes tui liberati sunt è gurgite, & incendio: sic tu ô Israel simili eripiere periculo.* Sumtum videri potest è Chaldaica paraphrasi. Hugo etiam de præterito exponit.

47. Reliqui expositores & tempus futurum, & metaphoram agnoscunt, quo tandem Foterius etiam descendit. *Sin autem*, inquit, *vt promissiones accipias pertinent ad veros Israelitas, & Ecclesiam piorum, quos Dominus ab incendio, & inundatione, quibus genus Abrahæ penè obrutum fuit, tam scelerum, quàm calamitatum seruauit.* *Forer.*

Quæ nobis, absque vllo dubio, videbatur suscipienda interpretatio. Quod enim attinet ad tempus, etsi demus in Hebræo esse ambiguum, hoc est, futurum quod ibi legitur, posse inflecti ad significandum præteritum; quod non est dandum, cùm præcedat particula כי *chi*, idem, *cùm*, vel *quia*: sed vt id, inquam, daremus, certè LXX. interpretes Hebraicæ linguæ peritissimi hanc ambiguitatem sustulerunt, reddentes, *Et si transieris.* quod idem secutus fuit Vatablus, & Pagninus: quibus addit summum pondus autoritatis Latina nostra Vulgata.

48. Quod verò ad translationem spectat, & in quouis sermone per ignem & aquam pericula venuste, ac graphicè ob oculos proponuntur, quia id fert natura & vis horum elementorum, quibus vix resistitur: & locutio S. Scripturæ propria id non ignoret. Quis enim illud Psalmi sexagesimiquinti versiculo decimosecundo, nesciet? *Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Et ne quis ambigeret, quemadmodum esset accipiendum, præmisit, *Induxisti nos in laqueum; posuisti tribulationes in dorso nostro; imposuisti homines super capita nostra.* & statim: *Transiuimus per ignem, & aquam.* Quo Psalmi versu, si vnum, aut alterum exceperis, vniuersi formulam metaphoricam, & prouerbialem aspiciunt, qua pericula omnia & aduersa continentur. *Ignis & aqua pro periculis.*

49. Et nos Hispani, cùm periculum maximum, & præsentissimum significare nitimur, suenimus dicere: *Està con el agua a la boca*; quale apparet illud Psalmi sexagesimioctaui versiculo secundo. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Ab igne verò quantum incommodum sit timendum, & quale impendeat periculum vitæ, ad id cognoscendum, solo

sensu

dicet: Deus meus es tu. Quæ etsi planum est debere intelligi de populo Gentili substituendo pro Iudaico, quominus tamen de eo dubitare liceat, facit interpretatio Pauli ad Rom. 9. versic. 24. & Petri 1. epist. cap. 2. vers. 10. Qui posterior sic alloquitur Christianos: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non misericordiam consecuti, nunc autem misericordiam consecuti.* Rectè, inter alia, dicitur, *Populus acquisitionis*, quem Deus acquisiuit sanguine suo; in Isaia: *Redemi te*; apud Petrum: *Genus electum*; hic: *Vocaui te nomine tuo*; quod ad electionem spectare suprà num. 31. constabat. Officium quod Petrus imponit huic populo, aiens: *ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum*, quàm cumulatè præstiterit; quámque sit idem quod Isaias, hoc eodem capite prædicit versi. 21. *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit*; istic lector intelliget.

Isaias Petrus consonant.

Populus acquisitionis.

38. Sed tùm maximè obseruanda est in loco D. Petri illa particula, *autem*: *Vos autem*, quæ plurimum habet ponderis; dixerat enim versi. 7. *Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobauerunt, hic factus est in caput anguli; & lapis offensionis, & petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.*

Particula autem emphatica.

Quibus verbis continetur repudiatio Synagogæ, id est, Iudaici populi abdicatio propter eius ingratitudinem & perfidiam, post quæ verba confestim subiiciuntur illa: *Vos autem genus electum*, &c. *Populus acquisitionis*: idest, Deus Iudæos reprobauit, vos autem elegit: Deus populum illum passus est sibi perire, eum amisit, & dimisit: vos autem illius loco acquisiuit: atque adeò patienter tulit iacturam: cùm vos sitis *regale sacerdotium, gens sancta*: annuncíaturi *virtutes eius, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum.*

Synagoga repudium, & Gentilitatis connubium.

39. Quorum neutrum, vel umbratile vix, habuit ille alter populus. nam & idolorum abominabili cultu se contaminauit multoties & Dei virtutes & prodigia patrata in exitu suo de Ægypto, obliuione consepeliuit.

Synagoga infidelis, & ingrata.

Expende bene lector, Psalmum 77. qui totus est de hac ingratissimâ diuinorum facinorum, & beneficiorum obliuione: vnde versi. 42. *Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.*

40. Vnde cùm tam esset ille populus diuinorum beneficiorum, ac prodigiorum obliuiosus, & ingratus, creari & formari oportuit alium, qui pro viribus, próque dignitate, annunciaret virtutes eius, qui se de ergastulis ac tenebris Ægyptiacis eruisset, & adduxisset in libertatem filiorum Dei & in admirabile lumen suum. Quod in præsenti; eleganti & discreta oratione prædicitur: *Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel. Noli timere, quia redemi te, & vocaui nomine tuo* [illegible] Hebr. ut admonitum, *Mi tu*, quæ duo vocabula breuissima significationem [illegible] ad eorum intimam significationem penetrare, tanè [illegible] cerent nobis [illegible], quibus [illegible] re videre conceditur, [illegible] subindicari his duobus pronominibus: illud Synagogæ repudium, & huius Christianæ connubium; tanquam [illegible] diceret: Ea sponsa antiqua non fuit mihi habilis [illegible], idonea tanto connubio, [illegible] ita vt [illegible] nobilior, fidelior, atque pudicior fuit [illegible] renda: quia illa fuit infidelis & [illegible] quæ *fornicata est cum amatoribus suis* [illegible] tu apta, ingenio, moribus simil[illegible] conueniens: *Tu mihi* & ego tibi: *P*[illegible] *sumus*. Nihil enim æque in coniugio [illegible]dum, ac requirendum, quam ingeniorum, morúmque affinitas, & conuenientia.

Huc spectare videtur illud Cantic. 2. versi. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Bernardus serm. 67. sic hoc loco philosophatur: *Vox plus? Pendet oratio, imò non pendet, sed deficit: suspenditur auditor, nec eruditur sed erigitur. Quid est hoc quod dicit: Ille mihi, & ego illi? Nescimus quid loquitur, quia nescimus quid sentit. O sancta anima, quid tuus ille tibi, quid tu illi? Quænam quasi hæc inter vos tam familiariter, fauorabiliterque discurrens* [illegible] *exhibitio*: Cúmque S. Bernardus lo[illegible] de more peruagatus, inquirens quidnam sit interponendum, quo illæ voces dissolutæ cohæreant, demum statuit, saluo sponsæ iudicio & secreto, sic posse impleri; *Dilectus meus intendit mihi, & ego illi.* quod supplementum credit Bernardus astrui ex Psalm. trigesimo nono, *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* 41.

Bern.

Ceterùm cùm constet, sponsam loqui de sponso suo: facilis est coniectura, quemadmodum sit absoluenda oratio, quæ videri possit esse imperfecta. nam solùm deest nexus verbi substantiui, *est*: *Dilectus meus est mihi, & ego sum illi.* Neque enim sponsus potest esse alij, quam sponsæ, neque sponsa alij quàm sponso. Et præterea hoc emphatico dicendi genere, significatur mira quædam ingeniorum, animorúmque consensio, quod subindicatur sequenti membro orationis: *qui pascitur inter lilia.* id est, qui candore pudicitiæ & castitatis mirificè oblectatur. ac si velit sponsa, hoc est, Ecclesia Christi dicere: Ideo ego illi sum nubilis, idonea, & grata, quòd sim virgo, pudica, & fidelis, & nullius idololatriæ fornicatione corrupta; non vt illa antiqua Synagoga, passim in omni colle, sub omni arbore, idolis tanquam amatoribus prostituta meretrix. atque ita nequibat esse habilis ei, *qui pascitur inter lilia.* qui exigit ab sponsâ fidei puritatem, & sinceritatem. 42.

Christus oblectatur valde castitate.

Vnde Paulus 2. Corinth. 11. versiculo secundo nitens Corinthios in fide suscepta custodire, & præmunire aduersùs errores & fallacias pseudo-Apostolorum, id præmisit: *Æmulor vos Dei æmulatione: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Cum autem pro fide castitas, & pro infidelitate fornicatio sufficiatur in litteris sacris, aliàs fuit declaratum. Itaque cùm Deus apud Vatem nostrum dicit: *Tu mihi*, intelligi debet: Tu es, quæ mihi satisfacis, quæ votum meum exples; cuius nuptias iamdiu expetiui: nam 43.

2. Cor. 11. v. 2.

illa alia non fuit sponsa primaria, sed qua vi aria, dum tu adolescentes, & succedet Te mihi iunxi connubio stabili, de repudio nunquam cogitaturus: iam nullam aliam sponsam desidero.

44. *Nominis impositio index potestatis. Suprà c. 40. num. 500.* *Vocaui te nomine tuo.*] Alia est expositio huius vocationis: id est, Tuum tibi ego nomen imposui, quod adhuc varie possumus interpretari. vel ad subiectionis argumentum, & indicium: nam parentes idcirco ex officio liberis suis nomen imponunt, & Domini seruis. quo cum sensu valde consentit pericope succedens, *Meus es tu*: vt sit quasi consecutio ex illo antecedenti, *Vocaui te nomine tuo*. & vtrumque trahitur ex illo altero priori membro, *Hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel*: vnde vt creator, formatórque, ac proinde vt parens tibi nomen indidi vt filio, *Redemi te*: atque adeò, vt Dominus tibi nomen potui afferre: seruus enim, quicquid est, domini sui est: *Meus es tu.* Ea de causa Dominus adduxit ad Adamum cuncta animalia, Genes. secundo versiculo decimonono, *vt videret quid vocaret ea*: vt vel ex hac nominum assignatione constaret, Adamo fore subdita quorum animalium quasi possessionem inibat, cùm vnicuique nomen proprium attribuebat. Demum, cùm impositio nominum idonea proueniat è cognitione perfecta rerum, cùm aliquis, aut aliquid à Deo vocari ex nomine suo traditur, eius notitia absoluta & germana Deo conceditur. *Ad nomen imponendum opus est notitia.* Velim, lector redeas ad caput quadragesimum versiculo vigesimosexto, *omnes ex nomine vocat*; numer. margin. 500. Quæ postrema explicatio etiam congruit præcedentibus. *Creans te Iacob, & formans te Israel.* Quis enim melius, imò quis æquè bene nouerit aliquam, ac eius creator, fictórque, vel conuenit cum sequenti particula: *Meus es tu*; id est, probè noui te, quippe meum.

Genes. 32. v. 28. Præterea vt parum aptam Hugonis expositionem de nomine Israel, quod Angelus in luctu Iacobo indidit.

Vers. 2. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.

45. Bina hoc loco est difficultas: altera, propriè ne, an translatitiè, flumina, & ignis accipi debeant. altera an ad tempus elapsum, an verò ad venturum hæc oratio sit accommodanda.

Quo ad prius, quia L X X. vertunt, *flumina non concludent te*: ob eam rem sibi in animum induxit Leo Castrius prædici, fore, vt flumina non remorentur cursum, neque impediant viam Apostolicæ prædicationis. Sed is autor tandem relabitur ad translationem Latinam, cùm ait, *per medios ignes, per medias aquas aperiam vobis viam, id est, per omnia aduersantia.* Dionysius sentit, posse exponi propriè de Martyribus, qui ignes & aquas, Deo liberante, euaserunt incolumes.

46. Forerius etiam asserit, licere, absque metaphorâ hæc accipere; in aquis Mare rubrum, in fluminibus Iordanem: in igne & flamma ardores solis in deserto. à quibus omnibus Deus Israelem custodiuit illæsum. Eodem ferè vergit Sanctius, qui addit, per ignem notari illum, è quo ereptus fuit Abrahamus in Chaldæa: atque adeò hi duo Scriptores existimant hoc loco de beneficiis præteritis & de periculis euitatis esse sermonem: qua in expositione monet Forerius aliter conuertendum textum Hebraicum: nempe, *Cùm transires per aquas, tecum eram*, &c. nam futurum Hebræorum præterito tempori est accommodabile. Sanctius verò non vult versionem Latinam inuerti, sed suppleri notam similitudinis hoc pacto. *Sicut parentes tui liberati sunt è gurgite, & incendio: sic tu ô Israel, è simili eripiere periculo.* Sumtum videri potest è Chaldaica paraphrasi. Hugo etiam de præterito exponit.

47. Reliqui expositores & tempus futurum, & metaphoram agnoscunt, quo tandem Forerius etiam descendit. *Sin autem*, inquit, *vt promissiones accipias pertinent ad veros Israelitas, & Ecclesiam piorum, quos Dominus ab incendio, & inundatione, quibus genus Abrahæ penè obrutum fuit, tam scelerum, quàm calamitatum seruauit.* Forer.

Quæ nobis, absque vllo dubio, videbatur suscipienda interpretatio. Quod enim attinet ad tempus, etsi demus in Hebræo esse ambiguum, hoc est, futurum quod ibi legitur, posse inflecti ad significandum præteritum; quod non est dandum, cùm præcedat particula כי *chi*, idem, *cùm*, vel *quia*: sed vt id, inquam, daremus, certè L X X. interpretes Hebraicæ linguæ peritissimi hanc ambiguitatem sustulerunt, reddentes, *Et si transieris.* quod idem secutus fuit Vatablus, & Pagninus: quibus addit summum pondus autoritatis Latina nostra Vulgata.

48. Quod verò ad translationem spectat, & in quouis sermone per ignem & aquam pericula venustè, ac graphicè ob oculos proponuntur, quia id fert natura & vis horum elementorum, quibus vix resistitur: & locutio S. Scripturæ propria id non ignoret. *Ignis & aqua pro periculis.* Quis enim illud Psalmi sexagesimiquinti versiculo decimosecundo, nesciet? *Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Et ne quis ambigeret, quemadmodum esset accipiendum, præmisit, *Induxisti nos in laqueum; posuisti tribulationes in dorso nostro; imposuisti homines super capita nostra.* & statim: *Transiuimus per ignem, & aquam.* Quo Psalmi versu, si vnum, aut alterum exceperis, vniuersi formulam metaphoricam, & prouerbialem aspiciunt, quâ pericula omnia & aduersa contineantur.

49. Et nos Hispani, cùm periculum maximum, & præsentissimum significare vtimur, sueuimus dicere: *Està con el agua a la boca*; quale apparet illud Psalmi sexagesimioctaui versiculo secundo. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Ab igne verò quantum incommodum sit timendum, & quale impendeat periculum vitæ, ad id cognoscendum, solo

sensu

ſenſu opus eſt:vnde illud alterum prouerbium Hiſpanis etiam eſt natum, *buye de eſto, como del fuego.*

50. Illud adnotatu inutile non iudico, ab iis rebus nobis maiora creari pericula vitæ, ſine quibus ea tolerari non poteſt: vnde quoties iudices alicuius ſalutem volunt efficere deſperatiſſimam, & perditiſſimam, eum aquâ, & igne interdicunt. *Vita periculis obnoxia.* Vt hinc vel ignorantiſſimus reſcire poſſit, quàm ſit peruia, & expoſita periculis humana vita. Vt enim abſque aqua & igne viuere non poſſumus, ſic a diſcrimine & periculo vita noſtra abeſſe nequit. Cicero de Amicitia: *Itaque non aqua, non igni, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quàm amicitia.* Quàm ſint vſualia, ac neceſſaria, ignis & aqua, priſci ſeculi homines illâ cæremoniâ declarabant, quòd in nuptiis celebrandis ignis acciperetur, & aqua: quaſi ſine his neque vxor materfamilias, neque vir paterfamilias eſſe poſſet. Vide l. *Seia. ff. de donatione inter virum, & vxorem.* Quamuis aliter alij eum ritum nuptialem interpretentur, vt Lactant. libro vndecimo Inſtitutionum, *quod fœtus animantium calore, & humore corporentur, atque animentur ad vitam.*

51. Ergo per *ignem & aquam*, non modò ingentia, ſed etiam quotidiana & obuia notantur pericula: in quibus omnibus Deus ſpondet ſuis fidelibus ſe affuturum, vt quamuis periclitentur, neque enim vult arcere omnino pericula, non tamen pereant. id iis vocibus docetur, *flumina non operient te:* *Deus patitur ſuos periclitari, ſed non perire.* collo, licèt, tenus mergaris, non patiar te omnino demergi: premendus es, ſed non perimendus. Et quoniam plerique interpretum hæc exponunt de perſecutionibus Eccleſiæ Christianæ, audiamus Apoſtolum ſecundo Corinth. quarto, verſiculo octauo, nobis ipſo rerum euentu rem illuſtrantem: *In omnibus, ait, tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non destituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.* Apparet ſatis, quid ſit, tranſire aquas, & fluminibus non operiri, quid ambulare in igne, & non comburi.

52. Arridebat nobis Sanctius in eo, quod ait, alludi hoc loco ad beneficia præterita: in *aquis* ad mare rubrum, quod Iſraelitæ ſicco veſtigio tranſierunt. in *igne* credit ille alludi vel ad ærumnas Ægyptias, quas Moyſes vocat fornacem ferream, vel ad ignem Hur Chaldæorum, e quo fuit Abrahamus ereptus. *Prædicit futura, & alludit ad præterita.* Placebat, inquam, Sanctius in eo, quòd agnoſcit prædici rem futuram, & alludi ſimul ad aliam ſimilem præteritam Quod ſi hoc loco commodè fieri concedit, cur non alibi idem fieri poterit? quod nos contendebamus capite quadrageſimo verſiculo tertio, numero quadrageſimoquarto, & capite quadrageſimoprimo verſiculo ſecundo numero vigeſimoſexto. (contra nitente Sanctio) prædictionem eſſe de rebus Euangelicis, alluſionem verò ad res populi Iudaici, in quibus illæ fuiſſent adumbratæ.

Quod attinet ad hunc locum eadem quæ Sanctij, fuerat Ariæ ſententia, tametſi hic in igne exiſtimat reſpici columnam igneam, quæ noctu in deſerto præibat Iſraelis caſtra.

53. Reſpectus & alluſio ad mare Rubrum ex ſe ipſa probabilis eſt; nam ab eo mari videbatur imminere certiſſimus interitus; & tamen in eo ſuam præter opinionem inuenit Iſrael ſalutem, & incolumitatem. Ignis verò fortaſſe commodiùs reſpicier rubum illum ardentem, & non combuſtum, qui viſus eſt Moyſi in eremo Exod. tertio verſiculo ſecundo, *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.*

54. *Rubus ardens quid portenderet.* Quam viſionem Abul. quæſt. quarta, Theodoretus, Caietanus & Lippomanus ad id, de quo agimus, pertinere exiſtimant: nempe, populum Iſraeliticum in igne tribulationis ambulaturum, non tamen comburendum, non abſumendum, ſaluum, & illæſum inde exiturum: Idque diuinæ potentiæ præſidio tribuendum. quod aptiſſime illo viſo prænotabatur. Rubus enim, virgultum eſt tenerum, ſpinoſum, ad ignem facile concipiendum habile, nam in ſpinis exardeſcit ignis celerrimè, Pſalm. 117. verſic. 12. *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* quod virgultum etſi erat igne circumdatum vehementiori, ardebat illud quidem, hoc eſt, videbatur vri, ſed non vrebatur, Deo præpediente vim ignis, ne virgultum abſumeret. ita populus ille tener, hoc eſt imbecillus, & iniuriæ obnoxius, erat à Pharaone affligendus, diuexandus, premendus, ita vt videretur omnino arſurus, & abſumendus: ſed tamen Deo violentiam Pharaonis & tyrannidem comprimente diuinitus, populus integer, ſaluus & ſanus ex illo tribulationis igne fuerat euaſurus: imò & auctus Pſal. 104. verſiculo trigeſimoſeptimo, *Eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.*

55. *Dixit ergo Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus*, Exod. tertio, verſiculo tertio, Magna viſio, id eſt, grande miraculum, neque id ſolum, ſed grande prodigium, non tam quòd portenderet incolumitatem illius populi in mediâ oppreſſione Ægyptiacâ, ſed quòd per eam tanquam per typum, & imaginem prætenderet oculatis mentibus, populum Chriſtianum, ſpiritualem Iſraelem, de quo apud Iſaiam agitur, fore vehementer exagitandum, & premendum à Diabolo per ſuos ſatellites & adiutores tyrannos, & hoſtes Euangelij: & ita diuexandum & affligendum, vt iam videretur extinguendus, ac omnino delendus: Sed nihilominus, præter perſecutorum opinionem, ex eo camino perſecutionis & oppreſſionis non modò ſaluus & incolumis, ſed etiam auctior, ſplendidior, & vegetior, inſtar auri, quod igne perpurgatur, Deo ita prouidente, proceſſurus eſſet. *Eccleſia perſecutione præfigurata.*

56. Eccleſiam Chriſti tentationibus, ærumnis, & perſecutionibus adoleuiſſe, & fuiſſe propagatam adeò eſt notum, vt non aliud ſit *Eccleſia perſecutionibus adoleuit.*

opus

opus, quàm Ecclesiasticam historiam oculis vsurpare. Nam plerunque vnius Christiani ob fidem tuendam interitus multorum infidelium conuersionis erat causa, vel occasio. Vnde sanguis Martyrum à priscis patribus dictus est semen fidei: nam ex paruo semine mortuo & sepulto grana plurima mortificata nascuntur. Augustin. in Psalm. 39. in principio. *Sparsus est sanguis iustus, & illo sanguine tanquam seminatione per totum mundum facta seges surrexit Ecclesiæ.* & in Præfat. Psalm. 40. *Hinc persecutiones Diabolus in Ecclesia concitauit ad perdendum nomen Christi. Nisi fortè putatis fratres, quia illi Pagani quando sæuiebant in Christianos, non hoc sibi dicebant, delere nomen Christi de terra; vt moreretur iterum Christus non in capite: sed in corpore suo. Occisi sunt & martyres. Ad multiplicandam Ecclesiam valuit sanctus sanguis effusus seminatione: accessit & mors martyrum, preciosa in conspectu Domini mors iustorum eius. Multiplicati sunt magis, magisque Christiani; & non impletum quod dixerunt inimici, quando morietur, & peribit nomen eius.* Augustin. Psalm. 88. versicul. 19. *Martyres occidit, semina sanguinis sparsit, Ecclesia pullulauit.* Vide supr. capitulo quadragesimoprimo numer. 67.

Martyrum sanguis fuit semen fidei. August.

Tyranni conantur delere nomen Christi.

57. Sunt eiusmodi infectationes Ecclesiæ, instar imbrium, ventorum, niuium, ac procellarum, quæ cùm viderentur oppressura & extinctura semen terræ mandatum, & si nasceretur, euulsura, iis tamen exoritur, cùm radices altiores humi egerit multo securiùs, & exortum feliciùs adolescit. Cernit id in illo simulacro prisco, in Israele carnali Exod. primo versiculo duodecimo. *Proposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaruntque vrbes Pharaoni, Phithom, & Ramesses. quantòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.*

Vrget fuit Israel in Ægypto vexatus.

58. Hæc ergo fuit Visio magna, quam propior videre cupiebat Moyses, Rubum, id est, Ecclesiam Christi, quæ ab igne ambiente acciperet non detrimentum, sed splendorem, & ornamentum: non perniciem & interitum, sed salutem & incolumitatem: non imminutionem, sed germinationem, & multiplicationem, quod ideo, præter ingenium rerum accidit: quia Dominus aderat. Exod. tertio versiculo secundo. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Similiter & in illa alia huius rei figurâ, cùm tres sanctissimi iuuenes, quòd nollent adorare statuam, in ignem ardentissimum essent iniecti, in illo Dei vicarius affuit Angelus, similis Filio Dei, qui igni ademit vim, & substituit facultatem refrigerandi.

Eccl. Christi prefiguratio.

Dan. 3. v. 93. 92.

59. Quod igitur istis exemplis ac imaginibus fuit adumbratum, hoc loco apud Isaiam Deus se exhibiturum esse promittit: *Si ambulaueris in igne, non combureris: & flamma non ardebit in te.* posterior pars periodi est explanatio prioris: ideo non combureris ambulans in igne, quia eius *flamma non ardebit in te.* ardebit quidem, sed non *in te*; sed aut, in se: sibi retinebit vim vrendi, non sinetur à Deo in te transmittere. vel *non ardebit in te*, sed in iis, qui ignem accenderint ad te com-

Persecutio plus nocet persecutoribus.

burendum. Sic vt in typo Dan. tertio versiculo quarto. *Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem, & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Quod in persecutionibus Ecclesiæ, & in cruciatibus Martyrum sæpe accidisse cognouimus, vt excogitata supplicia in autores diuinitus reciderent: vt patet in rota gladiis crebris & acutis præfixa Sanct. Catherinæ Alexandrinæ, quæ B. Virginis precibus disiecta multos è ministris dilacerauit; & in aliis hostibus & tortoribus Sanctorum, quibus vita in ipsâ torquendi carnificinâ fuit adempta. Ratio tam singularis tutelæ redditur, *Tecum ero.* & infrà plenior vers. sequenti.

Vers. 3. Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, & Æthiopiam, & Saba pro te.

Locus perdifficilis & obscurus, cuius obscuritas multiplicem interpretationum varietatem nobis peperit. Licet qui de Israele propriè sumto capiunt, faciliùs interpretari sibi videantur hoc modo: Ægyptios, Æthiopas & Sabæos vastandos obieci Assyriis loco tui vt te liberarem ab eis diluoiandum. quod refertur ad historiam Sennacheribi, qui cùm Ierosolymam exercitu maximo oppugnaturus accessisset, à Deo in Æthiopas est auersus. Vide suprà capitulo trigesimo septimo versiculo sexto. *Ne timeas a facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego ei dabo spiritum & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua.* & versiculo octauo. *Et audiuit de Tharaca rege Æthiopiæ rege, dicentes: Egressus est, vt pugnet contra te.* 60.

Cyril. & interpretum difficultas agnoscit. Isa. 1.

61. Itaque eo tempore existimant ij autores à Sennacheribo vastatos fuisse hosce tres populos: ita Arias, Pintur, Vatablus, & Sanctius. At quoniam nos superiora de Israele spirituali exponenda esse docuimus multis & magnis autoribus subscribentes, consequens est vt hæc quoque de eodem exponamus, cùm ab initio capitis producatur oratio continua Dei alloquentis Israelem.

62. Et præterea non rectè explicatur vis huius orationis: *Dedi propitiationem tuam Ægyptios pro te.* Sed nec lectio quidem L X X. *Dedi commutationem tuam pro te*; si tantùm hoc sit, ab Assyrio, qui fuerat adortus expugnare Ierosolymitanos, expugnatos fuisse Ægyptios: id Deo licet ita moderante. Nam si *propitiationem* actiuè capimus, id non hæret: cùm ad eam expugnationem nihil Ierosolymitani contulerint; sin passiuè, vt Deus fuerit Ierosolymæ propitiatus occisione Ægyptiorum quasi hostiæ alicuius mactatione, non elucet ratio, cur Deus iratus Iudæo, placetur interitu Ægyptij: neque cur Deus voluerit Ægyptium luere pœnas pro Iudæo: & pro hoc quasi victimam sufficí, quæ erat dissolutio Sanctij. Neque si Ægyptius (vt Ariæ

Expos. superior impugnatur.

Q etiam

etiam cauſam elidam) commerita fuerat A hoc ſupplicium ; Iudæorum vice, & cauſa id erat ſubiturus : aut eius propitiatio dici debuit.

Ezech. 18. v. 20. Vouſquiſque enim apud Deum iuſtiſſimum iudicem *ſuam portat iniquitatem* : adeò, vt ne filius quidem tam coniunctus patri, vt alter exiſtimetur ac prope idem pater, non ſoluat debita patris, Ezech. 18. verſicul. 20. quanto minus alienus omnino & genere, & religione plectetur ob aliorum peccata.

63. Itaque quæ hiſtoria videbatur fauere & facere pro iis autoribus in ſpeciem, ea maximè officit. Adde, incertum eſſe, tempore quo Sennacheribus cum ſuo exercitu B impendebat Ieroſolymis, tum ab eo Ægyptum, & Æthiopiam fuiſſe vaſtatas. Deinde, ne ea quidem vaſtatio eum à propoſito expugnandæ Ieroſolymæ abduxit, ſed ſtrages ab Angelo edita coegit irrito conatu abſcedere, vt conſtat ſupra capitulo trigeſimo ſeptimo. quare non intelligo, quemadmodum illa Ægypti & Æthiopiæ expugnatio fuerit propitiatio pro Iudæa. Denique illud ſola coniectura nititur, cum Æthiopibus eo in bello coniunctos fuiſſe Ægyptios, & Sabæos : nam ſolius Æthiopiæ regis fit mentio ſup. capit. 37. verſicul. 9. *Audiuit de Tharaca rege Æthiopiæ,* C *dicentes : Egreſſus eſt, vt pugnet contra te.* nam etſi capit. 20. vt vidimus, Ægyptus & Æthiopia ab Aſſyrico delendæ, & traducendæ duæ illæ gentes in captiuitatem prædicuntur : tamen non liquet id accidiſſe eo ipſo tempore, quo aggreſſus eſt Ieroſolymam capiendam.

64. Expoſ. ſecunda varia. Quamobrem alij ex iis etiam, quid id propriè, & hiſtoricè ſumunt, aliter expediunt. Forerius multipliciter : eos tibi tradidit deuaſtandos, mactandóſque vt eorum ſanguine te expiares : vel vt te eo beneficio mihi obligatem & beneuolum redderem : aut, vt tibi poſſem tua ſcelera condonare, vicinos tuos diuexaui, vt eorum exemplo reſipiſceres. Durior D apparebat expoſitio *Propitiationis*, quolibet

Expoſ. ſecunda refellitur. in ſenſu expoſito. Præterea, quoad primum, & ſecundum modum exponendi, vnde Forerius nobis oſtendit, hoſce populos fuiſſe Iſraelis poteſtati traditos, & ab eo mactatos ; Iſraelem aliquando cum Ægypto confœderaſſe in ſacra hiſtoria, & in vatibus ſæpe dicitur, & coarguitur : & ab Ægypto aliquando eumdem Iſraelem malè fuiſſe acceptum ibidem traditur : Ægyptum verò ab Iſraele expugnatam nuſquam legimus. Quod ad poſtremum modum exponendi attinet ; etſi apparet aliqua ratio probabilis, non tamen ſatis facit : nam aliorum caſtigatione, & ſup- E plicio reſipiſcere, quod valde remotum & commune eſt, neque idoneum, vt caſtigatio illa dici queat propitiatio apud Deum pro eo, qui per eam occaſionem corrigit ſe & reſipiſcit : vulgare enim eſt, alieno malo ſapere. Prouerb. 19. verſicu. 25. *Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit.* Deinde, non erat cur magis hæ nationes, etſi vicinæ, quàm aliæ dicantur à Deo datæ *propitiatio* pro Iſraele : cùm peræquè, aut fortaſſe meliùs dici poſſent Aſ-

A ſyrij, & Babylonij, quos Deus, ſuis quoſque hoſtibus occidendos tradiderat, quia Iſraelem oppreſſerant.

Nonnulli in *propitiatione* Redemtionem intelligunt, & exponunt : *Propter te perdidi multas gentes tibi aduerſantes.* ita Sa, & Oſorius, qui poſterior addit : *Eorum oppugnatione, quaſi piaculo quodam omni criminis contagione liberaberis.* Sanct. Thomas, *loco tui perdidi.* Sed quia iſti Doctores non explicant, quomodo earum gentium excidium Iſraelem crimine, vel ſupplicio debito liberauerit, contrà obiici poſſunt, quæ ſuprà numer. 62. obiiciebam. 65. Expoſ. 3. Non accipitur.

Qui verò non hiſtoriam rei præteritæ, ſed B prædictionem rei futuræ eſſe iudicant, inter ſe etiam diſſident. Nam Hierony. Procop. Haymo, Adamus, Dionyſ. Lyra, Pintus de conuerſione Gentilium accipiunt, vt hæ nationes pro ſe, & pro aliis infidelibus ſint ſubſtitutæ ; & ſermo ſit Dei ad Apoſtolos & alios Eccleſiæ naſcentis doctores : quorum Deus labore, prædicatione, ac demum ſanguine placatus Gentiles ad fidem adduxerit : quo ſenſu *Propitiatio* actiuè ſumitur : *Dedi propitiationem tuam Ægyptum.* id eſt, quia tu me propitiaſti, fui propitius Ægypto ; eam tibi deprecanti & tuo ſanguine expianti conceſſi ad ſalutem. 66. Expoſ. 4. quæ non hiſtoriā ritur ſed propheticā.

C Videbatur fluere interpretatio, & vim nominis *propitiationis* exprimere, niſi interpellaret, & præpediret vltima particula, *pro te. Dedi propitiationem tuam Ægyptum pro te :* hoc eſt, *loco tui :* quod eſt clarum in Hebræo & Græco contextu ; vnde ea debebit approbari explicatio, in quâ Ægyptus pro Iſraele ſit ſubſtituta, & ſuffecta. quod viderunt autores antiqui. Procop. *Nonnulli autem, quòd : Feci commutationem tuam Ægyptum dixit, vt ſe Ægyptiaca ſeruitute fuiſſe liberatos meminerint, arbitrantur appoſitum. Omnes enim, ait, gentes puniens, eas pro te ſubſtitui.*

Cyrillus ad eum ſenſum exponit : loco tui, ô Iſrael à me diſcedentis, aſciui, & ſub- 67. Expoſ. 5. Cyrilli.
D ſtitui Gentiles, maximè Ægyptios & Æthiopas inſigniter impios. Soluta & cohærens apparet interpretatio. Sed illud valde retardat, quod eſt poſitum, & expoſitum, nimirum, hoc loco, Iſraelem non eſſe carnalem, ſed ſpiritualem. ſup. adi numer. 61. & infrà numero 106.

Origenes hom. nona. ad caput decimum ſextum Leuitici, ſiue idem Cyrillus tractans, & euoluens myſterium conditum in duobus hircis, quorum alter è ſorte ſacrificabatur Domino, alter amandabatur in ſolitudinem ita ratiocinatur. 68.

E *Nunc verò, quoniam in multitudine eorum, qui accedunt ad Dominum, ſunt quidam Domini, alij autem ſunt qui mitti ad eremum debeant, id eſt, qui abiici merentur, & ſeparari ab hoſtia Domini : propterea pars hoſtiæ, quæ offertur, à populo, id eſt, vnus ſolus hircus immolatur Domino, alius autem abiicitur, & in eremum dimittitur, & emiſſarius dicitur. Sors tamen cadit ſuper vtrumque, & ille, qui dimittitur in deſertum, ſecum auferre perhibetur peccata filiorum Iſrael, non verò ille, qui Domino ſacrificatur ; ſecundum* Orig. ſiue Cyril.

cundum illud credo, quod scriptum est; Dedi commutationem tuam Ægyptum & Æthiopiam & Syenem pro te, ex quo tu honorabilis factus es in conspectu meo. Peccata igitur eorum, qui pœnitentiam egerunt, & malitiam dereliquerunt suscipiunt super capita sua ij; qui effecti sunt in sorte eius, qui in eremum dimittitur, qui se ipsos tali ministerio; & sorte dignos fecerunt. Hæc Adamantius: quæ non litteralem Isaiæ sensum attingunt, sed vt plurimum mysticum, aut accommodatitium.

69. Sed illud inde pro meâ opinione sumo, vidisse Origenem in Isaia, illam particulam *pro te, dedi pro te*, significare, aliud pro alio sufficì, & alium aliûs onera portare: quod ille generatim transferi ad peccatores obstinatos & iustos pœnitentes vt horum pœnas isti luant. quod quemadmodum pro vero possit asseri, ipsemet autor viderit.

70. Quòd si in nulla expositione ex allatis acquiescit noster animus, quænam alia fuerit amplectenda? Si fas esset, ab editione Vulgata prouocare ad Hebraicam, promtum fuisset expedire has tricas: ibi enim dictio *pro* est תחת, *tachàt*, quæ non minos significat, *sub*, quàm *pro*, vnde sensus esse quiret: *Dedi sub te Ægyptios*, &c. Quo nihil solutius, & expeditius afferri posset: at quia editio Latina vulgata nulla ex causâ prodenda est, & Græca item olim in Ecclesiâ pro Vulgatâ habita obsistit, quæ habet, ὑπὲρ, idem atque *pro*; aliud cogimur excogitare quod hæreat & aptè committatur filo prophetico.

71. Expos. Autor. Ergo interea dum aptius aliud non se nobis dat, Ægyptios hoc loco, & Æthiopas suspicamur supponi pro hostibus Ecclesiæ Christi, cum allusione tamen & relatione ad veros & proprios Ægyptios. qui cum Israelem fugientem insequerentur, sibimet per arrogantiam persuaserant, atque præsumserant, à se Israelem omnino abolendum. Exod. decimo quinto versiculo nono. *Dixit inimicus; persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Hoc fuit Ægypti propositum, hoc consilium: sed non processit, imò vice versâ, cecidit, Deus vicem permutauit, pro Israele interficiendo supposuit Ægyptium, pro vnâ victima & hostia aliam substituit. Istam vicis, sortisque commutationem fuisse typicam, & mysticam adeò frequentes Patres veterrimi affirmant, vt me ferme pigeat, eorum accire testimonia, sed vnum pro pluribus citabo August. testem S. Augustinum, cuius fides & autoritas est maxima.

72. Is in Psalm. 106. versiculo secundo. *Quos redemit de manu inimicorum*, sic scripsit: *Adhuc potest quisque & illos accipere redemtos de manu inimicorum: de manu inimicorum, hoc est, de manu Ægyptiorum: propriè exprimantur qui sint propter quos hæc vult psalmus cantari: de regionibus congregauit eos.* & paulo post: *Populus hic Dei de magna & lata Ægypto liberatus tanquam per mare rubrum ducitur, vt in baptismo finiat inimicos. Sacramento enim, tanquam rubri, maris baptismo, scilicet Christi sanguine consecrato insequentibus Ægyptiis pec-*

* Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

cata delentur, te euadente, nullus qui te premebat, remanet inimicus. Hoc ipsum aliàs repetit Psalm. 113. versiculo primo ad illud, *in exitu Israel de Ægypto. Ne arbitremini nobis narrari præterita; sed potius futura prædici; quia illa quoque miracula, cùm in illo populo fierent præsentia quidem, sed non sine futurorum significatione gerebantur.* Vide Ariam sup. versiculo secundo.

73. Quod cùm ita sit, res illa gesta, scilicet, cùm Ægyptij inhærerent armati & furentes tergis Iudæorum fugientium & trepidantium, cùmque ab illis hi viderentur puncto temporis deuorandi: subitò sors, & fortona mutata: hoc est, exemplo, Deo vices permutante, Ægyptius penitus est absumtus, & Israel liberatus, victórque vidit hostium suorum cadauera iacentia super littus maris, quasi hostias loco sui suppositas, atque subrogatas: res, inquam, ita gesta prætendebat ob oculos animi liberationem spiritualis Israelis, id est, Ecclesiæ Christianæ, quam cùm essent insectaturi, & infestaturi hostes, Dæmones, & eorum administri tyranni, nec non hæretici à Dæmonibus submissi, incensi, subornati, subarmati, & viderentur inimici tam validi, tam potentes, tam callidi, quà vi, quà astu triumphaturi, de fidelibus imbecillibus, simplicibus & inermibus, non aliter atque lupi rapaces, & leones præferoces de ouibus, pecore placido, & ad repugnandum inhabili. res tamen multo aliter cecidit: nam totus ille, vt videhatur inuictus & victor exercitus, à pusillo grege Christiano est disiectus, atque prostratus; nam Christus dedit suis, quos mundus existimabat balbos & insipientes, eiusmodi os & sapientiam, cui non potuerunt eorum aduersarij resistere: & sic stabiliuit, Luc. 21. v. 15. & armauit Ecclesiam suam, vt portæ inferi non præualuerint aduersùs eam, id est, quominos expugnarentur, & diffringerentur, Matth. 16. v. 18. non potuerint obsistere. Procopius hoc loco: *Eos igitur omnes præ te, vel pro te mihi assumsi. At illos malè perdam, qui tibi siue populi, siue principes exsistant, prædicationis nomine aduersari audebunt.*

74. Quocirca cùm Pharao Diabolum præsignarit, & populus Ægyptius homines futuros persecutores Ecclesiæ, cúmque isti Ægyptij occisione occisi sint loco Iudæorum, eo, quo diximus modo: aptè, & venustè cum respectu ad hanc historiam Deus prædicit apud Isaiam: præteritum pro futuro vsurpans; *Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te.* hoc est, cùm tu esses mactandus ab Ægyptio & Æthiope, si res humano modo, & ordine gereretur: me rem inuertente ac permutante pro te, tuique loco periit, & occisus est Æthiops, & Ægyptius. Posset etiam aliter hæc mactatio benignius exponi: si sit illa, quæ præostensa fuit, & imperata Apostolo Petro Act. 10. versiculo decimotertio. *Surge Petre, occide & manduca*, Gentes enim in illis animalibus immundis præfiguratæ gladio Verbi, & prædicationis mactatæ, & occisæ, quoad vitia, errores & peccata sunt, cùm ipsæ Gentes contrà niterentur Apostolos & Ecclesiam perdere, & peruertere, ergo pro populo fideli occiden-

Q 2 do gla

do gladio, & ferro corporali Deus suppo- suit populum infidelem occidendum in bonum, gladio spirituali, & loco Ecclesiæ peruertendæ iuxta conatum Diaboli, Deus subiecit Gentilitatem conuertendam ad fidem. Quæ spiritualis occisio, quia fuit quædam gratissima victima dicitur Propitiatio, & quia ad eam faciendam contulit operam Ecclesia, ideo dicit Deus eam alloquens, *Dedi propitiationem tuam Ægyptum*, &c. Sub iis superstitiosissimis nationibus alias omnes idololatriæ deditas comprehendens Sanct. Augustin. nobis aliquantum adest in Psalm. 123. versicul. 3. ad illud, *Forte viuos deglutissent nos: Non prius occidissent, & sic absorbuissent. O immanes! O cr... sic absorbet Ecclesia. Petro, macta & manduca, dictum est, non viuos absorbe: quomodo ergo Petrus, in Ecclesia mactat? quia in ... ecclesia corpus nemo intrat nisi occisus, moritur quod fuit, vt sit quod non fuit. Alioquin qui non occiditur & qui non mendicatur ab Ecclesia, e... in numero populi potest, qui videtur oculis hominis, in numero autem populi, qui cognitus Deo est, de quo dicit Apostolus, nouit Dominus qui sunt eius, non potest esse nisi manducatus, nec manducari poterit, nisi primò mactatus.*

75. Dicis: non displiceret elucidatio, quia videtur aliatum expedire tricas, & asperitates emollire, nisi esset noua, & solitaria. Respondeo primum, solius nouitatis nomine damnari non debere interpretationem aliquam, quæ non aduersatur sanctorum Patrum consensui, neque aliquid affert absurdi. Deinde, aio, à nobis ferè stare eos, qui docent, hanc non esse prophetiam, sed historiam, esse tamen typum rerum Euangelicarum. Huius sententiæ sunt Vatablus, Arias, Pintus & Sanctius: quos quoad sensum litteralem & immediatum deserui suprà numero 60. rationibus, cur ita facerem, ibi redditis. Itaque in eo dissideo ab his autoribus, quòd illi volunt litteraliter historiam recenseri, & mysticè prædici rem futuram: ego verò contendo litteraliter prædici rem futuram, & per transennam respici historiam: quod ita alicubi fieri negari non potest, & fatetur alibi Sanctius. quod si aliàs, cur hoc loco fieri nequeat? nam qui rem gestam concedit esse typum, inter eam, & rem præfiguratam debet admittere conuenientiam & similitudinem, atque adeò dum res futura prædicitur, poterit subsignificari res gesta. Cumque mysticus sensus ab historico contentus, sit principalis & præcipue intentus ab Spiritu sancto, vt est in confesso, non multum interest, litteraliterne & immediatè, an verò mysticè & mediatè res Euangelicæ pronuncientur. Quare nisi consecutio huius loci impediret, non magnopere repugnarem in accipiendo sensu hoc mystico, quem nobis auctores dicti sponte offerunt.

76. Sed præterea obiectas: in hac, quam approbamus, interpretatione, non appositè exponi vim nominis *Propitiationis*, quod nos supra numero 66. criminati sumus in aliis. Primò aio, id non posse obiici ab autoribus, qui hoc historicè exponunt, nam quomodocumque ipsi internecionem Ægyptiorum, vel aliorum hostium Israelis fuerint interpretati, & ibi rationem *Propitiationis* agnouerint, eodem modo nobis licebit eam agnoscere, & ad eam vt typicam accommodare hoc vaticinium: nam inter figuram & rem figuratam debet elucere proportio, & similitudo.

Deinde doceo (vt non sit sola responsio ad certos quosdam homines) *Propitiationem* non vno tantùm modo in Scripturà accipi, sed vario. *Propitiatio variè.*

Aliquando enim *Propitiatio* sumitur pro victimâ, qua Deus placatur, & propitius redditur. cumque occisio & internecio diuinitus excitata, aut Dei consilio facta, more Sanct. Scripturæ, dici soleat victima, vt patuit capitulo quadragesimo quarto, versiculo sexto. *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom.* quære istic, cur victima pro cæde sufficitur. *Occisio hominum pro victima.*

Strages illa Ægyptiaca victima, ac proinde Propitiatio nominari potuit: cùmque Ægyptij & Israelitarum caussà fuerint occisi, ac mactati, & eorum loco, ac vice suppositi, de quo supra numero septuagesimo tertio, & omnis hostia, ac victima quodammodo vicaria sit, & alienas vices gerens; probè Deus & venustè Ecclesiam suam alloquens, & suam ei prouidentiam, ac indulgentiam indicans ait: *Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam & Saba pro te.* 77.

Tertiò, Propitiatio, est eadem atque redemtio, vt in Psalm. quadragesimo octauo, versiculo octauo. *Frater non redimit, redimet homo; non dabit Deo placationem suam.* vbi *placatio* Hebraicè, est כֹּפֶר *chopher*, idem nomen quod hîc redditur *Propitiatio*, & analogia est nota; non enim captiuus redimitur, nisi patronus placetur ac propicietur precibus, vel precio, aut quouis alio modo. vnde in Psalmo, post illud, *non dabit Deo placationem suam*: statim additur: *Et pretium redemtionis animæ suæ.* Quocirca si legas: *Dedi redemtionem tuam Ægyptum*, aut si legas, *propitiationem tuam*, & istud ipsum intelligas, nihil inconcinnitatis, aut offensionis inuenietis. immo multum grauitatis ac venustatis in hoc dicendi genere agnouetis. Nam vti Deus perdendo Ægyptios, redemit ac liberauit suum populum captiuum, & quod à Pharaone non potuit obtinere legationibus, & quodammodo precibus, vt Israelem liberum dimitteret, hoc vi & potentia, & hostibus oppressis, assecutus est, & extorsit: sic vt Israelem spiritualem eriperet, è potestate diaboli, & è tyrannorum persecutionibus liberaret, eos disiecit, & affligit: vnde, *Dedi propitiationem tuam*, hoc est, redemptionem tuam Ægyptum, perinde est, ac perdidi eam, vt te redimerem, ac liberarem. quod sequenti membro clariùs dicitur: *Æthiopiam & Saba pro te*; & infrà versicul. quarto hoc iteratur: *Ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.* quibus locutionibus vnum & idem, 78.

& idem, sæpius, quia multum intereant exprimitur.

79. Quocirca cùm habeamus eumdem Isaiam sui ipsius interpretem, quoad hanc vocem, *Propitiatio*, non est cur aliò abeamus, aut aliud excogitando laboremus. Eodem accedit, quòd fas sit ita sumere. *Dedi Ægyptum propitiationem tuam*: id est, tibi propitiatus, ad quem sensum faciliùs flecti possit Hebræa lectio, sed & Latina quidem hoc respuit: nam *propitiatio* capi debet passiuè, nempe Dei erga Israelem placatio, ac beneuolentia; perinde ac diceret: Propitiatio mea & caritas erga te fecit, vt Ægyptum tibi inimicam & infectam interimerem; ne illa tibi nocere posset hoc sequenti versu 4. *Ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.*

80. Ex quo meo singulari beneficio, & amore (tanquam diceret Deus) proficiscetur vt me tu vicissim diligas, mihíque gratias fideliter agas, ac proinde me tibi amplius repropities; itaque tuos hostes & persecutores delevi, tibi propitius sponte ac liberalitate meâ, nullo tuo merito intercedente; & simul præsciùs tui animi grati futuri, & à te rursus ob tuam in me gratitudinem & caritatem magis propitiandus. Quare, & actiuè, & passiuè sumi poterit hæc *Propitiatio*, cùm sit reciproca Dei in hominem, & hominis in Deum gratificatio.

81. *Lectio LXX. expenditur.* Denique non prætereunda editio LXX. *Dedi commutationem tuam pro te Ægyptum*: Græcè ἐποίησα ἀλλαγμά σου, *Feci commutationem tui. Commutatio* propriè, & ex vi verbi Græci, ἀλλάττω, & Latini, *commuto*, est *Commutatio quid.* cùm aliud alio compensatur, & aliud pro alio substituitur: ex quo apparet esse verosimilius quod tradidi sup. numer. 66. debere nos sic propitiationem interpretari hoc loco, vt pro Israele Ægyptus, quomodocumque sit accipienda, sit substituta. LXX. Exod. 21. ver. 30. hoc nomen Hebræum *Cópher* vertunt in λύτρα, id est, in *redemptionem*, & Latinus in *pretium*, ita: *Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quidquid fuerit postulatus.* Lex fertur de homine reo mortis ob bouem cornupetam: vbi quia precio vitam redemit; tali vocabulo locus est: pretium enim pro re, quæ emitur, quasi, vicarium subrogatur. Eodem modo num. 35. versic. 31. *Non accipies pretium ab eo, qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur.*

82. Idem ibi nomen Heb. *cópher*, & Græcè λύτρα; vetat ergo Deus ibi vllam fieri redemtionem, & commutationem vitæ obnoxiæ morti, quæ quia precio dato fieri solet; idcirco eius acceptionem interdicit. Ex quibus locis ita coniunctis elucet, rectè dici seu *propitiationem*, vt in Latino codice, seu *commutationem*, vt in Græco, seu *precium* Israelis; vt verti posset quidquid loco illius internecioni subiicitur: cúmque is fuerit Ægyptius spiritualiter sumtus cum respectu ad historiam non solùm non ineptè, sed etiam eleganter enunciatur, *Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te.*

83. *Obiectio.* Sed adhuc vna restat difficultas in hoc expositionis tractu: nempe, si Ægyptus accipi debeat metaphoricè pro hostibus Ecclesiæ, cum allusione tamen ad rem gestam non debuisse addi *Æthiopiam, & Saba*, cùm solus Ægyptius fuerit mari rubro submersus. Hoc vt diluam, quæro ex illis nobilibus certè interpretibus, qui omnino hoc historicè accipi affirmant, quemadmodum ipsi interpretentur; nam ad eam, quam illi approbarint, & astruxerint, historiam, licebit mihi dicere, alludi, siue sit clades à Sennacheribo illata iis gétibus, siue quæcumque alia: itaque ij autores contra nos habere quod accusent, haut possunt. Nam sicut *Vide Sanctium.* illi coniectant, quando Sennacheribus iuit aduersus Æthiopas, cùm istis fuisse coniunctos Ægyptios & Sabæos: sic nobis erit liberum existimare, cum Ægyptiis se coniunxisse Æthiopas, & Sabæos vicinos. nam Assyrium intulisse bellum exitiale Ægypto & Æthiopiæ suprà cap. 20. vidimus. Quocirca quibus insedit, hoc loco historiam tradi, laborandum est in ostendendâ istorum trium populorum conspiratione.

Nobis autem, qui putamus hæc vocabula esse metaphorica, & sub iis designari hostes Ecclesiæ tam principes tenebrarum, quàm persecutores, & hæreticos; satis est, si aperiamus aliquam conuenientiam & similitudinem inter vtrosque, quod est facillimum: vt illicò parebit. 84. Ad allusionem verò, nam id est quod contrà opponitur, quam allusionem libenter admittimus, & tuemur, ad eam, inquam, non est necesse, vt simul vno & eodem tempore ij populi: sed satis est, si diuersò, fuerint extincti. Quin Vates ipse eos visus est diuidere, atque secernere, cùm ipsâ loquendi formulâ separat. nam de solis Ægyptiis ait: *Dedi propitiationem tuam Ægyptum*, de aliis simplicius: *Æthiopiam & Saba pro te.* Ergo Propitiatio & Redemptio graphicè fuit depicta, & expressa in Ægyptio hoste demerso: in aliorum verò populorum occisione, non item, sed ex parte, & ideo de iis separatim effertur.

Quòd verò Ægyptus pro seculo nequam, & 85. pro Gentilibus vt pars præcipua pro toto, vsurpari soleat, tradunt ipsi Patres veterani. vide quæ nos diximus ad cap. 19. vers. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti.* & Euseb. lib. 1. Demonst. capit. 6. & libr. 5. capit. 4. ad finem, Hilar. Psalm. 134. versic. 8. Augustin. Psalm. 67. versicul. 32. Psalm. 113. versicul. 1. Hieronym. Ezech. 29. versicul. 2. Quoad Æthiopas, vide eumdem Augustin. Psalm. 71. vers. 9. Psalm. 73. versic. 14. Psalm. 86. vers. 4.

Quod attinet ad Saba, Forerius in animum 86. induxit, esse Æthiopas, quos vulgo dicimus *Abassinos*: fundamentum eius, quia Genes. 10. vers. 7. *Saba* dicitur esse filius *Chus*, à Chus verò existimantur processisse Æthiopes, sic enim Hebraicè nominantur. LXX. *Syenem*, transferunt, quam ex Ezechiele capitul. 29. versicul. 10. & capitul. 30. versiculo 6. innuitur pertinere ad Ægyptum; sic enim priori loco scribit: *Dabo terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam; à turre Syenes vsque terminos Æthiopiæ.* *Ezech. 29. v. 10.* Vnde Æthiopia intelligenda est conterminα Ægypto, non illa alia occidentalior. Posteriori loco Ezech. citato, scil. capitul. 30. versicul. 4. interminatur Ægypto, & Æthiopiæ simul: *veniet gladius in Ægyptum*

gyptum, & erat pastor in Æthiopia; cùm ceciderint vulnerati ex Ægypto, &c. Æthiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent.

87. Quam cladem à Chaldæis ablatam fuisse constat, tametsi Hieronymus illic in Pharaone Diabolum agnoscit. Quocirca, minus multo mirandum, si nos hoc loco Ægyptum & Æthiopiam, translatitia esse vocabula interpretemur, & adhibita hæc potius quàm alia, quòd maiorem habeant similitudinem cum euentu Euangelico, qui prædicitur. Sed de hoc versu difficili satis, ne si plus sit, fastidio sit.

Vers. 4. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro animâ tuâ.

88. Tametsi liceret præterire hunc versum, quin officio deessem, cùm in superiori videri posset explanatus; nolui tamen vt eius cum altero nexus appareret, & sibi vicissim lumen inferrent.

Particula, *ex quo*, tam Hebraicè, quàm Græcè, significatu est anceps nam interdum significat temporis initium, sed sæpius caussam & rationem: & hæc posterior significatio magis conuenit huic loco. Redditur enim à Deo ratio, ob quam pro Israele dederit, & supposuerit exitio tot populos. Vnde apud L X X. versiculus superior ita dispungitur, vt cum hoc videatur esse compingendus ad hanc formulam: Ego *dedi propitiationem tuam Ægyptum*, &c. eò quòd *honorabilis factus es in oculis meis*; & deinceps, maioris expositionis gratiâ, & energiæ: *Ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.*

89. Vnde colligitur, vtriusque periodi esse eumdem fermè sensum: ac proinde dictiunculâ *pro*, Heb. תחת *tachat*, quæ identidem iteratur, esse notam substitutionis, vt antea docui, & nullam videri posse habilem interpretationem, in qua, Israelis loco alius ad sacrificium, vel ad supplicium non sit substitutus.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis.] Hebr. simplici verbo, יָקַרְתָּ *iacárta*, *preciosus factus es*: sed quoniam ex precio honor, probè Latinus conuertit. Cùm additur, *in oculis meis*: duo inde assumo; vnum nihil esse preciosum, nisi sit in oculis Dei: istinc manant phrasis, cui assueuit litteratura sacra, *coram Deo*, cùm alicuius rei vera existentia ostendenda est. Genes. 10. vers. 9. De Nemroë, *& erat robustus venator coram Domino*: i. reipsâ, & sexcenta alia notiora, quam vt acciri debeant.

Precioso, & qua.

90. Alterum magis proprium inde capitur: nempe Israelem fuisse preciosum, atque honoratum, non suo merito, sed diuino beneplacito, & munere. Itaque particula *in*, *in oculis meis*, vt aliàs non semel, affert caussam: i. preciosus & honorabilis factus es ab oculis meis, oculi mei fecerunt te preciosum. *in* poni pro *ab*, & pro caussâ efficiente, multa testimonia confirmant. Psalm. 17. vers. 30. *Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.* Vbi *in te*, & *in Deo*, idem est, atque Dei potestate, & efficientia: & Hebr. eadem particula ב *be*. Sic & illud Pauli: *Omnia possum in eo, qui me confortat*; & aliud: *in ipso viuimus, mouemur, & sumus.*

91. Oculos autem, vel oculorum aspectum sabstitui pro beneuolentia & fauore, commune est plurimis nationibus, ac linguis, nam quibus bene volumus, & fauemus, eos suaui & iucundo impertimur intuitu: sicut è contra quos habemus exosos, eos toruo ac terrifico respicimus vultu. Sed hoc interest inter intuitum diuinum, & humanum, quòd iste nihil ex se conferre possit, at verò ille satis sit ad prosperam vel improsperam fortunam. Vnde quidquid subest potestati & efficacitati Dei, sueuerunt litteræ sanctæ diuinis oculis ascribere.

Oculus index affectus in alium.

Oculus Dei efficax.

Ab exemplis tempero, quæ innumera sunt facillima. Vnum sit instar multorum, Eccles. 11. vers. 23. *Facile est in oculis Dei subitò honestare pauperem.* i. Facile est Deo omnipotenti subitò ditare pauperem: itaque oculi pro virtute & potentia sunt adhibiti. & apertius in eodem capite vers. 12. *Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum.*

92. *Oculus Dei respexit illum in bono*, Græcè, oculi domini ἐπέβλεψαν αὐτῷ εἰς ἀγαθά: *intuiti sunt eum in bona*; *fizo Dios los ojos en el: mirò le con buenos ojos*; & quia Dei aspectus est efficax, potens: *Erexit illum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius.*

Ergo hoc loco, *ex quo honorabilis factus es in oculis meis*, similiter benignus, fauorabilis, & efficax respectus Dei aperitur, atque gratuita dignatio: ac proinde meritum, & condignitas excluditur. ob id enim in Ecclesiastico allegato, ante diuinorum oculorū intuitum, *homo* describitur *marcidus*, *egens recuperatione*; *plus deficiens virtute*; *& abundans paupertate*; Vt omnis illa diues supelex, ornatus, & preciosus instructus subsequens vnis Dei propitiis oculis necessariò ascribatur, & sic euenit: nam *mirati sunt in illo multi*, *& honorauerunt Deum.*

93. Sic Israel, de quo agitur, cùm esset *marcidus* ex infidelitate, summopere *egens recuperatione*, quia se omnino perdiderat, ac Diabolo mancipárat, egebat vindice, & Saluatore, *plus deficiens virtute*, viribus liberi arbitrij quas à Deo acceperat, per peccata debilitatis & accisis: *& abundans paupertate*, hoc est, extremâ oppressus inopiâ, omni bonorū genere destitutus: is erat status, ea cōditio & sors Israelis, hoc est, Gētilis populi, antequam Deus illum miseratus benignissimis oculis fuisset intuitus: sed vbi illum respexit, erexit ab humilitate, & exaltauit caput eius. Tantum momentum est in oculis diuinis: & nos homines cæci, his neglectis, & despectis, vultus humanos suspicimus, intuemur, admiramur, ex eis pendemus, quasi inde lumen, & vitam haustuti: cùm ne sibi quidem suisque rebus, quantumuis velint, valeant ipsi Primores prospicere. Ergo nostram aliquando cæcitatem respiciamus, & cum Dauide Psal. 122. vers. 2. sint intenti & attenti *oculi nostri ad Dominum Deum*

Magnum momentum est in oculis diuinis.

Deum nostrum, donec misereatur nostri, & donec f... ...us *honorabiles in oculis eius, & gloriosi.*

94. Qu... vero hæc sit ratio superioris beneficij, vt q... hon...abilis factus est Israel in oculis, siue ab... ...ulis Domini, idem pro illo, & alius, lo... Æ...ptus fuerit traditus, præter lectionem, L X X. ... ...ostrat versio Vatabli: & Origenes repetit... num. 68. qui sic all gat: *Secundum illud, quod scriptum est: Dedi commutationem tuam, Ægyptum, & Æthiopiam, & Syenem pro te, ex quo ita honorabilis factus es in conspectu meo.*

95. Sed non celarim auidum discendi lectorem, al ter ex Hebræo, intuiolato Latino, posse hunc textum euolui, ita nimirum, *Ex quo*, siue quoniam, *honorabilis*, hoc est, pretiosus *factus es*, נקרת *iacarta, in oculis meis, & gloriosus*, supple, factus es: נכבד, *nicbadta*: i. ex precio, quod tibi oculi mei contulerunt, accessit gloria & dignitas ista. fauent L X X. seu potius apertè; secantur sic conuertentes: *Ex quo preciosus factus in conspectu meo, gloriosus factus es*, quibuscum benè nectuntur consequentia.

96. *Dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.*] Hebr. & Græce præponitur particula &, *Et ego dilexi te.* quæ particula solet esse causalis, & hoc loco est: vnde fons primus & origo huius facilitatis indicatur, scilicet, Dilectio Dei gratuita, *non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.*

Quia non à nobis bonis vllis meritis præoccupatus & prouocatus, sed multis malis actionibus, & scelestibus lacessitos, nihilominus ex infinita sua liberalitate & benignitate dilexit nos, ideo dedit nobis misitque vnigenitum filium suum, propitiationem & precium pro nobis; ex quo Dei munere facti sumus preciosi in oculis eius: nam quos tam caro redemerat, vtpote sanguine vnigeniti, non poteramus esse ei viles, sed valde preciosi, valde honorabiles atque gloriosi. Vnde elucet consecutio, ac deriuatio beneficiorum ab hoc vberrimo & inexhausto fonte dilectionis diuinæ; itaque Vates ascendit, & subit in hac oratione: *Dedi propitiationem tuam Ægyptum*, eò quòd preciosus factus sis in oculis meis, atque adeò honorabilis & gloriosus: sed hæc inde nascuntur, *quia dilexi te*: quòd si *sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, quid mirum si Ecclesiæ suæ castissimæ, à qua vicissim diligebatur, hoc loco spondeat: *Dabo homines pro te, & populos pro anima tua*: sensu, supra, sæpius exposito, id est, qui te perdituri videbantur, ego vertam ... perdam, ... tui, gladio & occisioni subijciam: illorum interitum tua vita permutabo. Quod quemadmodum debere intelligi ... ...ntiam, exposui fusè supra n. 71.

97. Sed antequam ab hoc loco discedo, à me impetrare non possum, quin lectori prætendam quod sub... ...urrit in mentem: suspicor sit, non ... ...io, nimirum, hunc sicut Israelem & Iacob, quem Deus alloquitur, esse Christum Dominum, quo... ...ducamus in animū fieri posse, duo maxime suadent: alterum, quòd capite superiori Deum Patrem de Filio loquentem audimus. *Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus*, &c. Alterum regula à S. Augustino millies ... ...abo à ...is passim accepta, in Scriptura ... ...ne sæpe agi de corpore & de capite mystico Ecclesiæ, quod cap... ...hristus. Atque adeò, cùm super ... ...egeri Deus cum corpore, nihil turbabitur si hæc ve ba dirigas ad caput, cum tanta sit inter vtrumque coniunctio & necessitudo, vt quæ adue sus Ecclesiam fiunt in vtrâque partem aduersus se fieri profiteatur Christus, vt August. frequenter confirmat è loco Act. 9. vers. 4. *Saule, Saule quid me persequeris*: & ex illo: *Esuriui, ... dedistis mihi manducare.* Ioan. Carpinteius in notis marginalibus sui poematis obseruat, hæc ad Christum videri pertinere.

98. Quo posito, aptè admodum omnia quadrant; vis verbi *propitiationis*, atque proprietas mire exprimuntur, neq; à suis finibus extrahitur. nam Christi Dom. passio fuit vera, germana, ac legitima *propitiatio*, vt loquuntur volumina Sacra: & reliquis propitiationibus adumbrata, illarumque scopus, finisque, & particula *pro*, quæ in aliis expositionibus tantum nobis negotium facessit, in hac valde conquiescit. Christus enim pro genere humano à Deo Patre suffectus est victima, & loco illius se ipse obtulit sacrificio, & supplicio. quod iam olim nobis portendit aries ille, *quem Abraham assumens obtulit holocaustum pro filio*, Hebr. *pro filio*, eadem dictio, תחת *tachat*, quæ hic, id est, obtulit loco filij: quem Deus iusserat immolari, & iam iam erat immolandus: itaque fuit hæc victima vicaria. Quo loco præterire non debeo Chrysostomi commentarium, qui sic est: *Hac omnia figura fuerunt crucis, propterea & Christus Iudæis dicebat: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum; & vidit, & gauisus est. Quomodo vidit, qui temporibus præcessit? per figuram, per vmbram. Sicut enim hoc pecus oblata est pro Isaac, ita & rationalis Agnus oblatus est pro mundo. Oportebat enim in vmbra præscribi, & præsignari antea veritatem. Vide ergo, obsecro, hic, quomodo omnia præsignata sint per vmbrā. Vnigenitus illic, & vnigenitus hic, dilectus illic & germanus, dilectus hic, ac germanus. Hic est enim filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. à patre ille in holocaustum offertur, & hunc Pater exposuit, & clamat Paulus qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, quomodo & cum illo omnia data non sunt? Agnus enim iste pro toto mundo oblatus est, totum orbem terrarum purificauit, homines ab errore liberauit, & ad veritatem adduxit.* Genes. 22. v. 13. Chrysost.

99. Quem iuxta explicatum verba Vatis nostri, sic aptanda sunt: *Dedi Ægyptum* (partem pro toto) *propitiationem tuam pro te*. id est, solui, liberum dimisi genus humanum, à te expiatum, quia illius loco ad luendas pœnas tu te suffecisti, vnde pro te, próque precio tui sanguinis illud concessi, & liberaui: L X X. *dedi commutationem tui Ægytum*, cùm tu mihi nihil omnino deberes, & hominem suo chirographo obligatum atque debitorem tenerem, donec mihi debitum exsolueres: vbi tu pro illo spopondisti, & manum apud me defixisti, te retinui prædem, atque sponsorem, & pro te ac loco tui illum dedi, liberúmque abire permisi. Ex quo facto, & voluntariâ obligatione, ac subiectione, tam abest, vt apud me vilioris sis conditionis, vt exinde magis preciosus, & *honorabilis*, & *gloriosus factus sis in oculis meis.* nam quia tu ex amore meo, hominis onera, & obligationes subijsti; *Ego dilexi te, & dabo homines pro te*, id est, sub te, *& populos pro anima tua.* Par est enim,

vt quoniam tu propter homines te seruituti, & mancipio, ac supplicio addixisti, iidem homines tuo beneficio liberati seruiant
100. tibi.

Arias Montanus hoc 4. versu Christum quidem agnoscit, at multo secius, atque nos. nam ille: *Dabo homines pro te, & populos pro anima tua*, ita exponit, vt *homines* sint Christus, quia in vno illo homine omnes continentur, & quia Hebr. est אדם *Adam*, numero singulari: similiter interpretatur, nomen *populos*, quia omnes erant in Christo, quatenus in se omnium peccata, ac debita suscepit. Cæterùm etsi non dubito visum iri lectori hanc interpretationem alienam, & obscuram, vt est, quam autor arcanam multis in locis appellat; etsi fateor ingenuè me istiusmodi arcanorum & mysteriorum non esse symmystam; nobis tamen animus non erat id refellere, quod longioris esset operæ: sed ideo eius memini, vt appareret, aliquem esse doctorem grauem, apud quem hoc loco Christus pro genere humano substitueretur: vt omnino insolens expositio nostra non haberetur. Lyra, *ex quo honorabilis factus es*: ait impletum fuisse, quando Dei filius carnem assumsit ex Iudæis.

Vers. 5. Nolite timere, quia ego tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.

101. IAm hoc loco pauciores sunt, qui non Euangelium agnoscant, nam Vatablus, Arias & Pintus, dimissa historia Iudaica ad partes nostras transierunt. itaque in illis castris solùm hæsere Thomas, Hugo, & Sanctius noster: etsi is confitetur hæc multo illustrius in Ecclesia esse completa. Sed ego, vt aliàs affirmo, in Ecclesia solùm esse completa, & in Synagoga duntaxat esse præsignata: & hic Isaiam non agere personam historici, sed Prophetæ, sed nihilominus vt elegantissimum pictorem ad vmbram digitum intendere, quò luculentiùs veritas appareat, & lucis splendor emicet.

102. Ergo Deus perpetuat orationem incoatam, alloquens Ecclesiam cum suo capite, aut in Ecclesia & corpore caput, vt nuper suspicabat num. 97. vel, omisso iam capite, solam Ecclesiam, quod nullum est absurdum, & alibi sæpe fit. Itaque ad Israelem spiritualem sermo dirigitur. Cui vtpote pusillo, in exordio & imbecillo ex se, animos facit. quibus verbis alibi vsus est: *Noli timere, quia ego tecum sum.* Vide capit. 41. versicul. 10. versicul. 13. versicul. 14.

103. *Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.*] E Rabbinis aliqui hoc de Messia intelligunt, quod apud Pintum inuenio, & si illic vt parum spirituales, & corpori addicti, corporaliter & localiter accipiunt: indeque argumentatur, Christum Dom. non esse promissum Messiam, cùm eos dispersos non congregauerit. Fatemur equidem non suum esse Messiam, nempe eum quem ipsi fingunt sibi terrenis opibus, armis, agminibúsque præpotentem, sed potiùs humilitate, & mansuetudine omnia superantem, & crucis opprobrio quem per summam non modò impudentiam, sed etiam imprudentiam ipsi respuerunt, & ad Gentiles amandarunt. nam illis in primis venerat, sed quoniam illi se indignos effecere, ad Gentes abiit. Ioan. 1. vers. 11. *In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem*, (scil. ex non suis) *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Act. 13. v. 46. Tunc constanter Barnabas, & Paulus dixerunt: *Vobis oportebat primùm* (sc. non solùm, sed in primis) *loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.* Repete cap. 40. num. 116. & apud Matth. 22. vers. 8. parabolam de inuitatis ad nuptiale conuiuium.

Ioa. 1. v. 11. Iudæi Euangelium respuunt, & ad Gentiles transit. Act. 13. v. 46. Sup. c. 9. v. 8

Ergo Iudæi tandem aliquando desinant esse pueri, & pueriliter scripturas agnoscere, & vbi Christus cógregaturus esse suos dispersos perhibetur, id spiritualiter in vnum ouile, sub vna & eadem fide, ac religione intelligant, & tunc nullum alium Messiam desiderabunt.

Ab Oriente, &c.]Partes mundi quattuor no- 104.
tissimas, & notatissimas literis sacris enumerat, incipiens ab Oriente, quia istinc lumen emanat, éstque quasi cubile luminis. sup. cap. 41. num. 40. quod aptè cadit, quia hæc congregatio nihil aliud est quàm illuminatio. Deinde *Occidens* adiungitur, pars opposita, & ab eo longissimè distans. Psal. 102. vers. 12. *Quantum distat Ortus ab Occidente, longè fecit a nobis iniquitates nostras.* At quoniam, licèt mundus sit rotundus, & orbicularis, à nobis tamen quasi quadratus, & quadrangularis fingitur, aliæ duæ partes, & veluti anguli adiunguntur, *Auster* scilicet, & *Aquilo.* Et verò hæ duæ plagæ maius habent in ipsa rerum naturà, & corporum situ fundamentum, quàm aliæ: nam cælum voluitur ab ortu ad occasum, vel contrà, vnde cogitari possunt duo puncta immota, quos Astrologi Polos Græcè appellant à verbo πολέω, quod est *verto*, quia iis quasi quibusdam cardinibus innitens, perpetuò circumagitur, & conuertitur. at plaga Orientalis, aut Occidentalis nulla certa, & fixa potest definiri, sed est varia, & respectiua: ita vt quæ respectu vnius loci est Orientalis, eadem respectu alterius sit occidens. Aquilonaris verò regio non est eiusmodi respectus, sed quæ maiorem obtinet Poli Arctici eleuationem, ea est magis septentrionalis, & quæ maiorem habet Poli Antarctici altitudinem, ea est Meridionalior.

Mundi partes quatuor, & prima Orien.

At quamuis ea intercedat inter partes mun- 105.
di differentia, & aliàs Aquilo ab Austro arcana significatione valde secernatur, seu potiùs vnus alteri aduersetur; hoc tamen loco, non existimo quicquam indicari, nisi vndique & e remotissimis quibusque regionibus ad Euangelium homines esse conuenturos. Hoc visus est Dominus exposuisse cùm in Euangelio Matth. 8. vers. 11. prædixit: *Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum, filij autem regni eiicientur foras.* quibus verbis Iudæorum decedentium & eiectorum loco successuros esse Gentiles, palàm ostenditur.

Vide c. 40. num. 31.

Quare expositio illa Cyrilli, de quà num 67. 106.
Dedi Ægyptum, & Æthiopiam pro te, id est, Gentes loco tui aduocaui, & allegi, valde cum hoc Christi Dom. testimonio cósentit: & in eã,

quominus

quominus acquiesceremus, id modo caussabamur, tunc debere intelligi Israelem secundùm carnem, quod parum congrueret, sed id inconueniens vitari posset, si diceremus, Israelem esse spiritualem, quocum Deus loquitur, Apostolos scil. & nouellos illos Christianos de circumcisione quos Deus solatur in discessione & apostasia suæ gentis; tanquam moneret: Ne ægre feras, ô Israel, tui populi eiectionem, & Synagogæ repudium: nam ego pro te, id est, loco tui generis dabo tibi potentissimos quosque populus, cuiusmodi sunt Ægyptij, Æthiopes & Sabæi: qui licèt quoad naturæ originem valde sint alieni, fidei tamen & gratiæ communione, ac regeneratione erunt propinqui, & consanguinei, hoc est, *Ab Oriente adducam semen tuum*, sobolem tuam, semen Abrahæ spirituale: nam qui fidem imitantur & obedientiam Abrahæ, ij sunt filij Abrahæ, & qui ab eo moribus degenerant, quantumlibet sanguine coniuncti, non æstimantur in eius semine. Ergo hæc oratio ad Ecclesiam primæuam dirigitur, cuios sunt proles, & posteri quicunque in Christo per Baptismum sunt regenerati.

Israel pro Apostolis & Iudæis fidelibus.

Ab Occidente congregabo te.] Hoc satis, superque explicui cap. 40. vers. 11. circa illud, *in brachio suo congregabit agnos*: vbi congregare eodem verbo Hebraico vtrobique exprimitur. illuc redeas moneo, & relegas, præcipuè à numer. 184.

Vers. 6. Dicam Aquiloni, Da: & Austro; Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

107. QVamquam alia, & alia sit ratio exigendi ab Aquilone, & ab Austro, si tamen litteralis sententia spectetur, ex limo non differte: sed Deum hac venusta locutione prædicere, vndecumque, cuiuscuque sexus & ordinis fideles esse cogendus. Nam Aquilo & Auster, etsi sunt venti, tamen pro regionibus, vnde perflant, vsurpantur. Matth. 24 vers 31. *Mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis: a summis cælorum, vsque ad terminos eorum.* & supra cap 11. v, 12. *Et congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ.* Itaque hac quasi adagiali formula diuersitas & longinquitas locorum exponitur quod ampliùs explanatur, cùm additur: *Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremo terræ.*

108. At quoniam sensa mystica, quæ litteræ non officiunt, aspernenda non sunt, & hæ duæ præcipuæ orbis plagæ *Auster* & *Aquilo* in sacrariotibus codicibus secretiori sæpe significatu subsistunt, non erit incommodum, si pro Austro Iudæum populum, & pro Aquilone Gentilem assumamus. Nam Gregor. in Ezechiel. lib. 2, hom. 20. dum templi illius mysticæ portas Australem, & Aquilonarem considerat, in Austro Iudæam, & in Aquilone Gentilitatem designari pronunciat. Adi sup. cap. 40. num. 124.

Auster, & Aquilo mystice quid.

109. Quod cùm ita sit, cadit bellè illa verborum distinctio, qua Deus dicit *Aquiloni; Da: & Austro; Noli prohibere.* Minus itaque exigitur à populo Iudæo, id duntaxat, ne prohibeat siue suos, siue Gentiles ad Christum accedere. Quam verò hæc monitio, & iussio fuerit opportuna & necessaria, ex Euangelicâ, & Apostolica narratione discimus: nam ille populus infelix & sibi, & aliis maligne gratiam Christianæ vocationis inuidit. Sibi in primis: Ioan. 11. vers. 47. *Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & Gentem.* Et cap. 9. vers. 22. *Conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret.* Ergo illa caussa, *Venient Romani, & tollent nostrum locum*, ficta erat, *vera inuidia.* Hæc, Christo adhuc in terris docente, in cælos se postea cum retulisset, maiori inuidia & odio prohibere sunt annixi, ne quis fieret Christianus. Lege capite 8. & 9. Act.

In prædicatione Euangelij omnes à Iudæis, quàm ... Gentiles inuiderunt. Iudæi inuident Gentilibus fidem.

110. At non valde mirum, qui pertinaces credere nolent, & Euangelium exsecrarentur, alios eò vetare accedere; sed illud est mirabilius iam ad fidem Christi traductos prohibere, ne Gentiles eiusdem fierent participes. Enim verò, cùm vulgata fuisset Cornelij & eius familiæ Gentilis ad Christum conuersio, de qua Act. 10. in c. 11. sic Lucas continuat: *Audierunt autem Apostoli, & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & gentes receperunt verbum Dei. Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* obtendunt verbis commercium, sed re ipsa communionem in Euangelio ægrè ferebant, & querebantur, interprete Chrysostomo. Cui expostulationi & accusationi vt Petrus satisfaceret, ex ordine recensuit illud admirabile visum de linteo, & quæ deinceps sunt consecuta, vsque ad S. Spiritus effusionem super eos Gentiles: finiitque Petrus iis verbis responsionem, ac defensionem. *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*

Act. 11. v. 1.

Act. 11. v. 17. Prohibere accessum ad Euangelium nemo debet.

111. Ergo Apostolus Petrus Australis partis caput, id est, Iudaici populi Princeps obtemperat huic iussioni: *Noli prohibere*; & non modò ipse non audet venientes ad Christum arcere, & prohibere, sed etiam annititur, & efficit, vt alij de eadem parte Australi non arceant, & prohibeant. Et cùm Act. 10. vers. 47. illos Gentiles vellet in Ecclesiam admittere, iis vsus est verbis: *Nūquid aquam quis prohibere potest, vt baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?* vtroque loco est verbum κωλύω, *prohibeo*, quod apud. LXX. in Isaiâ: ex quo nonnihil allusionis suspicari possumus, Chrys. hom. 24. Act. ad illud: *Nunquid aquam quis prohibere potest?* ait: *ferè enim hoc est contradicentis, prohibentibus, & dicentibus, quòd non oportet hoc fieri.* In Aquilone verò, id est, in populo Gentili, quia non tanta pertinacia, aut inuidia erat futura, idcirco satis fuit dicere; *da*: quod liberalitatem sonat. plures enim absque comparatione è Gentilismo conuersi sunt, quàm è Synagoga, & etiam nobiliores.

Act. 8. vers. 36.

112. Cyrillus in his duobus ventis *Aquilone*, & *Austro* vehementioribus, quàm sint cæteri, vidit

Aquilo, & Auster alter pro alterutro.

dit malignos spiritus, quibus Deus præcipiat, ne prohibeant, & impediant mundi consortionem, ne procellas, & tempestates sæuas in hoc amaro & ex se turbulento sæculo excitent, ne tyrannos contra Ecclesiam exstimulent, & inflamment néve eis furias infernas immittant: sed se intra Tartarea sua claustra contineant. Hæc fuit S. Cyrilli cogitatio, quam
Haymo. secutus & prosecutus est Haymo in hæc verba: *Dicam Aquiloni & Austro, id est, maligno spiritui præcipiam, nunc persecutionis austeritate terrente, nunc blanditiarum lenocinio fallenti, Da & noli prohibere, id est, quos captiuos tenes, Apostolis meis liberos dimitte, & ad sinum matris suæ Ecclesiæ recurrentes noli tardare.* fuit figura, Pharao, cui Deus: *dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto.*

113. Persecutiones Ecclesiæ. Neque verò, quoniam spiritus isti nequam aggressi sunt variis artibus, & totis suis viribus præpedire cursum prædicationis Euangelicæ, & sæuissimas in Ecclesiâ conciuere persecutiones, hæc Dei iussio frustrata successu fuit.
Diaboli imminuta potestas morte Domini. Nam certum est, post Christi Domini mortem, diabolo imminutam fuisse tyrannicam potestatem, quam Deus iustè in totum genus humanum antè permiserat. Hilat. Psalmo 143. versicol. 5. ad illud, *Tange montes, & fumigabunt*, quos montes Dæmonas esse sentit, ita scribit: *Aduentu Domini confracta & obtrita Diaboli potestas est: cum fidei Sanctorum hominum subiectus est. Non quod non adhuc potentia sua non maximas habeat vires, sed per id, quod, vtcumque subiectus est.* Vide omnino de hac re Augnst. Psalm. 103. vers. 25. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei*, quem vult Augustinus esse diabolum, & egregie illius potentiam imminuit, vt homini minus formidabilem reddat: sed accipe nunc è multis quæ illa concio, quarta Sanct. Doctor colligit, hæc pauca: *Hic ergo draco, antiquus hostis noster, ira feruidus, insidiis astutus, in mari magno est Draco hic, quem finxisti ad illudendum ei. Iam tu illude draconi: ad hoc enim factus est hic draco. Ipse cadens peccato suo de sublimi habitatione calorum, & ex Angelo factus diabolus, accepit quendam locum suum in hoc mari magno, & spacioso. Regnum eius, quod putas, carcer eius est: multi enim dicunt: Quare tantam potestatem Diabolus accepit, vt dominetur in hoc seculo, & tantum valeat, & tantum possit? quantum valet, & quantum potest? nisi per-
Diabolus nihil potest nisi permissus. missus nihil potest. Tu sic age, ne permittatur in te, aut si permissus fuerit ad tentandum, victus abscedat, & non possideat.*

114. Obiectio. Quòd si succurrat, ab initio, ante Christi passionem diabolum nihil omnino potuisse nisi permissum, vt constat ex libro Iob. cap. 1. & 2. aduertendum est, nunc minus illi permitti, quam antea, & hoc est, quod dicimus, illius tyrannidem esse deminutam, huc enim pertinet illud Saluatoris Ioan. 16. vers. 33. *Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Vicit autem mundum, quia eius principem vicit. Ioan. 12 vers. 31. *Nunc princeps huius mundi eicietur foras.*

115. Deinde, si demus per Christi passionem nihil esse diabolo detractum de potestate permissa iam olim ad tentandum etsi contrarium præ se ferunt aliqua noui Testamenti testimonia: tamen quia maior est in Ecclesia Christi gratia ad resistendum, quàm fuerit in Synagoga, iccirco dici potest eius potestas imminuta, quia potest, tenera minus modò prævalere quam antea. Huc spectat illa parabolica allegatio, *Fortis armati*, cui fortior superueniens Christus vasa & spolia eripuit, de quo Aug. In Psal. 67. vers. 13. Luc. 11 v. 21. Domin. 3. Quadrag. 116.

Denique quia & Dæmonum, & persecutorum impetus in Ecclesiam cassi fuerunt, & inanes, vt Psal. 2. vers. 1. prædixerat Vates: *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania;* vim suam retinet præsens orationis pars, qua Diabolus, ne fidei & Ecclesiæ Christianæ progressum prohibeat, inhibetur: iis duabus vocibus, *Noli prohibere*, siue *ne prohibeas.* itaque non tam affectus, quàm effectus, non tam conatus, quàm successus interdicitur.

Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.] Eadem ferme sententia: nam *de longinquo, & ab extremis terræ*, idem quod antè à quatuor mundi lateribus, & angulis. quod verò *filios & filias* nominat, vtrumque sexum Euangelio esse habile, & neutrum negligendum indicat. At quoniam id per se erat perspicuum, atque adeò minimè expressione indigens, aliud indicari suspicor hac generis masculini & feminei discretione. mouet me etiam frequens in S. Scriptura eius locutionis vsus. Quare quod hoc loco, & aliis Sanctius noster vir eruditus obseruat, mihi arridet, ostendi videlicet, magnam multitudinem, & varietatem. Vide quæ ille huc confert. quibus adde ex Ioele cap. 2. vers. 28. *Et erit post hæc: Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.* Aug. Psal. 104. v. 4. 117. Filij & filiæ quid.

Sed quoniam hæc loquendi formula recurret ad cap. 60. vers. 4. *Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent*, cousque lectorē differo. Quemadmodum autem appellet Deus filios, eos, qui tum essent, & infideles, & Deo exosi, videre licet cap. 40. vers. 11. *Congregabit agnos.* nam quo modo tunc lupos, & vrsos, nominauit agnos, sic hoc loco tunc canes, nominat filios, scil. quia per fidem & gratiam Christi euasuri erant in filios, & in agnos: Recognosce cap. 40. num. 186. 118.

Vers. 7. Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum.

Dictiuncula, & si sit caussalis, posita pro, *quia*, vt placet Sanctio, magis vincta erit oratio. Redditur enim ratio, & caussa, cur oporteat vndecomque & cuiuscumque ordinis ac conditionis homines ad Ecclesiam, fidémque conduci, concirique, nimirum, quia omnis quicumque ille sit, qui Dei nomen est inuocaturus quouis loco, ac tempore, Deus eum ad laudem & gloriam suam creauerit. 119.

Quid secum trahat, *inuocare nomen Domini*, scitum est scientibus mediocriter litteras diuinas: nam licèt sæpe sit aliud nihil, quàm Dei opem implorare, non minus sæpè, est Deum adorare, ac religiosè colere. Sic hoc loco com- 120.

muniter interpretes,& Ioannes etiam Benedictus in suis Concordantiis.v.*Innoco.*

LXX. Lectio. Græci tamen expositores secuti editionem LXX. ad appellationem, & impositionem nominis Christiani referunt. LXX. enim sic transferunt,& iungunt: *Affer filios meos de longè, & filias meas ab extremis terræ, quotquot vocantur nomine meo: in gloria enim mea creaui eum*, &c.

At cùm Christus sit Filius Dei,Patri consubstantialis, ac proinde vtriusque vna & eadem omnino diuinitas,eadē in vtraq; editione, Latinâ & Græcâ,Religio significatur.Religio autem hæc perfecta intelligitur, quæ non sola fide,aut etiam spe diuinâ, sed caritate quoque constet. de quâ Paulus Rom.10. vers. 12. congruenter huic loco; *Non est enim distinctio Iudæi,& Græci:nam idem Dominus omnium,diues in omnes,qui inuocant illum. Omnis enim, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Talis ergo inuocatio exigitur,quæ sit satis ad salutem, atque adeò quæ Dei dilectionem includat. Cùm verò præmittit Apostolus: *Non est distinctio Iudæi,& Græci*,explanat illud: *Omnem qui inuocat*, id est,modò inuocet,cuiusuis gentis, ordinis,& conditionis fuerit, *in gloriam meam creaui illum*, quare generatim, & mixtim de vocatione ad Ecclesiam siue Gentilium,siue Iudæorum cum Haymone, Forerio, & Osorio,accipi debere existimarim. imò, quod indicat Osorius, ad submouendam falsam Iudæi existimationem hoc attinere, qui Gentilem sibi nunquam exæquandum sibi persuaserat.de quo retro num. 109.

121. *In gloriam meam.*]Hoc & variè componitur, & exponitur. iuxta Latinam alij, componunt cum verbis sequentibus, *creaui,formaui,feci*; & exponunt:inuocantem creaui ad gloriam meā, vt me glorificet. & posset exponi passiuè, vt glorificetur,vt meâ gloriâ fruatur: sed fateor, in Hebræo prius potiùs esse,quia est casus dandi,cū præpositione ל *le*,quæ possessionem connotat:id est,*gloria mea*,vt mihi sit gloriæ,*creaui illum.* Alij adiungunt verbo præcedenti hoc pacto: *qui inuocat nomen meum in gloriam meā,creaui eum,formaui eum,& feci eum.* Haymo sic ait: *Qui inuocat nomen meum,non inaniter, sed in gloriam meam.* Neque ab hoc explicatu est aliena paraphrasis Osoriana.

122. Sed necesse est labare, aut saltem laborare hos autores in accommodandis verbis subsequentibus, *Creaui eum*,&c.nam ex hac sententia seqoitur,qui Dei nomen non inuocarint, à Deo non esse creatos,formatos,& factos. vnde trium horum verborum notio ea erit statuenda, quæ solis iustis hominibus conueniat. quò etsi tendit Osorius, sed timeo, ne peruenerit. nam *Creaui*,exponit,*denuo creaui:formaui*,vertit, in *informaui*, & pro,*feci eum*, supponit, *spiritus mei muneribus expoliui eum.* Tantum ne sit fas, & permissum paraphrasti, qualem agit Osorius, alienæ censuræ reseruo: mihi certè non probabatur hoc loco eius paraphrasis. Haymò nescio quid ex suo supplebat, & *Creaui*, aptabat corpori,*formaui*, animæ, & *feci eum*, Christianum, explanabat. Sed magis ex arbitrio; quàm ex ratione & caosâ hæc supplementa & interpretamenta descendunt.

123. Sit ergo interpretatio,quæ est communis,& proximè veritatem,particulam hanc,*in gloriam meam*, componendam esse cum verbis sequentibus,*feci eum*,&c.quod ad Electionem,& Prædestinationem attinere potest; velut diceret Deus:Quicumque vocatus à me,& huic vocationi liberali respondens me vicissim, vt par est, inuocauerit intellectu, & affectu, inde ei hoc tantùm bonum accidere intelligendum est, quia ego *in gloriam meam*, vt me ita honoraret,*creaui eum,formaui eum,feci eum*.quæ trium verborum appositio si ad Prædestinationis propositum aptetur, eius certitudo, & infallibilitas stabilitur. vt quem Deus creauerit, formauerit, feceritque eo consilio, & proposito, vt gloriæ suæ deseruiat,& ab eo glorioso glorificetur,eum,quo minus ad talem statum perueniat,nulla vis & potentia impedire possit. Prædestinatio, & electio.

Quæ explanatio eo minus mihi displicet, quo magis cum superioribus nectitur. vers. 5. *Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni;Da: & Austro; Noli prohibere.*Quâ locorum intercapedine immensâ, & multiplici diuersitate indicatur arcanè & subtiliter rei difficultas in colligendis & adducendis ad fidem & ad Ecclesiam electis.nam in *Oriente*,& *Occidente* non solùm regionum distantia, sed etiam, & magis præcipuè animorum longinquitas ab erroribus flagitiisque profecta describitur. Quàm longè autem Gentiles à Deo discesserant non passibus corporis, sed cordis passionibus viciosissimis, cùm adducti sunt ad Euangelium, nulla erit tanta vis eloquentiæ quæ ad repræsentandum sufficiat: qui illius seculi historiam profanam & Ecclesiasticam legerit, in eâ vt in speculo non rem ipsam, sed aliquale rei simulacrum ei licebit aspicere. de quâ Gentilicorum morum corruptione nonnihil attigi capit.40. nu. 297. & 300. 124.

Vocationis difficultas.

Gentiles longissimè aberrât moribus ab Euangelio.

Mores Gentilium corruptissimi.

Præterea in *Aquilone*,& *Austro*,ventis turbolentioribus & oppositis; ingeniorum, studiorum, consuetudinum, artium, institutorum varietas, & contrarietas eleganter ostenditur: ex quibus difficillima præsignificatur conuersio Gentilium. Nam vt est prorsus impossibile, Orientem & Occidentem coire, Aquilonem & Austrum conspirare; sic videbatur ex tam variis,contrariisque nationibus, ingeniis, moribus,studiis, propositis, professionibus, ritibus, superstitionibus vnicam non posse coalescere Ecclesiam,& tam multiplex, tam dispar,ac discolor pecus in vnum ouile non posse compelli. Sed quod hominibus est impossibile,hoc facile est Deo, (vide sup. cap. 40.num. 297.) & infallibile, si id faciendum suo tempore,Deus apud se æternâ suâ prouidentiâ constituit. Ergo hoc loco ad submouendam eam solicitudinem & dubitationem, quæ alicui ex difficultate rei posset occurrere,subiungit: *In gloriam meam creaui eum*; iam ab æterno destinaui *in gloriam meam*; vndecumque extraham, & adducam: quamtumliber procul abscesserit, *ab Oriente adducam*; si in partem aduersam dispergatur, *ab Occidente congregabo.* Si se in Aquilonem abdiderit, *dicam Aquiloni; Da*; meus est enim,meus non solùm creatione,sed electione: *in gloriam meam creaui eum.* Si ad Austrum transfugerit,*dicam Austro; Noli prohibere.* nam transfugam & fugitiuum seruum meum repeto, & extraho, quem perire nolo, nam *in gloriam meam formaui eum*:atque adeò etsi nunc informem 125.

mem reformabo, & conformem faciam imagini meæ, hoc eſt, filio meo. De qua attractione infidelium ad fidem non minus forti, quàm ſuaui, quia diſſerui ad c.4.v.11. dum exponerem illud, *In brachio ſuo congregabit Agnos:* eò mitto lectorem, cui locũ iodicabit margioalis n. 289.

126. Editio Græca non modò non diſſentit, ſed valde conſentit: nam habet, *In gloria enim mea κατεσκεύασα*, id eſt, *apparaui eum:* quod apertius ſonat prædeſtinationem. reliqua duo verba, *formaui*, & *feci*, eodem modo reponunt LXX. Quòd ſi cui lubeat aliter inſtituere, & inſtruere cauſſam redditam: ſcil. vt quia Deus omnium ſit conditor, ob id, nullius ſalutem debeat negligere, ſed ex æquo ſe inuocantibus proſpicere, iſtius interpretationis habebit autorem Oſorium, & ferè Forerium, neque me oppugnatorem.

Verſ. 8. Educ foras populũ cæcum, & oculos habẽtem; ſurdum, & aures ei ſunt.

127. Diſſident interpretes, an vnus, idemque ſit populus cæcus, oculatúſque: ſurdus & auritus: & vter ſit, ſi ſit idem, Gentilis, an Iudæus. Arias diuidit, *cæcum* affirmans eſſe Gentilem; *ſurdum* verò eſſe Iudæum. Vatablus non diſtinguit, ſed generatim infidelem agnoſcit. Sa idẽ ſequitur. Vterque, eſt populus Iudaicus Hieronymo, Haymoni, Dionyſio, Forerio, Adamo, Lyræ, Caſtrio.

128. At Cyrillo, Procopio, Pinto, Oſorio, Sanctio, & etiam Adamo vterque populus eſt Gentilis qui ſit *cæcus*, & *ſurdus*. Autores rati hìc agi de liberatione Babylonicâ neceſſariò ſunt dicturi, eſſe ſolum Iudæum, vt S. Thomas, Sanctius, & Hugo, qui poſtremus aliam fert expoſitionem, nimirum, iuberi Cyrum extrahere idola foras è templis. At inauditum eſt, idola dici *populum*: itaque lector ſurdus ſit ad audiendum hoc loco Hugonem. Neque illa alia de populo Hebræo ſatis apta explicatio, vt dicatur cæcus, quod diu fuerit in carcere tenebricoſo. nã etſi captiuus, non tamen habitabat in carcere. Præterea, cuſtodiæ obſcuritas auditum non auferebat, quare igitur appellatur etiam ſurdus: Vnde fit, debere intelligi de cæcitate, & ſurditate animi, ideo enim additur habere oculos, & aures, videlicet corporis; aut ſi ſint etiam animi, conceditur, facultatem fuiſſe, defuiſſe verò vſũ videndi, & audiendi. quod denique admittit Hugo: ſed non exprimit, qualis fuerit illius populi, pro illo ſtatu, cæcitas & ſurditas. Sed facile ei eſſet. nam reuera cæcus & ſurdus erat, cùm à Deo ob ſua ſcelera, & præcipuè ob idolomaniam ſeruituti traditus, etiam tum idola veneraretur, & neque verum Deum videret, neque in Vatibus identidem inſonantem & inclamãtem audiret. Sed hæc omnia permittebantur diuinitus euenire, vt aliam generalem cæcitatem, & ſurditatem, atque adeò abſurditatem, aliámque magis miſeram ſeruitutem nobis oſtenderent. Ergo ab hiſtoria, quæ ſolùm ex occurſu reſpicitur, ad propheti a nos conferamus.

129. *Educ foras populum cæcum.*] Quis quem alloquatur, eſt in ambiguo. Hieron. Pintus, Haymo, Dionyſius, induci Patrem loquentem cum Filio. Forerius & Caſtrius, Deum loquentem cum Iſaiâ: *Educ*, i. denuncia educendum, non aliter, atque illud c.6. v.10. *excæca cor populi huius*, pro, prædicito excæcandum. Mariana: *Educ*, i. educam: LXX. *Eduxi*. quæ oratio Deo cõpetit. hoc eſt, adducam. hoc probat Sa. Oſorius verò, *educ*, i. cedò mihi *populum cæcum*. Sed quia id tanti non intereſt, quod potius eſt, exquiramus, quis populus, quomodo cæcus, & habens oculos, ſurdus & habens aures.

Primò, mihi videtur populus iſte eſſe Gentilis, vt viſus eſt doctoribus nominatis n.127. quia huic melius conueniunt hæc appoſita, quàm Iudæo: & de Gentili agitur in verſiculis ante poſitis. At ſi quis contendat vtroſque, & Gentiles & Iudæos contineri ſub iis vocabulis, non magnopere repugnarim: nam è Iudæis aliqui erãt, ſi minus cæci penitus, id eſt, fidei lumine orbati, quando lux Euangelica orbi illuxit, erant certe cæcutientes & lippi, ac proinde hallucinantes. Qualis autẽ fuerit hæc lippitudo, oculorũ ludibriũ, & fruſtratio, quãtáq; pagani populi caligo, ac tenebræ, docui quoad potui, c.41. v.16. *Et ducã cæcos in viã, quã neſciũt*, &c. cuius loci eadem ferè mẽs eſt: ſi lubet, illa reuiſito. n.213. & deinceps. 130.

Quod verò ait Vates noſter politiſſimus: *Educ foras populum cæcum, & oculos habentẽ*, in eo nulla ineſt diſſonantia: cæcus enim non caret oculis, & poteſtate omnino vidẽdi, ſed eorum officio, & vſu: quin, ſi preſsè, ac ſubtiliter, philoſophorum ritu loquendũ ſit, cùm cæcitas ſit priuatio, exigit id, cui poſſit aſpectus, & viſio aduenire.

Neque tamen inde velim arripi à quopiã minùs Theologicè erudito, vt ineſt cæco habilitas ad recipiendum aſpectum, ſic ineſſe infideli ad capiendum lumen Euangelicũ: eſt enim diſpar negotium: nam animali cuiuis ex naturæ ipſius inſtituto debetur videndi vſus: at viſus fidei diuinæ, eſt ſupra debitum totius naturæ. dicitur tamen homo ad id lumen perſpiciendum habere oculos, quatenus habet naturalem intelligendi poteſtatem & vim, quæ poſſit diuinitus attolli, & ad excellentioris viſionis faſtigiũ eleuari. hoc ipſum accipe de ſurdo, nam hæc ſurditas, ſolo vocabulo ſecernitur à cæcitate. 131.

Altera poſſit eſſe ſententia loci, hoc modo explanata *Educ foras*, ad lucem ſcilicet Euangelicam, hunc *populum cæcum*, & habebis eum ſubitò *oculos habentem*, id eſt, reipſa videntem. quã explanationẽ textus Hebraicus non aſpernabitur; ſic enim ad verbũ: *Educ populũ cæcũ, & oculi ſunt: & ſurdũ, & aures ei*. quod poſterius membrũ Latina Vulgata refert, addito verbo ſubſtãtiuo, *ſunt*. Non videtur hìc abiiciẽdus sẽſus, qui Euãgelici luminis efficacitatem, ac dignitatem cõmẽdat; & ſatis conſiſtit ex ſe, neque caret patrono: Oſorius enim ſequitur in Paraphraſi. LXX. verò, oculos cæcos, & aures ſurdas exponunt, ſed cùm educi foras iccirco imperetur, vt aperiãtur vtrique nihil de ſenſu mutatur. Sanctius alio conſilio educi populum cæcum gentilem exiſtimat, nempe, vt cum eo rurſos diſceptetur de vanitate idolorũ. de qua diſceptatione ſunt ea, quæ ſuccedunt, vt Sanctius texit, & alij. 132.

Verſ. 9. Omnes gentes congregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribus: quis in vobis annunciet iſtud, & quæ prima ſunt, audire nos faciet? dẽt teſtes eorũ, iuſtificẽtur & audiant, & dicant: Verè.

Primam pericopen de Gentibus ac Iudæis coẽuntibus in Eccleſiam accipiunt Hiero- 133.

nymos,

nymus, Haymo, Dionysius, Pintus, Sa, & præ se fert Osorius. Fauet disp. ctio: *Gentes congregata, & collecta tribus*, nam etsi Hebr. loco *tribuum*, sit populi, לאמים *leummim*, hoc tamen nomen cùm adiungitur *Gentibus*, solet Iudæos significare. Psal. 2. v. 1. *Quare fremuerunt Gentes & populi meditati sunt inania* quod Act. 4. v. 25. S. Petrus exponit, *Conuenerunt verè*, &c. *Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus, & populis Israel.* Quod discrimen etsi non est perenne: vt docui ca. 1. v. 4. n. 59. tamē cùm sit frequens, fit probabile, inesse huic loco. & ideo fortasse Latinus interpres, pro *populis* substituit *tribus*, quod eo magis accedit. Cyrillus & Procopius secuti versionem Græcam, in qua pro populis sunt Principes, solùm Gentilium ad fidem collectionem intelligunt. Itaque plerique expositorum, quod antea v. 4. & 5. prædicitur, à quattuor mundi partibus fideles esse cogendos, nunc iterari sentiunt præterito tempore adhibitos pro venturo. quod ex se fidem meretur, & sentientium autoritate maiorem.

Populi pro Iudæis, quando.

138. Alij, vt Vatablus & Sanctius, hanc eandem partem periodi cum sequentibus iungūt, vt existat hæc sententia: Si omnes Gentiles conueniant simul, vel, fac omnes conuenisse communi consilio ad tuendam & vindicandam fidem & autoritatem suorum Deorum seu idolorum: *quis* tamen *in vobis annunciet istud*: quę commissura non est improbabilis, nam in ceterà oratione huius versus, certum est apud omnes, exagitari rursus idolorum futilitatem. Quæ quoniam eiusdem sunt propositi, atque v. 21. ca. 41. istic quære horum expositionem, & in vers. 26. eiusdem cap.

Vers. 10. Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus, quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum: Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

139. CODex Complutensis, & deinceps Regius aduerbium illud, *verè*, quod est in fine superni versiculi, *Dent testes eorum, iustificentur, & audiant, & dicant: Vere*, hoc inquam *vere* præfigunt præsenti versiculo, ita, *vere vos testes mei*, &c. quod nisi alia omnia exemplaria contradicerent, facile susciperem. nam superiori clausulæ si absit nihil detrahitur, & huic si adsit, additur. Nam illà in caussà Deorum Gentilium testes produci non poterunt, qui faueant, aut si producantur, erunt falsi testes. Ego autem, dicit Dominus, producam testes, & veros. *Verè vos testes mei.* Sed aduerbio hoc dimisso, testium veritas non deseritur, nam testes à Deo oblati non possunt non suam tueri fidem.

140. At quinam hi testes, quos pro se testimoniū dicturos Deus repræsentat? Adamus, Martyres exposuit, cui fortassis nomen fuit occasioni. nā Græcè *μάρτυς*, *Martyr*, idem, atque testis; quia suo sanguine testatur, & obsignat fidem. Iudæos ipsos Forerius, Osorius, Sanctius tradunt.

Ac si Deus dicat: Nolo alios, & si possem, quàm vos ipsos testes accipere: vestro testimonio, quod reiicere non potestis, relinquo. Cyrillus ad Vates allegat: ad Apostolos Thomas, Pintus, Sa. Vtrosque aliqui coniungunt, quòd nulli

A subest incommodo. Nā re ipsa tam vates, quàm Apostoli fuerunt testes locupletissimi, & omni acceptione maiores ad asserendam, & confirmādam veram diuinitatem: de eà enim præsens est lis, iudiciúmque. Enim vero cùm postularet Deus ab Diis gentiū, siue ab ipsis gētibus, vt ad vindicanda sua Numina & idola testes aliquos afferrēt, quorū testimonio eorum fides & autoritas affirmaretur & cùm nullū eiusmodi suffragiū occurreret, Deus, ne quod ipse ab aduersario poposcerat, videretur nō posse statuere, producit testes Vates in primis, qui multis antea seculis euentura prænunciarūt è liberà hominum voluntate processura, tot circunstantiarum commeatu instructa, & apparata: non secus, ac si iam præterita & gesta in annales referrent ad memoriam posteritatis, quod euidens & infallibile est argumentum naturæ diuinæ: vt asseritur cap. 41. vers. 23. istuc, si vis, regreditor.

Apostoli & Vates mutuo sibi fidem conciliant.

Fuerāt præterea Apostoli testes idonei, quorum fides nemini potuerit esse suspecta, qui miraculis innumeris editis Euangelicam veritatem affirmarūt, ac demum sui sanguinis chirographo consignarunt. Marc. 16. v. 20. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequētibus signis.* Vtrique autem se cōmissi collatiq; testes robustius quoad nos suum efficiunt testimoniū: nam quæ vates cecinerunt, ea Apostoli sunt executi, & quæ illi vt gerenda, hi vt iam gesta litteris ad perpetuā memoriam & fidem tradiderunt. Vnde vtrique Religionis Christianæ fundamēta numerātur, nominānturque. Vnus ex iis testibus prodeat pro testimonio eius, quod posui, Paulus Ep. 2. v. 20. *Ergo iam non estis hospites & aduenæ* (alloquitur gentiles ad Christum allectos) *sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Nā Vates & Apostoli in Christo connexi vicissim, & mutuò sibi robur addunt. Vnde fortasse id intendit Petrus epi. 2. c. 1. v. 19. cùm ait, *Et habemus firmiorem propheticum sermonem*: id est, ipso rerum euētu confirmatum & Apostolico suffragio magis stabilitum. Nam Transfigurationi, de quo illic mysterio, Vates & Apostoli vt testes interfuerunt. 141.

Ac cur Apostolos præponit Vatib' ætate prioribus? Theodoret', eo quòd prædicationē per Apostolos accepimus. Ergo quia nobis propiores sūt Apostoli, quā Prophetæ, & quia quæ illi lōgè & procul apparārūt, ea Apostoli cōstruxerūt: Ambrosius, seu quis alius istic: *Prophetæ disposuerunt, Apostoli fundamēta iecerūt*, & affert Autor typū: nā Dauid disposuit & apparauit materiam ad templum Domini ædificandū locūque descripsit: at Salomō ædificauit. Sic Vates strauerunt viā; apparatū & instructum ad Euāgeliū fecerūt, futuram structuram Ecclesiæ quasi delinearunt, & descripserunt: at Apostoli fuerunt artifices, qui hoc opus composuerunt. Eò visus est Princeps Apostolorum collineare 1. epistol. capit. prim. versic. 10. *De quà salute exquisierunt, & scrutati sunt Prophetæ, qui de futurà in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias, quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nūciata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis.* 142.

A Vbi pro *ministrabat*, Græcè διοικεῖν quod est disponere, vt liquet Sap.4. vers.1. *disponit omnia suauiter*. & vers.14 *disponam populos*. c.12. ve.18 *cum magna reuerentia disponis nos*. Denique Vates inuoluerit res Euangelicas texerunt: Apostoli explicarunt, & aperuere nos. Sed vtrique tibi vicissim fidem astruunt, & mutuò conciliant autoritatem: Deoque sunt testes fidelissimi, qui ab hominibus quamuis cauillosis reiici nequeant. Vide omnino infra num.178

143. *Et seruus meus quem elegi.*] Tametsi Vatablo, Pinto, & Osorio hîc est Isaias, tamẽ aliis & vero propiùs est Christus, quem Is.c.42.v.1. Pater & *seruum* & *electum* ve bis conceptis appellat: *Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum* B *super eum: iudicium Gentibus proferet.* Quo loco exposui, cur *seruus*, cur *electus* dicitur. Hîc tantum exponendum, quamobrem cùm illic Pater

Christus Iudex & testis.

iudicem constituat, nunc *testem* inducat. Sed dicendum breui Christum vtroque officio fuisse perfunctum, nam in hoc genere forensi nihil impedit, quo minus idem sit testis & iudex. de iudicio egi loco nominato. de testimonio Christi plura sunt in Apostolicis litteris obsignata testimonia. Ordior ab vltimo libro nempe ab Apocal.1.v 4. *Gratia vobis & pax ab eo*, &c. *& à Iesu Christo, qui est testis fidelis, Primogenitus mortuorum, & Princeps regum terræ*, &c.

144. *Christus qualis testis.* Cùm Ioannes illic nobis Christum commẽdet à multis, & illustribus titulis, primo loco C censet, *testem* esse quo diluceat huius nominis dignitas, & quia præcipua laus & virtus in teste

Veritas & fidelitas pro eodem.

quæritur veritas, idcirco addit: *Qui est testis fidelis*. nam fidelis idem est, atque verax, vnde Hebræi ab eodem etymo ducunt veritatem & fi-

Fidelis, i. stabilis.

delitatem, nimirum à radice אָמַן *aman*. consule Dictionaria, in quibus multa huius notę reperies. Hinc ad significandam constantiam, quæ est comes fidelitatis nomen trahitur: & in Vate

Sup.c.22.v.23.25.

nostro c.8.v.2. dicuntur *testes fideles*, & c.33.ver. 16. *aquæ fideles* eodem nomine. id est, aquæ perẽnes, & constantes, vt ibi fuit expositum.

Amen, vera constantia.

Ex eadem origine illa particula insignis אָמֵן *amen*, quæ retenta est, nec sine caussa, ab inter- D prete Latino, quia talem habet emphasin, vt vix alia simplici voce possit exponi, nonnulli *verè*, alij *Veritas*, interpretantur. quam particulam Christus apud Euagelistas passim pręmittit suis attestationibus, ac testimoniis, & apud Ioannem sæpiùs iterans, *Amen, Amen dico vobis*: vtpote testis Dei primarius. Inde illud aliud ex eadem Apoc.3.versicul.14. *Hæc dicit; Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei*. Græcè, ὁ ἀμήν cum articulo; *ille Amen*, neq; dubito, quin Ioãnes, si Hebraicè scriberet, hæc tria nomina, *Amen, Fidelis*, & *Verus* ab eodem fõte hauriret.

145. Qoamobrem fit proximè veritatem, quod n. E 139. obseruaui, in certis exemplaribus coniungi dictiunculam, *Amen* superioris versus, cum initio istius: sic *Verè*, Hebraicè אֱמֶת *émet*, quod est idem: *Verè vos testes mei*, vt quàm sit à testimonio veritas inseparabilis, ostenderetur. nam aliud nihil est testimonium, quam veritatis affirmatio, & cõfirmatio. Hoc & saluator docuit, & se, vt esset testis veritatis, idcirco fuisse natum. Nã cùm Pilatus Præses sic affatus esset Dominũ Io. 18.v.37. *Ergo Rex es tu? respõdit: Tu dicis, quia Rex sũ ego. Ego in hoc natus sũ, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex* A *veritate, audit vocẽ meã.* De quo Christi testimonio meminit Paulus 1. Timo.6.v.13. *Qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonã confessionem.*

Si quis verò, quemadmodum Christus, testimonium reddiderit, hoc est, quæ quibusq; modis sit testificatus, inquirat, & exigat à nobis hoc loco, is vouerit Euangelij repræsentationem & explicationem exigat, est necesse: quod esset valde alienum à ratione. Sin compendio velit esse contentus & summa rerum à Christo testificatarum, adeat Perer. in Apoc.c.1. disput. 8. num.35. quibus adde illa & alia fuisse Christum testificatum verbis, miraculis, exemplis, ac denique sanguine. Cuius argumenti retractatio recurret cap.55. vers.4. ad id: *Ecce testem* B *populis dedi eum, ducem, ac præceptorem Gentibus.* 146.

Vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum.] adde Deus: id enim nunc agitur, id controuertitur, cui sit ascribenda diuinitas. At quia non satis est ad eludenda Gentiliũ numina, si Deus suam diuinam asserat, ac vindicet maiestatem, cùm possent aduersarij obiicere, plures esse deos: infert è superioribus vtrumque & se esse Deum, & præterea neminem: *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit*. Quod ad tempus, seu durationem aptari potest vel ad ordinem: ac si dicat, Nullus, ne secundus quidẽ à me est Deus. Ego vnicus, ego solus, nemo alius Deus prior aut posterior duratione, vel dignita- C te. quia vni tãtùm cõpetit hęc dignitas, & diuinitas. Tale est illud Ioa.1.v.27. *Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est*. Vbi particula *post* temporis, at particula, *ante* dignitatis ordinem significat. Ergo excluditur apud Isaiam Deus prior, aut posterior simul & tempore simul & dignitate, ac autoritate quod iteratur deinde. 147.

Vers. 11. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator.

VIdetur esse reciprocatio, &, vt dialecticus loquitur, ęquipollentia inter hæc vocabula, *Deus & Dominus*, alioquin non certò conclu- 148.

Obiectio.

D deretur aduersus patronos idolorum. Sed latiùs multo patere vulgo arbitrabamur hoc nomen *Dominus*, quàm *Deus*: prius enim passim conceditur hominibus: non verò posterius. Porrò ob-

Solutio. Dominus, quis.

seruãdũ, vt sua huic orationi vis & energia stet, *Dominum* hoc loco debere accipi absolutè, qui supra se neminẽ habeat, infra se reliquos omnes, & omnia. ille enim simpliciter est Domin⁹, qui nulli seruit, & omnibus dominatur, nam si subiicitur vel vni, licèt ceteris imperet, non est absolutè Dominus, sed Domin⁹ simul & seruus, qualẽ se profitetur Euãgelicus ille centurio infra se habẽs milites, & supra se ducẽ ac imperatorẽ. Deinde qui ita dominatur, vt indigeat ser- E uitio, non est verè Dominus. ex quo sumit Aug.

August. Matt.8.v.9.

8.l.Gen.c.11. Deum solum esse Dominum. *Ille quippe, ait, nostra seruitute non indiget, nos verò dominatione illius indigemus, vt operetur & custodiat nos, & ideo verus & solus est Dominus, quia non illi ad suam, sed ad nostram vtilitatem, salutémque seruimus. Nam si nobis indigeret, eo ipso non verus Dominus esset, cùm per nos eius adiuuaretur necessitas, sub qua & ipse seruiret.* Quod verò sic

Deus & Dominus nomina reciproca.

interpretandum sit nomen *Dominus*, indicat Hebraicum *Iehouah*, quod vni Deo tribuitur: & Græcum θεὸς, *Deus*. Hoc nomen *Deus*, & alterum

Orig. tum *Dominus*, esse reciproca, &, vt aiûr, conuertibilia, docuit iam olim Origenes non malus Magister & vindex diuinitatis, qui homil. 8. in Lucam exponens illud è cantico beatissimæ Virginis: *Magnificat anima Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo*; sic ascripsit: *Dua res anima, scilicet, ac spiritus duplice laude funguntur: anima Dominum prædicat, spiritus Deum. Non quòd alia laus Domini, alia Dei sit, sed quia qui Deus est, idem & Dominus est: & qui Dominus est, idem & Deus sit.* Hæc Origenes, & probè.

149. Saluator solus Deus. *Et non est absque me Saluator.*] Probè sumitur ex suppositis, si enim ille solus est Deus, si solus est Dominus, solus item erit Saluator.

Qui enim omnium aliorum est Dominus, eos in sua potestate habet, & continet: vnde eorum nemo quicquam potest efficere, supremi moderatoris iniussu: atque adeò nemo valebit alium liberare autoritate & potestate propria: sed communicata & permissa à summo Principe: vnde iste dicendus est liberator solùm. Adde, hunc titulum, *Saluator*, Hebr. מושיע *mosiah*. esse adeò magnificum, adeò amplum, & augustum, vt eius capacitatem implere valeat hominum, aut etiam Angelorum nullus. est enim qui perfectam salutem, & inuiolabilem Felicitatem tum corpori, tum animo comparat. Quare Tullius Cicero grauiter Verrem in Actione 3. reprehendit, & accusat, quòd sibi hoc nomen arrogasset. verba Ciceronis do: *Itaque eum non solum patronū istius insula, sed etiam Sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum vt Latino vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum Soter, qui salutem dedit.* Quòd si solius Dei est salutem dare, *quia vana salus hominis*, Psal. 107. vers. 13. vt passim denunciat S. Scriptura, Deus duntaxat Saluator erit. Quo de cognomine, quia hîc non vni personæ incarnatæ, sed Deo ipsi Trino attribui existimo, non plura trado, commodiori loco reseruans. Itaque Deus hoc loco suam vnius asserit diuinitatem, suam vindicat vnicam autoritatem ac potestatem ad liberandum, & saluandum: vt homines, spretis idolis, vanis nominibus, & numinibus in vno Deo solo, veroque spes suas omnes defigant.

(Marginal notes: Iesus nomen. — Soter magnum nomen. — Cicero.)

Vers. 12. Ego annunciaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.

150. DVas veri Numinis notas, alteram, futurorum præsensionem prædictionémque, alteram malorum imminentium amotionem, suprà cap. 41. v. 23. expressas vidimus, quibus lacessebantur Dij Gētium ad affirmandam suam Deitatem, & quia neutram nec tam possent exhibere, meritò ludebantur. Nunc Deus suam maiestatem diuinam euincit vtroque indicio: & quòd annunciauerit ipse solus futura & procul aduentantia, & quòd propulsauerit mala præsentia, & prementia.

Et non fuit in vobis alienus.] Angusta, & inhabilis est prior Hugonis explanatio: *non fuit in vobis alienus* a salute: augusta & digna & idonea est communis interpretatio: *non fuit alienus*, id est, non fuit alius Deus in vobis, cui vel vos possitis ascribere vestram salutem, vel quo cum ego meam gloriam debeam communicare. Cuius interpretationis autorem ausim ego allegare Moysen Deuter. 32. vers. 11. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos & super eos volitans expandit alas suas, & assumsit eum, atque portauit in humeris suis.* & illicò v. 12. *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.* Si enim cùm dicit hîc, *saluaui*, debet intelligi de salute data in Ægypto, cùm inde populus euasit liber & saluus: quadrat omnino cum Deuteronomio, vbi illa publica salus Israelis canitur: si secus est, & apud Isaiā Deus de generali mundi totius saluatione prædicit, nihil impedit: nam exitus Israelis de Ægypto præformatiuus fuit salutis communis & publicæ generis humani, quam attulisse solū Deum, & ab eo solo afferri potuisse pro indubitabili nobis fidelibus est.

Sed generaliùs eodem in cap. Deuter. 32. v. 39. vindex est Deus & assertor suæ diuinitatis & potentiæ vnicæ. *Videte, ait, quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo: & non est qui de manu possit eruere.* Vide etiam Ose. 13. vers. 4. *Deum absque me nescies, & saluator non est præter me.* At plura sunt istius ordinis testimonia, quàm vt congeri oporteat. 151.

Vnus est Leo Castrius, qui legit: *Non fui in vobis alienus*; & ait ita debere legi iuxta quamlibet editionem: & necessariò intelligi de Christo, qui non fuit alienus, sed is, qui a prophetis, Moyse vt germanus & consanguineus, est promissus. Fatemur quidem Christum nō fuisse respectu Iudæorum alienum, cum fuerit ex semine Dauid secundùm carnem, tametsi Iudæi vt *filij alieni mentiti sunt ei*, Ps. 17. v. 46. & *dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum*, sup. c. 1. v. 4. quem versum videre licet num. 78. quare non minus verè dici potest Christus alienus Iudæis, quàm non alienus. 152.

Sed vnde conuincit Castrius debere reddi, *non fui alienus*, in prima persona, & non in tertia, *non fuit in vobis alienus*, vt concinunt omnes codices? quia in Græco inquit, est ἦν. At quis ignoret, hanc flexionem apud Græcos esse ambiguam, & cōmunem primæ, ac tertiæ personæ singulari? cui ergo valuit Castrius imponere? rudi prorsus, & imperito linguæ Græcæ. Neque Hebræa lectio magis fauet: nam istîc nullum est verbum, sed solùm aduerbium & nomen: hoc modo, *& non in vobis alienus.* quare nō habet Castrius vnde hanc potius personam suppleat, quàm illam. Sed inde magis castigandus est hic auctor, quòd pro Vulgata Latina hanc reponat, reclamantibus omnibus libris: videlicet, *Ego annunciaui & saluaui: auditum feci, & non fui in vobis alienus.* nam si sibi tantùm sumit, vt ei liceat, Vulgatam inuertere, quomodò audet Hebraizantium licentiam reprehendere, & interdum acriùs & acerbius quàm par sit vlli, qui neutiquam est in hac parte licentiosus? 153.

Bene notauit Sanctius, particulam; *&*, *& non fuit in vobis alienus*, non tam esse coniunctionis notam, quàm causæ: ac si dicat: ego solus saluaui: nam non fuit alius, qui id posset præstare.

144. *Vos testes, mei dicit Dominus, & ego Deus.*] Testes possumus eosdem accipere, quos suprà ver. 10. num. 140. Vates simul & Apostolos: & testimonium hoc referre ad præcedentia, quod faciunt plerique autores: vel ad id quod sequitur, nimirum: *Et ego Deus*, quod facit Arias, obseruans dictiunculam, *&*, valere idem, atque *quòd*. hoc sensu: *Vos testes estis, quòd ego sim Deus.* Hoc idem placuerat Haymoni.

Apostoli non suo nomine faciunt signa.
Sunt testes Dei non Dij.

Expositiones ambæ probabiles. Sed lector censeat, an sit probabilitatis particeps hæc tertia: *Vos testes mei*, non amplius quam testes, testimonium certissimum & firmissimum pro me dicentes; vos vates, & Apostoli non estis dij, nã etsi futura quàm plurima & longissimè posita prævideritis, & prænuntiaueritis certissimè, & B eximia multa feceritis miracula, non tamen vestris opibus, viribusque sed meo lumine illustrati, & meo numine instructi: quare vos solùmodo *testes*, & ego solus Deus: Heb. אֵל *el, fortis*, omnipotens: de quo nomine aliàs. quo nomine continentur omnia, quæ Deus hisce versibus suo sibi iure vẽdicat & fictis numinibus

145. detrahit. Quòd si Ioanni Euangelistæ visum fuit oportere, vt admoneremur Baptistam non esse Dei Filium, sed testem idoneum qui testimonium pro Dei Filio publicè diceret: Ioan. 1. v. 8. *Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* non videri debet superflua hoc loco hæc ad- C monitio, cùm enim non semel fuerit proposita & constituta prædictio futurorum & supernaturalium operũ editio, vt nota certissima Deitatis; ne quis, cùm videret à Vatibus futura prædici, & ab Apostolis signa ac miracula edi, vtrosque aut alteros pro diis haberet, oportuit dici, eos esse Dei testes, Dei administros, eius nomine, autoritate, auspicio, & potestate cuncta facere.

Adi Actor. 14. ver. 10. videbísque Paulum & Barnabam à Gẽtilibus Lystriis, quòd claudo ab ortu, gressum dedissent, pro diis exsistimatos, & nisi ipsi obstitissent affirmantes se Dei veri annunciatores esse, ac proinde testes, co- D ronis ac sacrificio donandos. Ergo, vt Deo sua constet autoritas, & suum hominibus officium ac ministerium; *Vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.* Denique Procopius exponit: *vos testes, & ego quoque testis.* sed non insistit expositio: nã cùm causa diuinitatis iudiciali propè modo agatur, & Deus suas partes agat, defendátque, non seipsum testem profiteretur opportunè.

Vers. 13. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat; operabor, & quis auertet illud.

E

146. SVam Deus etiam æternitatem propugnat, quæ à diuinitate est inseparabilis, quæque duobus nominibus explicatur; & cùm dicit: *Ego ipse*, & cùm dicit: *Et ab initio ego.* nam pronomen, *ipse*, tum vi suâ, tum potissimùm in sacris litteris, vt notat Arias, cùm de Deo est sermo, eius indicat immutabilitatem, ad quod affirmandum pro multis vnus satis sit locus Psal. 101. v. 57. *Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficiẽt*, pro his omnibus, *tu autem idem es*; hæ duæ vo- A ces, אַתָּה הוּא *athà hu, tu ipse*; quibus quanta potest, maxima immobilitas ostenditur. & quod illic est in secundâ persona, hìc in prima, אֲנִי הוּא *ani hu: ego ipse*; & nos certè Hispani ad affirmationem constantiæ hoc etiam pronomine vtimur: *Es el mismo. Soy el mismo.* non sum mutatus: idem omnino perseuero.

Pronomen ipse, immobilitatis index.

147. Altera pars, *Et ab initio.* eodem tendit Hebr. ad verbum, *Etiam à die*: vnde probè Latinus vertit, *ab initio*: nam initium temporis fuit dies Genes. 1. v. 5. *Factúmque est vespere, & mane dies vnus*, i. primus, principium durationis, primæua mensura motùs, exordium mundi. Particula *ab*, *ab initio*, non solam significat coexsistentiam, id est, Deum fuisse tum, cùm cœpit tempus, sed B etiam, antequam inciperet, & Heb. reddi posset, *Præ initio*, hoc est, *ante initium*, quin Forerius iudicat, esse, *post*: vt sit sensus, etiam post diem, siue post tempus *ego ipse*. sed quomodocumque id versetur, Deus suam nobis confirmat æternitatem, & immutabilitatem, ostenditque ex vi Hebraici sermonis, suam exsistentiam, atque durationem esse naturæ & ordinis longè diuersi à tempore & duratione rerum creatarum: cùm istæ omnes mutabilitati & varietati sint obnoxiæ; Deus verò sit simpliciter, & natura sua inuariabilis. quod obscurè licèt, eleganter tamen dictionibus Hebræis exprimitur: *Præ die*, seu *præ tempore ego ipse*; id est, nulla temporis successio, aut durationis constantia C poterit cum mea sempiternitate componi: nam ego immutabilis omnium, quæ accidunt, mutationum sum autor. Huius interpretationis autorem expertæ doctrinæ Hebraicæ linguæ & si quis desiderat, habet Ariam.

Dei æternitas.

148. Hæc est illa laus diuinæ sapientiæ attributa. Sap. c. 7. v. 27. *Et cùm sit vna, omnia potest: & in se permanens omnia innouat.* Quo loco adeundus est noster Lorinus, vbi alios huius argumenti tractatores Ecclesiasticos allegat: & videndus Eusebius libr. 13. Præparation. capit. 3. apud quem Plato Dei immutabilitatem edisserit.

149. *Et non est, qui de mea manu eruat.*] Potesta- D tem suam supremam & infinitam à nemine præpedibilem Deus asserit, quæ alibi quoque sæpiùs confirmatur, cùm id magnoperè intersit ad promissorum diuinorum constantiam & securitatem concipiendam. Nam si certissimi efficimur Deum, qui nobis promisit, esse immutabilem, sibíque perpetuò constare, adeò, vt in eius sententiam propositúmque nulla possit cadere mutatio: & simul esse omnipotentem, ita vt eius consilium nemo valeat impedire, aut retardare; neutiquam de successu promissionis diuinæ licebit addubitare. At quia de hac Dei inuicta fortitudine ad eruendum, & operandum, pluribus egi ad cap. 40. vers. 10. E à num. 135. cùm explicarem illud, *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, brachium eius dominabitur.* istuc mitto lectorem, & ad versicul. 11. insequentem eiusdem capitis à numero 184. nam vtrobia, id est, istic, & hic credo idem tractari argumentum de liberando homine. Nobiscum sunt Hieronymus, Haymo, Arias, & alij.

* * *

Vers.

Vers. Hæc dicit Dominus redemtor ve[ster] [Sa]nctus Israel: Propter vos misi in Bab[y]lonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes.

150. PRænonciari futuram liberationem tribuum Iudæ & Beniamin, quæ postmodum abductæ fuit Babylonem captiuæ, est certissimum. Aliquid amplius an indicetur sub ea rei imagine, postea videbimus.

Ad maiorem animis ingenerandam fidem, & firmiorem de promissione spem præmittuntur tria hæc insignia nomina, *Dominus, Redemptor vester, Sanctus Israel.* Nam quamuis primum [s]ufficeret, cùm sit illud Augustissimum *Iehouah*, quod aliàs monuimus, esse Dei, si quod esse potest, Dei nomen proprium, cùm *esse* simpliciter, & per se designet, atque adeò infinitam omnino constantiam, & immobilitatem; placuit nihilominus ipsi Deo, duo alia cognomina adijcere, *Redemptor vester*, & *Sanctus Israel*, quæ singularem erga illam plebem prouidentiam, & indulgentiam apportant. nam *Redemtor*, seu, vt in autographo, & Græco, *Redimens*, propè officium, vsúmque perpetuum redimendi significat: vt nihil insolitum, etsi minimè debitũ, Deus sit effecturus, si Iudã è seruitute Chaldaicã eximat. *Sãctus Israel*, quo sensu accipi oporteat: lector, si non meminit, redeat ad c. 1. v. 4. n. 77.

151. *Propter vos misi in Babylonem.*] Mendum est alicubi, cùm scribitur, *emisi*; & iam est sublatum in Bibliis auctoritate Xysti V. correctis. Qui missus est, apud omnes est Cyrus Persarum atque Medorum rex, qui etsi suo instinctu & arbitratu, & fortassis improbo ad expugnandum, vsurpandúmque Chaldæorum imperium accesserit, Deus tamen profitetur à se fuisse missum, quatenus eam expugnationem permisit, & ad suum de liberando Iuda propositum inflexit, & accommodauit. Sed quemadmodum Cyrus fuerit Dei administer in bello gerendo, docebitur commodiùs infra c. 45. vers. 1. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro*, &c.

152. *Et detraxi vectes vniuersos.*] *Misi, & detraxi*: præterita pro futuris, ritu Prophetarum, certitudinis argumentum. LXX. futura habent, & pro *vectibus*, *fugientes*.

Non est difficile, & cur diuersa sit lectio, & quomodo contraria non sit, ostendere. nam vox בְּרִיחִים vtrumque fert, & *vectes*, & *fugientes*: à radice בָּרַח *barach*, quod est fugere: quin aliqui exsistimant, neque absque verisimilitudine, sic dici vectes ab Hebręis, quòd sint eiusmodi repagula, quæ valuas transeundo à parte postica, & quasi fugiendo muniãt. Ne verò sit necesse quæ c. 15. v. 5. ad illud, *Vectes eius vsque ad Segor*, obseruaui, repetere; illic recidẽda. Pagninus in suâ versione maluit *fugitiuos*, quam *vectes* reddere: alij interpretes Latino vulgato hærẽt, & nos hæremus. Nam etsi commodum sensum Græca editio recipit, cùm *fugientes*, possimus credere à LXX. positos pro *vectibus*, quòd voluerint ad Græcum sermonem transferre nomen Hebraicè impositum à fugiendo: tamen quia hoc Latinè est durius, vulgata vox *vectis* omnino est retinenda: quæ etiã à vehendo ducta videtur, quòd nõ solùm occludẽdis, & muniendis foribus, sed etiam ferendis oneribus sit opportuna. Hæc de voce.

De significatu adhuc est dissidium: nam quidam autores autumant poni metaphoricè *vectes* pro fortibus & robustis propugnatoribus. Ita Theodotio apud Hieronymum, ipse quoq; Hierony. Haymo, Foterus & alij. Ratio redditur ab Haymone, quia, vt vectes sustinent pondera, sic potentes portant infirmiorem. Sed alia afferri potest commodior: vt enim vectes portarum obsistunt, quominus vrbem hostes ingrediantur, & capiant: sic fortes quique & strenui bellatores. *Vectes variè translati ex ponun[tur].*

153. Alij non huc aspicere Vatẽ arbitrãtur, sed ad carceres, repagula & vincula, quibus Babylone Iudæi tenebãtur. Hoc Adamus inclinat: & facit illa Græca translatio, *suscitabo fugientes*, vel *profuges*, vt transfert Pagninus. Sanctius alia hanc suam expositionem adijcit, vectes esse quosdam quasi carceres quibus Deus Persas ac Medos gestientes ad bellum coërcebat.

154. Ceterùm etsi suprà relata probabilia sint, nobis tamen multo magis arridebat expositio cõmunis, vt *vectes* sint quæcumque vrbium, regionúmque munitiones, siue à natura, siue ab industria, & arte profectæ: quæ instar repagulorum obstare solẽt, ne loca ab hostibus occopentur: Quam interpretationem præterquam quod à plerisque admittitur, nobis offert idem Isaias in c. 45. v. 1. vbi de eodem Cyro apertissimè Deus, *Aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudẽtur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas cõteram, & vectes ferreos confringã.*

Quorum duorum locorum affinitas non patitur interpretatione disiungi; & cùm posterior perspicue præseferat, vt illic fusiùs, esse *vectes* munitissima quæque hostium, quibus Cyrus non esset retardandus, Deo aditum aperiente, & obstacula quæuis submouente, fit necessariò consequens, eodem modo *vectes* hic exponi debere. Vnde non de vinculis, aut carceribus, quibus figuratè Persæ tenerentur, hoc loco agitur: sed de iis præsidiis, quibus se satis munitos Chaldæi gloriabantur: cui aptissimè nectitur quod succedit.

155. *Et Chaldæos in nauibus suis gloriãtes.*] Cùm enim reprehendendũ ac repetẽdũ sit verbum præcedens, *detraxi*, etiã magis elucet, *vectes* detrahendos pertinere ad Babylonios. Babylonẽ vrbem fluuius Euphrates interfluit: vnde ciues eo nauigabili fluuio vti poterant ad delicias & voluptates vel ad commoditates importandarum, exportandarúmque mercium, vel denique ad præsidium & munitionẽ. Quare hæc gloriatio ad omnia illa referri possit. Eius fluminis alueum in tot diuisisse partes Cyrus traditur in obsidione vrbis vt nauigabilis non esset. quod congruit huic prædictioni. Nam quòd quidam *gloriantes*, ad tristitiam & lamentum trahunt, eo quòd vox Hebræa promiscuè sit vociferationi faustæ & infaustæ, non probo: nam si vtrumque æquè patitur Hebræa vox cur Latinæ vulgatæ non assentimur? at gloriari Latinis nequaquam est lugentium. LXX. aliter, *in nauibus vincientur*: quod accommodare licet ad impeditam nauigationem, Euphrate in multos alueos diducto: nam qui nauigare, arescente alueo prohibẽtur, & impediuntur, non malè in nauibus vincici, & attineri dicuntur. quo impedimẽto cessat eorum gloriatio ex nauigatione proficisci solita. *Fluuiorum nauigabiliũ commoda.*

Vers. 15. Ego Dominus sanctus vester, creans Israel ; rex vester.

156. AD spes magis, magisque roborandas Deus iterat duo illa vocabula : *Ego Dominus Sanctus vester*, quod est idem, atque *Sanctus Israel*; de quibus dictum num. 130. additque alia duo noua, *Creans Israel, rex vester*. de priori nihil habeo quod nouo dicã prꝗter ea, quę dixi initio huius c. v. 1. n. 9. ad illud, *Creãs te Iacob, & formãs te Israel*. Titulus *Rex vester*, Deo quodammodo necessitatem imponit tuẽdi ac vindicandi subditos. Nam vt Seneca asserit in Epist. 90. tractans de aureo seculo iustitiæ & æquitatis cupido : *Officium erat imperare, non regnum*. nam quamuis Deus ab omni iure & obligatione sit liber, & absolutus, & libere vniuersa curet, atque prouideat : vbi tamen se Regem alicuius populi nominatim profitetur, suam quasi fidem ad regendum, & defendendum obstringit, quam ab eo præstari, ne sibi ipse desit, est necessarium. Quod enim a rege homine iure gentium exigitur, vt suos ciues pro viribus tueatur, & hoeret, quis non a Deo rege multo certius exspectet? Hoc consilio crediderim hoc loco Deum se Regem Iudæ appellasse.

Regnum est officium. Deus nulla lege tenetur, nisi quam sibi imponit.

Deus regis officium implet.

157. S. Hieronymus etsi iuxta versionem L X X. confitetur superiora eo, quo declarauimus modo, debere intelligi, scilicet, de Babylonis expugnando, & de Iudæo in libertatem asserendo per Cyrum: tamen iuxta Hebræum contextum de Euangelio exponi debere iudicat. Quare ille Babylonem metaphoricè sumit pro mũdo, Chaldęum pro Dęmone, & quod inde consequens erat, qui missus esse dicitur, eum esse Filium à Patre ad redimendum hominem delegatum; cum Hieronymo est Haymo: cęterùm hunc sensum vt pro mystico, & typico libenter admiserim, sic pro litterali cum aliis ferè omnibus expositoribus facile dimiserim. Nam quamuis non inuitus, ad lumen Euangelicum quoties interlucet, adducor, eòque magnopere recreor, nolo tamen historiam ex eo, quem iure obtinet, loco depelli, præsertim vbi historica sententia substernitur, cui commodiùs Euangelicæ res insidant. qualis est præsens iudicio plurimorum, Adami, Ariæ, Emanuelis Sa, Dionysij. Qua de typica notione redibit sermo. Et eandem credo fuisse Hieronymi mentem, & ferè colligo ex eodem ad v 17.

158. Illud interea non prætereundum quem Deus gerat animum erga suos cultores, minus licèt interdum fidos, & constantes; hunc locum indicio nobis esse. Cùm enim Deus duas tribus Iudæ & Beniamin, quæ aliarum decem tribuum calamitate, & clade edoctę nõ sibi cauerant, sed multa scelera earum fuerant imitatæ, in exiliũ & captiuitatem abduci siuisset : postquam ad tempus aliquod excoxit, purgauitque, vt illas in patrias sedes & in statum pristinę libertatis reduceret, Babylonicum imperium potentissimũ, & florentissimum decreuit euertere. Nam etsi non est dubium, Chaldęos id supplicium fuisse cõmeritos, posset tamen Deus aut illud protelare, ac differre, vel alio supplicio mutare: sed maluit id eligere, quod liberando populo suo erat maximè commodũ, & opportunum, idque aperte prodit, cùm dicit: *Propter vos misi in Ba-*

Deus erga suos cultores valde liberalis, & benignus.

A *bylonem*, &c. Itaque Deus vt suis consulat, mundum, si sit opus, inuertit, & imperia ac regna transfert. Vnde qui quamuis Deum offendit, in vltima venit, si eum pœniteat, ne desperet se eripiendum: multo magis cõfidat is qui in pericula & aduersa incidit, ne Deum offenderet: nam is Dominus suorum diligentissimus & indulgentissimus vniuersos & fortissimos vectes infringit, vt oppressis afferat libertatem.

Deus vt suis consulat magna molitur.

Vers. 16. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam.

B *Vers.* 17. Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robustum : simul obdormierunt, nec resurgent : contriti sunt quasi linum, & extincti sunt.

159. LOcus, in quo est vna & eadẽ mẽs ferè omnium interpretum; agi, videlicet, de populo Hebræo traducto per mare rubrum diuinitus, & de Ægypto inibi demerso. Itaque Deus ex præteritis prodigiis, atq; miraculis, iisdémque beneficiis eximiis erga suos cultores, sibi conciliat autoritatem, munit viam, fidémque ad facilius credenda quæ pollicetur in posterum C patranda facinora, & conferenda beneficia.

160. Illud est anceps, *Et in aquis torrentibus semitã* ad mare etiã pertineat, non aliter atq; superius, *qui dedit in mari viam*: an ad transitum fluminis Iordanis. Ambæ sententiæ nactæ sunt autores idoneos, à quibus proferendis & re diiudicanda, quia tanti non est ad id, quod intendimus, abstineo. Etsi non infitier aptiùs tribui *aquas torrentes* fluuio Iordani, præsertim cùm traiecit Israel Iosue c. 3. v. 15. *Iordanis autem ripas alueii sui tempore messis impleuerat*. & quidem solere S. Scripturam vtrumque miraculum coniungere, Ps. 113. v. 5. Habac. 3. v. 8. Nu. 1. v. 4. indicant.

161. *Qui eduxit quadrigam & equum.*] Vatablus & Arias ad cladem editam in exercitu Sennacheribi abducunt: alij autores ad stragem Pharaonis. & hoc propius est vero. Primò, quia succedit historiæ de mari rubro, & de egressu Israelis de Ægypto. Deinde quia quoties S. Scriptura loquitur de hoc euentu, toties ferè memorat currus & equos : & vim bellicam apud Ægyptios scimus fuisse potissimum in curribus militaribus. Tertiùm, quia memorabilior erat hæc clades Ægypriaca, & liberatio Hebraica generalior, & communior, quàm illa Assyriaca.

162. Deus autem hasce quadrigas eduxisse dicitur, non quod animum consiliumque hostium approbaret, aut eos ad persequendos Hebræos E induceret: sed quod eos, autor fugæ cùm fuerit populo suo, quodammodo prouocauerit, certè prodire animo hostili permiserit. Quæ permissio in rebus consimilibus ad fines diuinæ & occultissimæ prouidentiæ destinata, atque directa, ipsi Deo acsi esset eius molitio, & constitutio, solet attribui. Sic Deus passim scribitur in Exodo, indurasse cor Pharaonis, quod in speciem apparet acerbius : sed lenitur quo dixi temperamento.

Deus quomodo sit autor malorum, quæ permittit.

163. *Simul obdormierunt, nec resurgent.*] Dormire, pro mori, nemo nescit esse S. Scripturę locutionem. cur verò ita loquatur, ne id quidem obscu

Dormire pro mori.

obscurū;nam quicūque moriuntur,resurrecturi A sunt:& resurgere est quasi euigilare,& expergisci. At qua ratione his mortuis negatur resurrectio. Aio negari peculiarem, aut fauorabilem suscitationem. Itaque dormient ad finem vsque mundi. Iob. 14. vers. 12. *Sic homo, cùm dormierit, non resurget, donec atteratur cælum: non euigilabit, nec consurget de somno suo. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*, 1. Cor. 15. vers. 51. *Quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei; & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij*, Ioan. 5. vers. 18. Vtrumuis modum exponendi approbat Hugo. Prior est potior ad rem: nam idcirco videtur addi, *nec resurgent*: ne sit pericu- B lum, metúsue, vt rediuiui hostes possint vltionem coquere.

164. Similitudo ista, *contriti sunt quasi linum, & exstincti sunt*, nonnihil habet difficultatis ex coniunctione verborum: nam linum quod conteritur, non exstinguitur: & quod exstinguitur, scilicet, cùm est pabulum ignis, non conteritur. Nor. Latinè, *contriti sunt*, poni pro Hebræo, & Græco, quod vtrumque significat exstingui: vt ex aliis locis sumitur. Vnde Hebr. particula *&* quæ præpedit, abest: sic enim habet: דעכו *dahacu exstincti sunt*; *sicut linum* כבו *cabu*, quod est etiam exstinguere, & fortassis est apud Hebræos inter vtrumque verbum discrimen, sed Latini non habent nisi hoc vnum: C itaque linum hoc loco est linum accensum, vel *linum fumigans*, sup. cap. 42. vers. 3. vbi & nomen & verbum idem legitur. Vnde species aliqua prouerbij allucet: de quo, loco nominato dixi num. 62. Nam quia Ægyptij subitò demersi, & aquarum vi eunte in viscera & obstruente, ac præpediente spiritum, suffocati sunt: probè, vti linum ardens, dicuntur extincti: nam nulla re faciliùs, quam aquarum mole lucerna quæuis opprimitur, & exstinguitur. Ergo isto loquendi genere docemur, quàm sit Deo facile suos aduersarios delere, quámque sit fragilis vita mortalium, quæ è tenuissima re, nimirum ex aere pendet. *Cunque dal vento la tua vita* D *pende*; dixit nescio quis aliud agens.

Deus facilè perdit.

Vers. 18. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.

165. NOua, quæ Deus hoc loco spondet præstita ne fuerint in Aduentu Saluatoris, an in remigratione Iudæorum e Babylonia, non conuenit inter autores etiam Catholicos. Nam Hugo, Sanctius & Mariana posteriorem interpretationem vt litteralem sequuntur: Thomas etiam docet id fieri posse.

Verùm, vt priorem, quam iudico veram, meliùs constituam, statuendum est, iis verbis: *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini*; tradi priora & antiqua esse minora, noua autem successura esse multo illustriora. id ita habere adeò est perspicuum ex modo dicendi, vt ex contra sentientibus S. Thomas, & Hugo id apertè fateantur; ille iis verbis, *quasi dicat, non sunt digna, vt memoria habeantur in comparatione futurorum*: iste sic, *licet magna & mirabilia fecerim pro populo meo in exitu de Ægypto, nolite tamen admirari illa, sed ista, quæ ego facturus sum, quæ vtique multo maiora erunt.*

S. Thom. Hugo.

Et quidem omisso tot, tantorumque interpretum pondere, nam omnes sic accipiunt vno dempto Sanctio, qui in Paraphrasi æqualitatem agnoscit, & in commentario nihil amplius, modus ipse loquendi indicat comparationem, & prælationem. Nam quorsum iubeatur, aut moneatur quis obliuisci præterita intuitu & præceptione futurorum, si futura non sunt ampliora præteritis? Bonorum enim aliquorum, sicut & malorum memoriam non consueuit delere nisi aliorum multo maiorum prouisio, vel præsentia. Cyril. *Illatio rerum incomparabiliter eminentium interdum dat obliuioni id quod est minus: & res illustres ea quæ ex natura sua ita non sunt, hebetant quodam modo & obscurant, etiamsi priora sunt tempore. tale quiddā etiam Paulus tradit: Nunc cognoscimus ex parte: quando venerit quod est perfectum, quod ex parte est, abolebitur. Non meminisse* hoc loco, *non intueri*, ad æstimationem & examen necessariò referri debet: vnde nisi noua præponderent, & valde multum, nō poterunt antiqua abire in obliuionem & neglectum à nouis superuenientibus obliterata & quasi de memoriæ possessione depulsa. nihil enim vincitur, & eiicitur nisi à fortiori, & meliori. Huc spectat illud Leuitici cap. 167.
26. v. 10. *Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis.* de cuius medullâ nondum ago, sed ex cortice ac nuce contendo sumi, noua superuenientia, quæcumque illa sit annona, debere esse meliora veteribus, alioquin enim non esset, cur hæc proiicerentur è promtuariis, quamuis proiicere non sit abiicere, & perdere, sed solùm efferre, vt recens annona succedat. Ad hunc tenorem, cùm iubentur ij mortales ne priorum meminerint ne antiqua intueantur, quia noua sint facienda, apertè ostenditur, hæc illis fore potiora, & meliora.

166. *Vetera quomodo obliterentur à nouis succedentibus.*

Quo posito, qui autores sunt, hæc *noua*, esse Iudæ reditum ab exilio Chaldaico, probent nobis, & euincant esse facinus multo illustrius quàm exitum Israelis ab Ægypto: quòd simul probauerint, & euicerint, penes ipsos sit vtcumque victoria: nam alia dum ex parte restabit pugna. Sin illis hoc non præstantibus, nos ostenderimus maiorem fuisse & insignitiorem libertatem Ægyptiacam quàm Babylonicam, pro nobis lis æstimabitur. 168.

Liberatio ex Ægypto illustrior fuit, quàm è Babylone.

Principiò, Deus crebriùs, & magnificentiùs hoc sibi facinus ascribit, déque eo gloriosiùs multo loquitur, quàm de illo altero. quod exemplis corrogatis indicare non satago, quòd sint sexcenta, & in oculis. Deinde, vniuersus Israel eductus est ex Ægypto, at è Babylonia duæ tribus tantùm, neque tamen inte- E græ, nam ex iis quamplurimi remanserunt in Chaldæa, vt colligitur 1. Esdr. 1. vers. 5. Tertiò, in educendo populo è Chaldæa, nullum Deus edidit miraculum, nisi miraculi instar esse velis, eam mentem Cyro fuisse datam, vt Iudæis redire permiserit benignè, ac liberaliter reditum adiuuerit: sed si quis id etiam miraculo eximat, nihil faciet, docebitque contra scripturam. nam illud 1. Esdr. 1. vers. 1. *Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum*, ad internam quandam inspirationem, & prouidentiam ordinis naturalis reuocari potest: sed

169. *Ratio prima.* *Secunda.* *Tertia.*

largiamur fuiſſe ſupra naturæ faſtigium; quid hoc ad illa prodigia & miracula edita in Ægypto paulo ante egreſſum, & in ipſo egreſſu, & traiectu maris,& poſtea in toto illo tractu per deſertum? Præterea in Babylonia fuerant annis ſeptuaginta, in Ægypto annis multo pluribus, & aſperrima ſeruitute oppreſſi; in Chaldæa non item, quod conſtat & ex mitiori ingenio regum,& minori odio in Iſraelem, à quibus captiuis ac diſperſis minus quam Ægyptii, aut nihil omnino timebant. Et quidem eos non adeò incommode habitaſſe eſt indicio, cùm fas fuerit omnibus commigrare in Iudæam, non omnes ea facultate fuiſſe vſos, vt ex 1 Eſd. cap. 1. verſ. 5. allegato intelligitur. Vide Caſtrum in Ierem. 16. verſ. 14. num. 7. Non ergo maius facinus, aut beneficium fuit hæc poſterior liberatio quàm illa prior, & antiquior: neque par & æquale, ſed multo minus, vndecumque pendatur, ſiue è diuturnitate, ſiue ex acerbitate ſeruitutis: ſiue e multitudine liberatorum, ſiue ex obſiſtente, ac reluctante tyranno: ſiue ex claritudine, & numero ſignorum, prodigiorúmque, ſiue ex termino, ad quem primùm Hebræi traducebantur a multis & potentiſſimis populis priſtina & auita ſucceſſione poſſeſſum.

Ratio quare. Iudæi Babylone nõ tam oppreſſi, ac in Ægypto.

170. Quorſum ergo, ſi ad hanc regreſſionem Babylonicam aſpiceretur Deus moneret, diceretque; *Ne memineritis priorum: & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur.* quæ qualia, quantáque ſint, hoc eſt, quàm auguſta, ſi hoc modo interpretemur, extemplo conſtabit. Denique ſi Deo eſſet propoſitũ hoc loco vnam captiuitatem cum altera componere, poſteriorem libertatẽ priori præponere, ante hæc verba: *Ne memineritis priorum*, ea ſolum poſuiſſet, quorum vellet memoriam prouiſione futurorum quaſi opprimi, & obliterari. At cum præmiſerit hanc quoque libertatem Chaldaicam, & eam vt præteritam retulerit illis vſus verbis: *Miſi in Babylonem, & detraxi vectes vniuerſos*; quod iſto quoque conſilio, hic factum eſſe ſuſpicor, nobis pro argumento debet eſſe, Deum velle hanc etiam liberationem ponere in prioribus & antiquis, quorum obliuiſci iubemur. Atque adeò alia ab iis omnibus diuerſa ſunt *noua*, quæ Dei ſpiritus prædicit, ac pollicetur. *Noua* enim, vt mox explicamus, ipſe accipio non modò iteratione, & vt logicus loquitur, ſolo numero noua & diſtincta, ſed præcisè & abſolutè *noua*, hoc eſt, naturâ, ordine, ac genere: namque illa, quæ ſunt ſui ſimilia, & ſola ſucceſſione, aut reditu, variatâ aliquâ circumſtantiâ loci vel temporis innouantur, Eccleſiaſtes c. 1. verſ. 9. 10. de cenſu rerum nouarum dolet, vbi docet: *Quid eſt, quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt; iam enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.* Quod pronunciatum, & axioma generale de hoc ſaltem rerum genere fuerit accipiendum: vnde exitus Iudæorum è Babylone reſpectu alterius ex Ægypto nouus ſimpliciter dici non debuit: cùm tam ſit vnus alteri ſimilis, & ille prior multo, vti vidimus, clarior & inſignitior: minus multo in illum conuenit ea locutio: *Ecce ego facio noua, & nunc orientur.* quæ ſanè loquendi formula rerum multarum nouitatem & admirabilitatem præconceptam atque præcoctam oſtentat.

Hæc noua pertinere ad Euangelium, & ad liberationem totius generis humani, idque proximè, & immediatè, ac proinde litteraliter prædici iudicant omnes interpretes, quos ipſe legerim, quóſque citare ſoleo (demptis tribus autoribus ſupra num. 165. relatis) & præterea Euſeb. libr. 2. demonſtr. 13. Tertul. lib. . in Marcio. cap. 10. lib. 3. cap. 5. lib. 4. cap. 1. & lib. de Pudicitia. cap. 6. Ambroſ. de Vocatione Gentium. lib. 1. cap. 3. 171.

Verſ. 19. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea; ponam in deſerto viam, & in inuio flumina.

PArticula, *Ecce*, ſi vſquam, hîc eſt opportuna, nouitatis, ac proinde admirationis index. 172.
Facio noua: & Hebr. *faciens*, plus habet ſenſus, quàm ſi dicatur: *Faciam noua*: nam horum nouorum effectio diuturna, & perpetua ex vi verbi promittitur. & ita res habet ipſa. Idcirco etenim Euangelica promiſſa, cùm Teſtamentum, pactum, aut fœdus nouum enunciantur, addi ſolet, *æternum*; vt à veteri hoc etiam appoſito, diſcriminetur, quod hoc poſterius Teſtamentum fuerit temporarium, & quaſi vicarium, quoad illud immobile ſuccederet, ſubſtitutum, ac ſubrogatum: quoddam nimirum veluti interregnum; nouum verò eſſet legitimum, & ſempiternum. Et quoniam humanum teſtamentum morte teſtatoris intercedente confirmatur, ideo Saluator corporis & ſanguinis ſui Sacramentum, dum conderet, ipſemet voluit appellare *Teſtamentum nouum*, Matth. 26. ver. 28. & 1. Corinth. 11. verſ. 25. Nouum quidem vt à vetere ſecerneret, & præterea ſuo ſanguine ſancitum, vt irreuocabile oſtenderet. De qua vtriuſque Teſtamenti differentia egi ad cap. 33. verſicul. 20.

Euāgeliũ, cur Teſtamentum æternum, ac nouum.

Hebr. 9. verſ. 16.

Noua Hebr. חדשה *chadaſah*, i. *nouam*, ſupple, 173.
rem, vt illud, *vnam petij à Domino*, i. vnam rem, quod enim Latini genere neutro, id Hebræi fœmineo ſolent proferre: vnde reddi poſſet: *Ego facio nouum*; ſic reddidit idem Latinus interpres apud Ieremiam 31. verſ. 22. *Creauit Dominus nouum ſuper terram, femina circumdabit virum*. vtrobique nomen idem Hebraicum. & aptè, quia in vtroque loco myſterium idem: licet apud Ieremiam ſingillatim de Virginis cõceptu pronuncietur. At quàm ſit habilis hæc vox *chadaſah*, id eſt, quod omnino nouum euenit, Incarnati Verbi myſterio, & inde conſecutæ totius mundi ſaluti & innouationi, ſuperuacaneum dictu videri poſſit: cùm vix vlla ſit pagina noui Teſtamenti, quæ hanc nouitatem non doceat. Mitto, vbi disertè nouitas exprimitur, & exculpitur, qua de re ſupr. 42. numer. 156. & in hoc eodem cap. verſ. 1. num. 15. ſed vbi appellatur ſacramentum, myſterium, quod eodem attinet, idque à ſeculis abſconditum, & occultum non ſolùm hominibus, ſed etiam Angelis, Epheſ. 3. verſ. 10. quia ne hi quidem abſque reuelatione valuiſſent aſſequi, neque ſuſpicari, nihil aliud quàm iſtius facinoris nouitas & admirabilitas prædicatur. Vide nos ad Coloſ. cap. 1. verſ. 26.

Nouus dicitur nouum rebus Euangelicis.

Ad hoc Iſaiæ vaticinium retendiſſe Paulum 174.
cùm

Alludit Paulus ad Isaiam.

cùm 2. Cor. 5. vers. 17. scribit: *Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua*, verborum tractus ipse personat. Nec obscurior est allusio Apocal. 21. vers. 5. *Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* *Allusio.* Consulendi interpretes vtriusque loci: quem vtrumque locum cùm ad res nouas Euangelicas pertinere sit tam certum, quàm quod certissimum, quis ad dubium reuocet, Isaiam quoque de iisdem vaticinari?

175. *Lex vetus comparatione noua obliuiscenda.* Ergo mouemur priora & vetera legis Mosaicæ scilicet figuras, vmbras, vacuas rerū imagines, ritus, cæremonias, sacrificia & omnem illum Leuiticum apparatum obliuisci; eo quòd omnia illa antiqua fuerint quædam quasi præludia, quibus genus humanum exerceretur & præpararetur ad res seriò gerendas; fuerintque *Lex vetus prælusio ad Euangelium.* vmbræ quædam caducæ, atque fugaces, quibus labētibus succederet lux splendida, & lex noua Euangelica. Erant enim panni vieti, ac veternosi, quibus committi & insui vestem nouam non oporteret, ac proinde erant submouendi, & abiiciendi. Erant vtres veteres, ac fatiscentes in quos vinum nouum, nobile, ac generosum non debuit infundi ne subitò disrumperentur, sed iis amandatis quæri decuit vasa noua; quæ nouum vinum caperent, continerent, & sustinerent.

176. *Deceditur legi succedit Euangelium.* Quare hoc loco priora, & vetera illa cùm obliuioni tradi iubentur, palam antiquantur, & abrogantur: iubentur facessere, locúmque nouis cedere. id quod in typo cautum, Leuit. 26. vers. 10. *Vetera nouis superuenientibus proiicietis.* quod Origen. homil. 16. sic edisserit: Origen. *Quomodo eiicimus vetera à conspectu nouorum? Vetera habuimus legem & prophetas: vetera autem veterum ea, quæ ante legem fuerunt ab initio mundi. Venerunt & Euangelia noua, venerunt & Apostoli, a conspectu horum eiicimus vetera. Quomodo ea eiicimus? legem secundùm litteram eiicimus, vt statuamus eam secundum spiritum.* Hsychius. Isychius Origenis vestigia premens aliquid adiicit ad rem, ita: *Quæ sunt noua? Euangelia, videlicet: nam cùm maxima sint ea, quæ sunt per Patriarchas, legem, & Prophetas pollicita, tamen per Euangelia promissa maiora sunt, propter quod horum comparatione illa superflua iudicantur. Ecce ergo capitulum, quod totam benedictionem confirmat, infert: id est, quæ per Euangelicam acta sunt, & impleta gratiam: Ponam tabernaculum meum in medio vestri. vel sicut LXX. Constituam testamentum meum vobiscum. Quod est hoc? in quo noua promisit, cuius sic Propheta Ieremias memoriam facit: Et constituam vobis testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus vestris. His enim coniuncta sunt & quæ sequuntur, maximè: Et non abominabitur anima mea vos: ambulabo inter vos, eróque vester Deus, & vos eritis populus meus.*

177. *Lex cur lata in via, & itinere.* Itaque ob caussam binam Isychius existimat eiicienda esse vetera, venientibus insuper nouis; & quòd noua sint multo excellentiora, & quòd in præsentia horum antiqua facessere sit necesse. quem vtrumque explicatum vati nostro fas est accommodare. Lex enim antiqua fuit mobilis, non fixa, non stabilis; ideóque fortassis data in via, & itinere, cùm populus palans, & quasi profugus peregrinaretur per desertum antequam sedes fixas in terrâ promissâ locaret: cùm tabernaculum mobile & plicatile, non templum solo inædificatum haberet.

Discrimen vtriusque Testamenti. Hilar.

A Quod vtriusque legis discrimen grauiter Hilarius adnotauit ad Psalm. 131. vers. 7. *Introibimus in Tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. seruata est*, inquit, *temporum ratio, vt quod & audiuimus, & vidimus, præteritam significet ætatem: id autem quod deinceps consequitur, spem futuri temporis docet, cùm ait: In tabernacula eius intrabimus, adorabimus vbi steterunt pedes eius. Corporali istius vitæ præsentis officio Propheta desperans fide & spiritu præsumit, vt tabernacula requiei Dei, qui ea vidit, & audiuit introeat.* & nonnullis interiectis: *Cùm statur vno in loco, ex quo decidi non oporteat, consistitur. Vbi verò pedibus statur, illic toto corporis officio insistitur.* B *Lex præteriit, prophetia clausa est, finis eorum Christus est. Demutationis alterius nullus locus est. In hoc in æternum standum est, vbi iam decursis legis & Prophetarum Dominus insistit. Discurrit quidem per Apostolos prædicatio, quos frequenter pedes significatos meminimus, sed in Euangeliis consistitur. Illic ergo adorabitur, vbi Domini pedes, id est, prædicationes nouissima sine demutationis alicuius transcensione constiterunt.*

Transitus, & Pascha proprium legis veteris. Quocirca videtur esse vna è præcipuis differentiis vtriusque Testamenti, vt veteri sit maximè propriū, & insitum, *transire*, vnde princeps eius solemnitas Phase, seu Pascha, hoc est, transitus iure optimo appellabatur: nouo verò Testamento sit intimè conueniens, stare, ac permanere. C Lege Tertullianum in libris aduersùs Marcionem, qui totus ferè est, & ingeniosissimus in hoc argumento, qui cùm libr. 4. cap. 1. multa corrogasset testimonia S. Scripturæ, ita colligit: *Adeò pristinum Testamentum temporale significat, dum mutabile ostendit, etiam dum æternum de postero pollicetur.*

Autor libelli de cantico nouo, qui creditur esse, sed falsò, Augustinus cap. 1. fusè disserit, & quærit, quæ facta sint noua, veteribus abeuntibus, & respondit: *Transit Adam, homo vetus factus de limo: venit Christus Deus homo missus de cælo.*

Et nunc orientur, vtique cognoscetis ea.] Quin 178. *Oriri, quid propriè, quid translatè.*
D ad *noua*, quæ antecedunt, attineant, non est dubium. LXX. *Ecce ego facio noua, quæ nunc orientur*, Græcè ἀνατελεῖ, quod de plantis etiam dicitur, & fortasse germaniùs, Hebraicum verbum צמח *tsamah*, certè *germinare* significat. Vide sup. 41. vers. 2. num. 50. 52. Vnde, *orientur*, idem est, atque *germinabunt*; quæ verò *Germinare, quid.* germinant, aliunde procedunt, radices habent, vnde pullulent, seu potiùs erant in radicibus contenta, & inde virtute aliqua sic intendente, & exserente, enascuntur: talia enim propriè dicuntur germina. Ergo disquirendum, *noua* hæc Euangelica quæ nobis promittuntur hoc loco, & prædicuntur germinatura, vbi velut in radice latuerint.
E

Fateor me in hac disquisitione laboraturum, 179.
nisi mihi aliud quærenti occurrisset Augusti- *August.*
nus in principio suæ expositionis ad Psal. 72. *Nouum Testamentum occultatum in veteri, vt fructus in radice.*
quo loco hæc habet: *Erat David rex Israel filius Iesse tempore quodam veteris Testamenti: quo tempore nouum Testamentum occultatum ibi erat, tanquam fructus in radice. Si enim quæras fructum, in radice non inuenis: nec tamen inuenis in ramis fructum nisi qui de radice processerit. Illo ergo tempore, populo primo venienti ex semine Abrahæ carnaliter: nam & populus secundus pertinens ad nouum Testamentum, ad semen Abrahæ pertinet, sed*

iam spiritualiter. Illi ergo populo primo, adhuc carnali: vbi pauci prophetæ intelligebant & quid desideraretur à Deo, & quando haberet publice prædicari: prænunciauerunt futura hæc tempora, & aduentum Domini nostri Iesu Christi. Et quemadmodum ipse Christus secundum carnem nasciturus in radice erat occultus in semine Patriarcharum, & quodam tempore reuelandus, tanquam fructu apparente, sicut scriptum est: Floruit virga de radice Iesse. sic etiam ipsum nouum Testamentum, quod in Christo est, prioribus illis temporibus occultum erat, solis Prophetis cognitum, & paucissimis piis, non ex manifestatione præsentium, sed ex reuelatione futurorum.

180 Deinceps S. Augustinus cùm proloquium suum affirmasset ex cap. 24. Genesis vbi Abraham dimittens famulum ad comparandam filio coniugem, illum manu subter femur suum positâ adiurat, addit August. *Quia verò radix erat in Patriarchis vnde ostenderemus? Paulum interrogemus.* adducitque illud Rom. 11. vers. 16. *Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami*, quem locum diligenter euoluens ostendit in Patriarchis; & in Testamento veteri, velut in radice latuisse nouum indéque pullulasse. Chaldæus affatur; nam reddit, *Et nunc reuelabitur*; absque dubio aspiciens ad occultum in radice. Ex qua tanti doctoris arguta & solida dissertatione probè capimus, quàm aptè post illud: *Ecce ego facio noua*, adiungitur: *Et nunc orientur*, siue *germinabunt*. præterea colligimus, Iudæis maligne & anguste Scripturas interpretantibus remansisse radices amaras, nobis verò Christianis ipsius Christi benignitate ac lumine, easdemmet scripturas pro dignitate, próque virili perspicientibus fructus ex illis radicibus amaris suauissimos & dulcissimos prouenire; nam radices arborum amaræ sunt, fructus verò inde ad maturitatem adducti magnam habent dulcedinem, & suauitatem.

Iudæis scriptura est amara: Christianis est dulcis.

181. Hoc ipsum idem Augustinus aliâ eleganti similitudine declarauit per occasionem Psalm. 74. vers. 9. *Calix in manu Domini*, &c. *verumtamen fex eius non est exinanita*; vbi ita: *Calix vini meri plenus mixto, videtur mihi esse lex, quæ data est Iudæis: & omnis illa scriptura veteris, quod dicitur, Testamenti, vbi pondera omnium sententiarum. Nam ibi nouum absconditum latet Testamentum tanquam in fece corporalium sacramentorum. Circumcisio carnis magni sacramenti res est, & intelligitur ex eo circumcisio cordis, Templum Ierusalem magni sacramenti res est, & intelligitur ex eo corpus Domini. Terra Promissionis intelligitur regnum cælorum. Sacrificium victimarum & pecorum magnum habet sacramentum, & intelligitur in illis omnibus generibus sacrificiorum illud sacrificium, & vna victima in Cruce Domini. Accepit populus ille legem, accepit mandata iusta, & bona. Quid tam iustum, quàm non occides, non mœchaberis, &c. vnum Deum adorabis, & illi soli seruies. omnia ista ad vnum pertinent. Illa verò carnalia quasi resederunt, vt remanerent apud illos: & effunderetur inde omnis spiritualis intellectus. Calix verò in manu Domini, id est, in potestate Domini, vini meri, id est, legis sinceræ: plenus ex mixto, id est, cum fece corporalium sacramentorum. Et quia hunc humiliat superbum Iudæum, & hunc exaltat confitentem Gentilem; inclinauit ex hoc in hunc, id est, à Iudaico populo in Gentilem populum. Quid inclinauit? legem. Eliquatus est inde spiritalis intellectus. Verumtamen fex eius non est exinanita: quia omnia sacramenta carnalia apud Iudæos remanserunt. Bibent omnes peccatores terræ. qui bibent? omnes peccatores terræ. Qui peccatores terræ? Iudæi quidem erant peccatores, sed superbi. Gentiles autem erant peccatores, sed humiles. Omnes peccatores bibent. sed vide, qui fecem, qui vinum. Etenim illi bibendo fecem euanuerunt: isti bibendo vinum iustificati sunt. audeam dicere & inebriatos, & non timebo: atque vtinam omnes sic inebriemini.*

August.

Scriptura Iudæis sunt feces at Christianis vinum suaue.

Cui Augustini commentationi possumus addere, vinum fecibus indigere, vt conseruetur, nam quod e dolio in dolium sæpius transfertur, facile acescit. Deinde à fecibus, quibus aliquandiu innatat, robur accipere: quod enim in fecibus non requieuit, tenuius & minus generosum euadit. Sic enim nonnulli interpretantur illam metaphoram apud Ierem. 48. vers. 11. *Fertilis fuit Moab ab adolescentiâ suâ: & requieuit in fecibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit; iccirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.* 182.

Fæces prosunt vino.

Hoc est, iccirco Moabiticum populum euasisse potentem, & robustum, quod in suis opibus, in opulento illo, & præpingui solo, tanquam vinum in suis fecibus, diu permansisset, neque aliò fuisset translatus. Quam similitudinem si accommodare licet Augustinianæ sententiæ: scil. Euangelium & Testamentum nouum opus fuisse, vt aliquando iaceret, & lateret in fecibus veteris Testamenti, vt ibi conseruaretur, & vt inde robur hauriret, validiúsque efficeretur. Neque enim est dubium, quin Testamentum nouum à veteri confirmetur, ac roboretur. 183. At quemadmodum vinum oportet vt aliquandiu fecibus incubet, ob commodum modò expositum: sed suo tempore necesse est etiam inde transfundi ne diutius inhærens saporem insuauem & incommodum mutuetur: quod vulgo dicimus Hispani, *saber el vino a la madre*; sic Euangelium debuit aliquo tempore in fecibus legis Veteris incubare, & requiescere, sed cùm inde accepisset vires, robúrque conueniens, à fecibus decuit separari, vt existeret, vti vinum robustum ac generosum simul, & vinum simul purum ac defecatum. Tale nos Christi discipuli haurimus: Iudæi verò, vt ait Augustinus, feces sibi duntaxat retinuerunt. Itaque nos habemus vinum etsi nouum, non tamen tenue, & flaccidum, sed forte, & vehemens, quia à veteri vim & robur assumsit, & pariter purum, & eliquatum: bonas vtriusque vini participans conditiones. Iudæis quidem, eorum culpâ, fecescit, si loqui ita licet, & amarescit, nobis autem liquescit, & dulcescit. Quocum valde consentit quod c. 40. n. 141. & 151. memini obseruasse. Vide etiam infrà c. 48. n. 54.

Testamentum vetus profuit nouo.

Sed reuertamur ad priorem comparationem ex agriculturâ petitam, quâ Vates noster disertissimus vsurpat: quâque ostendit, Euangelicos fructus, frugésque quasi in suis seminibus, & radicibus, in Prophetis, Patriarchísque & in rebus veteris Testamenti præcessisse. Huius sine dubio generis est illud Saluatoris apud Ioa. 4. v. 37. *In hoc enim est verbum verum: quia alius est, qui seminat, & alius est, qui metit. Ego misi vos metere quod non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Vbi Christus Dom. messores facit Apostolos Euangelicæ messis & annonæ vbertimæ: satores autem Prophetas; & quia 184.

Lex vetus quasi semen Euangelij.

quàm

maior labor insumitur in semente faciendâ, quàm in segete metendâ, idcirco Apostolos ait in labores aliorum introiuisse, quia quod Prophetæ ingenti labore seminarunt, Apostoli messuerunt. Augustinus inducendus est Ioan.
185. tract. 14. qui hoc magis diluat, & explicet. *Quid ergo? Messores misit, non seminatores. Quò messores? vbi iam alij laborauerant: nam vbi iam laboratum erat, vtique seminatum erat, & quod seminatum erat, iam maturum erat factum, falcem, & trituram desiderabat. Quò ergo erant messores mittendi? vbi iam Prophetæ prædicauerant, ipsi sunt seminatores. Nam si ipsi non sunt seminatores, vnde ad illam mulierem peruenerat, Scio quia Messias veniet? Iam ista mulier fructus maturus erat, & erant albæ messes, & falcem quærebant. Misi vos quoque metere quod non seminastis, alij seminauerunt, & vos in labores eorum introistis. Qui laborauerunt? ipse Abrahã, Isaac, & Iacob. Legite labores eorum. In omnibus laboribus eorum prophetia Christi. & ideo seminatores. Moyses & ceteri Patriarchæ, & omnes Prophetæ quanta pertulerunt in illo frigore, quando seminabant? Ergo iam in Iudæa messis parata erat. Meritò ibi tanquam matura seges fuit, quando tot hominum millia precia rerum suarum afferebant, & ad pedes Apostolorum ponentes, expeditis humeris a sarcinis secularibus, Christum Dominum sequebantur.*

August.

Paulus ideo docet se abundantiùs laborare, quia Gentilibus incubuit prædicandis. Vide Iren. lib. 4. cap. 42.

186. Itaque semina iacta sunt, & radices actæ in Testamento veteri, è quibus orirentur, & germinarent fructus vberrimi, & suauissimi Euangelici. Patriarchæ & Vates fuerunt satores, & plantatores. lex vetus fuit radix sementis, & stirps at Euangelium, & nouum Testamentum fuit germen, flos, simul & fructus. Vnde quod modo tractabam ex Euangelio, Apostolos, videlicet, positos fuisse laboribus Prophetarum, etsi præcipuè quoad Iudæos debet intelligi, vt Augustinus docuit, apud quos Prophetæ, dum viuerent, laborauerunt verbo, & opere, multis laboribus, atque periculis perfuncti sunt, & aliqui pro veritate asserendâ, & prædicendâ, sunt vitâ etiam functi: tamen generaliùs velim accipi, id est, eos laborasse, eorúmque labores fructuosos fuisse omni hominum generi, & conuersioni Gentilium. Prophetæ enim viam strauerunt Euangelio & appararunt non solùm in Iudæa, sed etiam in omni natione Gentili: nam cùm Apostoli, eorúmque discipuli quæ de Christo Dom. admirabilia mundo, & vix humano sensui credibilia prædicabant, ea tot retro seculis a Vatibus prædicta disertè, distinctè, & particulatim ostenderent, & tam certò, támque numeratò fuisse descripta, vt ab Euangelistis, qui ea iam facta referunt, ne re quidem minima dissentiant: sanè ad persuadendos Gentilium animos magnum pondus habebant.

Prophetæ strauerunt viam Euangelio & Gentilium fidei.

187. Vnde ille *Eunuchus, potens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius*, cùm in Vate nostro legisset quæ de Christi Dom. passione cap. 53. prænunciat, & quæsisset è Philippo Diacono, de se, an de alio aliquo Vates ea diceret, cognouissétque de Saluatore, pluribus antè seculis fuisse prædicta, valde habilis extitit ad Euangelium illicò & Christum suscipiendum. Ergo ex illâ prophetica radice fructus & germen istud pullulauit.

Act. 8. v. 27.

Vt enim oracula Gentilitatis ambiguè, & callidè à dæmone edita, plurimos Gentilium in errorem & fraudem impulerunt: sic oracula diuina certissime, & sincerissime proposita plures Gentilium ab errore, & tenebris ad lucem Euangelicam reuocarunt. de quo recognoscendus est commentarius cap. 41. numer. 274.

Illa quoque est sementis eiusdem ordinis, 188.
quam D. Petrus 1. epist. ca. 1. vers. 12. Prophetis ascribit, cùm scribit: *quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant Angeli prospicere.* Quod Petri pronunciatum affine est illi alteri Euangelico nuper tractato: num. 184. *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Quæ & quanta Prophetæ nobis ad fidem Christi suscipiendam ministrauerint, Augustinus egregiè disputat contra Faustum Manichæum lib. toto 12. quam disputationem sic orditur c. 2. *Nempe his omnibus verbis agit Faustus, vt Prophetas Hebræos neque quicquam de Christo prænunciasse, neque si prænunciauerint, eorum testimonia nobis prodesse: neque illos ipsos ex eorundem testimoniorum dignitate vixisse credamus. Nos itaque demonstrabimus & eorundem de Christo præsagia, & quantum nobis per ea ad fidei veritatem, firmitatémque consultum sit, & eos sua prophetia aptè, congruentérque vixisse. In hac tripartita disputatione illud longum est sic probare, vt de illis omnibus libris testimonia proferam, quibus ostendam Christum esse prædictum: sed huius hominis leuitatem grauissimo autoritatis pondere conteram.* Quod deinceps Augustinus ita cumulatè exequitur, vt non iactabunda videri possit illa aduersus hæreticum pollicitatio, & sponsio. Ergo ex iis præiactis 189.
propheticis seminibus, & ex iis altiùs actis radicibus veteris Testamenti illæ nouæ & mirabiles segetes pullularunt, ortæ sunt, & ad maturitatem peruenerunt. hoc est Vatis nostri Vaticinum: *Ecce ego facio noua, & nunc orientur*; iam propediem enascentur, & adolebunt, nam vt firmiùs, & vberiùs exsurgerent, atque crescerent, oportuit aliquandiu de fossa subter terram latere, & ibidem radices occultè mittere.

Prophetæ nobis ministrant.

Vsque cognoscetis ea.] hoc est, cognoscetis esse ea, quæ vobis fuerant promissa: intelligetis cùm videritis orta, esse ea, quæ diu latuerant in radicibus, & expectabantur nascitura, & germinatura.

Recognoscetis ea, & fatebimini quæ sunt in euentibus noua, fuisse in prophetiis ac promissionibus vetera, & antiqua: & cùm tenueritis bona promissa, & præfigurata, tunc obliuiscemini promissiones & figuras: vt is, qui rem stipulatam sponsamque adipiscitur, sponsorem dimittit.

Vates nobis erant pro vadibus, & sponsoribus.

Vates nobis suam fidem obligauerant, & 190.
eos quasi obsides & sponsores pro bonis Euangelicis nobis sponsis promissisque tenebamus: vbi verò Euangelium fuit exhibitum, vates, & typos, & alia id genus ignota dimittimus, & obliuiscimur: agnoscimus nobis esse soluta, appensa & numerata ad vnum omnia quæ ex promissione & stipulatione debebantur, vnde vadimonium nullum iam meminimus. ad hunc quoque gustum, & sensum pertinere quoque præsens clausula possit: *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini*, quæ erant pro præ-

Agnoscimus exhibita quæ fuerant promissa.

dibus,

bus, & vadibus. Ecce ego sisto quæcumque sunt vadimonio & exstipulatione transacta. *Ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea*: ex formula pristinâ stipulationis, ac vadimonij: fidem liberatam, promissa omnia ad vnum fideliter præstita cognoscetis, & fatebimini. Adi quæso suprà num. 140.

Ponam in deserto viam, & in inuio flumina.

Vers. 20. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo.

191. HIc non possumus non interrogare eos, qui exponunt de liberatione corporali, quemadmodum ista historiæ accommodent. Ac primùm S. Thomam non est quod vrgeamus, nam ille autor vtriusque sententiæ, vbi priorem videt non procedere, ad posteriorem de Christo accedit, & in hac videtur magis acquiescere. Hugo & Mariana docent, viam in illo deserto esse apertam, potum suppeditatum, Mariana, demissis imbribus, Hugo, fluminibus positis, nihil amplius explicant.

At ob id solum præmoniti sunt Iudæi *priorum ne meminerint, & antiqua ne intueantur*, vt contemplentur se iter facientes per solitudines, & sitim extinguentes ex profluuio? Hæc sunt illa noua, mirabilia, inaudita? Deinde, si ista aquarum copia processit è caussis naturalibus, vt Mariana dicit, cùm exponit imbres, nihil nouum, nihil mirum fuit: sin miraculo eruperant fontes & flumina, vt in reditu ex Ægypto, non tacuisset historia sacra, sicut non tacuit illic. Neque etiam occurrit ratio ad excogitandum hoc miraculum. Nam cùm sæpius exercitus copiosissimi Chaldæorum in Iudæam iuerint, indéque in suas sedes rediuerint, cumque Iudæi in easdem vrbes fuerint traducti, vt est Regum historia testis, fit, spatium illud interiacens inter vtramque prouinciam neque fuisse adeò clausum, obstructumque, neque adeò periculosum, vt absque miraculo illac iter peragi nequiuerit.

Quòd si tractus ille iustis exercitibus erat permeabilis, & aquarum ad potum necessariarũ non indigens, quæ hic traduntur à Vate vt noua, & e censu miraculorum, propriè non debent accipi, sed metaphoricè: quæ est acceptio reliquis autoribus approbata.

192. Sanctius noster fortasse hac ratione commotus ista de reditu ab Ægypto interpretatur scil, *viam in deserto* nubem & columnam ignis, *flumina*, aquam erumpentem è saxo percusso. Itaque ex opinione ista: *Ponam*, & *glorificabit me*, posita sunt pro præteritis: *Posui, & glorificauit me*. sed certè ego non intelligo, quomodo possit stare ista connexio: si enim præmittitur, *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea*. qui potest aptè connecti? & subsequi, *Posui in deserto viam*, cùm rediretis ex Ægypto: nam *ego facio noua*, vt etiam Sanctius concedit, futurorum est promissio. Deinde iam supra vers. 16. 17. narrauit exitum ex Ægypto, & postmodum subiecit: *Ne memineritis priorum*; quorsum ergo nunc idem facinus replicet? Nam si eo cõsilio id faceret, vt monstraret esse maius quod editurus esset in educendo populo ab exilio Babylonico, postquam semel, iterúmque commemorauit quæ gesserit in egressu de Ægypto, debuisset exponere, & exprimere aliquid singillatim quod pertineret ad secundam liberationem, vt videretur ritè inita fuisse comparatio.

Sed abstineo à refellendâ eiusmodi expositione, contentus relatione verborum, quæ hoc loco apud Ariam Hebraicarum litterarum longè peritissimum inuenio: Euangelij cursus, prosperitas, & secundi exitus his allegoriis *significantur. Námque altera interpretatio Iudæorum, & Israelitarum secundùm carnem censetur, qui omnia ad terrestrem felicitatem referunt. tametsi non omnes idem pariter sentiant. sunt enim quamquam rari, qui meliùs, aptiúsque sapiunt.* Hactenus Arias, qui Rabbinis hanc interpretationem ascribit communiter, ex eo tamen ordine eximit aliquos, qui contrà sentiant, id est, qui metaphoricè, & spiritualiter accipiant: & si in eo errant, quod ad futurum, fictumque Messiam ablegant. 193. Arias.

Ergo nobis ad hanc cynosuram respectantibus facile erit præteruehi scopulos & vada euitare, quibus plurima nauigia sunt elisa, aut hæserunt: hanc enim *in inuio* viam, difficultates, obstacula, impedimenta fuisse submota; quominus Euãgelium curreret, interpretamur. non secus ac illa c. 40. v. 3. *Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* quare istinc assumenda est interpretatio, vbi largè isthæc exposui. Quod attinet ad *flumina*, lectorem etiam, ne frustrà detineam, mitto ad c. 41. v. 18. n. 235. quo licebit sitim explere; præsertim si recurrerit ad ver. 17. antecedentem, vbi de siti ante Euangelium edissero. 194.

Quod verò hìc additur de bestia agri, draconibus, & struthionibus glorificaturis Deum, in hoc filo metaphorico, facilem habet explicatum: Gentilibus enim ante fidem hæc vocabula aptissima sunt. Et quòd dracones, & struthiones potiùs quàm aliæ formæ bestiarum recensentur, etsi non absque delectu factum est, & istarum belluarum ingenia licèt moribus ac studiis hominum infidelium aptare, in iis tamen hærere non libet, quod est cuique facile, & pro multiplici animalium conditione varium. de quo Arias inspici potest, qui adnotat hasce bestias in locis aridis habitare, ac proinde siti vrgeri, sed ob tarditatem ad loca vliginosa non accedere: & S. Hieronymus qui apud pleróque interpretes pro Draconibus esse Syrenes, obseruat, & ipse inde coniectat, voluptuarios homines prædici esse conuertendos. 195.

De aquis & fluminibus in deserto nihil ferme occurrit docendum extra ea, quæ docui ad c. 41. v. 17. & v. 18. Quare, vt ego iudico, quod illic dicitur: *Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt.* hic *Dracones & struthiones* appellantur. & quod illic: *Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum*. hoc loco: *Dedi in deserto aquas, flumina in inuio.* Neque enim est vatibus insolitum, eamdem sententiam sæpius variis, aut iisdem propè verbis efferre.

Vers.

Vers. 21. Populum istum formaui mihi: laudem meam narrabit.

196. ET verbum *formaui*, & pronomen *mihi*, peculiarem vim continet. Hebr. *iatsàr*, quod est, fingere, e luto facere. De priori verbo tractaui, & affatim principio capit. numero decimo versiculo primo. *Et nunc hæc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Israel.* vbi verbum idem *iatsar.* De posteriori pronomine dixi eodem loco num. 35. ad illud, *Meus es tu.* ex vtroque poterit conflari commentarius huius versiculi. Sed nihilominus, quia vberrimum est argumentum, licebit addere.

Ponimus in primis *populum istum*, populum esse Christianum, Israelem Dei, ac semen Abrahæ spirituale: de quo à nobis varius habitus est sermo. Quod spectat ad *formationem*, & reuocari potest ad nouitatem, vt prædicat Deus fore populum nouum, ante id tempus non visum, vt est nouum vas à figulo formatum: & referri potest etiam ad vilitatem materiæ, & originis: nam quod à figulo fit, e luto fingitur: quare quam adipiscitur formam, speciem, honorem & dignitatem, figulo debet: qui pro arbitratu suo fingit *ex eadē massa, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.* At cùm addit, *mihi, formaui mihi*, definit, esse *in honorem.* Vnde sequitur, *laudem meam narrabit.* Nobile & splendidum munus, Dei laudem enarrare: esse Dei encomiastem.

Rom. 9. v. 21.

197. Permissum est etiam nobis hanc formationem pro generatione propria, sed supernaturali suscipere, de qua Paulus ad Galat. 4. vers. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.* Hic est populus formatus Deo, Ioan. 1. versic. 12. *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis,* (id est, fœminæ, vt ibi August.) *neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* quare, pronomen, *mihi, formaui mihi*, non solam possessionem, sed etiam originem nascēdi inferre poterit. Et quia filius e meis quasi visceribus, genitus & efformatus est, non poterit non laudem meam narrare. Haymo: *vt Christianus, & de corpore meo esset.*

198. Cum hoc conspirat Psalm. 21. vers. vltimus: *Annunciabitur Domino generatio ventura: annunciabūt cæli iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. Ascribetur*, inquit Genebr. *numerabitur Domino ætas Christum secutura illa ætas appellabitur Christiana, & populus Domini.* Neque fas est ambigere, esse huius notæ illud quod tractauimus suprà c. 9. v. 6. *Pater futuri sæculi*, quò reuerti non pœnitebit. Itaque Deus iis & aliis locis pluribus singulari quadam ratione sibi hunc populum posteriorem ascribit, & adoptat, & peculiari nomine se patrem eius appellat. Neque tamen inde colligimus populum fidelem priorem non fuisse Dei filium adoptiuum, eo quòd gratia diuina supernaturalis huius adoptionis fundamentum & radix non fuerit eiusdem ordinis & conditionis in vtriusque populi hominibus iustis, vt aliqui autores Catholici subindicant: id enim discrimen falsum semper iudicauimus, & ex parte confutauimus ad capit. primū versiculo secundo, *filios enutrimi.* Sed vt ibi & alibi diximus, licèt iusti veteris Testamenti fuerint filij, & regenerati per gratiam inhærentem & intrinsecam: tamen quia hæc multo copiosiùs & affluentius communicata est cum fidelibus legis Euangelicæ, & status Synagogæ fuit seruorum, qui timore plerumque in officio continentur: Status verò Ecclesiæ est filiorum, qui amore potiùs ducuntur, idcirco populus Christianus Deo peculiariter attribuitur, & Dei cultor, laudatórque à Vatibus futurus esse prędicitur. Cuiusmodi etiam est illud Psalm. 101. versiculo 19. *Scribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.* Quasi comparatione populi Christiani ille alter Deum non laudauerit. Hoc igitur modo accipiendum quod apud Vatem nostrum habemus in manibus: *Populum istum formaui mihi: laudem meam narrabit.* August. tract. 7. in Ioan. *Venerat tempus, vt impleretur lex per dilectionem, quæ non poterat impleri per timorem à Iudæis.* Accinit Petrus 1. epist. 2. vers. 9. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.*

Populus Dei est populus Christianus.

Iusti vtriusque Testamenti gratiam habuerunt eandē.

Status veteris legis, fuit seruorum.

1. Petr. 2. v. 9.

Laudare Deum, proprium Christiani.

Quin non dubitem Petrum ad Isaiam indicem intendere, quod satis confirmem, si recitauero huius loci versionem apud LXX. quæ est hæc: *Dedi in deserto aquam, & flumina in inaquoso, vt bibere faciam genus meum electum, populum, quem acquisiui, vt virtutes meas narret.* 199.

Alludit Petrus ad Isaiam.

Lectio LXX.

Allusio adeò est manifesta, vt explicatu non egeat. Cyrillus agnoscit allusionem. Narrauit quidem populus pristinus Dei virtutes, & facinora, Dei laudes: sed tantum excellunt virtutes & laudes in Ecclesia, vt illa his collata, laudis nomen amittant. Lege August. Psalmo 72. in titulo.

Vers. 22. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel.

HIc iam Deum cum Israële carnali contentionem, seu accusationem inire, nemo ferè interpretum dubius est. etsi alia sit apud alios iungendi cum superioribus ratio. Illa quidem vulgatior, & verior: caussam afferri idoneam ab ipso Deo, ob quam, illo priori populo antiquo amandato; opus fuerit, & oportuerit, alium nouum allegere, & efformare: nimirum, quia, quamuis ille antiquus laudes, & hostias Deo afferret, offerrétque, erant tamen vtræque eius conditionis & modi, vt ex iis plus molestiæ & offensionis, quàm iucunditatis & honoris Deo accederet. 200.

Non me inuocasti Iacob.] scil. animo sincero: suprà capite vigesimonono versiculo decimotertio. *Populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me.* Eodem modo potest intelligi altera pars, *nec laborasti in me Israel*: si quem in me colendo laborem subiisti, ipse non acceptum refero, quia alio respectu, non meo laborasti. Aliis alia placet interpretatio, sed quia Vulgata Latina dissentit, nobis minus placebat. Eiusdem propositi sunt quæ sequuntur. 201.

Vers. 23 Non obtulisti mihi arietē holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: nō te seruire feci in oblatione, nec laborē tibi præbui in thure.

202. *Sacrificia an Deo grata fuerint.* NOn te seruire feci in oblatione.] Hæc eandem habent quæstionem, quam illa cap. 1. vers. 12. *Quis quæsiuit hoc de manibus vestris?* nam vtrobique videtur Deus dicere, se nunquam illa iussisse. Sed loco nominato num. 135. quæstio in vtramque partem iactatur, & tandem expeditur: illuc remitto lectorem, ne actum agam.

Vers. 24. Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me.

Calamus odoratus, Canela. QVia de sacrificiis, & oblationibus agitur, haud dubie *calamus* hoc loco non vulgaris, sed odoratus est, Hebr *canneh*, quem aliqui non male coniectant esse quæ *Canela* vulgo dicitur & cum argento emi solere indicatur, preciosum aroma fuisse ostenditur. Itaque sicuti anteriori versu, victimam & hostiam cum *thure*, sic hoc versu, cum *calamo* coniungit; scimus enim suffitum, multorum sacrificiorum fuisse parergon. *Adipe victimarum inebriari*, videri possit minùs propriè dictum. Ceterùm, vel adeps pro sanguine, & liquido humore viscerum, vel inebriari, pro madefieri, vt vertit Forerius, accipi oportuerit.

203. *Malach. 2. v. 17.* *Verumtamen me seruire fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in peccatis tuis.*

Deus pro nobis laborat: nos pro illo non item. Antithesis allucet: Tu neque laborem, neque sumtum in me colendo & honorando contulisti. nam si quomodo laboriosa, aut sumtuosa tibi exstiterunt sacrificia, nō meo cultui, & honori, sed consilio, & rationibus tuis priuatis referebantur accepta. At ego, nullo meo commodo, vt te à peccatis & iniquitatibus tuis liberarem, laborem & sumtum maximum impendi: te enim patiendo & moriendo viuificaui. De passione enim Saluatoris exponunt Dionys. Osorius, Pintus, Vatablus, Sa. Sed vt de Deo secundùm se interpretemur, oppositio etiam exstat. Nam peccata Deo accidunt molestissima,

Peccatum est Deo acerbum. & grauissima: & ex eis laborem, ac dolorem, nisi Dei natura talium affectuum incapax obstaret, ingentem acciperet. suprà c. 1. v. 14. cùm de eodem argumento sacrificiorum Deus loqueretur, *facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens.* vide etiam cap. 24. num. 19.

204. *Peccator facit sibi Deū seruire.* Præterea, quia Deus sustentat homines, eorúmque ad agendū facultates; vires etiam naturales suggerit, & auxilia, quibus interea dum peccant abutūtur: ac proinde Deus efficit quid-

Deus quatenus concurrat cum peccante. quid obtinet veram rationem entis in peccato, quod probè à Theologo materiale peccati dici solet; eatenus à Deo hæc querimonia adhiberi potuit, *seruire me fecisti in peccatis tuis*, quasi Deus non sponte sua cooperetur cum homine dum peccat, sed quia illi vult conseruare liberū arbitriū innatum, inde fit consequens, vt peccare permittat, & quodámodo illi peccanti seruiat. Nam voluntate antecedenti, & signi certissimū est Deum velle, vt nemo peccaret: tametsi voluntate consequenti & efficaci vult sincere & permittere cuique liberum vsum suæ voluntatis quem Deus approbat quoties cum ratione & honestate concordat, & tolerat, & fert grauiter quoties ab eà deuiat. Vnde ad[...]it, *Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Q[...]o hærent ista, si illa vers. 2[...]. *Populum istum [...] sui mihi*, accipis de Israele secundum carnem? Greg. 16. Moral. c. 22. hæc aptat hæreticis abutentibus sacrâ Scripturâ: qui Deum seruire faciunt suis pestilentissimis erroribus, hoc est, conantur inde firmare.

Vers. 25. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

SI tam procul abest, vt victimis, oblationibus, holocaustis, thure, ac alio quouis genere odoramenti fuerim placatus: vt hæc eadem mihi fastidium, molestiam, laborémque pepererint: nemo erit tā stultus, qui illis audeat ascribere remissionem, & obliterationem iniquitatum. Ac proinde necesse est, vt a mea misericordia, & liberalitate proficiscatur. 205. *Cassia. col. Lit. in c. 6. 7. 8.*

Ego sum, ego sū ipse.] Pronominis *ego*, duplicatio sanc potestatem, volūtatem, & autoritatem ostentat; alterum pronomen, *ipse* constantiam. Adi suprà num. 146.

Qui deleo iniquitates.] Heb. participio exprimitur, *Delens iniquitates.* propositum, ac propemodum officium delendi peccata significat: vt illud, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatū mundi*, Ioan. 1. vers. 29. Græcè similiter ὁ αἴρων, *tollens.* Cuius solius est tollere peccata euius est proprium, germanum, atque legitimum munus. *Deus pro officio ferme habet peccata tollere.*

Et verbum *deleo*, in quauis linguâ, fert, peccata penitus aboleri, eradíque adeò, vt nullum relinquatur vestigium eorum: quod amplius ostendit Deus adiiciens, *& peccatorum tuorum non recordabor*; tanquam promitteret, non modò ex animâ peccatoris se maculas, labésque prorsus esse deleturum, sed è sua, quod maius est, memoria diuina immutabili erasurum. Nam quamuis fieri nequeat, hominem peccasse vt Deus non meminerit, postea tamen quàm peccatum condonauit omnino, ita se gerit, quo ad vltionē, ac si prorsus esset oblitus. Itaque Deus suo in primis sanguine & dein pœnitentiâ simul oblinit peccata, & obliuiscitur. Quoad argumentum ad spes peccatorum surrigendas, si quod aliud, summè efficax, & opportunū inuenies iactatū ad c. 1. v. 18. *si fuerint peccata vestra, vt coccinū, quasi nix dealbabuntur.* Præterea istinc retunditur insania hæreticorum huius temporis, qui peccata remitti, nihil aliud esse fingunt, quàm non imputari. 206. *Peccatorum vera remissio*

Deinde, cùm hîc, & alibi Deus delere peccata perhibetur, simul indicatur, à nobis cùm peccamus, aliquid scribi, & quasi litteris consignari: nihil enim proprius quàm scriptura deleri dicitur. Ita sanè res habet, peccando simul delemus, simul scribimus. Delemus magna ex parte Dei imaginem in nobis, non quoad ea, quæ sunt à naturâ, etsi etiam hæc ipsa fœdamus: sed quoad ea, quę proficiscuntur à gratia, & caritate supernaturali. Scribimus, & obsignamus chirographum illud de quo Paulus Colos. c. 2. v. 14. *Delēs quod aduersus nos erat chirographū decreti. Delēs* Græcè ἐξαλείψας, quo eodem verbo sunt vsi L X X. hoc Isaiæ loco. Sed quoniam in commentariis eius epistolæ alias de hoc chirographo disserui, & eos commentarios communicare est animus, hic supersedeo. 207. *Chirographū contra nos ȩ peccatum.*

Propter

208. *Propter me*] L X X. ἕνεκεν ἐμοῦ. Locus illustris aduersùs Pelagianos, & quosuis inimicos gratiæ diuinæ: contra quos Augustinus, eius acerrimus defensor, passim in suis scriptis fortissimè pugnat. Et profectò, cùm quilibet hæreticus Deo sit infestus, & iniuriosus, & quouis supplicio dignus; at qui suis meritis arrogat quod è fonte diuinæ liberalitatis, & gratuitæ omnino beneficientiæ manat, ac profluit, vix dici potest, quantopere Dei maiestatem violet, quámque sit venia indignus, cùm eam ipsam gratiá ex destinato & suscepto certamine hostiliter inuadat, per quam solam potest animæ interitum sempiternum euadere. Nam etsi non remouetur liberum arbitrium ad consentiendum, & vnà cum Deo agendum: at Dei gratiâ summotâ, quid istud præstet, & efficiat ad salutem: nihil omnino. Vnde Deus: *Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me* nam qui possem propter te, si quandiu non deleo, es mihi inimicus? Sed hanc disputationem de Gratiâ promiscuâ licèt Scholastici Theologi iamdiu quasi propriam & sui iuris sibi assumunt. Neque tamen nos S. Scripturæ interpretes inuidemus tam subtiliter, tam accuratè, tam strenuè præliantibus, sed eis auxilia & arma ferimus, cùm datur occasio vt in aliis locis Theologicis.

Pelagiani inimici gratiæ Dei.

Disputatio de gratia remouenda ab interprete S. Scripturæ.

Vers. 26. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra, si quid habes, vt iustificeris.

209. E Lectione Græcâ facilis explicatus: *Tu autem recordare, & iudicemur: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris* Itaque exigitur à peccatore pœnitentia, & ingenua, ac spontanea delictorum confessio, vt Deus ea deleat, obliterèt, & obliuiscatur. Psal. 31. v. 5. *Dixi: confitebor aduersùm me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Lege ibi Aug. & Psal. 75. v. 54. quorum priori loco describit certos homines qui peccata confitentur aduersùs Deum, non aduersùm se, in Deum caussas peccandi referentes. posteriori verò Psalmo docet cum Deo litigare, qui peccata sua diffitetur.

Quidã cùm se deberent accusare, Deum accusant.

210. At Latina translatio altò vergit. Potestatem facit Iudæo se defendendi, & quidquid ad se iustificandum fuerit commodum, in iudicio allegandi. Cùm enim modò eius meritum omne ad promerendam diuinam gratiam excluserit, hoc versu permittit, si secus existimet, causæ suæ defendendæ rationes afferre. Vnde illud, *Reduc me in memoriam*, non est, recordare mei, sed me, si obliuiscor tuorum meritorum, & iustitiæ, in recordationem reducito: vt sit ironia, mihi suggere quod memoriâ excidit. Quam enim facultatem indulsit gentilibus ad defendenda idola suprà cap. 41. v. 2 eam permittit Iudæis ad se ipsos tuendos, & sua iura retinenda: ne queri possint se condemnari indefensos. Adeò stat Dei caussa, & iustitia. vt nullum sit cadendi periculum.

Peccatori permittitur se defendere, si valeat.

Vers. 27. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me.

PRæcidit occasionem allegandi pro se auitam innocentiam, & erga Deum obsequia, quæ solent prodesse posteris nocentibus.

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

211. *Pater tuus primus peccauit.*] Hunc esse Adamum in multis, neque obscuris, inuenio commentariis, Osorij, Pinti, Lyrani, Ariæ, Emmanuelis, Marianæ, Dionysij. Aliis visum est non à tam longinquo & distanti parente arcessere: vnde vel ad Abraham, vt Hieronymus, vel ad eius patrem Thare, vt Forerius, & Sanctius accommodant. Denuum alij non vnum certum hominem intelligunt, sed populum ipsum Iudæorum: sic etiam Hieronymus, Haymo, & fauent L X X. dum transferunt, *Patres vestri primi, & principes peccauerunt.* At *Patres vestri primi*, Adam & Euam commodè significare possint. Ego & quia incertus quam præferam opinionem, & quia ad id quod prætenditur, non multum interest, hac, aut illac gradiamur, id in medio relinquo. Circa alterum, *Interpretes tui præuaricati sunt in me*; minus dissentiunt interpretes, nam Hieronymo, Thomæ, Haymoni, Dionysio, Forerio, Adamo, Pinto, Sa, Sanctio, Adamo, sunt Moyses, & Aaron: quorum præuaricatio litteris diuinis est prodita: Moysis, cùm percussurus iussu Dei silicem, & eliciturus inde aquas, de successu addubitauit; Aaronis, cùm vitulum aureum indulgens populo postulanti conflauit.

Vers. 28. Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam:

212. HOsce *principes* esse prædictos *interpretes*, est verosimilius. quos Deus à se contaminatos esse profitetur, quòd eos puniendo ostenderit punitione dignos. Punitio fuit, prohibere ab adeunda terrâ promissâ: quod fuit quasi arcere vt pollutos a terra sancta. *Iacob* datus *ad internecionem, & Israel in blasphemiam*, exponi potest de omnibus cladibus, calamitatibus, captiuitatibus, quibus longo & vario temporum tractu populus ille afflictus est. nã hic Iacob, & Israel mihi est pro eodem. Lege Iudicum, & Regum annales, ibique intelliges quàm abũde id quod hoc loco partim vt gestum dicitur, partim vt gerendum prædicitur, fuerit exactum.

213. Sed multo propriùs, ac sententiosiùs accipiemus, si intelligamus prædici Synagogæ reprobatiorẽ. nam tunc verè Deus *contaminauit principes Sãctos, dedit ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.* quæ reprobatio, & abiectio plebis fuit adũbrata, & quasi præexercita, & præoccupata in illis cladibus, atque captiuitatibus, quibus Deus à se quodammodo populũ ablegabat; & quasi alienum tractabat: præsertim in illa Babylonicâ seruitute, in qua caruit tẽplo, sacerdotibus, & sacrificiis. Qua de abiectione loquûtur tres illi adolescẽtes in fornace Babylonis Dan. 3. v. 37. *Quia Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumúsque humiles in vniuersa terra propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam.* Ergo Isaias loquitur de illo exilio Chaldaico, vt de typo, & præludio, sed multo magis de repudio vniuersali, & perpetuo, quod illo portendebatur. Huic expositioni adest Arias Montanus, & alij, credo, multi si consulti fuissent, non abessent.

Captiuitas Babylonica adumbrauit reprobationẽ Synagogæ.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMQVARTVM.

A

1 ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi.

2 Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.

3 Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.

B

4 Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas.

5 Iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua; Domino: & in nomine Israel assimilabitur.

6 Hæc dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus.

C

7 Quis similis mei? vocet, & annunciet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuncient eis.

8 Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci & annunciaui: vos estis testes mei: Nunquid est Deus absque me, & formator, quem ego non nouerim?

9 Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis: ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, vt confundantur.

D

10 Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile.

11 Ecce omnes participes eius confundentur, fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul.

12 Faber ferrarius limà operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & lassescet.

E

13 Artifex lignarius extẽdit normam, formauit illud in runcina, fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quasi speciosum hominem habitantem in domo.

14 Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit.

15 Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud.

16 Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmẽtum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit: Vah, calefactus sum, vidi focũ.

17 Reliquum autem eius Deum fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu.

18 Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo.

19 Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt neque sentiũt, vt dicãt: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam?

20 Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet: Fortè mendacium est in dextera mea.

21 Memento horum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu: formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei.

22 Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua; reuertere ad me, quoniam redemi te.

23 Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur.

24 Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero: Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.

25 Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.

26 Suscitans verbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens. Qui dico Ierusalem; Habitaberis: & ciuitatibus Iuda; Ædificabimini, & deserta eius suscitabo.

27 Qui

27 Qui dico profundo; Desolare, & flumina tua arefaciam.

28 Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem; Ædificaberis: & templo: fundaberis.

Vers. 1. Et nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi.

1. MInor hoc loco disceptatio apud interpretes Christianos, vter sit iste Iacob, & Israel spiritualis, an carnalis; nam si vnum, aut alterum eximas, omnes consentiunt, Dei esse adhortationem, ad Israelem spiritualem. Sic Cyrillus, Hieronymus, Procopius, Vatablus, Pintus, Osorius, Dionysius, Adamus, Arias, Lyra cum vtraque glossa, Leo Castrius, & è nostratibus Emanuel Sa, Mariana, & Sanctius, qui postremus hoc capite secus, ac in superioribus, litteraliter Ecclesiam Christianam agnoscit, & typicè Synagogam ad quam fiat allusio. Præter expositores, sunt in hac sententia Patres aliqui, qui per occasionem hoc Isaiæ vaticinium allegant, Eusebius, Demonstr. libro 8. Demonstr. 1. Hilar. libro quarto Trinit. & Psalm. 136. versic. 2. Gregor. 35. Moral. cap. 5.

2. *Prophetarum scripta non est necesse vbique esse connexa.*

Sed breuiter indicanda connexio istius capitis cum superiore: nam etsi non est omnino necessarium scripta Prophetarum inter se omnino vbique connecti, & committi, ita, vt vnum caput, aut vaticinium ex antegresso dependeat, cùm Prophetæ diuersa diuersis temporibus, locisque pro vt erat impetus Spiritus sancti eos afflans, enunciauerint, & quæ coniunctim, ac consequenter enunciauerint, potuerint postea, dum scriberent, ea disiungere: tamen quoties commodè possunt inter se aptari atque compingi, non est dubium, quin expositio sit lectori iucundior, & fiat probabilior. vnde ab industrio interprete hoc munus non est negligendum: ne illo Vatum priuilegio & licentia dissociandi vaticinia videatur ipse interpres abuti ad ignauiam. August. Ioan. tract. 70. *Verba sancti Euangelij ita rectè intelliguntur, si cum superioribus reperiuntur habere concordiam. conuenire enim debent præcedentia consequentibus, quando veritas loquitur.*

Nexum nihil in Vatibus est quærendum.

3. Et quamquam aliàs fuerit difficile, nexum inuenire, hoc loco non est. Cùm enim postremis verbis capitis antegressi esset Vates interminatus, seu in Vate Deus populi Iudaici repudium, vt videre potes istic numero 213. ne quis existimaret, à Deo proiici plebem Israelis omnino, ita vt ex eâ nullus seligeretur, Deus hanc summouet occasionem errandi, docétque hoc loco, mansurum esse apud se Iacob, & Israelem ex parte, id est, Apostolos, & qui eorum tempore & prædicatione se è Iudaismo traduxerunt ad Euangelium. Hoc ferè communiter expositores aut ponunt, aut supponunt. Nam plerique existimant nominatim ad Apostolos, & Apostolicos viros Iudæos hunc sermo-

Israel non omnino repudiatur.

Aug. Ioan. tract. 13.

4. nem dirigi. Quod si Iacob, & Israel pro populo Christiano, promiscuo ex Hebræis & è Gentilibus intelligitur, hæc intelligentia non officit: solatur enim Deus plebem suam antiquam, promittens apostasiam, & iacturam suorum ciuium & contribulium se compensaturum, & suppleturum vocatione, & conuersione multarum nationum & gentium, quæ sint futuræ veri Israelitæ, in quibus dolus non sit, sed verè, sincerè & ex animo se tales profiteantur verbo, & exhibeant re, & opere: de quibus prædicitur infra versiculo quinto. *Ille vocabit in nomine Iacob: & ille scribet manu sua Domino, & in nomine Israel assimilabitur.* quorum verborum planiorem notitiam suo loco reperies. nam hîc solùm de consecutione tracto. Porrò consuetudo est diuinæ benignitatis, cùm in suis vatibus acerbiora & duriora prædixit, molliora & suauiora subiungere, vt attemperentur. Iam ad textum.

Iudæorum apostasia compensatur conuersione Gentium. Israelitæ veri.

Vates durioribus mollia iungunt. Su. [illegible] 24. num. 42.

5. *Et nunc audi Iacob serue meus.*] Particulam, *Et nunc*, suprà capite quadragesimotertio versiculo primo, esse sententiosiorem quàm vt alias, monui ex Cyrillo & Procopio istic numero octauo. Hoc loco, peculiaris esse sensus non fuerit alienum cogitare, velut, si Deus affirmet: licèt abiiciendus sit Israel, quod ita fuerit commeritus. Nunc tamen, tu *Iacob serue meus, & Israel, quem elegi.* id est, selegi saluandum, audi quæ dicturus & facturus sum: *Effundam enim aquas*, &c. Itaque *nunc* hoc loco, non tam ad differentiam temporum, quàm ad discrimen rerum & distinctionem personarum spectat.

Particula, Nunc.

6. *Serue meus.*] liquet, quàm diuersus sit conditione & meritis hîc Iacob à superiori. Ille enim capite antecedenti versiculo vigesimotertio, non seruiebat Deo: sic Deus arguit illum, *Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.* & versiculo vigesimoquarto. *Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis.* Tantum abfuit, vt ille Iacob fuerit seruus Dei, eique seruierit, vt Deum sibi in peccatis suis seruire fecerit.

Israel vnus seruus Deo: alteri Deus seruit Cap. 43. v. 23.

7. *Israel quem elegi.*] si de toto Israele esset sermo, facile intelligeretur electus ex omnibus mundi nationibus, vt esset Dei populus peculiaris, & quasi peculium: qua de electione, & selectione plena sunt veteris Testamenti volumina. At quia, vt nuper constitit, hîc Israel aut est partialis, id est, qui transiit ad Euangelium, vel est spiritualis, id est, Ecclesia composita è Iudæis & è Gentilibus, alia necessariò debet intelligi electio, quæ potest esse æterna ad gloriam, vel ad fidem Euangelicam. Quòd si de solis Iudæis, vt placet Hieronymo, & aliis, agitur, ij speciali modo dicuntur electi, quasi selecti, & segregati ab aliis Iudæis, quos Deus repudiauit ob sua scelera, & damnauit. Quod beneficium, ac priuilegium adhuc sequenti versu exornat, & amplificat.

Electio Israelis qualis.

Vers. 2. Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tui.

8. *Faciens & formans.* QVoad duo participia, *faciens*, *& formans*, mitto lectorem ad vers. 1. cap. 43. vbi reperiet explicata a num. 10. nam etsi illic sint, *creans & formans*, sed, vt monui, *creans* non subtiliter vt à Theologis, accipitur, pro educere ex nihilo, vnde idem est, quod facere è supposita materia.

Prouidentia Dei in hominem ab vtero. *Ab vtero auxiliator tui.*] Non infitior generalem Dei prouidentiam, vsque ab ortu ex vtero incipientem, imò in ipsomet vtero, cùm primùm proles effingitur, de quo Psal. 138. v. 13. *suscepisti me de vtero matris meæ.* & vers. 15. *Non est occultatum os meũ, quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.* quod de efformatione corpusculi in vtero materno communiter exponitur. & alibi litteræ sanctæ hanc Dei prouisionem erga hominem iam tum à primo satu commendant.

9. Sed ego hoc loci, aliam specialem agnosco, ad quam fiat allusio, videlicet illam Genes. cap. 25. quà Deus prouidit, vt Iacob fratris sui Esau gemini nascentis plantam prehenderet, atque teneret, vt ipse prior ex vtero progrederetur. *Genes. 25. v. 25.* ex quo conatu hæsit illi nomen *Iacob*, hoc est, *supplantator.* quod vocabulum etsi frater Esau vtpote dolens sibi minorem anteponi, in peiorem partem fuit interpretatus, oblatâ occasione à patre Isaac; qui cùm dixisset, Genes. 27. versic. 35. *Venit frater tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* at ille subiunxit: *Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim en alterâ vice.* re tamen vera, totum illud negotium ex altiori origine manabat, & diuinitus gerebatur. *Iacob diuinitus præfertur Esau fratri maiori.* Ad quod persuadendum satis fuerit Pauli testimonium Rom. 9. vers. 11. *Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

10. Ergo, iis fratribus in vtero exsistentibus, & colludentibus, seu, vt loquitur textus sacer Genes. 25. vers. 22. sese collidentibus, & vt fas est interpretari, de primatu contendentibus, Deus Esau præterito, ac reprobato, Iacob eligit, & hoc facinore præmonstrat, Hebræum populum reprobandum, & Gentilem adlegendum. *Iacob populum Gentilem, Esau Iudæum præfigurat. Aug.* *quod autem dictum est*, ait Aug. lib. 16. Ciuit. cap. 35. *maior seruiet minori, nemo ferè nostrum aliter intellexit, quàm maiorem populum Iudæorum minori populo Christiano seruiturum.* Vide cap. 41. num. 129.

11. Vnde, cùm iam inde ab ortu & ab vtero hæc Iacobi prælectio, & prælatio fuerit tam apertè significata, non inanis hæc est Dei affirmatio, & appellatio: *Ab vtero auxiliator tuus.* ergo de Iacob spirituali est vaticinium & ad prodigium illud antiquum modò expositum respicitur, simúlque indicatur, nullis meritis attribui posse hanc electionem, cùm Deus fuerit eius auxiliator ab vtero, quo tempore locus & facultas merendi non est. *Electio non fit ex meritis.* quod Paulus exposuit: *Cùm nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali.* Itaque Dei [illegible] festina, & quasi præpropera ad auxiliandum inducitur, iuxta ac meritum hominis hoc excluditur, vbi Deus se profitetur *Auxiliatorem ab vtero.* *Auxilium Dei festinum.*

Noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.] Ratio satis idonea amandando timori, quæ fuit supra proposita: tam fauorabilis, tam præoccupans, tam liberalis & voluntaria Dei electio, & dilectio. de qua etiam capite quadragesimotertio versiculo primo num. 24. 12.

Illud verò habet aliquam obscuritatem, cur addiderit Deus, *& rectissime, quem elegi.* Obscuritas nascitur à vocabulo Hebræo, quod aliam apud alios nanciscitur interpretationem. *Rectissimus quid.* Hieronymus ait à solis L X X. fuisse interpretatum, *dilectissimum*, à ceteris verò, *rectissimum.* Sed vtra sit notio germanior, & vi nominis Hebraici congruentior, sepositâ interim autoritate editionis non erit alienum inquirere: vt appareat, cur hoc loco hæc vox fuerit adiuncta. Est ergo Hebt. ישרון *Iesurun*, quod nomen plerique deriuant à verbo ישר id est, *rectum esse*, & pro variâ coniugatione, *dirigere*: vt è multis testimoniis colligitur. *Hebr. Iesurun.* Ex quo lectio Latina satis astruitur, quæ significationem ad *rectitudinem* inclinauit. cúmque forma nominis *Iesurun*, sit paulo productior quàm vt apud Hebræos esse soleat: & à communi, quæ est ישר *Iasar*, diuersa, cúmque illa communis forma sit idem quod *rectus*, suspicabar eam protractionem in nomine *Iesurun* pertinere ad indicandam eximiam rectitudinem, vocis enim protractio interdum minuit, & interdum auget significationem: vt hæc eadem apud Latinos, *rectus, rectulus, & rectissimus*, & alia similia. *Nomen protractum similabes auget.* & Hispanè cùm amplificare cupimus, pro *dolto*, *doltazo*, pro *rico*, *ricazo* sufficimus: Ita hoc loco apud Hebræos superlatiuis nominibus destitutos, *Iesurun* pro *rectissimo* positum esse existimabam. Similis formæ & notionis est nomen Psalm. 67. versic. 13. ידידון *Iedidun*, qui *dilectus* ibi. id est, valde dilectus vertitur.

13. Quòd verò L X X. hoc loco pro *rectissimo* conuertunt *dilectissimum*, nihil alienum faciunt. Nam quod est rectum, id etiam est bonum, & bonitas moralis nihil est aliud, quàm rectitudo, & cum ratione conformitas. *Rectus idem, qui bonus. Bonum Deo placet.* Cúmque quod est bonum, rectúmque id non possit non esse Deo dilectum, inde fit Latinam & Græcam editiones esse consormes. Et verò alibi Scriptura sancta cùm animus est, significare, aliquid alicui placere, & ab eo probari, vti consueuit hoc verbo *Iasar*, ac dicere, rectum, seu bonum videri in oculis eius. & Latinus interpres Deuter. 32. versic. 15. hoc idem nomen *Iesurun*, quod hic vertit, rectissimum, fuit interpretatus, *dilectum*: *Incrassatus est dilectus.* Quare, si pro rectissime, dilectissime substituas, intelliges suo loco fuisse adhibitum: *Noli timere serue meus Iacob & rectissime*, hoc est, dilectissime, *quem elegi.*

14. *Israel vade dictu.* Quod autem adnotat Hieronymus, *Iesurun*, sensu esse eundem atque Israelem apud Hebræos, periti huius linguæ non [illegible] ipiunt: nam vt verum sit Israelem non esse Hebraicè, eum, qui Deum videt, seu Videns Deum,

vt à

vt à multis exponitur: etiam est verum, non esse neque d , *Rectum esse Deo*; sed præualentem esse Deo, vt Angelus qui hoc nomen indidit, indicauit Genes. trigesimosecundo versiculo vigesimooctauo *Nequaquam, inquit, appellabitur nomen tuum Iacob, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?* quæ verba Angelus post longam illam luctam cum Iacob habitam pronunciauit. Vbi quis non videt, non esse accommodam eam notionem verbi *Iasar*, id est, *rectum esse*: sed eam aliam verbi שָׂרַר *sarar*, quæ est principari, præualere. & inde præterea intelligitur, nomen Israel à priori verbo descendere, quod in יִשְׂרָאֵל *Israel*, littera ש habet punctum in cornu sinistro, vt patet in præsenti Scriptura, & in verbo *Iasar*, & in *esurun*, ש littera habet punctum in cornu dextro, idque est perpetuum in omnibus Bibliis Hebraicis discrimen. quæ punctorum additio licèt sit Rabbinorum inuentum, D. Hieronymo, & creditur, posterius, à doctis tamen Catholicis accipitur, præsertim ea, qua littera ש, *sin* sono distinguitur.

15. *Cognomina ornant.* Obseruat idem Hieronymus, quod etiam apud Cyrillum, & Procopium inuenio à Deo Israelem carnalem & ingratum, nullo alio titulo honestiori dignari, sed puro eius nomine appellari *Iacob*, & *Israel*: at hunc spiritualem, sibique obsequentem, id est, Apostolos, eorumque similes è Iudæis vbi nominat, adiungere cognominum ornamenta: vt sunt, *Audi Iacob serue meus*, &, *Noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.* Itaque Deus suos fideles & morem sibi gerentes famulos non solùm rebus, muneribusque, sed etiam verbis ornat, & amplificat. Ergo verissime Psalm. septuagesimosecundo versiculo primo. *Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde!* bonus Hebr. & Græcè, benignus, beneficus.

Vers. 3. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.

16. ADeò micat Euangelium hoc loco, vt non futurum sit operæ precium, id aliunde comprobare. Particula *enim*, causalis rationem indicat, cur versiculo superiori iussus fuerit Iacob non timere: *Noli timere serue meus Iacob: effundam enim aquas,&c.*

Aquarũ effusio pro abundantia bonorum spiritualium. Effusio hæc aquarum, & effusio spiritus Dei, pro vno & eodem debet accipi; similiter & benedictio: sicut sitiens, arida, & stirps ex altera parte est etiam idem, cui illa promittuntur.

17. *Pentecoste.* Tametsi hoc vaticinium licet adstringere ad eum diem, quo Spiritus sanctus effusus est affluentissime in discipulos Christi, Principes & fundatores, satoresque stirpis Christianæ, essetque facillimum singula verba euentui illi adaptare: sed quia nihil est quod cogat, in eam præcisè Spiritus sancti communicationem includere, placet potius generalius, & latiùs interpretari, de omni gratiarum genere cælestium, quæ in Ecclesiam, Christi Domini meritis, sunt effusæ. Quo in genere collocó in primis diuinam gratiam, quâ Deo grati supernaturaliter efficimur, & diuinæ gratiæ quasi germina, virtutes, & dona Spiritus sancti: nec non ipsos gratiæ fontes, & scaturigines, videlicet Sacramenta, ac denique doctrinam noui Testamenti, & veteris planiorem expositionem; denique ea omnia spiritualia præsidia, charismata, & gratiarum gratis datarum genera, quæ ad salutem animarum, & præclaram Ecclesiæ constitutionem atque gubernationem conducunt. Quæ quidem diuinę largitatis munera aptissimè sub ea metaphora effundendarum aquarũ exponũtur, vt illorum copia & affluentia meliùs concipiatur, & quia ad fertilitatem & vbertatem fructuum obtinent principem locum aquarum, & fluentorum irrigationes. Vnde quo magis omnis ista spiritualis germinatio, & fructificatio aquis ipsis abundè effusis ascriberetur, terra fructificatura ponitur arida, & sitiens: quæ probe Gentilitas intelligitur. Huius regionis siccitatem & sterilitatem vidimus capit. trigesimoquinto, versiculo primo, *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo.* Et ei superaduenientem fœcunditatem & fertilitatem ibidem, & prætetea capit. quadragesimo primo, vers. 17.18. num.110. vbi de iis plurimum.

Gratia diuina.

Doctrina sacra.

Super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.] Si de solis Apostolis id acciperetur, propria nominis notio, quæ inest semini, & stirpi, conueniret: nam semen & stirps sunt principia germinum, & fructuum: sed quia, vt vidimus, ampliorem habet sensum, qui ad vniuersam Ecclesiam extenditur; hoc loco Deus alloquitur Apostolos, illísque promittit, quam ipsi prolem susceperint, & quæ protulerint spiritualia germina, iis se largissimam impertiturum esse benedictionem. Itaque hoc loco semen, & stirps non pro initiis prolificandi, sed pro ipsa prole, & sobole accipiuntur. Vnde fideles omnes sunt filij & semen Apostolorum, non genere, & sanguine, sed fide, & moribus: sunt Israel Dei, *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* & illud Apostoli, *in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Dissimulanter admonentur Apostoli, ne valde doleant suorum tribulium Iudæorum iacturam, sed potiùs, his omissis, vt suos consanguineos & necessarios, agnoscant aliarum nationum homines, qui fuerint regenerati per Baptismum. Hoc mihi proditur iis verbis: 18.

Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.

Apostolis promittitur prolis fœlix.

Semen, & stirps progenitore, & fructibus.

Iudæorum amissio compensatur acquisitione Gentilium.

Vers. 4. Et germinabūt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas.

19. ILli qui fuerint ab Apostolis procreati, & producti, rursus procreabunt, & producent alios, perpetuata posteritate, & successione, non aliter atque inter plantas solent salices multiplicari, cùm satæ sunt iuxta præterfluentes aquas. Psalm. 44. versic. 17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui in omni generatione, & generationem.* Vnde illa pars, *inter herbas*, non iungenda cum superiori verbo, *germinabunt*, sed cum sequenti membro, *quasi salices.* Hoc sensu, quemadmodum inter herbas germinant salices satæ ad aquas fluentes ad ripas fluuiorum, sic illi germinabunt. Itaque vt salices inter arbores, eo quòd ad riuos aquarum serantur, breui, facile & valde germinant, atque multiplicantur; sic homines sancti Spiritus & aquarum Euangelicarum effusione irrigati succrescent, & augebuntur inter omnes mundi populos.

Fidelium multiplicatio.

20. Cur autem cum salicibus potius, quàm cum aliis virgultis, aut arboribus fiat comparatio, non vna ab omnibus ratio ponitur. Quam modò subindicaui, facilem & festinam multiplicationem Hugo Cardinalis approbat.

Salices quid signent.

Procopius, virorem perpetuum recognoscit. Cum Hieronymo Dionysius ad sterilitatem refert: vt sit supra naturam, Gentiles quasi salices steriles, fructificare. Sed non insistit similitudo: cùm enim nusquam salices, ne iuxta quidem aquas satæ fructum afferant, si germinare hoc loco exponitur fructum afferre, non aptè diceretur, *Germinabunt quasi salices iuxta aquas.* quare, Germinare aliud esse debet quod sit commune salicibus, & fidelibus; vt est, viror, multiplicatio, & alia.

21. Placebat illa S. Hilarij analogia ad Psalm. 136. versic. 2. *In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. Natura salicum ea est* (inquit ille) *vt arefacta licet, si modo aquis alluendo alantur, reuirescant, deinde excisa in humido defixa radicibus sese ipsa demergant. Et sub huius arboris natura sanctos & fideles significari prophetica autoritas est, Esaia dicente: Exorientur tanquam fœnum in medio aqua, & tanquam salix super defluentem aquam. Oritur enim ex mortuo quisque antea peccatis aridus, & ab anterioris vita radice decisus, nunc eloquio Dei, & sacramento Baptismi aquis vitalibus reuiuiscit. Sed & cùm festiuitas scenopegiorum Iudæis corporaliter traderetur, quod tabernaculum frondeum, cùm ad futura lætitia, & tabernaculi exemplum ex electarum arborum ramis pararetur, etiam ex ramis fluuialis salicis effici iussum est, quia ex conuentu sanctorum virorum cœlestis tabernaculi futura esset lætitia perfecta.*

Hilar. Salices facile reuirescūt.

Peccato mortuus potest reuiuiscere.

22. S. Gregor. Moral. lib. 33. cap. 5, exponens illud, *Circumdabunt eum salices torrentis.* quo loco, sicuti & in Psalmo prope aquas salices cogitantur, congruenter Hilario loquitur: *Infructuosæ quidem arbores sunt salices: sed tamen tanta viriditatis sunt, vt arescere, vel abscissæ radicitus, & prosectæ, vix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine, aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate reprobi designantur. Nisi enim electorum vitam per constantiam suæ viriditatis exprimerent, nequaquam de sancta Ecclesia filiis propheta dixisset: Germinabunt inter herbas sicut salices iuxta præterfluentes aquas. Sancta enim Ecclesia filij inter herbas sicut salices germinant, dum inter arescentem vitam carnalium hominum & multiplici numerositate, perpetua mentis viriditate perdurant; qui bene iuxta præterfluentes aquas germinare perhibentur, quia vnusquisque eorum vbertatem ac fructum percipit ex doctrina sacri eloquij, quæ temporaliter percurrit.*

Gregor.

Doctrina sacra dat virorem.

Ex quibus Hilarij, & Gregorij excursibus & cur fideles cum salicibus conferantur, & hoc capitis principium pertinere ad Euangelium accipimus, quod ampliùs sequēti versu patesit.

Vers. 5. Iste dicet, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua, Domino: & in nomine Israel assimilabitur.

HIc agi de iis, qui ad Euangelium conuenturi sunt, nemo interpretum, quos allegaui num. 1. dubitat: præterea est certum aliquam varietatem fidelium indicari, quod Hieronymus admonuit. Illud modò est dubium, quænam sit eiusmodi varietas, ac differentia, quomodo, inquam, inter se differant, & significatn diuidantur hæc quattuor incisa, id tentandum est. 23.

Iste dicet, Domini ego sum, &c.] Cum primis mihi numquam probabitur nimia subtilitas aliquorum interpretum, qui singula membia, & verba ita particulatim, ac disertè partiti conantur, vt singulis sua notio & sententia omnino distincta respondeat. Nam etsi alicubi euadit apta distributio: sed in multis exsistit inepta dissectio. Certum enim est sæpe velle Spiritum S. in Scripturâ suâ, veluti in tabulâ, atque picturâ, corpus nobis obiicere integrum, totum simul & vniuersim spectandum, cuius partes & earum nexus non oporteat separatim & subtiliter vt in anatomia inspici. Quod monitum habet locum præcipuè in parabolis, in similitudinibus, in descriptionibus, & imitationibus, quas Græci Mimeses appellant: cuiusmodi esse hanc præsentem Sanctius nominatim aduertit. Itaque Vates exprimit, & depingit, quemadmodum ad Euangelium & ad Christum essent homines venturi certatim. 24.

Subtilitas nimia, & dissectio non vbique probanda.

Supra c. 41. num. 196.

25.

Certamen, & studium tendentium ad fidem Christi.

Ergo studium, certamen, feruor, contentio, consensus fidei suscipiendæ describitur. quæ ex parte descripta sunt c. 2. v. 3. *Et ibunt populi multi, & dicent; Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob,* &c. hoc idem studium, atque certamen Zacharias eleganter etiā depinxit c. 8. v. 20. *Vsquequò veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores, vnus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituū: vadam etiam ego. Et venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendū Dominum exercituum in Ierusalē, & deprecandam faciem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decē homines ex omnibus linguis Gentiū, & apprehendent fimbriā viri Iudæi, dicētes: Ibimus vobiscum; audiuimus enim quoniam Deus vobiscū est.*

26. Isaiā à Zacharia fuisse explicatū, mihi est pro simillimo veri: vnde hîc nihil aliud existimo proponi, quàm Gentiū concursū & alacritatē

ad Euan

ad Euangelium, quod prædicaturi essent Iudæi, hoc est, Apostoli, expansis manibus & vlnis suscipiendum. Neque fore Græcos, Romanos, & alios populos nobilissimos retardandos ex eo, quod deberent sese allegere, & adiungere qooad Religionem Iudæis: quorum genus, ac nomen, cùm Euangelium cœpit publicari, apud Romanos præsertim erat infame. Vide suprà cap. 1. versic. 7. num. 112. Sed hoc, & quoduis aliud impedimentum submouebit ardor fidei & amor veræ Religionis: &, *Iste dicet: Domini ego sum*; scil. qui huc vsque fui multorum Dominorum, inanium Deorum; hoc est, idolorum: *& ille vocabit in nomine Iacob*: Nomen, quod antea execrabatur; nunc vt gloriosum sibi asciscet: & ad Deum deprecandum, promerendúmque nomen Iacob aduocabit. Vel, si *vocabit*, passiuè legimus, quod ex Hebræo fieri potest, & Foretio placet: *Vocabitur in nomine Iacob*; se Iacobitam, Iacobique filium profitebitur. Id quod apud Zachariam: *Apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiscum, audiuimus enim, quoniam Deus vobiscum est*. Quos antea dedignabantur aspicere, iis se tradunt in disciplinam vt pueri; iis sese applicant, & vt ducibus se adiungunt. Id enim est, *Iudæi fimbriam*, proprium illius Gentis insigne apprehendere. *Hic scribet manu suâ, Domino*; quia plus est scripto, quàm verbo aliquid profiteri, vel polliceri, iccirco hoc additur, & quia amplius est manu sua, quàm alienâ scribere; ea quoque circumstantia non omittitur. quam enim rem firmam, ratámque volumus efficere, chirographo confirmamus. Alios ergo suam seruitutem *scribet manu sua Domino: dara lo firmado de su mano*. Manu mittitur quis alienâ, & fit liber: at is manu sua immittitur, & fit seruus Christi. Sed hæc seruitud libertatem veram non aufert, sed affert. Ioan 8. versic. 36. Denique *in nomine Israel assimilabitur*, qui se non solâ fidei professione verbo & scripto testatâ, sed multo magis operibus & moribus expressâ se Israeli similem exhibebit, ac proinde verus Israelita euadet.

Nobiles quoque nationes ne dedignentur aestare Iudæis, quoad Religionem.

Iudæi exosi Romanis, & probrosi.

Suprà n. 25

Chirographo res firmatur.

Fides sola non satis.

27\. Hæc mihi planior, & instituto ac mori prophetico conuenientior visa est interpretatio: vt variis loquendi formulis Propheta voluerit describere studium & alacritatem accedentiũ ad Ecclesiam. in quibus fidei Christianæ professoribus non est absurdum agnoscere alios aliis feruentiores, & arctiori vinculo se deuouentes, ac diuino seruitio mancipantes: quasi certent inter se, quis in se deuouendo alios superet; & excedat: & vt in licitatione & hasta contingit, plus se vnus ceteris præstiturum profiteatur: ergo, *Iste dicet: Domini ego sum* simplex Numinis professio, quam vt superet. *Et ille*, alius, *vocabit in nomine Iacob*: quæ specialior & distinctior est Dei veri, quam Iacob coluit, cuíque se voto addixit, adoratio, & confessio

Scriptura grades locutionum variatæ.

Fidelis alius alio melior, & sanctior. In obsequio Dei con... laudabilis.

Quam vtramque professionem & quasi licitationem cupiens alius vincere *scribet manu suâ Domino*: vti suprà fuit expositum, *& in nomine Israel assimilabitur*, siue idem, siue alius quarto loco repræsentatus, & per mimesim introductus. Ioan. Carpineius sic expressit carmine suo.

Hic voce, hic scriptis, hic denique pectore, cunctis
Quos Sol cúmque suo radiatus lumine pascet
Vnanimes, vnoque dabunt sua nomina voto,
Isacidum regi magno, Dominóque Deóque:

Quòd si quis lector morosior, aut curiosior nec hac dispunctione sibi satisfactum, & officio expositoris aliquid deesse putat: & has profitendi formas redolere vsum & consuetudinẽ Iudæorum vel Gentilium, aut etiam veterum Christianorum in rebus sacris siue prophanis iudicat, adeat Gasparem Sanctium nostrum virum de vtrísque litteris bene meritum, qui multa colligit, & accommodat instituto. Certè milites Romani, teste Liuio in decade tertia, initio se ipsi sponte sacramento militari obligabant, cùm nomen dabant militiæ: postea verò iuramento à Tribunis adigi cœperũt. 28.

Milites iuramento astricti.

Vers. 6. Hæc dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus.

HÆc dicit Dominus.] referri potest ad promissionem præteritam de effusione Spiritus sancti, cui vt Deus fidem & autoritatem maiorem afferat, se hisce titulis magnificis insignit, atque nobilitat. de quibus titulis quia sparsim aliis in locis disserui, nihil est operæ, cur hic sint recolligenda. *Rex Israel*, cùm sit idem qui *Rex Iacob* (neque enim vbique necesse est Iacob differat ab Israele, significatione, & sensu) suprà cap. 41. versic. 21. num. 253. cur Deus ita appelletur inuenies, & vberiùs ad cap. 1. versic. 4. num. 74. Quàm apposite ad roborandam spem se regem Deus profiteatur, cap. 43. versic. 15. num. 156. De officio & beneficio Redemptionis, c. 43. versic. 1. num. 25. *Dominus exercituum* creberrimum est in Testamento veteri Dei cognomentum, in nouo semel quod meminerim, Iacob. cap. 5. versic. 4. vbi Deum vltorem & vindicem oppressorum inducit. Ob quam caussam Deus ita cognominetur, tradidi ad cap. 1. versic. 9. num. 121. Denique de illa epigraphâ: *Ego primus, & ego nouissimus*, affatim cap. 41. versic. 4. à num. 97. vsque ad num. 114. 29.

Dominus exercituum, nomen creberrimum in Testamento veteri ac in nouo rarissimum.

Vers. 7. Quis similis mei? vocet, & annunciet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura, & quæ futura sunt, annuncient eis.

CVm vehementer intersit, stabiliri vnius veri Dei Numen, ac fidem: omnibus spretis superstitionibus, in eo homines spem suam vnicè figant, vnde solùm salus existere potest: iccirco Deus semel & iterum, & sæpius repetit, se solum esse Deum, neminem secum posse componi: se *primum*, se *nouissimum* esse, sensu superiùs explanato, se pristina disposuisse, se vltima dispositurum, se vtraque antequam teipsa disposuisset, per vates proposuisse, & prædixisse: quarum rerum nihil omnino fecerint ij, qui finguntur Dij. Hæc est sententia versus 7. præsentis, & 8. sequentis. 30.

Fides vnius Dei maximè interest.

Nota Dei veri.

Vers. 8.

Vers. 8. Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci & annunciaui: vos estis testes mei: Nunquid est Deus absque me, & formator, quem ego non nouerim?

31. *Potestas, & præscientia Deo competunt.* FIctis Gentilium diis duo adimit indicia vera Diuinitatis: alterum, præscientiam futurorum: alterum, potentiam & potestatem hominum puniendorum. De quibus indiciis cap. 41. versic. 23. verbis conceptis: *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. bene quoque aut male, si potestis, facite & loquamur & videamus simul.* Reuertere istuc bone lector, si vis quod est in oculis meliùs videre.

Dij Gētium non sunt. Quòd si, quos Gentilitas pro diis veneratur, suis veneratoribus neque prodesse, neque obesse queunt: seu potius neque adoratoribus prodesse, neque contemtoribus obesse possunt, rectè monentur mortales: *Nolite timere, neque conturbemini*; existimantes quæ vobis acciderunt calamitates ab eiusmodi diis fuisse immissas, aut procuratas: a quibus nec prædictæ, nec præuisæ sunt. A me, à me vno, qui solus omnia moderor, emanarunt: ego eas præstitui, ordinaui, & prædixi. *Ex tunc audire te feci, & annunciaui*; neque alios huius prædictionis testes requiro, quàm vos ipsos: *Vos estis testes mei.* Eadem fere mens c.44.v.12.

32. *Aspera cur à Deo prædicantur. Prima caussa.* Non vnam duntaxat ob causam Deus solet prænunciare aduersa, sed ob plures. Vna est, vt æquiori animo ferantur multo antè prouisa: nam plaga subita grauior. Altera caussa, vt pro certo sit, Deum esse autorem omnium cladiú, *Secunda.* malorúmque, a quibus abest culpa, & vbi etiam hæc inuoluitur, eius esse etiam Deum permissorem. ac proinde nihil in vniuerso mundo accidere, quod veri Numinis prouidentiam & *Tertia.* ordinationem effugiat. Tertia caussa, & ratio inde subsequens, vt homo Deum solum colat, timeat, veneretur, & ab eo solo res suas omnes in vtramque partem pendere sibi persuadeat, alios homines, aut dæmones, quantumuis sibi diuinitatem, aut potentiam arrogantes, omnino contemnat.

33. Huc spectat illa saluatoris monitio post graues insectationes prænunciatas discipulis Ioan. 16.v.1. *Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. absque synagogis facient vos*, & vers. 4. *Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Quæ quo consilio sit adhibita prænunciatio persecutionum, & si ex ipsismet Christi verbis accipitur, *Aug.* ab Aug. tamen tract. 93. ad finem magis exponitur: *Ne ignaros, atque imparatos animos mala inopinata, & improuisa, quamuis citò transitura turbarent, sed præcognita, & patienter accepta ad bona sempiterna perducerent. hanc enim fuisse caussam vt hæc eis prænunciaret, etiam ipse demonstrauit adiungens: Sed hæc locutus sum vobis vt cùm venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Neque enim poterat esse dubium, quin, à quo fuissent tam singillatim ac disertè prædicta, ab eo fuissent prouisa, & disposita, siue permissa.

Prædictio in- Ac proinde erat certa nota veri Dei, & in-

A gens in rebus aduersis tum, cùm eueniunt, *dementiæ...* solamen, atque præsidium. Sic hoc loco: *Nolite timere neque cōturbemini: ex tunc audire te feci, & annunciaui.* quæ annunciatio si ad euentus Euangelicos extenditur, quod suprà fuit ostensum, attinget etiam Ecclesiæ futuras persecutiones, & strages: atque adeò Vates Isaias, & Euangelista Ioannes ibi concinent. August Ioan. tract. 55. ad illud cap. 6. versic. *Ego sum, nolite timere: Quid ergo timetis Christiani, Christus loquitur. quid expauescitis? quid timetis: Ego ista prædixi, ego facio, necesse est, vt fiant. Ego sum, nolite timere.*

Et profectò in rebus asperis, quæ frequentes vnicuique succedunt, vix possit esse maius, 34. *In asperis, solatium, à Deo dispensari.*
B meliúsue remedium, quam cogitare diligenter, & in animum altè demittere, eas Dei prouisione, & ordinatione sibi euenire: & ab eo, qui cum omnibus, vel etiam minimis consulit, præcipue hominibus indulgētissimè prospicit, certo quodam consilio, sapientissimè inito ad finem maximè conuenientem destinari. quæ licèt ipse homo dum aduersa patitur, ignoret: postea fortasse periculo, ac labore defunctus intelliget ingenti cum gaudio: aut si ipsiusmet hominis interfit, in hac vita nescire caussas, nihilominus certus esse debet, apud Deum, cur illa acerba & dura ei contigerint, fuisse idoneas: quas conscius sine dubio approba-
C ret. Iste igitur inter alios est fructus ea prædictione maiorum enascens.

Nunquid est Deus absque me, & formator, quem ego non nouerim?] Interrogatio acrior, & vrgentior, quàm esset simplex infitiatio. nam qui sic interrogat, rem planissimam, & cui aduersarius contradicere nequeat, ostendit. Relinquitur res certa è superiori probatione. Si enim Deus solus præscit ventura, si ille solus potest *Probatur* auertere, vel conuertere aduersa, si ille solus *Dei vnitas.* timendus, inde rite efficitur, præter eum, non esse aliud numen. Vnde particula *absque absque me*, non significat, sine me, quasi sit sensus: quicumque alius Deus absque mea ope, & opera non potest esse Deus: non, inquam,
D is est sensus. nam est omnino impossibile posse esse plures Deos, & vnum Deum alterius Dei autoritate, vel ope constitui. Itaque Dei vnitas hoc loco asseritur, & Deorum pluralitas quauis conditione cogitata excluditur: quare, *absque me*, idem est quod præter me, me vno excepto, non est Deus. Sic Hilar. libro quarto de Trinit. *Absque id est sine.* 35.

Et formator, quem ego non nouerim?] Nunquid ita quis deliret, vt audeat asserere, quem ipse nouerit Deum, mihi esse ignotum? Nam si ego multo antequam res existant, eas prænosco, & præuideo; præuisásque certissimè, & disertissime prædico, vt euincit earum euen-
E tus, & existentia, qui fieri potest, vt me lateat is, qui iam existit, & quidem à priscis seculis, nam si sit modernus, nequit esse Deus. Pro *formatore*, Hebraica habent צור *tsur*: quæ est *petra*: quæque pro Deo substitui solet. vide loca apud Forerium. quocirca nihil deperit in editione Vulgata, licèt aliam radicem Hebræam agnouerit. 36.

Vers.9.

Vers. 9. Plastæ idoli omnes nihil sunt: & amantissima eorum non proderunt eis.

Idolorum futilitas.

AB hoc versu ad vigesimum vsque Isaias exagitat multis, mirisque modis, ac verbis idolorum futilitatem & vanitatem: de quâ quoniam alias est tractatum non lobiiciam, nisi quæ sint necessaria ad mentem Vatis explicandam, quæ mens nullo loco, quàm isto, mihi videtur apertior. Ergo versus aut præteribo, aut breuiter explanabo.

37. *Thohu quid.* *Plastæ idoli omnes nihil sunt.*] Pro *nihil*, Hebr. תהו *thohu* quod nomen Genes. 1. versiculo 2. redditur, *inanis* : *Terra autem erat inanis*, & infrà 49. versic. 4. eâdem significatione stat. Vnde idolorum artifices, futilitatis, & vanitatis damnat. & quia homo vanus nihili fit, nihilque etiam esse dicitur, rectè interpres exposuit Sap. cap. 13. versic. 1. *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est.* L X X. pro *vanus μάταιοι, stulti*, neque vereor conii.ere, hosce duos locos consonare. nam apud Isaiam idoloplastæ arguuntur, apud Sapientem idololatræ. Itaque idololatræ, & idoloplastæ eodem loco & ordine censentur. Vnde 1. Reg. cap. 12. versic. 21. idola hoc eodem vocabulo תהו *thohu*, appellatur. *Nolite declinare post vana quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.* Hebr. vtrobique *vana* est *thohu*. & *proderunt* יועילו *iohilu*, idem verbum apud Samuelem, quod apud Isaiam, quare hunc ad illum antiquissimum aspexisse non ambigo.

38. Quòd verò dicit noster interpres, *amantissima eorum non proderunt eis*, actiuam vocem pro passiuâ infecit. pro *amabilia*, & *desiderabilia*, vt claret è textu primæuo. L X X. habent, *Desideria*. Sed & tota huius clausulæ translatio Græca diuersa est; in hunc modum: *Et non audierunt qui fingunt, & sculpunt; omnes vani, facientes desideria sua, quæ non proderunt eis.* Scholia Vaticana monent hanc lectionem probari à Cyrillo, & Procopio, sed in plerisque libris, pro οὐκ ἤκουσαν, id est, *non audierunt*, esse οὐκ ἦσαν, id est, *non erant*; atque adeò conuenit cum Latino, *nihil sunt*. Tertul. lib. de idololatria cap. 4. ita legit: *Et non erant tunc qui fingunt, & exsculpunt, omnes vani, qui faciunt libita sibi.* Vbi *libita*, magis exprimunt inanitatem simulacrorum, quæ pro libidine artificum existunt.

Amabilia. desiderata. *LXX.*

39. *Ipsi sunt testes eorum, quia non vident.*] Suprà versiculo octauo. *Vos estis testes mei: nunquid est Deus absque me?* quia legitima probatio testibus idoneis constat, & Deus hanc caussam contra idola, quasi forensi ac iudiciali more ab initio cœpit agere: vt capite quadragesimoprimo versiculo primo numero octauo, suum tenet institutum, & testimonio locupleti vtitur: quos enim aptiores testes Deus exciret ad probandam idolorum cœcitatem, & amentiam (si ita fas est appellare videndi, & intelligendi carentiam) quàm ipsos effigiatores. Sed & latiùs possit hoc testimonium patere, si adhibeatur ad superius assertum, *Amantissima eorum non proderunt eis*; hoc explicatu: quòd idola suis fabricatoribus profutura non sint, ipsis fabricatoribus testibus comprobabo: quod tamen ipsi non vident, neque intelligunt. & malo adhibere eorumdem quam aliorum testimonium, vt magis confundantur. Hanc quoque posse defendi expositionem autor est Forerius; & mihi videtur satis congruere cum sequentibus.

In iudicio testibus locus est præcipuus.

Testis locuples est quis contra se confitetur.

Vers. 10. Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile.

Vers. 11. Ecce omnes participes eius confundentur, fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul.

A Caussâ efficienti, à materiâ, à formâ, & à fine, nullum genus caussæ prætereatur, ostendit diis Gentium non competere diuinitatem. Et incipit ab efficienti, ostenditque autorem, & effectorem idoli esse hominem, quem pudor, & pauor occupet. Sed vnde *pauebunt, & confundentur simul*? vnde? si conueniant omnes, si stent in iudicio, si obstinent animis inanes suorum deorum effigies tueri. Pudorem & confusionem esse comites indiuiduos idololatrarum ferme tertio quoque verbo tradunt scripturæ diuinæ. lege capite 1. versiculo 29. 40.

Deorum vanitas ab omni causa probatur.

Quî ergo fieri potest, vt homo sit autor & effector Dei, & qui totus humanus est aliis Diuinitatem impertiat? nugæ hæc sunt, & risu dignissima: quæque suis affirmatoribus pudorem afferre debeant.

Homo nequit facere Deum.

Est præterea à Deo inseparabilis fortitudo, & potentia, vnde apud Hebræos cognitores veri Numinis, & à Deo ipso edoctos vnum è diuinis nominibus est אל *El*, id est, fortis, de quo cap. 9. versic. 6. Ad hanc fortitudinem adeò insitam Deo quemadmodum communicet homo imbecillimus? qui etiam dum suum elaborat idolum, valde laborat, lassatúrque, id politè, & opportunè noster Vates adiungit, & irridet.

Potentia est Dei propria.

Vers. 12. Faber ferrarius limâ operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & lassescet.

IN primis hic tantus homo, professus se facturum esse Deum, indiget ferro, ferramentis, & igne, alioquin ne simulacrum quidem efformaturus: deinde dum facit idolum, labore conficitur, esurit, sitit, & nisi edat, & bibat, omnino deficit. & is Deum fortem, ac immortalem efficit? vt huic irrisioni substerneretur illa interrogatio versiculo 10. *quis formauit Deum?* expressa est, nomine אל *El? quis formauit fortem?* scilicet, qui dum illum format, esurit, sitit, lassescit, deficit. 41.

Idoloplastæ infirmitas.

Infirmus non facit fortem.

Vers. 13.

Verſ. 13. Artifex lignarius extẽdit normam, formauit illud in runcina, fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo.

INducit alium fabrum non minori labore, neque paucioribus inſtrumentis indigentem. cui materia etiam vilior & fragilior ſubeſt, nempe truncus è nemore ſucciſus.

Verſ. 14. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ ſteterat inter ligna ſaltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit.

42. NOn è cedro tantùm, quæ arbor plus corruptioni reſiſtit, ſed etiam ex ilice, quercu, & pinu, quæ viliores, & corruptibiliores ſunt, idola fiunt. Quarum partem vnam exſculptor ferramentis expolit, & effigiat; partem aliam in focum abiicit igni futurum pabulum. quod verſic. 15. exponitur, & verſiculo 16.

Verſ. 17. Reſiquum autem eius Deum fecit & ſculptile ſibi: curuatur ante illud, & adorauit illud, & obſecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu.

Verſ. 18. Neſcierunt, neque intellexerunt: obliti enim ſunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo.

Verſ. 19. Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt, vt dicant: Medietatem eius combuſſi igni, & coxi ſuper carbones eius panes; coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam?

43. SAtis viget, pungítque idoloplaſtas, & extremæ ſtultitiæ coarguit, vt eos obmuteſcere ſit neceſſe. Sed vnum poſſent obtendere
Excuſatio adorantis idolum. ad ſe defendendos, & excuſandos ab hac inſipientiâ incredibili, ſi dicerent, ſe non adorare lignum, ſed id quod in ligno repræſentatur. Nam & nos Chriſtiani Dei imagines piè veneramur, non vt ſunt ligna, vel metalla, ſed quatenus nobis Deum referunt, & repræſen-
Reuertitur. tant. Sed aſſero, quamuis aliqui infideles doctiores, aut ingenioſiores non ipſa ſimulacra præcisè, ſed vel dæmones, vel homines illis repræſentatos colerent, vt oſtendi ad cap. 41.
Qui ipſis idolis darent diuinitatẽ. verſiculo 25. numero 173. at tardiores & rudiores alij ipſiſmet imaginibus aſcribebant diuinitatem: vt ex hoc loco clarè ſumitur, & ex cap. 13. verſ. 17. Sap. vbi ſimilis huic ſtultitia irridetur.

44. *Abulenſ.* Abulenſis in 1. Reg. cap. 4. quæſt. 12. ad illa verba, *Venit Deus in caſtra*; ſic ſcripſit: *In hoc errauerunt Philiſthim ſecundum quod errabant aliæ gentes, putauerunt enim quod Arca, quam habebant Hebræi, erat Deus eorum, vel aliqua virtus incluſa in illâ Arca: ideo antequam veniſſet Arca, putabant quod non eſſet Deus in caſtris. Cauſa huius erroris eſt ex eo quòd opinabantur Gentes circa Deos ſuos: aliqua enim exiſtimabant quod ipſa idola lapidea, vel lignea erant Dij eorum, præter aliquam aliam virtutem: & iſta erat opinio vulgaris. Sic enim inter viros Azoti Dagon credebatur eſſe Deus eorum, & colebatur, qui erat ligneus. & quando repertus eſt Dagon pronus ante Arcam Domini, fractis manibus, dixerunt Philiſthiim, quod Deus Hebræorum aggrauaret manum ſuper Deos ipſorum: quod neceſſe eſt intelligi de Diis vt ſunt ſimulacra lignea, vel metallina. Alio modo accipiebant quidam inter Gentiles ipſos Deos, & dicebant Deos ſuos non eſſe illa ſimulacra lapidea, vel metallina, ſed quaſdam virtutes ſpirituales latentes in eis: & iſta erat opinio ſapientiſſimorum inter Gentiles. Colebant tamen eos facientes eis illa ſimulacra, quoniam non poterant eos cernere.* *Simulacra non putabãtur eſſe dij à doctioribus.*

Hæc Abul. & verè ſcribit quæ olim in Gentilitate euenerunt: hodiéque quoad priorem partem eueniunt: nam apud Indos occiduos ſimulacra & quidem fœdiſſima pro Diis ipſis habentur, & coluntur, ita vt ad ea, & nun aliò reſectant Gentiles honorem. Tanta eſt mentis humanæ cæcitas, ſi abſit Dei ſupernaturale lumen, & adſit Dæmonis ludibrium. Ad quam cæcitatem & ſtultitiam è magnis peccatis venitur, & ex eadem cæcitate ad alia peccata, turpiſſima & probroſiſſima deſcenditur, vt docet Paulus Rom. 1. verſ. 23. 24. 45.

Auguſt. epiſt. 49. quæſt. 3. *Et idola quidem omni ſenſu carere quis dubitet? verumtamen cum iis locantur ſedibus, honorabili ſublimitate, vt à precantibus, & immolantibus attendantur; ipſa ſimilitudine animatorum membrorum, atque ſenſuum, quamuis inſenſata & exanima afficiunt infirmos, vt viuere, ac ſpirare videantur, accedente præſertim veneratione multitudinis, qua tantus eis cultus impenditur.* 46. *Aug. Idola ſpecioſè facta & ornata ſubliment inquirentes.*

Idcirco Dæmon procurabat idola fieri ex argento, & auro, affabrè elaborari, ornatíque vt oculos raperent, & animos fallerent.

Verſ. 21. Memento horum Iacob, & Iſrael, quoniam ſeruus meus es tu: formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, ne obliuiſcaris mei.

INcrepatam & exploſam idololatrarum inſaniam vult Deus eſſe ſui populi monitionem & doctrinam: nam caſtigatione aliorum peccãtium edocemur fugere illa peccata. Quo loco *Iacob*, & *Iſrael* eo modo quo ſuprà v. 1. ſumitur, quẽ Deus iteratò ſeruum ſuum eſſe affirmat, & inde confirmat, quòd eum formauerit: quare nequit intelligi de ſola creatione: nam hoc titulo nemo etiam paganorum idolis ſeruientium deſinit eſſe ſeruus Dei, cùm nemo nõ ſit à Deo formatus. ergo formatio hæc ſpecialis eſſe debet, & ſpecialis etiam ſeruitus: quam memini vberiùs expoſuiſſe ad c. 43. v. 1. num. 9. & ſuprà verſ. 2. vbi videbis quàm meritò Deus exigat ab Iſraele, vt ſui non obliuiſcatur: & ſequenti verſu huius officij & animi memoris cauſam præcipuam adiungit. 47. *Aliena punitio ſit cautio.*

Verſ. 22.

Vers. 22. Deleui vt nubem iniquitates tuas,& quasi nebulam peccata tua:reuertere ad me,quoniam redemi te.

48. PAulo antè capit.43.versic.25. commemorat Deus beneficium idem, iis verbis: *Ego,ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me.* vbi & idem est verbum Hebraicè *deleo*, & idem nomen *iniquitates.* quare hic eadem debebit esse interpretatio, quæ istic à nobis fuit adhibita numer.206.Hoc loco additur similitudo *nubis*, & *nebulæ*, quæ non est existimanda ociosa; quam alij exponunt aliter pro varietate accidentium. Nam quia nubes & nebula est dissipatu facilis à Sole,vel a ventu, ideirco S.Thomas & Hugo credunt vsurpari ad similitudinem. Adamus, quia Christus est Sol iustitiæ, & Solis est nubes disiicere, ideo cum iis peccata remitteda componi Nubes & nebulæ nobis solem eripiût,luménque cœleste:hoc idem impediunt iniquitates. ita Osorius. quod adfirmare possumus ex eodem Isaia c.59.v.2, *Iniquitates vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum:& peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* quò simul ac venerimus de

Nubes & nebula quid notent.

49. hoc impedimento dicemus. Castrius in nube & nebula pudorem, & confusionem sociam peccatorum videt: sed quã dioptra sit vsus ad ad videndum, non indicat. Meliori videtur vsus Sanctius, qui caliginem, tristitiam & horrorem, quæ nobis ipsæ nubes incutiunt, præsertim accedentibus tonitruis & fulminibus, agnoscit, neque alias aliorum autorum expositiones amando, cùm inter se non pugnent, imò cum naturâ rei conueniant, ac proinde plura potuerit significanda destinare Spiritus sanctus vna similitudine. Sed inter hæc existimo significari perfectam, & omnibus suis partibus absolutam fieri remissionem peccati. Nam vti nubes, & nebula siue Solis vi, ac ardore, siue venti impetu discussa omnino euanescit, sic culpa, vi & efficacitate diuinæ gratiæ infusæ penitus tollitur, & desinit esse,nec labes vlla mortalis relinquitur; ita nisi possit restare reatus & obligatio subeundæ pœnæ. Vnde patet delirare hæreticos nostri temporis asserentes; remitti peccata,nihil aliud esse, quàm a Deo nobis non imputari; sic enim non delerentur vt *nubes*, sed celarentur & obducerentur vt vulnera malè sanata, quæ necesse est aliquando recrudescant. Adi nostrum Gabrielem Vazquez 1.2.disp.202. cap.4 num.13 qui acerrime, pro suo acerrimo ingenio, & fidei ardore hæreticos oppugnans hoc testimonium Isaiæ loco secundo collocat.

Peccata venia, & propriè tolluntur.

Trident. sess.6. Can. 11.

Vers. 23. Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem,saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob,& Israel gloriabitur.

50. SI sola Israelis esset redemtio ac liberatio è Babylonica captiuitate,quorsum ad eam celebrandam, & decantandam inuitaret, & hortaretur Angelos, homines, & creaturas inanimes: Equidem parum cernit, qui maiorem hac redemtionem aliam nullam non cernit. Per cœlos Angelos, per extrema terræ homines vel procul habitantes, licet accipere: ad quos pertinet hæc redemtio, ad homines proximè & maximè propriè, ad Angelos minus propriè,& remote,quia illis in gloria futuri sũt homines socij,& quasi municipes, & Christus vtrorumque Princeps, & caput vtrisque gratiam & gloriam promerens.

Continens pro re contenta.

51. At cur montes,saltus & arbores ad eiusmodi laudationem excitantur, quæ neque redemtionis,neque vocis possunt esse participes? Hæc interrogatio communis est aliis plurimis locis,præsertim Psalmis, in quibus hæ creaturæ Deum laudare iubentur. & responsio communis & vera, indicari animum, & studium loquentis, qui vellet si fieri posset, ab omnibus rebus cuiuscumque ordinis Deum celebrari:& reuera ab omnibus, & à singulis pro modulo suo & conditione, ita fit. Lege Psalmorum interpretes, & in Danielem capitul.3. à versicul. 57. Sanct. Hieronym. Psalm. 148. versicul. 3. de stellis: *In eo, quòd ab officio,& seruitio suo non recedunt: seruitium ipsorum laus Dei est.*

Montes & saltus quatenus laudent Deum.

Sed nota ex redemtione Christi aliquod decus permanare ad omnes res etiã insensibiles:nam ex eo, quòd homo, cui illæ seruiunt, ad altiorem gradum dignitatis attollitur, illæ quoque quodammodo melioris sortis fiunt: vt euenit in famulis eius, qui è loco humili ad sublimem euehitur.

Res inanimes etiam Christi aduentu decorantur.

Nota secundò, speciatim inuitari ligna ad laudandum Deum, quia Dominus erat regnaturus à ligno, Psalm. nonagesimo quinto vers. decimo.

Vers. 24. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero: Ego sum Dominus,faciens omnia, extendens cœlos solus,stabiliens terram, & nullus mecum.

52. FErè eadem priora verba sunt cap.43. vers.1. & hoc eodem capite vers.1.quæ singulatem Dei prouidentiam, & indulgentiam erga Israelem spiritualem ostendunt, cum respectu ad Israelem carnalem, vt numer. 9. exposui. quæ ideirco toties memorantur, quia & spem vehementer excitant,& caritatem accendunt tam tenera & misericordia viscera Dei erga hominem. Altera pars addita de effectione rerum omnium,& nominatim cœli,terræque excluso quouis adiutore,etiam non semel apud Vatem nostrum repetitur eo consilio, vt se solum esse Deum euincat,sibi vni cultum, sacrificiúmque deberi: alia quæ ab stultis putentur, non esse Numina. Quæ monitio eo fuit necessaria magis illi populo, quo pronior erat ingenio suo ad superstitiones & idola sectanda. Et eiusdem propositi est pericope subsequens.

Indulgentia & caritas Dei in suos.

Creatio mundi Deo autoritatẽ creat.

Vers. 25: Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.

53. *Signa diuinorum irrita fieri, quid.* QVid sint diuini, & arioli, per se cuiuis Lectori scienti innotescit, & supra capitul. 8. versic. 19. cap. 12. vers. 3. docui. Nunc illud non est perspicuum, quemadmodum dicatur Deus *irrita faciens signa diuinorum*, ea namque irrita fiunt, quæ antea quam fierent irrita, erant rata. hæc est notio, & vis verbi Latini, & etiam Hebraici, פור *pur*, hoc loco adhibiti, vt ex aliis locis intelligitur. Genes. 17. versic. 14. *Pactum meum irritum fecit*, de masculo non recumciso: & Num. capit. 30. vers. 16. 14. versic. 16, vbi agitur de voto vxoris per maritum approbatum, vel irritum factum, & quod Latinus habet, *si vir non contradixerit*, Hebræus habet hoc verbum פור, *pur*, *si vir irritauerit*, & alia sunt plura testimonia. Ex quibus oritur obscuritas, quomodo possint esse rata, & valida signa diuinorum, vt Deus sua autoritate, & potestate ea reddat inualida, & irrita.

54. *Diuinatio vera, quæ.* Posset quis respondere, ea signa easque prædictiones futurorum esse ratas, & firmas, quæ innituntur caussis naturalibus & necessariis præcognitis vt sunt Solis, lunæque eclipses, & alia syderibus accidentia, & infra sydera multæ & mitæ meteorologicæ effectiones: quas tamen ipse Deus quippe totius naturæ autor, ac Dominus facile, solo nutu potest impedire, atque adeò eludere diuinantium prædictiones. & ita videtur Attas exponere.

55. *Prædictio naturalis damnanda.* Ceterùm hæc responsio non est ad rem. Primò, quia iis naturalibus prædictionibus non astrueretur diuinitas, quod erat institutum diuinorum & ariolorum. Nam quiuis mediocriter philosophiæ peritus cognosceret illam præscientiam naturaliter posse comparari.

Diuini in peiorem partem capiuntur. Deinde, cùm hæc diuinatio sit naturalis, ac proinde licita, non eam Scriptura diuina damnaret: quæ nullam scientiam naturalem improbet: ergo cùm diuini apud scriptores Canonicos vbique male audiant, fit eos intelligi, qui non ex veris principiis, verisque caussis philosophantur & ex iis ad veritatem occultam indagandam progrediuntur: sed eos, qui soli Deo præcognita aggrediuntur temerè prædicenda ad ludificandos animos mortalium, & ingenerandam falsam opinionem diuinitatis. Hos diuinos, hos ariolos scriptura sancta nominat; quorum signa, quæcumque illa sint, necessum est, sint commentitia, falsa, futilia, & irrita, ac proinde, vt à Deo fiant irrita, non postulantia.

56. Qua fortasse cogitatione nonnulli commentarij exponunt, irrita fieri cùm falsa esse ostenduntur. sic Dionysius, & è nostris autoribus Emanuel Sa, & Sactius. Sed ij autores neque vim verbi Latini & Hebraici, de qua nu. 53. saluam esse patiuntur, neque explicant, quemadmodum Deus ostenderit esse irrita, quidue ad id ostendendum fecerit. Nam si hæc signa & vaticinia cùm essent vana & falsa ex se, sua sponte, Deo nihil moliente ceciderunt, & euanuerunt: sine caussâ Deus sibi id assumeret, diceretq; *Ego sum*

A *Dominus, &c. irrita faciens signa diuinorum.* Ergo aliqua actio Deo competit in ista irritatione.

S. Thomas ait infatuasse sapientes, *quorum quidam profitebantur se scire diuina*. quomodo autem infatuauerit, ampliùs non docet. Hieronymus per verbum *destruo*, Forerius per *labefacto*, & infringo exponit. Alij alio modo: Dionys. ab effectu impedio Sed nemo suam expositionem nisi asserendo confirmat.

Notandum tamen, cùm Deus ait, se signa diuinorum irrita facere, bifariam capi posse: vno modo, quo suprà dixi nu. 53. cùm ea quæ erant rata, irrita redduntur, & hoc modo talia signa ex se mendacia, & vana irritari non posse. Al- 57. *Not. Irritari bifariam posse.*

B tero modo dici queunt reddi irrita signa diuinorum, cùm horum conatus in edicendis signis, & vulgandis prædictionibus in nihilum recidunt, & euadunt irriti. & hac ratione cùm Deus in ferenda luce veritatis coarguit fallacias & imposturas diuinorum probe, & verè dicitur irrita facere illorum signa, quia non assequuntur diuini id, quod istis signis propositis prætendebant, quod erat fallere, & decipere: quin ipsi vt fallaces, & deceptores vulgo æstimantur.

Neque huic explicationi resistit illa notio 58.
verbi Hebraici *pur* à nobis num. 53. exposita: nam, vt illic vidimus, pactum & præceptum

C Dei quis dicitur *irritum facere*, cùm illud transgreditur, & violat: non quòd præceptum desinat esse ratum, & obligans, sed quòd intentio Dei præcipientis suo quasi fine frustretur; itaque Dei conatus, vt ita dicam, fit irritus: sic conatus diuinorum cassus, vanus & irritus efficitur, ac proinde illorum signa, per quæ ad fallendum tendebant, irrita redduntur. Quod accidit in aduentu Saluatoris, vt declarant Procopius, & Cyrillus, cum illatâ luce Euangelicâ, & veritate diuinâ omnes illæ Dæmonum præstigiæ, fraudes, imposturæ, & magorum, ariolorum, diuinorúmque commenta, & portenta, ad ludificandas & illaqueandas mortalium mentes prorsus euanuerunt: & *Lux Euangelica dispulit & ludificatur fraudes dæmonii, & ariolorum.*

D quod reipsâ erant, nimirum, mera mendacia, & ludibria Dæmonum, aut hominum impostorum, vt talia cognita sunt, & spreta. Qua de argumento egi tom 1. capit. 19. vers. 3 num. 22. & hoc tomo cap. 41. num. 275. & 310. Cui sententiæ congruit versio LXX. *Quis alius dissipauit signa pythonum, & diuinationes de corde?* & vt legit Tertul. 4. Marcio. capit. 25. *Quis disiecit?* & contra Praxeam capitul. 19. *Quis disiecit?*

Neque displicebat quod Hugo adducit de dracone Moysis in Ægypto ex Exod. 7. versicul. 10. sed ita ipse accommodauerim, vt fuerit illud portentum & præfiguratio. nam si- 59. *Draconis magorum Ægypti quid significent.*

E cut virga Aaronis deuorauit virgas, & dracones Magorum: Sic lux Euangelica erat absumtura & deuoratura præstigias diuinorum.

60. Postremò restat explicandum, quænam sint hæc *signa diuinorum*, quæ prædicuntur facienda irrita. Et quanquàm ex dictis sumi posset, & ex alibi traditis, tamen breuiter obseruo, signum nomen esse respectiuum, & triplex; aliud rei præteritæ, vt vestigium: & signum pedis prægressi: fumus ignis præsentis, nubes pluuiæ, aut venti futuri: hoc loco signum est tertij ordinis, quo aliquid futurum prætenditur, *Signum quid sit.*

& pot

& portenditur, vnde solet scriptura iungere signa cum portentis, vt supra capite 20. versiculo tertio, *signum & portentum erit super Ægyptum.* signum Heb. אות *oth*, vt hoc loco. Itaque quæ diuini arte dæmonis, vel quauis alia ratione edebant, vel assumebant præsertim inusitata & mira ad futuros euentus præsignificandos, ea hoc loco signa, Græcè σημεῖα nominantur.

61. *Et ariolos in furorem vertens.* Hìc quoque disquiro, vt Deus vertat in furorem ariolos? Quidam, quia ostendit eos furere. id Sanctius: quod erit intelligendum, ostendendo eos non vaticinari spiritu diuino instinctos, sed satanico furore correptos. & quidem eiusmodi vates inter vaticinandum solitos fuisse furere ipsimet Gentilium libri prodiderunt. quos videre licet quam multos diligenter collectos, & collatos à nostro Ludouico de la Cerda suis eruditissimis commentariis in Virgilium lib. 6. ver. 48. n. 12. Vbi inter alios allegat Aristidem docentem, perperam à Græcis hanc artem dici, μαντικὴν, cùm debuisset dici, μανικὴν, hoc est, maniam, & insaniam: creditque Lacerda à Græcis de industria additam fuisse litteram τ, vt suo honori consulerent.

Furore in furorem.

Vates furere solita.

Vates Gentilium insani. Orig. lib. 3. Periarch. cap. 3.

62. Ex quo furore, & insaniâ si sanæ mentis essent auditores & spectatores cognoscerent, eos Vates non posse esse à Deo afflatos. Dei enim spiritus non furorem, non insaniam immittit. nam licèt aliquando abalienet à sensibus, sed non a mente: quin ideo sensus hebetat, vt mentem magis acuat. Vnde insanit Montanus hæreticus, de quo Hieronymus ad cap. 1. vers. 1. nostri Vatis: *Montani deliramenta conticeant, qui in ecstasi, & cordis amentia prophetas putat ventura dixisse.* Quî enim credi potest, aut cogitari, cùm Deus vates suos illuminat, & magnarum rerum intelligentia complet, tum eis intelligendi vsum & officium adimere: Nam quamuis necesse non sit eos penitus calere sensa & mysteria eorum, quæ vident, quæque vaticinantur, & quorsum illa visa, & spectra tendant, cùm interdum oporteat, si minus toto vitæ tempore, certe ad aliquod spatium vates celari Dei propositum in iis visionibus: at omnino requiritur, vt Prophetæ suæ mentis sint cõpotes, & sibi ea diuinitus reuelari animaduertant. Quâ de re pluribus disserui ad cap. 1. vers. 1. num. 4.

Dei spiritus afflatos suos vates non in furorem adfert. Montani hæresis error.

Prophetæ nõ semper intelligunt quo tendat visio.

63. Verùm, etsi concipi possit Deus euincens hosce vates non a bono spiritu agi, sed à nequam & eo plenos insanire, id enim propriè notat vox Hebræa הלל *Galal*, hoc loco posita: tamen non admodum aptè ob hoc solum Deus diceretur eos *in furorem*, vel in insaniam *vertere*. nam hæc locutio aliquam Deo actionem attribuit, sicuti docebam de verbo, *irrisum facere*, vel *irritare*. quare Lyranus interpretatur, Deum efficere contraria iis, quæ ab ariolis essent vaticinata, vt sic horum vaticinia eluderet, & illudenda ac ridenda traduceret. Sed in hac interpretatione is autor dat, euentura fuisse prædicta ab ariolis; nisi Deus præter ordinem naturæ, ea inuerteret: quod nequaquam est dandum. nam vt diximus num. 55. Diuini & Arioli non sunt qui à caussis naturalibus ducti necessarios euentus futuros prænoscunt; sed qui rimere quos prænoscere nequeunt casus, aggrediuntur vaticinari; & vt certos polliceri. quare vt secus ac ipsi prædicunt, res eueniant, non est necesse a Deo rerum ordinem inuerti, sed satis est, si sinat fluere suo more.

64. Ergo vt salua sit vis verbi, & Deus sibi aliquam efficientiam in hoc furore ascribat, dico, hoc debere exponi, quemadmodum exposui capit. 19. versicul. 14. *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis*, quæ locutio est non dissimilis. Recognoscat lector locum indicatum. & capitul. 7. versicul. 10. *Excæca cor populi huius.* nam ibi demonstro, quatenus Deus sit cæcitatis & erroris autor: quo etiam modo poterit esse autor furoris & insaniæ ariolorum.

Deus autor cæcitatis & furoris quatenus sit.

Inter Theologos Scholásticos controuertitur, an Deum dedeceat infundere homini habitum erroris, aliis negantibus, quia habitus licèt inclinet, non cogit: sed homo eo liberè vtitur: aliis affirmantibus, quia supremam illam veritatem & veracitatem dedeceat aliquid indere, quod ad errandum moueat. & hæc posterior opinio nobis apparebat diuinis moribus, & litteris conuenientior. Quare illud 3. Reg. 22. versic. 22. *Dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt*; de sola permissione, & subtractione luminis, si ipsi Prophetæ decepti deceperunt, vel de subtractione auxilij alterius, si ipsi vt deciperent regem Achab, callide mentiti sunt. Et quamquam sentiremus, à Deo posse habitum errandi immitti, non esset idonea causa ad explicandum locum, quem tractamus, quia hic furor, in quem Deus se vertere ariolos profitetur, non est quid habituale tantùm, sed actuale: quale Deo tribui disconuenit.

65. *Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.*] Hoc minus est intellectu difficile, & ex iis quæ ad capit. 29. versic. 14. *Peribit sapientia à sapientibus*, in commentatio attulimus, magis fiet perspicuum. lege etiam interpretes Iob. capit. 12. versicul. 20. & 1. Cor. 1. versicul. 19. Nam si Deo quidam & graues quidem Theologi non verentur concedere, vt possit habitum erroris ponere in mente humanâ, vt num. 64. præcedenti referebam; quis deneget Deo posse sapientiam, & scientiam auferre? Ergo cùm nonnulli homines infideles abuterentur ingenio, & cognitione rerum naturalium, & iis præsidiis instructi, quæ Deus illis concesserat ad tuendam veritatem, contra ipsam bellum gererent, & ad fallendos tardiores hæc arma expedirent, affinia veris mendacia affingentes: Deus istos Philosophos, & sapientes sapientiâ naturali exarmauit, & stultos reddidit, ne alios impellerent in errorem, & ad idolomaniam attraherent.

Vide nos omnino ad capitul. 42. versiculo 13. Numer. 211. & præcipuè num. 215. qui continet testimonium Tertulliani è libro de Præscriptionibus.

***

Vers. 26. Suscitans verbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens. Qui dico Ierusalem; Habitaberis: & ciuitatibus Iuda; Ædificabimini, & deserta eius suscitabo.

66. S*Vscitans verbum serui sui.*] Primò, quo ad constructionem apparet minus aptum hoc incisum, nam cùm Deus inducatur loquens à versu 24. *Ego sum Dominus faciens omnia,* &c. *qui dico Ierusalem*, &c. non erat dicendum, *suscitans verbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens*: sed, *suscitans verbum serui mei.* Sed hoc facile tollitur, animaduerso, quia Vates Deo inspirati, & eius instinctu loquuntur, promiscuè Deo, sibique locutionem ascribere. Deinde, obseruo, Hebr. pro reciproco *sui*, esse pronomen, *eius*; vnde mollius referri possit ad Deum ipsa locutio: sed vt vt componas, id multum haut interest.

Secundò, quoad notionem *serui sui*: Foret. Mariana, & alij ad Isaiam, Hugo ad Prophetas plurali numero refert: vt sit idem seruus suus, quod nuncij sui. Alij communiter seruum hunc Christum intelligunt, de quo capitul. 42. versicul. 1. indubiè: *Ecce seruus meus*, &c. etsi hoc sit multo probabilius, & Sanctius etiam tuetur, alioquin propensior ad historiam, nihil tamen absurdi reperio, si de Isaia interpreteris; dummodo, *suscitare verbum serui sui*, nihil aliud, quàm quod Isaias prædixit de libertate generis humani per Christum afferenda, suo tempore, quasi iacens excitare, & statuere: ad opus, & exitum adducere. quam esse legitimam notionem verborum, confirmo ex sequentibus eiusdem, vt apparet, sententiæ: *& consilium nunciorum complens.* In qua expositione, interest nihil, Christus, an Isaias sit seruus iste. Et quo firmius hæreas huic nostræ sententiæ, redi ad capitul. quadragesimum primum versiculum secundum numer. 27. *Quis suscitauit ab Oriente iustum?*

Suscitare verbum quid.

67. *Qui dico Ierusalem; Habitaberis: & ciuitatibus Iuda; Ædificabimini; & deserta eius suscitabo.*] Qui interpretes in superioribus huius capitis partibus varias vias terebant, hoc loco coëunt: & vrbem Ierusalem & alias, posteaquam sint vastatæ à Chaldæis, instaurandas & frequentandas à Iudæis, consentiunt his verbis promitti. Quod promissum fuisse completū annales ab Esdra conscripti testificantur. Tametsi quidam autores monēt, vt Haymo, & Forerius,

Ecclesia vel reparanda typus.

A quòd spōte sua cuiuis succurrat, sub ea imagine portendi, Ecclesiæ instaurationem, quæ quoniam ex parte, Iudæis deficientibus corruerat, ex Gentilibus fuit instaurata, & suppleta; in quam allegoriam quadrat: *Deserta eius suscitabo.*

Vers. 27. Qui dico profundo: desolare: & flumina tua arefaciam.

B C*Onstitutum apud autores, *profundum* desolandum, esse Babylonem. Quam autem ob causam, dicatur *profundum*, scies è capitul. 21. versicul. 1. *Onus deserti maris.* nam eius ibi vastitas præscribitur, & describitur. simul & Ierem. 51. satis largiter: & versicul. 36. sic: *desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.* 68.

Quæ quidam autores ad diuitias, & delitias transferunt, alij ferme propriè capiunt: vt mare dicatur propter amnium affluentiam, & desolandum propter diuisionem Euphratis in plures alueos à Cyro factam.

C

Vers. 28. Qui dico Cyro: Pastor meus es: & omnem voluntatem complebis. qui dico Ierusalem: Ædificaberis; & templo, fundaberis.

HÆc prima apud Isaiam Cyri mentio diserta & non ante vlla, neque proprio eius nomine, neque alio nisi fortè cap. 21. versic. 7. quidquid certi scriptores commententur, quos cap. 41. versic. 2. & capit. 42. vers. 1. refello. De Cyro eodem plura & ampliora sequenti cap. D Hoc loco, modò sciendum, cur Deus efferat: *Pastor meus es tu.* Autores partitos cerno: alijs enim causa est, quod Cyrus instar ouium Iudæos dispersos in sedes patrias tanquam in caulas esset reducturus: intellige, imperio, non ipso ductu. aliis autem quòd futurus esset rex, à Deo quasi electus, hoc est, diuina prouidentia. & in sacro eloquio, Reges, Pastorésque promiscuè appellantur. Pete c. 40. v. 11. num. 180. 69.

Cyrus Pastor à Deo cur dicatur.

Rex est Pastor.

Vtralibet ratio, & vtraque simul est vero non absimilis: mihíque probatur. Quod verò L X X. transferunt: *Dico Cyro, vt sapiat.* E Hieronymus rectè notat, inde ortum, quòd illi vnam pro alia litteram legerint, ר pro ד, id est, d, pro r, quarum Hebraicè magna est similitudo, vt claret aspicienti. Resumit Vrbis & templi instaurationem, quia Cyro autore esset exequenda.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMQVINTVM.

1 HÆc dicit Dominus Christo meo
Cyro, cuius apprehendi dexterā,
vt subiiciam ante faciem eius, Gentes
& dorsa regum vertam, & aperiam corā
eo ianuas, & portæ non claudentur.
2 Ego ante te ibo: & gloriosos terræ
humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.
3 Et

3 Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorũ: vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuũ, Deus Israel.

4 Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me.

5 Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me:

6 Vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absque me non est. Ego Dominus, & non est alter.

7 Formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.

8 Rorate cæli desuper, & nubes pluãt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eum.

Rom. 9.d.20. Ier. 18.a.6. 9 Væ qui contradicit fictori suo, testã de samiis terræ: nunquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est?

10 Væ qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis?

11 Hæc dicit Dominus sanctus Israel, plastes eius: Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.

12 Ego feci terram, & hominem super eam creaui ego: manus meę tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui.

13 Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet: non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.

14 Hæc dicit Dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt: & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manicis pergent; & te adorabunt, téque deprecabuntur: Tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus.

15 Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.

16 Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.

17 Israel saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi.

18 Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur, formauit eam: ego Dominus: & non est alius.

19 Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso: nõ dixi semini Ia-

A cob: Frustra quærite me: ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta.

20 Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem.

21 Annũciate, & venite, & consiliamini simul qui auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? nũquid nõ ego Dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus, & saluãs non est præter me.

22 Conuertimini ad me, & salui eritis

B omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius:

23 In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbũ, & nõ reuertetur. Rom. 14.b.

24 Quia mihi curuabitur omne genu, 11. Phil. 2.b.

& iurabit omnis lingua. 10.

25 Ergo in Domino, dicet, meæ sunt iustitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei.

26 In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

C *Vers. 1.* Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam corã eo ianuas, & portæ non claudentur.

LOcus & vaticinatio de Cyro rege Persarũ adeò perspicua, & plana, vt de hoc nulla sit dissensio neque cum Hebręis apud Catholicos inter se, quorum scripta perseuerent. Quòd si qui antiquitus sensere secus, eos lectio Græca fefellit: quæ pro Κύρῳ supposuit Κυρίῳ vna litterâ appositâ: sic (οὕτω λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ χριστῷ μου κυρίῳ: *Sic dicit Dominus Deus Christo meo* 1. Cyrus prædicitur. Mendum lectionis Græcæ

D *Domino.* itaque mendum quod erat in Græco, quódque facile potuit obrepere, cùm tam parũ differant, Cyro, & Cyrio, id manauit ad Latinum exemplar, & vtrumque traduxit, atque adduxit quamplurimos Græcorum & Latinorum autorum (id aduertit S. Hieronymus) vt putarent hîc agi de Saluatore; & esse locutionem similem illi Genes. 19.v.24. *Dominus pluit ignem à Domino.* & Ps. 109.1. *Dixit Dominus meo.* Tantum momenti est in lectione variâ, & in vnius litterulæ additione, vel detractione. Sed iam diu facessit à codicibus simul Græcis, simul Latinis hic error. Neq; etiam fuit priscus; cùm neque tempore Cyri ipsius, neque multo pòst Hier. Abac. 3.v.13. a.

E tempore Iosephi viseretur. cuius verba è Gręco reddita do, vt id quod agitur, & quàm aperta sit de Cyro prophetia, demonstretur. Is enim antiquissimus autor lib. 11. c. 1. hæc scripta reliquit, referens edictum regis de libertate Iudæorum: *Hæc dicit Cyrus rex, quoniam me Deus maximus orbis regem constituit hunc illum esse credo, quem Israelitarum adorat populus. Is enim nomen meũ prædixit per suos prophetas, & quòd templum eius ædificaturus sum Hierosolymis in terra Iudea. Hæc autẽ Cyrus cognouit ex libro, quo Isaiæ prophetias cõtinet, ducentis & decem annis ante ipsius ætatẽ conscriptas.* Ioseph.

Hic enim secretò hoc sibi Deum indixisse dixit, volo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regem sum declaraturus, remittere populum meum in Iudæam, & ædificare templum meum. Hæc Isaias prædixit: antequam euerteretur templum annis centum quadraginta. Quibus lectis rex admiratus diuinum quid, correptus est cupidine exequendi quæ legerat. Hæc illic Flauius in suis Antiquitatibus. Qui cùm non aliunde Isaiæ prophetiam, quàm hinc haurire potuerit, aut certè è capit. 43. versic. 14.

Cyrus legit Isaiam de se vaticinantem.

Propter vos misi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos suspicari affatim permittitur, Iosephum, quod non abest ab eius more de suo adiecisse. Nam à Cyro templum ædificandum nullibi in Isaia legimus sed ver. 13. *ipse ædificabit ciuitatem meam*, ipsum Cyrum in edicto suo posuisse, id sibi à Deo fuisse demandatum, Esdras lib. 1. capit. 1. versic. 2. tradit illis verbis: *Hæc dixit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa.*

Iosephus solet addere de suo.

1. Esdr. 1. v. 2.

3\. Quòd si quæras, vbi Deus Cyro præceperit Templi Ierosolymitani instaurationem, aio nõ esse nostrarum partium id hoc loco peruestigare, sed eius, qui libros Esdræ susceperit elucidandos: satis enim est ad coarguendum Iosephum, ostendere, nihil tale ab Isaia præscribi: ille enim apertissimis verbis hoc vati nostro tribuit. verba nunc Græca repono: οὗτος γὰρ ἐν ἀπορρήτῳ εἰπεῖν ταῦτα λέγει τὸν θεόν: ὅτι βούλομαι Κῦρον, &c. πέμψαι μου τὸν λαὸν εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαι μου τὸν ναόν. ταῦτα Ἡσαΐας προεφήτευσεν ἡμῶν πρόσθεν κατασκαφῆναι τὸν ναόν: ἔτεσι ρμ'. Paulo antè Latine reddidi: *Hic Isaias arcanè Deum dixisse ait: Volo Cyrum, quem regem, &c. reducere in Iudæam populum meum, & templum meum ædificare. Hæc prædixit Isaias annis centum quadraginta antequam templum esset euersum.* Hoc Isaiæ vaticinium à Iosepho sponsore flagitamus. Sed fortè versic. 13. in ciuitate ædificanda templum contineri intellexit: de quo illic Nam fidem Cyri liberare est facile, cùm apud Esdram edicit, Deum sibi præcepisse, vt eius templum ædificet: cùm id non fuerit necesse per Isaiam præcipi, neque Cyrus hunc, imò neque vllum vatem nominauerit. Quin illud licet interpretari præceptum. 1. Esd. 1. v. 1. *Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per Scripturam, dicens*

Iosephus.

4\. Illud nostri officij est, docere, ob quam causam Deus appellet Cyrum, Christum suum: nam hoc videtur esse proprium Saluatoris cognomen, & augustius quàm vt regi Persarum possit imponi. Nam Hebr. est משיח, *Messias*. Sed sciendum, hoc nomen esse, idem quod vnctus Latinè. & quoniam olim Vnctio erat regum institutio, & quasi inauguratio, vt intelligimus è pluribus locis S. Scripturæ, ideirco, Messias Heb. Christus Græcè, Vnctus Latinè pro Rege publicè, & autoritate legitima designato, atque creato sumitur. Vnde, *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro*, non distat ab hoc: *Hæc dicit Dominus Cyro, quem ego regem constitui.*

Cyrus cur vocatur Christus. Christus, quid.

Reges vnguntur.

Aug. loan. tr. 15. parte dici Messe vngi.

5\. Sed ex hac solutione alius nodus exsistit; nempe, qua ratione Deus affirmet se vnxisse Cyrum & creasse regem, cùm in eius creatione, & adeptione regni nihil diuinum, & extra ordinem euenerit: sed Cambysi patri in regnum Persarum iure hæreditario successerit, & Astyagi auo regi Medorum, vt Græci historici tradunt, vi expulso, Hebræi verò absque vi, quod subindicat Daniel capit. 3. versic. vltimo: *& rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* & Genebrardus in Chronico, exponit, mediatè, videlicet, medio Cyaxare filio Astyagis, qui alio nomine in Scriptura dicitur Darius. Cùm, inquam, eiusmodi, aut alius non dissimilis fuerit Cyri ad regnum accessus, quomodo Deus à se vnctum & creatum regem esse verbis tam magnificis, ac splendidis profitetur.

Qui dicatur Cyrus electus rex à Deo.

Xenoph. Herod. lustin.

6\. Responsio facillima. Primò, successit speciali Dei ordinatione, qui eum destinauerat ad vlciscendam superbiam, & crudelitatem Chaldæorum, & ad populum suum in pristinam libertatem asserendum.

Cyrus.

Secundò, quia cùm ea liberatio portenderet generalem mundi totius libertatem futuram; Cyrus in eo beneficio, & officio adumbrabat Saluatorem verum, & Messiam: vnde hoc illustri titulo fuit præinsignitus; *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro.* apud Lyram Rabbi Salomon priorum suorum magistrorũ (scilicet ante Christi aduentum) allegat expositionẽ istiusmodi: *Hæc dicit benedictus Deus Messiæ suo, id est, Messiæ in lege, & in Prophetis promisso: exponens, ego te ipsi Cyri id est, designans te per Cyrum.* Quæ Hebræorum interpretatio non est aliena, cùm non tollat sensum litteralem, & immediatum de Cyro, sed ei superinferat sensum mysticum de Christo: quem nemo Catholicorũ negabit, & accipiunt nominatim non pauci.

Cyrus, typus Christi. Baron. in Apparatu Annal. n. 12.

Hebræi in Cyro agnoscunt Messiam.

Neque officit huic typo quod vers. 4. dicitur: *Assimilaui te, & non cognouisti me.* & alia Cyri inter virtutes vitia, nam typi ratio non exigit quoad omnia similitudinẽ, sed quoad aliqua: sic enim Salomon, de cuius æterna salute valde ambigitur, & cuius vita fœdis actibus fuit maculata, Christi typus exstitit, quoad multa. Ad hunc modum Cyrus in ea populi Iudaici libertate asserenda, & in Templo Ierosolymitano reparando Christum Dominum præfigurauit. Vere enim docuit August. libr. 22. capit. 83. contra Faustum: *Non solùm gesta bona, sed etiam vitiosa Patriarcharum, & Prophetarum aliquando significant, & figurant aliquid boni.*

Qui est typus non respondet quoad omnia figuræ.

7\. *Cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam.*] *Dexteræ apprehensio* variè possit accipi. Primo, Cyrum fuisse Dei instrumentum ad debellandas Gentes: fuisse Dei flagellum, quales se esse iactabat barbarus ille. Ex quo nascitur, non esse necessarium, vt Cyrus hæc bella mouens non peccauerit. nam prout erant supplicia nocentium populorum, Dei consilio & voluntate fiebant; & prout erant Cyri peccata, & vitia, ab eius cupiditate, vel ambitione profecta, à Deo permittebantur. Herodotus libr. primo ait: Cyrum ad bellum inferendum Babyloniis non alia causa impulsum quàm immodica cupiditate augendi imperium, sup. 10. vers. 5. Simile inuenimus cap. 10. vers. 5. *Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eorum indignatio mea.* istic de hoc argumento plura.

Deus vtitur malis hominibus ad puniendos alios malos. Attila flagellum Dei.

Aliter

8. *Apprehensio dextera, est roborare.* Aliter *apprehensio dextera* sumitur à Hieronymo. *Huius*, inquit, *dexteram apprehendit, & tenuit, vt nullus eius fortitudini valeret resistere.* Quę declaratio congruit valde verbo Hebraico, quod est, roborare, fortem reddere. ita cap. 41. vers. 13. *Apprehendens manum tuam, dicénsque tibi, ne timeas.* vbi pro manu, Hebr. est dextera. Consule schedas nostras.

Hieron. Quàm fortis verò euaserit Cyri dextera diuinitus apprehensa, & acta, quàm multas, & quàm potentes subiecerit gentes: quot, & quanta regum terga verterit, sciendi cupidos mittit Hieronymus ad Xenophontem. *Legamus*, ait, *Xenophontis octo librorum Cyri maioris historiam, & prophetiam Isaiæ cernemus expletam.*

9. Quem Græcum historicum si cui non vacat, aut non lubet adire, ego eius vnum, aut alterum repręsentabo testimonium, ex quo quę ille Cyri facinora, & victorias copiosissimè narrat, possint in summâ cognosci. Latinum *Xenophô. Cyrus quot gentes subiugauerit.* Xenophontem facio, etsi possem exhibere Græcum. Ergo is in procemio: *Cyrus cùm assumpsisset liberos Asiæ populos aggressus cum exiguo Persarum exercitu Medis, Hircanisque sua se sponte subiicientibus imperauit. Subdidit verò Syros, Assyrios, Arabes, Cappadoces, Phrygas, vtrosque Lydos, Caros, Phœnices, Babylonios. Imperauit etiam Bactrianis, Indis, & Cilicibus: Sacis similiter, Paphlagonibus, Magadidis, & aliis quamplurimis, quorum ne nomina quidem aliquis expresserit. Græcos quoque Asiaticos sub iugum misit. Ad mare verò descendens subdidit Cyprios, & Ægyptios, atque iis gentibus imperauit, quarum neque cum illo, neque inter se lingua esset communis. Atque adeo sui nominis famâ compleuit tantum orbem terrarum, & omnes formidine perculit, vt nemo eum aduersaretur. Quin sic affecit omnes, & sibi gratificandi cupidos effecit, vt illius arbitrio gubernari liberet. Tot nationes ad se adduxit, vt eas recensere sit longum siue ad Orientem iueris, siue ad Occidentem, siue ad septentrionem siue ad Meridiem.* Hæc Xenophon in principio libri primi, in fine verò octaui, cum Cyri mortem scripsisset, extemplo subdidit. *Quòd nobilissimum, ac maximum, omnium Asiæ regnorum fuerit eius regnum, ipsum met per se ostendit. Definitur enim ad Orientem mari rubro, ad septentrionem Ponto Euxino, ad occasum Cypro, & Ægypto, ad meridiem Æthiopiâ. Id autem imperium tantum gubernabatur vnâ Cyri sententiâ.* Tertul. lib. de Anima: *Asiam mersit, & pressit.*

10. Hæc quàm aptè conueniant iis, quæ prædicit Isaias, apertissimum est: quare id quod Tullius ad Quinct. fratrem lib. 1. epist. 1. scribit: *Cicero. Xenophon quatenus à vero discedat.* *Cyrus ille a Xenophonte scriptus non ad fidem historiæ, sed ad effigiem iusti imperij*, vt verum id sit, non debebit sic intelligi, vt ille expeditiones, bella, victorias, gentésque subiugatas confinxerit, id enim opus non fuit ad proponendam speciem & effigiem *iusti imperij*, sed in eo fidem historiæ non seruauerit, quòd Cyri virtutes imperatorias quas habebat, exaggerauerit, quas non habebat, addiderit, eius mores, orationes ad milites & alia id genus supra verum exornarit, & extulerit. Atque adeò non Xenophon Isaiæ, sed Isaias Xenophonti autoritatem affert.

11. *Lumbos aperire, vel dissoluere, quid.* *Et dorsa regum vertam.*] Sensum, non sonum verborum reddit Latinus. Hebr. *lumbos regum aperiam*, seu dissoluam. Nam vt accingere lumbos habitos est & gestus strenui, atque robusti: sic discingere, & dissoluere est indicium hominis desidis & imbellis. qui quis [illegible] in pugna cedit, sue [illegible], aut fugit, [illegible] Vulgatus transtulit: *dorsa regum vertam*, id est, efficiam, vt terga v[illegible]tant, vt vincantur. Eodem vergunt aperiendæ ianuæ & portæ non claudendæ, nam hæc negatio more S. Scripturæ, gemella est præmissæ affirmationis. Notandum, eodē verbo פתח *pat'ch*, quod *est aperio*, vti vatē nostrum elegantissimum componere cum lumbis regum, & cum portis vrbium, & vtraque diuinitus aperienda, comminari. Nam vt robur & fortitudo virorum est in lumbis, quippe ignauos, & imbecillos nominare solemus *elumbes*; sic fortitudo & defensio vrbium consistit in portis: iis enim apertis, aut refractis, patent omnia & exposita sunt hostibus. Ergo Deus, vt naturæ, simul & artis præsidia se detracturum esse prædicat, lumborum, & ianuarum apertionem minatur. *Portæ cum vrbes si sint clausæ, prodeunt apertæ.*

Vers. 2. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.

TAmetsi superioris periodi hæc sit expolitio, & amplificatio, tamē præter venustatē adiicit vim. *Ante ire* in bello officium est Imperatoris, inde idem etiam Dux Latinè dicitur, à ducendo exercitu. Cuius Cyri dexteram Deus apprehendit, non poterat eum non anteire; ei viam sternere, aditum aperire, & expedire, impedimenta submouere, vt prosperè quò vellet, & sine vlla offensione perueniret: atque adeò nihil esset, quod eius consilia, conatúsque eludere, aut destinere posset. hoc ego multis assentiētibus, intelligo in *portis æreis cōterendis, in vectibus ferreis confringendis*. licèt enim nobis liceret de portis vrbium, & moenibus proprië, & præcisè interpretari, vt modò fecimus: hæc tamen translatitia & latior interpretatio, est pulcrior & instituto consentientior. & affirmatur è cap. 43. vers. 14 num. 152. 12. *Portas, & vectes confringere, quid.*

Gloriosos terræ humiliabo.] LXX. *Montes complanabo.* Hebr. fere eadem: *excelsa coæquabo*; vt sint vicina illis. cap. 40. vers. 4. *Omnis vallis exaltabitur, & omnis collis, & mons humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* suo loco de obstaculorum amotione declarabamus, quæ viam Christo Saluatori venturo poterant obstruere: similiter hoc loco de impedimentis, quæ Cyro Christo Domini, & liberatori futuro populi Iudaici iter intercludere poterant, auertendis ista exponimus. Quàm plana, quàm expedita, quàm prospera, quàm facilia omnia ferè Cyro in suis expeditionibus, præcipuè in Babylonicâ contigerint, Herodotus, Iustinus è Trogo, & Xenophon antea à nobis adductus num. 9. demonstrat. 13. *Cyro omnia peruia & expedita.*

Vers. 3. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel.

14. *Potentia regum pendet ex opibus.*

REgum potentia, splendor, autoritas, & vno verbo Maiestas, maximâ ex parte diuitiis, opi

Belli neruus est ærarium.

opibúsque sustinetur. nam pecuniæ obediunt omnia, & belli vires, neruique vulgò existimantur esse ærarium. Quare Deus Cyro, quem regem gloriosissimum & fortunatissimum facere destinarat, thesauros & diuitias ingentes pollicetur. Quantas verò præbuerit exoterici historici referunt, & quáuis illi de hoc siluissent, ex hoc vaticinio nos affatim sumeremus.

Nam opes quantumlibet recoonditas & occultatas, ab oculis & conscientia hominum cupidorum auersas Cyro prodendas & dandas esse prædicitur. Quasi obuias, & parabiles, ipse per se conquireret, & acquireret, at quæ eius industriam & cognitionem effugerent, eas Deus singulari consilio ostenderet, & in manus traderet. hoc sibi volunt hoc loco: *Thesauri absconditos, & arcana secretorum*; quos LXX. *σκοτεινοὺς, καὶ ἀποκρύφους*, id est, *obscuros, & occultos*, appellāt.

Reges condunt & occultant thesauros.

Atque nomen ipsum, *thesauros*, & rem valde preciosam, & simul occultatam infert. Et scimus fuisse regum præsertim orientalium consuetudinem, vt opes maximas congererent in regiam, & quo tutiores essent occultas custodirent. Nam diuitiæ proditæ obnoxiæ sunt rapinæ. Vide sup. 39. vers. 4. *Omnia quæ sunt in domo mea viderunt, non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris meis.* Quæ ostentio seu ostentatio caro stetit regno.

Diuitiæ notæ periclitantur.

15. Quod cùm ita sit, vt quo reges sunt nobiliores, & potentiores, eo ditiores, & preciosiores thesauros asseruent, cùm Cyrus nobilissimos quosque & potentissimos Asiæ reges deuicerit & expoliarit, & in Asia minori Lydorū regem Crœsum, cuius opes locum prouerbio dederunt, facilè colligitur, quam immensæ diuitiæ Cyro victori contigerint. *Cyrus deuicta Asia*, ait Plin. lib. 33. cap. 3. *pondo auri triginta quatuor millia inuenit; præter vasa aurea, aurumque factum, & in eo folia*, (siue folia) *ac platanum, vitémque quâ victoriâ argenti quinquaginta millia talentorum reportauit.* quam summam si ad nostrates rationes vulgares redigamus, sunt trecenti milliones. Addit Plinius; *insuper craterem Semiramidis, cuius pondus talenta quindecim colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo octoginta capere, Varro tradit.*

Plin. *Cyri diuitiæ incredibiles.*

16. Pererius noster autor sanè elegans & de vtraque re litterariâ sacrâ iuxta ac externâ benemeritus ob hanc regum Persarum opulentiam existimat in illa statuâ spectricâ Nabuchodonosoris Dan. 2. vers. 32. 39. Persicum regnum argento fuisse comparatum. Adi eius commentarium, vbi ex nostro Isaia illustrat Danielem, & ab eo Isaias illustrior euadit.

Persicum regnum argento cur comparatū.

17. Etsi non dubitem ob eam causam modò indicatam *thesauros* dici *absconditos*, & *arcana secretorum*; quia tamen moribus iuuandis intentum esse decet interpretem piū & vbi se causa, vel occasio obtulerit, eò accedere: nolui præterire vocem Hebræam inexpensam, quæ thesauris adiungitur, & à Latino redditur, *Absconditi*. ibi enim est חֹשֶׁךְ *chôsech*, id est, *Thesauros tenebrarum.* Forerius coniectat alludi falsè ad fabulas, in quibus Pluto Deus inferorum præsidet diuitiis: quæ & è tenebris eruuntur, & in tenebris collocantur, quásque non amant nisi tenebrarum amatores. Hæc ferme Forerius.

Moribus iuuandis interpres formet.

Forerius. *Pluto & Deus inferorum, & diuitiarū cur.*

18. Ego verò non ad figmenta poëtarum, sed ad ipsissimam rerum naturam, si quis sit respectus, iudicauerim respici: quæ natura prouidens hominum cupiditatem, hasce diuitias abscondit, & in tenebricosissimis terræ visceribus infodit. Seneca epist. 110. ad medium: *Ab hac diuinā contemplatione abductum animum in sordida, & humilia pertraximus, vt auaritiæ seruiret, vt relicto mundo, terminisque eius, & dominis cuncta versantibus, terram rimaretur, & quæreret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblatis. Quidquid nobis bono futurum erat, Deus & parens noster in proximo posuit. non exspectauit inquisitionem nostram; vltro dedit: nocitura altissime pressit. Nihil, nisi de nobis queri possumus. ea, quibus periremus, nolente rerum natura, & abscondente protulimus.*

Seneca. *Metalla effodit auaritia.* *Deus profutura obuia fecit, nocitura abscondidit.*

B Quorum metallorum, argenti videlicet, & auri inuentionem Seneca tribuit auaritiæ hominum, eam Tertullianus ascribit arti Dæmonum: sic enim habet in libro de habitu muliebri cap. 2. loquens de illis: *Nam & cùm materias quasdam bene occultas, & artes quasdam non bene reuelatas seculo multo magis imperito prodidissent, si quidem & metallorum opera nudauerant, & herbarum ingenia traduxerant, & incantationum vires promulgauerant, & omnem curiositatem vsque ad stellarum interpretationem designauerant propriè, & quasi peculiariter fœminis instrumentum istud muliebris gloriæ contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur, & circulos* 19.

Tertul. *Metalla à dæmone adstruct.*

C *ex auro, quibus brachia artantur.* Et cap. 10. de Cultu fœminarum: *Quanquam & aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincla seruire referunt Gentilium litteræ. Adeò non veritate bona sunt, sed raritate. Per angelos autem peccatores demonstrata sunt, qui & ipsas materias prodiderunt, & operositas cum raritate commissa preciositate, ex ea libidine possidendæ preciositatis fœminarum. quod iidem Angeli, qui & materias huiusmodi illecebras detexerunt, aurum dico & argentum, illustrium, & opera eorum tradiderunt, etiam call'iblepharum, vellerúmque tincturas inter cetera docuerunt, damnati à Deo sunt, vt Enoch refert.*

Vincula ex auro.

Itaque ij autores animaduertentes ab hominibus opes plerumque ad prauos & illicitos 20.

D vsus auerti, metalla ex quibus opes & diuitiæ constant, intra terræ viscera, & sinus tenebricosos ac latebras fuisse defossa ab autore naturæ philosophantur, vt laterent humanos oculos: sed inde duce cupiditate, vel docente dæmone fuisse effossa, & extracta: quæ rursus homines auari defodiunt, & in obscura loca congerunt, ne aliena vicissim cupiditas surripiat. Quare à tenebris, & caligine non amouentur, si salua & tuta futura sint. Ad quod fortè Isaias cogitationem inflectens Hebraicè *Thesauros tenebrarum* appellauit, quorum secura possessio, & vsus, sit, eos de oculis quidem vsurpare. & tamen eorum cupidine mundus totus susque déque vertitur. Vnde verè: *Auaro tam deest quod*

Diuitiis potius quam in tenebris non sunt tuta.

E *habet, quàm quod non habet.*

Vt scias, quia ego Dominus.] Non solius consecutionis est particula *vt*, sed etiam causæ, 21.

quæ Deum inclinauit, vt Cyro tanta concederet. Quæcumque enim bona Deus largitur hominibus, seu spiritualia, seu temporalia, ad ipsorum salutem æternam, suíque gloriam, & religionem destinat. Psalm. 104. versicul. 44. *Et dedit illis regiones Gentium; & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.* En finis Deo propositus in locupletandis, & augendis hominibus, vt ipsi locupletati & aucti Deum cognoscant,

Bona temporalia Deus dat, vt se colant. *Psal. 104. v. 44.*

gnoscant, & colant. sicque euadant, quoad animum, locupletiores. Aug. ad ritum locum Psalmi in repetitione expositorum: *Non vt propter ista eum colant, sed vt ea quoque ad bonum æternum referant, atque conuertant, id est, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. quæcumque igitur alia bona dat Deus referenda sunt ad gratuitum cultum eius: ipse autem cultus eius non est referendus ad alia bona, quæ dat Deus, tunc enim erit gratuitus.* Deus ergo in benefaciendo suæ dignitati, & nostræ simul vtilitati consulit: & vt ipse gratuitò benefacit, sic se gratuitò diligi cupit. Beneficia quidem excitent, inuitent; sed Deus ipse per se, & propter se diligendus, & colendus est gratuitò.

August.

Nomen imponendum prædicere est Dei. Rom. 4. v. 17.

22. *Qui voco nomen tuum, Deus Israel.*] Plerique expositorum sentiunt, hoc adduci pro argumento Diuinitatis: quis enim, præter Deum, posset tot annis ante prædicere nomen huic regi imponendum? Deus namque solus est *qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt:* qui vt adducit, vt existant, adsint, præstóque sint Deo citanti, sic idem Dominus ab æterno suum cuique nomen imponit, & cùm ei placet, antequam res oriatur, prænunciat. quod factitatum legimus in libris diuinis: & pro signo certissimo prædictionis Dei accipimus. Et quidem Cyrum hoc indicio & argumento fuisse commotum ad credẽdum qui id fecisset, esse Deum verum, ipse confessus est, si Iosepho credimus, supra num. 2. verba reperies inter alia, hæc: *Quoniam me Deus mundi regem constituit, hunc esse credo quem populus Israel adorat. is enim meum nomen prædixit per prophetas suos, &c.*

Cyrus diuinitus vocatus ad credendum. Iosephus.

Vocare nomine, aliorum, quid.

23. At quanquam iis ego non repugnem, crediderim tamen, cùm Deus dicit: *voco nomen tuum,* & Hebraicè, ad verbum, *per nomen tuum,* Hispanè, *llamote par tu nombre propio,* aliud etiam indicari, hoc est, qui erga te magnam beneuolentiam, indulgentiam, & fauorem ostendo. de hoc genere locutionis egi ad cap. 43. num. 30. ex eo scholio locus hic illustrabitur.

Andreas Masius in Iosue cap. 1. vers. 5. probè colligit ex hoc loco quæcunque magna, & præclara gesserunt homines olim religionis etiam alienæ & falsæ, non suo consilio, & viribus, sed peculiariter à Deo adiutos gessisse.

Vers. 4. Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me.

FInem & scopum proximum, quem Deus sibi præstituerit in ornando Cyro, hic aperit, nempe sui populi libertatem.

Et vocaui te nomine tuo.] In autographo eadem formula, quæ versu anteriori, *voco nomen tuum;* solùm hic additur, affixum, *te:* vnde eadem est explicatio.

Cyrus assimilatus Christo quoad n.

24. *Assimilaui te, & non cognouisti me.*] Cùm Cyrus fuerit effigies, & imago quædam Christi quoad partem, hoc est, quoad libertatem afferendam populo Dei, sup. n. 6. non est absonum, si ex Deo audiat, *Assimilaui te.* scil. Christo vero, filio meo, qui verè liberaturus est populum captiuum, & debellatis hostibus oppressoribus, A in sedes patrias feliciter reuocaturus. Huic tanto Duci, ac liberatori orbis terrarum te similem feci: ideóque tibi tantam potentiam, & fortunam tradidi; sed *tu non cognouisti me,* id occultè, & alto quoddam consilio molientem.

Assimilare, quid.

Hæc interpretatio quoad priorem partem est communis, & videtur Latinæ editioni debita: cùm assimilatio Cyri passiua non possit alia excogitari, nisi exposita, quæ est aptissima, quoad posteriorem partem, *Et non cognouisti me,* id est, ignorasti te gerere vices, & speciem Saluatoris, est Sanctij.

25. Valdéque veritati propinqua: nam Cyrus apud Iosephum lib. 11. Antiq. cap. 1. à nobis relatum num. 2. Deum agnoscit, & illi refert B acceptam omnem suam potentiam, & vtrumque sumitur è lib. 1. cap. 1. vers. 2. Esdræ. Præterea Deus hoc loco proponit Cyrum sibi amplificandum, & extollendum, vtpote Christi typum, & prodromum, vt populo suo per Cyrum liberando ingentiores animos faciat; quare illa reprehensio & vituperatio quod Deum tantorum munerum largitorem non agnosceret, etsi vera, & iusta esset, non esset huic loco opportuna. Animaduertimus enim, quandiu res vna, partim similis, partim dissimilis cum alia componitur, eius similitudinem tantùm exponi, & dissimilitudinem præteriri. hoc idem fit cùm homo aliquis, qui vitio non caret, velut C Christi Dom. typus inducitur: quà enim laudabilis est, proponitur, & quà vitiosus, ac vituperabilis, omnino tacetur. Ob quam vnicam caussam, hæc interpretatio placeret, quamuis omni esset autore deserta; nunc magis placet, accedente autoritate Sanctij viri doctissimi. Et verò quòd Cyrus Deum cognouerit, omittendum nun est, sed redibit occasio similis in versu sequenti num. 29.

Simile non quoad omnia.

Hæc de Latinâ translatione, quâ vbique sacrosanctâ habitâ. aliàs interdum afferre, & expendere non est inutile, aut inconcessum. LXX. habent, pro *Assimilaui te; Suscipiam te;* sed parum differunt: cùm vtrobique fauor sit, ne- D que enim Cyrus potuit assimilari Deo, vel Christo, quin ei Deus aliqua dona concederet illique peculiariter adesset: quod est idem, quod suscipi.

LXX.

26. Alij translatores, vt Pagninus, Vatablus, & Forerius, quibus accedit Arias, credunt Hebraicum verbum כנה *Chanàh,* esse cognominare, id est, occulto nomine rem appellare; quæ si notio vera sit, instituto congruit; nam Cyrus Hebraicè כורש, *Choros* est appellatus, quasi multorum regnorum futurus hæres: dictus est Pastor Dei. cap. 44. vers. 28. hoc loco Messias, Christus, sup. cap. 21. vers. 7. *Ascensor asini.* Ergo qui tot tantisque cognominibus E est insignitus, & nobilitatus, ei Deus verè dicit: Cognominaui te, *& non cognouisti me.* id est, non intellexisti hæc tibi cognomina à me fuisse indita, neque quid illa præsignificarent. Hebraicæ linguæ studiosiores existimant, *non cognouisti me,* esse idem quod, cùm nondum me cognosceres, quippe qui nondum natus. Itaque hæc translatio Cyrum liberat obiurgatione, & opprobratione.

Arias, Vatablus.

Vers.

Vers. 5. Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me.

47. *Dei vnius notitia naturalis.*

QVi quàm sit homini Dei vnius clara, & indubitata notitia, non modò fidei lumine, sed etiam rationis naturalis ductu percepta, consideret, huic forsitan apparuerit, Deum in Isaiâ, sæpius, quàm sit necesse, hoc dogma inculcare; nempe, *se solum esse Deum, seu præter se Deum esse neminem*: at si is idem diligentiùs

Cur tam sæpe Dei vnitas asseritur.

animum admouerit ad considerandum eo, quo Isaias vixit, tempore, multo post, idololatriæ dominatum, toto terrarum orbe diffusum, & firmissimis viribus roboratum: & simul Iudaicæ gentis ad idolomaniam procliuitatem, & prolapsionem recidiuam: intelliget, vt tanto malo vix satis frequentem admoueri medicinam, & rariùs, quàm opus sit, eius homines admoneri. Sed quoniam hæc veritas, & propositio aliàs fuit exposita, & approbata, hic de ea nihil ampliùs tractandum.

28. *Accingi, quid.*

Accinxi te, & non cognouisti me. Metaphoram in accingendo Cyro, siue parœmiam nemo non aspicit. soliti sunt milites accingi, siue baltheo, siue gladio, aut alio genere armorum. de quo habitu nonnihil cap. 41. numer. 21. Ergo hoc loco pro omnibus præsidiis, opibus, viribus, armis, copiis, aliisque bellicis apparatibus, quibus Deus Cyrum instruxit, & ad vincendas innumerabiles gentes potentem effecit, hæc accinctio accipi debet. Ex quo planè intelligitur, non communi solùm prouidentia Dei, quâ cuncta regna humana reguntur, & continentur, sed speciali quadam ordinatione illud fortunatissimum imperium Cyro contigisse: quo Deus puniret Chaldæos de aliis plurimis nationibus male meritos, & Iudæos crudeliter captos direptósque in libertatem assereret; & alia consilia, quæ nos latent, exequeretur: quorum consiliorum ignarus Cyrus bella gerebat, suis velificans cupiditatibus, & suo acri indulgens ingenio, hoc est; *Et non cognouisti me.* nam eadem est locutio, quæ supra numer. 24.

29. *An Cyrus Deum coluerit, aut cognouerit.* Hieron.

Sed disquiramus hoc loco an Cyrus Deum ignorauerit.

S. Hieronymus hoc loco anceps est; sic enim habet: *Dedi tibi thesauros & absconditas opes cunctarum vrbium: vt qui prius colebas idola, beneficiis verum sentires Deum, præsertim cùm scias, multo antequam nascereris, tuum nomen fuisse prædictum. quod quidem & Iosephus in vndecimo Antiquitatis volumine refert, legisse Cyrum ab Isaia de se certo vaticinatum nomine: & idcirco Iudæos quasi Dei familiares plurimum dilexisse. Hæc autem tribuo tibi propter Iacob seruum meum, & Israel electum meum.* Qua oratione Hieronymus videtur Dei cognitionem, & cultum in Cyro agnoscere. Sed paulo pòst explicans istud, *Et non cognouisti me, ait: id est, simulacra coluisti, nō Deum:* vbi aut reuocat quod dixerat, aut exponit; hoc pacto: Ego, ait Deus, eo consilio id feceram, vt coleres, sed tu non assensisti, beneficio meo es abusus. Idem Hieronymus in commentario Abac. 3. vers. 14. cùm recitasset hoc Isaiæ vaticinium; *Et ad extremum dicitur; Tu autem non cognouisti me: quod de Saluatore nefas est intelligere.* Et quidem Hieronymus apponit particulam aduersatiam, *autem*, quæ non est in Vulgata, quæ affert sensum illum: Ego te auxi, tu autem non cognouisti auctorem tuum.

Cyril. hic: *Narrant hic, potentissimum Cyrum legisse hanc prophetiam, & impendio de his, quæ à Deo de ipso pronunciata sunt, gauisum, & eo animo fuisse, vt diuinæ gloriæ præconium in suis vrbibus, & religionibus promulgauerit, confessúsque fuerit disertè, illum solum esse Deum, vniuersorúmque Dominum, qui à Iudæis colebatur.* Vbi cùm ait Cyrillus, *Narrant hic.* multos eius fuisse opinionis ostendit: sed ipse post ad versic. 4. *& tu non cognouisti me*, suam propriè aperit sententiam iis verbis: *Sed ornaui te, etiam cùm meam diuinitatem non noueris, & excellentiam: imò cùm ne in numero esses eorum, qui me adorant.* Cyrillus idem in Genes. lib. 5. reposito hoc toto de Cyro vaticinio, dum expendit istud: *Accinxi te, & non cognouisti me. Videtis ne (ait) vt apertè, non cognouisti me diceret? inter eos enim, qui Deum cognouerint, tam præclarum hominem nominare noluit quem & regibus excellentiorem, & innumerarum gentium principem fecit.*

30. Cyril.

His partibus antiquitate venerandis alij iuniores accinunt. Maldon. Dan. 2. vers. 39. *Quis Cyro sine vera religione religiosior? quis in Dei populum beneficentior?* Foterius infr. cap. 48. vers. 14. *Hic autem locus videtur sententiam illorum infringere, qui Cyrum impium fuisse tyrannum scribunt. certè ex Scripturis propheticis dilectus Deo fuisse videtur, & cultor vnius Dei.*

31. *Cyrus Deum coluit.*

Sed non est deserta Cyri causa, quam S. Scripturæ testimonia subleuant, & grauium virorum autoritates: quæ proponere, & exponere erit operæ pretium. Ac principio propono, & promo ex Esd. 1. cap. 1. vers. 1. *Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens:* vbi primùm adnoto, *suscitare à Domino spiritum Cyri*, aliquam mentem diuinitus significare Cyro iniectam: id nemo negauerit: sed dicet aliquis, excitatum fuisse, vt ediceret in gratiam, & in fauorem populi: hoc sumo, quod datur, & quod nimimum, est edictum promulgasse; ac proinde esse verum, quod eo continetur: quod si ego euicero contineri eo veri Dei cognitionem, & confessionem, Cyri causam defendero. Principio à nobis stat Maldonatus qui supra stetit contra nos: is enim Ierem. cap. 16. vers. 19. elucidans illud, *Ad te gentes venient*; ait, *Vaticinatur futuram conuersionem Gentium, quæ ex Babylonicâ captiuitate occasionem, & initium sumsit. Cyrus enim primus à Deo excitatus Deum cognouit, & Iudæos in libertatem asseruit, lib. Esdræ cap.* 11. Arias cap. 44. v. 28. idem sentit.

31. 1. Esdr. 1. vers. 2.

Sed iam inspiciamus ipsius Cyri edictum, & in eo animum: *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa.* Qui tam ingenuè confitetur sibi data esse omnia regna terræ, à Domino cœli, an non Deum terræ, cœlique, ac proinde rerum omnium Dominum agnoscit? quid ergo deest ad veri Numinis confessionem? quam diuinitatem aliis diis Gentium attribueret, qui Deo Israelis omnem omnino potestatem concederet? Addit, *& ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum*: si non

Domi

Dominum Iudicaret eius imperium & iussum sibi impositum non F eceetur: agnoscit se teneri eius præcepto, & obsequi. Neque modò quod ad illum pertinebat, quod fuit, permittere liberum reditum in patriam, & captiuos manumittere, id præstat: sed etiam inuitat, monet, hortatur: *quis est in vobis de vniuerso populo eius? sit Deus illius cum ipso. ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel.* quibus verbis Deum sibi cum Israele communem facit: & verum ac solum Deum verbis sequentibus *ipse est Deus, qui est in Ierusalem*: id est, qui colitur in Ierusalem, vbi templum sibi instaurari præcepit, *ipse est Deus*: nam non solis Ierosolymis dominari iam antè professus est, cùm Deum cœli nominauit.

Accedat huic testimonio, vt apparet, dilucido autoritas & expositio Bedæ ita commentantis.

33. Beda. *Narrant veteres historiæ, quibus & prophetæ Danielis scriptura concordat, Cyrum regem Persarum, vincto sibi socio Dario rege Persarum, Babyloniorum destruxisse imperium, ... vltimo eorum rege Balthasar, & ipsa ... ac vastata. Qui videlicet Cyrus statim ... regnum sibi traditum, mox vt regnum illud, quod populum captiuarat, ac seruitio premebat, ... eidem populo patriam ... ac domum Dei sui, quæ in ea erat incensa, reædificandi ...: dein que libertatis semen iam non tantum verbis præsentibus insinuauit, verùm etiam eis qui longius per omnes regni sui prouincias aberant, missis epistolis mandauit, ipsum, qui est Deus Israel, verum esse Dominum, & Deum cœli, omniumque regnorum autorem publica voce est confessus. Quæ omnia sic futura Prophetæ sancti, & Ieremias apertè prædixerunt.*

34. Beda. Et cum Beda transtulisset è lectem. 15. v. 12. & 19. vers. 10. & e Vate nostro finem capitis præcedentis, & initium præsentis, ascripsit: *ex qua Isaiæ prophetia credendum est, maxime Cyrum regem dilexisse filios Israel, eisque de captiuitate exeuntes domum remisisse, ac templum reædificari iussisse, quòd audierit prophetas eorum per spiritum Dei de suo regno, & Babyloniorum destructione fuisse prælocutos. Nam specialiter ipsum genus expugnationis, quo Babylonia destrui cœpit, expresserant iidem Prophetæ: quorum Esai. Qui dico profundo; desolare, & flumina tua arefaciam. Porro Ierem. Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur & portæ eius excelsæ igni comburentur. Narrant enim historiæ, quia ... nimiopere plurimos riuos flumine Euphrate, qui per medium Babylonis influebat, per arefactum ac desolatum eius profundum vrbem hostis intrauerit.* Huc vsque Beda, qui illustre, & perspicuum de Cyri religione testimonium dicit.

35. Hugo Card. Hugo Cardinalis quid sentiat audiamus eodem loco Esdræ ad illud verbum, *Ipse est Deus, qui est in Ierusalem*; sic affirmat: *Magna fides Cyri regis in his verbis claret, & pietas. Fides, quoniam populum Iudaicum, populum Dei esse intellexit. Deum Israel, Deum cæli, & terræ confessus est, & incomprehensibilem, & immensum: & eundem Deum habitare in cælis, & in Ierusalem cognouit. & ita incorporeum, & incircumscriptibilem esse, & vbique præsentem credidit, Pietas in hoc apparet, quia omnes liberos in Ierusalem redire permisit, imò & præcepit, & iussit.*

Carthus. Dionysius Carthusianus explicans eadem verba: *Id est, Deus cæli vrbem Ierusalem elegit in locum præcipuum cultus sui: & templi, ac sacrificiorum, & ita quamuis incircumscriptus sit, & præsens vbique, ibi tamen per specialis effectus.* Vatablus: *quasi dicat: Qui est verus ille, ac solus Deus.*

36. Itaque quos habemus in Esdram interpretes, bene de Cyri fide ac religione censent. S. Hieronym. vers. 6. sequenti sic: *In Esdræ volumine positum est, scripsisse Cyrum ad omnes gentes, nullum esse Deum, nisi solum Deum Israel.* quibus addito Iosepho suprà ascito numer. 2. efficitur valde simile vero, Cyrum fuisse Dei cultorem: ac proinde, particulam istam, *non cognouisti me*, exponi debere quemadmodum ostendi numer. 24. vt ignorarit Dei consilium in expugnatione Babyloniorum, seque in eo typum esse Saluatoris: vel quòd Deus in Cyrum fuerit adeò beneficus, antequam ipse posset agnoscere.

Vers. 6 Vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absque me non est. Ego Dominus, & non est alter.

37. SAnctus Hieronym. arbitratur, è soluta captiuitate Iudæorum, & è felici reditu in patriam, Dei potentiam & maiestatem cunctis populis factam fuisse notiorem: & Deum docere, se eo consilio procurasse, & effecisse per Cyrū illam liberationem. Vera, & ex ipso contextu sponte manans expositio. Enim verò, cùm duo sint Numinis officia principalia, alterum punire sontes, alterum misereri, & benefacere, Deus vtrumque cumulatè præstitit in eo facinore. Nam priùs suum populum castigauit puniuitque tradendo ad tempus Babyloniis, & vt a vitiis illum excoqueret, & expurgaret. nam Dei punitio in hac vità ad emendationem dirigitur. Deinde populum magna ex parte excoctum liberauit benignissimè: & eius oppressorem Chaldæum acerbè plectendum tradidit Persis & Medis: vnde suam simul misericordiam, suam simul iustitiam ostendit, ac proinde suam asseruit diuinitatem: ideóque ait: *vt sciant hi, &c. quoniam absque me non est*; scilicet, Deus: vt in verbis succedentibus: *ego Dominus, & non est alter.* Et quamuis ex Latino pronomine, *alter*, excluditur alia diuina natura, non verò alia diuina persona, & ita se res habet: tamen non credo hoc loco id agi; sed omissa quæstione de pluralitate personarum, asseri vnitatem naturæ diuinæ, & eius multiplicitatem negari: quod liquet ex dictione Hebræa, & Græca, *amplius: Ego Dominus, & non est amplius.* sibi soli vendicat, alij cuicumque denegat diuinitatem. quod magis affirmat subditis sequentibus.

Dei partes punire, & misereri, ac benefacere.

Vers. 7. Formans lucem, & creans tenebras; faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.

38. POssemus absque vllo incommodo *lucem*, & *tenebras* in sua propriâ significatione relinquere: nam vtraque a Deo fieri non vno tantùm loco prædicat scriptura diuinior, sed multo illustrior & conuenientior est metaphorica

Lux, & tenebræ, quid.

locutio:

locutio: in qua lux est eadem, atque pax, & tenebræ nihil aliud quàm malum. Ergo *lux* & *pax* pro omni bonorũ genere, pro omni fœlicitate, & prosperitate substituitur: pro statu rerum florentissimo, & iucundissimo ponitur.

Et è conuerso tenebræ, & malum, pro quouis calamitatis, cladis, infortunij, & miseriæ gradu: in quantum ab his incommodis culpa diuiditur. Itaque prospera omnia, & improspera sibi Deus vt autori tribuit: se vtraque profitetur attemperare, & immittere, & inde suâ solius prouidentiâ & consilio res humanas regi, & gubernari demonstrat. sic Thren. 3. vers. 37. coarguitur huius veritatis inficiator: *Quis est iste, qui dixit, vt fieret Domino non iubente? Ex ore altissimi non egredientur nec mala, nec bona?* Malum poni pro pœna & molestia notum est ex aliis testimoniis noui & veteris Testamenti. Amos 3. vers. 6. *si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* Nam cùm Deum autorem esse peccati sit inexcogitabile, fit necessariò, intelligi autorem supplicij, & pœnæ. cap. 41. v. 23. damnauit Deus falsitatis idola Gentilica, eo quòd neque bona, neque mala possent mortalibus afferre. Eccl. 11. vers. 14. *Bona, & mala, vita & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt.*

Bona aduersa, & prospera dispensat. Prouidentia Dei.

Malum, pro pœna, & labore.

Vers. 8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui illum.

39. *Opinio duplex.*

FAtetur S. Hieronymus binam esse loci huius explanationem, de Cyro vnam, alteram de Christo: neque tamen priorem repellit. Lyra illam de Cyro esse litteralem & historicam: istam de Christo mysticam, sed principaliter Prophetæ propositam, cùm Cyrus præfigurauerit Saluatorem. Hugo Cardinalis: priorem esse Iudaicam; posteriorem de Christo esse secundùm veritatem. quòd mirum videri possit hanc veritatem fuisse expressam ab Hugone, qui in toto cõmentario singulariter affauet Iudaicis interpretationibus, vt ex dictis alibi sæpe constitit. Sed magna est vis veri, quod quantumuis pressum, erumpit, & extat aliquando.

Hugo Rabbinis addictior.

40. *Sententia vera.*

Hæc sententia tenenda tenacissime: quam tenere videtur Ecclesia, quæ in officio de Aduentu hunc versiculum crebettimè vsurpat; præ se ferens eò præceptati, ac postulari descensum Saluatoris in terram. Idem prorsus est iudicium scriptorum seorsum veterum iuxtà ac modernorum. Quocirca eos nominatim accire non erit necesse, nisi quos contigerit aliquid peculiare pro sententiâ dicere.

41. *Vates per occasionem figuræ ad rem figuratam digrediuntur.*

Illud hoc loci dubitare fas est, quo animo Vates inchoatum de Cyro sermonem interpellet, interserto hoc vaticinio de Saluatore. Sed monet Cyrillus lib. & alij plures alias, familiarissimum fuisse Vatibus, simul ac tractassent rem, quæ esset vmbra futuri, & effigies veritatis, rem ipsam adumbratam, verámque obiicere, & opponere: vt figura & res figurata, effigies, & res effigiata inter se cõpositæ meliùs intelligerentur, & sibi vicissim lumen accenderent. Quocirca cùm esset Cyrus quoddam simulacrũ Christi, & libertas ab eo data populo Israelitico esset imago quædam libertatis afferendæ per Christum toti hominum generi, non omnino abruptè, & insolenter interponitur mentio & expectatio Messiæ. Atque adeò vtriusque expetitur, & exposcitur aduentus, Christi quidem, non modò potissimùm, sed etiam primò, & sensu litterali, Cyri verò secundò, & sensu typico, quippe qui typus foret, & vmbra Saluatoris.

Quo loco non aberrat Forerius, cùm indicat, has voces *Rorate cœli desuper*, esse Iudæorum captiuorum optantium libertatem sibi promissam à Vatibus, sed ita temperatas fuisse a Spiritu sancto, vt eis ignari licèt, Christi potius, quàm Cyri, quàm poscerent redemptionem. Forerium describo egregiè hoc, vt alia multa, scribentem. *In historico igitur sensu mentem ad Christum attollas Christiane lector, & velint, nolint Iudæi, & nonnulli ex nostris, existimato, hæc tanquam de typo, de Cyro intelligenda esse, de Christo autem tanquam de veritate: quotiescunque enim Prophetæ verba inferunt historiæ rerum gestarum, aut gerendarum, quæ aptius res figuratæ, quàm historiæ conueniunt: toties eam interpretandi rationem tanquam Spiritu sancto profectam amplectendam putato, quæ simul cum historia mysterium enarrat.* 42. Forer.

Forer.

Quæ verba interpretis nõ minus docti quàm pij eo libentiùs adscripsi, quo ego eam interpretandi normam hactenus sum secutus, & deinceps sequi est animus: nam si *finis legis est Christus*, & omnia in figuris Iudæis contingebant, non assequor quamobrem, quantum tractus ipse verborum patitur, non possim, atque adeò debeam Christum Dominum vel manifestum agnoscere, vel latentem odorari, ac venerari: modò alterum fugiatur extremum, quo tracti quidam homines opportunè, & importunè vbique rem Euangelicam, subducta historiâ, compingunt, seu, si verum oportet dicere, confingunt. Ego tamen hic, non iam Cyrum, vt typum, sed solum Christum agnosco, illius occasione inductum.

Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum.] 43.
Cælos & *nubes* pro eodem accipio, non aliter, atque, *Rorate* & *pluere*: nam in corpore propriè cœlesti ros non gignitur, sed in æthereo, seu aëreo: eadem est regio roris, pluuiæque, vt claret è philosophiâ Meteorica. Neque dictiuncula, *desuper*, damnanda est, vt ociosa: nam, vt aliæ multæ, exponit, & indicat descensum ad nos, qui sumus inferiores cœlis, ac nubibus: & surrigit mentem ad cogitanda altiora, quàm videamus iis vocibus afferri: quæ sunt à nobis pro tenuitate nostrâ promenda è thesauris, & promptuariis Theosophiæ.

Ac primùm, id, quod expetitur, & exposcitur, bonum quoddam esse diuinum, & de cœlo delapsurum ipsamet vocabula produnt: 44.
Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Quæcumque enim de cœlo descendunt, diuinitatem secum afferre creduntur, cùm cœlũ sit sedes ac domicilium Dei, diuinorúmque, Actor. 14. v. 10. *Turba autem cum vidisset quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam Lycaonicè dicentes: Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos, descenderunt* scilicet è cœlo. *Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium.* Quæ sentiendi, dicendique ratio non est Gentilibus hominibus ignota; nam quem hominem summopere cuperent

Vestimenta de cœlo sapiunt diuinitatem.

Homo de cœlo delapsus. Cic. pro lege Manilia & ad Quint.

rent laudare eum à cœlo delapsum, aut demissum e[illegible] dicebant.

45. Aug. Ioan. tract. 38. Quod encomium soli huic *Iusto*, de quo hic, verè ascribitur, cuiuis autem alij affingitur. Hic enim solus homo de cælo delapsus est in terras. Sic ipse de se Ioan. 3. vers. 13. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo.* Ioan. 8. vers. 23. *Vos de deorsum estis: ego de supernis sum.* Quo respectu vocatur a Paulo Homo cœlestis 1. Cor. 15. v. 47. *Primus homo de terrâ terrenus: secundus homo de cælo cœlestis.* Solus Christus de cœlo.

Cum igitur homo de terrâ terrenus suo naturæ vitiatæ pondere esset aggrauatus & oppressus, ac humi stratus non posset se leuare, & attollere in cœlum: *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*, opus fuit homine cœlesti, cœlo delapso, a quo terrenus ille in cœlestia subleuaretur, atque surrigeretur. Hilarius ad Psal. 62. vers. 3. *Sitiuit tibi anima mea: quam simpliciter caro mea.* ita legit ille, & ita explanat: *Adeò igitur penes quam est fons vitæ, anima ipsius fuit desiderio intenta potandi: & quidem vniuscuiusque mens ad cognitionem, spemque æternitatis naturali quodam fertur instinctu, quia veluti insitum, impressumque omnibus, diuinam inesse nobis animarum originem opinari, cùm non exiguam cœlestis in se generis cognationem mens ipsa cognoscat.* Sed hic animi ad cœlum subeundum conatus, & quasi anhelitos quemadmodum corporis terreni grauitate retardetur, & coërceatur, extemplo docet Hilarius. [Sap.] 9. v. 15. Homo terrenus à cœlesti surrigendus. Hilar.

46. Hilar. *Porrò autem terrena hæc corpora: quæ ad vitiorum concreta materiam sunt, dum his, quibus quasi naturaliter oblectantur, inserta sunt, desperant se consequi posse consortium, munúsque cœleste. quasi non & animæ naturam vitia corporis, quibus oblectantur, vitiant: aut cùm delectatio corporis redundet ad mentem, & non mentem secum corpus retrahat ad oblationis affectum. Necesse est autem vt in eadem condemnatione sit voluntatis quod in eadem est voluntate.* At huic tanto morbo vnde medicina? ausculta eundem Doctorem. *Sed nos spiritualibus disciplinis eruditi scimus, & animæ, & corpori a Deo salutem esse datam, si modo post regenerationis gratiā mentis gladij * sensus corporis imbuatur, id est, si non secundum carnem, sed secundum spiritum vixerimus, quia spiritus, carnisque opera secundum Apostolum, vitiorum & continentiæ studiis distinguuntur. Arduum autem, sed maximè verum est, æternitatem iis corporis, vt animæ sperare. & ideo ad sitim Prophetæ subiecit: sitiuit tibi anima quam simpliciter caro mea. Nihil in se sub infidelitatis ambiguitate retinent incertum, sed tam simpliciter quam anima Deo sitiens, & caro sua sitiat.* Hæc Hilarius ad nostrum scopum nō obliqua, quatenus ostendit corporū terrenorū * Gladij: spiritum accende

47. viciosam grauedinem per regenerationem, quę est in Christo, hoc est, in hoc *Iusto*, cœlitus vt rore delapso, fulciri, ac subleuari: & etiam quatenus tradit, hominem non modò, quoad animū, sed etiam quoad corpus sitire æternitatem cœlestémque beatitudinem. Etenim sitis ista à nostro quoque Vate neque latēter asseritur: cùm à cœlis ros, a nubibus pluuia petitur. Terra enim non aliter quam sitiendo in eiusmodi voces: precésque prorumpit: terra, cum est arida, sitire vulgo in omni fere sermone dicitur: quod verò clamet, oréque cœlos, vt se irrorent, & impluant, elegantissimè apud Oseam cap. 2. vers. 21. iis ver[illegible] [illegible]ibitur *Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam c[illegible] [illegible] exaudient terram, & terra exaudiet triticum, [illegible] vinum [illegible] oleum: hæc exaudient e[illegible] Iezrahel.* Pulcherrima est [illegible]tio personarum, in qua homo precatur annonam, vt se alat: annona precatur terram, vt se gignat. terra precatur cœlo[s], vt se ad gignēdum imbre quasi semine demisso fœcundum, fœtamque efficiant: cœli denique precantur Deum, vt sibi nubes ad id efficiendum suppeditet. Terra arida sitit, opposcit pluuiam.

48. Ergo terra nostra, homo terrenus aridus, siccus, sitiensque, sterilis & infœcundus, quin & effœtus clamat, optat, precaturque cœlos, vt se irrorent, vt se humectent, impluant: vt in se non qualemcumque rorem, pluuiamque demittant: Sed, *Iustum*, illum nempe, hoc tanto nomine dignum, hominem cœlestem, diuinum, imò hominem Deum. [Q]uam homo, qui non sit Deus, qui non sit è cœlo demissus, non poterit tantæ necessitati, & siccitati mederi. Absque hoc rore *vellus* erit siccum: absque hoc imbre *area* erit arida. Sine hoc rore & sine hac pluuiâ montes Gelboe erunt steriles & quasi fulmine diuinæ maledictionis icti. Nisi hic ros matutinus, & hæc pluuia temporanea de cœlis descenderit, nulla erit ad tolerandam vitam annona, nullus commeatus, non triticum, non vinum, non oleū, quod reficiat vires corporis, lætificet cor, exhilaret faciem: nullū denique germen, nullus omnino fructus, aut etiam viror: sed maxima sterilitas, siccitas, extrema inopia, & calamitas. Homo terrenus optat pluuiam cœlestem, & diuinam, Christum. Iudic. 6. v. 36. 2. Reg. 1. v. 21.

49. Idcirco tātopere optatur, votis omnibus expetitur, & postulatur à cœlis, ne tantū, tamque necessarium bonum mittere ad homines differant, ne nobis illud inuidentes, sibi retineant, sed sua sponte illud inclinatum, ac propensum in terras defluere, atque delabi sināt. Hoc enim est pluuię, roris que ingeniū, vt suo nutu & pōdere ferātur deorsum, & dum non descēdūt, videantur vi quadā esse suspēsa, atque retēta. Huc attinet quod Iob. 26. v. 8. legimus: *Qui ligat aquas in nubibus, vt nō erūpāt pariter deorsū.* Euripides apud Arist. 8. Ethic. c. 1. *imbre cùm cœlū tumet, affectat vt telluris in sinus cadat.* Ergo ros iste, & pluuia cœlestis, quæ sua sponte, & suo pōdere propendet ad nos irrorandos, & cōpluendos, atque adeò fœcundandos rogantur cœli, nubésque ne amplius alligent, detineant, sed patiantur erumpere & descendere in terras. Christus desideratur. Pluuia propendet in terram.

50. Cum hoc loco cōuenit ille eiusdē Prophetæ, c. 64. v. 1. *Vtinā dirūperes cælos, & descēderes*; quod esse desideriū, votúmque eiusdē rei, illic docebo. Cogitātur igitur cœli quasi obstare, ne Dominus ad inferiora, quasi ad sedes tantæ maiestati incōpetētes se demitteret, ideóq; exoptatur, vt Deus cœlos sibi quasi oppositos ad descēsionē irrūpat. Sic hoc loco siue Vates, siue populus precatur cœlos, nubésque ne rorē, pluuiámque adeò terris necessariā, & opportunā illigēt, suspendāt, ac remorētur: sed sinant tandem aliquādo decurrere. Hoc cœleste bonum quam fuerit olim exoptatum, expetitum, & expectatum, memor tractasse ad c. 11. v. 10. *ipsum Gentes deprecabuntur*, hic ab eo abstineo.

51. Sed quamobrem oportuerit diu expectari, & differri, quod alibi nō dixi, nūc ex Aug. in Ioan. tr. 31. indicabo. Qui cùm docuisset cū Apostolo Gal. 4. v. 4. *cùm venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum*, addidit: *Multi dicunt: quare non ante* Aduentus Christi cur dilatus fuit. Isai c. 49. num. 123. Aug.

venit Christus? quibus respondendum est: quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo per quem facta sunt tempora; sciebat enim quando venire deberet. Primò per multam seriem temporum, & annorum prædicendus fuit: non enim aliquid paruum venturum fuit. Diu fuerat prædicendus, semper tenendus. Quanto maior iudex veniebat, tanto præconum longior series præcedebat.

Bern. ser. 1. de Aduentu venisse, cùm maxima erat aeternorũ obliuio, & cura temporalium.

52. Orig. Origenes Rom. 3. vers. 26. aliam inuenit causam: *Exspectauit*, ait ille, *vt mundus esset repletus hominibus, quo plures iustificaret.* Sed hæc causa non satis fecerit aduertenti, potuisse à Deo repleri mundum hominibus totidem, breuiori spatio: & præterea, potuisse ab Incarnationis tempore, licet anteuenisset, totidem iustificare eodem, vel longiori tractu annorum, quos reipsa in hoc ordine rerum est iustificaturus. Idem Origen. lib. quarto contra Celsum alio modo est philosophatus. Nobis magis arridebat Euseb. in De-

53. monstr. libr. 4. cap. 10. scribens, tum venisse Christum, *cùm morbi grauitas talem medicum poscebat.* Itaque Deus exspectauit, quoad morbi vis eò perueniret, vt homo se tanto Medico & remedio indigere cognosceret, & fateretur, imò & pro eo obtinendo humiliter suppliearet: nam medicus obtrusus & vltroneus, vt alia multa, vilesceret. Augustinus hanc rationem sæpenumero attingit. At Euseb. præfat. libr. 8. Demonst. Mundum, veluti siluam quandam agrestem & nocentissimam debuisse attondi, & amputari variis cladibus, & feritatem illam paulatim expellendam, vt aptior fieret excipiendo Dei filio. Hæc summa apud Eusebium. Itaque vt humus densissimum, si seri debeat, indiget longo tempore, vt appareretur, proscindatur [illegible] recipiendo accommodetur: sic [illegible] genus diu fuit ad cœlestes [illegible].

Sed [illegible] lete e medio sumtam [illegible] paruus pendimus, quod pa[illegible] tenter cunctolimus, q[illegible] breui amittimus: vnde quod [illegible], sed allectari accu[illegible] magnusque labor [illegible] deque fuerit optatum, & [illegible] per Christum parta [illegible], & allunationis, opus fuit [illegible], optari, experi, exspectari, longa ser[illegible]torum, prolixo successu inclamantium, *[illegible] desuper. Nubes pluant Iustum.* August. de Verbis Domini ser. 5. *Diu desiderata dulcius obtinentur: citò autem data vilescunt.*

54. Adhuc in rore, qui ad mitigandum [illegible] est opportunissimus, licitum est nobis aliquid obseruare; nimirum, ad sedandũ ardorem Concupiscentiæ e primo parentis peccato profectam oportuisse talem rorem de cœlo descendere, qui gigneretur operâ, & afflatu Spiritus sancti, abigente, & ablegante procul omnem eiusmodi ardorem, qui solitus est comitari naturalem prolis humanæ conceptionem: quo Angelus tetendisse creditur à Maldonato, cùm Luc. 1. vers. 35. annuncians Incarnationem beatissimæ Virgini dixit: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Decebat enim, vt, dum concipitur ros iste cœlestis temperaturus omnem viciosum ardorem, hunc a maternis visceribus virginalibus procul amandaret. Quin & [illegible] futura genitrix, & quasi regiu[illegible] ac sphæra cœlestis debuit, si minus non sine carnali concupiscentiâ, certè absque culpa originali concipi, ex qua culpa ardor iste pestilens habet originem: vt quidquid gene[illegible] roris Saluifici, Benefici: & Medicinalis attingit, ab eo longissimè absit ardoris & æstus origo.

Ros Christus arcet ardorẽ libidinis, & concupiscentia consulebat.

B. Maria in culpa originali.

55. Et cùm concupiscentiam nomino, ad quam restinguendam, seu moderandam ros iste cœlitus est promisus, non solum intelligo eam, quæ insita est ad propagationem pr[illegible]is, sed omnem aliam vituperabilem, & illicitam libidinem: quam febrim ritè nominauit Ambrosius. Is enim lib. 4. in Luc. capit. 4. tract[ans] de socru Petri, quam tenens magnis febribus narrat Euangelista, sic ait: *Fortassis etiam in typo mulieris illius criminum febribus caro nostra languebat, & diuersarum cupiditatum immodicis æstuabat illecebris, nec minorem febrem amoris dicerim, quam caloris. Itaque illa animum, hæc corpus inflammat. Febris enim nostra auaritia est; febris nostra libido est; febris nostra luxuria est; febris nostra ambitio est; febris nostra iracundia est.*

Concupiscentia est febris.

Ambros.

56. Ad hos igitur naturæ nostræ ex originali incendio exæstuantis ardores restinguendos roscidum humorem vt emittant cœli, nubesque cœlestes vehementissimis precibus, & votis ardentissimis solicitantur. Quantopere verò sit habilis & opportunus ros ad mitigandos ardores, & æstus, Vates noster ad c. 18. v. 4. exposuit: *sicut nubes roris in die messis*; videlicet cùm messores solis torrentur ardoribus; consimiliter Iob c. 29. v. 19. *Ros morabitur in messione mea.* neque modò gratus est ros messori æstuanti, sed etiam necessarius messi, vt possit in manipulos cogi. Vide nos ad locum ostensum numero 70.

Ros delendit ardores.

Alia quoque est *roris* conditio, vt delabatur sensim, & sine vllo strepitu, aut sonitu, qualem edit grando, & imber: quin & oculos, dum effluit, fugit. quod non accidit niui, sed potiùs aspectum trahit: Eccl. 43. vers. 20. *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expauescet cor.* At ros nisi vbi iacuit, non aduertitur. Ea quoque qualitas conuenit mysterio Incarnationis: quis enim aduertit, cùm descenderet Dei filius, & fieret homo: vbi iacuit in vtero, ab matre sanctissimâ & ab Angelis, & quibus Deus indicauit, fuit cognitus. vbi iacuit in præsepio, à Pastoribus, & Regibus fuit visus, & honoratus: vbi docendo, & patrando miracula, cœpit irrorare mundum, à multis aliis est obseruatus: at eius de cœlo descensus occultus fuit, & inuisus infra. n. 67.

Psal. 71. v. 6. Descendet sicut pluuia in vellus. Ros delabitur sensim sine strepitu. Incarnatio occulta fuit.

57. Postremò monendus fuerit lector, rorem vbique suo ingenio gratum, & commodum, in Palæstinâ fuisse gratiorem, & commodiorem; eo quòd ibi æstiuo tempore, quo maior est æstus, & siccitas, nullæ sunt pluuiæ.

Pluuiæ desunt æstate in Palæstina.

Hoc promimus ex c. 12. lib. 1. Reg. ver. 16. ita enim istic Samuel: *Sed & nunc state, & videte rẽ istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Numquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias, &c.* v. 18. *Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit voces, & pluuias in illa die: & timuit omnis populus nimis Dominum, & Samuelem.* Conuenienter

iis

Hi[illegible]

sis Sanct. Hieronymus in Amos 4. versicul. 7. *Nunquam enim in fine mensis Iunij, siue in mense Iulio in his prouinciis maximéque in Iudæa pluuias vidimus. Denique in libris Regum pro signo magno, atque portento, orante Samuele, diebus æstatis & messis pluuia concitatæ sunt.* Quod si Iosue 3. versic. 15. *Iordanis ripas alueí sui, tempore messis, impleuerat*; debet intelligi vt vult Abulensis loco Reg. citato quæst. 15. de tempore messis hordeaceæ; vel, vt idem est autor, impletas ripas Iordanis non ex aquis pluuialibus, sed ex aquis niualibus, id est, e niuibus tum liquefactis: constat enim inter topographos terræ Sanctæ Iordanem oriri ad radices montis Libani adeò niuosi, vt à niueo candore nomen obtineat. Sed de causis Iordanis inundationis anniuersariæ videndus est Serar. in Iosue cap. 3. q. 6. & alij expositores. nobis enim satis est, illud Iosuæ assertum non esse contrarium proposito nostro, nempe, in Iudæa rorem descendere iucundiorem, quòd maior sit ibi pluuiarũ, & imbrium defectus. Quare cùm Iudæa rorem tam vehementer expetit, suæ ariditatis conscia naturam humanam totam in se repræsentat.

Natura humana sitit rorem cælestem.

Et nubes pluant Iustum.] Quòd in secundâ personâ sit, *Rorate cæli*; & in tertiâ: *Nubes pluant*; non tam ad mysterium, quàm ad affectum refero: vbi enim is regnat, eiusmodi consecutionum, & conuenientiarum ordo negligitur, & quà primò datur exitus, illac erumpitur. Pluuia rite nubibus ascribitur, cùm ros datus esset cœlis, id est, ætheri sudo, atque sereno. quod experimur, enunciat Plin. lib. 2. c. 60. *Rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serenâ nocte.* At pluuia nisi à cœlo nubilo, & vliginoso proficisci non potest. Neque nouum, aut mirum, vnam & eandem rem diuersis assimilari, cùm e quaque re simili non omnia promantur quæ insunt, sed deligantur aptiora.

58. *Affectus est impatiens moræ & aliquando ordinis.*

Ros cadit, cælo sereno.

Ergo e pluuiâ, siue e *Iusto* in modum pluuiæ delabentis affluentiam, abundantiam, multitudinem innumerabilem bonorum (quis enim enumeret guttas pluuiæ?) debemus haurire. idcirco nubes iubentur pluere iustum, vt liberalissimè effundant, & cum omni hominum genere, & cum omni loco terrarum communicent. id enim maximè conuenit nubibus, vt regiones non excipiant, sed omnes vicissim, nunc has, nũc illas impluant, & fœcundent. Deus namque neque suis inimicis pluuiam subtrahit. Matth. 5. v. 45. *& pluit super iustos, & iniustos.*

Cur à nubibus pluere Christus dicatur. *Nubes symbolum abundantiæ sunt.* *Publici benefactores.*

59. Expetitur & postulatur *Iustus* iste, vt pluuia, neminem scilicet excludens: vt descendat temporanea Iudæis, & serotina Gentilibus: vt vbertatem afferat, & annonam antiquis cultoribus, & nouis futuris agricolis. Huius cómunis pluuiæ debitorem, & diribitorem agnoscebat se esse Paulus, nubes quidem mystica (nam vt nubes sunt Apostoli, autoribus Hilario Psalm. 146. vers. 8. Augustin. 76. vers. 18. cùm scribens Romanis capit. . versic. 13. *Vt aliquem habeam & in vobis, sicut & in ceteris Gentibus, Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.* Ex quo enim intelligit se nubem esse mundo propositum, se omnibus pluuiam, id est, Christi notitiam debere confitetur.

Nubes & Apostoli.

Doctor sit communis, omnibus se det.

60. Adeò necessarium officium est nubium, pluere, vt si cessare ab eo conueniat, opus sit à Deo prohiberi: vel si regionum compluendarum sit futurum discrimen, id etiam à Deo

Nubes sponte pluunt. Non sunt per vim.

A sit præscribendum: alioquin nubes sua natura dimissæ ad omnes terras se æqualiter effundunt. Vide id apud Amos capit. 4. versic. 7. *Ego quoque prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & super alteram non plui: pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit.*

Tanta est nubium ad omnes terras æqualiter irrigandas propensio, tam benefica atque publica liberalitas, & procliuitas. Huius admonentur cœli, cùm sub specie, & vocabulo Nubium implorantur: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant Iustum* nam cùm sint nubes, hoc est pluuiæ conceptrices, & effœtæ, non poterunt non illam parere, & effundere: nubes enim B sunt prægnantes conceptis vaporibus humidis, è quibus necessariò pluuia gignitur. Vt enim fœmina prægnans fœtum vltra suum tempus retinere nequit: sic nubes grauida pluuiam non potest cohibere.

Hæc est illa pluuia apud Dauidem Psal. 67. vers. 10. *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Voluntariam*, in Hebræo נְדָבוֹת *nedaboth*, id est, liberalitatum, suprà id quod possit cogitari, liberalem, & affluentem: supra modum spontaneam, sponte deuenientem. nam radix נָדַב *nadab*, est sponte afferre & promptissimâ voluntate offerre, vt patet Exod. 35. v. 29. Quam spontanea, quàm liberalis fuerit hu- C ius pluuiæ concessio, quid attinet eloqui; aut quis queat eloqui? satis fuerit dicere ex beneuolentia Dei gratuita, & ex amore libero processisse: Ioan. 3. v. 16. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Verbum *dare*, submouet omnem necessitatem, aut debitum, meritúmve: & meram ostendit liberalitatem. cùm verò ait; *Sic Deus dilexit mundum, vt daret*; indicat, tantam fuisse vim, & inclinationem, quam afferebat dilectio, vt vix Deus potuerit illam sustinere, & suspendere: atque adeò fuerit adductus ad mittendum hunc rorem, ad hunc Iustum depluendũ. Cùm enim Dei viscera concepissent incredibilem erga genus humanum beneuolentiam, D & dilectionem, non poterant non edere fœtum singularem, & eximium: pepererunt nobis vt nubes grauidæ, hanc pluuiam, hunc iustum, Filium Dei incarnatum.

61. *Dei descensus in mundum spontaneus, ac liberalis nimiũ.*

Pater amore compellitur Filium nobis dare.

In eo verò, quod Psaltes habet, *segregabis Deus hæreditati tuæ*; mysterium inest, & allusio ad pluuiam pristinam, scilicet, ad Manna, quod Deus compluerat, & demiserat Israeli peregrinanti in deserto. Vt cùm Deus illam pluuiam mittebat illi populo, aliam multo meliorem, & vberiorem hæreditati suæ, Ecclesiæ, inquam Christianæ segregaret, atque reponeret, ea est vis verbi protographi. Cui posteriori E pluuiæ si prior illa comparetur, non fuerit nominanda cœlestis: ita verbis conceptis docuit Christus ipse, & dedocuit Iudæos, iactantes suis maioribus pluuiam de cœlo demissam. Ioan. 6. v. 31. *Patres nostri manducauerunt Manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est, qui descendit de cælo, & dat vitam mundo.* Cernis quantum sit discrimen inter vtramque pluuiam, & inter vtrumque panem de cœlo depluturum?

62. *Ps. 67. v. 10. Manna portendit aliam pluuiam meliorem.*

Christus præfiguratus in Manna.

63. *Allusio ad Manna. Manna dicitur pluuia.*

Et facilè animum ego meum impulerim, vt opiner Isaiam hoc locu, in quo iam diu hæremus, reflexisse oculos ad Manna olim a Deo præbitum. Nam pluuiæ vocabulo donatur Exod. 16.vers.4. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo.* & Psal. 77. versic. 24. *Pluit illis Manna ad manducandum.* Præterea, huic pluuiæ ros quoque additus. Numer.11.versic. 9. *Cùmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man.* Ergo huc despectans ait: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant Iustum.* non iam illum rorem, siuè præuium, siue comitem Manna, non iam Manna ipsum de cœlo, sed *Iustum*, isto rore, & isto Manna præsignatum delabi cupimus, & postulamus.

64. Quod si pro *Iusto*, *Iustitia* transfertur, vt apud L X X. & alios, nihil de sensu detrahitur. Cùm verò Christus Iesus sit *Iustus*, & *Iustitia*: Iustus quoad se, & Iustitia quoad se, & quoad nos, suprà capit. 45. numer. 36. & deinceps.

S. Mariæ virginitas.

Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.] Eundem esse Iustum, quem Saluatorem conuenit apud omnes interpretes. apud plerosque Christianos; terram germinaturam esse beatissimam Virginē. Cuius virginitati vt magnopere fauet verbum, *germinet*, sic videtur specie tenus derogare verbum, *aperiatur*, sed non derogat; cùm fidei diuinæ sit assertio, Dei filiū neque in conceptione, neque in natiuitate virginali matris pudicitiæ quicquam abstulisse. Sanctissimę Dei Genitricis virginitatem asseruimus, ac defendimus ad cap.7. vers. 14. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* nunc quid sit, *aperiri terram* virginalem, est declarandum.

65. *Aperiri terram, quid.*

Aio igitur, aperiri, hoc loco, terram, esse nihil aliud, quam quod alio verbo exponitur, germinare: id est, terram e se plantam effundere: at quia id terra non præstat, nisi dum laxatur, locúmq. dat erupenti germini, ideirco dicitur aperiri. & certè aliquo modo aperitur, cùm germinat, & fundit stirpem: cùm se ab eā permeabilem exhibet: etsi interdum fieri possit, terram exsistere adeò mollem, subactam, & spongiosā, vt sine vllā nouā laxitate herba procedat. Ergo in hac translatione, in qua Maria appellatur *terra*, & aperiri exhibetur, nihil aliud, quàm verus, & naturalis Saluatoris ortus describitur, naturalis, inquam, quoad rem, quia naturalis Mariæ & verus filius, etsi quoad modum nascendi sit supra naturę culmen; cùm illæso, & illibato matris pudore fuerit in lucem editus.

Christus filius naturalis Mariæ. Nascēdi modus supernaturalis.

66. Quare *aperiatur*, impersonaliter ponitur: id est, aperiat se terra. Hæc enim non indiguit vomere, & aratro, non semini accepto; sed Spiritu sancto superueniente, & supplente virilem operam. A solo hoc spiritu irrorata, illæsā & integrā pudicitiā germinauit Saluatorem. Dei Filius in eius, & de eius visceribus carnem assumsit, & homo factus inde minimè aperto vtero processit: qui postea non aperto, sed clauso, & obsignato sepulcro resurrexit.

Natiuitas, & resurrectio similes.

Ros, & pluuia non violat terram.

Eódem enim spectat similitudo superior roris, & pluuiæ, quæ in terram integram, & inuiolatam illabitur. Qua de re venustissimè Vates Dauid Ps.71.v.6. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* quod de hoc Verbi in virginē descensu plures, & meliu-

Incarnatio.

ris notæ Theologi exponunt. Hieronymus, seu quis alius, non malus autor: *Sicut enim in vellus Gedeonis pluuia descendens; cùm terra arida defecit: ita & hic illapsus est in vterum Virginalem per infusionem Spiritus sancti.*

Hieron. Verbum descendit in Virginem vt pluuia. Lyra.

67. *Descensus in terras insensibilis.*

Lyra: *Descendet sicut pluuia in vellus, id est, suauiter, & imperceptibiliter descendet in Virginem per Incarnationem, ita quod latuit etiam mundi principem, scilicet dæmonem. Et notandum, quòd pluuia in vellere recipitur, & ab eo exprimitur sine corruptione velleris: sic Christus fuit conceptus; & natus absque corruptione Virginis. & sicut stillicidia stillantia super terram, quæ cum quadam suauitate cadunt in eam.* Quæ Lyra, de lenitate & insensibili descensu notat, copulantur egregie cum adnotatis num.56.

68. *Ambros.*

Sed quoniam Ambrosius omnium præclarissime hunc locum euoluit, describere non pigebit: sermon. nonagesimo. qui est tertius de Natiuitate, sic ait: *Quòd ita latenter, & secretò Saluator descensurus esset in Virginem, iam antè Dauid Propheta testatus est dicens: Descendet sicut pluuia in vellus. quid enim tam silenter, & sine strepitu fit, quàm cùm imber in lana vellus infunditur? nullius aures sono verberat, nullius corpus humoris repercussione aspergit, sed sine inquietudine ouinum totum imbrem per multiplices effusum partes toto corpore in se trahit, totus meatus scissuram nesciens, solida mollitie plures præbens meatus; & quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur quæ ita concepit Dominum, vt totum eum hauriret corpore, nec eius discissuram corporis pateretur: sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam.* (i. ad pudicitiam.)

69. Præclarissimè S. Ambrosius Psalmum explicuit, & accommodatissimè ad rem nostram: nam vt illic lenis & inanimaduersa Saluatoris exscensio, simul & intemerata Mariæ virginitas ostenditur illa comparatione pluuiæ decidentis in vellus: ita hic hæc eadem duo, cœlum irrorans, & terra germinans nobis aperit. Ros enim non minus silenter:, & sensim illabitur in terram, quàm pluuia in vellus: & non magis scindit quàm ista: ergo vtraque similitudo *placidum Christi descensum & insensibilem in carnem describens:* vt dixit Tertullianus libr. quinto Marcio. capitulo nono de Psalm.71. aduocato.

70. Quod verò Lyra dixit, adeò Dei Verbum latenter in Virginis vterum descendisse, vt latuerit Dæmonem, fuit sententia nobilium autorum, & cum primis, Sanct. Ignatij Martyris, qui, teste Hieronymo lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, ob eam causam existimauit Mariam fuisse desponsam Iosepho, *vt partus eius celaretur Diabolo.* Eodem potest attinere translatio *germinis*; procedit enim è tellure sensim, & insensibiliter, & vnde, & quemadmodum nō cernitur, quoniam radix, & stirps est penitus occulta. Galatinus lib. 3. cap.17. ad finem: *Messias non incongruè ros appellatur. Primùm quidem propter descensionis similitudinem. Ros enim de alto descendit, cuiúsque descensus nostris aspectibus est occultus. Nocte namque descendit, & præsertim veris tempore, terrámque reficit, & fœcundat. Ita virtus diuina nocturno tēpore beatissimā Virginem fœcūdauit. Namquēadmodū ostrea nocte, & verno tempore rorē recipiens, in interioribus suis marga-*

ritam

ritam, gemmam pretiosissimam generauit: ita gloriosa Virgo Spiritu sancto superueniente filium Dei concipiens, Messiam pretiosam margaritam generauit.

71. At illud dubitatione non vacat, si Christus Dom. est ros, & pluuia de cœlo descendens, quânam ratione possit esse idem germen è terra progrediens? Nam qui in rore cœlorum, & in pluuia nubium, Spiritum sanctum agnoscunt, ij aptissimè interpretantur eum in sanctissimam Virginem, vt in terram ex(s)cendisse, eoque irroratam, impluitam, & impletam edidisse germen, Christum Nazaræum illum, omni viriditatis, & floriditatis genere cumulatissimum. Cui quasi palæ annuli gemma innectitur, sermo Angelicus Luc. 1. vers. 35. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideóque quod nascetur ex te, sanctum, vocabitur Filius Dei.*

Ros, & pluuia pro Spiritu.

En *Spiritus sanctus superueniens*, scilicet, vt ros: *Rorate cœli desuper.* en *Virtus Altissimi obumbrans*: id est, impluens, & implens: *Nubes pluant Iustum*, seu *Iustitiam*. Eo denique quod inde nascitur, *Sanctum, Filius Dei: Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.*

72. Tametsi, fateor equidem, fas esset, sic interpretari locum, sed non pœnitet interpretationis adhibitæ, neque proposita obiectione demoueor: imò lætor, vtpote, offerente occasionem & ansam apprehendendi mysterium, quod his notionibus includitur, quódque est in Religione nostra præcipuum: videlicet, Christum, esse simul Deum verum, simul verum hominem. Et ne videar ipse hoc vt extraneum huic vaticinio impingere, allegabo verba Concilij Hispalensis secundi in Canon. 13. vbi cùm proposuisset ad hunc modum: *Breuiter narrandum putauimus ad refutationem eorundem hæreticorum, qui duas naturas Christi post vnionem, confundunt, & passibilem in eo substantiam diuinitatis asserunt. contra quorum blasphemias oportet nos in vnâ persona Christi, geminæ naturæ proprietatem ostendere.* ad quod probandū cùm varia S. Scripturæ testimonia cōtulisset, adhibet hoc iis verbis: *Prophetia in Isaiâ, sub vna, eadémque Christi persona sic demonstrat veram vtramque naturam, Deitatis secundum illud: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Humanitatis secundum hoc: Ecce Virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Diuinitatis secundum illud: Rorate cœli desuper, & nubes pluant Iustum. Humanitatis secundum hoc: Aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul.* Quòd Concilium etsi Prouinciale non caret autoritate magnâ: cui S. Isidorus præfuisse creditur. Et quidem cùm de Christi sit Incarnatione vaticinium, appositissimè Concilium exposuit prius membrum de naturâ diuina, & posterius de naturâ humanâ. Nam roris, pluuiæque descensus graphicè pingit Deum delabentem in terras ac diuinæ naturæ dignationem: & aperta terra, & germinans, humanæ conditionis fructum apertissimè significat. Hoc idem sibi persuaserunt multi, & magni scriptores edic· illis verbis Ps. 84. v. 12. *Veritas de terrâ orta est.* id est, Dei Verbū, sapientia Patris, idemque Filius è Maria Virgine. Qui ita sentiant, apud Lorinum præsto sunt.

Christus Deus & homo.

Concil. Hispal.

Incarnatio.

73. Quo fidei Catholicæ asserto plures simul hæreses iugulantur. Ariana cum primis, quæ Christo Domino, non minus insipienter quàm impiè diuinitatem adimit. Quæ pestis, mirum, ac miserandum, quantas & quamdiu terrarum partes sit peruagata, & suâ contagione funestauerit, adeò, vt dixerit Hieronymus: *Miratus est orbis terrarum se esse Arianum.* & Hilarius in principio libr. 10. de Trinitate: *Compositus enim creaturæ potius, quam Dei prædicandi magistris, desideriis humanis potius, quàm sanæ fidei doctrinæ studetur, & eo vsque eos prurigo aurium ad ea, quæ desiderant, audienda excitauit, vt concernatis doctoribus sola hæc nunc interim prædicatio polleat, per quam Vnigenitus Deus a potestate & veritate Dei Patris alienus, aut alterius generis sit in fide nostra, aut Deus non sit mortiferâ ex vtroque impietatis professione, aut duos Deos sub diuersitate diuinitatis loquentes, aut Deum omnino, cui naturâ ex Deo per natiuitatem sit, abnegantes.*

Arius refellitur.

Hilar.

74. Hunc pestilentissimum errorem acerrimè oppugnarunt Ecclesiæ duces quique veterani; & strenui, ipse Sanct. Hilarius in primis, conscriptis duodecim libris eruditissimis in exilio, quod huius veritatis causa subiit. Quod venenum licet nunc Ecclesiam, Dei benignitate, non valdè inficiat; ab ea iamdiu, procul expulsum, quia tamen eius fæces nonnullæ Transiluaniæ venis adhæserunt à Michale Serueto Hispano propinatæ, & aliis Nouatoribus clanculum fotæ, contra id contagium non fuerit opera perdita, vbi se dederit occasio, antidotum adhibere: & ostendere, Christum non esse meram creaturam, sed vnà Creatorem, Deum, qui de cœlo de sinu Patris ad redimendum mundum deuenerit: vt ex hoc Isaiæ vaticinio sumitur.

Arianismus in Transiluania. 1

75. Ex quo contraria etiam alia hæretica impietas antiqua tollitur quæ docuit Christum non fuisse verum hominem: sed habuisse corpus apparens, phantasticum, hominem existimatum, & vt dicitur vulgo putatiuum. Hoc delirium tribuitur Cerdoni, Marcioni, aliisque deinceps consequentibus hæreticis. Illa quoque hæresis refellitur Valentinorum, & Gnosticorum, asserentium corpus Christi, verum fuisse corpus, non tamen è Virgine Maria, sed de cœlo sumtum: & per Mariæ viscera traductum, quasi per canalem. Istæ omnes nugæ, & blasphemiæ vnico incarnationis mysterio, & duarum in vna Christi personâ naturarum coniunctione creditâ, & roboratâ testimoniis Sanctæ Scripturæ repelluntur. Itaque Christus & est cœlestis, vt ait Paulus, & vt ros de cœlo delapsus, vt ait Isaias, non quia inde corpus decerpsit, sed quia est verus Deus, & Deus in cœlo, vt in suâ sede habitare dicitur: & est verus homo, quia filius naturalis Mariæ, è cuius visceribus, Spiritu sancto licèt cooperante, fuit genitus, & ex eius vtero, vti germen è terrâ intemeratâ processit. vtrumque hoc loco traditur, & alibi sæpe: & vtrumque constantissimè tenendum, ac profitendum, & contra hæreticos propugnandum, quos eo fine Deus passus est ab inferis exsistere, & à Diabolo submitti, vt Catholici viri è prælio sectariorum doctiores, & religiosiores euaderent magis Scripturarum Sacramentis expromtis, & hostibus fidei prostratis.

Marcionitæ hæretici. Valentini.

Christus habuit corpus humanum verum.

Christus filius naturalis B. Mariæ.

Hæresis occasio doctrinæ maioris in Catholicis.

76. Vnde S. Augustinus hoc certaminum genere apprimè exercitus, & ad summum eruditionis fastigium euectus super Ioan. tract. 36. ita posuit; cùm de Christi mysterio, quod nunc

Aug. vide & tract. 47. in Ioan.

tractamus, differeret; *Multi haeretici abundant, & ad hoc eos Deus abundare permisit, ne semper lacte nutriamur, & in bruta infantia remaneamus. Quia enim non intellexerunt, quomodo commendaretur diuinitas Christi, saperunt sicut voluerunt. non autem rectè sapiendo, fidelibus catholicis quaestiones molestissimas intulerunt: coeperunt exagitari, & fluctuare corda fidelium. Iam tunc necessitas facta est spiritualibus viris, qui aliquid secundum diuinitatem Domini nostri Iesu Christi non solùm legerant in Euangelio, sed etiam intellexerant, vt contra arma Diaboli Christi arma proferrent: & de Christi diuinitate aduersus falsos, fallacésque doctores, quantis possent viribus apertissima conflictione pugnarent, ne cùm ipsi tacerent, alij perirent. Quicumque enim senserunt Dominum nostrum Iesum Christum, aut diuersae substantiae esse, quàm Pater est, aut tantùm esse Christum solum, vt ipse sit Pater, ipse sit Filius, ipse sit Spiritus sanctus: quicumque etiam sentire voluerunt, hominem esse solum, non Deum factum hominem: aut ita Deum, vt in sua diuinitate mutabilem, aut ita Deum vt non & hominem, à fide naufragauerunt, & de portu Ecclesiae protecti sunt, ne inquietudine sua naues secum positas frangerent.*

77. Ergo haeretici annixi pro viribus auferre nobis fidem, verámque de Christo Domino notitiam, ac religionem, id minimè sunt consecuti; sed nobis attulerunt, & pepererunt ex inopinato sanctarum Scripturarum sinceram, germanámque intelligentiam, quae latebat in chartis, & non fuisset, nisi per eam occasionem, erota & exposita. Itaque haereticis debemus, ipsis inscijs & imprudentibus selectiora quaeque & nobiliora volumina & lumina diuinae sapientiae: sic nouit Deus è malis bona decerpere, vt propemodum fas fuerit dicere, vti Ecclesia de peccato Adami: *Faelix culpa*, ita nos, foelix falsitas & error: qui tátam veritatis copiam nobis attulit. Nos ergo simus intenti ad exscindendos errores vndecumque poterimus. Sed iam absoluamus versiculum.

Ex occasione haeresum Scriptura magis declarata.

78. *Et iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eum.*] *Iustitia*, hoc loco, non vnius virtutis cardinalis, quae cum iure sociata est, angustis terminis definienda: sed illi relinquenda amplissima ditio, quae ad omnem virtutem, & sanctitatem protenditur. quae item duplicem explicatum sortiri potest: alterum: vt sit idem, ac *Iustus*, vt suprà: quod inde firmatur, quòd vtrobique sit idem verbum תצמח *tsamic, germinet terra*, & iustitia germinet simul. Itaque qui dictus est *Iustus*, modò dicitur *Iustitia*, quia vtrumque vocabulum conuenit in Christum. num. 64. suprà. Et solet Scriptura sancta vsurpare nomen abstractum, quia quamuis sit eadem notio abstracti & concreti, ex modo tamen significandi maiorem vim obtinet abstractum: vt adnotauit S. Aug. ad Ps. 147. v. 15. nam si quid dicitur candidum, aut calidum possumus excogitare aliud candidius, & calidius, at ipso candore, & calore nihil potest fingi superius. Sic vt Christum cogitemus ita iustum vt nihil suprà existimari queat, abstractè iustitia nominatur.

Christus est Iustus, & Iustitia.

Abstractum nomen plus dicit quàm concretum.

79. Sed obieceris: si vnus & idem est *Iustus*, cùm modò dixerit: *Nubes pluant iustum*, quid oportuit addere: *& oriatur iustitia simul*? Solutio prestò est nam cùm inter vtrumque iaceat: *Terra germinet Saluatorem*; aptè cõsequitur, *& Iustitia oriatur simul*, nã si de coelo delabitur Deitas & è terrà, hoc est, ex Virgine pullulat: & gignitur humanitas, & vtraque natura in vna hypostasi cõiungitur, *Iustitia oritur simul*: nempe Christus, simul Deus, simul & homo, Iustus & Iustitia. vnde dictiuncula, *simul*, retenta etiam a LXX. ἅμα; conuenienter aduocatur suffragatura Incarnationis mysterio: vt ad Christum constituendum coelum, ac terra conuenerint, simulque contulerint. Fauet Hebraica lectio: nã pro, *germinet*, est numero plurali, *germinent Saluatorem*, id est, coeli, & terra, quae praecedunt. Nam si solùm coelestis, solúsque Deus esset, pro nobis pati non posset: & si solus terrenus, solúsque homo fuisset pro nobis ad aequalitatem satisfacere non valeret: vt tradunt saepissimè Patres: ergo *iustitia* satisfactura cumulatè, & plenè *oriatur simul*: scilicet, è caelo, & è terrâ: vt Deus, e sinu Patris, vt homo ex vtero matris.

80. Iam si alter sensus eligitur, vt Iustitia non sit ipse Iustus, Christus Dominus, sed ea, quam mundo peperit, & attulit, ea, de qua nuper, quae Deo compensauit iniuriam ab homine illatam, ad aequalitatem: vel ea Iustitia & sanctitas, ac morum integritas, quae coepit florere in hominibus aduentu & ortu Saluatoris, si hoc modo, inquam, exponitur, ferè eodem exitur, & consecutio seruatur. Nam & Dauid locutus de Sacramento Incarnationis sub eadem pluuiae specie, & imagine, adiecit Iustitiam orituram in hominibus Psalm. 71. vers. 6. *Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* & extemplo: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna.* Ad quem Psalmum existimat Sanctius respexisse Isaiam, nec inuerosimiliter. Priorem partem exposui numer. 66. posterior expositione non indiget, cùm pateat, quae sit Iustitia, ex dictis: & *abundantia pacis*, ex alibi traditis: bonorum nimirum cumulus. Et in hoc contextu expositionis, particula, *simul*, facilis est copulatu: Iustitia oriatur simul cum Saluatore, qui processit proximè, & quia sequitur: *Ego Dominus creaui eum*, subintelligendum: vt *simul* cum illo *Iustitia oriatur*: vel absolutè; *Ego Dominus creaui eum*, ego sum autor Saluatoris, ego Dominus, cui sunt omnia possibilia, & facilia, feci, vt hic homo esset Deus, vt idem esset simul è caelo delapsus, & è terra progrediens, vt esset ros, & germen, vt esset Creator & creatura. Ego creaui eum, vt germen, vt hominem, non modò vt creo reliquos homines, sed etiam singulari modo: quia nolui eum habere patrem, sed solã matrem ex hominibus, vt me tantùm patrẽ agnosceret etiam quâ homo est: nam ego quod solet facere pater in generatione, quasi opera vicariâ suppleui; atque adeo: *Ego Dominus creaui eum.*

Iob. c. 33. v. 11.

Iustitia.

81. Galatinus lib. 3. cap. 17. de Arcanis, rorem, Christum interpretatur, & coelos, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. quae interpretatio consistit: nam etsi fides nos edocet, Filium solum fuisse incarnatum, tamen eadem tradit, opera externa Trinitatis esse indiuisa, & inseparabilia: vnde tota Trinitas efformauit corpus in vtero virginali, creauit animam, infudit, & alia omnia in illa sacrosancta humanitate, prout decebat, effecit: vnde tres personae rorem illum diuinum demisisse catholicè perhibentur. Quare, cùm dicitur: *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem*, id dicitur, vt castissima Virgo expandat sinus ad excipiendum Spiritum sanctum,

ctum, quo fœcundata pariat Saluatorem: & ita sit peruia proli nascenti, vt maneat clausa, & illibata.

82. Ad cap. 9. vers. 1. pro illis: *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon*, adnotaui LXX. transferre: *Hoc primum bibe: cito fac terra Zabulon*. ergo iuxta hoc, terra sitiebat hunc rorem, pluuiamque cœlestem, & eam primùm combibere monetur, & prædicitur. Et quidem quantopere terra indigeret hoc rore, illumque sitiret, alibi est dictum, eritque sæpius repetendum.

83. Cùm Daniel vir desideriorum cuperet nosse aduentum Domini, & tempus liberationis, Gabriel Angelus sic eum alloquitur cap. 9. ver. 24. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur Iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum*. Vbi *Iustitia* est eadem, quæ apud Isaiam, & cùm dicitur apud Danielem, & prædicitur *adducenda*, Græcè *ἀναγαγεῖν*, aliunde accessura intelligitur, videlicet, è cœlo deducenda, & cùm additur, fore *sempiterna*, ab illa legali iustitia legis Mosaicæ, sine dubio, discernitur, quæ fuit temporalis, & præterea ex
Ioan. 1. v. 17. se non iustificans: *quia lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est*.

84. Fabulati sunt prisci Poëtæ Astræam, quam *δίκην*, id est, Iustitiam, appellarunt, ad cœlos remigrasse offensam humanis sceleribus: aliud nihil volentes animo, quàm in terris parum c[...]orum innocentiam & sanctitatem: quod fu[...]ssimum. Hanc igitur sanctimoniam è cœ[...] Christus euocauit, secumque descendens adduxit in terras, earum accolam futuram sempiternam: vti prædixit Angelus Danieli, & precatur hoc locu Isaias, siue quis alius ab eo suppositus. Tunc fuit in terris verè aureum illud seculum, de quo multa iidem Poëtæ tradunt suo modo, & more, falsò quidem, si ad æuum regnúmque Saturni, verè omnino, si ad ad regnum Christi conferantur.

Ouid. .Metam.

Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Hesiodus: *Αἰδὼς καὶ νέμεσις, reliquerunt homines, ad cœtus Deorum immortalium euolarunt*. Vide Senecam in Octauia. Catul. de nuptiis, Ouid. 1. Fast. Adi eundem Nasonem 1. lib. Metamorphos. à vers. 89.

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte suâ sine lege fidem, rectúmque colebat:
Pœna, metúsque aberant: nec verba minantia fixo
Aere legabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuti.

Apud eundem Ouidium 1. lib. Fast. sic Ianus ait.

Próque metu populum sine vi pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello: pacem, postésque tuebar.

85. His similia apud alios eius classis autores, ficta quidem, vt ab illis adaptantur, sed Euangelico seculo, & nascenti præsertim Ecclesiæ aptissima: in qua *perfecta caritas foras mittebat timorem*; & lex iusto non erat posita.

De pace internâ, & externâ dixi ad c. 2. v. 4. *Conflabunt gladios suos in vomeres*, &c. si non piget, te refer illuc. Et quamuis ex parte abierit illa egregia iustitia & sanctitas: manet tamen etiam nunc apud quamplurimos: & manet lex Euangelica ex se apta, & idonea ad ingenerandam eandem vitæ integritatem in omnibus: quod satis est, vt dici possit, esse præsens ætas aurea, & orta Iustitia, terrisque restituta, quam fugarant primi mortales admissa iniquitate illâ & inobedientiâ, quæ ad posteros omnes fuit transfusa.

Ex quibus omnibus intelligitur quàm parum hæc in Cyrum conuenire possint, aut quantum potiùs ab eo dissentiant: vnde rectè dixit Adamus, si de Cyro exponantur, frigidum esse commentarium.

Vers. 9. Væ qui contradicit fictori suo, testa de Samiis terræ: nunquid dicet lutum figulo suo: Quid facis? & opus tuum, absque manibus est?

PEr occasionem Cyri, qui typus erat, interposuit quam vidimus de Christo prophetiam, nunc redit ad rem institutam, de liberatione Israelis, vt credunt pauciores, Vatablus, Pintus & Sanctius: (nam qui versum antecedentem etiam de Cyro coeperunt, non regressionem, sed progressionem existimant) vt verò plures sentiunt, adhuc in Euangelicâ re persistit: ij sunt Hieronymus, Cyrillus, Haymo, & reliqui, quos ad singulos versus insequentes, prout poposcerit opportunitas, indicabo. Meâ quidem sententiâ, quæ hoc, & sequenti versu ponuntur, æque aptè connecti possunt cum proximè superiori sermone de Christo, atque cum historia de Cyro: si materia per se consideretur. nam, vt compertum est cunctis autoribus, hæc interminatio fit contra eos, qui diuinæ prouidentiæ non se subiiciunt, humiliter, & modestè, sed eius occultissima consilia temerè examinant, & sæpe impiè & impudenter accusant. quæ temeritas & impietas non minus versari potest circa consilium, vel circa promissum de liberando Israele per Cyrum, vtcumque & quoquo modo querelas, & calumnias contra Deum libeat cogitare, quàm circa promissum de saluando genere humano per Christum, hominem, Deúmque futurum. 86.

Quòd si huc accedat Apostoli autoritas citantis hoc testimonium, Rom. 9. vers. 20. inter disserendum de electione Gentilium ad fidem, & de reiectione Iudæorum, planè inclinet animus ad existimandum, Isaiam non Babylonicas res, sed Euangelicas & Christianas agere. Sed iam aperiamus sensum ipsum verborum. 87.

Væ qui contradicit fictori suo.] Hebr, iurgari, contendere cum fictore, de illo queri. At quis est, seu quid est eiusmodi iurgans & querens? *Testa de Samiis terræ*: vas fictile. nam vt vasa Corinthia sumebantur pro vasis æreis, quia æs Corinthium fuit in precio; sic quia lutum Samium ad vasa fingéda excelluit, Latinus interpres pro genere speciem adhibuit; itaque testa figlina contendit cum figulo: sed væ illi, quia cùm sit ita fragilis, à suo opifice facilè frangi poterit, vel in vsus abiectissimos refringi.

Nunquid dicet lutum figulo suo: Quid facis?] scita similitudo, & aliàs à Spiritu sancto illata. Ierem. 18. vers. 1. ipse vates à Deo missus in 88.

figlinam, vidit à figulo quod fiebat vas, repente dissipatum & ex eodem luto aliud pro libito effictum; & audiuit Deum ita argumentantem:
Ierem. 18. v. 6. *Nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere, domus Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.* Quo loco se Deus vas fingere, & postquã fuerit dissipatum refingere, ac reparare posse significat hac similitudine; sed ex eadem accipitur, non posse queri lutum, quòd euaserat in vas, cùm dissipatur, & abiicitur, vel in aliud vas in honorem effingitur. Itaque si lutum esset particeps sensus & mentis (in hoc enim posita est vis comparationis) vbi bene cum illo ageretur, gratias ageret; & cùm secus, non querelas funderet, neque fictorem suum accusaret. Atqui homo comparatione Dei summi artificis minus aliquid est quàm lutum: quippe lutũ à figulo non fit; homo verò totus à Deo fingitur: animus quidem è nihil, vt in eius creatione creatura nulla possit sibi aliquid arrogare; corpus verò licèt è præuiâ materiâ efficitur, sed ea eâ, quæ à solo Deo in primordio mundi fuit condita. Itaque homo coram Deo, vtut tractetur, minus multo quàm lutum coram figulo conqueri potest.

Genes. 2. v. 7. Et non est procul à verosimili, ob id primi hominis corpus fuisse à Deo conformatum ex luto, vt vel inde disceret, se fore omnino in potestate Dei, & ab eo, non aliter atque vas sub rota figlinâ fas esse huc, illúcque versari, ac reuersari, & modò in vnam, modò in aliam
Rom. 9. v. 21. formam effingi, modò vas in honorem, modò, si libuerit, in contumeliam. lutum enim ex se non magis hanc quam illam figuram, hunc quàm illum vsum exposcit: sed id totum pendet è libera potestate figuli, prout vult figurantis.

89. Huius ordinis & census est quod Ecclesiasticus nos edocere voluit capit. 33. à vers. 10. qui cùm ostendisset dies omnes ab vno, & eodem sidere, sole videlicet, originem ducere, statim adiecit: *ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus,*
Eccl. 33. v. 10 *& ex ipsis posuit in numerum dierum. Exaltauit, & magnificauit,* quos festos & consecratos sibi esse voluit, quoique coli iussit: *posuit in numerum dierum*, quos viles, vulgares: & inhonoros reliquit. sic ille: *Nos numeri sumus, & fruges consumere nati.* Deinde Ecclesiasticus progreditur ad id quod præcoquebat: *Et omnes homines de solo, & ex terra, vnde creatus est Adam. In multitudine disciplinæ Dominus separauit eos, & immutauit vias illorum.* Vti dies habent idem principium & si alij festi, alij profesti, alij nobiles, alij ignobiles; sic homines tametsi ab eodem solo nati, non eodem sunt loco, & ordine: sed Deus infinitâ suâ sapientiâ illos discreuit: *Ex ipsis benedixit, & exaltauit, ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit. Et ex ipsis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos a separatione ipsorum.*

90. Aspicies ô lector ex eadem terrâ vasa quædam
Rom. 9. v. 21 *in honorem*, alia verò *in contumeliam*. quod posterius apud Paulum, idem est quod apud Ecclesiasticum; *ex ipsis maledixit, & humiliauit*: idque qua ratione sit intelligendum, dependet è modo, quo concipitur apud Deum electio æterna bonorum, & reprobatio malorum. de quâ, quia non erat animus in præsenti disputare, interim ex Augustini doctrinâ ponimus: Deum ex totâ massâ generis humani acidâ, & corruptâ fermento peccati originalis selegisse quos voluit ad gloriam, & reliquos missos fecisse. Quo posito, quos elegit homines Deus, dicitur benedixisse: & quos non elegit, maledixisse. Sicuti cùm dies omnes ex se essent prophani, nullâ sanctitate decori, ex iis suo cultui quosdam elegit, & eligendo sanctificauit, & honorauit: reliquos omnes non eligendo reliquit inglorios, inhonoros, atque profanos.

Quòd si quis hoc discrimen & separationem accuset, addit Spiritus diuinus illicò: *Quasi* 91. Eccl. 33. v. 13.
lutum in manu figuli, plasmare illud, & disponere: omnes viæ eius secundum dispositionem eius. sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. Scholium Rabani viri Rabanus.
clarissimi visum est non omittendum. *In potestate ergo suâ omnipotens cõditor habens massam humanæ naturæ, vnumquodque vas secundum voluntatem suam fingit, ac formas, nec est, qui possit resistere voluntati eius. Nec tamen eum iniustum quisquam dicere debet: quia omnia iustè, & secundum ordinem fecit. Vnde Apostolus de præscientia Dei & potestate in epistola ad Romanos disputans, in exemplum Iacob, & Esau assumendo, quomodo vnum secundum præscientiam suam elegerit, alterum secundum iudicium deseruerit; ne aliquis iniustè factum esse crederet, inter cetera, sic ait: Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.* & non multo pòst: *An, inquit, non habet potestatem* Rom. 9. 14.
figulus luti ex eadem massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud verò in contumeliã? Magna est iniquitas & præsumtio, respondere in aduersis, hominem Deo, iniquum iusto, malum bono, imperfectũ perfecto, infirmum fortissimo, corruptibilem incorrupto, immortali mortalem, seruum nequã Domino optimo, creaturã conditori: in potestate enim autoris est, qualem velit condere creaturam. Vnde & Deus, cùm omnes ex vno, atque ex eadem massâ simus in substantia, & cuncti peccatores, aliis miseretur, & alios despicit: sed non tamen sine iustitiâ. in figulo enim homine tantùm est voluntas iuxta liberum arbitrium, in Deo vniuersorum conditore semper iusta est voluntas cum omnipotentiâ.

Hæc Rabanus Augustinianæ doctrinæ accedens, & vt ipse affirmat Apostolicæ. Et quamuis ista de figulo, & luto translatio, quasi parabola rectè, & propriè negotio diuinæ Prædestinationis accommodetur: sed existimo ipse patére latiùs, & valere ad *ad obstruendum os loquentium* quorumcunque *iniqua* aduersùs Deum, & eius prouidentiam accusantium: vndecumque occasionem arripiat. accusatio, & calumnia, seu potiùs blasphemia. nam, vt iis omnibus obuiam iret Isaias, hanc similitudinem intulit opportunè. 92.

Prædixerat enim in principio capitis, à Cyro gentes propemodum omnes euastandas: eundem opibus immensis potiturum, ac demum fore liberatorem populi sui: imò vt huc officium faceret, à Deo fuisse electum, & elatum. Inde capta occasione Vates præmonstrat Aduentum saluatoris, eúmque de cœlo descensurum. ex iis possent variæ calumniæ & querelæ ab impiis, vel ab imperitis effingi. Posset enim quis quærere, & queri, cur Deus passus esset populum suum, quem vnicum possideret sui culturem, in exilium & seruitutem abripi: & ab infideli natione, & alienâ dinexari? Nam si constituerat eum post aliquot annos eripere, & in libertatem pristinam restituere, nónne fa- 93.

tius

tius fefellet, impedire, ne caperetur? Deinde, quorsum hæc liberatio per Cyrum, hominem extraneum religionis alienæ, & contrariæ Israeliticæ. Deeratne Deo vir impiger, & strenuus ex Iudæis, qui id muneris exequeretur? qui enim olim Moysem hominem vitæ pastoritiæ e gregibus abstraxit, & instruxit, vt populum ex Ægypto extraheret, obnitente pro viribus obstinatissimo & potentissimo Pharaone, non posset, deberétque alium similem ducem excitare, qui è Babyloniâ Israelem educeret? Iam si iste nescio quis Cyrus est venturus, cur non modò? quandiu expectandus? quandiu toleranda hæc intolerabis calamitas?

95. Quòd si de alio Saluatore generali nobis fit præmonstratio, & promissio: quare in tam longum tempus differtur? cur patitur Deus hominum genus tot, tantísque vitiis & erroribus contaminari? & qui fieri possit, vt vnus homo quantumuis de cœlo demissus mundo vniuerso corruptissimo medeatur? Adeò est perdita, fracta, & deformata humana natura, vt restitui, refingi, & reformari nequeat.

96. His & aliis, quæ fiebant, aut fieri poterant, contra Dei consilia, calumniis & accusationibus hac vnâ similitudine Vates occurrit, è re figlina: *Nunquid dicet lutum figulo, quid facis?* figuli est videre, quid faciat, luti verò pati, & accipere quod ille fecerit, & imposuerit.

Manus pro artificio. *Opus tuum absque manibus est.*] *Manus* pro artificio: opus est inartificiosum, inelegans, impolitum, seu imperfectum, cui manus vltima non accesserit. Itaque opifex ab ipsomet opere reprehenditur.

97. Coarguuntur hoc loco, & irridentur quicumque diuinæ prouidentiæ detrahunt, & obmurmurant, & quod ipsi non capiunt, sapiúntve, temere, & impie condemnant. Quis enim ferat reum de suo iudice censentē? Eccl. 8. v. 17. *Non iudices contra iudicem: quoniã secundum quod iustũ est, iudicat.* Quòd si humano iudici & iudicio acquiescere iubemur, quanto magis diuino? quod peruerti, aut falli est impossibile. Itaque in omnibus debemus venerari Dei consilia, & iudicia, & credere esse sapientissima, & iustissima, quamuis eorum caussas & rationes non assequamur. Quãtulus enim est homo, vt queat diuinæ mentis arcana sensa & præmolita consilia capere? Quam prudenter & sobriè philosophabatur sapientissimus Salomon qui Eccl. 8. vers. 17. cùm multa neque temerè peruestigasset, addidit: *Et intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat; etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.*

98. Vbi, *omnium operum Dei*, non collectiuè capias, quasi homo non possit inuenire rationem omnium, possit tamen aliquorum operum Dei. non ita est: sed distributiuè ponitur more linguæ sanctæ. Psalm. 118. vers. 133. *vt non dominetur mei omnis iniquitas.* i. vlla iniquitas: ita hoc loco: *intellexi, quòd omnium operum Dei*, id est, quòd nullius *operum Dei nullam possit homo inuenire rationem*. & hoc claret in translatione Symmachi: *Te didici, quod de omnibus operibus Dei non potest homo inuenire, ne vnum quidem opus, quod agitur.* Agi verò hîc de diuinis iudiciis & consiliis super rebus humanis ex antè tractatis à Salomone, colligitur, quæ cùm iam certo, &

Omnis, pro vlla.
Symmachus.

è longo experimento docet, esse imperuestigabilia, monet consequenter silentio fore veneranda.

S. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 8. versans quid simile apud Iob. cap. 9. vers. 10. 11. 12. præsertim illud: *Vel quis dicere potest, cur ita facis? Auctoris*, inquit, *facta semper indiscussa veneranda sunt, quia iniusta nequaquam esse possunt. Rationem quippe de occulto eius consilio quærere, nihil est aliud, quam contra eius consilium superbire. Cùm ergo factorum causa non deprehenditur, restat, vt sub factis illius cum humilitate taceatur: quia nequaquam sufficit sensus carnis, vt secreta penetret maiestatis. Qui ergo in factis Dei rationem non videt, infirmitatem suam considerans, cur non videat, rationem videt. Vnde & per Paulum quoque subsequenter adiungitur: Nunquid dicet figmentum ei, qui se finxit: Quare me fecisti sic? quo enim se cernit figmentum diuini operis, eo semetipsum redarguit, ne contra manum resultet operantis: qui quia benignè quod non erat, fecit, quod est, iniustè non deserit. Ad semetipsam ergo in percussione mens redeat, & quod apprehendere non valet, non requirat; ne si diuinæ iræ caussa discutitur, amplius discussa prouocetur: & quam placare humilitas poterat, inextinguibiliter superbia accendat.* 99. Greg.

100. Hucusque S. Gregorius, in quibus, vt erat ille vir sapientissimus, multa notatu digna, illud in primis valet ad compescendam & tranquillandam mentem humanam, si semel rectè de Numine sentiat, ab eo nihil posse iniustũ fieri. Quæ fuit etiã ratio S. Aug. ad Psal. 61. v. 12. *Hoc fige in corde tuo, hoc de cogitatione tua non excutiat inimicus: facere potest Deus aliquid, vt tu nescias, quare faciat: iniquè tamen facere non potest, apud quem non est iniquitas.* & Psal. 124. in fine Præfationis: *Omnia, quæ fecit Deus, rectè fecit. Etsi non possumus videre consilium ipsius, quare illud sic fecit, & illud; sic bonum est nobis, vt subdamus nos sapientiæ ipsius, & credamus, quia omnia benè fecit, & si nondum nouimus, quare sic fecit: & habebimus cor rectum, vt præsumamus & confidamus de Domino.* Lege Damascenum lib. 1. Parallel. cap. 3. August.

Hoc equidem officium & obsequium debet opus opifici, & figulo lutum: creatura creatori: Cyrillus hoc loco: *Credendum ergo his, quæ dicit Dominus necessariò. ipse enim nouit suorum operum viam. Et quæ ab eo fabricata sunt, à nemine curiosè carpi possunt, & quæ mentem superant, ab hominibus nostri similibus indubitatâ fide honorari, & suspici debent.* Cyril.

Vers. 10. Væ qui dicit patri; Quid generas? & mulieri; Quid parturis.

101. Mihi pro comperto habebatur, hanc similitudinem conuenire cum superiori in proposito: videlicet, neque filium posse expostulare cum vtrouis parente de sua natiuitate, neque queri, quamuis vitiato corpore, aut deformi sit natus: multo minus, quòd communi aliorum lege ad miserias humanas subeundas sit editus. Ita communiter accipiunt autores.

102. Quare quod apud alios est de generatione Verbi procedentis à Patre solo, vel de natiuitate Christi nascentis, vt hominis à sola matre Virgine, alienum prorsus est ab instituto prophetico,

A phetico,& ab iis,quæ præcedunt. Neque enim apparet ratio,ob quam quis conqueri possit de Patre æterno, eo quòd Filium generet. in primis hæc querela à Gentili existere non poterat experte omnino tanti mysterij: sed neque à Iudæo,apud quem non erat vulgatum,sed pauci quidam & ij sanctissimi quidem, Filij processionem à Patre diuinitus ex priuilegio fuerant edocti,quorum nemo id expostularet. Succurrit & alia ratio huic interpretationi contraria. Nam, *Væ qui dicit patri quid generas*,ita necesse est accipi, vt anterius: *Væ qui contradicit fictori suo*; sed illic contradicens est *testa*, & lutum, opus opificis;ergo & hic, *qui dicit patri*,est filius ab ipso genitus: alioquin periret vis & venustas parabolæ,& similitudinis.

B

103. Et hæ rationes quadam ex parte excludunt quoque expositionem Cyrilli, de generatione spirituali,quæ fit in Christo per Baptismum & gratiam. Nam de ea qui posset cum Deo, & Christo conqueri,& expostulare, non occurrit: Nisi forte Iudæus, inuidens Gentili hanc filialem adoptionem: de qua inuidentiá alias, sed hoc loco videbitur importuna.

104. Ergo restat interpretatio pluribus approbata,quæ sit eiusdem generis cum superiori comparatione de luto, & figulo. Quod verò filius valeat,soleatque iure,vel iniuria de parentibus conqueri, quòd illum in lucem,ac proinde in tenebras miseriarum ediderint,pro argumento & probatione sit Ieremias cap. 15. vers. 10. ad hunc modum querulus: *Væ mihi mater mea: quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra:* Ita Vates etsi patientissimus pertæsus vitæ, eo quòd multis calumniis & odiis esset propositus, de matre conqueritur: *Matri* (inquit Nazianzenus orat. 10.) *succenset se in lucem edidisse, id, ac propter aliena peccata*. Vide etiam Ieremiam cap. 20. versicul. 14. & Iob. cap. 3. versicul. 1 cap versicul. 18. vbi vterque videtur incidere in hanc commutationem accusantium parentes, quod ab eis fuerint geniti. Sed locis allegatis variè interpretes excusant viros sanctos.

C

Nazianzenus.

Mitto qui putant illas execrationes dirigi contra culpam originalem in vtero contractam, caussamque calamitatum, & dolorum, quos tolerabant. hoc enim non valde litterale duco. Magis ad litteram Sanctus Thomas, qui cladibus & rebus aduersis, quas nisi nati, non fuissent experti, ab his viris sanctissimis maledici existimat: quas vt auersari potest homo licitè, sic & eis succensere, & maledicere. Itaque eas viri sancti & amabant, quatenus à Deo permissas, immissásque & ad salutem animæ ducentes: & execrabantur easdem vt naturæ contrarias:minimè verò parentibus subirascebantur, atque ita in illos hoc Isaiæ; Væ, & comminatio non cadit. Arias: esse querelam de autore Deo, vt Patre, & de materiá, vt matre, ad quæ principia quidam Philosophi, vt Plato, referebant prauitatem, quæ cernitur in homine, & pugnam inter rationem, & appetitum concupiscentiæ. Lector sit censor, mihi quidem non placebat opinio.

D E

Vers. 11. Hæc dicit Dominus, Sanctus Israel, plastes eius: Ventura interrogate me super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.

CONspirarunt omnes fere expositores, vt crederent,hanc esse ironiam:quasi sit conclusio ex antecedenti.& ideo resumitur nomen *plastes*,quod antecessit: nam *fictor*, & *figulus* suprà. vers. 9. idem omnino est Hebr. יצר *iotser*, a verbo *iatsàr*, quod est fingere. Ergo sensus: Cùm ego sim fictor, ac factor Israelis,à me rationem reposcite, cur hoc vel illo modo tractauerim: & si quidem secus vobis cum illis agẽdum fuisse censeris, id argui te,& quemadmodum *opus manuum mearum* emẽdare debeam, *mandate*, & præscribite. Hæc videtur esse Dei oratio ironica, irridens & stomachans hominum temeritatem,& impudentiam,qui audeant diuinæ sapientiæ,& prouisioni circa res humanas oblatrare,& succensere. 105.

Quod verò Deus speciatim dicit, *super filios meos*: indicat, cùm adeò soleant esse cari liberi suis quique parentibus,absurdum & abhorrens à natura quid cogitare eos, qui negligi Israelem, à Deo quererentur, & accusarent. Verbum autem, *interrogate*, si sit ironia, in deteriorem sensum erit accipiendum; vt sit idem, quod examinare, rationem exigere, & quasi quæstionem habere: quomodo iudex interrogat Sap. 2. vers. 19. *Contumelia & tormento interrogemus eum.* & cap. 11. vers. 11. *Illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti.* Consimili sensu dictum videri possit hic: *Interrogate me super filios meos.* 106. *Filij comparentur.*

Huic expositioni,quia tot, ac tantorum interpretum approbatione fulcitur, assentiri compellor, non tamen vt certæ, sed vt valde probabili. Aliam tamen existimo probabilitatis expertem non esse: & in eam propendeo. Proponam lectori diiudicaturo.Puto ipse, non esse irrisionem,sed seriam Dei admonitionem, vt se consulant super filios suos, & super opus manuum suarum,quippe plastem, & facturem Israelis:cùm nemo melius de opere possit consuli,& rogari,quàm opifex,& autor. 107. *Autoris opinio.*

Hanc explanationem sic firmo. Primò, non irridentur, & obiurgantur his verbis illi, qui suprà vers. 10. Dei opera, & consilia damnabant: id est, ea quæ Deus iam fecerat, & ipsi videbant,& censebant non esse rectè facta.non irrideri istiusmodi homines,constat; quia non aut præterita, vel acta *interrogate me super filios meos*:sed *ventura*: ergo Deus non accusatur ob consilia opere completa; ergo ironia non est de hâc re. Adde: *Ventura*,in linguâ sanctâ,esse: אותיות *othuioth* fortè idem, quod אותות.i. signa, monstra, portenta, ea nimirum, quæ portendunt futura. L X X. ἐπερχόμενα, *aduenientia*, impendentia.quæ si quis e Deo quærat,quid significent,quò tendant,irrideri non potest, aut reprehendi. 108.

Respondebis: non in hoc peccabant homines hîc irrisi,sed in eo, quòd Dei signa & prodigia à vatibus proposita temere examinabant, 109.

& impiè

& impie i[illegible] probabant, vel quòd causarentur fore irrita, vel esse inopportuna. Sed hæc responsio non est opportuna. Nam etsi inficias nō iuerim, aliquando Iudæos oblatis esse prædictionibus Prophetarum, his tamen cum addebatur signum aliquod & portentum, timorem & exspectationem incutiebat, habebatque de successu [illegible]turos. quare non video quemadmodum de his prodigiis interrogantes reprehendi possint, & per ironiam traduci. 2. Machab. 5. versicul. 4. cum apparuissent in aere illa prodigia. *Omnes rogabant in bonum monstra conuerti.*

110. Præterea su. 9. & 10. non qui ventura accusat, sed qui præterita & acta reprehendit, obiurgatur: *qui dicit figulo suo: quid facis? & opus tuum absque manibus est. qui dicit patri: Quid generas? & mulieri; Quid parturis?* Quæ omnia factotum, non facienda [illegible]m habent reprehensionem: ergo isti culpandi, [illegible]n qui ventura Deum rogant.

111. Quæris qui fieri potest, vt non sit irrisio: saltem ill[illegible] p[illegible]? *super opus manuum mearum mandate mihi*: At nihil facilius quàm ad interpretationem meliorem, & molliorem inclinare, nam *mandare*, apud Latinos non est iubere, sed idem quod compositum commendare, vt magis po[illegible] a explicabitur n. 113. *Mandare, quid.*

112. Ergo hoc loco, omissâ reprehensione eorum qu[illegible] Dei consilia, & acta censebant, & [illegible]ant, hi iidem admonentur, vt de [illegible]lunt non ariolos, non d[illegible] id enim proprie significat [illegible];nam hoc vitium adeundi p[illegible]olos interrogatum de venturis [illegible] populo Hebræo, & adhæsisse è con[illegible]gio Gentilium multa S. Scripturæ testimonia conuincunt: & in eâdem sunt crebra monita & præcepta id genus superstitionis prohibentia. Pro multis sufficiat nobis locus e Vate nostro iam expositus, & huic proposito conuenientissimus cap. 8. vers. 19. *Et cum dixerint ad vos: Quærite a pythonibus, & a diuinis, qui strident in incantationibus suis: Nunquid non populus a Deo suo requiret pro viuis a mortuis? Ad legem magis & ad testimonium.* Vide obsecro, inibi adnotata. Suspicor enim vtrobique idem præcipi. *Iudæi consulebant ariolos.*

113. Qua in sententiâ nihil durum, nihil asperum, nihil, ad quod excursius offendat, occurrit. Nam verbum, *mandate mihi*, quo commotos opinor interpretes ad ironiam se vertisse, nihil habet absurdi. Vt enim paulo antè dicebam, idem solet esse mandare, atque commendare: vnde, Deus id vult: opus manuum mearum, mihi demandate, mihi permittite, de eo, ne sitis soliciti: Dexadlo ami cargo: quis enim melius magisque curet opus quam opifex: quis magis satagat de opere fictili quam plastes, & fictor? Cui expositioni & sententiæ valde consentiunt proximè secuta. Si huius expositionis requiris autorem, interea Vatablum allego. Non esse ironiam Sanctius etiam dat, sed aliter exponit. Arias citra ironiam declarat, a Deo scil. quærendum, & exspectandum responsum, quid ipse facere velit quoad salutem publicam.

Vers. 12. Ego feci terram, & hominem super eam creaui ego: manus meæ tetenderunt cœlos, & omni militiæ eorum mandaui.

114. CVm se Deus plastem Israelis appellasset, ne quis Dei ditionem tam breui circumscriberet, eam extendit. Quare, nomen, homo: *(& hominem creaui)* nolim ad Cyrum adduci, & stringi, sed relinqui in suo amplo significatu: vt Deus ostendat, se terræ totius, & totius generis humani conditorem: se cœlorum, & eorum luminum, quæ illis insunt, esse rectorem. cur enim militia pro sideribus ponatur exposui cap. 40. nu. 492. ibique reperies, quomodo Deus iis militibus imperet. *Militia cæli pro sideribus.*

115. Etsi quidam hunc hominem intelligunt Christum, eáque intelligentia videatur pia, mihi tamen non probatur. quia est multum à contexto discissa: cùm agatur hic de generali rerum conditione, & præcedat: *Ego feci terram*, & sequatur: *& hominem super eam creaui ego.* vbi fit allusio, & relatio manifesta ad Genesin, & mundi creationem: vbi, sexto postquam est facta terra, homo factus est super eam, vt eam incoleret & ei dominaretur. itaque istud, *super eam*, ad dominium pertinere potest. Genes. 1. versicul. 26. *& præsit*, &c. *vniuersæque terræ*: Carpnteius: *creaui hominem, qui Numine nostro terrarum imperium magna ditione teneret.* Arias quoque hoc indicat. *Filius Adam terra sedet, & regnum cessera.* quasi dicat: quem tantopere extuli & euexi, vt eum toti terræ Dominum & rectorem præfecerim, qui possim obliuisci, & negligere? Totus enim est Deus nunc in asserendâ, & statuenda suâ erga hominem prouidentiâ, & indulgentiâ.

Vers. 13. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet: non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.

116. HVnc à Deo suscitandum ad iustitiam, & cuius omnes viæ sint diuinitos dirigendæ, quique sit ædificaturus ciuitatem Dei, & captiuitatem eius sine precio dimissurus, non esse Cyrum, siue Chores, sed Christum, in animum meum induxit multorum & clarorum hominum autoritas, & rationis pondus, atque grauitas. Vtramque propono. S. Hieronymus, allatis opinionibus de Cyro, vnâ, & aliâ de Zorobabele, addit: *Sed nos rectius dicimus, & verius, nec Cyrum ædificasse ciuitatem, quæ postea exstructa est sub Nehemia, nec omnes vias eius fuisse directas: Zorobabelis statum, qui sub iure ac potestate Medorum fuit, atque Persarum, omnia, quæ dicuntur, excedere.* Quo S. Hieronymi testimonio tria clauduntur, quibus probetur hæc non posse ad alium, quam ad Christum accommodari: è quibus tribus nos primū nō allegimus, de ædificatione Ierosolymæ, nam *S. Hieron.*

Cyrus

Cyrus edicto proposito non solùm permisit, sed hortatus est ad ædificandum templum, vt est in lib 1.Esdr.cap.1.2. & est credibile eodem edicto, aut alio rescripto, vel permissu comprehensam fuisse vrbis restaurationem. nam absoluto templo, cœperunt reduces Iudæi muros instaurare, vt patet 2.Esdr. cap.4. vers. 12. Quæ Cyri facultas, fauórque satis est, vt possit dici, ab eo fuisse vrbem ædificatam. Aliæ duæ rationes Hieronymi stant: & quòd non omnes viæ Cyri fuerunt à Deo directæ, vt postea magis lucebit, & quòd quæ hoc loco promittuntur, illius temporis fœlicitatem excedant.

117. *Cyril.* S.Hieronymo consentit S.Cyrillus: *nidam fortassis dicerent hæc de Cyro filio ambisis efferri eo quòd ille relaxarit Israelem, & de vinculis captiuitatis exemerit: templúmque Ierosolymitanum fundauerit. Sed rerum consequentium consideratio sensum, vimque sententiarum non ad illum, sed potius ad D. N. seruatorem Iesum Christum, qui est excitatus cum iustitiâ, contrahet.* Euseb. 5. Demonstr.c.4. *Interim hæc vniuersi conditor Deus de quodam rege, ac Saluatore, qui sit ædificaturus Remp. pietatis, & conditionem, qua homines a dæmonico errore captiui tenebamur, dissoluturus.*

Hosce antesignanos sequuntur alij, vel apertè negantes conuenire in Cyrum, vel multo magis affirmantes quadrare in Christum, & hoc posterius nemo fere diffitetur. Vide Procop. Forer. Osor. Marianā, Carpinteium, & alios. Arias ait, antea vtrumque Cyrum & Christum fuisse propositum, nūc expressiùs Christum indicari.

E recentioribus multi Cyrum volunt esse typum, & Christum præfiguratum. Ego, vt aliàs non semel dixisse memini, arbitror de Christo proximè agi, remotè verò, & quasi obliquè respici Cyrum, & eius rem gestam in debellando Babylonio, & liberando Iudæo.

118. *Figura, & figurata quomodo se respiciant. Simile.* Itaque vt semel exponam, si possim, quemadmodum ipse concipiam hanc rerum Euangelicarum, & veterum figurarum attemperationem, & nexum in Vatibus, plurimis in locis, vtar similitudine quadam. Si quis aurifex ex auro, vel ex argento in tenuissima fila deducto aliquod rete, aut aliquod aliud opus elegantissime, & subtilissime laqueatum elaborasset, sitúlque animaduerteret, istud artificium ingeniosissimum, eò quòd fila illa ob suam subtilitatem fugerent aciem oculorum, ab his, quorum interesset, commode cerni non posse: is dubio procul, aliud corpus quæreret, multo licèt minus nobile, magis tamen spectabile, supra quod, vel ante quod expanderet, & opponeret suum opificium, vt hoc modo faciliùs & certiùs cerni posset. Ad istum morem, Prophetæ, siue Prophetarum Dominus, & magister, cùm opus nostræ salutis, & Christi Sacramentum apud Vates sæpissimè elaborarit, & quasi contexuerit rationibus, verbísque subtilissimè compositis, & connexis præuideréque ob materiæ, rerúmque subtilitatem, altitudinem, eminentiam: & ob acumen hebes populi illius non forè adeò conspicuum, si solitarie obiiceretur: sapienter excogitauit, vt aliud quippiam rerum gestarum, aut gerendarum supponeretur, quo arcanum & subtile Dei consilium opúsque sacrosanctum magis eluce[illegible] aciémque commoueret.

119. Sic d[illegible]ssima & acerbissima seruitus Ægyptiaca, eiúsque depulsio: sic captiuitas Babyloniensis, Babyloniorum excisio, & Israelis [illegible]emptio per C[y]rum supposita est, vt per eam melius interluceret mysterium Saluatoris Christi, & opus Redemtionis humanæ. Sic alia plura facinora & gesta veteris Testamenti opparsa sunt, vt nobis efficerent spectabil[i]es res Euangelicas. vide infra c.4.49. nu.121.cap.51. numer.55.

Ex qua similitudine & collatione duo l[i]cet trahere ad rem. Alterum, quoties id quod posui, accidit, mysteria noui Testamenti non solum præcipuè a Vatibus tractari, id enim nemo dubitat, sed etiam proximè scribi, litteraliter, & immediatè: figuras verò, & typos secundariò & accessoriè: cùm eo tantùm consilio substernantur, vt molliùs il[la] confidant, & luculentiùs aspiciantur. 120.

Alterum scitu non indignum: quem[admo]dum in exemplo proposito, de opere l[aque]ato imposito alteri corpori integro continuo, non quæuis pars huius substernitur, & respondet parti alterius, cùm sit illud opus discretum, & intercisum; licet arte totum quoddam cónexum. Sic non est necesse, vt historia, & res quæ mysteriis ostendendis subiicitur, omni ex parte significet, & sit typus: sed cùm pars vacet, potest alia esse plena significatione, & Sacramento. Sanct. August. 16 ciuit. cap. 2. alio ad id vsus est exemplo, iis verbis: *Non sanè omnia, quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significant, attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur. Sed vt hoc fieri possit, cetera aratri membra sunt necessaria.* & lib. 17.cap.3. *Mihi autem sicut multum videntur errare, qui nullas res gestas in eo genere litterarum aliquid aliud, præter id quod eo modo gesta sunt, significare arbitrantur: ita multum audere, qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt.* Vide Ariam c.51.v.2.p.1111.ad hu.

Quæ duo hoc ipso, in quo vaticinio sumus, ostendere est facile. Itaque Cyrum, eiusque bella, victorias, trophæa, triumphos: populi Iudaici liberationem, Templi ædificationem affirmo ab Isaiâ prædici, & tractari: sed eo quo docui modo: supponi nimirum, vt bis imponat Christum Saluatorem, eius prælia, certamina, & victoriam de suis hostibus, hominum redemtionem, Ecclesiæ fundationem. At Cyrus suis omnibus actionibus non est opus, vt Christum referat. Num referat sua superbia? num crudelitate? num iniustitia? [n]um denique ipsâ miserabili morte, qua victus à fœmina coactus est fœde finire vitam? Absint hæc procul à significando, & obtendendo Christo Domino: hæ partes vacant & ociosæ sunt in typo licèt quoad alia non sint supervacaneæ; illis nihil respondet in opere eximio superposito. 121.

Ego suscitaui eum ad iustitiam.] Quatenus hoc sit aptandum Cyro, ex nuperrimè dictis facile sumitur. Deus enim suscitauit; & ad eam potentiam & opulentiam, de quâ initio capitis, extulit, vt iustitiæ diuinæ minister, & executor esset, puniendis, opprimendísque Chaldæis, & oppressis iniuste Iudæis liberandis. & quoad hoc institutum, omnes vias eius direxit: quoad alia eiusdem distorta proposita, & praua consilia Deus Cyro non aderat. quare istæ actiones, quantum 122. *Cyrus à Deo ductus.*

rum ad præsignificandum, vacant, vt paulo ante dicebam: & Hieron. affirmabat ideo nõ posse hæc Cyro applicari, quod nõ eius omnes vix fuissent à Deo directæ. Sed ea illa similitudine modò explicata discimus partim conuenire, & partim non conuenire.

133. Christo verò Saluatori nostro ad amussim omnia respondēt, quippe cui sunt destinata per se, & attributa. Quomodo Deus eum suscitauerit, non est cur hoc loco iteremus, cum vberrim sit traditū c.41. v.2.n.27. ad illud, *Quis suscitauit ab Oriēte Iustum?* cumque illic, & in Heb. & in Græco codice pro *Iusto* sit *Iustitia*, & quēadmodum sit accipienda, explicauerim, fere ille commentarius huc translatus sufficeret. Sed super ea ibi tradita, cùm hic sermo sit de populo captiuo liberando, & de tyranno trudendo, ad iustitiam vindicem, & assertricem libertatis rectè deduci potest. Est enim iusti Principis tyrannum opprimentem deijcere, ac deturbare, & oppressum iacentem erigere.

134. Vbi, quod alibi dictum, oportet meminisse, tametsi Deus hominem suæ maiestatis violatorem iustissime permiserat potestati diaboli, à quo captiuus teneretur: Diabolus tamen ob id non desinebat esse tyrannus, eo quod Deus iustà potestate siuerat, ille iniqua volūtate exercebat. Nam vt Deus iure quidem optimo passus est Israelem à Babyloniensibus capi, diripi, vexari: at isti nihiluminus peccabant, & erant tyranni, quia non quo Deus sine Iudæos affligebant. Atque adeò, quando Deo visum fuit, licuit hosce tyrānos plectere vt iniustos, & populum suum cladibus exercitum in libertatem asserere: & hoc est iustitiæ munus præcipuum, quod cuiuis fuerit promtum, transferre ad seruitutem humani generis, & tyrānidem Diaboli. Itaque qui hominem dæmonis potestati subiecit, potuit, vbi libuit, eidem subtrahere: præsertim cùm illam iniquo animo exerceret. Cui rationi alia subiungitur. Nā Diabolus ius, quod illi Deus permiserat in homines peccatores, conatus fuit extendere, & vti contra totius iustitiæ & sanctitatis autorem, Christum Iesum: vnde iure priuatus est permissa olim potestate.

Sap. c.9. v.4. Deus iuste permisit diabolo potestatem in homines, sed ille iniustè exercebat.

Diabolus ius suum, quod habebat in alios homines, in Christum perdidit.

135. S. Hilar. Huc Patres & Magistri antiquissimi Ecclesiæ frequenter obseruant. S. Hilar. Psal. 68. versic. 6. *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea*, &c. quærens quæ potuerit esse Christi insipientia, aut delicta, respōdet: *Quia stultitiā, atque delicta propter sapientiā nostrā, vitamque susceperat, vt & principem seculi iudicaret, & de peccato cōdemnaret in carne peccatum, cùm in se, in carne scil. corporis sui, in quo nihil inueniri poterat peccati, secundum quod ait: Ecce venit princeps mūdi, & non inueniet in me quicquā. Veniens hic mundi princeps, nihilque inueniens peccati tamē pœnā, id est, ius mortis exercens, per quod humanæ mortis autor, quia in autorē vitæ, peccati nescium, mortē molitus sit, iudicatur.*

136. Aug. Aug. Psal. 67. v. 13. *speciei domus diuidere spolia*, hæc habet: *Nemo intrat in domum fortis, vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. Alligauit ergo diabolum Christus spiritualibus vinculis superādo mortem, & super cœlos ab inferis ascendendo. Alligauit enim sacramento incarnationis suæ, quod nihil in eo reperiens morte dignum, tamen permissus est occidere: ac sic alligato abstulit tanquā spolia vasa eius.* S. Leo Pōtifex Maximus nemini in hoc argumento dissererdo cedit. ser. 2. de Natiuit. eleganter explicat, in quo constiterit Dei, Christique iustitia, Diabolum cùm de possessione depellit. *Verax namque misericordia Dei*, inquit ille, *cum ad reparandum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hāc potissimum consulendi viā elegit, qua ad destruendum opus diaboli, nō virtute vteretur potentiæ, sed ratione iustitiæ. Nam superbia hostis antiqui non immeritò sibi in omnes homines ius tyrannicum vindicabat, nec indebito dominatu premebat, quos à mandato Dei spōtaneos in obsequium suæ voluntatis illexerat. Nō itaque iustè amitteret originalem humani generis seruitutem, nisi de eo, quod subegerat, vinceretur.*

August. in Ioan. tract. 31. S. Leo.

137. Notabilia sūt postrema S. Leonis verba, quæ quasi legitimā Diaboli potestatē constituunt, &, si nisi forte iudicio, irreuocabilem. Vnde statim educet, quemadmodum Christus neque vt homo, quippe de Spiritu sancto cōceptus, procul in immēsum ab omni contagio peccati, nō potuerit diaboli subiacere ditioni: tametsi ille putauit non aliter, atq; alios homines, esse sibi vectigalem, quē communibus humanæ naturæ pœnis videbat obnoxiū & expositū. Quo eleganter posito adijcit S. Leo: *Persistit ergo improbus prædo, & auarus exactor in eum, qui nihil illius habebat, insurgere, & dum vitiatæ originis præiudicium generale persequitur chirographum, quo nitebatur, excedit, ab illo iniquitatis exigens pœnam in quo nullam reperit culpam. Soluitur itaque lethifera pactionis malesuasa conscriptio, & per iniustitiam plus petendi, totius debiti summa vacuatur.*

Diabolus putat Christum esse vt cæteros homines.

S. Leo.

138. Politissima sine dubio, & grauissima tāti Pōtificis oratio, vt nō sit, quod inuideamus secularibus oratoribus. Eius vltima pars iuris ciuilis peritiā coloratur: & illustrari potest ea antiquiore Aug. cuius hæc est vox & sententia in concione 1. ad Psal. 18. *Plus volētes habere quam acceperāt, & quod acceperant, amiserunt. Cuius vestigium veritatis legibus, quæ vbiq; dispersa sunt, & in forensi iure deprehensum est, quo institutum est, vt plus petendo causā cadat: id est, vt qui plus petierit, quam ei debetur, & quod ei debebatur, amittat.* Hoc reperitur statutū à Iustiniano Imperatore. Cod. de plus petitionibus. l. vnica. sic: *Odiosas contrahentium calliditates amputare properātes, censemus, vt si quis certa quātitate sibimet debitā super ampliori pecunia per dolū, & machinationē cautionē exegerit, & ad iudiciū debitorē vocauerit, si quidem ante inchoatā litem calliditatis eum pœnitēat, & debiti verā quantitatem cōfessus fuerit, nullo eū dispendio prægrauari. Sin autē lis prebuit exordiū, & in certaminibus permanēs arguatur de adiecta falsa quātitate: nō solum eā, sed etiā toto debito eum fraudari.* Erat lex hæc iam ante Iustinianum, cùm illo fuerit multo superior Augustinus.

Plus petens quàm debetur, amittit, & quod debetur.

Aug. Ius ciuile Cæsareum.

139. Ex quib⁹ apertiùs exsistit, quàm verè & propriè dicat Deus Pater de Filio suo Christo: *Ego suscitaui eum ad iustitiā*, cùm suscitauerit ad eximendum genus humanū de potestate Diaboli, ea ratione, & viā quæ à sāctis Patribus fuit explicata, & quæ legibus etiam iustis ciuilibus, & forensibus est consentanea, vnde & illa pars.

Et omnes vias eius dirigā.] nō solùm exponę, secūdabo, prosperè disponā, sed etiā propriè, & absque trāslatione, *dirigā*, rectas faciā, & iustas: sic enim Hebræa & Græca vox habet, quia omnia ex iuris ipsius præscripto sunt dispēsata, & acta. Hæc tamen velim ita accipi respectu diaboli. Nā respectu hominis, qui iustissimè fuerat permissus illius ditioni, potiores partes habuit diuina misericordia: tametsi huic comes fuerit non illa ad pondus librata iustitia, sed quæ appellatur æquitas, & obtinet locum, cùm ex

Opus Redemtionis est iustitia & misericordia.

X æquo,

æquo & bono res transigunt. Nam qui homo alienâ Dæmonis fraude in culpam fuerat impulsus, æquum videbatur, vt alienâ operâ subleuaretur, atque adeò diuina, cùm alia nulla sufficeret. S. Bern. ser. 1. de Aduentu Domini tractans cur Angelus peccans non fuerit reuocatus, sed homo, ait illum peccasse ex propria malitia, hominem ab illo deceptum: *quippe quem supplantauit aliena malitia: ideoq; ei prodesse potest aliena caritas.* Hæc Bernard. nos addimus, *debuit.*

130. *Ipse ædificabit ciuitatem meam.*] Quod ad Cyrum attinet, num. 116. indicaui, quas partes in hac ædificatione gesserit. Quos adsciuit Patres, & cum illis alij vt Adamus, Arias nolunt vllum alij, quàm Christo locum concedere. Qui solus ædificauit Ciuitatem, id est, Ecclesiam Dei. Matth. 16. v. 18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Ergo Ecclesia est quoddam ædificium, Christus ædificator, & auctor, rectórque principalis: eius in terrâ Vicarius summus Pontifex, Petri in hac iurisdictione successor: qui ob eam causam dicitur Petra fundamentalis, cùm Christus sit etiam primum, ac præcipuum Ecclesiæ fundamentum, cui tota structuræ moles innititur: quin, quod magis mirere, est lapis angularis, diuersas partes, & parietes ædificij complectens, & copulans: vt cap. 28. v. 16. copiose disputo, ad illud: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum, in fundamento fundatum.* Vide præterea S. August. Psal. 86. v. 1.

Christus petra fundamentalis, & angularis.

131. Considera bone lector, quot, & quanta munia obeat in hoc spirituali ædificio Christus, cùm sit eius artifex, finis, exéplar, & quodámodo materies, existens, & subsistens loco fundaméti, & lapidis angularis. quæ varia officia quî possint in vnum conuenire, docui c. 28. nominato. Hoc loco, aliud videtur exigendû, cur Ecclesia nominetur ædificiû. Sed non est obscura ratio analogiæ. Nã, vt ædificiû non est aliud, nisi series lapidû (seu rerum similiû) & compositio, qui inter se connexi, quo côstare, & perstare possint, alicui fundaméto insidunt. Sic Ecclesia ex multis fidelibus inter se vnitis côponitur, & vni Christo, veluti fundaméto innititur. 1. Petr. 2. v. 4. *Ad quē accedentes lapidē viuū, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis.* Robur & firmitudo totius ædificij è fundaméto petitur: sic è Christo constantia, & stabilitas Ecclesiæ: Ioan. 15. v. 5. *Sine me nihil potestis facere.* In ædificio lapides alij super alios imponuntur, alij superiores, alij inferiores, alij maiores, alij minores, alij politiores, alij rudiores, sed omnes inter se ordinati, dispositi, cônnexi, alioquin, si essent dispersi, vel dissoluti, esset aceruus lapidû, non ædificiû. Hoc totum apertè cernitur in Ecclesia, in qua sunt diuersi gradus, ordines, status, officia fidelium, sed eodem fidei & caritatis inter se, & cû Christo fundamento coniuncti. Ephes. 2. v. 20. *Superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari Christo Iesu; in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in spiritu.*

Ecclesia cur dicitur ædificium.

Ædificij firmitas è fundamento.

Ecclesiæ gradus, & ordines varij.

Itaque indicatur series, & ordo lapidû: primus lapis est Christus, deinde Apostoli, & Prophetæ, qui suo in genere sunt fundamentû; his insidunt reliqui fideles, ordine quodam constructi, & dispositi. Obseruauit enim & vtiliter Beda, vt lapides in ædificio alij sustinentur ab alijs, præter fundamentû, quod sustinet omnia & nô sustinetur: sic fideles alios ab alijs sustineri, & portari, tum exéplo, tum doctrina, al... que rationibus: *vsque ad vltimū iustum, quāuis non prioribus portetur, quem ipse portare debeat subsequentem non habebit.* & hoc sensu capit ille Apostolum monentem Galat. 6. v. 2. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

Lapidum series in Ecclesia.

Beda.

Ob hasce, & assimiles conuenientias quas habet Ecclesia Dei cum ædificio, eius nomen alicubi induit. 132

Huius rei ab exordio mundi speciē quandā præmonstratā animaduerto. Mulieris enim primæ, matris omnium Euæ efformatio, & productio è latere Adami figura fuit apertissima & prænuncia Ecclesiæ efformandæ & educendæ e latere secundi Adami dormientis in Cruce, vt est apud Patres constantissimum: de quo c. 41. num. 339. quibus istic positis impono: Genes. 2. versic. 22. sic scribi; *Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.*

Euæ formatio figura Ecclesiæ.

133. S. August. lib 9. c. 13. in Genesim quæstionē ita excitauit: *Cur non dictū est, finxit, aut fecit, sicut in omnibus supra operibus, sed ædificauit, inquit, Dominus Deus illam costam, non tanquam corpus humanum, sed tanquam domum? Non est itaque dubitandum, quoniam hæc facta sunt, & stulta esse non possunt, ob aliquid significandum esse facta, fructum futuri sæcule, ab ipso iam primordio generis humani, Deo præscio in ipsis suis operibus misericorditer prædicante: vt certo tempore seruis suis, siue per hominum successiones, siue per suum spiritum, vel angelorum ministerium, reuelata, atque conscripta & promittendis rebus futuris, & recognoscendis impletis testimonium perhiberent.*

S. August. Cur quoniam Eua ædificata.

S. Scripturæ temporum successione.

134. Ergo August. aliquid hac loquendi forma præsignificari, & prædici existimat, quid verò hoc sit, ipse non definit. Alij aliò trahunt. Sed cùm conueniat formationem Euæ figurā fuisse formādæ Ecclesiæ, & Ecclesia sit veluti domus, ac ædificium, non video quid aptius potuerit præsignificare illa costæ ædificatio in mulierē, quā à Christo & è Christo ædificandā fore Ecclesiā. Itaque Deus supposuit costam Adami, vt fundamentū, & ei reliqua imposuit & addidit quę erāt necessaria ad integritatē & perfectionem corporis muliebris, & quia hæc conditio fœminæ præmonstrabat Ecclesiā, dicitur costa à Deo ædificata in mulierē. Et quia fundamētum debet esse cæteris partibus ædificij solidius & firmius, quippe cui reliquæ insistunt, ideo in ædificanda muliere non caro, non neruus, non cartilago iacitur, & substernitur, sed os, quo nihil in corpore fortius, & valētius. Sic & Christus ipse in Ecclesia est lapis fundamentalis, vt vidimus, & Paulus alibi etiam expressit 2. Corinth. cap. 3. vers. 11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.*

Augustinus asseritur doctum. Eua dicitur ædificata quia figura Ecclesiæ.

Cur Eua os esse fit.

135. Deniq; quia in ædificiis præcipua laus petitur à firmitate, & hæc à fundamētis: Matth. 7. v. 24. *Assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domū suam supra petram.* Tales enim domus solent esse diuturnæ, nā quæ mobili fundamento imponuntur; non permanent. Iccirco Ecclesia dicitur ædificari, & supra petram, qui est Christus, non erigi, vt tabernaculum aliquod, aut

Ædificia laus prima à fundamento.

Ecclesia domus ...

teutorium.

tem[illegible]um quod non est stabile & fixum, sed mob[illegible] alis [illegible] Synagoga, & lex illa Mosaica, & omnis [illegible] crificiorum, ac victimarum moles, ordo & constructio. At quia Christus erat fabricaturus Ecclesiam sempiternam, ad finem vsque seculi duraturam, Ciuitatem Dei ædificaturus esse promittitur. Vide retrò cap. 42. num. 80. 81.

136. Psalmus 47. totus est de hoc argumento, vt placet Patribus Latinis, & pluribus Græcis. De quo etiam planissimè apud Aggæum c. 2. v. 8. *Et mouebo omnes Gentes, & veniet desideratus cūctis Gentibus: & implebo domum istam gloriâ dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meū est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ, dicit Dominus exercituum.*

Ecclesia prædicitur. Templum instauratum post reditum à Babylone non fuit melius antiquo. Quo loco quantumuis se intorqueant Hebræi, & Hebraicis interpretationibus addictiores, nunquam valebunt ostendere, templum instauratum permissu Cyri fuisse magnificentius & gloriosius priori ædificato à Salomone, ac proinde intelligi debet de templo spirituali, & domo, quam Christus Dominus à fundamentis exstruxit: aut cum Iudæis obstinationibus somniandus fuerit venturus Messias, a quo Templum Ierosolymitanum sumptuosissimum fabrefiat. Sed si de omnibus prophetiis, quibus Ecclesiæ Christianæ institutio sub hoc vocabulo Domus, Ciuitatis, vel fabricæ prędicitur, esset hoc loco differendum, in immensum procederet opus, quare ab eo calamum amoueo.

137. *Captiui quibus modis soluantur.* *Captiuitatem meam dimittet non in pretio, neque in muneribus.*] Ad hoc præindicandum aliquas partes egit Cyrus: gratis enim dimisit captos Iudæos. Triplex enim consueuit intercedere compensatio in liberandis captiuis. Vna est permutatio: vsitata apud hostes post bellum: cùm vicissim quos quis cœpit ex inimicis, restituit. Altera est, cùm munera victori offeruntur, quibus ille placatus captos dimittit. Exempla passim in historia. Tertia est pactio, intercedente pretio, quæ emptio, seu redemptio dicitur. ex iis nulla dimissio est gratuita, sed quælibet est mercenaria. At Cyrus *Cyrus gratis liberat Iudæos.* non permutauit captiuos Iudæos: cùm hi nullos haberent alienos, quos possent reddere, neque munera, neque pretium accepit: imò ille reddidit vasa Templi, quæ abstulerat Nabuchodonosor. 1. Esdr. c. 1. v. 7 & sumtus præberi misit ad instaurandum templum. 1. Esdr. cap. 6. v. 4. atque adeo liberalissima fuit captiuorum manumissio.

138. *Christi liberalitas in redemptione.* Sed hanc Cyri liberalitatem & beneuolentiam superauit infinitis partibus verus liberator Christus: qui non modò non accepit ab hominibus pretium, aut munus, vt eos liberaret, sed ipse pretium persoluit, vt redimeret, & non aurum, vel argentum corruptibile, sed suum preciosissimum sanguinem intaminatum suæ diuinitati vnitū obtulit æterno Patri quo generis humani dimissioné & redé- *Redimit ex rigore iustitiæ.* ptioné promeruit, & procurauit de toto rigore iustitiæ. vt iure quidem optimo dixerit Pater hoc eodem versu: *Ego suscitaui eum ad iustitiam.*

Vers. 14 Hæc dicit Dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt: & tui erunt: Post te ambulabunt vincti manicis pergent; & te adorabunt, téque deprecabuntur: Tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus.

139. *Arias, Hie[illegible].* VLtima pars huius versus, quæ Cyro competere nequit, reliquas superiores ab eodem remouet, vt obseruant non pauci. Quare, cùm Cyrus nunc suas partes egerit in hac repræsentatione: accepto commeatu per nos licebit a proscenio discedere, donec sit redeundi occasio, & vicissitudo.

Cùm conueniat inter expositores, paucis dêtis, hæc de solo Christo prædici, cóstat eriā aut metaphoricè debere hæc nationū vocabula sumi, aut in his tribus Gentibus alias cótineri. Et qui historiā, Cyrique victoriā litteraliter exponūt, aliquā debebunt afferre rationé, ob quam hosce populos Vates recensuerit, potiùs quàm

140. alios à Cyro debellatos. Missos enim facio qui docēt cū Iudæis redeútibus è captiuitate, & ex variis regionibus aduenisse aliquos Ægyptios, Æthiopas, & Sabæos, illisque seruiuisse. id enim, vnde probent, non habent: nos autem habemus, vnde improbemus: quia hîc agitur de *Cum Iudæis non redeunt alienigenæ serui.* reditu ab exilio Chaldaico: in Chaldæa verò non erant eiusmodi populi. Dein, quia vt daremus Iudæis reuertentibus aliquos alienigenas adhęsisse; esset credibile, fuisse plebeios, quippe qui se eis subiicerent ad seruiendum: at hoc loco nobiles quique & potentes describuntur. Multo minorem speciē veri nanciscitur scholium Varabli: prædici stragem exercitus Senacheribi, in quo fuerunt hæ gentes; nam cùm *Vatablus refellitur.* hæc Isaias prædiceret, illa iam victoria transierat, quam nō vt futuram, sed vt præteritam describit Vates c. 37. Deînde capite eodem 37. v. 9. ita traditur: *Audiuit* (scil. Senacherib.) *de Tharacâ rege Æthiopiæ dicētes: Egressus est, vt pugnet contra te.* quod cùm non possit non esse verissimum, quomodo Vatablus affirmat in exercitu Sennacheribi contra Ierusalem fuisse Æthiopas? Demum quicumque in illo exercitu fuerunt, aut occubuerunt perculsi ab Angelo, aut aufugerunt: vnde non transierunt ad Iudæos, multo minus eos adorauerunt.

141. *Assertores historiæ non iuuant. Cur hæ nationes solæ positæ.* Ergo reuertamur ad assertores victoriarū Cyri, & ab eis quæramus, cur has solas commemoret Isaias. aliis multis tacitis. & quidquid responderint, facile nos transferemus ad Christum. Aio igitur, vel quoniam hi populi erant superstitiosissimi, quod sequitur Hieronymus, & alij: vel quia ij primo quoque tempore venturi fuissent ad Euangelium, quod colligitur ex Actis Apostolorum c. 8. vers. 27. & ex Psal. 67. vers. 31. *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo.* de quo nos ad dictum Psalm. vel in his regionibus singulariter Religio Christiana viguerit. Ait enim Eusebius l. 6. Demonstr. c. 20. plus apud Ægyptios, quam *Fides floruit in Ægypto, primo quoque tempore.* apud alias Gentes Euangelium inualuisse, & lib. 9. Demonstratione 2. Ægyptios fuisse autores idololatriæ, & esse ingens argumentum potentiæ Christi, conuerti primos ad fidem.

142. Denique quia hæ gentes finitimæ erant Iudæis, & notissimæ, cum quibus bellum, & pax alternauerat, idcirco earum nomina Vates cōcepit, & expressit. Ex iis pluribus caussis seli-

gat lector quam maluerit, aut è multis, vt sibi amplius satisfaciat, vnam componat. Sed non prætereunda fuerit Vatis nostri diligentia, & elegantia, qua quemque populum suo proprio epitheto distinxerit. *Ægyptum laboriosum* cognominat, quòd agris colendis se exerceret assiduè; nam agricolæ vulgo laboratores, Hispanè, *Labradores*, Græcè *γεωργοὶ*, terræ operatores appellantur.

Vates diligens, & elegans. Agricultura vigens in Ægypto. Est laboriosa.

Ægyptus Nili inundationibus, & oblimationibus feracissima frumenti fuit. Æthiops non ille occiduus, sed ad ortum solis vergens maris vicinitate, & opportunitate inuitatus mercaturæ & negotiationi se dederat: ex hac re ab Isaiâ seu commendatur, seu cognominatur. Sebaim à procerâ corporis staturâ, si acquiescimus Forerio, *viri sublimes* dicuntur. Hebr. *Viri mensura*, sed supplendum est, *magnæ*. vnde LXX. *ὑψηλοὶ*, *alti*, *proceri*: hoc magis probo, quàm quod alij ad mensuras, & funiculos, quibus agros mensurari, ac definiri solitum est, abstrahunt.

Æthiops mercaturæ deditus. Sebaim proceri.

143. *Ad te transibunt, & tui erunt.*] Voluntariam deditionem, & aliarum partium desertionem significat. Transitus enim ab vno ad aliud fit, quod bene congruit Gentilibus, qui ab idolis colendis transierunt ad Christum & desertis castris Dæmonum, ad signa & vexilla veræ Religionis & sanctissimæ Crucis sese transtulerunt. Defectio honestissima, & fuga summis laudibus prædicanda.

Transitus inter extrema fit. Gentilium defectio honestissima. Vide Aug. in Ioan. tract. 55.

144. *Post te ambulabunt, vincti manicis pergent.*] Mos bellicus post victoriam respicitur: victis enim victores vincula solent inijcere, & ad securitatem custodiæ, & ad indicium seruitutis. Sed iis accidit, qui vi & armis expugnantur, & capiuntur; at dedititij, qui se sponte, & alacriter dedunt, vinciri neque solent, neque debent. Vnde, cùm præcedat spontanea deditio, *ad te transibunt*: non ista concinerent, si esset propria locutio, & de Cyro: atque adeò metaphora est de conuertendis ad Euangelium: quibus voluntariè, & alacriter deditis vincula nihilominus inseruntur, manicæ, & compedes, & longæ catenæ; quibus tamen non grauentur, sed alleuentur, quibus vincti fiant liberiores, & expeditiores. Tertul. contra Praxeam. ca. 13. legit, *vinctis manibus*, sed quoad sensum, nullo discrimine.

Victis iniiciuntur vincula. Dedititi nō vinciuntur. Vincti in Christo sunt magis liberi.

145. S. Ambros. Psalm. 37. versic. 5. in illud: *Et sicut onus graue grauata sunt super me*; sic explanat Isaiam: *Ergo quando nos ingrauant nostra peccata, & talento quodam iniquitatis plumbeo ad terrena deprimimur, dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum, vt possimus oculos nostræ mentis attollere, & audire dicentem: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Denique Ægyptum auaritia onerabat, pecunia vexabat, mercatus Æthiopes, sicut scriptum est: Labor Ægypti, & mercatus Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt. Laborauit Ægyptus antequam cognosceret veritatem; sed iam non laborat, postquam transiuit ad Christū. sequuntur volentes Sabæi viri, qui ante fugiebant; quia tenent eos vincula caritatis, quæ adamante fortiora sunt.* Idem lib. 5. Epist. 25. longissimâ ad finem: *Quis refugiat eum, quem sequuntur alligati vinculis, sed vinculis voluntarijs, quæ soluunt, non alligant: quibus vincti vinculis gloriantur dicentes: Paulus vinctus Iesu Christi, & Timotheus? gloriosius ab hoc stringimur, quam ab alijs absoluimur & relaxamur.*

S. Ambros. Vitia vinciunt: & virtutes soluunt.

De qua spirituali alligatione, optabili quidem egi ad c. 41. num. 101. id reuisere non erit operæ perditæ.

146. *Et te adorabunt, teque deprecabuntur.*] Q... uis vtcumque hoc adaptari posset regi ... rum: sed quoniam iam è theatro discessit, quòd eius nunc persona non requireretur, non est cur intermisso & abrupto scenæ processu, eum reducamus.

De Christo patres veteres mira consensione declarant. Eusebius lib. 5. Demonstr. cap. 4. ad finem. Tertul. contra Praxeam. cap. 13. S. Athanas. de S. Trinitate dialogo 3. S. Hilarius libro quarto, de Trinit. paulo ante finem: qui totum hunc versum, & tres superiores eodem tractu recitat, & ex eis Arianos, quos ijs libris debellandos susceperat, acriter vrget. *Est ne adhuc aliquis*, ait ille, *temeritatis locus? an vlla relicta est ignorationis occasio? nisi id tantum reliquum sit, vt impietas se prodat. Deus ex quo omnia sunt, qui omnia mandando fecit, factis opera sibi assumens, non vtique efficienda, nisi dixisset, vt fierent, testatur regem per se excitatum iustum, ædificantem sibi Domino ciuitatem, & plebis captiuitatem auertentem, non cum præmio, neque cum muneribus, gratia enim omnes saluamur. Deinde ita loquitur, vt eum post laborem Ægypti, id est, seculi captiuitatem, & mercatus Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad eum transibunt. Et qui tandem existimandus est labor Ægypti, & mercatus Æthiopum, & Sabaim? Recordemur Orientis Magos adorantes Dominum, & munerantes, & laborem veniendi vsque in Bethlehem Iuda tanti itineris metiamur. In principio enim labore potius Ægypti, seculi labor demonstratus est.*

De Christo exponūt Patres. S. Hilar. Magi regn. Epiphania.

147. Et cùm Hilarius suam de regibus Magis expositionē ex Psalmo Dauidico firmasset: *Reges Arabum & Saba dona adducent. Sabaim* legit ille; subdidit: *Excelsi autem viri, qui ad eum transituri sunt, atque eum vinctis sequentur, qui tandem isti sunt, non in obscuro est. Respice ad Euangelia. Petrus Dominum suum secuturus præcingitur. Intuere Apostolos. Seruus Christi Paulus in vinculis gloriatur. Et videamus, an vinctus Christi Iesu, ea, quæ Deus de filio suo Deo fuerit locutus, impleuerit: Precabuntur, inquit, quoniam in te est Deus. Dictū itaque ab Apostolo recognosce, & recognitum intellige: Deus in Christo erat mundum reconcilians sibi.*

Hilar.

148. Hæc & aliorum Patrum, quos recensui, contorta iacula contra hæreticos eludunt, aut certè hebetant autores asserentes ad litteram conuenire ista Cyro. hac enim admissâ sententiâ, quibus Christi istioc probabatur Diuinitas, eū fas esset respondere, de Christo rem non esse, sed de Cyro id prædici: & quamuis ingereretur sensus mysticus litterali insistens, apud hæreticos pertinaces parum, aut nihil proficeretur. vnde Patres eo sensu cùm apud Catholicos pios agunt, facile vtentur, quoties verò cum infidelibus prælia faciunt, ab eo abstinent. Ergo cùm tāta vi, tantáque securitate hoc præsens testimonium Patres intorqueant, vt vrgeant aduersùs Arianos, neque alicubi legamus ab vllo fuisse amandatum ad C rum, fit exploratum, olim inter Christianos ductos, Christo Domino soli attribui. Alioquin non ita confidentes assiliret Hilarius, & prouocaret: Est ne adhuc aliquis temeritati locus? An

Tela patrum contra hæreses à nonnullis Catholicis hebetantur. Sensus mysticus non valet contra infideles.

An vlla relicta est ignorationis occasio? Cui sic acriter interroganti, & vegetè fuisset promtissimu respódere, hęc de Cyro sustlevaui: mia: quo responso necesse est, vt calor ille disputationis deferuescat, imò, & tota argumentatio frigescat. Et tamen non decet pium S. Scripturæ interpretem iis, qui Catholica castra propugnant aduersùs hæreticos & infideles arma præ manibus habita adimere, sed potiùs alia noua suggerere. Certè id mihi, pro mea tenuitate, facere iam diu est constitutum: nisi vbi tela & arma non ex publico armamentario S. Scripturæ, sed ex aliena & supposititiâ officina promerentur.

Non sunt arma contra hæreticos subtrahenda.

149\. *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus.*] Qui hoc etiam appingere Cyro conantur, rem & minime necessariam, & factu difficillimam suscipiunt. Certè S. Hieronymus, si quis superiora Cyro accomodasset, existimabat, vbi huc accessisset, cogi retexere quę fuisset exorsus; adeò esse perspicuum, hæc Medo non posse congruere.

Hoc nonnisi Cyro conuenit.

Quare alij cùm hoc perspicerent, & nollent à litera, & historiâ semel apprehensa dimoueri, ad populum Israeliticum attrahunt: & aiunt esse hæc verba proselytorum, & aduenarum, confitentium apud solos Iudæos esse veram Religionem, verúmque Deum in eo solo populo coli. Sed cùm superiora cum hoc contexta, & cohærentia ad Israelem adduci nequeant, vt disputabam n. 140. inde consequitur hoc ad eundem non pertinere. nam etsi id verè dici potuit, non tamen inducitur ab Isaia cui hæc oratio tribuatur & locutio tendens ad populum Iudaicum. Præterea S. Hieronymus id, quod proximè succedit: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator*: ita esse continens iudicat, vt discindi non possit. verba Hieronymi reddo: *Hebræi stulta contentione nituntur asserere, vsque ad eum locum, vbi legitur: Tantùm in te est Deus, & absque te non est Deus: vel ad Hierusalem, vel ad Cyrum dici. Hoc autem quod sequitur: Tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator: subitò ad omnipotentem Deum apostropham fieri: cùm etiam stultis perspicuum sit vnum contextum esse sermonis nec posse sensum diuidi qui in ipso narrationis ordine, & ratione coniunctus est.*

S. Hieron.

150\. Quod tanti interpretis testimonium eo libentior produxi, quoad alia plura loca intelligenda est opportunum: cùm eluceant, quanti facienda sit sermonis continentia, & consecutio: neque temerè, aut facilè comminiscendas esse apostrophas, & subitas abruptiones etiam in Vatibus. Vnde Forerius vsque ad v. 13. inclusiuè Cyrū prosecutus ad hunc 14. in quo sumus, cùm stetisset, verborum vi coactus ait: *Cyro autem hæc quam malè conueniant, non opus est dicere.*

Consecutio est magni momenti in S. Script.

151\. Ergo sentiamus, sermonem esse continentē, ab initio versus 14. ab vno, & eodem profectū, & ad vnum, & eundem directum, *Hæc dicit Dominus*; scilicet, Pater alloquens Christum Filiū: *Labor Ægypti, &c. ad te transibunt: Te adorabunt, téque deprecabuntur: tantum in te est Deus, & non absque te Deus* quod admirabiliter quadrat in mysterium Incarnationis. & duas esse personas Patrem, & Filium apertissimè conuincit: vt docent Patres allegati n. 146. In nullo enim homine fuit Deus, nisi in vno Christo, vnione hypostaticâ: 2. Cor. 5. v. 19. *Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* & Col. 2.

Incarnatio.

A v. 9. *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* In commentario istius Epistolæ expendo diligentiùs verba Pauli, sed huc ascitenda opportuniora: quia Deus est etiam, & habitat in aliis hominibus, & in aliis creaturis, oportuit hanc singularem habitationem ab aliis secernere: ideirco dicitur habitare *in Christo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

152\. Tribus modis est Deus in rebus omnibus; primò, potētia, præsentiâ, & essentiâ, & hic modus communis est rebus omnibus. Secundò, per gratiam, & hic modus proprius est Iustis. Tertiò, per vnionem personalem; & hic modus est singularis, & vnius Christi. Primo modo est in rebus aliquid diuinitatis, id est, effectus naturalis: B secundo modo est ipsamet diuinitas vnita per dilectionem, & in beatitudine perfectiùs, & pleniùs per claram visionem: tertio modo est vnio perfectissima, tanta, quanta potest esse maxima, quia est personalis, coniunctio diuinæ naturæ & humanæ, in vnitate personæ: ad quem modum singularissimum explicandum, & ab aliis distinguendum vsus est Apostolus iis vocibus, *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

Deus est in rebus, tripliciter.

Vnio hypostatica.

153\. S. Hilarius strenuus propugnator diuinitatis Filij in fine lib. 8. de Trinitate, premens hoc idem Apostolicum testimoniū, & eo opprimés Arianos sic disputat: *Omnis verò corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo est. Et interrogo, cuius* C *in eo diuinitatis plenitudo est. quæ si non Patris est, quem mihi Deum alium vanus Dei fallax prædicator imponis, cuius diuinitatis plenitudo habitet & in Christo? Si verò Patris est, edoce quomodo corporaliter hæc in eo inhabitet plenitudo. Si enim corporali modo Patrem in Filio recludas Pater in Filio habitans, non expectabit in se. Sin verò, quòd est potius, corporaliter in eo manens diuinitas, naturæ in eo Dei ex Deo significat veritatem, dum in eo Deus est, non autem per dignationem, aut per voluntatem, sed per generationem verus, & totus corporalis secundum sui plenitudinē manens, dum quod ipse est, id etiam per natiuitatem Dei in Deum natus est, neque diuersum, aut diuisum, aut differens aliquid* D *Deus in Deo est, cùm id quod est, corporaliter habitet in Christo, & quidquid inhabitat corporaliter, id ipsum secundùm diuinitatis est plenitudinem. Quid humana sectaris? quid maniorum deceptionum doctrinis inhæres? quid mihi affers vnanimitatem, concordiam, creaturam? Plenitudo diuinitatis in Christo est corporaliter.*

S. Hilarius acerrimus defensor diuinitatis Christi.

Hilar.

Deus in Christo vt est

154\. Non minori grauitate, quàm eloquentia nobis explicuit S. Hilarius, quemadmodū in Christo sit Deus, multo secus, quàm aliis hominibus: & aduerbium *corporaliter*, visus est exponere, *substantialiter*, seu naturaliter. & lib. 9. sub initium, obseruat, Paulum sub ea verba adiicere: *& estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Neque sanè ait* (sic Hilarius) *estis* E *repleti, sed, in eo estis repleti, quia per fidei spem in vitam æternam regenerati, ac regenerandi omnes nunc in Christi corpore manent.* Itaque in Christo alia est plenitudo, atque in nobis: in illo corporaliter; *quia & in Christi corpore, quod assumsit ex Virgine, tanquam in templo habitat Deus*; vt dixit S. Augustin. ad finem Epist. 57. in quâ longissimâ & eruditissima disserit, *Quomodo Deus vbique sit*; sed cum Augustinus ait: *In Christi corpore, tanquam in templo habitat Deus*, subintellige, quod suamet diuinitate consecrauerit,

Corporaliter quid.

Hilar.

Aug.

Deus vbique.

A & penitus impleuerit, in nobis verò est aliqualis plenitudo, cùm *caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*; & cùm de *plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia.* *Rom. 5. v. 5. Ioan. 1. v. 16.*

155. Quæ cùm ita sint, bene conuenit Christo: *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus*; quia quo exposuimus modo, Deus non est nisi in Christo. Sed videri possit, frustrà poni posterius colon huius orationis, *& non est absque te Deus*, cùm nihil sit aliud quam præcedens: *Tantum in te est Deus*. L X X. fortassis ob id aduerbium, *tantum*, verterunt in Ἐν: *quia in te est Deus, & non est præter te Deus*. At, si, *in te est Deus*, exponitur, vt par est, de Incarnatione, tantundem dicitur sublato aduerbio, *tantum*, B primum concedi posset, dici idem vtroque membro, & esse expolitionem, vel quia res esset grauissima, iterationem eiusdem rei. *LXX.* *Expolitio, aut iteratio.*

156. Deinde ex Hebræo aliam licet elicere responsionem, sic enim ad verbum habet: *Tantum in te Deus: & non amplius præter Deum.* quem textum ex vsu sanctæ linguæ contractum si laxaueris, addito hoc, *quod quæratur*, diuersus sensus, & appositus existet: id est, Tu solus inter homines & inter Angelos es Deus: atque adeò præter te Deum simul, simul & hominem, ampliùs nihil quòd homines debeamus quærere, vel expetere. in te sunt omnia nobis necessaria, & optabilia ad salutem, & ad vitam sempiternam. *Hæc est autem vita æterna; vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Ioan. 17. versic. 3. Ad beandam animam sola Dei Trini, & vnius visio sufficit. ad eam visionem adipiscendam diuina gratia requiritur, & est satis, quæ hominibus, ob Christi Incarnationem, & merita conceditur. Vnde extra Christum nihil est, quod requiramus: in eo est summa rerum, in eo habemus conditorem, redemptorem, Doctorem, exemplum, Aduocatum, & patronum; vno verbo in eo sunt omnia. Ille nos creauit, ille factus homo nos recreauit, & redemit, ille gratiam offert & confert non aspernantibus. ille nobis gloriam promeruit, ille denique vt Deus vnà cum Patre, & Spiritu sancto est futurus in altero seculo beatitudinis essentialis obiectum; & idem vt homo accidentariam felicitatem complebit, quare præter hunc hominem Deum non est amplius, quod desiderari possit. Eadem sententia, si suppleatur eâdem ratione Vulgata, conformabitur: *Non est absque te Deus*; scil. *Deus*, in vocatiuo: *absque te* non est quod desiderem: vt illud Psalm. 72. versic. 25. *Quid enim mihi est in cælo? & à te, quid volui super terram? A te*, id est, præter te, absque te, si à te discessero. *In Christo sunt nobis omnia.* *Gratia ex meritis Christi.*

157. Demum, retentâ lectione Latinâ, & constructione, vt *Deus* sit in casu nominandi, & nullum sit supplementum, sensus alius commodus & satis simplex accipi potest in hunc modum: *Et non est absque te, Deus.* hoc est, sine te, sine tua operâ, & interuentu, non est Deus: nulli erit Deus quo ad salutem; quia absque te, non est salus vlli hominum. Act. 4. versic. 11. *Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in aliquo alio salus: nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Quod non solùm intelligi debet de tempore post Aduentum Saluatoris, sed de tempore toto antecedenti. nullus enim ab initio mundi saluus fuit, qui salutem non acceperit per Christum. ergo absque Christo, Deum nemo possidet. quod licet intelligere in iis verbis: *Absque te non est Deus.* Orig. in Iosue hom. loquens de Rahab: *Ipsa autem signum coccineum ponit in domo sua, per quod saluari debeat de excidio ciuitatis. Aliud nullum fuit signum quod acciperet, nisi coccineum, quod sanguinis formam gerebat. Sciebat enim quia nulli esset salus, nisi in sanguine Christi.* *Sine Christo, nihil boni: nec antiquis iustis.*

Quòd si quis hunc totum versum ad Ecclesiam Christi, ad Ciuitatem Dei, cuius mentio præcessit, accommodet, neque sine autore, neque me inuito fecerit. *Adam. hic.*

Vers. 15. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.

158. PRout quisque exorsus est capitis interpretationem, & produxit hucusque, ita ferè exponit istud. Qui Cyro hærent, & Vatem loquentem faciunt, ab eo nominari Deum absconditum dicunt ob eius occulta consilia, qui Cyro fuerit vsus ad liberationem populi sui, & templi restaurationem: quod hominum nemini veniret in cogitationem.

C Qui aduenarum adhærentium Israeli hanc esse orationem imaginantur, eos inducunt loquentes: *Tu es Deus absconditus*; nobis scilicet, ad hoc vsque tempus ignotus. Cui intelligentiæ suffragatur lectio Græca: *Tu enim es Deus, & nesciebamus.* Etsi Aquila habet, vt Latina: *Tu Deus absconditus*. Sed de iis exposui quid censerem. Accedo ad eos qui Euangelium hic agnoscunt. Ex his quidam de Deo secundùm se accipiunt: vel quia ex se est inuisibilis non solùm oculis corporis, sed etiam mentis, si solùm habeant naturale lumen: quippe qui *lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Et Psalm. 17. versic. 12. Et *posuit tenebras latibulum suum*, & alia id genus multa. S. Thom. Lyra, Dionys. ita sentiunt. *Deus inuisibilis, & absconditus.* *1. Tim. 6. v. 16.*

159. D Alij non tam ad essentiam ipsam Dei inuisibilem, quàm ad abstrusa eius iudicia & consilia reuocant. Mariana noster, & Sanctius, etsi posterior, quoad Cyri expeditionem. *Consilia Dei occulta.*

160. Plerique ad Incarnationis occultissimum sacramentum iure quidem optimo deferunt: & superioribus expositis conuenientissimè. Deus enim abscondit suam diuinitatem, & occultauit assumto corpore humano, passibili præsertim, atque mortali; & ita abscondit, vt Dæmonem tantæ sagacitatis & acuminis fefellerit, & habuerit anxium, atque solicitum diu an lateret sub illa humanitate diuinitas. Nunquam E enim hostis humani generis mortem Christo Domino suisset machinatus, si diuinitatem ibi absconditam cognouisset. S. Leo serm. 2. de Natiuit. *Cùm igitur misericors omnipotensque Saluator ita susceptionis humanæ moderaretur exordia; vt virtutem inseparabilis à suo homine Deitatis, per velamen nostræ infirmitatis absconderet, illusa est securi hostis astutia, qui natiuitatem pueri in salutem generis humani procreati, non aliter sibi, quam omnium nascentium putauit obnoxiam.* Iccirco aggressus est moliri Christo Domino interitū, & cùm iam damnatio impenderet, & suspica- *Incarnationis mysterii abstrusum.* *Deus latet in Christo.* *Diabolum latuit.* *S. Leo.*

tet ut

Matth. 27. v. 19.

cetur diuinit[illegible]tem absconditam esse, per vxorem Pi[illegible]ti nisu fuit cædem Domini impedire: vt placuit veteribus & nobilibus autoribus. Certè eo consilio Diabolus tentauit in deserto Christum, vt sciret, an esset Deus, an homo merus, certus, si ad peccandum impulisset, non esse Deum.

Matth. 4. v. 1. *Diabolus dubius de diuinitate Christi, eum tentat.*

161. Ergo multùm erat absconditus in illo homine Deus, qui diu latere potuit diabolum oculatissimum, & cupidissimum sciendi, quis esset. Sed quàm fuerit arcanum, quamque absconditum hoc mysterium, si copiosè nobis esset disserendum, volumen iustum opus fuisset conscribere, quod non est opus ad præsentis loci explanationem.

162. *Incarnati Dei finis, est fides & conuersio mundi.*

Quod verò Isaias adiungit: *Deus Israel saluator;* finem fructumque Dei absconditi, Verbi incarnati subindicat, nempe vt colatur ab Israele, non ab illo tantùm, qui erat secundùm carnem, sed ab eo, qui futurus erat secundùm spiritum, de quo sæpius, eiúsque fieret Saluator. Itaque Deus ideo sub carne se abscondidit, vt se meliùs hominibus ostenderet: ideo se texit, velauitque vt commodiùs se generi nostro reuelaret. Nisi enim Deus maiestatem suam infirmitate humani corporis attemperasset, eam homo infirmus capere non potuisset. In sua enim diuinitate Deus cibus erat Angelorum, non hominum. August. Psalm. 119. in titulo: *Quomodo cibum mater comedit, vt per carnem traiiciat ad infantem lactentem, lac factum: sic cibus Angelorum Dominus, Verbum caro factum est, & factus est lac.*

Deus se carne texit, vt meliùs se homini manifestet.

Aug. *Simile.*

165. *Deus splendorem attemperat, vt videatur.*

Diuinæ naturæ splendor ille immensus oculorum nostrorum aciem ne perstringeret, & obcæcaret, oportuit induere carnis velamen, vt ita moderatus à nobis posset spectari. Origenes ad finem homil. 3. in Iosue; tractans signum illud coccineum mysterio non vacuum sic ait: *Quod autem in fenestra pendet hoc signum, illud arbitror indicari, quia fenestra est quæ illuminat domum, & per quam non integrũ sed tantum quantũ oculis, & visui nostro sufficiat luminis, capimus: Quia ergo & Incarnatio Saluatoris non nobis merum ingessit, & integrum Deitatis aspectum, sed tanquam per fenestras, fecit nos per Incarnationem suam lumen Deitatis aspicere, idcirco mihi videtur signum salutis per fenestram datum.*

Orig. — Iosue 2. v. 18.

Itaque nisi Deus imbecillitati & humilitati humanæ consulens se ipse coangustaret, & cõtraheret factus homo, homo ad diuinæ Maiestatis celsitudinem niti non posset. Aug. Psalm. 134. vers. 3. *Psallite nomini eius, quoniam suaue;* sic istam Dei dignationem, & hominis dignitatem euoluit: *Multum ad te erat gustare suauitatem Dei, quia remota erat illa, & nimis alta: tu autem nimis abiectus, & in imo iacens. in magna ista separatione missus est Mediator. Non poteras ad Deum homo: Deus factus est homo, vt quoniam homo potes ad hominem, qui nõ posses ad Deum; per hominem venires ad Deum. & factus est Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Sed si homo solùm esses, hoc sequendo quod es, nunquam peruenires: si Deus solùm esset non comprehendendo quod non es, nunquam peruenires. Deus factus est homo, vt hominem sequendo, quod potes, ad Deum peruenias, quod non poteras.* Vide eundem Augustin. Psal. 130. v. 2.

S. August.

Deus se demisit, vt eum homo attingat.

164. *Deus velat carne, vt videatur.*

Vt enim Moyses *posuit velamen super faciem suam,* Exod. 34. v. 33. vt possent filij Israel ferre splendorem inde procedentem, & cum eo colloqui, & agere: sic oportuit Deum velamen carnis nostræ assumere: vt possemus cum eo versari, & ille posset salutis nostræ negotium transigere. vnde probè Isaias versus ad Deum exclamat, *Vere tu es Deus absconditus, Deus, Israel. Saluator.*

Pintus: *Deum absconditum,* ad Eucharistię mysterium allegat: placeret allegatio, quia pia, si niteretur ratione.

De Eucharistia Pintus exponit.

Meliùs Hugo de Passionis Dominicæ tempore, quo supra modum abscondita erat Christi diuinitas. De quo Abac. c. 3. v. 6. *Cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.* Hieronymus illic: *In cruce ergo paulisper abscondita est fortitudo eius, quando dicebat ad Patrem: Tristis est anima mea, vsque ad mortem; & in ipsa cruce: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Sed de hac absconsione infrà c. 53. v. 3.

Diuinitas abscondita in Passione. — Hieron.

Vers. 16. Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.

Saluatoris accessu decessuram esse de mundo superstitionem, & idolomaniam spississimè prædicitur à Vatibus, & vt quædam nota certissima cognoscendi Messiæ proponitur, suprà c. 27. v. 9. num. 27. Neque solùm idolorum adoratores destituros ab ea impietate, sed pudore afficiendos, vbi veræ Religionis lumen illis affulserit, quod se tali flagitio contaminauerint. Qua de confusione etiam cap. 1. v. 29. *Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt,* &c. vide istuc. 165.

Saluatore accedente decedit idololatria. Id est nota certissima Christi. Idololatria est puderi.

Hic attendendum, quomodo appellentur, *Fabricatores errorum.* Hebr. *fabricatores angustiarum, seu dolorum.* quo nomine non modò idoloplastæ, sed etiam idololatræ comprehenduntur: vtrique enim fabricantur, illi manibus, isti cogitatione, vtrique fingunt, & componunt: & vtrique sibi comparant angustias, labores & dolores, vbi rebantur se inuenturos esse leuamen, & præsidium. Sed istiusmodi stultitia & insania satis alibi fuit exagitata, si tanta impietas satis explosa videri debeat. 166.

Est doloris.

Vers. 17. Israel saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi.

Iam pauciores sunt, qui hoc ad salutem per Christum afferendam non referant. Nam licèt interdum hoc nomen, *Æternus,* & *Æternitas* pro longissimi temporis spatio sumitur, tamen quia plerumque durationem interminabilem significat; dispicienda sunt rerum, quibus tribuitur, ingenium, & natura: nam si hæc non repugnet, propriè, & ex vsu communi capiendum est. Quare cùm salus, & libertas, quã attulit Cyrus, non fuerit diuturna, neque secura, vt patet ex historia librorum Esdræ, & Machabæorum: quo tempore grauiter Iudæi fuerunt oppressi, & afflicti: cui calamitati successit 167.

Æternitas quomodo capiatur.

Iudæi à captiuitate Babylonica deinceps afflicti.

impetium Herodianum, & Romanum, ac tandem excidium Ierosolymitanum, & seruitus: fit inde, salutem hoc loco promissam aliam esse & fœliciorem, & diuturniorem: scilicet à Christo conferendam sempiternam, & in sæculum sæculi.

168. *S. August. Æternum pro spatio extenso.*

Sic enim S. Augustinus Psal. 104. vers. 10. *Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum*, quia apud Græcos legit *αἰώνιον*, *quod nusquam nostri*, (ait ille) *nisi æternum interpretati sunt: vitæ autem aliqui alicubi αἰώνιον, æternale dixerunt, nisi fortè, quia αἰῶνα familiarius interpretetur sæculum, αἰώνιον non æternum, sed sæculare interpretari velint, quod neminem ausum fuisse commemini.* Si S. Augustinus, inquam, noluit ibi intelligere Testamentum vetus, quia succedente nouo fuit abrogatum, sed contendit debere intelligi nouum, quod est propriè æternum: quanto minus hoc loco salutem illam breuissimam admitteret dici sempiternam? Iam, cùm adiungitur: *Non erubescetis vsque in seculum seculi*; omnis tollitur ambiguitas, & summa perpetuitas traditur. Hebraicè, *vsque in secula vsque*. quod rectè vertitur a Latino, *in seculum seculi*, vel *in secula seculorum*, i. in secula infinita, nunquam finienda.

Libertas per Christum perpetua.

169. *Libertas à Babylone fuit angusta, & breuis.*

Est tacita quædam collatio: ac si diceretur, Salus illa è Babylone redeuntibus erit, durabitque vno seculo, aut altero: at salus, qua saluabitur Israël in Domino, de quo antea, in Deo abscondito, erit salus æterna, salus omnium seculorum. Populus ille ereptus ex ignominia & probrosa ac pudenda seruitute Chaldaica, confundetur iterum, & erubescet ab aliis regibus retractus in seruitutem: at vos semel à Deo vestro liberati iugo Satanico *non confundemini, & non erubescetis vsque in seculum seculi.*

Vers. 18. Quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam; vt habitaretur, formauit eam. Ego Dominus, & non est alius.

170. *Nexus.*

DE nexu huius loci cum superioribus est mihi tota difficultas, & præcipuè, eius partis, *vt habitaretur, formauit eam*: scil. terram. quorsū enim Deus nunc infertur à Vate *creans cœlos, & formans terram*, vt habitetur?

Quibus visum fuit, tractari reditum è Babylone in Iudæam, facile se expediunt, cùm docent, reddi rationem remigrationis nempe ne terra promissionis esset vasta, & vacua habitatoribus, contra quem finem fuisset à Deo facta. Ceterùm in hoc explicatu, *Terra*, non esset orbis terrarum, sed illa portio exigua Palæstinæ, aut etiam minor, quæ fuit occupata à Iudæis redeuntibus, scil. Ierusalem, & circà aliquæ vrbes: & ita exponit Sanctius.

171. *Terra iuncta cœlo pro toto mundo ponitur.*

At cùm terræ creatio iungitur cum creatione cœlorum, tota terrarum amplitudo significatur, vt ex aliis locis sumitur: imò his duobus nominibus solet comprehendi creaturarum vniuersitas: exemplis ostendi cap. 1. num. 46. vndè cùm ait: *Hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, plastes eius:* non est, quam ob rem ad Iudææ portiunculam coarctemus. Deinde cùm adiungit: *Non in vanum creauit eam; vt habitaretur, formauit eam*, palam est, Hebr[illegible] doctis alludere ad Genes. c. 1. vers. 2. *Terra autem erat inanis & vacua*; vbi, *inanis* Hebr. תהו *thohu*, idem quod hîc *in vanum*: quæ terra cum esset aquis operta, eam Deus, aquis aliò accumulatis, magna ex parte discooperuit, vt ab homine, & aliis animantibus [illegible] seruitutis habitaretur. Genes. 1. vers. 9. [illegible]are recens creatis primis hominibus benedixit Deus, & ait: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam.* Genes. 1. vers. 28. *Replete terram* ne sit vasta, & vacua, ne sit solitudo, *non enim in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam.*

Allusio.

Terram nudat Deus hominibus.

Hæc allusio tam aperta non patitur nos accipere terram pro aliqua eius particula, sed pro toto orbe terrarum. Sed quam ob causam Deus hunc finem orbis conditi, scil. eius habitationem commemorat? S. Thomas existimat hanc esse è pluribus rationibus vnam, quæ nos pertrahat ad Deum cognoscendum, & colendum: quòd Deus ita hominem & æstimarit, & dilexerit, vt ei ad domicilium, terram strauerit, & apparauerit: iuxta illud, *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Sed restat in hac declaratione scrupulus, quia dicit, *non in vanum creauit eam, vt habitaretur, formauit eam.* hæc enim oratio indicat, Deum velle sint homines, à quibus terra habitetur: Deum nolle, terram esse vastam, & solitariam: quod aliud esse videtur, quàm quod affert S. Thomas. 172.

Domicilium Deus hominis strauit.

Psal. 113. vers. 16.

Sed aduertito, alludi ad Genes. 1. vers. 2. vt docui dudum num. 171. & hîc Hebr. ita habere: *non inanem creauit eam, ad habitandum formauit eam.* itaque est expressa, & diserta interpretatio Genesis: Deus enim primum creauit terram *inanem, & vacuam, thohu*: LXX. *ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος*: erat sine specie, inspeciosa, & impræparata: inaspectabilis, & inornata, informis: hanc Deus non in eo primæuo statu reliquit, sed conformauit, apparauit, ornauitque vt esset apta hominum habitatio. id ipsum describitur hoc loco ab Isaia: *Ipse Deus formans terram, & faciens eam* præpostere, vt quidam volút, pro, *faciens terram, & formans eam.* Sed nihil inuertitur: nam est sensus) formans est idem qui faciens, id est, formauit qui fecit, *ipse plastes eius*: Hebr. stabilitor, firmans eam: a radice כון *chun*, quæ est etiam parare, præparare, quæ notio ad habitaculum rectè accommodatur. Iam illud quod nos commouebat in hac S. Thomæ expositione, non impedit: sc. *non in vanum creauit eam.* hæc enim est sententia verborum: Non reliquit terrā in illa inanitate, & vastitate, in qua primùm creauit eam: sed ex informi formauit, & ornauit, vt habitari posset commodè ab hominibus. Ergo ob hoc beneficium debet ab iis diligi, & obseruari. 173.

Exponitur.

Deus ornauit eam hominibus.

Deus [illegible] quid [illegible] terram [illegible] habitandam.

Ceterùm alia succurrit explanatio magis cohærens superioribus, & non minus vtilis. Cùm enim promissus fuisset Saluator mundi, & conuersio Gentilium, idolorúmque subuersio, Deus causam affert, cur tantus Princeps, moderatórque descenderet in terram, Deus nimirum factus homo, non modò habitu, & specie hominis: quia Deus ab initio sibi præstituerat, vt orbis terrarum incoleretur ab hominibus sui cultoribus, ab iis, qui autorem suum agnoscerent, timerent 174

Vanus est terra, quæ non colitur à hom.

timerent, d l g renr: ab eiusmodi incolis voluit habitari, & impleri terram, alioquin, vanam, vacuam, & inanem futuram, quantumuis alijs hominibus plenam. Nam, vt *vani sunt omnes homines, in quibus non subest sciētia Dei, & de his, quæ vide(n)tur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex*; sic terra ab hisce habitatoribus occupata, est vacua, & in vanum condita: res enim quæuis inanis & vana dicitur, si sit expers eius, ad quod capiendum est facta, tametsi sit alterius corporis plena: vt vter plenus aëre, ædes plena tomentis. adi suprà cap. 40. numero 486.

Sap. 13. v. 1. Homo est inanis si careat Deo.

175. Ergo cùm Dei fuerit antiquum propositum, terram non esse vastam, & desertam, sed habitari, & incoli, & Dei propositum nequeat esse inane, & irritum, cùmque ad illud vsque tempus deessent habitatores, & cultores terræ, quippe qui omnes ferè essent cultores idolorum, atque adeò *vani*, qui non *operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex: Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & lunam rectores orbis terrarum, Deos putauerunt*; cùm tales homines obtinerent orbis vniuersi regiones, excepto Iudææ vmbilico, in quo etiam fides & infidelitas vices suas habebant: oportuit tandem aliquando de cœlis descendere, qui pulsâ hac colluuione errorum, viriorúmque terram efficeret habitari: nam Deus *non in vanum creauit eam, vt habitaretur, formauit eam.*

Ante Christi aduentum terra erat vacua.

Sap. 13. v. 1.

176. Et nunc videre licet, quàm aptè diuina Sapientia hoc ipsum adumbrauerit in primordiis mundi: nam primò fecit terram *tohu ve bohu*, inanem & vastam, vt vidimus num. 173. & deinde depulsâ illâ inanitate & vastitate ad eam speciem, formamque redegit vt posset habitari, & tunc ab hominibus ad imaginem & similitudinem suam conditis repleri iussit. Genes. 1. versic. 27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. Benedixitque Deus illis. & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram.*

Figura terræ vacuæ & implendæ.

Ita Deus passus est aliquot seculis terram esse inanem & vacuam; carere, vbique ferè, cultoribus suis, *at vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui erant sub lege, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Et ab eo tempore pleno cœpit repleri terra, & esse plena, & habitari, & habere cultores sui, quippe cultores Dei. Vt enim antequam primus Adamus, & prima mulier Eua crearentur, terra fuit vacua: & vbi hi creati sunt, incepit impleri: ita priusquam Dei filius fieret secundus Adamus ex Eua secundâ (contrà ac illa prima efformata ex viro) terra fuit inanis; at *vbi venit plenitudo temporis*, (nam & tempus sine Christo erat vacuum) terra cœpit habere eos habitatores, à quibus *vt habitaretur, Deus formauerat eam.* Iacob 2. versic. 20. *homo inanis*, dicitur carens Dei dilectione, etsi habeat fidem.

Galat. 4. v. 4.

Tempus sine Christo fuit vacuum.

177. Sanctissimus & sapientissimus Hilarius, qui in volumine sacro interpretando ad reconditiora & interiora sensa esse solet intentior, in Psal. 66. vers. 2. *Deus misereatur nostri, & benedicat nos*; huic nostro proposito mirificè adest. *Ergo*, ait ille, *qui misericors est, vt benedicat, oratur. Et benedictionis quidem fructum iam in exordio creati hominis cognouimus, cum tales ad Adam eū adhuc peccati ne(s)cium sermo est: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: & dominamini eius. Ista quidē quamuis corporaliter tantum dicta plerique arbitremur, tamen spirituali doctrina eruditis plus de se virtutis præbuerunt. Hæc enim benedictio non creationis tantum corporalium successionum Ada largita est: quamuis enim fœcunda eius soboles futura essent, tamen terram implere non poterant, quæ pro copia hominū licet habitetur, non tamen adimpletur. Verum terram corporis nostri impleri doctrinis spiritualibus voluit & multiplicari, & crescere scientia Dei. Per Adam enim & in ipso Adam, qui primus opus Dei fuerat, oportuerat cognitionem Dei inchoari, sed ea peccatis coinquinato, benedictionis istius fructum Propheta sibi, atque Apostoli deprecantur. Quam beatus Apostolus consecutus ita de se gloriatur: Benedictus Deus qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Hi ergo crescunt, multiplicantur, replentur, qui in Christo cœlestes sunt, & benedicti sunt, qui spirituali benedictione in cœlestibus benedicuntur.*

S. Hilar.

Genes. 1. 27.

Terra non impletur solis hominum corporibus, sed bonis moribus.

178. Hilarius in eo, duntaxat à nostro instituto videtur abscedere, quòd ille terram corpus humanum, seu ipsum hominem exponat; sed reipsâ nobiscum concedit, vt ait: *quamuis eius soboles fœcunda futura essent, tamen terram implere nō poterant, quæ pro copia hominum licèt habitetur, non tamen impletur.* Hic enim status, hic punctus nostræ disputationis: terram non posse impleri nisi a Dei cultoribus, etsi alioquin plenam hominibus, esse tamen vacuam, quamdiu illi Deo non vacant. Rupert. in Genes. lib. 2. c. 9. ait, commune esse piis & impiis replere terram: sed proprium esse electorum eam subiicere.

Terra non impletur nisi a iustis.

179. Ex quo verissimè colligo, non habendos esse loco, & numero hominum, qui impiè viuunt, eos terræ habitatores non esse dicendos, sed nihil & inane. Sic enim aliqui Patres intelligunt illud c. 40. v. 17. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt.* non generatim de genere humano, sed speciatim de Gentilibus Deum ignorantibus. Ergo si sic æstimantur apud Deum impij; terra quantumuis ab illis habitetur, & occupetur, apud Deū est vacua, & inhabitata. Hunc esse sensum Isaiæ hoc loco subsignificat Cyril. & eius sectator Procopius, Hieronymus magis, & docet apertè Leo Castrius, & confirmat versus sequens 20. vt illic iamiam.

Suprà 40. v. 17.

Vix sunt homines qui impiè viuūt.

Vide Cyril. in Genes. lib. 1.

Haut negarim historiæ cupidioribus, ad eā respici, vt quemadmodum Deus illam partem terræ promissæ voluit iterū coli ab Hebræis: sic Deus totum orbem, qui à iustis primùm habitari cœpit; postliminio ab hominibus per Christū ad gratiam restitutis voluerit impleri.

Vers. 19 Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob: Frustra quærite me: ego Dominus loquens iustitiam, annuncians recta.

180. S. Cyrillus ista cum superioribus ita committit. Ne quis diceret, vnde scitur, Deum nolle alios dignari cultu, & honore, sed se solum adorari, obuiā it Deus, docétque se palàm

Acoluthia.

& publice

& publicè id iam edixisse, cùm locutus est in Sinai, loco edito, & vetuit grauissime coli aliud Numen præter se. pro aduerbio Latino, *frustra*: L X X. *μάταιον*, *vanum quærite*: & Cyrillus exponit *idolum*: *non dixi semini Iacob, idolum quærite.*

181. S. Hieronymus paullo differentiùs: cùm enim Deus creauerit terram, vt eam incolentes autorem colerent, & idola contemnerent: Palàm, ait Deus, præcepi Iudæis in monte Sinai, vt idola non colerent. Probabilis commissura. in qua videri possit silenter coargui Dæmonũ astus, & fraus, qui solerent in locis infernis, ac tenebricosis, in specubus Tartara referentibus oracula reddere: & sacra sua sacrilega tradere, quo faciliùs fallerẽt, & turpitudinem rerum tegerent. de hoc ad c. 29. v. 4. *Et erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium mussitabit.* Liuius lib. 45 de peregrinatione Pauli Æmilij: *Lebadiæ quoque templum Iouis Trophonis adiit: ibi cùm vidisset os specus per quod oraculo vtentes descendunt, &c.*

Oracula dæmonis in cauernis, & specubus.

182. Doctrinam Dæmoniorum obscuram & obscœnam, vtpote principum tenebrarum decet locus talis, abditus, infernus, tenebricosus: at Dei disciplinam, quæ est lucida & immaculata, oportet tradi loco aperto, publico, patenti, sublimi, perspicuo. Prouerb. 1. v. 20 *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua.* Loca nominat maximè publica, & frequẽtissima. Doctrina namque sana & vera non veretur vllo modo publicum: falsa & mala latebras quærit sup. 40. v. 9.

Doctrina Dæmonis in loco obscuro: Dei verò in publico traditur.

183. Sed hæc locutio *non in abscondito*, neque *in loco terræ tenebroso* potest exponi, & meliùs, vt autor est Hieronymus, de Euangelica prędicatione collata cum lege vetere. *Moyses enim in abscondita solitudine, vni tantum locutus est populo: Apostolorum autem sonus in vniuersum orbẽ exiit, & verba eorum vsque ad terræ terminos peruenerunt.*

Lex vetus aliisque tradita atque Euangelica.

Verba sunt S. Hieronymi. Et aliter quoque potest iniri collatio: vt quia lex illa fuit vmbrosa, symbolica, ænigmatica, omnia in figura portendens, & contegens: Hebr. 10. vers. 1. *Vmbram enim habens lex futurorum non ipsam imaginem rerum*; ideo *in abscondito*, & quasi *in loco tenebroso* Deus sit locutus. locutio etiam prophetica obscuritate non caruit: at in Euangelica lege, omnia clara, perspicua, aperta: imò quæ in lege & Prophetis erant abscondita & clausa, adumbrata, & opacata; ea omnia patuerunt & sunt reserata lumine Euãgelico. De quo vtriusque Testamenti discrimine copiosè c. 40. v. 11. num. 251. 261. & 228. c. 42. num. 28. 72.

Lex Moysis vmbratilis.

Lex noua clara, & illustrans veterem.

184. Et verò hanc Dei locutionem publicam & apertam pertinere ad Euangelium videtur ostendere illa Christi responsio ad Pontificem Ioan. 18. v. 20. *Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil.* Allusionem agnoscit Forerius, indicat Dionysius citans hunc locum Christi.

185. Opportuna supra quàm dici potest est Cyrilli interpretatio verborum Domini positorum lib. 15. c. 44. in Ioan. *Ego, inquit, palam locutus sum mundo, id est, quæ per Mosen vobis scripta sunt, nõ apertè quæcunque placent Deo, sed vmbris atque figuris, & per ænigmata significant: & ruditate sitæ*

Cyril.

A *ra tecta, quæ necessaria cognitu sunt, apertè non exponunt. Ego verò palam locutus sum mundo. Pietatis enim viam non ænigmaticè, sed dilucidè mundo prædicaui. Mundo autem, inquit, quoniam etsi nondum, tempore tamen opportuno in orbem Euangelii sonus exiuit. Ego, inquit, semper in Synagoga docui. Operæ pretium est videre quid molitur: ad memoriam nolentibus reducere studet quod Esaias ex persona Christi prædixit: Non in occulto locutus sum, nec in loco tenebroso terræ; & rursus: tota die, inquit, expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem.*

Quo in contextu expositionis pars altera: *Nõ* 186.
dixi semini Iacob frustrà quærite me; sic accipiẽda, vt semen Iacob sit non carnale, sed spirituale,
B Ecclesia scil. Christiana: & aduerbium *frustra*, sit irrito voto: *non dixi frustrà*, *nolo dixe ad sordes*: vel, sine fructu, & præmio; vtrouis enim significatu consistit sententia idonea. Non frustrà, non sine effectu, & incassum præcepi spirituali Iacob, vt me quæreret, sicuti frustrà præceperam carnali, qui me non audiuit: vel non sine operæ pretio, cùm ei non terrena, vt olim Israeli, sed cœlestia bona sim pollicitus, & præbuerim. huc Hieronymus inclinat.

Aduerte, pro *frustra*, in Hebr. esse תהו *tohu*, 187.
de quo supra num. 171. 173. *vacuum, inane.* quod referri potest ad sacrificia, & cæremonias legis veteris, quæ S. Paulus vocat *egena elementa*, Galat. 4. v. 9. quæ erant implenda veritate, & ple-
C nitudine Euangelicâ. Sub his vacuis & inanibus rerum speciebus, ac imaginibus non voluit Deus se quæri & coli à semine spirituali Iacob. Ioan. 4. v. 23. *Sed venit hora, & nũc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. nam & Pater tales quærit qui adorent eum.* Ergo vt terram, quam Deus præcreauit inanem & vacuam, postea adornauit, & impleuit: sic legi Mosis, quam tulit inanem & vacuam, postmodum per Euangelium attulit perfectionem & plenitudinem: Matth. 6. v. 17. *Nolite putare*, ait Saluator, *quoniam veni soluere legem, aut prophetas; non enim veni soluere, sed adimplere.* Itaque in Euangelio nulla est inanitas, nulla vacuitas: omnia sunt plena, omnia adimpleta, omnia
D solida.

Lex vetus impletur in Euangelio.

Ego Dominus loquens iustitiam, annuncians re- 188.
cta.] LXX. *annuncians veritatem.* quod Hieronymus, & Cyrillus interpretantur de Euangelio; vt lex vetus fuerit Iustitia, & lex noua Veritas. Quasi Deus dicat: Ego qui olim locutus sum Israeli carnali Iustitiã, id est, iustificationes illas & vmbratiles ceremonias, nunc annuncio *veritatem*, quæ illis tegebatur vmbris. Vide Cyrillum. Hieronymus ita habet: *vt imaginibus, & ceremoniis derelictis sequerentur Euangelij veritatem.* consonat Ioan. 1. v. 17.

E *Vers.* 20. Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem.

NOn fuisse frustra promulgatam legem E- 189.
uangelicam Gentilibus, vt fuerat lex Mosaica Iudæis, hic versus fert. Deum fru[illegible]ratum fuisse fine, & fructu, quam in lege ve[illegible]da sibi præstituerat, ipsi[illegible] de hoc querimoniæ

A apud Vatos euincunt: & S. Stephanus in Actis c. 7. v. 51 exprobrat: *Durâ ceruice, & incircumcisis cordibus, & auribus, vos semper resistitis; sicut patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderũt eos, qui praenunciabant de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores, & homicidae fuistis: qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis.* Ictis Iudaeis cõtumacibus & rebellibus reiectis, & toto orbe dispersis: iubentur congregari, & conuenire è diuersis partibus Gentiles, & in Israëlis decedẽtis locum, sortémque succedere: nam Deus non dixit huic *semini Iacob frustra*, quaerite me: admoniti enim & edocti de errore pristino, sese ab eo demouerunt, & ad Deum verum conuenerunt.

Iudaeis dispersis Gentibus congregantur.

B Aliud super aliud verbum eiusdem fere notae additum, congregamini, & *venite, & accedite simul*, diuersarum Gentium concursum, occursum, & alacritaté, mutuámque cohortationem posuit ante oculos, vt c. 2. v.

190. 3. L X X, quod Latinè, *accedite simul illi; Consultate simul*: id est, cõsilio inito in commune, & decreto, quid factu sit opus, quid vestrâ omnium intersit: vt non temerè, & sine iustâ causâ, videatur suscepta noua religio, & auita derelicta.

Gentium conuentio ad Ecclesiam.

Fides enim nostra tametsi rationibus humanis non innititur, neque quae docet, naturalibus argumẽtationibus prehendi possunt; vtpote supra naturam, & obscurè, à Deo reuelata: tamen rationi non sunt aduersa, & sic sũt diuinitus proposita, & stabilita, vt ratio ipsa naturalis praescribat, & prudentia, debere suscipi, & in eis licèt non planè intellectis iudiciũ humanum acquiescere. Eò pertinet haec apud L X X. consultatio, & consilium commune, vt dispiciant Gentiles, quod erat facillimũ, vtrum optandum, & eligendum, seruire inanibus paternorum deorum simulacris an Deo, quem Euãgelica praedicatio proponebat, vt solùm esse Deum notis & signis certissimis euincebat.

Fides non suscipitur temerè.

1. Thessal. 1. v. 9.

191. *Qui saluati estis ex Gentibus.*] Ad historiam qui est semper intentus hoc exponit de Iudaeis euadentibus seruitutem Gentium: vel de proselytis, vt Hugo, sed suprà ea, quae iam attuli contra hanc expositionem de proselytis nunc D adiicio esse angustam, & nequaquam cohaerentem. Ergò de conuersione Gentilium ad Euangelium est sermo. At quomodo *saluati ex Gentibus* iubentur conuenire? nam vt salui sint, idcirco conueniunt, & conuocãtur. Iustificationis enim, & salutis initium est vocatio Dei, si exemeris primam illam radicem, praedestinationem videlicet, & electionem: Rom. 8. v. 30. *Quos autem praedestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem & iustificauit, illos & glorificauit.*

Iustificationis radix.

192. Quî ergo stat: *Congregamini*, &c. *qui saluati estis ex Gentibus?* nam si saluati, iam cõuenerant ad fidem Christi, & si haud dum conuenerant, non erant saluati: Non vna duntaxat ratione possum hoc diluere. Primùm, si ad praedestinationem accurram: id est, qui ab aeterno apud Deum *saluati estis ex Gentibus*: quomodolibet lueatur ratio praedestinandi: Act. 13. v. 48. *Audientes autem Gentes gauisae sunt, & glorificabãt verbum Domini: & crediderũt quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam. praeordinati ad vitam aeternam*, ex gentibus, ac proinde saluati conuenire iussi sunt. Dicis: soli igitur praedestinati vocãtur. Dico, eos primo loco vocari, & eos so-

Obiectio.

Solutio.

Lege Aug. Ioan. tract. 48.

Auxilium Dei sufficiens omnibus datum.

A los trahi efficaciter ad salutẽ ad gloriam. alios etiã inuitari, si per ipsos nõ steterit, ergò saluandos: qui *omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire*, 1. Tim. 2. v. 4, [illegible] Deus praetulit in [illegible] non venit [illegible], vel si venisset, nõn perseueraturo [illegible], & in bonis operib⁹ necessariis, ac proinde dãnãdos, in gotiũ humanae salutis sic administrante, vt probis & electis reprobi seruirẽt, ad gloriae cõsecutionẽ.

193. Alia ratio soluẽdi nodi praeter [illegible] poni loco futuri, vt est cõsuetudo vatibus: *saluati*, id est, saluandi. Tertia solutio: *saluati* Heb. [illegible] *peletim*, ij, qui effugere, qui euasere scil. è periculo impẽdenti, Hisp. *los que han escapado*. ij Gẽtiles, qui euaserant, qui reliqui erãt, qui non perierant omnino, qui non vitam finierant adorãdis B idolis, qui communi idololatriae naufragio nõ fuerant absorpti, ij vt ad portum salutis cõfugiant, antequã eos mors abripiat, admonentur.

Saluati, qui.

194. Nã qui è cõmuni aliquo periculo, & clade effugiunt, & incolumes euadũt, vbi praeteritum discrimẽ respectant, solent esse cautiores in posterũ. eò putarim pertinere vocabulũ Hebraicũ *peletim, euadentes*, qui *euasistis*, potius quàm quo vult Pagninus in thesauro, vt sint homines *abiecti*: siue ex sua siue ex Rabbi Dauidis opinione; nõ enim effugere, & euadere est abiecti hominis, sed interdũ vel fortis, vel felicis. Quòd si quis ad electionẽ diuinã traducat, nõ faciet inC sulsè. Nã qui sunt à Deo praedestinati ad vitam aeternã, ij euaserunt cõmunem interitũ debitũ massae totius per peccatũ originale corruptae, vt loqui mos est Aug. & Patribus antiquis: atque adeò feliciter sũt liberati, & saluati. Sin ad peccata actualia, & ad generale infidelitatis diluuiũ quis aduocet, non erit dissonum. nam quos Deus statuit vocare ad fidẽ è Gentilibus, summum periculum, & malum euasere: aliis innumeris interire permissis, quos Deus si voluisset, potuisset etiam eripere, & liberare: sed noluit iusto, occulto licèt, consilio.

Periculo filictus fit cautior.

Praedestinati quae à Deo debent.

Vocatio

195. Quo vocabulo Hebraeo *peletim*, & Latino etiam *saluati*, quotquot è parentibus Gentilibus procreati, & in sinum sanctissimae matris D Ecclesiae translati sumus, admonemur, & edocemur, è quanto naufragio, simul & incendio euaserimus, fuerimúsq. liberati & quãtũ Christo liberatori, ac Saluatori debeamus. quod vtinam periculum vitatum ac beneficium praesẽs frequenter Christianis mentibus obuersetur.

Nescierunt qui leuant lignum sculpturae suae: & rogant Deum non saluantem.] Multis modis id explicatus, conuenienter, & vtiliter. A S. Hiero-
196. nymo aliisque de Gentilibus obstinatis ad permanendum in idolomaniã. Alij generatim accusari idololatrarum stultitiam existimant: Varablus, Osorius, Sanctius. Denique possit E esse excusatio ex parte, eorum Gentilium, qui fidem susceperunt: qui quia nesciebant Deũ & quàm graue scelus esset leuare lignũ sculpturae suae, adorare quod suis ipsi manibus sculpserãt, & rogare Deũ, qui saluare non posset, ideo haec faciebãt. Talis fuit defẽsio Christi pro suis crucifixoribus Luc. 23. v. 34. *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*. nã etsi haec ignorãtia est culpanda, leuat tamen culpã. Mariana supplet, *me*; *Nescierunt me*, & adhibet interrogationem: Num *nescierũt me qui leuant lignum*, &c. ac si diceat: qui poterant me nescire? Sed quoquomodo explicueris, eodẽ exit explicatio, quae est reprehensio

Idololatria ex parte excusatur.

Ignorantia minuit culpam.

hensio adorantis lignum, & ab eo, qui dare nequit, neque habet, salutem poscentis.

Vers. 21. Annunciate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum hoc fecit ab initio, ex tunc prædixit illud? numquid non ego Dominus, & non est vlterà Deus absque me? Deus iustus, & saluans non est præter me.

197. *Idololatra.*
CVm idolorũ famulis ac patronis agitur, vt aliàs non semel in capitibus præteritis, præsertim à quadragesimo. Monentur, & inuitantur, vt habito concilio, & inito consilio, nequem quid fallat, aut effugiat, sed quod vni exciderit, alius suggerat: sicque præmeditati & ex condicto conueniãt, & exponant, quid istorum, quæ Deus ab initio mundi sine ambagiis, & ambiguitatibus, apertè, & disertè prædixit, Dij Gentium fuerint vaticinati. Nam si cõstiterit ab idolis, Gentiũmque numinibus nihil potuisse prænunciari; à Deo verò quã plurima fuisse verissimè, & fidelissimè prænunciata, & inter ea, ipsorum idolorum interitum, & Gentilium ad Deum verum colendum conuersionem, præstituto tempore, modo, autore, aliisque circumstantiis tantæ mutationis, necesse est, vt damnatis defensoribus idololatriæ, lis & caussa pro Deo, qui ista prædixerit, & præstiterit, æstimetur. Hoc est omnium autorum expositio. etsi quidam ad prædictionem libertatis Iudaicæ coangustant.

Prædictio est nota diuinitatis.

198. *Iustus Deus.*
Deus iustus & saluans non est præter me.] *Iustus*, vnicuique reddens iuxta opera sua, bonis præmia, malis supplicia. qui etsi vtraque interdum differo, non tamen omitto, sed in tempus reseruo. *Iustus*, qui si quid promisi, vel prædixi, non fraudo, aut fallo, sed fideliter suo quidque tẽpore repræsento. *Saluans*: Græcè σωτήρ. Soter; Heb. *Saluator*, *Iesus*: quod nomen misericordiam, benignitatem, liberalitatem meram sonat, & sapit: subsignificans humanam miseriam, & inopiam. ex quo aptissimè nectitur versus insequens.

Saluator.

Vers. 22. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius.

199. *Spes nititur Deo iusto & potenti.*
SI Deus iustus, si Deus saluator est, certissimum habendum, qui se ad eum conuerterit esse saluandum: nam quia Saluator, potest saluare, & quia iustus, cùm id promiserit, non potest nolle saluare: ergo conuersis certissima est salus; & nihilominus tanta est Dei benignitas, tanta saluandi cupiditas, vt, quo certiorem hominem faciat, & fidentiorem, iuramento affirmat suam promissionem.

200. *Auersio à Christo.*
Conuertimini ad me.] L X X. Similes ἐπιστράφητε ἐπ' ἐμέ: ergo erant auersi Gentiles, erãt absterse procul à via, vita, & veritate, quia auersi à Christo, qui de se Ioã. 14. v. 6. *Ego sũ via, veritas, & vita* ergo auersus à Christo est deuius, cæcus & mortuus: is est omnis peccator, & omne peccatum mortale est auersio à Deo summo bono, & vltimo fine, & conuersio ad creaturam. vnde quò grauius est peccatum, & maius, eo maior est auersio; atque adeò infidelis longissimè auertitur à Deo: nam cùm primus accessus sit per fidem, vltimus discessus fuerit per infidelitatem. suprà cap. 41. num. 157.

Infidelis auersus à Deo maximè.

Conuersio pendet et ex homine.
Ergo Deus auersos longissimè a se inuitat, monet, hortatur hoc loco, vt ad se reuertantur, seque ipsi cõuertãt. Nam quãuis Deus sit autor conuersionis humanæ, homo tamẽ ipse aliquid efficit, quatenus Deo vocanti cõsentit, cum pro arbitrij libertate posset dissẽtire. Trid. sess. 6. c. 5.

Obliuio Dei.
Hebr. *Respicite ad me.* Aperitur origo auersionis: sc. Dei obliuio, & ignoratio; quia homo Deũ habet a tergo, ab eo diuertit oculos mẽtis, ideirco voluntate auertitur. Vnde remedium est, Deum respicere, Deum cogitare.

Conuersio infidelis quomodo fit. Lumen naturale rationis quid det.
At si Gentilis est cæcus, captus oculis, si Deũ nescit, nam ideo adorat idola: qui potest Deum aspicere? Assero, neminem adeò excæcari, vt ei non restet lumen naturale rationis: quo si bene velit vti, intelliget in primis non posse plures esse Deos, multo minus, quos venerabatur Gẽtilitas, dæmones, aut homines æquè perditos, aut simulacra inania. Deinde agnoscet, vnũ esse Deum: & quia hæc notitia satis non est ad salutem, Deus sua infinita liberalitate huic homini bene vso viribus naturæ addet lumẽ, & auxiliũ supernaturale, quo possit Deũ, pro vt opus est, respicere. Quare cum Deus hîc iubet Gentiles, se respicere, vel loquitur de respectu naturali, bonóque vsu rationis, quẽ ipse sit suppleturus, & adiuturus, vel de respectu supernaturali, post idoneam Euãgelij notitiam, & oblatam diuinã gratiam ad illud accipiendum. Itaque exigit attentam rerum credibilium cõsiderationem, earum credibilitatis inspectionem: qua adiuti Deo vocãti, & illuminãti credant seque dedãt.

Auxilium supernaturale viro bene naturali. Ad sufficientiam requiritur operatam.

101. *Salus non sola Christo.*
Et salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius.] Omnem spem salutis alibi re petiendæ præcidit. Nam apud homines quæ valde desiderantur & quæruntur sæpe in pluribus inueniuntur: vnde quærens ab vno exclusus, sperat apud alium se inuenturũ: at qui à Deo eiusque filio Christo discesserit, desperet, se posse alibi reperire salutem: *quia*, vt ipse ait *ego Deus, & non est alius.* & v. superiori: *Saluans non est præter me.* sed vt nõ in alio, sic in illo est certissima salus, si ad illum accedimus iuramẽto obligatũ.

Vers. 23. In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & nõ reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.

203. *Quorsum & quomodo iurat Deus*
SI roges quorsum Deus iuret, & quomodo? finis enim iurisiurandi, est fidẽ aliis facere, aliis persuadere, vt sibi fidem habeant: at Deo simpliciter affirmanti quis non credat? Ad hoc respondet S. Paulus Hebr. 6. c. v. 17. *Abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem.* Mentiri Deũ, esse fallacem, non efficere quod spopõdit, tam est impossibile, quàm Deum desinere esse Deum, & nihilominus iurat, se nostris moribus attemperans, vt nobis meliùs consulat, apud quos promissio iurata plus habet firmitudinis & ponderis. nam qui non cauet mendacium, solet cauere periurium. maius enim vinculum

Promissum Dei

Promissioni vim addit iuramentum. est iuramenti, pertinens ad religionem, quàm promissi pertinens ad fidelitatem, vel iustitiã. Vnde cùm Deus promittit iurans duo sibi immobilia vincula imponit, alterum, ne sit mendax, alterum, ne sit periurus: has *duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum*, dixit Apostolus.

204. *Aug.* Augustinus exponens Ps.109. v.4. aliam elicit quæstionem, cur Deus alios iurare vetans iuret? & respondet: *An ideo forte hominem prohibet à iurãdo, ne in periuria prolabatur? & ideo Deus magis iurat, quia nõ potest esse periurus? Homo enim qui per consuetudinem iurandi potest lingua in periurium prolabi, bene prohibetur iurare. Tanto enim longius erit à periurio, quanto erit longe a iurando. qui enim iurat homo, falsum & verum iurare potest: qui autẽ nõ iurat, falsum iurare non potest quia omnino non iurat. Cur ergo non iuret Dominus, quando Domini iuramentum, promissionis est firmamentum iuret omnino.*

205. *Aug. hunc quid* Illa vero dubitatio, quomodo Deus iuret, quémve iurando testem inducat, tractatur ibidem ab Augu. *Quid ergo tu facis, cùm iuras? testaris Deum. hoc est iurare, Deum testari: & ideo molestum, ne ad aliquam falsitatem testẽ adhibeas Deũ. Si ergo tu iurando testaris Deum, cur ergo non & Deus iurando testetur seipsum? Viuo ego, dicit Dominus, iuratio Dei est.*

Sed & Paulus Hebr. loco citato, id edocet: quòd Deus maiorem se non habeat, per quẽ iuret, ideo iurare per se ipsum. *Homines enim per maiorem sui iurãt. Deus quoniam neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum.*

206. *Marcion.* Marcion hæreticus ad probandum, Testamẽti veteris autorem non esse Deum, inter alia ridicula iudicia hoc quoque posuit, quòd iuraret

Tertul. per semetipsum. hoc refert, & refellit Tertullianus lib.2.ca. 16. his verbis: *Sed & iurat Deus:* verba sunt hęc etiã. *Aliquid forte per Deũ Marcionis: imo, inquit, multo vanius, quod per semetipsum* (Quid velis facere, subiicit Tertul.) *si alius Deus nõ erat in conscientia eius, hoc enim maximè iurãbat, alium absque se omnino non esse.* itaque Tertullianus hunc locum ita dispungit, & coniúngit, vt vltima verba versus antecedentis: *Quia ego Deus, & non est alius,* cohæreant cũ præsentibus; *in memetipso iuraui:* vt id, quod iuramento affirmat, sit præter se, alium nõ esse Deum: ex quo sensu Tertullianus reuincit Marcionem: si Deus iurat, *alium absque se omnino non esse* Deum, necessariò debuit iurare per semetipsum.

107. *Tertul.* Pergit Tertullianus premere Hæreticũ: *Igitur peierantem deprehendis, an vanè deierantẽ? sed non potest videri deierasse, qui alium esse non sciuit, vt dicitis. Quod enim scit, hoc deierans, vere non peierauit. Sed nec vane deierat, alium Deum non esse. Tunc enim vane deieraret, si non fuissent qui alios Deos crederent, tunc quidem simulacrorum cultores, nunc verò & hæretici. Iurat igitur per semetipsum, vt vel iuranti Deo credas alium Deum omnino non esse. Hoc vt Deus faceret, tu quoque Marcion, Deum coegisti: nam tunc enim prouidebaris. Proinde si & in promissionibus, aut comminationibus*

Iuratio Dei firmat fidem, & spem. *iurat, fidem in primordiis difficilem extorquens, nihil Deo indignum est, quod efficit vt ei credere.* Itaque Deus iste iurando se obstringit ad deliciendã magis fidem nostram, & erigendam spem: nobis consulẽs, suæ quodammodo dignitatis, & autoritatis, atque adeò maiestatis obliuiscitur, quã, si more humano res penderẽt, iurare dedecebat.

Egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.] S. Paulus Roman. 14. ver. 11 allegat hoc testimonium & allegando explicat, cuius mitor non meminisse Hieronymum, neque Cyrillum: cum tam perspicua sit allegatio. Sic enim habet. *Scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus: quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Vbi pro *iurabit*, substituit ex L X X. *confitebitur*, eodem sensu; nam cùm sancte iuramus, Deum cõfitemur, & veneramur. pro eo, quod est apud Isaiam, *In memetipso iuraui:* Paulus, vt exponat, posuit; *Viuo ego, dicit Dominus.* nam hæc est in diuinis litteris formula iurisiurandi Dei; quam imitati prisci iurabant: *Viuit Dominus.* & cùm viuere Deum nihil sit aliud, quàm esse Deum, vbi Deus dicit: *Viuo ego:* idem est, quod, Iuro per memetipsum. Ergo, cum ambigi nequeat, citari ab Apostolo Isaiam, videndum quo fine, & instituto id fiat, nam ex eo patebit sensus. 108. *Paulus allegat.* Rom. 14. v. 11. *Viuit Dominus: formula iurandi.*

209. Rom. 14. v. 10. *Explicatur Paulus.* In Paulo hæc antecedunt: *Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Viuo ego, &c.* & colligit: *Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.* Chrysostomus hom. 25. *Et Prophetam inducit omnium ipsi testificantem subiectionem, non subiectionem simpliciter, sed amplam, & eorum hominum, qui in veteri testamento fuerunt, & in summa omnium. Non enim simpliciter dicit, adorabit illum vnusquisque, sed & confitebitur, id est, pœnas factorum dabit. Esto itaque firmus ac constans communem Dominum pro tribunali sedentẽ videns.* Chrysost.

Paulus à iudicando temere de aliis, vt deterreat, Christi tribunal terribile, & iudiciũ extremũ suggerit: & ad hoc propositũ citat hũc locũ ex quo videtur colligi de eodẽ esse argumento: alioquin illa citatio, *scriptũ est enim: Viuo ego*, &c. esset absona. At in Isaia Deus nõ apparet quorsũ iudicij postremi mentionẽ interponat: totus enim est in prædicẽda, & suadenda cõuersione Gentiliũ. Ceterum, satis scimus ex aliis citationibus adhibitis à Christo, vel ab eius discipulis, patẽre multa, quæ in veteri testamento latebãt, & celabãtur: quęq; nisi illi theodidacti sic exposuissent, nemo diuinasset. Ad hoc enim Christus rediuiuus & iãiã in cœlos rediturus Apostolis *aperuit sensũ, vt intelligerẽt scripturas*, Lu. 24. v. 46. 210. *Testamentũ vetus exponitur in nouo*

211. Ergo Paulus cœlitus edoctus vidit in hoc Isaiæ loco Christi tribunal, ante quod essẽt procubituri omnes homines, siue libẽtes, vt boni; siue inuiti, vt reprobi, & Christũ Deum verum agnituri: electi, læti, gaudentes, quòd eũ in vita coluerint, & amauerint: improbi, tristes & mœrentes, quòd abiecerint, & despexerint. Quæ iudicij, ac saluandorũ, & dãnandorúmque discriminis repræsentatio, quin sit opportuna ad persuadendã verã religionẽ, & honestã vitæ institutionẽ, in dubiũ vocari nõ potest. nã fines bonorũ, malorúmq; propositi sũt principia & fõtes omniũ actionũ humanarũ. Qualẽ enim sibi quisque scopũ præstituit, talẽ viuẽdi cursũ dirigit: tantũ habet momentũ præceptio, & præformatio finis; vt ex philosophia morali, & ex Theologia discitur. Ac proinde qui Deo, eiúsq; filio Christo iuraro crederãt, à se omnes homines esse iudicãdos, ante suũ tribunal omnes prosternẽdos, vt pro meritis quisque referat, fieri nõ posset, vt nõ ad eius fidẽ & Euãgeliũ accederẽt. *Iudicij finalis consideratio reuocat.* *Fines sunt principia actionum*

Ergo non aliena iudicanda est cōmemoratio iudicij finalis & tribunalis Christi supremi Iudicis, cui omne iudiciū dedit Pater. Ioan.5.v.22.

212. *Curuare genu, est cultus* Curuatio genuum per se & præ se fert, quid sit: est supplex adoratio, est professio diuinitatis. exēpla passim. 3.Re.19.v.18. *Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua nō sunt incuruata ante Baal.* Gestus est e natura ipsa sumptus. flectens enim genua coram alio, illi se humiliat, & subijcit: illum vt superiorem suspicit, & adorat. & licet homini humo supplex possit accidere, absq; violatā religione, quia id vsus priscus, & communis ferè: Liuius li. 30. de legatis Carthaginiensium ad Scipionem: *Qui vbi in castra, & prætorium peruenerunt, more adorantium accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erāt, procubuerunt.* Sed reuera, à diuino cultu videtur mihi hic vsus esse decerptus: sin secus nō esset nota diuinitatis agnitę, & professæ; & tamen vt talis hoc loco statuitur: nisi quis excipiat, quia nō est nota singularis curuari genu, idcirco adiūgi: *& iurabit omnis lingua:* iā iuratio certissime Deū respicit. Sed de hoc iudicet lector pro arbitratu. *Iurare est religionis.*

213. Sed is animaduertat, à Paulo in sua citatione omitti istud, *Egredietur de ore meo iustitiæ verbū, & non reuertetur.* Fuit enim fas & mos Apostolis non integra testimonia producere, sicuti nō totidem verbis, modo sententia sit eadem. Sed sine caussa omissa esse non credo, præsertim cùm omissa verba interiaceant post verbum iurandi, & ante curuationem genu: quæ duo extrema coniungit Apostolus. Caussa non alia coniicienda, nisi, quòd non essent ad rem propositam necessaria. quæ si nobis approbetur caussa, sentiendum, prætermissa verba esse discissa, & aliò pertinere: quod erit aduersùs propheticæ orationis cohærentiam, quam vbique tueri nitimur. *Apostoli citant non integra testimonia.* *Cohærentia tuenda.*

214. *Iustitiæ verbum.* Sed inquiramus, quódnam sit hoc *iustitiæ verbum*, de ore Dei egressurum, & non reuersurum: vt possimus Apostolum defendere, cùm præterit; & Vatem, cum interponit. Hoc iam diuersè exponitur, vt propè tædeat referre. Sed breui perstringo. Quidam *iustitiæ verbum* docent esse ipsum Christum: sic Salmeron ad Ro. & concedit etiam Forerius. Ego non consentio: primò, quia si ita esset, nō erat, quòd Paulus prætermittet hæc verba. Deinde idē Apostolus facit Christū dicētē. *Viuo ego*; seu: *In memetipso iuraui:* qui ergo est cōsequens, vt quod illico sequitur: *Egredietur de ore meo iustitiæ verbum*; sit oratio Patris? & rursus: *quia mihi curuabitur omne genu*; sit Filij.

215. Quā subducta interpretatione, *iustitiæ* verbū, erit idem quod verbum iustum: quod potest referri ad id, quod suprà Deus promisit circa salutem Gentium. id est, semel e ore meo processit promissio hęc, promissio ista, nimirum, fidelis, totius expers iniustitiæ, & *nō reuertetur*, scilicet, vacua, & effectu frustrata. nam pars iustitię creditur, efficere promissa. Quod verò ait, *Et nō reuertetur.* locutio est Hebræa, & significat quod exposui; non redire vacuū, hoc est, non fore irritum, non frustrandum. Nam vt cùm quis aliò mittitur, & nō admittitur, solet reuerti admittēte, irrito in[...] pro: Sic verbum & præceptū si nō accipitur à subditis, fingitur redire vacuum ad proferētē. Huius speciei est illa altera formula Lu. 10.v.6. *Dicite: Pax huic domui; & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autē, ad vos* [...] quoad [...] vacua, & sine fructu, licet non quoad vos, qui mercede prædica-

tionis nō carebitis. Vos fe[...]stis quod in vob[...] fuit, [...] & prędicatio [...] ne effectu. [...] est inf.c. [...] istic, ne loca pr[...]tamus. [...] z.21. [...] *[...]mus eduxi gladiū de vagina sua irr[...]* [...] tinè, *irreuocabilem*, He[...] *non reuertet*[...] est, sine effectu, sine [...] cæde: oa gl[...] ctum, iterum [...] solet in vag[...] à sagitta & telo quouis missi [...] catur; & nihilo secius Ier. 50. v. [...] *eius, quasi viri fortis interfectoris* [...] *cua.* Ex quo liquet, esse loquendi m[...]dum, [...] tus nitetur effectus futurus.

Quocirca vbi Deus iuratus affirmat, [...] titque verbū egressū ex ore suo non [...] pro certissimo, & infallibili habendu, [...] esse cōplendū: nulla ex parte, ne mi[...] esse frustrādu, aut impediēdū: ideoq; [...] *verbū iustitia.* na Dei promissio cū debito [...] stituit, & cu dat ex promisso, reddere dici[...] de A. Ps. 144. v. 13. promissionē diuinā [...] veritus fuit [...] appellare Dei chirographu, quo [...] fidē hominibus obligauerit dum ei[...] m explicat illud v. 13. *Fidelis Dominus in verbis suis*, sic [...] bit: *Possumus illi credere tātūmodo dic*[...] *credo dicenti, sed voluit teneri Scripturā* [...] *quomodo si diceres alicui homini, cum aliquid promitteres, non mihi credis, ecce ego scri*[...] *tibi. Etenim quia generatio vadit, & generatio venit, & sic transcurrūt ista secula, cedentibus, succedentibusque mor*[...]*tibus. Scriptura Dei manere debuit, & quod[...] chirographū Dei, quod omnes trāseūtes legerent,* [...] *iam promissionis eius tenerent. Et quanta sunt, quæ reddidit ex isto chirographo:* Nota verbū Aug. *reddidit* e[...] isto chirographo: quo debitu, & iustitiæ nun[...] ostēdit. Nō sū oblitus apud Theologos schola[...]ticos controuerti, an Deo iustitiæ pars sit, stare promissis, & esse qui negent, solius fideli[...]tis nomine contenti quod alibi tetigi: sed ego iudico controuerti potius de vocabulo, quàm de re ipsa: ac proinde, cùm scriptura Canonica, & sāctorum Patrum ita loquatur, nos etiam ita debere loqui: quæ locutio fidem nobis & spem roborat, non aliter, atque Dei iuramentum. 216. *De[...] obligat. Prom[...] Dei [...] scriptura [...] Aug.* 217. *Iustitia an sit Deo respectu hominis.*

Possit & huc Iustitię verbū aliter intelligi, scilicet, nō subiectiuè, sed obiectiuè: quia id quod dicit se facturū, spectet ad iustitiā: videlicet, hominē eripere à potestate & tyrānide diaboli. nā qui aliena dæmonis fraude ceciderat, & per se ipse surgere nō poterat, æquū fuit, vt aliena Dei ope subleuaretur: de quo iustitię genere egimus antè ca. 40 n. 153. Hoc modo Arias exposuit: sed vereor, ne nobis multo minus assentiant in hoc genere iustitię, Theologi illi, qui ex promissione Dei ortā obligationē, iustitiā nominari non ferūt. Quare, quod Deus loquitur se effecturum, interpretor, qui Euangelium receperint, & ei mores conformauerint, eis se præmium [...] qui reiecerint, aut secundùm id non vixerint, iis se supplicium sempiternum redditurum: quod vtrúque iustitiæ officium est notissimum. Hæc est enim summa totius Euangelij, hic scopus: exigere ab hominibus vt a malo declinent, & ad bonum inclinent [...] usque [...]iam, rationémque n[...] bonis [...] æternam pro mercede, m[...] mo[...] tem [...] æte[...] o pœna de[...]mere. quæ omnia a iust[...] proficis[...]tur. 218. *Æquū fuit, hominem sublenari.* 219. *Reddere pro meritis est iustitiæ.* *Euangelij summa*

Hoc [...] h[...]c traditur [...] *de ore meo iustitiæ verbum, & non* [...]

conu[illegible]it cum sequenti: *quia mihi curuabitur omne genu, [illegible] iurabit omnis lingua. Omne genu*, homines [illegible] cuius ordinis & gradus, illi quoque quibus a[illegible] supplices accidebant, & genua curu[illegible]bant: multi in hac vita voluntarij, & prompti me adorabunt, suscepto Euangelio, non solum e Iudæis, sed multo magis ex Gentilibus, & abiecta consuetudine deiciendi per ido[illegible] a Gentilica, mihi *iurabit omnis lingua*, natio omni[illegible] linguarum & sermonum quamuis varietate discreta. Qui verò noluerint in hoc mundo mihi supplices procumbere, & genua flectere, in [illegible]ltero [illegible]culo [illegible] in fine, id facient inuiti. nam Psalm. 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. Virga* hæc *virtutis* eadem, atque *verbum iustitiæ* egressum de ore Christi, quo domitus est mundus, & Christo subditus; qui verò è mundo iugum detrectauerunt, in fine mundi co[illegible]tur Christum regem agnoscere, & confite[illegible] regem, sed sine fructu: & sub iugum pro[illegible]brosissimum, & durissimum mittentur in sęcula sæculorum & ita Christus dominabitur *in medio inimicorum suorum*: hoc est, secure, confidenter, cum nullus erit hostis, qui se commouere possit, vtpote eius pedibus suppositus, & pedes, manusque ligatus. Quo tempore qui in vita hac sese sponte subiecerant, etiam genua curuabunt, sed non coacti, non inuiti: voluntarij potius, alacres & hilarij, adorabundi, & gratu[illegible], & gratias agentes Christo, quòd eos sua seruitute fuerit dignatus.

Lingua pro natione.

Psal. 109. v. 1.

Virga virtutis quid. Sub verbus & rebellis Christo, mundo [illegible].

Dominari in medio, quid.

211. *Christus iudex.*

Huc videtur vergere visio Apo. 19. v. 11. *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Fidelis & Verax* Christus, quia præstitit quod promisit: *& cum iustitia iu-*

A *dicat*, quia quemque pro suis meritis remunerat: & si quem hostem oppugnat, & vlciscitur, id quoque iu[illegible]e facit. & infra vers. 15. *Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus vt in ipso percutiat Gentes.* Gladius hic, sermo Christi, secans, diuidens, primò hominem veterem à nouo, carnem a spiritu, & sic trahens ad Christum. Deinde, diuidens & separans electos a reprobis: triticum à palca. altera parte percutiens ad salutem, nempe mites & obsequentes qui se curari, & secari patiũtur: altera parte autem percutiens ad interitum, nempe rebelles, &
B contumaces, qui resistunt, aut non obediunt Euangelio. Hos duos ordines hominum distinguit versus succedens.

Apoc. 19. v. 15. Gladius ex ore Christi. Secantur boni, & mali, sed non eodem modo.

Vers. 24. Ergo in Domino dicet: Meæ sunt iustitię & imperiũ: ad eũ venient, & cõfundẽtur omnes qui repugnãt ei.

Vers. 25. In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

212

C *Ergo in Domino dicet: Mea sũt iustitia, & imperiũ.*] Hęc apud LXX. apertiora sunt hoc cõtextu: *Confitebitur Deo omnis lingua, dicẽs: Iustitia, & gloria ad eum venient.* Secudum quam versionem Latina nostra sic poterit expediri: *Ergo in Domino dicet*; is, de quo antè, *mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua*, quòd *mea sunt iustitia, & imperium.* itaque hæc est materies subiicienda iurando, seu confessioni, vt Græcè: quòd mihi competant iustitię partes omnes, & imperium, alij autẽ nemini. Qui verò huic iu-
D ramento & professioni meæ Sanctitatis, & maiestatis repugnauerint, confundentur in æternum. At semen Israel, à quo non inuito, sed lubente hæc confessio est profectura, iustificabitur, & laudabitur.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMSEXTVM.

1 Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestiis & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem.

2 Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit.

3 Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua.

4 Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo.

5 Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem?

6 Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat Deum: & procidunt & adorant.

7 Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de A loco suo non mouebitur: sed & cùm clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos.

8 Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor.

9 Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei:

10 Annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ nec dum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:

B 11 Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ: & locutus sum, & adducam illud, creaui, & faciam illud:

12 Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia.

13 Propè feci iusti iam meã, non elõgabitur, & salus mea nõ morabitur. Dabo in Sion salutẽ, & in Israel gloriam meã.

Vers. 1. Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulacra eorum bestiis, & iumentis onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem.

1. *Nexus.* Hoc caput aliis est breuius, & apertius: & cur superiori succedat, in ipso vestibulo, & aditu habet.

Idolorum euersio. Prædicta est suprà Gentilitatis auersæ conuersio ad Christum, & Euangelium: prædicitur nunc idolorum auertentium euersio: nam hæc ex illa necessariò debuit consequi. Conuersionem Gentilium præmonstrabat Iudæorum reuersio in sedes patrias, & iugi seruilis excussio: eadem proportione efficacio & contritio simulacrorum Babyloniensium præferebat contritionem, & excidium generale idolorum in orbe. Quocirca hæc illis aptissimè subiunguntur: quæ quia obscura non sunt, in eis non diu morabimur, vt sit tempus implicatioribus.

2. *Bel idolum.* *Confractus est Bel.*] Idolum celeberrimum Babyloniorum: cuius est aliis S. Scripturæ libris plurima mentio. & videtur fuisse princeps inter simulacra illius Gentis. quod accipio è Baruch 6. v. 40. qui dum exagitat idolorum futilitatem, & irridet, hæc affert: *Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse Deos, adhuc ipsis Chaldæis non honorantibus ea? qui cùm audierint mutum non posse loqui afferunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui.* id est, si quod Chaldæi idolum mutum reperiunt, illud sistunt coram Bel, vt ab eo facultatem loquendi accipiat. Ex quo intelligimus, & plures Deos cultos fuisse à Chaldæis, & eorum principem fuisse Bel, seu Belum. Hoc idem colligere possumus è Daniel. 1. v. 2. vbi de Nabuchodonosore: *& vasa intulit in domum thesauri Dei sui.* Dei *sui* non quòd solus, sed quòd esset præcipuus. Hunc Deum esse Bel probare licet ex eodem Vate c. 4. v. 5. quo loco sic Nabuchodonosor dicit: *donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Balthasar secundum nomen Dei mei.* Et obseruandum, Hebraicè, & Chaldaicè pronunciari *Belthasar*, cuius nominis prima syllaba est *Bel*, ideóque dixit rex Babylonius: *secundùm nomē Dei mei.* Iosephus lib. 10. Antiq. c. 11. prope finē, cùm narrasset Danielem à Nabuchodonosore, cui somnium statuæ visę exposuerat, diuinis honoribus habitū, addidit: *nec hoc contentus imposito ei nomine Dei sui, cum cuncta ditioni suæ præposuit.* Tametsi fallitur Iosephus affirmans tum primùm Danieli nomen hoc Balthasar inditum: nam multo antè id datum est ab eunuchorum præposito Dan. 1. v. 7. & ipsemet Iosephus commemorauerat. Sed id, quod proposueram ostendendum, bene concluditur, Deum præcipuè cultum à Babyloniis fuisse idolum Bel. quod aliunde etiam ostenditur, & pro certò habetur apud scriptores sacros & profanos. Consule Lilium Gyraldum de historia Deorum lib. 2. pag. 101. Plin. li. 37. c. 10. vbi tractat de gemmis ait: *Beli oculus albicans pupillam cingit nigram, e medio aureo lucentem fulgore, Hæc propter suam speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur.* & paulo pòst ... *p.* ... *Beli gemmam, sanctissimam Deorum sibi Assyriis appellant.*

Balthasar ab idolo Bel.

Bel idolorum princeps Babylone.

Idola muta.

Iosephus.

Quis autem fuerit Bel, siue Belus non adeo certum. Gyraldus citatus ex autoribus ibi nominatis fuisse apud Babylonios, & Assyrios, quem aliæ nationes Iouem appellabant. Beli Iouis templum magnificentissimè extructum Babylone à Semiramide regina describit Diodorus Siculus lib. 1. c. 4. & Herodotus lib. 1. At Hieronymus hoc loco docet fuisse Saturnum, cui tus a Gentilibus honor fuit exhibitus, vt quique nobiles filios suos ei immolauerint. C... lus etiam Saturnum fuisse docet. Sed quia Gentilitium Deorum genealogia dubia & anceps est admodum, & parum scitu digna, aut vtilis, in ea peruestiganda nihil est, cur laboremus.

3. *Bel idem qui Nemrod.* Bel iste, quicumque apud Gentiles fuerit creditus, & vtcumque nominatus, exsistimatur multis scriptoribus nostris antiquis, & nostræ ætatis fuisse Nemrod in Genesi c. 10. v. 8. percelebris: *Porro Chus genuit Nemrod; ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino. fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar.* Aug. de ciuit. li. 18. cap. 1. *Ninus iam secundus rex erat Assyriorum, qui patri suo Belo successerat regni illius primo regi, quando in terra Chaldæorum natus est Abraham.* Eusebius in Chronico *Primus omnium Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnauit, quem Belum Assyrii, Deum sibi nominauerunt.* Vide Salianum nostrum in Annalibus mundi anno 1931. num. 54.

4. *Belus cultus Deus. Idololatriæ Origo. Cyril.* Huic Belo mortuo statua erecta traditur a Babyloniis, & cultus diuinus habitus inde existimant multi idololatriam emanasse. Alii ipsum Belum autorem adorandi idola designant. Cyrillus Alexandrinus in 3. libro contra Iulianum non longè à fine disertè affirmat ante diluuium non fuisse idololatriam: *In sacris*, inquit, *litteris nullum per id tempus inuenimus, qui idololatriæ crimine fuerit implicitus, accusatur enim de aliis & perit non frustra, sublato diluuio. Corruperat enim omnis caro viam suam* & paucis interpositis. *Porrò nongentis & quadraginta duobus annis exactis, dispersáque Noe posteritate vndequaque & habitantibus iam hominibus ad orientem, & ad maritima, congregatísque in ciuitatibus, primus regnauit in Assyriorum terra vir superbus, & arrogans Arbelus, qui & primus hominum dicitur à subditis nomen deitatis accepisse. Perseuerarunt igitur Assyrii, & finitima illis gentes sacrificantes ei, & adorantes. postea fuit Ninus Arbeli filius, &c.* Ex quo apparet, qui ab aliis dicitur Belus, à Cyrillo, nisi subsit mendum, dici Arbelum, & ab eo adorato cœpisse adorationem idolorū. Huic Belo templum Babylone fuit exædificatum magnificentissimum à Semiramide, vt tradit Didorus, vel à Nino filio, vt malunt alii scriptores.

5. Quod si Sap. 14. v. 15. illud: *acerbo enim luctu dolens pater, cito rapti sibi filii fecit imaginē, & illū, qui tunc tanquam homo mortuus fuerat, nunc tāquā Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia.* Si istud, inquam, quis putat spectare ad Belum regem Assyriorum, illi dispiciendum imponitur, quomodo possit cócinnare, & componere cū chronologia, ex quā elucet primum regem Assyriorum fuisse Nemrod, hunc, de quo agitur, Belū, consētiētibus chronographis melioribus, & ei successisse in regno Ninū: vnde non potuit fieri, vt Belus pater acerbo

luctu

[illegible] Nu[illegible]erit initium id [illegible]

6. [illegible] ad [illegible] Bel[illegible] qui d[illegible] [illegible]tem [illegible] on a fil[illegible] fu[illegible] p[illegible]tic atque conuenire q[illegible] trono [illegible], sic [illegible]o Ninum [illegible] [illegible] & quod [illegible] Sap. liber initium idolorum fluxisse a parente orbo, qui filij mortui imaginem adorandam proposuerit: id non apte [illegible]sponderis: nam de patre isto scribitur, *& constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia.* vnde ostēditur fuisse rex: at Bel, si est idem quod Nēbrod, vt n. 3. ipse fuit primus in Babylonia rex Genes. 10. vers. 9. & eius pater fuit Chus, filius primogenitus Cham: cuius nullum noscitus imperium.

7. Ceterùm, cùm locus nostri vatis præsens nō cogat primam originem idolomaniæ inuenire, eā curam ad interpretem libri Sapientiæ amādamus: & hic id solùm cum Pererio in Danielem lib. 16. ad c. 14. v. 2. *Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel:* adeo fuisse famosum hoc nomen, vt inde possit videri traductum ad aliarum G[illegible]tium idola: nam Deus Moabitarum fuit Beelphegor. Deus Acharonitarum Beel Zebub: inde fortassis etiam Baal, & Belial: nomina in l[illegible] sacris frequentissima. S. Hieron. Ose. 2. v. 8. [illegible] e Baal dictum esse Bel.

Idola varia nominata à Bel.

8. E[illegible] q[illegible]us satis cognoscitur, ab Isaia vt rem memorabilem proponi: *Confractus est Bel.* cuius Dei tanta erat apud homines fama, tāta dignitas & veneratio. LXX. *Cecidit Bel:* qui tam diu steterat, corruit. alluditur ad habitum simulacrorum, quæ stantia fingebantur, etsi interdum alio situ collocabantur etiam loco sublimi ad quod casus referri potest. Sed præclare Hebræus: *incuruauit se Bel:* ille cui tot genua supplicabantur, tot capita inclinabantur: tandem se curuauit, genua posuit. cùm statuæ e materia rigida compactæ, quamuis partibus, & quasi membris constare possint, non ita fiant, vt flecti possint, & in genua procumbere; hæc incuruatio intelligi debet, confractis, aut sublatis cruribus: tunc enim idola incuruantur. idcirco Latinus apte: *Confractus est Bel:* e throno, è sede sua regia deturbatus est: nulla deinceps ei ditio, nulla corona, nulla religio, aut reuerentia.

9. *Nabo idolū.*

Contritus est Nabo] Alterum idolum illi dignitate proximum, si coniecturæ locus est. nam huius idoli S. Scriptura alibi non meminit. repetitur Nabo, sed pro vrbe quadam Num. 32. v. 37. *Filij vero Ruben ædificauerunt Hesebon & Eleale, & Cariathaim, & Nabo, & Baalmeon, versis nominibus.* vbi si probamus Hebræorum expositionem docentium: Israelitas victores vrbibus captis ademisse nomina antiqua, quippe imposita ex cuiusque idolo; vrbē Nabo, Heb. נבו, iisdem omnino litteris, ab idolo fuisse cognominatam licet existimare. Quod Hebræorum glossema de nominibus ab idolis deriuatis etsi Oleaster reiicit, vt nulla ratione fultum: tamen noster Cornelius approbat: & ratione fulcire possumus: nam inter illa oppida numeratur Baalmeon: quod nomen ab idolo Baal, siue Bel, videtur acceptum: & Nabo ab idolo hic nominato. S. Hieron. hic docet: pleraque oppida Ægypti habere nomina animalium, eo quòd hæc colerentur pro Dijs: ex quo sequitur habere nomina Deorum gentis.

Hebræi imponunt nomina vrbib. victis.

10. Nemo Hebraicæ linguæ peritus, & antiquis-

[illegible] Sanct.

A ta[illegible] non ins[illegible] improbet quod doct[illegible] quidam iot [illegible] [illegible]plicantur, hoc nomen נבו Nabo dat[illegible] [illegible] idol[illegible] qu[illegible] oracula fun deret, [illegible] acc[illegible]. nam apud Hebr[illegible] eo vocabu[illegible] Vates appe[illegible]atur ex idol[illegible] non omnibus Dæ[illegible] [illegible] & responsa [illegible] debant [illegible] loc[illegible], vbi [illegible] fallendi spe[illegible] opportunitas. Et quidem Babylone, vrbe celeberrima, & Chal[illegible] imperij regia, quò tot nationum concursus fieret, non sine quæstu Dæmonum suorum fallaciarum cathedram collocasset.

Nabo [illegible] dictus à vaticin[illegible].

11. Alteram coniecturam subiicio: quidni? pleraque enim, quæ scribimus, quæ docemus, non ad liquidum scimus, sed coniectamus, & B vt probabilia tradimus. Coniectura est: alio nomine ad idolum fuisse apppellatum *Merodach:* Nam Ierem. c. 50. v. 2. sic: *Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach: confusa sunt sculptilia eius, superata sūt idola eorum.* Committe hoc Ieremiæ vaticinium cum vaticinio Isaiæ, & dēto discrimine nominis secundi idoli, reliqua paria coloperies. Nam si vterque Vates duos præcipuos deos Chaldæorum pro omnibus nominat, credibile est, sicut primo loco ponitur ab vtroque Bel, ita deinceps idem idolum poni. Nam interpretes licèt quidam tam ex Hebræis, quàm ex aliis putent, Merodach apud Ieremiā nomen fuisse regis Babylonij, atque adeò eius, qui dictus est Balthasar, sed multo probabilius C est, esse nomen idoli. Et fortasse sicut Belus rex primus relatus est in Deorum numerum, sic alius eiusdem Gentis rex appellatus Merodach eodem honore, & cultu ab stultis hominibus fuit donatus. Vide Sanctium in Ieremiam.

Merodach, idolum.

12. Hoc est valde vicinum vero, quod sentit Sanctius, & illud vicinius quod à multis asseritur, nomen esse idoli. nam si Bel, vt omnes concedūt, est idolum, singularisque Deus apud Chaldæos, & deinde generatim ait Ieremias: *confusa sunt sculptilia, superata sunt idola:* quo nexu, inter Bel, & idola interponeret Merodach, si staret pro rege aliquo, præsertim mortuo, vt placet nonnullis: Nam quod aliis insedit, esse eundem D quē Balthasarē occisum à Cyro, nulla ratione probatur. Adde in Hebræo esse: fractus est Merodach, quod proprie sculptili cōuenit, non regi. Apud LXX. Dagon est loco Nabo. de Dagone in libr. 1. Reg. multa ad Babylonios spectasse non lego.

13. *Facta sunt simulacra eorum bestiis & iumentis, onera vestra graui pondere, vsque ad lassitudinem.*] Pars maior autorum arbitrati, in hac oratione esse eclipsim, & aliquid desiderari, implent suo quisque iudicio. *Facta sunt simulacra eorum* (videlicet similia) *bestiis & iumentis:* autor princeps huius supplementi est Hieronymus, cui de more hærent Haymo, & Dionysius: adhæsit & Hu-E go, ducunt eò LXX. transferentes: *Fuerunt simulacra eorum in bestias & iumenta.* Itaque ab insipienti Gentilitate animalia muta pro dijs fuisse honorata exprobrat Vates. Quot, quàmque fœda animalia Gentiles adorauerint, prope pudor est dicere. Sed non tam pudoris ergo, quàm quod vulgata res est, & quod hunc explicatum non sector, omitto hoc loco referre. Vt non id secter, auocant me verba sequentia: *onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem:* quæ à bestiis & iumentis demoueri non possunt, absque inconcinnitate, vt iam ostendam.

Eclipsis suppletur.

14. Pintus supplet; *onus*, sic: *Facta sunt simulacra eorum onus bestiis & iumentis*, sed sine causa addit quod est in contextu, nam extemplo sequitur; *Onera vestra graui pondere*: quod ita Pintus exponit; *Iumenta vestra, & idola, pondere vestro fatigabuntur*. quæ expositio sine additio illo constare possit. idem fere fuit supplemētū S. Thomæ; *Facta sunt iumentis ad portandum*: velut, nisi à iumentis portari nequeant. Adamus addit; ad prædam; sed hæc additio indiget alia additione, vt intelligatur. Alij explicant fere sine vllo incremento verborum; *Facta sunt bestiis*, scil. hominibus, qui moribus à bestiis non differunt. Sic Haymo, & Hugo.

15. Sed vt expediam quod impeditum apparet, obseruo, id vnum occurrere in hac oratione, quod turbet, & distrahat lectorem, scil. posse-ssiuum nomen, *vestra: onera vestra*, id enim si abesset, oratio flueret inoffense: *Facta sunt simulacra eorum bestiis & iumentis onera graui pondere vsque ad lassitudinem*. quę periodus est facillima, non indigens interprete. At particula illa intertexta; *vestra, onera vestra*, lectori offundit caliginem, vt nō facilè videat, quò pertineat. Quidá enim, ad idola esse apostrophen existimant, vt Pintus citatus, præterea S. Tho. & Vatablus.

16. Sed verè, cùm præcedat, *Facta sunt simulacra eorum bestiis, & iumentis*, nimium abruptè, & importunè se conuerteret vates ad ipsamet simulacra & diceret; *onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem*. Quocirca plures Scriptores cum Sacerdotibus Chaldæis agere Isaiam opinantur, hàc sententiâ: *simulacra* Babyloniensia, *onera vestra*, quæ vestris vos humeris vehere soliti estis, *facta sunt* onera *bestiis & iumentis, graui pondere, vsque ad lassitudinem*. adeò sunt grauia & ponderosa, vt suo pondere aggrauent bestias & iumenta. Videte ergo, velui diceret vates, quali honore, & onere fuetitis functi, cùm in vtroque vobis bestiæ, & iumenta succedant.

Hæc expediendæ implicitæ periodi via, quādiu alia non occurreret aptior, mihi arridebat. Quæ artifit ex parte Forerio, & Emmanueli Sa, & aliis, qui ad idololatras referunt dictum: *Onera vestra*: ex integro placuit Sanctio.

17. *Idola quorsum iumentis imposita fuerint.* Sed adhuc superest docendum, ad quid fuerint idola bestiis & iumentis imposita: & quando quóve modo hæc ab Sacerdotibus vel aliis cultoribus gestari sint solita. Quoad prius excludenda Rabbinorum caussa à Lyra recitata, & admissa: nempe sacerdotes Babylonios, cùm caperetur vrbs à Cyro fuga sibi consulere aggressos portasse secum idola: quo præpeditos onere captos fuisse ab hostibus. Sed quis non videt, hoc non congruere historiæ Babylonis captæ, qualis à Daniele, aliisque vatibus describitur, & ab autoribus externis? fuerit hæc Hebræorum licentia quæ visa fuerint commoda comminiscendi.

18. Alij videntur sentire, ab ipsis Chaldæis idola fuisse imposita iumentis, vt secum in Persidē asportarent. id indicat Mariana, sed nō integra vult esse translata, sed in frusta diuisa: quæ fortassis fuerint prædæ hostibus in itinere: sic enim exponit infrà vers. 2. *non potuerunt saluare portantem*. *Idola non frangebantur à suis cultoribus.* Hæc opinio habet contra se, non fuisse in more idola ab ipsimet cultoribus diffringi, & in alios vsus conuerti. Nam quamuis vincerentur, ac diriperētur ab hostibus, & quæuis dura, & aspera fuissent experti, vt erant cœ-

A ci pagani, non Deorum suorum van[illegible] bebant, sed eos esse sibi irato[illegible] in anim[illegible] ducebant. Huius rei exempla [illegible]ssim in h[illegible] veteri & in poëtis legimus [illegible]ola f[illegible] ab idololatris neque ex ira, neque ex aua[illegible] legisse non recordor. Solere, vic[illegible] rent patriis sedibus, ferre secum Deos, [illegible] rim Penates, ex libro 2. Æneid. inte[illegible] Æneas in fuga & trepidatione parent[illegible] Anchisen alloquitur. versu 17.

Tu genitor cape sacra manu, patriósque Penates: 19.
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti *Virgil.*
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
B *Abluero.*

Et ab eodem Virgilio lib eodem 2. ve. 293. inductus fuerat Hector moribundus commendans Æneæ Deos Troianos illis verbi:

Sacra suósque tibi commendat Troia Penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato statues quę denique ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potentem,
Æternúmque adytis effert penetralibus ignem.

Duplici ex caussa Hector tradit Æneæ sacra, & Deos Penates: altera, vt iis exulibus quæ[illegible] sedem: altera, vt eos habeat comites [illegible] & duces: quæ duo sunt sanè aduer[illegible] Æneam consulere diis, à quibus sit admoniti,
C adeò cœcutit omnis idololatria.

Vnde arguté coniicit Sanctius [illegible] 20.
fortasse consilio Rachelem surripuisse [illegible] pa- *Rachel*
rentis sui Laban, vt eos haberet vi[illegible] *furatur idola patris.*
comites, & adiutores: & eosdem cùm Laban ad
eundem finem vellet accipere, desid[illegible] quin non tam citò desideraturum.

Hoc igitur animo Babylonios idola asportasse iumētis, quippe grauia, secum in exilium asportanda, si id licuisset per hostes, est credibile valde procliue: Sed hoc diceres fuisse potestate, siue clā, siue palā, hostiū permissu, mihi pro[illegible] est incertum, & potius inclinor, vt credam non licuisse; præsertim in tāto tumultu, & trepidatione, quā sè necesse fuit esse maximam in vrbe
D Babylone repentè, & tam inopinatò captam: nam secundum illud conuiuiū lautissimū à Daniele descriptum cap. 5. *eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus*: itaque fugæ, & deportationi idolorum in tātis temporis angustiis locus esse non potuit. at indulgentiā, & concessu inimicorum id non fuisse factum qui legerit caput Ieremiæ 50. & 51. videbit: in quibus hostilis Persarum animus, & sæua strages describitur & omnis eiusmodi permissio & humanitas excluditur.

Ex quibus relinquitur, hæc simulacrorum onera iumentis imposita fuisse à victoribus, vt ea non ad cultum peregrinum in patriam eorum, sed ad vsum auri & argenti deportarent.
E Ierem 43. v. 12. de Nabuchodonosor: *Et succendet ignem in delubris Deorum Ægypti, & comburet ea & captiuos ducet illos*. Tam enim opulentæ, tamque superstitiosæ ciuitatis idola & fuisse aurea, aut argentea, & non exiguæ magnitudinis nemo dubitauerit: & posterius saltem ex hoc loco Isaiæ satis certò deprehenditur.

Nō fuerit operæ iactura, huc traducere Diodorū Siculū, ne lector cogatur quærere qu. l. 5. de rebus antiquis post initium ita scribit ad rē nostram, dū de Babylone, & Semiramidis operibus agit: *In vrbis medio templum Iouis erexit, cuius amplitudinem neque scriptores propter vetustatem,*

21. *Victores deportant idola iumentis.*

neque

neque ob memoria singillatim tradunt. Constat tamen ob mirandam illius altitudinem, Chaldæos, tum Orientem, tum Occidentem ... rerum in eo obseruationes factas. id ex latere, atque asphalto, summa arte & magnis impensis est extructum. In summo templi tres ingentes statuas aureas Iouis, Iunonis, & Opis erexit, quarum Iouis adhuc extat, longitudine pedum quadraginta, mille Babyloniorum talentorum pondere. Opis statua simuli pondere in sella aurea sedet, ad cuius genua duo leones adstant, iuxtaque serpentes argentei ingentis magnitudinis & ponderis: quilibet est talentorum triginta. Iunonis stans simulacrum ponderis est talentorum octingentorum. Huius dextera caput serpentis tenet: sceptrum lapideum sinistra. His omnibus communis erat mensa aurea longitudinis pedum quadraginta, duodecim latitudinis, ponderis talentorum quinquaginta. Duo præterea carchesia talentorum triginta erant, totidémque vasa vaporibus apta, vtrumque talentorum triginta. Crateres ex auro tres, quorum Ioui dicatus talenta mille, & ducenta Babylonia pendebat: aliorum quilibet sexcenta. quæ omnia postmodum Persarum reges surripuere.

Idola Babylonica miræ magnitudinis.

22. Quæ Diodori narratio conducit satis intelligendo Isaiæ, & quia idolorum Babylonicorum describit molem, & pondus insana, & quia tradit à Persis regibus hæc direpta fuisse: quæ duo hic prædicuntur, seu alterum ponitur, scilicet, fuisse ea simulacra famosa, & alterum prædicitur, nempe, non ampliùs futura. Et hactenus, quoad *onera grauia* bestiarum, & iumentorum, *vsque ad lassitudinem*. tot enim, tantísque deuehendis statuis, ac supellectili sacra ex auro, & argento, siue integris, siue comminutis multa iumenta onerari, & fatigari necesse fuit.

23. Quod attinet ad alteram partem propositam, quomodo hæc simulacra fuerint onera vel sacerdotum, vel aliorum laicorum Gentilium antiquis scriptoribus legendis assuetus edoceri non debuit: in quibus creberrima est commemoratio pomparum, thensarum, ferculorum, vehiculorum. Cuius generis est apud Tullium illud in fine orationis & actionis postremæ in Verrem: *Omnésque dij, qui vehicula tensarum solemnes cœtus ludorum initis, quorum iter iste ad suum quæstum non ad religionum dignitatem, faciendum, exigendúmque curauit.* & in lib. 1. contra eundem Verrem: *Quis a signo Vertumni in circum maximum venit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur? quam tu viam tensarum, atque pompæ eiusmodi exegisti, vt ipse illa ire nō audeas.* Hinc aliud eiusdem nobilis scriptoris lib. 1. officiorum. *Cauendum est, ne tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt pomparum ferculis similes esse videamur.*

Pompæ & processiones Gentilium.

Cicero.

24. Sed istiusmodi pompam non minus eleganter doctissimus ille Tertullianus depingit libr. de spectaculis. cap. 7. *Communis origo ludorum vtriusque generis, communes & tituli, vt de communibus causis, proinde apparatus communes habeant, necesse est de reatu idololatriæ conditricis suæ. Sed Circensium paulo pompatior suggestus, quibus propriè hoc nomen pōpa præcedit, quorum sit in semet ipsa probans, de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de thensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuuiis, quanta præterea sacra, quanta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moueantur, sciunt homines illius vrbis, in qua dæmoniorum conuentus consedit.* & post pauca: *... ambitiosius frugalitas eius quo ... eum offendit. qualecumque pōpa Circi, etsi pauca simulacra ... vno idololatria est, etsi vnam thensam ... plaustrum est. quamuis idololatria ... vel modice locuplete ... splendida est censu criminis sui.*

Tertul. Pompa qualis.

Imagines portantur.

Sed ex iis exceperit quis, non effici, simulacra ferri solita ab ipsis hominibus & cultoribus, potuerunt enim trahi à iumentis, vt trahebantur in triumpho hæc, & alia captarum vrbium & prouinciarum monumenta. Respondeo, præterquam longè diuersa sit ratio pompæ triumphalis, & pompæ sacræ, cùm huic intercedere bestias & iumenta esset indecorum: ex aliis scriptoribus nos habere, homines ipsos suis humeris hæc onera portasse. 25.

Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 23. sic habet: *Assyrij quoque solem sub Iouis nomine, quem Dia Heliopolitem cognominant, maximis ceremoniis celebrant in ciuitate, quæ Heliopolis nuncupatur. Eius Dei simulacrum sumtum est de oppido Ægypti, quod & ipsum Heliopolis appellatur, regnante apud Ægyptios Senemure, seu idem Senepos nomine fuit. perlatúmque est primùm in eam per Oppiam legatum Delebois regis Assyriorum, sacerdotésque Ægyptios, diúque habitum apud Assyrios, postea Heliopolim commigrauit. Cur ita factum, quáque ratione Ægypto profectum in hæc loca, vbi nunc est, postea venerit, ritúque Assyrio magis, quam Ægyptio colatur, dicere supersedi, quia ad præsentem non attinet causam. Nunc verò Iouem, solémque eundem esse, cùm ex ipso sacrorum ritu, tum ex habitu dignoscitur. Simulacrum enim aureum specie imberbi instat, dextrâ eleuatâ cum flagro in aurigæ modum, læua tenet fulmen & spicas: quæ cuncta Iouis, solísque consociatam potentiam demonstrant. Huius templi religio etiam diuinatione præpollet, quæ ad Apollinis potestatem refertur, qui idem, atque Sol est. Vehitur enim simulachrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circensium deorum simulacra: & subeunt plerumque prouinciæ proceres raso capite, longi temporis castimonia puri, feruntúrque diuino spiritu, non suo arbitrio, sed quo Deus propellit vehentes: vt videmus apud Antium promoueri simulacra Fortunarum ad danda responsa.*

Macrobius.

Simulacra humeris humanis vehuntur.

Habes, studiose lector, qualis in pompa fuerit simulacrorum vectura, cùm iis ferendis subiicerent proceres prouinciarum, non sine longi temporis castimonia procurata. Cúmque Macrobius doceat, istud Heliopolitanum idolum magis Assyrio quàm Ægyptio ritu coli, inde fit, morem gestandi simulacra dorso humano apud Assyrios viguisse. Sed habemus huius rei certiorem testem, & firmius testimonium apud Baruch. 6. vers. 3. *Nunc autem videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. visa itaque turba de retro, & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: te oportet adorari Domine.* 26.

Porrò, in modum Ecclesiasticarum supplicationum, & pomparum, præcedebant, & subsequebantur simulacra turbæ hominum supplicantes. de qua vtrarumque processionum similitudine & conuenientia erit postmodum dicendum. Interea Gentilium hæc consuetudo affirmanda Cyrillus hoc loco adhuc magis explicat gestum portantium simulachra gentilitia: *Sacrifici quidam educentes ex adytis imagines,* 27.

Cyril.

& illas consecrantes, ac dedicantes circumuerunt, in plateis titubantes, & quasi ebrij; perinde quasi onus grauissimum portarent. & vbi oneraret, id quod ferre voluerunt, ibi & premi se, & baiulare onus non posse simulabant. Populus autem imprudens & gregarius, &c. verè putarunt pondus esse intolerabile, eum Deum, qui portabatur a dedicantibus. Huc referri possit quod ait Baruch citatus: *in humeris portari, ostentantes metum Gentibus.* Ergo Vates argutè opprobrat sacerdotibus, & sacrificulis idolorum, se anteuertisse, & præoccupasse ministeria & onera bestiarum in vehendis simulacris, cùm eis in eo officio essent successura iumenta, quæ capta & confracta idola aliò transportarent.

Sacerdotes, & bestiæ promiscuè portant idolum.

28. At quo magis morem istum, ritúmque Gentilium asserimus, & confirmamus, eo plus hæreticis nouatoribus concedimus telorum, quæ contra processiones & pompas Ecclesiasticas intorqueant. Affirmant enim nos Catholicos hæc fuisse mutuatos ab Ethnicis & paganis; atque adeo sapere paganismum, supplicationes fieri, & in iis gestari imagines, Reliquias Sanctorum, Crucis vexillum, & demum sacrosanctam Eucharistiam. Quibus oportet respondere, & os obstruere impudens, & blasphemum.

Haeretici sugillant processiones, & supplicationes Christianas.

29. Primò: negamus hæreticis, si opus fuerit hûc ritum aliunde desumere, & pristinum aliquod exemplum imitari, id esse ethnicū. Habuit enim Ecclesia Christiana in veteri Ecclesia quod hac in re potuit sibi proponere ad imitandum. primùm, processionem illam & pompam initam, & dispositā à Iosue in transitu Iordanis, Iosue c. 3. 2. *Transierunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt: quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eā, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes, sitque inter vos, & arcam spatium cubitorum duum millium, &c. dixítque Iosue ad populum: sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. & ait ad sacerdotes: tollite arcam fœderis, & præcedite populum.* Quid requiris hæretice hîc ad iustam pompam & processionem? habes Sacerdotes, Leuitas, & laicos: habes præcedētes, & succedentes: habes ferculū, & thensas: Arcam videlicet fœderis, figuram idoneam augustissimi Sacramenti prouectam humeris sacerdotalibus. An hoc etiam prototypon reprehendis, & totum vetus Testamentum, factus etiam Marcionista?

Ritus supplicationum non à Gentilibus, sed à veteri Testamento.

Processio Iosuana

30. Sed desiderat fortasse Sectarios in processione Iosuana concentum musicum, & lætitiæ organa: & quamuis non necessaria sint, possunt enim institui supplicationes luctuosæ, sed morem geramus hæretico moroso. Eadem Arca Domini cùm fuit è domo Obededon translata in ciuitatem Dauid, hæc quoque sunt adhibita. 1. Reg. 6. vers. 12. *Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededon in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori, & victima vituli. Cùmque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bouem & arietem: & Dauid saltabat totis viribus ante Dominum. Porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. Et Dauid, & omnis domus Israel ducebant Arcam testamenti Domini, in iubilo, & in clangore buccinæ.* & vers. 17. *Et introduxerunt Arcam Domini, & imposuerunt eam in loco suo, in medio Tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid.* Audebit no etiam hoc damnare nouat[illegible], & D[illegible] catione & p[illegible] ephod lineo indutum [illegible] hanc, nostras [illegible]ctores, & faciat[illegible] nes irridet, vtinam ei quæ Michol [illegible] tingat. vers. 23. *Igitur Michol filia Saul [illegible] natus filius vsque in diem mortis suæ.* Hi[illegible] hæreticis infœcunditas eueniat, null[illegible] scatur filius tam exitialis disciplinæ & [illegible] seos hæres.

Processio Dauidica.

Sed est & alia Processio & Supplicatio [illegible] quentior, & celebrior, cùm Salomon in ædificatum à se templum eandem Arcam transportauit: de qua 3. Reg. cap. 8. vers. 1. *Tunc congre[illegible] sunt omnes maiores natu Israël cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum [illegible] gem Salomonem in Ierusalem; vt deferrent A[r]cam fœderis Domini de ciuitate Dauid, id est, de S[ion]* lege illic cetera, quæ apparatissimam, & [illegible]tissimam, & omnibus suis partibus absolutam pompam & processionem exhibent. quibus, n[e] sim longior, alias addere tempero. 3

Processio Salomonica.

Non ergo Catholici carebant exempl[is] vernaculis, ac domesticis, quæ sequerentur [illegible] peregrinorum necessaria fuerit vsurpat[io] & [illegible]tatio. In iis enim repræsentatis è veteri Ecc[le]sia non solùm nobis præeunt prisci fide [illegible] cumento, sed adumbrant, & præfigurant [illegible] adeò præmonstrant futuras Christiana[s pro]cessiones, præcipue, in quibus sacrosanctæ Eucharistiæ ferculum humeris sacerdotum [illegible] cumgeritur.

Vnde, vt sit secunda responsio, aio Ethnicos potiùs è diuinis Ecclesiæ priscæ ritibus, & exēplis eum morem processionis & pompæ accepisse, quàm Christianos è Gentilitiis. Si minus, probent nobis hæretici contrarium. Nos autem satis ostendimus fuisse Ecclesiæ primæuæ exēpla & vestigia quibus Ecclesia postea potuerit insistere. & prætetea certum, Gentiles hausisse multa è libris veteris Testamenti, & ab Hebræo populo accepisse. Diabolus enim, quò tutiùs falleret, res persanctè & diuinitus institutas & traditas suis ipse clientibus impertiuit, vt specie honesti & sacri ad summam impietatem adduceret. Testem laudo locupletissimum & vetustissimum Tertullianum ca. 40. de Præscriptionibus: *Sed quæritur a quo interpretetur intellectus eorum, qua ad hæreses faciant: à Diabolo scilicet, cuius sunt partes interuertendi veritatem, qui ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum mysteriis æmulatur. Tingit & ipse quosdam, vtique credentes, & fideles suos, expiationem delictorum de lauacro promittit, & sic adhuc initiat Mithræ: signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quid quod & summum Pontificem in vnis nuptiis statuit, habet & virgines, habet & continentes. Ceterum si Numæ Pompilij superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia, insignia, & priuilegia, si sacrificalia ministeria, & vasa ipsorum sacrificiorum, ac piaculorum, & votorum curiositates consideremus, nonne manifestè diabolus morositatem illam Iudaicæ legis imitatus est?* 31.

Gentiles summunt è libris [illegible], & depravant.

Tertul.

[illegible] imitatur [illegible] cras, & de[illegible].

Hæc Tertullianus: Sed & hoc nostro seculo scimus in ethnicis Orientalis In[di]æ esse nonnullas superstitiones quas Dæmon ex ami[ta]tione, & sanctitatis simulatione ab Eccle[si]a huc transtulisse videtur.

Qui-

33\. Fideles, & infideles aliquorum cultum habere communem.

Qu[...] q[...] naturæ lux, & lex præscribit A Deum aliquo etiam exteriori cultu esse venerandum in aliquas ceremonias fideles & infideles neutri aliorum exemplum secuti conuenerunt. Denique potuit laudabiliter Ecclesia, sicut templa idolorum consecrauit, veróque Deo dicauit sic aliquos ritus ex se dubios, & indifferentes ad veram religionem traducere: quò faciliùs Gentiles superstitionem exuerent, & sanctissimis moribus ac cultibus assuescerent. quod non est imitari ethnicos vsus, sed mira dexteritate inflectere, & corrigere: velut cum flumen rapidissimum, & cum damnu inũdans exhauriri, & exsiccari nequit, eò auertitur, & deducitur, vt non modò sine pernicie, sed etiam cum vtilitate labatur. Quocirca & B hæc Sacerdotum Gentilium superstitiù portantium idola ab Isaia rectè luditur: & consuetudo ferendi imagines, & alia similia in supplicationibus rite ab Ecclesia Catholica vsurpatur. Quo de argumento adeundus est eruditissimus Iacobus Gretserus è Societate nostra in Opusc. de Processionib. lib. 1. à c. 19. & nos redeamus ad Vatem, à quo sumus digressi, nec sine causa: vt hæreticorum calumniam reuinceremus, quos miror hoc Isaiæ testimonio non fuisse abusos.

Vers. 2. Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. C

34\. *Contabuerunt, & contrita sunt.*] Hebræa verba eadem, quæ suprà, quæ ad incuruationem alij, ad contritionem alij reducunt: sed vtrouis modo, idolorum euersio, & exitium prædicitur: adduntur alia duo argumenta vanitatis illorum: alterum, quòd non valuerint liberare ab hostibus cultores, & vectores etiam suos, eos, quorum humeris in pompis portabantur: alterum, quòd neque se ipsa defendere potuerint, sed fuerint in captiuitatem asportata. D

35\. Dij Tutelares.

In illa turba, ac permistione Deorum, fuerunt apud Gentiles Dij Tutelares, seu custodes locorum, quorum præsidio putabant prouincias, vrbes, & oppida defendi. Quæ numina, seu simulacra tutelaria transferri aliò, nefas esse ducebant. Ergo Isaias ducet vanam esse eiusmodi tutelam, & custodiam, cùm suos ciues, clientes, sacerdotes, sacrificulos, adde etiam, baiulos, & gerulos tueri non potuerint. Deinde, coacta fuisse mutare sedes, & aliò demigrare, non soluta, & libera, sed captiua.

36\. *Anima eorum in captiuitatem ibit.*] Possit dubitari, vtrò pertineat pronomen, *eorum*: an ad E simulacra, an ad portantes ea; & ad Sacerdotes: nam etsi numero singulari posuit Vates vltimo loco; *Portantem*: licet intelligere, plurali: *portantes*: neque enim vnus duntaxat, sed plures portabant ponderosa illa sculptilia. vnde probè construeretur: Non potuerunt saluare suos portatores *anima eorum in captiuitatem ibit*. Ita pauci explanant: quia anima domusculè tribuitur idolis.

Anima quomodo detur idolis.

Sed id reliquos expositores non præpedit: nam abusiue fit. vel quia existimabantur ani-A mata, vel quia anima pro re sumitur ipsa, eo quòd sit præcipua pars eorum, quæ corpore, & anima constant. Mitto qui exponunt *anima eorum*, id est, res carissima eorum, quæ Babylonij diligebant, & habebant pro anima, in captiuitatem ibunt. Non probo: licet sup. c. 44. versicul. 9. lego: *amantissima eorum non proderunt eis*: & intelligo de idolis. nam vnum ab alio distat.

A victoribus verò Deorum simulacra variis ex causis ablata deportabantur. ex cupiditate nonnunquam, cùm essent aurea, vel argentea, interdum ex curiositate: quòd essent antiqua, vel eleganter elaborata, singulari arte picta, aut efficta. Ad ostentationem sæpe, & gloriam, vt B triumphum ornarent, ostenderéntque se eas prouincias, vel vrbes expugnasse, quæ Deos illos haberent propugnatores. Omnium istorum casuum exstant exempla in historia. 37.

Idola à victoribus auferuntur variis ex causis.

Tacit. lib. 1. ad med. Cicerò in Pisonem: qui postea, simulacra oppidorum in triumpho solere ferri docet.

De Marcello Syracusarum expugnatore Syracusani legati in Senatu Romano ita queruntur: *Certè præter mœnia & tecta exhausta vrbis, & refracta Deûm delubra, Dijs ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil relictum Syracusis esse.* Quibus legatorum querelis respondens Marcellus: *Ego*, inquit, *Patres conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, nunquam spoliis earum vrbem Romam exornarem.* Et apud eumdem Liuium decad. 4. libr. 4. in principio: Marcus Cato dum accusat luxum ex aliis prouinciis Romam illabentem, sic ait: *Infesta, mihi credite, signa ab* C *Syracusis illata sunt huic vrbi. Iam nimis multos audio Corinthi, & Athenarum ornamenta laudantes, mirantésque, & antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes. Ego hos malo propitios Deos, & ita spero futuros, si in suis manere sedibus patiemur.* Legati Ambracienses de M. Fuluio queruntur Romæ apud Liuium lib. 38. his verbis: *Et quod se ante omnia moueat; templa tota vrbe spoliata ornamentis, Simulacra Deûm, Deos imo ipsos conuulsos ex sedibus suis ablatos esse. Parietes, postésque nudatos, quos adorent, ad quos precentur, & supplicent, Ambraciensibus superesse.* Lege ibi plura.

Liuius decad. 3. lib 6.

38.

D

Vers. 3. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à me à vulua.

Tuenda cum primis est Latina translatio: 39.
quam plerique recentiorum in posteriori Vulgata defenditur.
parte versiculi ab ea desciscunt: & transferunt: *qui portamini ab vtero, qui gestamini à vulua.* vt vter & vulua non sit Dei, sed Iacobi. Arias ita: *Vanus ego dicar nisi librariorum culpâ locus hic in* E *hac Latinâ laborat versione. Nam nec hic Deus vterum sibi appingit, nec vuluam confingit, vtpote qui in generationis etiam imagine, patris potius nomen vsurpare, quam matris audiatur. Sed vterum & vuluam ad Iaghacobi matrem referenda vocabula sunt.*

Sed certè librariorum culpam abesse hinc 40.
commentarius S. Hieronymi apertissimè conuincit, qui cùm docuisset Israelitas à Deo instar infantium quasi matris vtero, & vuluâ prægnantis fuisse portatos: non quòd Deo insint humana membra: *sed quò nos affectum Dei per no-* Non est menda.

stra

stra verba discamus : & cùm ea Psal. 109. citasset illud : *ex vtero ante luciferum genui te*, addit : *In Hebræo scriptum habes* : מרחם, *quod interpretatur de vulua. in præsentiarum vero, non solum de vtero, & de vulua scriptum est* : מני מבטן מרחם *sed* מני, *quæ præpositio significat ex meo vtero, siue ex mea vulua. & est sensus : qui vos genui ab infantia, & meo vtero, vuluáque gestaui.* Hæc Hieronymus, qui paulo solicitior visus est hoc loco defendendæ, & astruendæ suæ translationis, quasi diuinans fore impugnandam.

41. Itaque primùm, non est peccatum librarij, pronomen *meo*, & *mea*: *ab vtero meo*, *& à vulua mea* : sed considerata & præmeditata appositio interpretis : quam firmat ratione S. Hieronymus: quia non est sola dictio, מן *min*, mera præpositio, à, ab, ex, sed מני *Mini*, cum affixo: hoc est, *à me*: hoc sensu ad verbum: *qui portamini à me vtero, qui gestamini a me vulua*: vnde probè interpres dixit : à meo vtero. Quod si quis Hebraicè doctus opponat, litteram iod in dictione מן *min*, solere addi, significatione inuariatâ, non repugno : sed nobis idem concedat, interdum variari, & esse pronomen cum præpositione, quod negare non poterit sup. ca. 30. versic. 1. *vt faceretis consilium, & non ex me*: & Psalm. 138. vers. 19. *si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me.* Quod si his locis & aliis non est sola præpositio, sed etiam pronomen, seu affixum, imò id ex se habet, vt indicat Hieronymus, quis iure culpet interpretem hoc Isaiæ loco ita vertentem? & quidem omissâ autoritate Latinæ vulgatæ, maioris debebit esse apud nos S. Hieronymi iudicium, & affirmatio, quàm cuiusuis alius, quantumuis Hebraici idiomatis scientissimi. Agit Arias ratione: quia Deus, ne in oratione quidem metaphoricâ seu in imagine, vt ille loquitur, non matris, sed patris partes suscipit. Sed id refellitur ex Psal. 109. citato à S. Hieronymo sup. nu. 40. *ex vtero*, seu potiùs *è vulua*, מרחם mirèchem, *ante luciferum genui te.* Quod si id quod

Præpositio מני, *Mini*.

42. ait Arias, debet intelligi in generatione non naturali, & internâ Dei, sed in spirituali, & externâ hominis, cùm cap. 66. versic. 9. Dei benignitate venerim, ad illa verba : *Nunquid ego qui alios parere facio, non pariam, dicit Dominus.* planum faciam, ibi Deum matris & parientis partes sibi sumere: interea tamen, ne rem præuertam, Lector stipulationem teneat, & vulgatam editionem retineat.

Domus Iacob, & residuum domus Israel.] pro vno; & eodem capi existimo, pro duabus tribubus, quæ superstites erant, & liberæ tunc à captiuitate, aliis decem iam in Assyriam abductis.

Qui portamini ab vtero meo.] Venusta, & beneuola nimium antithesis, vt obseruat bene Sanctius. Dixerat Deus modò, idola, Deósque à gentilibus portari, & eorum pondere grauari, premi, penè obteri, & prosterni. at contra à se suos cultores geri, portari, non humeris, non vlnis, non sinu tantùm, vt à gerulis, vt à nutricibus, sed vt à matribus, vtero, & vuluâ: eorum se esse patrem, eorum esse matrem, cuius affectus est mollior & indulgentior in filios. Huc pertinet vteri materni similitudo, vt omnes interpretes monent.

Antithesis. Idola portantur ab idololatris: Deus portat suos cultores.

Matres a mare indulgentius, quàm patres.

43. Qualem natura matribus in prolem amorem indiderit, ex auibus, è feris immanissimis edocemur, quæ suos catulos ita perament, ita diligunt, ita diligenter alunt, ita fortiter defendunt, vt id quamuis notissimum & vbi nissimum sine admiratione cerni non possit ... ce lupas, vrsas, leænas : quibus truculentissimis bestiis non videbatur inesse posse vllus affectus amandi, aut benignè faciendi : & tamen quam ediderunt e suis visceribus prolem, ita tenerè, ita indulgenter fouét, & amplectuntur, vt d... educant, humana viscera induisse præ...

Oppian. 3. Venat.

Iam verò natos insano lynces amore
Depereunt, tormísque leo, pantheráque seua,
Et pardi virides, tigrísque volatilis vsque

Et simul ad propugnandos catulos omnem rabiem contra aduersarios expromant. vnde illa prouerbialis similitudo 2. Reg. 17. versic. 8. *Tu nosti patrem tuum, & viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo: veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat.*

Eadem est comparatio apud Virgil. lib. 1 Æneid. vers. 355.

--Inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant siccis.

Plin. libr. 8. cap. 16. de leæna: *Cùm pro catulis fœta dimicat oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat.*

Seneca Epist. 99. *Sic aues, sic feræ fœtus suos diligunt, quarum concitatus est amor, & pene rabidus.*

Quod si feris tam vehemens amor in filios natura insitus est, eo fine, vt prolem curent, alant, educent, qualis, quantusque datus fuerit hominibus, quorum posteritas, & soboles tanto est nobilior, & Deo æstimabilior? Cumque parens vterque in liberos sit indulgentissimus, sed excellit mater indulgendo. Seneca libro vnico de Prouidentia, siue *quare bonis viris mala accidant.* n. 2. sic : *Nonne vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos ad studia obeunda maturè, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & lacrymas interdum excutiunt : at matres fouere in sinu, continere in vmbra volunt, nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare.* 44.

Seneca.

Sed requiras, quare plus mater quàm pater amat filios? cùm deberet e contra accidere: nam est multorum opinio, matrem in generatione habere se passiuè, atque adeò, solius patris esse aliquid substantiæ filium. Sed demus matrem quoque efficere aliquid: certè causa princeps est vir : vnde is maiorem habet rationem diligendi. At experientia contrarium ostendit. Aristoteles libr. 9. Ethic. cap. 7. duas affert eius rei & differentiæ caussas : alteram, quòd mater certior sit prolis: alteram, quòd plus laboris susceperit: & quo res nobis laboriosores euenût, eo plus eas amare consueuimus. Quàm laboriosa sit matribus filiorum susceptio, Ambrosius exprimit libr. 2. in Lucam. cap. 3. *Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui misera in ipsis votorum fructibus maius periculum est; & cùm e sideris quod optauit, partu absoluitur, non timore.* 45.

Mater cur plus amet quàm pater.

Arist.

Ambros. Matri debet filius multa.

Ergo Deus, vt nos à se fortiter amari paternum pectus, animúmque sibi sæpius attribuit: vt nos à se tenerè foueri demonstret, materna viscera, & vterum sibi ascribere non iudicat indeco- 46.

Deus sibi patrem, & ... matrem tribuit.

Non qui parentes effusi diligunt, n ge luni, nullú actum, g nia, sua patrum perso- n . S tate philosophorum f ue cum filio ludens aliquando ab Alcibiade deprehensus, & irrisus; Non est, inquit, cur me irrideas cum filio immoderatius agentem, ut prodas, donec tu filios susceperis. Agesilau Rex Lacedæmoniorum, vt cum filiis pueris colluderet, domi arundinem pro equo conscendebat, & cùm spectantibus admirationem vellet eximere, paternum affectum nisi expertis ignotum esse affirmabat. Hoc affectu Deus sibi vterum, sibi vuluam ascribit: vt intelligamus quanta, quàm incomprehensa sit eius amoris in hominem teneritudo: vt sic nobis spem alat, animos faciat accurrendi, in quouis periculo, in quouis discrimine, in quauis trepidatione, aut necessitate ad eius indulgentissimum sinum. nam quos diu gestauit in vtero, & e suis visceribus genuit, refugientes & se recipientes non arcebit a sinu. Maldon. in Psal. 109. vers. 3. ait: *sciendum est autem Deo nunquam tribui hanc dictionem vuluam, nisi ad significandum singularem quendam affectum, & amorem Dei erga quempiam, eo quod mulieres quibus tribuitur vulua, magis tenere & ardenter amant filios suos, quàm patres.*

47\. Præterea vt intelligamos, quantum ei debeamus, ideo Deus suo nos gestasse vtero perhibet. itaque & patris, & matris officio functo, inæstimabile est quod debetur. Deberetur ergo, si fieri posset, iuxta debitum pensio, & solutio, sed quia id est impossibile, vt pendamus, & soluamus ex æquo, conemur tamen vt boni filij pendere, & soluere tali parenti pro viribus. Scitum illud: *Deo, Parenti, & Magistro parem gratiam referri non posse.* quoniam ex vno Deo hæc omnia beneficia nobis oriuntur, in eodem colendo omnia pariter hæc officia conueniunt.

Vers. 4. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & ego saluabo.

48\. Solent esse quidam quasi gradus in t dentia & procuratione paterna. *Prudentia paterna sunt gradus, & ista.* quando ferit filium, nihil amplius citus, aut memor. is non quærit pro pissimam voluptatem. Mater fir ontinet, fouet, alit, & auget. aut exponit, aut alij nutriendum t. Iam si nutriat, & educet, sed posteaquam a lo enit, eius curam solet abiicere: quod præcipue videmus in volucribus, & multis quadrupedibus. itaque paucissimi sunt parentes, qui vsque ad extremum spiritum solicitudinem filiorum non ponant. At Deus non solùm amorem tenerrimum, delicatissimúmque affectum in suos, sed etiam fortissimum & constantissimum profitetur, & pollicetur, cùm ait: *Vsque ad senectam ego ipse: & vsque ad canos ego portabo:* non sibi Deus senectam & canos affingit, vti affinxerat vterum & vuluam: sed senectam & canus intelligit Israelis filij carissimi: idest, nullo ei tempore, ne extremo quidem Deum defuturum: parentis officio perseuerantissime defuncturum: Recurre ad c. 1. v. *lios enutriui, exaltaui.* Cùm vero dicit: *I tam ego ipse* abrupte a se quæ te potest expo. hoc modo semper c iaciem ego idem: non mutabor. *Ipse* cum pr & præsertim Deo tributum, index est constantiæ. p c 43. num. 146.

Deus omnia officia patris sup'it

49\. Portaui vtero dum formaretur fœtus, portaui sinu, dum nutriretur, portabo humeris vsque ad senectam, & vltimum eius vitæ spatium. nunquam hoc onus mihi gratissimum ponam. Indigent filij, cùm sunt pueri, paterno sustentaculo propter teneritudinem & mollitiem membrorum: indigent alieno fulcro cùm sunt senes, propter corporis effœti imbecillitatem. Vtramque ætatem, & inter vtramque positam iuuentutem regendam Deus suscipit, & sustentandam: sed commemorat imbecilliorem, pueritiam videlicet & senectutem. id quoque non omisit aduertere Lorinus ad v. 9. Psal. 70. *Deus sustentat omnem ætatem.*

50\. Potuisset a nobis Iacobi & Israelis ætas in suas partes tribui, & assignari, quæ fuerit eius pueritia, quæ adolescentia, quæ senecta: quod faciunt aliqui interpretes; at quoniam ipse iudico non fuisse primarium Dei consilium hoc loco, ita distincte temporum spatia notare, sed generatim, vt dixi, se ad finem vsque consultorum esse domui Israelis, idcirco hanc distributionem nunc prætereo. de quà infra num. 56. Illud certe non prætereundum, quantum sit beneficium istud; *vsque ad senectam, vsque ad canos*, à Deo portari. *Populi Hebræi ætates*

51\. Id est quod postulabat, seu orabat ille quicumque fuerit Psalm 70. vers. 9. *Ne proiicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vt corpori, sic est animo sua senectus: cùm viribus destituitur: cum morbis impetitur: cum calor diuinus, & feruor restinguitur, cùmque etsi operitur vestibus, non calefit. August. tract. in Epist. Ioan. *Senectus veternosa est vetus.* Quo tempore, & statu opus est singulari Dei auxilio, quo roboretur infirmitas, & quo fouea tur frigiditas. Psal. 70. vers. 17. *Deus docuisti me a iuuentute mea; & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua: & vsque in senectam & senium Deus ne derelinquas me.* S. Bernard. in Cantica. ser. 21. ad medium, monet in ætate virili spirituali, de quà nunc, implorandum & promerendum præsidium diuinum pro tempore senectutis, quo maximè periclitamur. *Denique*, inquit Ber. *ne dixeris in abundantia tua, non mouebor in æternum: ne etiam illud, quod sequitur dicere cum gemitu quidem cogaris: Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Curabis potius, si sapis, pro consilio sapientis, in die malorum non immemor esse bonorum: atque in die bonorum, non immemor esse malorum: ergo in die virtutis tua noli esse securus, sed clama ad Deum cum Propheta, & dic: cùm defecerit virtus mea: ne derelinquas me.* *Deus regit vsque ad senectam. Senectus spiritualis mala. Senes egent sustentaculo. S. Bernardus.*

52\. Felix ille, semel & iterum, térque quatérque beatus, qui toto vitæ tempore, qui quouis rerum statu, & vicissitudine euentuum, non Angelorum modò, sed Dei ipsius manibus portatur: *ne forte offendat ad lapidem pedem suũ.* Cuius enim Deus gerit infantiam, non erit elinguis, nã *ex ore infantium, & lactentium perficit laudem.* Cuius erudit & instituit pueritiam, non erit rudis, & ignara: nam *dat paruulis astutiam.* Cuius regit adolescentiam, non erit lubrica & *Portatus à Deo est felix. Psalm. 90. v. 11. 12. Psal. 8. v. 3 Prou. 1. v. 3.*

præ

stra verba discamus: & cùm ex Psal. 109. citasset illud: *ex vtero ante luciferum genui te*, addit: *In Hebræo scriptum habet*: מרחם, *quod interpretatur de vulua. in præsenti verò, non solum de vtero, & de vulua scriptum est*: מני מבטן נמרחם *sed* מני, *quæ præpositio significat ex meo vtero, siue ex mea vulua. & est sensus: qui vos genui ab infantia, & meo vtero, vuluáque gestaui.* Hæc Hieronymus, qui paulo solicitior visus est hoc loco defendendæ, & astruendæ suæ translationis, quasi diuinans fore impugnandam.

41. Itaque primùm, non est peccatum librarij, pronomen *meo*, & *mea*: *ab vtero meo, & à vuluâ meâ*: sed considerata & præmeditata appositio interpretis: quam firmat ratione S. Hieronymus: quia non est sola dictio, מן *min*, mera præpositio, à, ab, ex, sed מני *Mini*, cum affiso: hoc est, *à me*: hoc sensu ad verbum: *qui portamini à me vtero, qui gestamini a me vulua*: vnde probè interpres dixit: à meo vtero. Quod si quis Hebraicè doctus opponat, litteram iod in dictione מן *min*, solere addi, significatione inuariatâ, non repugno: sed nobis idem concedat, interdum variari, & esse pronomen cum præpositione, quod negare non poterit sup. ca. 30. versic. 1. *vt faceretis consilium, & non ex me*: & Psalm. 138. vers. 19. *si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me.* Quod si his locis & aliis non est sola præpositio, sed etiam pronomen, seu affixum, imò id ex se habet, vt indicat Hieronymus, quis iure culpet interpretem hoc Isaiæ loco ita vertentem? & quidem omissâ autoritate Latinæ vulgatæ, maioris debebit esse apud nos S. Hieronymi iudicium, & affirmatio, quàm cuiusuis alius, quantumuis Hebraici idiomatis scientissimi. Agit Arias ratione: quia Deus, ne in oratione quidem metaphoricâ seu in imagine, vt ille loquitur, non matris, sed patris partes suscipit. Sed id refellitur ex Psal. 109. citato à S. Hieronymo sup. nu. 40. *ex vtero*, seu potiùs *è vulua*, מרחם mirêchem, *ante luciferum genui te.* Quod si id quod
42. ait Arias, debet intelligi in generatione non naturali, & internâ Dei, sed in spirituali, & externâ hominis, cùm cap. 66. versic. 9. Dei benignitate venerim, ad illa verba: *Nunquid ego qui alios parere facio, non pariam, dicit Dominus.* planum faciam, ibi Deum matris & parientis partes sibi sumere: interea tamen, ne rem præuertam, Lector stipulationem teneat, & vulgatam editionem retineat.

Domus Iacob, & residuum domus Israel.] pro vno, & eodem capi existimo, pro duabus tribubus, quæ superstites erant, & liberæ tunc à captiuitate, aliis decem iam in Assyriam abductis.

Antithesis. Idola portantur ab idololatris: Deus portat suos cultores.

Qui portamini ab vtero meo.] Venusta, & beneuola nimium antithesis, vt obseruat bene Sanctius. Dixerat Deus modò, idola, Deósque à gentilibus portari, & eorum pondere grauari, premi, penè obteri, & prosterni. at contra à se suos cultores geri, portari, non humeris, non vlnis, non sinu tantùm, vt à gerulis, vt à nutricibus, sed vt à matribus, vtero, & vuluâ: eorum se esse patrem, eorum esse matrem, cuius affectus est mollior & indulgentior in filios. Huc pertinet vteri materni similitudo, vt omnes interpretes monent.

Matres a mantes indulgentiùs, quàm patres.

43. Qualem natura matribus in prolem amorem indiderit, ex auibus, è feris immanissimis edocemur, quæ suos catulos ita peramanter diligunt, ita diligenter alunt, ita fortiter defendunt, vt id quamuis notissimum & visitatissimum sine admiratione cerni non possit. Aspice lupas, vrsas, leænas: quibus truculentissimis bestiis non videbatur inferi posse vllus affectus amandi, aut benignè faciendi: & tamen quam ediderunt è suis visceribus prolem, ita tenerè, ita indulgenter fouêt, & amplectuntur, vt dum educant, humana viscera induisse præferant:

Oppian. 3. Venat.

Iam vero natos insano lynces amore
Depereunt, toruúsque leo, pantheráque sæua,
Et pardi virides, tigrisque volatilis vsque

Et simul ad propugnandos catulos omnem rabiem contra aduersarios expromant. vnde illa prouerbialis similitudo 2. Reg. 17. versic. 8. *Tu nosti patrem tuum, & viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo: veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat.*

Eadem est comparatio apud Virgil. lib. 2. Æneid. vers. 355.

--Inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant siccis.

Plin. libr. 8. cap. 16. de leæna: *Cum pro catulis fœta dimicat oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat.*

Seneca Epist. 99. *Sic aues, sic feræ fœtus suos diligunt, quarum concitatus est amor, & penè rabidus.*

Quod si feris tam vehemens amor in filios 44.
natura insitus est, eo fine, vt prolem curent, alant, educent, qualis, quantúsque datus fuerit hominibus, quorum posteritas, & soboles tanto est nobilior, & Deo æstimabilior? Cumque parens vterque in liberos sit indulgentissimus, sed excellit mater indulgendo. Seneca libro Seneca.
vnico de Prouidentia, siue *quare bonis viris mala accidant.* n. 2. sic: *Nonne vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos ad studia obeunda maturè, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & lacrymas interdum excutiunt: at matres fouere in sinu, continere in vmbra volunt, nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare.*

Sed requiras, quare plus mater quàm pater 45.
amat filios? cùm deberet è contra accidere: nam est multorum opinio, matrem in generatione habere se passiuè, atque adeò, solius patris esse aliquid substantiæ filium. Sed demus matrem quoque efficere aliquid: certè causa princeps est vir: vnde is maiorem habet rationem diligendi. At experientia contrarium ostendit. Aristoteles libr. 9. Ethic. cap. 7. duas affert eius rei & differentiæ caussas: alteram, quòd mater certior sit prolis: alteram, quòd plus laboris susceperit: & quo res nobis laboriosores eueniût, eo plus eas amare consueuimus. Quàm laboriosa sit matribus filiorum susceptio, Ambrosius exprimit libr. 2. in Lucam. cap. 3. *Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui misera in ipsis votorum fructibus maius periculum est; & cùm ediderit quod optauit, partu absoluitur, non timore.*

Mater cur plus amat quàm pater.

Arist.

Ambros. Matri debet filius multa.

Ergo Deus, vt nos à se fortiter amari pater- 46.
num pectus, animúmque sibi sæpius attribuit: vt nos à se tenerè foueri demonstret, materna viscera, & vterum sibi ascribere non iudicat indeco-

Deus se vt patrem, & vt matrem inducit.

[illegible] qui par[illegible]s eff[illegible] di[illegible]gunt, [illegible] in gest[illegible]m, nu[illegible] actum, [illegible] patrum perlo-[illegible] philosoph[illegible] horum [illegible] aliquando ab Al-[illegible] ;Non est, inquit, [illegible] immoderatius agen-[illegible], donec tu filios susceperis. Age-[illegible] Lacedæmoniorum, vt cum filiis pueris [illegible] domi arundinem pro equo con-[illegible] cum spectantibus admirationem [illegible] re, paternum affectum nisi expertis [illegible] affirmabat. Hoc affectu Deus sibi [illegible] vuluam ascribit: vt intelligamus [illegible] quàm incomprehensa sit eius amoris [illegible] teneritudo: vt sic nobis spem alat, [illegible] accurrendi, in quouis periculo, [illegible] mine, in quauis trepidatione, aut [illegible] ad eius indulgentissimum sinum. [illegible] gestauit in vtero, & e suis visceri-[illegible], refugientes & se recipientes non [illegible] sinu. Maldon. in Psal. 109. vers. 3. ait: *[illegible] autem Deo nunquam tribui hæc di-[illegible] vuluam, nisi ad significandum singularem quendam a[illegible]tum, & amorem Dei erga quempiam, quod mulieres quibus tribuitur vulua, magis te-nerè & ardenter amant filios suos, quam patres.*

Præt[illegible]ea vt intelligamus, quantum ei de-beamus, ideo Deus suo nos gestasse vtero per-hibet. it[illegible] & patris, & matris officio functo, [illegible] mabile est quod debetur. Deberetur er-[illegible] posset, iuxta debitum pensio, & solu-[illegible] quia id est impossibile, vt pendamus, [illegible] ex æquo, conemur tamen vt boni [illegible] & soluere tali parenti pro viri-bus. S[illegible]: *Deo, Parenti, & Magistro pa-rem [illegible] non posse.* quoniam ex vno [illegible] hæc omnia beneficia nobis oriuntur, in [illegible] colendo omnia pariter hæc officia con-ueniunt.

Vers. 4. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego fe-ci, & ego feram: ego portabo, & ego saluabo.

48. SOlent esse quidam quasi gradus in [illegible] dentia & procuratione paterna. [illegible] quando fecit filium, nihil amplius [illegible] citus, aut meminit. is non quærit pro[illegible] pissimam voluptatem. Mater fer[illegible] con-tinet, fouet, alit, & auget. [illegible] aut exponit, aut alij nutriendum t[illegible]. Iam si nu-triat, & educet, sed postquam a[illegible]leuit, eius curam solet abijcere: quod præcipue videmus in volucribus, & multis quadrupedibus. ita-que paucissimi sunt parentes, qui vsque ad ex-tremum spiritum solicitudinem filiorum non ponant. At Deus non solum amorem tenerri-mum, delicatissimumque affectum in suos, sed etiam fortissimum & constantissimum profite-tur, & pollicetur, cùm ait: *Vsque ad senectam ego ipse: & vsque ad canos ego portabo:* non sibi Deus senectam & canos affingit, vti affinxerat vte-rum & vuluam: sed senectam & canos intelli-git Israelis filij carissimi: idest, nullo ei tempo-re, ne extremo quidem Deum defuturum: pa-

Parentes in [illegible] gradus. — *Deus omnia [illegible] perpetuo.*

rentis officio perseuerantissim[illegible] defu[illegible]turum. Recu[illegible] ad c. ver[illegible] *[illegible] & exaltatus.* Cùm vero dicit *[illegible] ego ip[illegible]* ab-rupte a [illegible] mate potest exponi. hoc modo tempo[illegible] ego ero idem: non mutabor. *ipse* [illegible] præsertim Deo tributu[illegible], index est constantiæ. [illegible] 45. num. 146.

49. Portaui vtero dum formaretur fœtus, por-taui sinu, dum nutriretur, portab[illegible] humeris vs-que ad senectam, & vltimum eius vitæ spatium. nunquam hoc onus mihi gratissimum ponam. Indigent filij, cùm sunt pueri, parentum sustenta-culo propter teneritudinem & mollitiem mem-brorum. indigent alieno fulcro cùm sunt senes, propter corporis effœti imbecillitatē. Vtramque ætatem, & inter vtramque positam iuuentutem regendam Deus suscipit, & sustentandam: sed commemorat imbecilliorem, pueritiam videli-cet & senectutem. Id quoque non omisit ad-uertere Lorinus ad v. 9. Psal. 70. *Deus sustentat omnem ætatem.*

50. Potuisset a nobis Iacobi & Israelis ætas in suas partes tribui, & assignari, quæ fuerit eius pueritia, quæ adolescentia, quæ senecta: quod faciunt aliqui interpretes; at quoniam ipse iu-dico non fuisse primarium Dei consilium hoc loco, ita distincte temporum spatia notare, sed generatim, vt dixi, se ad finem vsque consultu-rum esse domui Israelis, idcirco hanc distribu-tionem nunc prætereo. de quà infra num. 56. Illud certe non prætereundum, quantum sit beneficium istud; *vsque ad senectam, vsque ad ca-nos,* a Deo portari. *Populi He-bræi ætas*

51. Id est quod postulabat, seu orabat ille qui-cumque fuerit Psalm 70. vers. 9. *Ne proiicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vt corpori, sic est animo sua se-nectus: cùm viribus destituitur: cùm morbis impetitur: cum calor diminus, & feruor restin-guitur, cumque etsi operiatur vestibus, non cale-fit. August. tract. [illegible] in Epist. Ioan. *Senectus veter-nosa est vetus.* Quo tempore, & statu opus est singulari Dei au[illegible]lio, quo roboretur infirmi-tas, & quo foueatur frigiditas. Psal. 70. vers. 17. *Deus docuisti me à virtute mea, & vsque nunc pro-nunciabo mirabilia tua: & vsque in senectam & se-nium Deus ne derelinquas me.* S. Bernard. in Can-tica. ser. 21. ad medium, monet in ætate virili spirituali, de quà nunc, implorandum & pro-merendum præsidium diuinum pro tempore senectutis, quo maximè periclitamur. *Denique,* inquit Ber. *ne dixeris in abundantia tua, non moue-bor in æternum: ne etiam illud, quod sequitur dicere cum gemitu quidem cogaris: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Curabis potius, si sapis, pro consilio sapientis, in die malorum non im-memor esse bonorum: atque in die bonorum, non im-memor esse malorum: ergo in die virtutis tuæ noli esse securus, sed clama ad Deum cum Propheta, & dic: cùm defecerit virtus mea: ne derelinquas me.* *Deum regit vsque ad se-nectam. Senectus spi-ritualis ma-la. Senes egent sustentaculi. S. Bernar-dus.*

52. Felix ille, semel & iterum, térque quatérque beatus, qui toto vitæ tempore, qui quouis re-rum statu, & vicissitudine euentuum, non An-gelorum modò, sed Dei ipsius manibus porta-tur: *ne forte offendat ad lapidem pedem suũ.* Cuius enim Deus gerit infantiam, non erit elinguis, nã *ex ore infantium, & lactentium perficit laudem.* Cuius erudit & instituit pueritiam, non erit rudis, & ignara: nam *dat paruulis astutiam.* Cu-ius regit adolescentiam, non erit lubrica & *Portatus à Deo est felix. Psalm. 90. v. 11. 12. Psal. 8. v. 3. Prou. 1. v. 3*

præ

Ps. 118. v. 24. præceps: dicit enim vbique: *Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.* Denique cuius fulcit senectutem, nequit esse effœta, aut morbida, seu infirma. Nam hæc est benedictio illa Deuter. 33. vers. 24. *Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.* Hebr. ad verbum: *Sicut dies tui, fortitudo tua:* id est, quandiu dies vitæ tuæ durabunt, tamdiu durabit fortitudo tua: ab infátia vsque ad ætaté deuexam, & senio exactam eris fortis, & per omnes gradus ætatis æquè fortis & robustus.

Dei protectio, & fauor.

53. Deut. 33. vers. 25. Cuius continnati in eodem tenore roboris additur ratio: *Non est Deus alius, vt Deus rectissimi: ascensor cœli, auxiliator tuus. Magnificentiâ eius discurrunt nubes, habitaculú eius sursum, & super brachia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicétque: Conterere. Habitabit Israel confidenter & solus.* Cuius loci etsi sit apud alios autores alia elucidatio, nobis tamé illa insidebat, quæ Vatablo, quę dein Oleastro, & nostro Cornelio à Lapide; in quâ elucidatione, *Brachia* Deo tribuuntur; itaque hæc sit loci paraphrasis: Non est Deus alius, vt Deus Israëlis, qui rectissimus dici meruit. Vide sup. 44. vers. 2. num. 12. Hic tantus Deus cœlo, non aliter atque equo insidet, cœlo inequitat, *auxiliator tuus*: vt tibi vbique præsto sit, auxilium præbeat: quoties enim voluit

Ps. 17. v. 10. *inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius: & ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.* Tam celeri vtens equitatu, licèt in cœlo sit, poterit tibi in tempore opem ferre. Vt tabernaculum est tibi Deus, &

Vatab. tu *super brachia* eius *sempiterna.* Verba Vatabli do: *quasi dicat: Deus æternus protegit populú suum, velut tugurium defendit habitatores suos ab iniuria cœli: sub populo Israelitico sunt brachia infatigabilia à vertice ad calcem diligenter custodit totum*

Cornelius à Lapide. *Israelem Dominus.* Addit Cornelius: *infernè verò quasi sub te habet sua brachia infatigabilia, quibus te stringit, in quibus securè recubas, & quiescis, vti infans stringitur brachiis matris, in eisque securè requiescit*

54. Postquam protectionem, & vsque ad canos, Dei rectionem exclamat Moyses: *Beatus es tu Israel, quis similis tui popule, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ.* Ludit

Genes. 30. vers. 13. Moyses in vocabulo *Aser*, seu potiùs, seriò prophetat: nam Aser idem est qui Beatus, aut Beatitudo. Ergo, vt modò dicebam, multoties ille beatus, qui à Deo vt infans ad vsque senectutem vlnis geritur, & sustinetur: vt virile robur vbique retineat.

Hieron. Talis senectus non est proposita illis incommodis, & molestiis, quas enumerat S. Hieronymus in proœmio lib. 2 ad Oseam: *Quæ autem putantur senectutis mala, ista sunt: crebræ infirmitates, pituita molestissima, quam Græcorú alij κόρυζαν, alij ὀλεγμα nuncupant: caligantes oculi, accescentes cibi, trementes interdum manus, nudi gingiuis dentes, & inter cibos cadentes. Ad hæc torminibus & aculeis stomachi, podagraque & chiragra doloribus sæpe torquetur: ita vt ne stilum quidem, aut calamum tenere queat: vt suis pedibus non possit incedere: magnáque parte vitæ videatur esse truncata, & multis membris præmortua.*

55. Quæ quidem omnia mala & detrimenta spiritualiter interpretata secum trahit spiritualis illa senectus, nisi Deus eam singulari sua prouidentia & tectione ab hominibus auerterit. Sed vt est noxia & perniciosa senectus, sic est, & alia optabilis & commoda. Nam vt ætas corporalis prouectior, & senectus multa secum affert mala, & bona: sic in diuinis libris ancipiti significatu, arcano & mystico senex ponitur: aliquando in peiorem, aliquando in meliorem partem propositus, & acceptus.

Senectus bona. Senectus corporis in bonam, & malam partem.

Hieron. Mala quæ senectutem comitantur ex Hieronymo cognouimus, bona, quæ eam consequuntur, ex eodem doctore discamus ibidem. *Senectus multa secum & bona affert, & mala. Bona, quia nos ab impudentissimis dominis liberat voluptatibus: gulæ imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam, dat maturiora consilia, & frigescente corpore, dormit cum perpetua virgine Sunamite: luxuriámque contemnens cum Berzellai, delegat eam filio adolescenti Camaham, & non vult transire Iordanem, atque in alienos fines de suis finibus, id est, regionibus exire.*

56. Hæc & alia plura commoda & lucra comparat ei, quem *vsque ad senectam, & vsque ad canos* Deus ipse portauit. Ex quo alter mihi loci istius explicatus interlucebat: velut Deus promittat, à se Israelem ad hanc optabilem, & admirabilem senectutem esse deducendum: cui insint studia, & proposita valde salutaria, consilia matura, & plena prudentiæ, mores emendatissimi, artes & actiones ex ipsâmet honesti & decori regula & normâ directæ. Quasi illa ætas, cum populus ex Abrahamo est proseminatus & ortus, fuerit infantia, cùm sub Moyse est institutus, fuerit pueritia, sub iudicibus & regibus gubernatus, adolescentia præfervida, sub Machabæis cùm exercitu, & bellis duratus est, fuerit virilis ætas: at sub Christo & eius Euangelio fuerit exacta & consummata senectus, à quâ exulent infantilis balbuties, puerilis ignorantia, iuuenilis partim leuitas & temeritas, partim præceps & lubrica libido: virile robur ad vitia, & ad malum facinus audacia. Aliter distribuit Orig. hom. 2. in Leuiticum: *Sed & qui nouit ostendere, quæ fuerint legis principia, quæ etiam in Prophetis profectus accesserit, quæ vero in Euangeliis plenitudo perfectionis habeatur.*

Senectus spiritualis bona.

57. Itaque donec venit Dei Filius in mundum, perfecta senectus, & canities verè venerabilis Ecclesiæ fidelium non accessit. Nam quamuis multi exstiterint in lege veteri viri sanctitate, & morum integritate conspicui, Patriarchæ, Vates, & seculares Principes, ij tamen si comparentur cum Proceribus & Principibus Ecclesiæ Christianæ, multis partibus exceduntur. Deinde ij viri olim proceræ magnitudinis & consummatæ senectutis erant rari: at post Euágelium plurimi, & frequentissimi: & quidem status ex se est gratiæ diuinæ feracior multo & fertilior, vt alibi etiam dissero: quare sine iniuriâ populus ille etsi tempore vetus, & senex, à Paulo paruulus appellatur quoad mores, & sanctitatem, comparatione populi Christiani, qui etsi ætate est nouior, & iunior, rerum scientiâ diuinarum, & honestate actionum humanarum est senex. Sap. 4. vers. 8. *Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Si namque canis dignosceretur senex, nunquam Dominus præscripsisset Moysi: Num. 11. ver. 16. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti*

Senectus spiritualis perfecta nō fuit in Ecclesia ante Christum. Sanctitas maior in Euangelicâ lege, quàm in veteri.

Galat. 4. v. 3.

quod

omnes populi sunt, facile enim erat scire, qui ... essent, ergo moribus, non annis æstimanda senectus, & ... rum notitia.

... nunquam fuit in Ecclesia tantus ..., nunquam vita adeo immaculata, ac tempore Euangelico, hoc tempus existimare debemus Ecclesiæ senectutem verè venerabilem; ... hoc loco per Isaiam a Deo spondeti dicit: *Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo.*

9. Alios in alio gradu vitæ & ætatis mors accipit. Alij in vtero materno opprimuntur: alij recens editi de vtero transferuntur ad tumulum: alij in ipso adolescentiæ flore spiritus destituit: alij virilem duntaxat ætatem exigunt: pauci ad canos perueniunt: Deus ergo filio suo carissimo, primogenito Israeli & senectuté, longam vitam & felicem atque bonis omnibus cumulatam, malis interim exclusis, pollicetur: nempe senium maturitatem & prudentiam ad consultandum sapienter, & iuuenilem vigorem ad ... fortiter gerendam.

De hoc censu, meo iudicio est illud Psalm. 91 vers. 11. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.* Sed quia nolo lectorem meo vnius iudicio acquiescere, audiat Augustini sententiam ad illud loc. *Intendat charitas vestra quia dixit senectutem, ne pieretis & mortem. Homo enim in carne ideo senescit, vt moriatur. Senecta Ecclesiæ candida erit bonis factis, morte autem non corrumpetur. Quod est caput senis hoc erunt opera nostra. Videtis quemadmodum canescat caput, & albescat, quantumque senectus accedit. Quomodo bene senescit ordine suo, quæritis illi aliquando in capite capillum nigrum, & non inuenitis; si cum fuerit vita nostra talis, vt quæratur nigritudo peccatorum, & non inueniatur, senectus viridis est, semper virebit.* Tametsi Augustinus in commentatio citat versum Psalmi: *senectus mea in misericordia pingui*, in hac tamē pinguedine virorem intelligit & vigorem, aut fortasse aliam lectionem viderat ex Hebræo ductam: *in oleo viridi*: vbi si *oleum* pro olea ponitur, apte illi viror attribuitur: quæ ne in eluuione illa vastatrice mundi amisit viriditatem natiuam: Genes. 8. vers. 11. *At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis.* Ergo quia olea index est viriditatis, & oleum inde promanans symbolum misericordiæ diuinæ & huius est munus, donumque in senectute seruare virorem, atque vigorem, idcirco vtrauis versio Psalmi eundem sortitur exitum.

61. Et hoc amplius explicatur vers. 15. eiusdem Psal. *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt vt annuncient; quoniam rectus Dominus Deus noster.* Cùm enim senectus suopte ingenio sit effœta, & sterilis ne putaretur hæc ætas Ecclesiæ infœcunda, ait: *Adhuc multiplicabuntur*, scil. fideles *in senecta*, in postrema ætate, quippe non sterilli, sed *vberi*; non arida, sed viridi: nam si verbum e verbo transfers: *Amplius fructificabunt in canitie pingues, & virides erunt; ad annunciandum*, &c. Itaque senectus Ecclesiæ, quæ est ætas Euangelica, & Christiana, eximitur infœcunditati, exsiccari, & ariditati, quæ insunt senilibus corporibus: & donatur vi procreandi, pinguedine, & vigore, ac vigore, quæ propria sunt iuuenturis.

Cassiodorus à Glossa ordinaria relatus: *Ecclesia magis incipit esse vberrima, cùm ad finem seculi erit perducta.*

Cui argumento & affirmando, & ornando nihil fere aptius adduci possit, quam quod habet Sanct. Augustin. in lib. primo Retractar. capitul. vltimo, in quo capite retractat librum de quæstion. octuagesima tertia. & ad quæstion. 44. *Quare tanto post venit Dominus Iesus Christus. Vbi cum generis humani, tanquam vnius hominis ætates commemorarem, dixi: nec oportuit venire diuinum magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Et adiunxi ad hoc valere quod Apostolus dicit, sub lege tanquam sub pædagogo paruulos custoditos. Sed potest mouere, cur alibi diximus, Christum in generis humani sexta ætate, tanquam in senectute venisse. Hoc ergo quod de iuuentute dictum est, ad vigorem, feruorémque fidei refertur, quæ per dilectionem operatur; illud autem de senectute ad temporum numerum. Potest enim intelligi vtrumque in vniuersitate hominum quod non potest in ætatibus singulorum. Sicut in corpore non potest esse simul & iuuentus, & senectus; in animo autem potest; illa propter alacritatem, ista propter grauitatem.* 62

August. Ætates mundi, & generis humani.

Et quidem illa mundi, vt vnius hominis in sex ætates diuisio, quæ attingitur ab Augustino, est celebris inter antiquos & recentes chronographos, & alios Ecclesiæ scriptores: quibus circa alias ætates, aut earum aliquas dissentientibus, mira est circa postremam, & ideo senectutem consensio, eam Euangelico tempori ascribentibus. Quæ vegeta senilis ætas, vtpote a Deo fulta, & sustentata nobis fuit in veteri illo populo, ab Ægypto decedente, & peruagante in eremo præscripta: Deuter. 29. v. 5. Moyses ita loquitur: *Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumta sunt.* De eodem Ps. 104. v. 37. *Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.* Quod si in figura contigit illis, planè præfigurauit Ecclesiæ senectutē, vbi humanum genus euasisset seruitutem Pharaonis, traiectum mari rubro, à Deo gubernādā, & portandā nequaquam esse atterēdam, aut infirmandam; sed firmam fore, atque robustam in qua ætate populus Deo genitus esset carior, non secus ac Ioseph patri suo Iacob: de quo Genes. 37. versic. 3. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum.* 63.

Senectus spiritualis figurata.

Quem locum licèt in varios sensus diducant interpretes, & textum Hebræum secus exponant; communis tamē expositio est, quam præfert Latina editio: scilicet, Iosephum cariorem fuisse parenti, quòd esset ab eo in senectute genitus: & hāc causam è naturâ proficisci confirmat Philo in libro de Abrahamo post mediū, tractans cur tantopere ab eo diligeretur Isaac. *Aderat*, inquit Philo, *& aliud vehemens amoris incitamentum, quòd in senecta ei puer natus erat. Nam serius natos impotentius parentes adamant, vel quia diu desideratos, vel quia nullam prolem sperant postea, naturâ iam effœtâ, quippe quæ extremum attingit terminum.* 64.

Cur Iacob plus dilexerit Ioseph genitum in senectute.

Philo.

Quæ si vera sunt, *domus Iacob, & omne residuū Israel*, superiori versu positū, vt sit accipiēdum, facile cognoscitur vel merè spiritualiter, pro

rumentis transportari fuit necesse: sed quia his accedere debuit industria, & vis hominum, ideoque earum asportatio humeris humanis attribuitur. Aut quia prouerbiali formula quod ex alio pendet, & inde regitur, id eius humeris sustentari dicitur: vt ergo innotescat non homines a dijs factitijs, sed Deos ab hominibus pendere, & gubernari, humanis humeris impositos, & portatos Vates noster, & Ieremias describit, & describendo irridet.

70. Quod vero addit: clamantes homines à Deo suo neque saluandos, neque audiendos, eodem pertinet: & videtur aspicere ad historiá 3. Reg. 18. v. 24. vbi Elias pactus est cũ prophetis Baal, in hæc verba: *Inuocate nomina Deorum vestrorum, & ego inuocabo nomẽ Domini mei; & Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus.* Idolorũ verò sacerdotes, *inuocabant nomen Baal de mane, vsque ad meridiem dicentes: Baal exaudi nos: & non erat vox, neque qui responderet. Cùmque esset iam meridies, illudebat illis Elias dicens: Clamate voce maiori: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur.*

71. Quæ Deorum insensibilitas alibi etiam traducitur Ps. 113. v. 6. secundo: *Aures habent, & non audient:* & ante: *Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.*

Et verò adeò est proprium & innatum Deo, audire, & videre, non auribus & oculis corporeis, sed spiritualibus, vt Dauid ex eo, quòd Deus alijs aures & oculos dederit, argumentetur eum esse auritum & oculatum, idque negantes summæ insipientiæ coarguat. Psal. 93. v. . *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?*

72. S. Hilarius ad Psal. 54. v. 2. *Promtæ namque semper precationi hominũ Dei aures sunt, quia qui naturam audiendi humano generi impertit, ipse extra auditum non potest esse naturam: & qui vbique hunc nobis sensum auditionis operatur, non potest non vbique in ipso esse quod præstat.*

Quæ probatio Philosophico innititur fundamento, caussam nullam impertiri posse quod non habeat: ac proinde quidquid aliunde emanauerit, ibi manere formaliter, aut eminenter, quo posteriori modo calor est in Sole: sic in Deo non est visio, non auditus formalis, & materialis, sed eminens & spiritualis, vt obseruat contra anthropomorphitas Hier. ad Ps. 93. & ex Hieronymo citans & recitans ad verbũ S. Aug. epi. 111. & vterq; claudit: *membra tulit, efficientias dedit:* quia Dauid non dixit: qui plantauit aurem, ipse non habet aurem? sed: *qui plantauit aurem, non audiet?*

73. S. Isidorus lib. 1. sent. c. 5. *Tam clementer Deus humanæ consulit infirmitati, vt quia eum, sicut est, non possumus agnoscere, nostræ locutionis more seipsum nobis insinuet.* & paucis pòst: *Et quia in propria natura incorporeus est, & incircumscriptus, sed pro efficientiis caussarum in ipsa species rerum scribuntur: vt quia omnia videt, dicatur oculus, & propterea quod audit omnia, dicatur auris.* Itaq; Deus sine auribus audit, & sine oculis videt. idolum auribus præditum & oculis neque audit, neque videt: vnde concluditur, esse simulacrum vanum: & salutariter admonentur idolicolæ verbis sequentibus.

Vers. 8. Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor.

QVanta sit cõfusionis, pudorisque materia, hæc idolorum veneratio, alias sæpe traditum. Multi, pro, *confundimini*, vertunt: viriliter agite, fortes estote: creditque Forerius vitium inesse textui, & legendum, *fundamini*: quia אשש sit *fundare*. coniectura non absimilis LXX. secus; nam reddunt; *Ingemiscite*; & agite pœnitẽtiam. S. Hieronymus in textu apud Victorium habet: *fundamini*, & in commentario coniungẽs vtramque lectionem ait; *Ingemiscite pro errore, qui vos tenuit, atque fundamini, ne rursus fluctibus idololatriæ vos turbo subuertat.* Si res spectetur, verba non discrepant. Nam pœnitens ingemiscit, isque si deserit idola, in vnius Dei religione, & fide innititur. quæ fides est basis & fundamentum, siue *substantia*, vt loquitur Paulus Hebr. 11. v. 1. quod vt fiat, necesse est, *redire præuaricatores ad cor*. rationes ex vero subducere, apud se rite, in quo Numinis ratio & natura consistat, expendere. August. Psal. 76. v. 14. *Redite ergo ab affectionibus vestris, quò itis, quò curritis à quo non solum a Deo, sed etiam a vobis fugitis: redite præuaricatores ad cor, scrutamini spiritum vestrum, recolite annos æternos, inuenite misericordiam Dei circa vos, attendite opera misericordiæ eius in sancta via eius.* 74.

Cor apud autores sacros, plerũque pro mente sumitur: quæ & partem intellectiuam præcipuè notat, & partem affectiuam habet adiunctam. *Redire ad cor*, igitur, est redire ad se, resipiscere, ad sanam mentem reuocari. Hoc intellectu dicitur ille patris familias adolescentior & decoctor, patrimonio absumto, premente inopia. Luc. 15. vers. 17. *In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo, surgam & ibo ad patrem meum.* Ambros. citatus infra: *Bene in se reuertitur, qui a se recessit. Etenim qui ad Dominum regreditur, se sibi reddit: & qui recedit à Christo, se sibi abdicat.* 75.

Vt paternâ domo, & tutelà decesserat, sic à se, à corde, à mente exierat, redit ad se, suum errorem agnoscens, & simul deserens, & ad patris indulgentissimi & experti sinũ se recipiens. Hilarius in libello, quem Constantio ipse tradidit: *Quod hieme, vndoso mari, obseruari à nauigantibus maxime tutum est, vt naufragio desæuiente, in portum ex quo soluerant, reuertantur: vel incautis adolescentibus conuenit, vt cum in tuendâ domo suâ mores paternæ obseruantiæ transgressi, profusa libertate sua vsi sunt, iam sub ipso amittendi patrimonij metu, solus illis ad paternam consuetudinem necessarius & tutus recursus est.* 76.

Aug. Psalm. 118. concione 8 ad medium: *Nec frustra ille filius iunior, qui profectus est in regionem longinquam, vbi ita dissipauit substantiam suam viuens prodigè, vt diceret, surgam, & ibo ad patrem meum: prius reuersus est in semetipsum, nisi quia tam longè peregrinatus est, vt relinqueret etiam semetipsum. Nec tamen reuerteretur ad se, si omnino nesciret se, nec diceret, surgam & ibo ad patrem meum, si penitus ignoraret Deum.* Ambros. in Luc. l. 7. c. vlt. exponens illud: *Peregre profectus est: Quid longinquius quàm à se recedere, nec regionibus, sed moribus separari, studiis discretũ esse, nõ terris, & quasi interfuso luxuria sæcularis æstu, diuortia habere sanctorũ*

Aug. *Duo filij sunt duo populi.*

Sed & idem Augustinus Ps.138.vers.2.in his duobus filiis recognoscit duos notissimos populos, in seniore Iudaicum, in iuniore Gentilē: quæ tanti doctoris accommodatio, quia nobis est opportuna, non pigebit describere, vt lectori sit ad manum indigenti.

78. Aug.

Attendite illum filium minorem, quia ipse etiam factus est corpus Christi, Ecclesia de Gentibus veniēs. Ierat quippe in longinquum filius minor. Duos enim filios habebat pater familias: filius maior non longe ierat, sed in agro operabatur, & significat sanctos in lege facientes opera, & præcepta legis. Genus autem humanum, quod defluxerat in idolorum culturam, in longinquo fuerat peregrinum. quid tam longè ab eo, qui fecit te, quam figmentum, quod tibi ipse fecisti: Profectus est ergo filius minor in regionem longinquam, portans secum substantiam suam, & sicut nouimus in Euangelio, dissipauit eam viuens prodigè cum meretricibus, & famem passus applicauit se cuidam principi regionis illius: & ille eum porcis pascendis præposuit, de quorum siliquis & reliquiis cupiebat saturari, nec poterat. Et post laborem, & trituram, & tribulationem & egestatem, venit illi in mentem pater, & voluit redire: & sic ait: surgam, & ibo ad patrem meum. & paucis pòst verbis: *Ecce fateor tibi, ambulans sinistram meam, factus sum longinquus à te; discessi a te, cum quo mihi bene erat, & bono meo malè mihi fuit sine te. nam si bene esset sine te, nollem fortasse redire ad te.*

79. *Filius prodigus pro Gentile. Filius manens domi pro Iudæo*

Quæ porrò seu interpretatio, seu adaptatio parabolæ conuenit cum rebus ipsis. Nam plebs Iudaica in Apostolicis scriptis dicitur fuisse prope, & Gentilis fuisse longè. Deinde Gentilis aliquandiu fuit domi, & apud Patrem, id est, Deum coluit, hoc est, in suis maioribus, in patriarchis primis, & idolis adorandis, procul aufugit, vt docet suprà Augustinus, & Hieron. epi. 146. Conducunt huc à nobis tradita c. 41. vers. 9. num. 135. & aliis sequentibus.

Luc. 15. v. 31. *Obiectio. Quomodo dicatur Iudæus filius semper permansisse.*

Sed inetis obuiam: non quadrare illud: *Fili, tu sēper mecum es*, si tribuitur Iudæo; nā sæpissimè quoque deseruit domum patris per idololatriam. minus conuenire aliud; quod dicit idē filius maior: *nūquam mandatum tuum præterij.* Sed hoc posterius minus vrget, cùm sit ab ipso filio, à Iudæo propositum, & iactatum: nam qui de paterna indulgentia queritur, & fratri inuidet, sua in patrem obsequia exaggerare potuit. Sed nihilominus ad vtrumque respondet Beda:

Beda respondet.

Facilè illud occurrit, neque de omni mandato dictum esse, sed de vno maximè necessario, quo nullum Deū colere iussus est. Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligatur habere personam, qui nunquam ab vno Deo ad simulacra conuersi sunt. Quamuis enim tanquam in agro positus iste filius terrena desideraret, ab vno tamen Deo ista desiderabat bona quod etiam patris ipsius testimonio comprobatur, cum dicit: tu mecum es semper. non enim quasi mentientem redarguit, sed secum perseuerantiā eius approbans, ad perfruitionem potioris, atque iucundioris exultationis inuitat.

80. S. Hieronymus epist. 146. rescribens Damaso Papæ, qui ex eo quæsierat istius parabolę interpretationem, & nominatim, qui conueniret populo Iudæo & filij maioris professio perpetuæ obedientiæ, & patris responsio, secus ac Beda dissoluit: Verba Hieronymi hæc: *Ad id autē,*

Hieronymus respondet.

quod ait: Mandatum tuum nunquam præterivi: patris sermo non congruit. non enim confirmauit vera esse quæ dixerat filius, sed irascentem alia ratione cō-pescuit; fili, tu semper mecū es: nonne, inquit, bene quidem dicis, & fecisti cuncta, quæ iusseram? sed mecum es semper. Mecum es lege, qua stringeris: mecum es, dum malis & in captiuitatibus erudiris: mecum es, non quia præcepta mea compleueris, sed quod te in longinquam regionem abire non passus sum: mecum es ad extremum, secūdum illud quod locutus sum ad Dauid; si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis nō ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virgā iniquitates eorum, & in flagellis iniustitias eorum; misericordiam meam non auferam ab eis. & pòst. *Nec mirādum patri eum ausum fuisse mentiri, qui fratri potuit inuidere.*

Ergo peccatores quicumque, sed maximè qui à Deo vero ad simulacra muta veneranda desciuerunt, præuaricatores nuncupantur, & ad cor redire iubentur. 81.

Vers. 9. Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltra Deus: nec est similis mei.

Vers. 10. Annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ nec dum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:

Refutatā deorum Gentium futilitate, & cōuicta certissimis argumentis falsitate, suam Deus asserit diuinitatem, & notis ac indiciis non minus certis euincit. de quibus egi c. 41. v. 22. num. 154. c. 43. v. 12. n. 150. Quod verò ad recordationem prioris seculi mittit, rerum omnium à Deo creatarū gestarūmque seriem, nexúmque retractari, & attento animo cogitari præcipit, ex qua retractatione, & cogitatione certissimè proficiscitur veri Numinis agnitio, atque susceptio, & falsæ cuiuslibet superstitionis improbatio. Quis enim, nisi sit animi lumine captus, vbi studio cognoscēdæ veritatis mētem admouerit rebus à Deo creatis considerādis, multitudine, varietate, magnitudine, ordine, constantia, pulchritudine, vsu, situ, habitu, successione supraquam expendi possit, admirabilius, non sibi persuaserit, mundum, & eius incolam ac Dominum hominē ab vno Deo constitutum, & ab eodem regi, & gubernari? Profectò non aliā via & ratione sunt ducti quicūque citra fidei lumen, vnum Deum esse inuenerunt. Rom. 1. v. 20. *Inuisibilia enim ipsius, à creaturâ mūdi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles a creaturâ mūdi:* in autographo: *ἀπὸ κτίσεως κόσμου: à creatione mūdi*, vbi Deus creauit mundum ab eius exordio: sic hoc loco Heb. *Recordamini priorum*, מעולם *meholam*, i. *à seculo, à principio.* Vt appareat cuiuis, ab ipso mundi initio, fuisse Deo curæ, & cordi, hominibus innotescere vbicumque positis, & vtcumque dispositis, cùm tam planum & apertum librū suarū creaturarū in manus oculósq; tradiderit, in quo Deus ipse carū omniū autor rectorque legi, intelligi, ac quô hęc lectio, intellectióque dirigitur, studio quodā ardenti, & suaui diligi posset. 82.

Consideratio mundi & eius decursus ducit ad Deum.

Deus creationis vt innotesceret.

S. Antonius Abbas aliquando rogatus, vbi didicisset ea, quæ nouerat, respondit: *in libro creaturarum.* S. Bernardus inter fagos se edoctū fuisse confitebatur, quod etsi ad reuelationē diuinā adduci 83.

Liber creaturarum Deum docet.

adduci possit, sed non est cur excludatur consideratio rerum naturalium. Quæ quantum momentum habeat ad Dei cognitionem, religionémque generandam & e Paulo adducto sat didicimus, & ex aliis autoribus, quorum aliqua recitata testimonia lectori non fuerint iniucunda, nec inutilia.

84. S.Basil. in principium Prouerb. sic: *Et qui in mundi constitutione conditorem considerat, nouit & ipse per mundi sapientiam ipsum Deum.* & cùm retulisset illud Pauli ad Rom. subiicit: *itaque nos ad Dei sapientiæ considerationem ducit, cum dicit: per sapientiam Deus terram fundauit. item: Quando Deus præparabat cœlum, aderam, & cum eo eram cuncta componens: & ego eram, qua delectabatur. Nam hæc omnia ideo cum fictione personæ dixit, vt sapientiæ cognitionem perspicuam reddat. & illud omnino: Dominus creauit me initium viarum suarum: de eâ sapientia Dei dicit, quæ in mundo apparet, quæ tantum non voce per ea, quæ visibilia sunt, emissa, à Deo se factam esse & non casu cœpisse, atque in rebus creatis relucere proclamat. Sicut enim cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum: narrat autem sine voce: non enim sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: sic sunt quidam sapientiæ sermones ab initio genita, dum ipsa rerum creationi infusa, ac permista, tacens clamare videtur suum conditorem Dominum, vt per ipsam ad veri, & solius Sapientis cognitionẽ facile penetremus.*

85. Hæc grauiter Basilius & doctè, præsertim quà docet, Dei sapientiam ipsi creationi rerum infusam, atque immistam, vt vna sine alterâ nõ possit intelligi. Chrysostomus verò suæ eloquẽtiæ vbique non immemor hom.9 ad populum Antiochenũ ad medium sic eleganter excurrit. *Quis igitur tam miser, ac ærumnosus, qui cælum quidem cernens, cernens verò mare, & terram, cernens horarum temperiem tam diligenter moderatam, & inconcussum diei, & noctis ordinem, hæc sponte fieri putet, nec adoret eum, qui hæc omnia cum sapientiâ congruâ disposuit? Habeo quid dicam, & his maius: non enim magnitudo tantum & pulcritudo, sed & ipse creationis modus creatorem omnium demonstrat: quoniam condentis, & creantis omnia ab initio non aderamus; neque si aderamus, quomodo fiebant, scire poteramus, inuisibili virtute cuncta componentis: ipsum creationis modum nobis magistrum esse fecit, supernaturali consequentiâ componens omnia quæ fecit.*

Consequentiam vocat Chrysostomus (si ita est locutus, & rectè vertit interpres) elementorum & cœlorum ordinem, nexumque, quem deinde politè exequitur. Itaque in hàc cosmopœiâ, vt ex eâ meliùs ad autorem suspiciẽdum attollamur, tria sunt inspicienda, corporũ multitudo, & pulcritudo: deinde, ordo, habitus, & dispositio & modus ipse creationis, ex nullâ suppositâ materia, nulla aliena opera, consilio, vel industriâ: quæ omnia vnius summi Numinis potentiam, sapientiam, & bonitatem infinitam apertissime demonstrant. Cuotulito c. 40. vers.26. num. 484 B. Ignatius societatis nostræ fundator adeò se ab initio suæ conuersionis assuefecerat creaturis in Deo considerandis, vt è consideratione cuiusuis leuissimæ rei, puta, floris, vermiculi, assurgeret ad Deum cognoscendum, & suauissimè adamandum.

Annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ necdum facta sunt, dicens. Duplex est liber nobis à Deo traditus ad eum cognoscẽdum, creaturarum vnus, alter scripturarum: prior superiori versu proponitur, posterior hoc præsenti. & inter alia hoc libro contenta est prophetia, signũ certissimum Diuinitatis, vt alibi tractatum. Itaque qui ab initio ex nihilo omnia fecit, composuit, rexitque, quique quàm plurima, antequá euenirent, cecinit: is necesse est, vt sit Deus verus, ab omnibus studio singulari diligendus.

Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.] ex iis quæ ab exordio, seu ab æterno præfiniui, & multo antè prædixi, multa iam facta sunt; quæ supersunt, eâdem fide, & certitudine fient. *Consilium meum stabit.* nemo illud poterit deturbare, impedire, aut auertere, multo minùs euertere: תקום *tacum*: firmissimo, solidissimo insistens fundamento, nempe, meâ veritate & fidelitate immutabili. Ps.32.v.9. *Quoniam ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium; reprobat autem cogitationes populorũ, & reprobat consilia principum: Consilium autem Domini in æternum manet, & cogitationes cordis eius in generatione, & generationẽ.* 87.

Deus solo nutu disturbat cõsilia potentissimorum principum quotiescumque vult: at nemo principum, neque vniuersi simul valẽt Dei consilia tantillum demouere, vel inflectere: sed semper stant. Vide sup.cap.14.vers.27. *Dominus exercituũ decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam?* vbi tametsi de certo decreto puniendi Assyrij est sermo, sed ratio communis est cuilibet Dei statuto. 88.

Consilium Domini in Psalmo relato alij aliud opinantur, sed non pauci ad Euangeliũ inclinant quod hoc loco etiam fas esse non infitier: sed malim generatim & vniuersè concipi quoduis Dei decretũ, vt opponatur in eo Deus vanis simulacris Gentilium, & etiam Dæmonibus pro diis existimatis: quorum conatus Deus in nihilum vertat, & ipsi Dei consilia nequeant vlla ex parte secludere. Tametsi in hac vniuersitate principem locũ occupat consiliũ de liberãdo genere humano, & volũtas sãctificãdi illud. ad quod maxime deuergunt sequẽtia.

Vers. 11. Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ: & locutus sum, & adducam illud; creaui, & faciam illud:

PRisci quidam codices pro *Auem*, habebant, *iustum*: fortassis surrepsit occasione c. 41. v. 2. vbi: *Quis suscitauit ab Oriente iustum?* & quia creditum est, agi de Christo, cui minùs videbatur congruere nomen auis. Sed vtcumque euenerit, menda est, & iam à libris abest. 89.

At quænam sit hæc Auis, adhuc ambigitur, & diuersè decernitur. Apud Hebræos vix est vlla dubitatio, esse Cyrum, siue Darium, qui in Chaldæos inuolauerit, & ferali rostro, rapacibus vnguibus lacerauerit, cui interpretationi plerique interpretum, præsertim recentiorum accedunt: Vatab. Adamus, Osorius, Sa, Mariana, Pagninus in Thesauro, in voce עיט, *haiit*. Sanctius, Pintus, Lyra, & ex antiquioribus Hugo, S.Thomas priori loco. quam expositionem fuisse antiquiorem etiam apud nostros ostendit Procopius, aliis eam placuisse referens, & eandẽ tandem vt litteralẽ approbat S.Hieronymus in fine

commentarij huius capitis. Foterius eodem A contendit, etsi non Cyrum ipsum nominatim, & singillatim, sed eius exercitum exponit, quòd nomen Hebræum, auium multitudinem significet: sed id discriminis non est tanti.

90. Procopins asserit, apud alios non esse Cyrum inuadentem Chaldæos, sed Chaldæos inuadétes Ierosolymam, esse Nabuchodonosorem, quod apertè, & constanter Cyrillus affirmat, confirmàtque e capit. 17. Ezech. vbi: *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri*, &c. cùmque alia multa Vates adiecisset, vers. 12. habet: *Nescitis, quid ista significent? dic: Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem*, &c. B E iunioribus, quos legerim, vnus Leo Castrius Cyrillo hæsit, nescio, an quia Iudæis expositio est minus fauorabilis. Certe, illa parabola de Aquila apud Ezechielem non cogit hanc quoque Auem debere esse Nabuchodonosorem: & quod huic capiti præpositum est de euersione Babylonis, & quod superiori cap. 45. de Cyro, repugnat: atque adeò tota consecutio. Deinde; regio Babylonia cóparata Ierosolymis non est Orientalis, sed Aquilonaris, Ierem. 1. v. 14. *ab Aquilone pandetur malum*. & c. 4. v. 6. Ezech. 1. v. 4. *Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone*: quibus locis prædicitur aduentus Chaldæorum contra Ierusalem. C quod etiam ostenditur ex Cosmographiá. Hieron. Zach. 2. v. 6. *O, o, fugite de terra Aquilonis*; sic ait: *Plaga orbis, iuxta situm Hierusalem intelligentur & Templi. Assyrij ergo, & Babylonij, qui Dei populum vastauerunt, habitant in terra Aquilonis.* Quare hæc expositio mihi fit improbabilis.

91. Superest postrema de Christo Dom. quā visus est sequi S. Hieronymus, & antiquis multis insedisse docet Procopius iis vocibus qui cùm versionem LXX. posuisset, addidit: *Alij autem transtulerunt, Vocans ab oriente auem, a terra longinqua virum voluntatis meæ, quibus certè Christū ipsum significarunt, quem de terra longinquá, id est, ab ipsis inferorum penetralibus euocatum esse dicit,* D *& per eundem promissiones se impleturum.* In hanc de Christo sententiam concesserunt S. Thomas posteriori loco, nam ait; Auem esse Cyrum, vel Christum; præcisè Glossa interlinealis, Dionysius, & Arias Montanus.

92. *Autoris opinio de Aue. Auis vel Cyrus, vel Christus.* Nobis in hac varietate sententiarum, quid esset sequendum, non difficulter apparebat; è duobus alterum, aut historicè *Auem* poni pro Cyro, & typicè pro Christo: aut historicè pro Christo, cum allusione, & respectu Cyri, eá quā explicui ratione capitul. 43. versicul. 13. numer. 118. Quod si vrgeas, vtrum ex iis duobus modum præoptem, sanè dubius hæreo, sed

Hieron. inclino, vt sensus litteralis sit de Cyro; quem E ipsi Hieronymo extorsit ratio, & rerum consecutio; vnde ille sic demum ad finē; *Ceterùm iuxta historiam, datur Sion salus, & Israel gloria; quoniam Deus propè fecit suam esse iustitiam, vt vocaret ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis suæ, qui Israelis, & subuersæ Ierusalem vlcisceretur iniurias, & Medis, Persisque superantibus, Babylonem, Chaldæósque deleret sicut sequentia Prophetæ verba testantur.* Itaque sanctus Doctor ipsa rerum serie, ac connexione compulsus est quæ

93. initio dixerat, reuocare, aut conuertere.

A Addideris: non elucere, cur hoc loco Christus appelletur *Auis*; nam quas aliqui designant caussas, & conuenientias, non probát nobis. At hostili exercitui satis cóuenit, & ille locus Eze. c. 17. affauet. Præsertim, si verum est, & certè nō possumus negare esse probabile, Heb. עיט *hait*, esse Auem rapacem, *Aue de rapina*, nam est à verbo עיט *hauat*, quod est inueht in aliud, & loca vbi hęc vox legitur, idem firmāt. Ergò hostis Persa, quia celeriter inuolauit ad prædam, rectè Auis, & aduncis vnguibus ad lacerandum apposita, & inclinans dicitur. *Exercitus hostilis aui rapaci similis.* *Isai. 18. v. 6.*

Virum voluntatis meæ.] Vel consilij mei, quod idem est: qui consilium meum de vlciscendo Chaldæo, & vindicando in libertatem Iudæo B exequetur. sup. 45. v. 1.

Et locutus sum, & adducam illud, creaui, & faciam illud.] Ad consilium, seu voluntatem Dei refertur. Quod prælocutus sum per Vates, faciam euenire: quod *creaui*, Heb. præformaui, præcepi apud me, ab æterno, id suo tempore præstabo.

Quoniam Cyrus erat typus Saluatoris in eo 94. facinore, & illa liberatio figura alterius maioris & melioris liberationis, ideirco erit facillimum, hæc ex vmbra ad lucem educere, & è typo ad verum liberatorem transferre. qui de cœlo, qui ab Oriente, de quo capit. 41. versic. 2. numer. 45. auolarit, euocatus è regione illa C longinquâ, & missus a Patre, vt inuolaret in Babylonium, in Diabolum, totius confusionis autorem, & temerarium turris superbæ molitorem: & inuolans in eius dorsum, laceraret, laniarétque, & prædam ex vnguibus, è faucibus pene haustam eriperet, atque ita prædonis esset deprædator; de quo sup. capit. 8. versicol. 3. *Voca nomen eius Accelera, spolia detrahere; festina prædari.* & vt Aquila generosa, *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem.* *Cyrus typum Christi.* *Christus inuolauit in Diabolum, & lacerauit.* *Eph. 4. v. 8.*

Quàm verò de eo propriè Pater dicat; *Virum voluntatis meæ*, quid necesse est explicare; nam 95. etsi istic, voluntas passiue, & obiectiuè capitur, pro eo, quo voluntas intendit, In Christum vt hominem absolutissimè conuenit. Is enim est, D qui Dei Patris voluntatem, consiliúmque omnino perfecit, & fuit executus; nam voluntas Dei est sanctificatio hominis. Hic est Dei Consiliarius, Apostolos, Mediator Dei, & hominum, iccirco in Euangelio Christus se toties missum fuisse à Patre commemorat, & ea missionis nuncupatione profitetur se, quoad formam humanam & seruilem, esse Dei administrum, interpretem, legatum, & diuinorum consiliorum effectorem. *1. Thessal. 4. v. 3.*

Vnde quod hic apud Isaiam; *Et locutus & adducam illud, creaui, & faciam illud*; ipsemet Christus se fuisse executum testatur apud Ioan. decimo septimo versicul. 4. *Ego te clarificaui super terram; opus consummaui, quod dedisti* E *mihi, vt faciam.* Et capitol. 19. versicul. 30. *Consummatum est; & inclinato capite tradidit spiritum.* Lege capitul. 40. num. 361. ad id; *Et opus illius coram illo.*

Vers. 12. Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia.

COmpellat siue Iudæos inobsequentes, siue 96. Gentiles idolicolas, siue vtrosque eos, videlicet:

delicet: quibus suadebat v. 8. *Praeuaricatores redite ad cor*. quare apte LXX. pro, *duro corde*, reponunt, *qui perdidistis cor*. nam habere cor durum, est veluti non habere cor. Cor durum, est animus obstinatus, obfirmatus, & pertinax. vt fuit cor Pharaonis tantopere in Exodo iactatum, & agitatum: quod neque portentis, neque prodigiis, neque minis, neque plagis tot, & tam formidabilibus cedebat. Cor durum, est cor lapideum, quo de corde Ezech. 36. versicul. 26. *Auferam cor lapideum de carne vestra. cor lapideum*, in stuporem versum, sensûs totius expers.

Cor durum.

Sed quia S. Bernardus principio libr. 1. de consideratione ad Eugen. pie, & grauiter cor durum depingit, eius verba, & quasi colores legentis oculis subiicio. agit illic de nimiis occupationibus, & ait: *Vereor, inquam, ne in mediis occupationibus (quoniam multa sunt) dum diffidis finem, frontem obdures: & ita sensim teipsum quodammodo sensu priues iusti, vtilisque doloris. Multo prudentius te illis subtrahas vel ad tempus, quàm patiare trahi ab ipsis, & duci certè paulatim, quo tu non vis. Quaeris, quo? ad cor durum. nec pergas quaerere, quod illud sit; si non expauisti, tuum hoc est. Solum est cor durum, quod semetipsum non exhorret, quia nec sentit. Quid me interrogas? interroga Pharaonem. Nemo duri cordis salutem vnquam adeptus est, nisi quem fortè miseratus Deus abstulit ab eo iuxta Prophetam cor lapideum, & dedit illi cor carneum. Quid ergo cor durum? ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia saeuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, praeteritorum obliuiscens, praesentium negligens, futura non prouidens. Ipsum est, cui praeteritorum praeter ipsas iniurias nihil omnino non praeterit, praesentium nihil non perit, futurorum nulla, nisi fortè ad vlciscendum, prospectio, siue praeparatio est. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est, quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.*

Bern. Cordis durum.

Qui longè estis à iustitiâ meâ.] Si de Gentilibus capitur, meliùs haeret. Adi suprà numero 77.

Vers. 13. Propè feci iustitiam meam, non elongabitur: & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

97. TAmetsi aliqua tenus possint haec aptari saluti, quam Deus attulit populo suo erepto è seruitute Chaldaica, sed apparet maior iustitia, & salus augustior, quàm vt in illum euentum possit imminui. Quocirca non pauci interpretes ex iis qui priorem versum vndecimum Cyro dant, hunc postremum soli Christo consignant. Sed nos more nostro Christo assignemus, & obiter Cyrum quippe typum designemus.

Itaque *Iustitia* haec aut est ipsemet Christus, ita alibi saepe dictus: vel quam nobis ipse peperit. *Prope feci*, pro *faciam*: vt mox exponitur: *non elongabitur*, eodem sensu: *Et salus mea non morabitur*. similiter infra 56. versicul. 1. *Iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur.* Ob quam causam Christus appelletur *Salus Dei*, ex se claret, & clarebit magis cap. 49. versicul. 6. de nomine Iustitia dixi cap. 41. numer. 37. 147. Quod verò ait, esse propè, non longè, non tardandam, si de figurâ sit, non diu aberat, cùm promittebatur: si de re & salute verâ, aberat annos ferme octingentos, sed haec distantia in aeternitate modica est: & comparata cum tempore praeterito ab exordio mundi, quo coepit promitti, & exspectari, etiam breuis videri poterat. 98.

Iustitia Christi.

Christus salus Dei.

Et in Israel gloriam meam.] De hac gloria ca. 40. versicul. 5. numer. 139. 140. Hebr. *Israeli gloriam meam*: scil. dabo.

Quod de Israële, propriè, & separatim fas est accipere; quia Israëlem solum Christus per se docuit, in Iudaea sola versatos suam sapientiam, maiestatem, gloriam editis miraculis, & documentis virtutum ostendit: primos Doctores Euangelij inde assumsit, inde lux Euangelica ad alias orbis regiones illustrandas effusa. Luc. 2. versicul. 30. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.* Cyrillus in Catena S. Thomae: *Fuit autem Christus singulariter in Israël gloria, quia secundum carnem ex eis processit.* Et Paulus etsi aliàs solitus Hebraeorum deprimere spiritus, his tamen multum tribuit Rom. 9. versicul. 4. *Qui sunt Israëlitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.* 99.

Christus est gloria Israel.

Itaque Paulus inter ornamenta, & decora, quibus Deus Israelem ornauit, & insigniuit, *gloriam* numerat, & collocat post *adoptionem*, cúmque reliqua sint quaedam quasi priuilegia, aliis nationibus nequaquam concessa, fit probabile, haec quoque duo priora fuisse propria illius nationis. Et adoptio possit esse, non illa generalis & communis omnibus qui iustificantur, & per gratiam in Dei filios adoptantur, sed illa, qua peculiariter Israël, Dei populus est habitus, & à Deo vt talis acceptus, & tractatus: de qua adoptione exposui illud cap. 1. versicul. 2. *filios enutriui, & exaltaui.* Et *gloria*, honos ex tali singulari adoptione consecutus. Vide Aug. in Epist. Ioan. tract. 2. vbi commendat Ierusalem, quòd in ea, & ab ea coeperit Ecclesia. 100.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMSEPTIMVM.

1 DEscende, sede in puluere virgo filia babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera.

2 Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina.

3 Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo.

4 Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel.

5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà domina regnorum.

6 Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam. & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.

7 Et dixisti: in sempiternum ero domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.

8 Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.

9 Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas & viduitas. vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

10 Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat me: sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, & præter me non est altera.

11 Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentè miseria, quam nescies.

12 Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

13 Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, &

A supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.

14 Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ, quibus calefaciant; nec focus, vt sedeant ad eum.

15 Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet

B te.

Vers. 1. Descende, sede in puluere, virgo, filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis, & tenera.

QVod sit huius vaticinij argumentum inter autores constare video, nempe regni 1. *Argumentũ.*
C Chaldaici excidium. Fuerunt tamen nonnulli, quos Hieronymus sine nomine de more allegat, existimantes prædici Romanæ vrbis interitum, quæ hîc Babylon appellatur, non secus ac in Apocalypsi. cap. 14. versic. 8. & 1. Pet. 5. versicul. 13. *Babylon pro Roma.*

At quàm sit inuerosimile hoc, ex se liquet. *Non hoc de Roma.* Quorsum enim nunc Isaias abriperetur ad prædicendam ruinam Romæ? Deinde, quænam sit hæc ruina, fuerit difficillimum astruere. illi autores *vt postquam Sion, id est, Ecclesia, saluata fuerit, illa pereat in æternum*, vt est apud S. Hierony-
D mum. Sed vt ab hac dissertatione abstineam, & à loco Apocalypsis, ne cogar interminabilem propè disputationis campum ingredi, do libenter, & concedo in Apocalypsi, & etiam in epistola S. Petri, pro Roma Babylonem suffici: inde tamen non effeceris, vt hîc quoque & alibi Babylon sit Roma: fallax ratio argumentandi. Præterea: hîc non solùm vocatur Babylon, sed filia Chaldæorum, id est, à Chaldæis condita, quod ex aliis allegationibus Romæ conuenire non ostenditur. Postremò accusatur Babylon hæc, quòd Astrologiæ iudiciariæ vltra rationis, & veritatis permissum fuerit dedita,
E vitium Chaldæis insitum, nequaquam Romanis: vt alias circumstantias nunc sileam in progressu apparituras; sed vim videmur addere errori, diutius illo confutando.

Descende, sede in puluere.] Descensus, ac sessio metaphoricè. At vnde descendendum? nam quò, iam exprimitur: *Sede in puluere* iubetur descendere de solio, de throno regali, sublimi, præcelso: *non est solium filiæ Chaldæorum.* detorbata est de possessione pristina regni: non est, vbi possit sedere vt regina, & domina, atque adeò 2. *Casus à loco eminenti grauior.*

adeo necesse est, vt sedeat in puluere, vt ancilla. Ergo a regiâ dignitate, eaque maximopere præcellenti detruditur ad conditionem seruilem abiectissimam.

Descende ergo (explanat & amplificat Cyrillus) *de monte, de mente elata ad humilitatem, a gloria ad ignominiam, a delicijs ad miseriam, ab immensis opibus ad extremam mendicitatem, a libertate in seruitutem; & vt semel dicam, ab omnibus rebus iucundissimis, ad deteriora, & calamitosissima.*

3. Quàm graue est corporibus ascendere & sublime efferri, tam est graue, & molestum, elatis animis descendere, & deorsum ferri. vnde superborum nemo sponte descendit; sed coactus cum descendit, pendit meritam pœnam, nam in vltimum locum cum rubore deijcitur.

Cum misera & ærumnosa fortuna cuiuis hominum generi, & ordini est acerba: tum illis acerbissima, qui e rebus secundissimis eò perueniunt. Nam qui vel ab ineunte ætate, vel diu infelicibus casibus, rebusque sunt exerciti, ipso patiendi vsu quasi occalluerunt, & ad tolerandum sunt durati: at omni diuitiarum, deliciarum, dignitatúmque generi assueti, & innutriti, cùm repentè in fortunam aduersam præcipites ruunt: mirum, quantopere doleant, & excrucientur: & quo ex altiori loco corruunt, eo grauius vulnus accipiunt. Adi c. 14. num. 35.

Iubetur ergo, & compellitur descendere è suprema sede, e cœlo, & sedere in puluere, Babylon, quæ in suo arrogantissimo rege effutierat, cap. 14. versic. 13. *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium.* redi istuc.

4. Par flagitio supplicium: qui non sideribus Dei sedem inferiorem admittebat, in infima & nuda humo sedere, & iacere cogitur: *Sede in puluere:* non in solo strato, non in pauimento, sed in puluere soluto, in limo, vnde fictus est homo Geneseos 2. versiculo 7. idem nomen עפר, *haphar.* Quæ fulgebas auro, splendebas purpurâ, albicabas bysso, & omni genere monilium, & ornamentorum, omni muliebri mundo eras condecorata, & comta, in lutulenta humo sedens sordesce: ibi sede, ibi permane. Ornatus enim ille præteritus, & lautitia fuit ad tempus, ad diem: at sordes istæ, squalor, & fœtor erit diuturnus, permanens, immobilis.

5. *Sedere in puluere, in terra*, gestos est abiectæ, & afflictæ fortunæ. Exempla in litteris sacris ad manum sunt, & à Sanctio collecta: & natura ipsa id suggerit. nam inter elementa locum infimum occupat terra, & reliquis est sordidior. quæ vt possit commodè, & opportunè habitari, inædificatur, instruitur, insternitur, ornatur: sic omni artificio, & ornamento careat, si nuda sit humus, sordet magnopere: vnde eius sessio conuenit sordidis, mœstis, afflictis.

6. *Virgo, filia Babylon.*] Virgines sunt quæ accuratius, & cupidiùs comi, & ornari solent: commune est fœminis omnibus hoc desideriū, seu vitium: quod multi intra Ecclesiā & extra Ecclesiá accusant, alij eleuāt. Apud Titum Liuium principio l. 34. Marcus Cato Consul oratione quadam graui & acri reprehendit: M. Valerius Tribunus plebis excusat, & defendit, inter alias, hac ratione: *Non Magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona, aut spolia bellica his contingere possunt: munditia, & ornatus, & cultus, hæc fœminarum insignia sunt, his gaudent, & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri. Quid aliud in luctu, quam aurum & purpuram deponunt? quid, cum eluxerunt sumunt? quid in gratulationibus, supplicationibusque nisi excellentiorem ornatum adijciunt?*

Dum Valerius defendit, morbi causam indicat: ergo siue hæc sola sit, siue alijs iuncta, certè fœminæ in hunc luxum propendent. de quo multis Vates noster cap. 3. vers. 17. & deinceps, & nos ibidem, sed inter mulieres omnes superant hoc studio virgines, quibus accedit aliud incitamentum, nimirum cupiditas alliciendi procos, & ineūdi nuptias. Ergo quo huius cōditionis fœminæ studiosiores sunt munditiarū, & cultus, eo magis exhorrescunt squalorem, & sordes. Vnde quo grauiùs id ferat, Virgo filia Babylon iubetur descendere, iubetur deponere mundum muliebrem, & omnem illum vestium, moniliúmque splendorem, & in humo sordida sedere, atque adeò ibi sordescere. Idcirco existimo hoc loco Babylonem nuncupari Virginem, & si huius nuncupationis alibi sit alia ratio. Neque tamen excluserim, ita nominari etiam, quòd nulli antea potentiæ succubuisset: sed integra, & quasi illibata perstitisset. Cur Ciuitates dicantur Virgines, tractaui cap. 23. numer. 15. & 37. cap. 37. numero 111. 7.

Vnde cupido.

Non est solium filiæ Chaldæorū.] Ratio cur humi sedere sit necesse: quia de sede & de suggestu, de loco præcelsu depulsa est. De casu Babylonis cecinit Vates Isaias iam sæpe, cap. 13. & cap. 21. vers. 4. *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum,* & vers. 9. *Cecidit, cecidit Babylon.* quæ iteratio & subitum casum, & ingenti cum fragore ac stupore accidisse significat: quia de altissimo loco in humillimum corruit: de solio ad puluerem, & ad solum. De amplitudine & opulentia regni Chaldæorum satis multa apud Daniclē, c. 2. v. 37. *Tu rex regum es, & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: & omnia, in quibus habitant filij hominum, & bestiæ agri: volucres quoque cœli dedit in manu tua: & sub ditione tuâ vniuersa constituit: tu es ergo caput aureum.* & capit. 4. in altero insomnio de arbore: vers. 17. *Arborem, quam vidisti sublimem, atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cœlum, & aspectus illius in omnem terram; & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, &c. Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsque ad cœlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ.* 8.

Babylonis ruina stupenda.

Amplitudo regni.

Ecce quale fuit solium filiæ Chaldæorum, de quo in solum afflicta est. Dicitur Babylon filia Chaldæorum, vel quia ab eis condita, vel certe instaurata, & aucta. de quo capit. 13. numero 5. & 9. 9.

Quia vltrà non vocaberis mollis & tenera.] Perstat in metaphora cœpta, de Virgine, cuius propria est mollities, & teneritudo. Sed potest nominatim pertinere ad delicias, luxúmque Babylonis, quam etsi è diuinioribus scriptis ostendere esset mihi in promtu; sed hoc loco ex vno Q. Curtio promere libuit, qui libr. 5. post initium postquam Alexandri ingressum in Babylonem descripsit, addidit:

Virginum est propria mollities.

Diutius in hac vrbe, quàm vsquam constitit rex, 10.

nec

Curtius. Babylonis luxus, & incuria.

nec vllus locus disciplinæ militari magis nocuit. Nihil vrbis eius corruptius moribus, nec ad irritandas illiciendásque immodicas voluptates instructius: liberos, coniugésque cum hostibus stupro coire, modo pretium flagitij detur, parentes, maritique patiuntur. Conuiuales ludi tota Perside regibus, purpuratisque cordi sunt. Babylonij maximè in vinum, & quæ ebrietatem sequuntur, effusi sunt. Fœminarum conuiuia ineuntium principio modestus est habitus: Deinde summa quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem prophanant. ad vltimum (honos auribus habitus sit) ima corporum velamenta proiiciunt. Nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virorúmque apud quos comitas habetur vulgati corporis vilitas. Inter flagitia exercitus ille domitor Asiæ per triginta quattuor dies saginatus ad ea, quæ sequebantur discrimina haud dubiè debilior futurus fuit, si hostem habuisset.

11. Hæc Curtius politus historicus, etsi ethnicus, sed pudoris, & modestiæ, quam natura nobis indidit, non immemor, ex quibus satis intelligitur, dici potuisse Babylonem mollem, & teneram, etiam sine translatione, & similitudine. & præterea, quàm fuerit illa ciuitas commerita supplicium per Cyrum à Deo procuratum, & apparatum.

Vers. 2. Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina.

12. MVtato statu, mutantur & officia, atque munera. Antea Babylon regina, solio insidens, imperabat famulis, & distribuebat operas ancillis, sua singulis pensa præscribebat, ipsa interim ociosa, mollis, ac delicata, ab omni labore, opere & molestiâ abstinẽs, imo nec solo præ mollitie plantã pedis imprimẽs, sed alienis manibus humerisq; gestata. Nũc quia ex reginâ facta est ancilla, illi officium ancillare iure imponitur, quod fuit olim vsitatissimũ eius conditionis fœminis, virisque, hoc est, in pistrino molere. Munus laboriosum, vt prouerbia inde nata indicant: Hisp. *Molino de sangre*: & munus abiectum ac sordidum. Exod. 11. vers. 5. *à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam.* & cap. 12. v. 29. *ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere.* Nam inter diu molebãt, & erant ad pistrinum: noctu verò claudebantur, & custodiebantur, ne fugerent. supremum & infimum gradum nominat: & hunc ancillæ molentis farinam: ergo illa quæ paulo antè vt domina Gentium sedebat in solio, erat in fastigio & culmine imperij in summa fortunâ; nunc est in infamiâ, addicta molæ, & pistrino, molens heræ suæ frumentum & apparans cibum. Hæc est vulgata, & legitima expositio: illa verò quam Hieronymus ab Hebræis probari docet, vt honesto vocabulo res turpis & obscœna significetur, quia sequitur, *denuda turpitudinem tuam*, videtur aliena, & improbanda. nam vnde Hebræi illam firmare conantur, æquè est dubium & incertum: scilic. Iudic. 16. vers. 21. de Samsone: *duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt*, id enim Rabbini quidam interpretantur, illi vxores suas aut filias prostituerunt permolendas, vt ex homine fortissimo prolem conciperent. At quis non exemplo videat, quam absurda sit interpretatio. itaque Samsonem admissarium effingunt. refellit optimè hanc expositionem Nicolaus Serarius quæst. 19. & probat, vere, ac propriè molere fuisse coactum. nam quamuis alibi, vt Iob. 31. ver. 10. hoc verbum Hebraicum טחן *tachan*, eo significatu stet, vt Latina vulgata conuincat, & apud autores prophanos eadem metaphora vsurpetur, non tamen inde concluditur, hic debere fieri. Cùm enim propria verbi notio sit, tundere, molere, non, nisi vbi cogimur, ad translationem præcipuè turpem accessuri sumus. quod fit loco citato Iob 31. versic. 10. & Thren. 5. versicul. 13. vbi vulgata Latina sic accipit. Vide Delrium hîc, & istic Pinedam.

Molere, officium seruile, & laboriosum.

Molere, an quid obscœnum.

Cic. Attic. l. 2. ep. 2.

13. Itaque ex loco Iudicum allegato potiùs sumimus, quàm vile, ac laboriosum ministerium sit, molæ trusatili alligati, cùm Philistini cupidi vlciscendi, & affligendi Samsonem nihil aliud durius, & intolerabilius imponi iudicauerint, quàm si eum in pistrinum detruderent. Quod verò additur: *clausum in carcere molere fecerunt*: ideo est, quia eiusmodi loca & officinæ, erant ergastula seruorum; aut in hæc, vbi molere cessarant, compingebantur, ne fugiendo se subtraherent, vt apud Turcas fit cum operis captiuis. Ad quem morem aspiciens Antonius in lib. 2. de Oratore ait: *Si hæc verè à Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, viuendum.* in durissimo, & laboriosissimo officio videlicet. A mola deduxisse Latinos nomen, *molestus*, est credibile.

Mancipia in custodia, & carcere.

Cicero de Oratore.

Molestus à mola.

14. Quod officium versandi, & circumagendi molam ad molendum frumentum, vel quid aliud, quia est adeo durum, & laboriosum; inuenta est mola asinaria, quæ ab asino, vel iumento circumagitur: de quâ fit mentio in Euangelio. vnde apparet, & ministerij vilitas, & grauitas: ad quod quippe promiscuè mancipia, & iumenta applicentur. Ergo hac locutione metaphorica: *Tolle molam, & mole farinam*, fortuna abiectissima, & miserrima prædicitur, & eodem pertinent verba subiecta.

Mola asinaria.

15. *Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum.*] Solent ancillæ vilioribus & sordidioribus ministeriis addictæ, seminudæ operam impendere; & vt sint magis expeditæ ad opus, & vt fiat in vestibus ab heris minor sumtus. Nam olim ergastula & seruitia ab heris habeantur eodem loco, atque iumenta (ab heris inquam infidelibus, & communem humanæ naturæ conditionem oblitis) non aliter illis, ac istis & cibaria, & indumenta suppeditant: quanta possunt maximâ parcitate: vt vitæ solùm consulant. Ea videtur esse mens prophetæ.

Ancilla veste breuiore vtuntur.

16. Quæ regalibus amiciebatur vestibus, holosericis, auro intertextis, quæ splendebat purpurâ, gemmis, monilibúsque micabat, nitebat oleo, vnguentóque preciosissimo delibuta, ac omni ornatu, cultuque corporis præcellebat: nunc tantùm non nuda, & exspoliata cogitur incedere. nam cùm turpe sit viro, nudo esse corpore, aut omnino, aut ex parte, sed multo turpius est fœminæ: cui maior à natura ingenitus est pudor. Et fortè respicitur ad morem illum mulierum Babyloniensium in conuiuiis,

Fortunæ mutatio in aduersum.

comme

commemoratum num 10. oudandi corpora: vt
quæ ex libidine ad impudicitiam ſponte ſe de-
nudabant, poſtea ex alieno imperio, ad ſeruí-
lia miniſteria obeunda veſtes deponerent. Et
hoc eſt: *denudare turpitudinem*, membra corpo-
ris denudata gerere, ex quibus turpitudo, pu-
dor, & ignominia poſſit oriri: partem corpo-
ris deſignat: *diſcooperi humerum*. itaque nullum
turpius membrum neceſſe eſt intelligere.
17. Quod verò aliqui pro turpitudine, *comam*, vel
cincinnos, transferunt, non abhorret ab hoc ſen-
ſu; nõ enim minus turpe, & probroſum eſt fœ-
minæ ponere comam, quàm veſtem. imò mul-
to magis, vt prolixè diſputo ad c. 3. v. 17. *Decal-
uabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus
crinem earum nudabit*. Vbi pro *Decaluabit*, LXX.
humiliabit, reddidere: quia maxima eſt mulieri-
bus ignominia, & humiliatio, decaluari, aut tõ-
deri. Hebr. ibi שפח *ſapach*, quud verbum cum
puncto in cornu dextro eſt, *decaluo*, in ſiniſtro,
eſt, *ancillam facio*, & hoc poſteriori modo legiſ-
ſe LXX. eſt veroſimile; *Humiliabit*, inquiunt,
Deus dominatrices filias Sion. i. ex dominis faciet
ancillas, & quia ſolent ancillæ, & captiuæ ton-
deri & decaluari; Latinæ, atque Græcæ verſio-
nis idem eſt ſenſus. Ariſtoteles lib. 1. Rhetoric.
tradit Ancillaro comaram inhabilem eſſe mi-
niſteriis ſeruilibus. hinc fortè cõſuetudo abra-
dendi caput captiuis. Ergo ad hanc conſuetu-
dinem reſpiciens Vates potuit dicere Babyloni
ſub imagine mulieris captæ; *Denuda turpitudi-
nem tuam*. i. depone crinem, & comã, nam cùm
ſis ſerua, non decet habere capillus criſpantes,
& cincinnos.
18. Ex aliá etiam cauſſa ſolent ancillæ capillos
amittere, quò onera capiti impoſita portent. vt
c. 3. v. 17. dixi: & hoc intuitu fas eſt credere, di-
ci etiam: *diſcooperi humerum tuum*: nam iam ca-
put, iam humerum oneri ſubiiciunt. vel hume-
rum pro dorſo, & tergo diſcooperiri iubet ad
plagas accipiendas: quę omnia, vel eorum quę-
libet conditionem ſeruilem, & fortunam aſſli-
ctam indicant.
19. *Reuela crura, tranſi flumina*.] Traiecturus pe-
dibus flumen, calceos, & tibialia conſueuit ex-
uere, ne madefacta fiant deteriora, & ſint ince-
denti incommoda. Prædicitur hac circuitione
verborum captiuitas: vt enim Babylonij aliò
capti migrarent, flumen Euphratem, & alios
obuios erant traiecturi: qui quia nõ vehiculis,
non iumentis impoſiti, ſed pedibus cogendi
erant iter facere, ideo admonet, vt tranſmiſſu-
ri flumina, nudent pedes, & crura: quod miſe-
riam auget captiuorum.

Margin notes: *Ignominia eſt ponere comam.* — *Ancillæ perdunt capillos et cur.* — *Itinerantium ritus.*

Verſ. 3. Reuelabitur ignominia tua, &
videbitur opprobrium tuum: vltio-
nem capiam, & non reſiſtet mihi ho
mo.

PArs prior huius verſus ſuperiora explanat,
Chaldæorum ſtatum fore ignobilem, igno-
miniosum atque probroſum: & cunctis aliis
gentibus cognitum; eorum excidium & ſuppli-
cium annunciandum vbique, cum vbique ferè
exercerent ſiue imperium, ſiue tyrannidem, &
quò non perueniebat ditio, fama penetraſſet
Imperij Chaldaici: & ab omnibus cum plauſu,

A & ſibilo caſum excipiendum. De Babylonio-
rum interitu gaudium & perſultationem; imò
& inſultationem vniuerſim vide c. 14. à v. 4.
vſque ad v. 21. Vbi cernes quaſi oculis, quem-
admodum paruerit ignominia, & opprobrium
Babylonis.
Quoad alteram partem: *Vltionem capiam, &
non reſiſtet mihi homo*: etſi quæuis pœna à Deo 20.
immiſſa, vltio nominari poteſt, quia Deus iniu-
riam ſibi factam vlciſcitur; ſed magis propriè
hoc loco nominatur vltio, clades Babyloni à
Deo procurata & illata: quia Deus voluit vl-
ciſci, & vindicare iniuriam populo ſuo à Ba-
byloniis factam. Nam etſi Deo fuerat propo-
ſitum Iudæos affligere, & affligendo, eorum
B vitia excoquere, nihilominus Babylonij pec-
carunt grauiter, & varie, vt verſic. 6. pa-
tebit.
Dei vltionem non poſſe auerti, aut impe-
diri ab vllo homine per ſe indubium eſt: ſup.
43. verſ. 13. *Et ab initio ego ipſe, & non eſt qui
de manu mea eruat, operabor, & quis auertet illud?*
quod etſi ad fauorem & tutelam iuſtorum in-
flectebamus iſtic in commentario, poſſit etiam
ad alteram partem de puniendis Chaldæis in-
clinari, quod verſus 14. ſequens ſuboſtendit:
*Propter vos miſi in Babylonem, & detraxi vectes Suprà 43. v.
vniuerſos, & Chaldæos in nauibus ſuis glorianies.* 14.
Sic Deuter. 32. verſ. 39. *Ego occidam, & ego vi-
C uere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & non eſt,
qui de manu mea poſſit eruere.* quod poſtremum
membrum ad vtrumque ſuperius, ad occiſio-
nem, & ad viuificationem ſpectat: & non mi-
nus ad priorem. vnde verſ. 41. *Reddam vltio-
nem hoſtibus meis, & his, qui oderunt me, re-
tribuam.*
Hoſtes ſuos vocat Deus, hoſtes populi ſui, 21.
& quòd præ ceteris illum ſibi populum elegiſ-
ſet, & adoptaſſet, & quòd hoſtes ei populo eſ-
ſent infenſi plerumque, eo quòd eſſet Dei popu-
lus, & eius ſolius cultor, neglector idolorum,
& aliarũ ſuperſtitionum. Quàm verò Deus ab
inimicis damna inuecta Iſraeli, vt ſibi impor-
tata reputauerit, publicat ipſe Zachar. 2 verſ. 8.
D *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei:
quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erunt
præda his, qui ſeruiebant ſibi.* Neque ſi legitur: *pu-
pillam oculi eius*, minuitur ſenſus; præcedit enim:
Hæc dicit Dominus exercituum: quæ, *eius*, perti-
net ad Deum. Et populum iſtum à Deo æſtima-
ri vt pupillam oculi, habemus Deut. 32. v. 10. *cu-
ſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.*
Zachariæ locum Cyrillus, Theodoretus, &
alij accipiunt ad litteram, de Ieroſolymitanis,
ac proinde, ſuper quos Deus leuat manũ ſuam,
vt proſternat, & puniat, ſunt Babylonij, nam de
his paulo antè agitur.
Neque eſt operæ, in re clarà immorari, à Deo, 22.
ſcilicet, Iſraëli factas iniurias, vt ſibi factas vin-
E dicari. Moyſes enim in fine Cantici illius Deu-
ter. 32. v. 43. vel hoc nomine præcipit laudem
Iudæis attribui. *Laudate gentes populum eius, quia
ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur, & vindi-
ctam retribuet in hoſtes eorum: & propitius erit
terræ populi ſui.*
Et ſi nemo vi poteſt Dei iram, & vltionem 23.
arcere, precibus tamen & ſupplicatione ſolet
Deus diſtineri, ne feriat. Exod. 32 v. 10. Deus
Moyſi: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra
eos, & deleam eos faciámque te in gentem magnam.*
Moyſes

Margin notes: *Puniens Deus quodammodo ſit vltor.* — *Hoſtes Iſraëlis ſunt hoſtes Dei.* — *Pupilla Dei, eius cultor.* — *Ira Dei vt arceatur.*

A Moyses autem orabat Dominum Deum suum dicens, &c. vers. 14. *Placatúsque est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suũ.* Et alia sunt documẽta similia in libris sanctis. ex quibus orta est illa diuisio Prophetiæ, vt alia sit prædestinationis, seu certitudinis, alia comminationis. vt hoc posterius secludatur crediderim addi: *& non resistet mihi homo:* Hebr. *non habeo hominem obuiam*: nemo mihi ad vltionem eunti ibit obuiam, nemo intercedet, nemo supplicabit, vt parcam. Quòd autem hæc notio cadat in verbum hoc loco positum [illegible] *pagah*, satis probem ex Genes. 23. versic. 8. *Audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor.* Verba sunt Abrahæ adhibentis precatores ad impetrandam possessionem sepulcri.

B Ergo, quia non aliter auerti poterat supplicium Babylonicum, nisi alicuius iusti precibus & intercessione, id Deus submonet, asserens neminem sibi occursurum ad precandum, aut si fortè quis precetur, non deprecaturum, se nó fore placandum, iuxta illud Ezech. 14. vers. 20. *Et Noe, & Daniel & Iob si fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium, & filiam non liberabunt; sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.* Ierem. vers. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi; quia non exaudiam te.* Hebr. idem verbum quod hic: ne sis obuius mihi: Hisp. *no me vatas a la mano.* Itaque certissima erit punitio, & vltio: & simul assertio populi Dei, & vindicatio in libertatem. Quo intendit versus insequens.

24. *Preces iustorum quantæ apud Deum: & quando. Non vbique valentes.*

Vers. 4. Redemtor noster, Dominus exercituum, nomen illius, Sanctus Israel.

C ORatio est populi liberandi, quem Vates facit gratulabundum, & gratantem. Qui nos liberaturus & vindicaturus est, non Bel, aut aliquis similis Deus, inane, & futile simulacrum est, sed Dominus exercituum, cui assistunt millia millium, fortissimorum cœlestium militum, & decies centena millium ministrant ei: quorum militum vnus vno temporis momento, de exercitu Assyriaco centum octoginta quinque millia prostrauit. Hic tantus Dominus & Imperator nostram curat libertatem, qui nostri curam nunquam deposuit, quippe *Sanctus Israël*, tametsi ad tempus adhibitâ tribulâ nos purgare decreuerit. Quare quatenus *Dominus* est *exercituum*, illi facultas, & quatenus *Sanctus Israël*, illi voluntas redimendi deesse non potest; atque certissimè erit *Redemtor noster*. Quæ & Israeli secundùm carnem, & multo meliùs Israëli secundùm spiritum, dicere, & in eis gloriari licet.

Deus Saluator idoneus.

Sup. 37. v. 36

Vers. 5. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltra domina regnorum.

25. *Fortuna af-*

TEndit Vates viuis coloribus pingere, & ante oculos ponere miseram & afflictam Babylonis conditionem futuram. Sedere enim tacentem, & se in tenebras abdere, seu abdi, habitus est & indicium maximi mœroris & luctus. Dolor enim vehemens incessum aufert, affigitque loco; & simul vocem includit. Legis vtrumque effectum Iob. 2. v. 13. de tribus amicis, qui conuenerant ad consolandum: *Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.* Chrysost. homil. 4. de patientia Iob: *Mediocres calamitates solamẽ accipiunt: magnitudo verò calamitatis silentio honoratur.* & post: *Siluerunt taciturnitate passionis & doloris communicantes.* Ergo amici cognoscunt esse caussam Iob tacendi diu, & ipsi eandem caussam, nempe dolorem vehementem in se mittendo transferentes, diu tacent. Vt enim lætitia ingens dilatat & diffundit, & cor ipsum effundit, inde enim à Latinis Scriptoribus lætitia vbi magna est exprimenda, *effusa* dicitur; sic tristitia contrahit, recondit, animum introrsum retrahit, & linguam quodammodo illigat. Gregorius Nazianz. orationem 12. sic orditur: *linguam meam soluit alacritas:* & processu orationis ... commoda, quæ e diuinæ sapiẽtiæ dono legeret, ait: *... ora impetam freno, hoc tabem ... tacitam consopio, hoc mœrorem, cordis vinculum ... hoc profusam voluptatem coërceo.* Neque vocem tantum magnitudo doloris intercludit, sed interdum lacrymas. Ouid. lib. 2. de Ponto Eleg. 11.

fiscta Babyloni. Sedere tacitum: gestus lugubris.

Chrysost.

Tristitia contrahit, & includit. Lætitia dilatat.

Nazian

Grande voco meritum, lacrymas, quibus ora rigabas,
Cum mea concreto sicca dolore forent.

D *Dolorem concretum accipe* inquit noster politus Pontanus *cum stupore, & torpore quodam animi conuenientem, ex acerbitate præsentis mali, qui propterea non sinebat ire lacrymas.*

26 Auditâ calamitate & miseria Iudæorum, qui remanserant Ierosolymis de captiuitate. Esdras lib. 2. cap. 1. vers. 4. *sedi, & fleui, & luxi diebus multis.* Ergo luctus magnus indicitur & prædicitur Babyloni, cùm tacita sedere iubetur, lucem fugere, & tenebras quærere.

Qui nimiùm luget, mœrétque sese abdit, ne possit videri, & ne videre cogatur, rerum omnium pertæsus, sibique exosus. Hic mos vbique gentium tenet. Sed maximè nobiliores viduæ, recens viro, ac liberis orbatæ solent se in tenebras abdere, vitare congressus, & colloquia, se luctu, squalore, lacrymisque conficere. ex ista caussa potuit Babylon intrare in tenebras, & sedere taciturna. nam vers. 9. illi minatur: *Venient tibi duo hæc subitò in die vna sterilitas & viduitas.*

Mœrens fugit lucem

E Arias silentium in dictum Babyloni aliò trahit: nempe ad seruitutis argumentum: quia dominorum sit imperare, præcipere, dictare: seruorum verò obmutescere, & parere. Et sanè imperiosus herus ægre fert mussare seruum vel grauissimo imperio pressum. Eodem etiam possit afferri quòd intrare tenebras iubetur. Carceres enim & custodiæ tenebricosi, & obscuri seruorum & ancillarum fugacium præsertim sunt domicilia: quæ sententia adiuuatur verbis sequentibus, & rationem adducentibus: *quia non vocaberis vltrà domina regnorum.* Itaque quæ ciuitas & gens aliis quamplurimis imperitabat, dictabat facienda, vetabat quæ nollet fieri, cuius vox simplex, lex erat: cuius

Tacere, est seruorum: non herorum.

[illegible] nationes aliæ potentes pendebant, iubetur obmutescere, & tacita audire aliena imperia, & ta[illegible]te; & quæ eminebat solio, & splendebat habitu, cultuque regali, in tenebras considere, ibique delitescere, & sordescere. Quare quoque modo id interpretere, postremam calamitatem & miseriam intellexerit. Aspice rerum humanarum inconstantiam, & prosperæ, aduersæque fortunæ alternantis vicissitudinem.

Inconstantia rerum humanarum.

Vers. 6. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam: & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordiam: super senem aggrauasti iugum tuum valdè.

17\. Caussa Babylonis excidij.

ENumerat Deus caussas, ob quas punierit Babylonem. Prima est, quod sæuierit in Hebræum populum: nam etsi Deus voluit eum vexare, & punire, vt filium, quò ad sanam mentem reduceret: Babylonius tamen in hoc Dei consilio & proposito exequendo duplicem noxam contraxit; alteram, quòd non vt Deo in eo obsequeretur, sed vt odio suo satisfaceret, id fecit: alteram, quòd vltra modum exarserit, & omnem humanitatem exuerit. Adi sup. cap. 10. vers. 7. vbi Deus ob eandem caussam minatur Assyrio.

18\. S. August. [illegible]

Deus enim expendit, & remunerat non effectum, sed affectum S. August. Psalm. 93. v. vlt. *Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos*: ita hoc quod dicimus affirmat: *Non vacat, quod ait, secundum malitiam eorum. Nobis de illis præstatur, & tamen malitia eorũ dicitur, & nõ beneficia eorũ. Certè enim de malis flagellat nos, exercet nos. Ad quam rem flagellat? vtique ad regnum cælorum, flagellat enim omnem filium quem recipit. Et quis est filius, cui non det disciplinam pater eius? quod cum facit Deus, ad hereditatem sempiternam nos erudit. & hoc nobis præstat sæpe de malis hominibus, in quibus exercet, & perficit dilectionem nostram quam vult extendi vsque ad inimicos.* & paucis post verbis: *Ecce quanta nobis Deus præstat de malis hominibus: nec tamen secũdum id quod nobis de illis præstat, sed secundùm malitiam eorum retribuet eis. Videte enim quanta nobis præstitit de ipso immanissimo scelere Iudæ traditoris. Iudas quidem tradidit ad passionem filium Dei, & per passionẽ filij Dei omnes gentes redemptæ sunt ad salutem: nec tamen pro salute gentium merces reddita est Iudæ, sed pro eius malitia debitum supplicium redditum est ei.*

19\. Vsus est deinceps Augustinus exemplo alio persecutorum Ecclesiæ, per quos huic multa & magna bona attolit, & nihilominus eorum impium & crudele facinus vendicauit. Ergo iratus licet fuerit Deus in populum suum, & ob id Chaldæorum potestati permiserit, non tamen Chaldæi fuerint innoxij.

Contaminatio quid.

Contaminaui hereditatem meam.] Verbum hoc in volumine sacro, de rebus sacris dicitur. Psal. 88. v. 40. *Prophanasti in terra sanctuarium eius.* Populus Israel erat Deo dicatus, & quasi consecratus, certè inter omnes populus Gentiles deuotus Deo, quare alij erant prophani, Israël veluti sacer. Ierem. 2. v. 3. *Sanctus Israel Domino, primitia frugum eius, omnes, qui deuorant eum delin-*

Populus Hebræus Deo sacer.

quunt. Vnde cùm Deus quasi à se amandans, & Gentilium potestati, ac libidini tradens, eum visus est exauctorare, eius consecrationem abradere, ac proinde prophanare. Isto modo ego intellexerim *contaminaui hereditatem meam*: erat enim Deo populus ille pro peculio, & hereditate; quia aliæ gẽtes licet Deo, quoad ius, cõpeterent, quoad possessionem tamen, & mancipium ipsæ sese diuinæ iurisdictioni subtraxerant. Itaque contaminatus est populus Dei, quia incircumcisorum & prophanorum hominum manibus est attractatus & direptus. Posset etiam exponi de templo, & sacra supellectile prophanatur.

Vide Thr. c. 1. v. 10.

Non posuisti eis misericordiam.] Quàm crudeliter Babylonij se gesserint in Iudæos, ex ipsis libris diuinis discimus: præsertim è Psalm. 136. vbi ad finem vers. 8. *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrã.* Vide Ier. 50. qui toto illo longo capite describit miserabile, & luctuosum Babylonis excidium: & v. 15. *vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei.* ver. 29. *reddite ei secundùm opus suum; iuxta omnia, quæ fecit, facite illi.*

20\. Crudelitas Chaldæorum in Iudæos. Ps. 136. v. 8.

Ier. 50. vers. 15. 29.

Ex iis, aliisque locis cõparatis inter se colligitur, truces fuisse Chaldæos in Ierosolymitanos: nam vt alia truculenta facinora taceã, cùm in ipsa prælij, ac victoriæ licentia parci soleat imbelli turbæ, pueris, ac senibus, in Psalmo citato paruulos terræ afflictos, & petræ allisos legimus, in hoc loco senes oppressos inuenimus: quorũ illos ætas innocẽs supplicio eximit, hos cani venerabiles, & vires etiam ad nocendum infirmæ commendant, & excusant. Quos vtrosque qui crudeliter accipit, in alias ætates quàm sæuus futurus sit, nemo nõ intelligit. De hac re Thren. 5. v. 11. *Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis; iuuenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.*

21\. Pueri, & senes, vt imbecilles solẽt eximi in bellica occisione.

Babyloniorũ libido.

Babylonij humiliauerunt, violauerunt mulieres nuptas in Sion, quæ fortasse ad templum & sanctuarium Dei, tanquam ad asylum, se receperant, vt euaderẽt iniuriam pudoris: quibus ne locus quidem sanctissimus profuit: tãta erat hostium libido, & impietas, constuprauerunt etiam pudicas virgines: *adolescentibus impudicè abusi sunt.* Nulli ætati, statui, sexui pepercerunt, vt se omni flagitio pollucrent. Quoad inhumanitatem eadem fuit extẽsio, & proportio. Principes ligno, crucique suffixerũt, sic multi quod manu suspensos vates docet. Pueros eodẽ mortis genere peremerunt, vel bacillis confusos, & confractos, aut onere lignorum & rerum aliarum, quas baiularent, oppressos. *Facies senũ non erubuerunt*; quominus illos affligerent, id vates noster: *super senem aggrauasti iugum tuum valde.*

22\. Loca sacra victoris solẽt excipere.

Senibus non parcunt.

Quæ ratio dicendi demonstrat, senes supra cæteros hominum passos fuisse iniuriam, & violẽtiam. Si non essent fabulæ, sed narrationes veræ, quas Delrius noster Thr. 2. v. 20. ex Quinquarboreo, & Sanctius Thr. 5. v. 11. ex R. Salomone referũt facerẽt ad intelligẽtiã huius loci: sed esse Rabbinorũ commẽta autores qui referunt, existimãt, & ego non dubito: vnde à repo- 23.

niendis abstineo: si cui tamen lubet legere, Delrius & Sanctius ad manum sunt.

Vers. 7. Et dixisti: in sempiternum ero Domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.

Arrogantia Babylonis

ALterum crimen obiicitur, superbia videlicet, arrogantia, & quæ hinc oritur, vana confidentia, & futurorum nulla prouisio.

34. *Et dixisti.*] Tibi persuasisti, apud te vt rem certissimam posuisti. *In sempiternum ero Domina:* Meum imperium nullis seculorum finibus terminabitur; alia licèt regna conciderint, ego tamen nunquam desinam esse domina: Græcè *ἄρχουσα*, principatum in alios tenens, aliis multis imperans, & præcellens: non metuo rerum humanarum conuersiones, & vicissitudines: extra iactum fortunæ sublimi solio insido: procul ab eius inconstantia, & ludibrio.

Prosperitas euertit mentem.

35. Nihil est ferè, quod magis mentem euertat, & ad insanam quandam superbiam adducat, quàm in rebus secundis sibi blandiri, & perpetuitatem polliceri; ac obliuisci rerum humanarum instabilitatem. Vnde prudens mihi visa fuit oratio Asdrubalis cognomento Hædi in Senatu Romano petentis pacem patriæ Carthagini: quam refert Liuius ad finem Decadis 3. iis verbis: *Qui cum varia oratione vsus esset, nunc purgando crimina, nunc quædam fatendo, ne impudenter certa negantibus difficilior venia esset: nunc monendo etiam Patres conscriptos, vt rebus secundis modestè, ac moderatè vterentur: si se, atque Hannonem audissent Carthaginenses, & tempore vti voluissent, daturos fuisse pacis conditiones, quas tunc peterent. Raro simul hominibus bonam fortunam, bonamque mentem dari. Populum Romanum eo inuictum esse, quòd in secundis rebus sapere, & consulere meminerit.*

Apud Liuium Asdrubal.

Bona fortuna, & bona mens raro iunguntur.

36. Eiusdem generis sunt verba Annibalis colloquentis cum Pub. Scipione victore in Africa apud Liuium eodem lib. vltimo Decad. 3. ante finem: *Quod ad me attinet, iam ætas senem in patriam reuertentem, vnde puer profectus sum, iam secunda, iam aduersa res ita erudierunt, vt rationem sequi, quàm fortunam malim. Tuam & adolescentiam, & perpetuam fœlicitatem, ferociora vtraque quàm quietis opus est consiliis, metuo. Nō temerè incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Quod ego fui ad Trasimenum, ad Cannas, id tu hodie es.* Et cùm breui Scipionis facinora prosperámque ad eandem fortunam enumerasset, addidit. *Potest victoriam malle, quàm pacem animus. Noui vobis spiritus magnos magis quàm vtiles, & mihi tales aliquādo fortuna affulsit. Quod si in secundis rebus bonā quoque mentem darent Dij, non ea solum, quæ euenissent, sed etiam ea, quæ euenire possent, cogitaremus. Vt omnium obliuiscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum, quem modò castris inter Anienem & vrbem vestram positis, ac iam propè scandentem mœnia Romana videres, hic cernis, duobus fortissimis viris fratribus, clarissimis imperatoribus orbatum ante mœnia propè obsessæ patriæ, quibus terrui vestram vrbem, ea pro mea deprecantem. Maximè cuique fortuna minimè credendum est.*

Annibal apud Liuiū. In prosperis cogitanda aduersa quæ possunt succedere

Varia fortuna.

37. Hoc vitiū insolescēdi rebus ex animo fluentibus, humano generi insitum coarguit Isaias, & vindicandum minatur; quod, quia commune plerisque non eo leuius euadit: sed quia conuersione, & vicissitudine rerum non minus frequenti condemnatur, & euincitur, eo magis culpandi, à quibus non euitatur, in quorum numerum veniunt Chaldæi.

Non posuisti hæc super cor tuum.] Quid sit, *ponere quid super cor*, vix opus est explicare: cor enim pro mente passim ponitur. At non liquet, quæ sint *hæc*, quæ Babylon non posuit super cor. Foterius: Populum meum à me subiratò traditum fuisse sibi non ad internecionem, sed ad castigationem. itaque ad præcedentia reuocat. At Arias ad sequentia deducit: *Et nunc audi hæc delicata.* Hoc mihi potiùs placebat: quod est magis consequens: ac si dicat: quæ non cogitasti, quæ non prouidisti, cùm deberes saltem metuere; ea nūnc audi. Sed verbum: *neque recordata es*, non aptè componitur cum nomine, *nouissimi*: nam recordatio est præteritorum, sicuti prouisio & prospectio futurorum. 38.

Vnde Deuter. 32. vbi Israel similis incuriæ, & neglectæ cautionis accusatur. vers. 7. monetur, *Memento dierum antiquorum*, eodem verbo זכר *zacar*; deinde vers. 29. *Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Quo lòco, aliud est verbum etiam in Hebræo. Ergo hic aliquid supplere oportebit, vt constet oratio: Non es recordata prouidere futura: id est, oblita es, omisisti animaduertere inconstantem esse fortunam, ac proinde nouissima tua posse esse diuersa, & contraria primordiis. Ergo quæ tu præ superbia, & insolentia neglexisti prospicere, ego tibi suggero, non diuinans, & coniectans, aut in incertum obiiciens quæ possint accidere, sed certissimè tibi canens infausta euentura. 39.

Prouisio futurorum

Vers. 8. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter: quæ dicis in corde tuo: ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.

DElicata] vt suprà vers. 1. *Mollis, & tenera:* vel auribus delicata; sic enim & Latini loqui solent: aures delicatas appellant, quæ facilè offenduntur, quæ quidnis inconcinnum auersantur. Ergo blandis, mollibus, iucundis, ac ex animi sententià cadentibus audiendis assueta, & abhorrens omnino ab asperis, durisque rebus nunciandis, audi hæc asperrima, & durissima: habitans confidenter; quæ te somnias tutissimam, & maximam tibi promittis securitatem.

Aures delicatæ quæ.

Quanta, quámque arrogans fuerit hæc Babylonis confidentia ex oratione Nabuchodonosoris penultimi regis intelligitur. Daniel. 4. vers. 26. *Post finem mensium duodecim*, quàm fuerat à Daniele edoctus de significatu arboris visæ in somnio, & admonitus de officio, quod deberet facere: *in aula Babylonis deambulabat; respondítque rex & ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei.* 40.

Babylon arrogans

Nabuchodonosor superbus.

Quòd ex animi elatione & tumore ac confidentia 41.

idemtiâ venturâ sit nasci hac gloriatio, dixo: A uim ostenderint. *Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: regnum tuum transibit a te, & ab hominibus eiicient te, &c.*

Luxus superbia & confidentia. Nec minor confidentia, atque animis superbia videtur fuisse Balthasaris postremi regis, qui obsessus à Dario, Cyróque, & pluribus, non aliter ac si summa esset pax, & securitas, qua nocte capta est vrbs, & ipse occisus, *fecit grande conuiuium optimatibus suis mille.* Dan. c. 5. v. 1. & v. 30. *eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum.* Lege apud Vatem nostrum c. 21. v. 4. *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes.* B

41\. Non poterat aliâ ratione meliori prodi securitas, & confidentia Babylonis proxime interitu, quàm si in apparatissimo & frequentissimo conuiuio describeretur: ad quod celebrandum & requiritur animus solutus omni solicitudine, & cura, & ipsum met conuiuium, si quos anxios excipit, solet soluere, & liberare ab angoribus.

Ergo apta est oratio ad Babylonem: *& nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter:* quæ vel in ipsa obsidione & corona hostili, ab hostibus vndique interclusa non desinis deliciari, & voluptatibus effusis indulgere, quæ instante excidio, *habitans confidenter*, te inexpugnabilem esse arbitraris. C

43\. *Quæ dicis in corde tuo; ego sum, & non est præter me amplius.*] Ego sum vnica, singularis, nulla alia ciuitas, seu Respublica, quę mecum possit comparari; atque adeo nulla est vis, & potentia, quam timere debeam.

Orbitas unde nascitur. *Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.*] Orbitas è duabus caussis, aut ex altera fœminis nuptis euenire solet: aut quia moritur maritus ex quo possent prolem concipere: aut quia eo viuo, & superstite sterilitas inest. Babylon ergo ante ruinam inducitur vt coniux gloriabunda, sibique in perpetuum & sobolem numerosissimam, id est, ciuium frequentiam, & viri consortium, ac præsidium, id est, regis potentissimi tutamen pollicita. Sed iactas vanæ vatis id cecinisse illico subiicitur. D

Vers. 9. Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas, & viduitas: vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

44\. HVius vaticinij successum legimus apud Danielem c. 5. è quo aliqua verba reposui num. 41. nam eàdem quâ conuiuabatur nocte rex Balthasar occisus est: cuius morte Babylon vidua facta est: & sub id tempus ciues simul occisi, simul in captiuitatẽ abacti, & ita cum viduitate copulata fuit sterilitas: & hæc duo euenerunt pariter, & subitò, vt hic prædicitur. Duo faciunt ad mala toleranda minùs grauiter. Alterum, si non simul multa in hominem irruãt: sed succedant, sibique dent locum. nam vt cum pluribus hostibus certamen sustineri non potest, sic neque cum pluribus infortuniis. nam quibus coniunctis aduersariis resistere nequi- E

Duo leuant infortunia: alterum, precognitio, alterũ, vt non simul mala accidant, sed succedant.

mus diuisis quamdiu fuimus superiores.

Hinc ars illa Horatij apud Romanos tantoperè celebrata, qui aliis duobus suis fratribus interfectus à Curiatiis (nam hi tergemini ex Albanis cum Horatiis tergeminis etiam pro Romanis ad singulare certamen concurrerant, vt eorum communem decernerent) vt vniuersis solus nequaquam par, sic aduersus singulos ferox, vt segregaret pugnam eorum, capessit fugam: ita ratus secuturos, vt quemque vulnere affectum corpus sineret: cumque vidisset non magnis interuallis sequentes, reuehitur, & singulos aggressus facilè peremit. 45. *Liuius Dec. 1. l. 1. Hostes separatim facilè vincuntur.*

Iam mala si fuerint animo, & cogitatione prouisa, leuiora accidunt: improuisa grauiora. Tullius Tusculana. q. 3. *Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici censent, sed insperato, & nec opinato malo: Est id quidem non mediocre ad ægritudinem augendam, videntur enim omnia repentina grauiora. Ex hoc & illa iure laudantur:* 46. *Mala præuisa leuiora fiunt.* Tullius.

Ego cum genui, tũ moriturũ sciui, & ei rei sustuli;
Præterea ad Troiã cum misi ad defendẽdã Græciã,
Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris. Itaque apud Euripidem a Theseo dicta laudantur. Licet enim, vt sæpe facimus, in Latinum illa conuertere.

Nam qui hæc audita à docto meminissem viro
Futuras mecum commentabor miserias:
Aut mortem acerbam, aut exsilij mæstam fugã,
Aut semper aliquam molem meditabar mali:
Vt si qua inuecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Quod autem Theseus à docto viro se audisse dicit, id de seipso loquitur Euripides, fuerat enim auditor Anaxagoræ, quem ferunt nunciata morte filij dixisse: sciebam me genuisse mortalem. Quæ vox declarat, iis esse hæc acerba, a quibus nõ fuerint cogitata. Ergo id quidem non est dubium, quin omnia, quæ mala putantur, sint improuisa grauiora. Itaque quanquam non hæc vna res efficit maximam ægritudinem: tamen quoniam multũ potest prouisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. Et nimirum hæc est illa præstans & diuina sapientia, perceptas penitus & pertractatas humanas res habere, nihil admirari, cum acciderit: nihil, antequam euenerit, non euenire posse arbitrari.

Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maximè, tum maximè 48.
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant:
Pericla, damna, exsilia, peregrè rediens semper cogitet
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ,
Communia esse hæc, fieri posse: vt ne quid animo sit nouum.
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

Ergo hoc Terentius à philosophia sumtum cum tã commodè dixerit, nos, è quorum fontibus id haustũ est, nonne & dicemus hoc melius & cõstantius sentiemus: Quæ omnia & quia non solùm commodè, sed opportunè ad præsentem locum dicta, ea placuit etsi longiora transcribere.

E Senecæ fontibus parciùs hauriam in epist. 107. *Nemo non fortius ad id, cui se diu composuerat,* *Seneca.*

accessit: & dotis quoque si praemeditata sapientia obstitit: Nam contra improbitatem tuam leuissima aspectu, sed agendum est, ne quid vobis Dispensatum sit, & quia omnia tentabitis grauiter à Deo, hac cogitatio assidue proposita his, ut nulli sit malo tyro. A quibus praeceptis salutaribus quàm fuerit Babylon aliena, ex hoc vaticinio capimus, & proinde quàm grauiter & acerbè ea quæ illi tot, ac tanta, tamque inopinata euenere, tulerit.

49.

Alia caussa Babylonicæ pœnarum. Chaldæi dediti diuinationi.

Propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Tertia caussa desolationis Babylonis ostenditur, nimirum, quòd esset supra cæteras gentes, & supra modum diuinationibus Astrologicis dedita.

A Chaldæos fuisse huic arti & studio nimium addictos, adeò est cognitum, vt Chaldæi apud multas nationes appellentur mathematici siue diuinatores, illi videlicet qui è sideribus se posse cognoscere, & prædicere non modò hominum studia, aut ingenia, sed etiam acta, & rerum humanarum euenta profitentur. Pro Astrologis iudiciariis Chaldæos substituit Tacitus lib. 2. histor. annalium pag. 54. in editione Lipsiana.

Cicero.

Cicero in principio lib. 1. de Diuinatione hæc testatur scripta: *Principio Assyrii, vt ab vltimis auctoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinémque regionum quas incolebant, cùm cœlum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, traiectiones, motusque stellarum obseruauerunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione Chaldæi, non ex artis sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, vt prædici posset, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset.*

50.

Chaldæi auctores iudiciariæ.

Ex his planè accipimus, ex astris diuinandi professionem & scientiam, seu temeritatem quoad actiones humanas, à Chaldæis fuisse ortam, & ad alias gentes deriuatam, vnà cum nomine, ita vt Chaldæi aliquando gentis, aliquando artis esset vocabulum. Vide Dan. 2. v. 4. & 10.

Iudiciarii cur malefici, & incantatores appellantur.

Ergo qui Chaldæi, iudiciarii, planetarii, genethliaci, similibúsque nominibus donantur: hos vates *maleficos*, & *incantatores* appellat: cuius appellationis ratio nobis est aperienda. Hebr. כשף. *casaph*, dicitur esse *præstigiator*, qui oculis ludibrium facit. Exod. 7. v. 11. *Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos:* vbi hoc nomen *casaph*, pro malefico, qui sine dubio est præstigiator, quippe virgam vertit in draconem, hoc est, effecit præstigias oculis, vt appareret draco.

Dracones facti à magis Pharaonis quales.

D nam veros fuisse dracones à Magis repræsentatos qui docent, magnis se implicant difficultatibus è quibus non se explicant asserentes à dæmone aliunde fuisse adductos, & virgas imperceptibiliter subductas: nam qui hoc docent, eo faciunt, vt tueantur S. Scripturæ verbi vim, quæ ait: *Proiecerunt singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones:* eodem modo loquentis de virga Aaron: *tulitque, &c. quæ versa est in colubrum.* Sed si potuit dici *versæ sunt*, cùm non fuerit vera conuersio, sed apparens, cur non dici possunt dracones, & si non sint naturales, sed similati? ergo fuerunt meræ præstigiæ, & præstigiatores, qui à Vulgato malefici nominantur. Nobiscum consentit Maldon. Daniel 2. vers. 2. vt alios vetustiores taceam.

51

Atqui conuenit hoc vocabulum in Astrologos, de quibus disseritur, cùm hi neque in terris, neque in cælis rerum species, & imagines immutent, neque oculis illudant. Adde à LXX. redditum *mancuolos*; vel *ab illis venesicorum*, itaque veneficos intelligunt.

Artes magicæ multiplices.

Vocabula earum promiscua.

Superstitionum atque Diabolicarum fallaciarum species, ac formas esse multiplices nemo fere nescit; quæ quia inter se sunt affines, earum quoque vocabula facilè sunt communia, & promiscua. Quare nō erit operæ impendium quàque harum artium dilucidè suo nomine terminare: nā licèt ab exordio, sui cuique fuerint fines, tamen postea propter affinitatē permistæ sunt magna ex parte, & confusæ. Vnde suspicor, hoc nomen *Maleficus*, & *Maleficium*, latius patere nunc, quàm cùm primum fuit natum. Martinus Del-

A rius è nostra societate in suis disquisitionibus magicis ad miraculum eruditis, & elaboratis lib. 5. sect. 16. ad initiū hoc ponit. *Sed miraudum*

Delrius.

B *principio, quosdā I.C. nimis credulos, & vero medicos & hæreticos magnā vim posuisse in distinctione nominum beneficos, maleficos, incātatores, striges, lamias: quasi verò hoc iudicium ex nominibus, non gestis ac facinoribus sit decidendum, cum sit index de re, nomina contemnat; quia rebus subiiciuntur, non res nominibus: & sic qui de hac materia veteres, nouitiique scripsere rebus ipsis nomina posthabuere: quod & ego hoc tractatu feci, pro iisdem sumens veneficos, maleficos, incantatores, sagas, striges, lamias.*

Sanctius Dan. 1 nu. 16.

52.

Iudiciarii

Sed nondum exhausta est difficultas: nam licet *maleficus* protrahi possit ad omnes modos istos, non tamen inde sequitur, conuenire posse astromagis: omnes enim illæ species enumeratæ magiæ in eo conueniunt, vt operà Dæmonis

C noceant, & malefaciant, vnde omnes rectè malefici dici queunt: at isti astromagi nō mala faciunt, sed falsa prædicūt, nō nocumentū afferūt corporibus, sed vt plurimū errorē mētibus, atque adeò hoc nomen malefici eis non conuenit.

Dubiū mihi id vnum occurrebat, cùm tam Magia operatrix, quàm diuinatrix, sit illicita, & plerunque vtraque Dæmonis interuētu, imò & instinctu exercita, ex se ad nocendū hominibus apposita, & à Dæmone destinata, quamuis via nocendi sit diuersa, quia conueniūt exitu, & fine, vtrique malefaciendi potuisse dari nomen promiscuum. Non enim minùs nocēt aliquādo qui decipiunt, & fallunt, quàm qui corpori in-

D commodant. *Maior est machæra lingua, quam ferri*, vt dicit Aug. in epi. Ioa. vlt. Sed demos. hasce magias nominibus esse discretas; atqui est probabile in Chaldæa muneribus & officiis fuisse coniunctas: eosdē fuisse maleficos, & iudiciarios: malorum effectores, & falsorū prædictores: eosdem incantatores, qui cantionibus magicis læderent corpora, & alia hominibus vtilia, qui ludificarent sensus, dementarent animos: & qui fallis etiam ac temerariis prædictionibus astrologicis in fraudem & errorem impellerent.

53.

August.

S. August. lib. de decem chordis c. 3. *Tanquam Christianus non dimittis Ecclesiā, consulis mathematicos, aut aruspices, aut augures, aut maleficos qua-*

E *si de viri domo non recedens, adultera anima, & manens in eius coniugio fornicaria.* Vnde infero, eiusdē fuisse farinæ maleficos & iudiciarios, & vtrosque consueuisse cōsultos responsa reddere, & præscribere, quid opus factu esset ad ea, de quibus consulebantur: atque adeò nihil mirum, si qui in re ipsa communicabant, tametsi aliā ratione & viā futura inquirerent, iis vocabulum esset commune.

54.

Quod si cui minùs hæc responsio scrupulum eximit, is sentiat, vt videbitur, Babylone

finitie

...que superstitionis artifices, & hic A propriè ac separatim reprehendi maleficia, & incantationes, & post vers. 13. iudiciarios istis stent & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent futura tibi. Quæ expositio nihil fere immutat vatis instiorom, & sensum. Sed quia expositores frequentes priorem interpretationem approbāt quā malefici & incantatores ab astrulogis iudiciariis, & coniectoribus intelligūtur, ad eam inclino, & ex Diodoro Siculo lib. 3. cap 8. meam coniecturam affirmo: sic enim scribit. *Chaldæi Babyloniorum antiquissimi ... in sua Rep. quem in Ægypto sacerdotes obtinuerant; ad cultum enim Deorum deputati, per omnem vitam philosophantur, peritissimi astrologiæ habiti. Multi diuinatione quadam futura prædicant, ac tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantationibus & mala auertere ab hominibus, & bona afferre, auguria insuper, & somnia, & prodigia interpretari consueuere: eorum præterea, quæ ad sacra speculāda pertinēt, peritissimi.*

Domus Astrologi ... in ...

56. Cùm ergo Chaldæorum officium proprium ... principio è siderum contemplatione, & ... tu hominu futura prospicere; ex hac vanitate, & temeritate, cùm plerunque eos falleret ... deluderet, atque adeò ludibrio proponeret ... ad alias artes peiores & turpiores delapsi sunt, ad conditiones, & pacta cum dæmone, quippe quo ad coniectandum acutiori, & sagaciori, & ad efficiendum quædam mira, & iocōsiora applicante actiua passiuis, promptiori; ex quibus pactis, conuentis, & artibus illa alia nomina, malefici, præstigiatores, incantatores, & his affinia Chaldæis, siue astronomis adhæserint: ... hoc est ingenium superstitionis, vt vnde cepit ... nesciat insistere, sed serpat paulatim vt cancer.

Quod modò dixi, videor mihi promere ex Dan. 2. nam cùm Nabuchodonosor è somnio, quod viderat, & fugerat ab eo conterritos cuigitaret *præcepit* vers. 2. *vt conuocarentur arioli, & malefici, & Chaldæi, vt indicarent regi somnia sua.* Vbi si Chaldæos, i. mathematicos ab aliis secernimus, liquet artem illam apud Babylonios saltem ad coniectanda insumnia fuisse protractam: cùm ipsa in sola cōiectura siderali sit posita, sin Chaldæos, vt nomē generale capimus, quo illa alia nomina contineantur, vt Maldonatus sentit & colligit ex v. 4. vbi cum omnes essent togati, ait Daniel: *responderuntque Chaldæi regi*, &c patet hoc nomen fuisse iam cum aliis cōmunicatū. Sed vtro modo sumieris, vt dixi, satis ex eo cōstat, cur inter astrologos Babylonios malefici & incātatores numerētur ab Isaia.

Chaldæi qui

57. Quòd verò incantatoribus tribuit *duritiam vehementem* cùm maleficis solam dedisset *multitudinem*, à quæstione non abest: sed id vno, aut altero modo expedio: priori, ex Haymone, & Hugone: quod hi ciuitatem ad crudelitatem consiliis dandis, euentis prædicendis inclinarent, impellerēt. nam rerum summam, & omnē publicam administrationē ex eorum responsis pependisse Diodorus relatus n. 54. demonstrat. Itaque vt apud Romanos de bello gerendo, déque re omni grauiori consulebantur Pontifices, sic apud Babylonios Astrologi. Altero modo sumi potest hæc duritia, nempe passiuè, id est, ea, quæ generata est Babyloni ex vaticiniis Astrologorum, qui omnia prospera in perpetuū spondebant: & nulla aduersa esse formidanda: sic Sanctius noster & Arias, & hæret succedentibus. Tertio modo, quia obstinatè his magis adhæsisti, & credidisti. Hoc ego antepono.

Vers. 10. Et fiduciam habuisti in malitiâ tuâ, & dixisti. non est qui videat me: Sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te: & dixisti in corde tuo: ego sum & præter me non est altera.

HÆc malitia quamuis Dionysio visa sit tyrannis Babylonis, quā se præualiturā credidit, & Forerio, ac Sanctio multa scelera, & flagitia, quæ à Deo vindicanda non credidit, cùm eius prouidentiæ renunciasset: plerisque tamen autoribus, quibus accedo, non alia agnoscitur malitia, quam quæ nunc proposita est magicarum artiū & superstitionū studiū, cura, & vsus. 58. Malitia quæ

59. Quod verò dixit: *Non est qui videat me*: omnes fere ad prouidentiæ diuinæ infitiationem referunt. Sed mirabile fuerit, vbi Philosophia, aliæque liberales disciplinæ, vbi tanta sapientia industriæ humanæ cōpar floruerint, quod ex dictis, ex historia sacra & seculari colligitur, hunc tam hebetem errorem, & tā absurdum sedē fixisse. Nisi fortasse cuncta fato ineuitabili, & indissolubili nexui è siderum efficacitate contracto Astrologi Chaldæi illigauerint, ac proinde Dei liberam prouidentiam sustulerint. Sed cùm ij, qui diuinam prouidentiā de medio tollunt, soleāt etiā religionē tollere; (quorsū enim quis colat eum Deum, a quo frustra petat, aut speret quicquam: cùm omnia prout sunt fatali necessitate disposita & connexa, succedant;) cùmque sciamus Babylone fuisse curā maximā colendi, rogandi, placandi Deos suos, vt cap. superiori affatim v. 1. 2. vidimus: fit probabilius, Babylonios non fuisse in isto errore de fato: aut si cū admiserint, nō tamen Deo prouidentiā ademisse: sed opinionē falsam de necessitate fatali cū religione, & cultu falsorum Deorum coniūxisse. Quæ coniunctio licèt sit è repugnantibus, vt dicebam, & benè disputant multi, & inde euincunt non esse tale fatū, quale fingitur à Gētilibus, tamen scimus quam plurimos & suscepisse hūc errorē, & nihilominus retinuisse cultū deorum, ac existimasse ab eis res humanas curari. Videndus Euseb. toto lib. 6. præp. Euāgelicę, vbi hoc tractat argumētum, & Aug. li. 2. cōtra epist. Pelag. c. 6. Poetæ passim cum cultu Deorū fatū coniungunt, imò Deos inducunt fatētes omnia fato esse subdita. Sed quod ad Babylonios spectat, si Diodoro cit. non diffiditur, certa res est: sic enim refert: *Chaldæi mundum sempiternū esse aiunt, neque principiū habuisse, neque finē habiturū. Vniuersorum ordinem, atque ornatum diuina quadā prouidentia factū. Cœlestia omnia non casu, aut spōte, sed determinato quodam, firmóque Deorum nutu, iudicióque esse perfecta.*

Babylonij an negarent Dei prouidentiam.

Qui negat prouidentiam Dei, tollit etiam religionem.

Aliqui, fato admisso, religionem retinebant.

Diodorus.

Vnde cùm sit minus vero simile a Babyloniis fuisse negatā Dei prouidentiam: propendeo in sententiam Ariæ Montani exponentis; *non est qui videat me*: nemo audebit me videre ad oppugnandum, vel ad corrigendum, vt glossa interlin. Hispani, *No haura quien me ose mirar.* Quod nectitur bellè proximis: *& dixisti in corde tuo: ego sum, & præter me non est altera.* Quæ est arrogantissima & stultissima 60.

[illegible] a tacitam [illegible], cadi in atque ill. vers. 8. hio t[illegible] [illegible] cata [illegible] vt [illegible] quod in corde [illegible] quod [illegible] forsan effutire non fit ausa: [illegible] super [illegible] non facien-dam. [illegible] ex parte indi-cat [illegible] *decepit te*; [illegible], qua & aliis, & [illegible] euenit [illegible] tune pr[illegible]dere sibi per-suaserat: seque ario quo multos deceperat, vt sequentia probant. Non dixit nude: *sapientia, & scientia*, ne videretur detrahere veræ sa-pientiæ, & scientiæ, sed dixit *sapientia tua, & scientia tua* [illegible]: quam tu putas sapientiam, cum sit error, & fallacia. Heu quam multi videntur sibi sapere, cum maxime decipiunt & se, & alios decipiunt.

Vers. 11. Veniet super te malum, & ne-scies ortum eius. & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repente miseria, quam nescies.

61. QVam fuerit fallax illa ars diuinādi, quam [illegible] vendirabant Chaldæi, planè h[illegible] proditur. Arrogabant enim sibi, vt [illegible], futurorum euentuum præ-notionem. Diodorus alias allatus: *Astrorum longa obseruatione cursum, naturamque diligentissi-me [illegible] multa futura hominibus prædicunt.* Ex [illegible] commemorasse planetas, quibus illi quasi du-cibus ad indaginem vterentur, addidit: *nam tum ortu, tum occasu, tum colore significare rectè ad-uertentibus futura attestantur. Aliquando vero [illegible], tum æstu, nonnunquam co-metis [illegible], & lunæ eclipsi, hiatu terra, multis de-nique [illegible] quæ prosint, quæ e obsint, non solum gentibus ac locis [illegible] & regibus, & priuatis personis* [illegible]. & post pauca: *Hos aiunt planetas plu-rimum in generationem conferre, vel bona, vel mala consequentias [illegible] eorum naturam, atque aspectum [illegible] quæ sint hominibus euentura. Mul-ta quoque [illegible] tum aliis, tum etiam regibus, [illegible] Alexandro, cum esset cum Dario pugna-turus. [illegible] Antigono, Nicanori, Seleuco. Præ-dicunt [illegible] futura, ita euidenter, vt mirum [illegible] ingenia [illegible] putetur.*

Diodorus. Babylonij [illegible] sibi arrogabant ex [illegible].

Genethlia-ci.

62. Hanc vanam & temerariam professionem, ac venditationem præscientiæ soli Deo conue-nientem [illegible], & tantum non irridens Isaias [illegible] siderum motibus, sed stabili Dei veritati sibi reuelatæ innitens. *Veniet super te malum, & nescies ortum eius*: Tu, quæ aliis ciuita-tibus [illegible] imminens interitum præuidisti, & præ[illegible], qui factum est, vt tuum tibi exitium p[illegible] non potueris? quomodo erga alias [illegible] prouidens, & præsaga, erga teipsam [illegible] improuida, & incauta? *vt veneris [illegible] te malum, & nescieris ortum eius.* Heb. *nescie-ris an orum eius.* Alluditur lepide ad obserua-tionem Mathematicorum, qui diligenter ob-seruant ortus & occasus siderum: & cum sit aurora idest, ciepera lux [illegible], [illegible] cognoscunt. ergo ad [illegible] malum, & nescieris [illegible], et repente [illegible] non [illegible]. Rabbi [illegible] v. [illegible] *non declarabunt tibi [illegible], & [illegible] dus [illegible].*

Il[illegible] [illegible] præuentio.

63. Hoc idem elucidatur amplius aliis verbis. *& irruet super te calamitas, quam non poteris ex-piare.* Expiare non [illegible] quin sit, *aut terre*, arcere, declinare: Hebr. [illegible] *caphar*, quod est etiam *propitiare*, placare. & quia sæpe expiatâ culpa auertitur pœna, hinc expiari pœna di-citur, cum impeditur, & amouetur. Sic hoc lo-co: vel [illegible] calamitati persona, & perhi-betur non placanda, excluditur omnis via & ratio euadendi, non enim poteris Deum pre-cibus flectere tuis, aut alienis: quia supra v. 3. *non resistet mihi homo*: non occurret vt ibi [illegible]. 25. Non hostiis & sacrificiis valebis Deum tibi facere propitium, & quòd Dæmones hoc offe-rat, & quòd Deus animum obfirmauerit ad vl-tionem. Non poterit pretio redimere cladem & muneribus placare hostem sup. 13 v. 12. *Pre-tiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.* Etsi enim plerunque auiditate prædæ, & pretij par-cere consueuerunt victores victis, tamen cum odium est [illegible], vt sibi satisfaciant [illegible], quæuis pretiosa negligunt. ita euenit in diri-pienda Babylone.

Expiare [illegible] quid

Clades [illegible] Babylonis.

Sup. 13. v. 12.

64. *Veniet super te repente miseria [illegible].* Premit adhuc & [illegible] Ch[illegible] tionem, quæ ad suam [illegible] fuerit tarda, & stupida. Quæuis calamitas [illegible] se est molesta, subita, & inopina est multo gra-uior. Prou. 1. v. 27. *Cum irruerit repentina cala-mitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia.* Ad supra num. 46.

M[illegible] [illegible] gra[illegible].

Quod si iis, qui quæuis ventura [illegible] præno-scere sibi vendicant, & arrogant, & aliis, siue consulentibus, siue non curantibus futura de-nunciant, clades eueniat repentina, & improui-sa, non potest non euenire grauissima, & intolerabilis. Memoriæ proditum est, Archimedem Astrologorum facile principem, cum Syracusæ diriperentur a Romanis, intentum formis con-templandis, quas in puluere [illegible], ab ignaro milite, quis esset, fuisse interfectum. [illegible] go ille, qui multas, & admirabiles machinas ex-cogitarat ad tuendam patriam, & forte præ-[illegible] non esse capiendam, & hac [illegible] confisus in medio omnium tumultu & trepida-tione securus atque quietus mathematicis va-cabat, repente & improuisò occiditur & quam vana sit Astrologorum diuinatio, euidenter ostenditur: cùm is, qui credebatur [illegible] alio-rum casus prænoscere, sui ipsius interitum præ-sentire nequiuerit: atque adeo [illegible] tulerit. De repentino, & inobseruato excidio Babylonis supr. num. 44. & historici cæteri, Xenophon lib. 7. Herodotus lib. 1.

Archimedes [illegible]

Astrologorum prædictiones vanæ.

Vers. 12. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuo-rum, in quibus laborasti ab adolescen-tia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

65. HÆc iam apertior est irrisio Hebr. *Sta nūc*: consiste, fige gradum, pedem confer, pro-pugna: si possis obsistere & malum instans re-pellere. De incantatoribus, & maleficis satis num. 49.

Irrisio [illegible]. & magia.

In quibus laborasti ab adolescentia tua.] Quan-topere Chaldæa laborauerit in iis artibus [illegible]

ad

[illegible] numer. 49. sed quem [illegible] hic di- [illegible] id enim tempus long[illegible] fuis- [illegible] hæc metaphora *adolescentia*. Si [illegible] [illegible] ætatum reuoluendum foret, longissi- [illegible] *[illegible] sibi eam se habere astronomia scien- [illegible] illic stam obseruatione annorum quadringentorū [illegible] nagmta millium* vt refert Cicero lib. 1. [illegible] natione. Sed quibus mundus fuit ab æ- [illegible] sine principio quod num. 59. ex Diodo- [illegible] positum, id impune mētiri licuit. At in Chal- d[illegible] quoque tempore viguisse astrolo- g[illegible] nuerit inter scriptores, & eius causam [illegible] lib. 1. Diuinat. a nobis nu. 49. [illegible] u præsens verò, quando a vate no- [illegible] Chaldaica vaticinatio illuditur, vbi [illegible] *orte quid prosit tibi*: libet ex eodem [illegible] quam vana, & fa[illegible] cō- [illegible] *quidē [illegible] [illegible] primis [illegible] rationi- [illegible] nostra [illegible] reperiebat ab [illegible] qui eam a [illegible] omulo conditam accepi [illegible] natam esse [illegible] eius [illegible] dubitabat. O vim ma- [illegible] natalis dies ad vim [illegible] in puero referre, [illegible] primum spiritum duxerit, [illegible] in [illegible] ex quibus vrbs ef- [illegible] potuit valere. Sed quid plura? quotidie ref[illegible] [illegible]tur. Quam multa ego Pompeio, quam multa [illegible] quam multa huic ipsi Cæsari a Chaldæis dicta [illegible] neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi [illegible] claritate esse moriturum? vt mihi permirum [illegible] quemquā exstare, qui etiam nūc credat iis, [illegible] quotidie videat re, & euentis refelli.* [illegible] his [illegible] cum his vatibus, [illegible] iubet ir Babylon stare, his fidere, & [illegible] non esse casuram, non viduam, aut ste- [illegible] fore: sed indies stabiliendam, [illegible] corroborandam. paulo ante v. 8. *Non se- [illegible]dua*, sed stabo, neque gradu consistam, [illegible] *morabo sterilitatem*.

Vers. 13. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stent, & saluēt te augures cœli qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.

MVltitudinem consiliorum accipio non secus ac *multitudinem maleficiorum* ve. 9. vbi [illegible] pro maleficiis, sic consilia pro consi- [illegible], atque maleficis, incantatoribus, [illegible] quos reges, senatúsque Babylonius [illegible] aliisque rebus gerendis consulebant, quorumque consilia, & responsa, ac si essent ora- [illegible], exequebantur. Sed quòd hæc non essent processura, & vt erant vana, in vanum essent casura, hic vates non vanus cecinit: & pro futuro præteritum adhibuit: *defecisti in multitudine consiliorum tuorum*: vt tam certum ostenderet, quam quod euenisset: id est, cùm tam multos iis habitura consiliarios, & diuinos, eris adeò destituta consilio, & inops, vt quò te vertas, nescias, corporis, animíque viribus defecta calamitati succumbas. Si niuis

67. *[illegible] tent & saluent te augures cœli, qui contempla- ba[illegible] [illegible].*] Stare, licèt alicubi non sit aliud q[illegible] adesse, sed non rarò propriá vim retinet, quæ est stare animo celso, & erecto, confidere: quę nostro aptissima sit huic sermoni: velut diceret: quando tu defecisti quę consulebas, stent illi qui consilia dederūt, & illud executi *saluent te augures cœli qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi*. hoc est, hi astrologi qui stellas contemplantur, & ex eis futura quæque se præuidere iactant, præmonstrent vobis cladem imp[illegible]endentem, & rationem, qua possitis declinare.

Augures cœli vertit Latinus [illegible] Græcus *ἀστρολόγοι*, astrologos: vbi apparet quod antea monui num. [illegible] propter similitudinem istarum artium, seu superstitionum, factū se earum nomina inter se communicari & misceri nam *Augures* propriè erant qui ex [illegible] gestu vario, volatu, garritu, situ, futura prædicerent; Astrologi verò vt nomen ipsum fert, ex astris eadem colligerent. *Augures cœli.*

Mensium supputatio diuerse exponitur. 68. Quoniam Hebræi & circa gentes menses terminabant lunæ circuitu, menses pro lunæ cursibus poni sunt suspicati, quod videtur longiùs ascitū. Alij, quia mensis Hebraicè a verbo חדש *chadas*, quod est nouare, trahitur, ad euētus nouos, & insolitos, rerumq; conuersiones traxerūt. Sed vtroque melius, si mēses notissimam temporis mensuram pro temporibus positos existimemus: ita diuini, & astrologi non solum quid, sed etiam quo tempore sit euēturum, ausi sunt præfinire: quò maiorem aliis admirationem, & sibi maiorem autoritatem pararent. Ad hunc explicatum, vt mensis sit pro tempore, inclinor ex Ecclesiastico c. 43. v. 6. *Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui. Mensis secundum nomen eius est*. Hebr. enim eodem nomine mensis & Luna exprimitur, ירח *iareah*, & Græcè *μὴν mensis*, & *μήνη, luna*, quia spatia menstrua lunæ circuitibus finiantur: cúmque ex mensibus anni constent, est ratio, cur menses pro temporis decursu supponantur. nam & hoc nomen Latinum *mensis* à mensura ductum esse creditur. Nostri etiā æui Astrologi ad singulos mēses sua prognostica placita aptāt, & vulgāt. Arabes Almanac appellant, ducto vocabulo à lunationibus. Diodorus vbi suprà de Chaldæis. *Deorum præcipuos, duodecim aiunt esse numero, quorum cuilibet mensem, & vnum e signis zodiaci tribuunt*. *Mensium supputatio varie explicatur.* *Mensis pro tem[pore].*

Vt ex eis annunciarent ventura tibi.] Ex eis, sc. 69. sideribus inspectis, & mensibus supputatis. Dabatur nobis idonea satis occasio disserendi ac inuehendi contra Astrologos iudiciarios, eorúmque temeritatem (ne quid acerbius dicam) coarguendi, qui sibi arrogant prænotionem rerum & euentum, qui ex libero hominum arbitrio dependent.

Quam prænotionem soli Deo concedimus, ratione naturali ducti, & autoritate diuinā certiore edocti, ac proinde vt notā, signúmq; quoddam minime fallax diuinitatis allatum fuisse nonnullis locis, sed præcipuè capit. 41. vers. 23. vidimus, vbi id fuit à nobis pluribus demonstratum, ne à Dæmonibus quidem posse hæc futura præuideri. Quocirca & quia istic tractata refellunt manifestè planetariorum audaciā, & eandem alij clarissimi Scriptores antiqui, & nostri temporis exagitant, longiorem hanc dissertationem non ingrediar, sed autores tantùm indicabo lectori, quos possit, vbi velit, adi- *Iudiciariorū temeritas.*

re Euseb.lib.6.Præparat.c.9.Tertul.1.Marcio.c. 18.& de habitu mulierum c.2.Lact.opif.ca.19. Aug.Psal.51.v.5.

E recentioribus Ioannem Picum Mirādulanum,qui omnium acerrime classicum cecinit aduersus Astrologos bolce:&e nostra societate Benedictum Pererium lib. 3. de Magia qui distinctè, & presse eosdem oppugnat, & expugnat.

70. *Quæ sint astrologis permissa.* Sed ne Astrologos de antiqua possessione omnino pellere videamur,illis relinquēdi sunt immoti termini, & ditio,quam Deus, & natura permisit,vt possint solis,lunæ,aliorum siderum errantium defectus, occursus, concursus, oppositiones,& multigenam inter se aspectuum varietatem prænoscere, plurima e cœlestibus corporibus effecta in hanc inferiorem plagam enascentia; vt sunt fulgura,fulmina, tonitrua, Imbres,turbines,venti,tempestates, aut contrà serenitates,& tranquillitates: morbos item & contagiones,ac demum ea omnia,quæ à causis physicis,&immobilibus emanant:tametsi,quoniam hæ caussæ variis, & fortuitis accidentibus præpediri queunt,quæ non sit promtū, vel oculatissimo astronomo, & philosopho prǽspicere,& circumspicere vndecumque,difficilis admodum,& lubrica redditur etiam ista prænotio:sed concedatur illis e liberali,& ex abundanti,modò temperent,& abstineant à præcognoscēdis effectibus causæ liberæ;qua sola precognitione illis omnino interdicimus: quauis alia permissâ.

71. *S.Scriptura non fauet indoctoris.* Quod si ne hoc quidem temperamento & moderatione contenti appellent ad aliqua S. Scripturæ testimonia in speciem fauentia,quale est illud Genes.1. vers.14. *Fiant luminaria in firmamento cæli,& diuidant diem,ac noctem:& sint in signa,& tempora,& dies,& annos.* Si istuc, inquam,appellent,& prouocent, quoniam semel statui hoc loco abstinere ab altercatione cum mathematicis, eos mitto ad interpretes illius loci,præsertim ad *August.* Augustinum, cuius iudicio sto,quod est eiusmodi: *Non enim illa signa dicit, quæ obseruare vanitatis est, sed vtique vtilia, & vitæ vsibus necessaria,quæ vel nautæ obseruant in gubernando,vel omnes homines ad prouidendas aëris qualitates per æstatem & hiemem, & autumnalem,vernalemque temperiem.*

Ad hoc discrimen rerum futurarum indicandum suspicor Isaiam addidisse dictionem, *tibi*,siue,vt Hebr. *super te*:non enim dixit purè: *vt ex eis annunciarent ventura*: id enim præcise nefas non est, sed dixit *ventura super te*, vt euentus ex aliena voluntate futuros significaret.Qui quàm veri vates exstiterint, è vestigio subiicit.

Vers.14. Ecce facti sunt quasi stipula,ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ;nō sunt prunæ,quibus calefiant,nec focus, vt sedeant ad eum.

72. *Hieron.* *Arsit Babylon.* IGnis iste à quibusdā propriè accipitur:in quibus est Hieronymus aiens: *Nec est dubium, quin ardente vrbe, habitatores vorax flamma consumserit.* Arsisse Babylonem in excidio,sumo ex *Xenophon.* Xenophonte lib.7. vbi Cyrum loquentem inducit cum suis iam iam inuasurum vrbem: *quod si quis hoc cogitat,inquit,quod tam dicitur, formidabile esse,in vrbem intrantes,ne in tecta illi ascendentes hinc, vndique feriant, eo magis audete. Si qui enim ascenderint super ædes, cum nilitonem & compugnatorem habemus Vulcanum. Eorum autem vestibula sunt cremaru facillima; valuæ enim e palma fabricatæ sunt bitumine subadusto illitæ. Nos autem rursus facem habemus,quæ celeriter admodum ignem pariet: multum autem picis,ac stuppæ, quæ magnam flammā illicient. Itaque necesse fuerit vt quam primum [fu]giant ab ædibus, aut quam primum comburantur.*

73. *Vaticinia quædam vtilia etiā quo ad temporalia* Sed multo probabilius est mihi, inesse metaphoram,& per *ignem*,qui rerum euastator est maximus, cladem ingentem & celerem notari, neque augures,ariolos,& genus omne diuinorum potuisse vi hostili renitere magis quàm stuppam igni,sed facilè,& breui fuisse absconsos: neque valuisse sibi consulere, qui [cæ]teris prositebantur se aliis salutem,& pro[s]peritatem allaturos. Sed cùm soleant esse quædam artes, illicitæ quidem, & nefariæ,vtiles tamen & ad vsus temporales commodæ [:] at hæ mag[icæ] & superstitiosæ astrologorum neque ipsis profuerunt,cùm perierint,breui con[su]mti [sunt] neque aliis fuerunt vtilitati, aut commodo, vt non sint reliquiæ,& cineres eius incendij,quo stuppa,& materia similis arsit:nam cùm ligna grandia vel tigna incendantur, remanent carbones,aut titiones,qui vsui alicui seruire possint. Ergo ex impia,& nefaria ariolorum & mathematicorum superstitione, ac vanitate nullum fuisse consecutum fructum hæc translatio declarat:neque arbitror quicquam subtilius in ea quærendum. Aug. de verbis domini serm. 56. cap.9. *Quàm, ô Deus,mathematici fefellerunt, qui sibi plerumque lucra promiserunt, & damna inuenerunt.*

Vers.15. Sic facti sunt tibi in quibuscūque laboraueras:negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquique in via sua errauerunt,non est,qui saluet te.

PRima pars accommodatio est metaphoræ præcedentis:vt quemadmodum, cùm stuppā & stipulam ignis corripit,inutilis est ad coquendos cibos, vel calefacienda membra rigentia: sed solùm valet ad consumendam materiam illam facilem & aridam: sic ex astrologis & aliis coniectoribus tamdiu collectis & sustentatis nihil commodi Babylon cepit. 74.

Altera pars: *Negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt*: pertinet sine dubio,quamuis aliqui contrà senserint, ad eosdem coniectores, quos meritò, & venustè Isaias appellat negotiatores,quippe totos lucro, & quæstui intentos:qui vt Cicero l.2. diuinat. citat ex Ennio Poëta.

Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias. Ergo venalem fuisse diuinatricem astrologiam vates noster hoc loco demonstrat: neque minus falsam,& fallacem:cùm quisque eorum diuinorum in viâ suâ errauerit: siue auibus obseruandis,siue sideribus contemplandis, siue hostiarū extis inspiciendis:è tot coniectoribus *non est,qui saluet te.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMOCTAVVM.

AVdite hæc domus Iacob, qui vo-
camini nomine Israel, & de aquis
Iuda existis, qui iuratis in nomine Domi-
ni & Dei Israel recordamini non in ve-
ritate, neque in iustitia.
2. De ciuitate enim sancta vocati sunt,
& super Deum Israel constabiliti sunt:
Dominus exercituum nomen eius.
3. Priora ex tunc annunciaui, & ex ore
meo exierunt, & audita feci ea, repentè
operatus sum, & venerunt.
4. Sciui enim quia durus es tu, & ner-
uus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.
5. Prædixi tibi ex tunc, antequam ve-
nirent, indicaui tibi, ne forte diceres: Ido-
la mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, &
conflatilia mandauerunt ista.
6. Quæ audisti, vide omnia: vos autem
num annunciastis? Audita feci tibi noua
ex tunc, & conseruata sunt quæ nescis:
7. Nunc creata sunt, & non ex tunc &
ante diem, & non audisti ea, ne forte di-
cas: Ecce ego cognoui ea.
8. Neque audisti, neque cognouisti,
neque ex tunc aperta est auris tua: scio
enim quia præuaricans præuaricaberis,
& transgressorem ex vtero vocaui te.
9. Propter nomen meum longè fa-
ciam furorem meum, & laude mea in-
frenabo te, ne intereas.
10. Ecce excoxi te, sed non quasi argē-
tum, elegi te in camino paupertatis.
11. Propter me, propter me faciam, vt
non blasphemer: & gloriam meam alteri
non dabo.
12. Audi me Iacob, & Israel quē ego voco
ego ipse, ego primus, & ego nouissimus.
13. Manus quoque mea fundauit ter-
ram, & dextera mea mensa est cœlos, ego
vocabo eos, & stabunt simul.
14. Congregamini omnes vos, & au-
dite quis de eis annunciauit hæc? Domi-
nus dilexit eum, faciet voluntatem suam
in Babylone, & brachiū suū in Chaldæis.
15. Ego ego locutus sum, & vocaui
eum: adduxi eum, & directa est via eius.
16. Accedite ad me, & audite hoc: nō à
principio in abscondito locutus sum: ex
tēpore antequam fieret, ibi eram, & nunc
Dominus Deus misit me, & spiritus eius.
17. Hæc dicit Dominus redemptor
tuus sanctus Israel: Ego Dominus Deus
tuus docens te vtilia, gubernans te in via,
qua ambulas.
18. Vtinam attendisses mandata mea:
A facta fuisset sicut flumen pax tua, & iu-
stitia tua sicut gurgites maris.
19. Et fuisset quasi arena semen tuum,
& stirpes vteri tui vt lapilli eius: non in-
teriisset, & non fuisset attritum nomen
eius à facie mea.
20. Egredimini de Babylone, fugite à
Chaldæis, in voce exultationis annuncia-
te: auditum facite hoc, & efferte illud v-
que ad extrema terræ: Dicite: Redemit
Dominus seruum suum Iacob.
21. Non sitierunt in deserto, cùm edu-
B ceret eos: aquam de petra produxit eis,
& scidit petram, & fluxerunt aquæ.
22. Non est pax impiis, dicit Dominus.

Vers. 1. Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis: qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neque in iustitia.

C DE argumento huius etiam capitis nulla dissensio. Cum enim Babylonis deuastatio ad liberationē Israelis à Deo fuisset destinata, vbi de illa actū, cōsequēs erat, vt de hac ageretur: id agit Deus hoc capite per Isaiā, pollicetur Iudæis licet immeritis libertatē à seruitio Babylonico. 1.

Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel.] Quoniā alias, plusquā semel, & iterū, quatenus Iacob ab Israele differat, edissero, hic superfluus fuerit retractatus. Adi c. 43 nu. 19.

De aquis Iuda existis.] Aquæ Iudæ quid significent, nō ambigitur, certum enim est poni pro generis autore, pro stirpe. Sed cur sic appelle- 2.
D tur, id quæritur. Alij, quia semen, materia humano corpori formando, sit aqueum, aquæ nominatur, id, etsi pluribus placitū, minus placebat. Alterū magis: aquas poni pro fonte, pro aquis originalibus, pro scaturigine, è qua fluūt aquæ, & exeūt flumina. hoc enim & est vsitatius, & rerū naturæ consentaneum. Fōtes enim sunt quasi parentes fluuiorum, & vt familia, soboles, & posteritas cū fluuio, sic familiæ princeps & caput cū fonte probè cōponitur. Huc illud adducitur ab Aria, & Genebrardo Psa. 67. v. 17. *In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel.* Patriarchę sunt fōtes; familiæ, aquæ inde
E fluētes, & succedētes. Et verò aquas pro gētibus, & populis suppositas pluries inuenimus. Nah. 2. v. 8. *Niniue quasi piscina aquarū, aquæ eius.* Ap. 17. v. 5. *Aquæ, quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ.* & quod magis est ad rē, Num. 24. v. 7. *Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas.* id est, fore numerosissimam sobolem Israelis. Variatur aliquanto metaphora: quia hoc postremo loco Num. generis origo:

Fontes sunt parentes fluuiorum.

origo dicitur situta, quæ continet, & effundit aquas, apud Isaiam ex aquis Iudæ manare dicitur, seu ex re Israelitæ, & ita Iudas vt fons & scaturigo inducitur.

3. Analogia & proportio rei comparatæ ad rem cui cóparatur, satis elucet: nã vt aquæ, quæ sunt in fonte, eædé sut in flumine; sic genus, sanguisq. idé in p[...], & in fi[...], & [...]t tamen est idem aquaru fluxu, [...] successione sic fan[...], & soboles vna est posterorum propagatione: & vt fontis qualitas, vt sit clarus, vel cœnosus, deriuatur in riuos; sic stirpis nobilitas, vel ignobilitas deducitur in prolem. Ita vocabula cómunia, & proximi cuiusque hominú, & fluminum, vt [...]ci, ortu, decurrere, & alia similia hoc ide[...] reddût. Vnde illa similitudo prudet[...] fœminæ Tecuitidis 2. Reg. 14. v. 14. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur*: Inde illa alia vulgaris: Mortalium vitas esse flumina ad mortẽ, vt ad mare tendentia, ibique occidétia. Aug. Ps. 65. v. 6. *In flumine pertransibunt pede, ibi latabimur* [...] *tibi. Quando iocundabimur? cum flumen transierimus pede. Vita æterna promittitur, resurrectio promittitur, vbi caro nostra iã non erit flumen. Flumen enim modo est, quãdo mortalitas est. Vide te si stat aliqua ætas. Pueri crescere volunt, & nesciunt quod spatiũ vitæ suã annis succedentibus minuitur. Non enim adduntur anni, sed subtrahuntur crescẽtibus, sicut aqua fluminis prorsus accedit, sed a fonte recedit: & volunt crescere pueri, vt careant dominatu maiorũ. Ecce creuerunt, agitur cito, perueniũt ad iuuentutẽ. Qui excesserunt pueritiã, si possint, teneant iuuentutem. Transit & ipsa, senectus succedit: vel senectus æterna succedat, vel senectus æterna sit. Morte aufertur, ergo fluuius est carnis nascentis.*

4. Ergo si vitæ humanæ decursus est fluuius, ortus, & natalis dici potest fõs, ac proinde parens, a quo nascitur. Pintus hoc loco suggerit, apud suos Lusitanos, qui similes liberi sint parẽtibus, eos dici, *habere quasdam aquas sui patris*. quod nihil aliud est, quàm referre fontales aquas, è quibus fuerint orti.

5. Sed hæc tota nomenclatio, *Domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis*, ad ostẽdẽdã generis claritudiné pertinet, vel à Iudæis eã ostentari, & iactari significat: quod præcẽdit hæc locutio: *qui vocamini nomine Israel*, assimilis alteri Ps. 48. v. 12. *vocauerũt nomina sua in terris suis. vocare nomen suum in terris* est esse celebre, memorabile, æternũ, gloriosũ: sic hic, *qui vocamini*, id est, qui gloriamini nomine Israel: Hispanè *los que os henchis la boca con el nombre de Israel*; à quo tamen multum valde degenerastis; quippe *qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini, non in veritate, neque in iustitia*.

6. in eo dissimiles & degeneres à fõte, & parente vestro Israele, & Iacobo: qui cùm adhuc Iacob, profugus, exul, inops, vni scipioni innixus, nudo lapidi caput imponens dormiturus humi quòd nullũ stratũ, nullũ puluinar haberet, euigilãs vouit votũ Domino Deo suo, si se custodisset, sibique ad solũ victũ necessaria præbuisset, séque incolumem domũ paternã reduxisset, sibi fore Dominũ in Deũ, eique cũctorũ bonorũ decimas oblaturũ. Cuius voti, iurisque iurãdi nõ est oblitus, sed maximè memor veritatis, ac iustitiæ vinculi, quo se Deo obligauerat rediẽs è Mesopotamiã iã nomine, & reipsa *Israel*, prænalẽs, fortis, auctus, & ornatus supra modũ vxoribus, liberis, opibus, pecore, familiã, ita vt eã in duas turmas potuerit diuidere, simul ac peruenit in patriam, in regionem Chanaã, *emit partem agri, in quo fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichẽ centũ agnis, & erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deũ Israel*. Et reliquũ vitæ huic facto, & auspicio conforme exegit. Gen. 33. v. 19

7. A qua fidelitate, iustitiã & veritate lõge desciuerat Israelitæ, qui Israelis & nomẽ, & genus iactantes, [...]que & qu[...] tã egregiè cõfi[...] se quoque col[...]re, cuiusque nomẽ vt sacrosanctũ, cum se iureiurando astringerẽt, inuocantes, veritatẽ & iustitiam omnino negligebãt. Ergo simulationis & hypocrisis insimulãtur: professionis irritæ, & officij prodigi coarguuntur. P[...]of[...]io, & religio à Iud[...] ostẽtata multis modis ostenditur. Primò, quod *domus Iacob* familia Iacob appellaretur; [...] eo scil. deuota, ab ipso illo exordio, de quo nuper n. 6. Deinde nomẽ *Israelis*, ad decus vsurpatũ, qui cũ Angelo diu luctatus, ei præualens benedi[...]nẽ elicuerit. Postremò appellatio *Iuda*, quæ tam[...]d prosapiam nobi[...]ssimam, quàm a[...]t[...]ologiã aduoc[...] possit: *Iudas* enim c[...] vocabulũ: & Iudæi, idẽ, qui cõfitẽt[...], & honorãtes,

8. Igitur qui tã multifariã Dei cultu, & honorem præ se ferebant, & repræsentabant, nihil minus moribus, factisque exprimebãt. Quod illis Saluator aliquando opprobrauit. Ioa. 8. v. 39. *Dicit eis Iesus: si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*. Nam illi v. 33 gloriabundi dixerant: *Semẽ Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam*. Sola ergo externa professio pietatis, aut voce tenus vsurpata religio, parũ prodest. Nazianzenus orat. 2. *At verò pietatem non in multum, & sæpe de Deo loquendo, sed vt plurimum tacendo positam esse iudicetis (lingua enim nisi ratione gubernetur, in lapsum facilè homines impellit) semperque minus periculosum esse audire, quàm loqui existimetis: ac proinde libentius de Deo quidpiam discatis, quàm doceatis: vósque ita comparetis, vt exactiore harum rerũ examinatione dispensatoribus verbi relicta, sermone nimirum, operibus maiori ex parte Deum colatis, legisq; potius obseruatione, quàm legislatoris laude, ac prædicatione vestrum erga eum amorem declaretis, nimirum vitia fugientes, virtutes consectantes, spiritu viuentes, spiritusque vestigiis ingredientes*.

Sola externa religio non satis. Nazianz.

Nisi fides & vita consentiant inter se, hypocrysis & simulatio potiùs est, quàm boni & fidelis serui professio. Vnde Matth. 15. v. 7 Dominus ad eiusmodi seruos oretenus: *Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Isaias dicens: populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longè est a me: sine causa autẽ colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominũ*. Citat Dominus c. 29. v. 13. vbi de hoc egi.

9. Quin omnis qui benè credit, & male viuit, hypocrita est, Matt. 24. v. 48. *Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: morã facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ, partémq; eius ponet cum hypocritis*. Rogo, quã ob causã malus ille seruus annumeratur hypocritis: hoc enim est, *partẽ eius ponẽ cum hypocritis*: hic enim seruus videbatur potiùs annumerãdus desidiosis, & segnibus, aut infidis, & sic est apud Luc. 12. v. 46. *partémq; eius cum infidelibus ponet*, quia reuera fuit infidus, & crediti muneris proditor, suo genio, & vẽtri indulgẽs, cõseruis iniuriã inferẽs, aduentum Domini sui negligẽs: at in quo fuerit hypocrita, nõ apparet:

Benè credens & malè viuens, hypocrita est.

cum

c... illa vitia essent manifesta. Sed reuera v... oque nomine idem significatur & commo... *quam seruus infideles, & infidus est*, vt ait Tolet. Luc. not. 5. *qui quod munere profitetur, non efficit opere: profitetur fidelē se esse officio, vitā autem infidelis est, hac autem hypocrysis est.*

10. Cum ergo qui veram Dei religionem suscipit & diuinis mysteriis initiatus, nō solum profitetur se credere quæ sunt diuinitus tradita, sed etiā se gerere & obire quæcumque fuerint imperata, Matt. 28. v. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia, quæcumq; mandaui vobis*: si ab obseruatione mandatorum desci...at, etiāsi fidem obseruet, non solùm erit seruus piger, & infidus, sed etiā hypocrita, & simulator. Vt enim Greg. hom. 26. Euang. *Ille veraciter credit, qui exercet operando quod credit.* & hom. 29. *Vera etenim fides quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit.* Nō quòd fides bonis operibus destituta, fides vera non sit, nam reuera etsi informis, fides tamē est, sed fides mortua, vt Apostoli tradunt, *fides ficta*, vt sumitur ex Paulo 1. Tim. 1. v. 5 *fide non fictā*. Græcè ἀνυποκρίτου. *fide non hypocrita*, at quæ fides sit hypocrita? nihil enim videtur magis aduersari fidei, quæ diuinæ veracitati innititur, quàm hypocrisis & fictio. S. Bern. epist. 42. id expedit: *Fictā autem ego arbitror illā vocari fidē, quæ susceptā quidem ex caritate vitā mouere inchoat ad bene operādum, sed nō perseuerans deficit, & moritur tanquam abortiua.*

11. Itaque quisquis id quod fide, religione, sacramēto profitetur, id moribus nō sustinet, & muneribus rite obitis nō exequitur, infidus, perfidus, simulator, hypocrita est, cuiusmodi erāt ij, quibus nūc obijcitur: *Qui non iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini*: Ecce publica & aperta professio, & cōfessio: *non in veritate & iustitia*: ecce officij violatio, hypocrisis & simulatio. Quod si tā grauiter carpēdi fuerūt Iudæi, quid conueniat in Christianos, qui vitā à fide dissociāt, quiuis per se capit: sed si quis pluribus indigeat, quā quæ modò tetigi, accurrat ad Or. in epist. ad Rom. c. 4. in Gen. ho. 3. ad finē. Greg. li. 19. Moral. c. 16. Bern. cant. ser. 24. 48. Aug. Ps. 25. v. 12. expositione 2. Hilar. Psalm. 1. v. 5.

Vers. 2. De ciuitate enim sācta vocati sūt, & super Deum Israel cōstabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius.

12. Hic versus in eodē est argumēto, atq; præcedens: iactabant enim Iudæi se eiues Solymitanos, siue sanctæ ciuitatis, quæ Deū Israelis, ac Dominū exercituū haberet tutelarē: ac proinde non esse, vnde foret timendū: omnia tuta, omnia quieta, omnia tranquilla & secūda sibi semper esse futura. Huc frequētes eunt interpretes. Vnde: *de ciuitate sancta vocati sunt*, capiendum, vt antè, *Qui vocamini nomine Israel*, id est, qui iactabūdi gloriamini hoc nomine ciuitatis sanctæ. Pagninus vertit: *Qui vocauerunt se*; videlicet, gloriosè, qui sibi hoc nomen vsurparunt, cui facta non responderent: nam qui sanctæ vrbis ciues; & incolas se profitentur, & appellant, sanctè deberent viuere.

13. Ierosolyma sancta vnde. Vrbis Ierosolymitanæ sanctitas nota fuit, & multis testata locis S. Scripturæ quæ sanctitas è pluribus caussis emanabat: sed præcipuè è templo illo sāctissimo, & religiosissimo, in quo fuerūt Sacta Sanctorū, & omnis ille Leuiticus apparatus, & ornatus ad sanctitatē repręsentandā, & efficiēdā quàmmaximè opportunus. Cuius templi tutelaris Deus, & custos, ac proinde ciuitatis non Deus aliquis Gentilitius, & factitius, sed Dominus exercituum fuit: ac proinde ciues *super Deum Israel constabiliti sunt*. Quę gloriatio, si verbis acta consentirent, non fuisset vana, neq; reprehendēda: at quia solā hâc gloriosā, & speciosā appellatione contenti nullam vitæ honestæ, morūmque laudabilium rationem habuerunt, vt modò dicebam, idcirco gloriosorum hominum, & hypocritarum crimine damnantur. Vatablus pressè & probè. *Profitemini quidem nomen meum, & religionem meam specie quadā iactatis: vultis videri ac si mihi inseruiretis, sed omnia sunt hypocrysis, quia cor vestrum longè est à me.* Vatablus.

Vers. 3. Priora ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea, repentè operatus sum, & venerunt.

In prioribus duobus verbis vertitur intelligētia huius periodi: quæ sint *priora*, & quod sit tempus indicatum particula, *ex tunc*. 14.

Arias ad proximè præcedentia & dicta de *ciuitate sancta* attinere existimat. Alij generatim de iis, quæ ad eā vsque diē prædicta contigissent: Adamus, Osorius, Sanctius, Hugo, Proc. Furerius, Vatablus, Didacus Aluares, Dionysius, S. Thom. Mariana, Leo Castrius, etsi istorū nonnulli Babylonicam captiuitatem, & liberationē nominatim exponant: neque tamen alias prædictiones amandent.

Quod attinet ad particulam, *Ex tunc*: ferè omnes accipiunt, iam olim, antequā euenirent. Cui cōmuni vtriusq; dictionis explicationi obsistit aduerbium subsequens *repentè, repentè operatus sum, & venerunt*. Nam quæ sunt ante prædicta, & de quibus sunt homines præmoniti, ea repentè nequeūt accidere, imò plerumq; eo cōsilio prænūciātur, vt ad ea homines se compa-rēt. Cæterū, nō est difficile submouere hoc obstaculum. Nam *repente*, hoc loco non est subitò, & inopinatò; sed citò, & celeriter, velut diceret: Futura & à me gerenda multo antè prædixi: & vbi tempus, quo erant gerenda, fuit, non distuli, sed statim, citò, subitò feci: itaque *repentè* non ad hominum opinionem deuocandum est, sed ad rem exequendam, & in puncto tēporis prænunciato sistendam: quod etiam subitò, & repentè dici potest: etsi dictio פתאם *pithòm*, statim, vel citò verti possit: & posteriori ratione Forerius verterit. Sed & aliter Sanct. Thomas euadit è difficultate, docens, *repentè* quoad ignaros prædictionum: quod si probas, dices, & quoad immemores: vel quoad incredulos, nam iis omnibus subitò eueniunt quæcumque prænunciata. 15. Ex tunc. 16. Repentè, i. citò.

17. De incredulis res est nota: qui enim fidem non habet prędicenti, sic se habet ac si nihil inaudisset, & si prędictio sit damni inferendi, nihil omnino præcauet. Exemplū est accōmodatum Exod. 9. v. 18. Præmonuit Deus Ægyptios, vt ex agris iumenta & alia quæ grandine lædi possent deportarent, eo quòd decreuisset quātus maximus nunquā esset visus nimbus grandinis,

Exod. 9. v. 20. dinis, demittere: *Qui timuit verbum Domini*, ait S. Scriptura, *de seruis Pharaonis fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos & iumenta in agris.* Quibus incredulis quis dubitet calamitatem euenisse repentinam?

18. Et ne procul abscedam, ex Vate nostro confirmo. Nemo non dabit nobis, hanc prædictionem de Babylonio regno subuertendo, quæ nō modò ab Isaia sæpius, sed & ab Ieremia sæpissime, & ab aliis multis prophetis fuit vulgata, & sparsa, ipsis Babyloniis innotuisse: vt enim Deus (quod aduertit hoc loco Procopius) voluit Pharaoni prænunciare plagas imponendas, vt resipisceret, aut si nollet, Dei punitio iustior appareret; sic fit mihi simillimum vero, voluisse, vt Chaldæi præmonerentur cladis inferendæ, eodē illo consilio. Et certè a Daniele eo ipso die, quo accidit fuisse præmonitos infitiari est nefas: & nihilominus Isaias c. 47. v. 9. dixit: *Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas, & viduitas*, & v. 11. *Veniet super te repente miseria, quam nescies.* quo posteriori loco est idem ad verbum פִּתְאֹם *pitōm*.

Deus cur præmoneat antequam puniat, se puniturum.

Dan. 5.

19. Et quod efficit, in hoc genere, incredulitas, idem efficit obliuio. Matth. 24. vers. 37. *Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis. Sicut enim in diebus antè diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & nō cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes; ita erit & aduentus Filij hominis.* Et Luc. 21. vers. 34. *Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ & superueniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.*

Obliuio opprimunt mala,

Quid magis, quid apertiùs, quid sæpiùs prænunciatum, quam iudicium generale, & extremum? cuius rei futuræ plures notæ, plura signa, & antegressa portenta sunt proposita? & tamen prædicit etiam Dominus fore repentinum, & subitum, non aliam ob caussam, quam quod homines imparatos, immemores, oblitos offendet, & opprimet: vti laqueus subitò improuidas animantes, & incautas irretit, & implicat: sic dies illa illaqueabit repentè omnes, qui sedent super faciem terræ, qui terrenis insidunt, inhærent, inhiant, qui nihil cœleste, nihil sublime, nihil diuinum, & æternum meditantur: quorum corda & etiam corpora grauantur crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Hisce cupiditatibus deditos, & alterius vitæ incuriosos, & obliuiosos dies postremus subitò occupabit, & opprimet. Sicuti occupauit, & oppressit diluuium, licèt à Noe multis ante annis prædictum: cui prædicenti, & facienti nauim ad euadendum multi non crediderunt, multi & si credidissent, vitiis & cupiditatibus pressi ita se gesserunt, ac si nihil minus sciuissent: quibus omnibus accidit ex improuiso calamitas: ex quo constat, particulam *repentè*, & repentinum euentum stare posse cum prædictione.

Iudicium extremum occupabit imparatos.

Ignorantia verò [illegible]

20. *Priora ex tunc annunciaui.*] LXX. *Priora ἔτι*, id est, *adhuc annunciaui*; sed parum discrepat: nā significat continuatas prophetias fuisse, id est, huc vsque prænunciare non destiti. Forerius, vt plena sit oratio, censet aliquid subintelligi, scilicet: *quæ*, hoc modo: Quæ priora, vel priora, quæ annunciaui, &c. *repentè operatus sum, & venerunt.* Sed absque hoc supplemento, eadem stat sententia *Priora iam olim annunciaui*, &c. *operatus sum, & venerunt*: id est, fidem meā obligatam exsolui: nam quæcumque prædixi, præstiti, & exhibui: & exsolutionem ne puncto quidem temporis distuli: ad quod accommodari posset illud, quod dudum versabam: *repentè operatus sum*: subitò persolui & reddidi quæ promiseram.

Quod si interroges, quorsum Deus huc affectat, scies ve. 5. Quod verò addit: *ex ore meo exierunt, & audita feci ea*: expolitio, & confirmatio est: vt intelligatur, frustrari non posse.

Vers. 4. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.

Durities & contumacia Israelis sæpissimè, & grauissime fuit a Deo increpita, & castigata, & sub his translationibus ceruicis duræ, & frontis pertinacis, & atritæ. Loca sunt vulgatiora, quàm vt indicari sit operæ, in Exodo, Deuteronomio, & in Ezechiele frequentiora: nec exempla pauciora populi duri. 21.

Israel pertinax.

Neruus ferreus, ceruix tua.] Pulcra translatio, & similitudo: nam in toto corpore humano nihil est ceruice flexibilius, & obsequētius, quam voluit natura esse quoquouersus versatilem, vt oculi, quibus in facie locum conuenientissimū dedit, ipsa ceruicis flexione possent facile circūspicere, & tam commoda, quàm incommoda circaprouidere: qui vsus, si ceruix esset rigida, & dura, tolleretur omnino, cum non esset flexibilis. Vnde tota composita est, & compacta è carne, neruis, aliisque partibus mollibus, ac teneris, sine difficultate sese vertētibus, & accōmodantibus ad quoscumque casus & vsus. Plin. li. 7. c. 37. *cui quibus ceruix, e multis vertebratisque orbiculatim ossibus, flexilis ad circumspectum articulorum nodis iungitur.* Quare ceruix, aptissimum fuerit obedientiæ, & obsequij symbolum, si cogitetur vt est à naturà efficta. At si fingatur ferrea, rigida, inflexibilis, erit ad viuum effigies contumaciæ, & inobedientiæ obstinatissimæ, atque adeò extremæ peruersitatis argumentū, nempe, *neruus ferreus*; cùm nihil fere sit in tota naturà neruo mollius, & flexibilius, & nihil contra ferro rigidius. Quæ summa peruicacia, & prauitas hac similitudine à Deo indicatur, & reprehenditur. 22.

Ceruix flexibilis cur

Ceruix symbolum obedientiæ.

Deinde: quoniam animalium ceruicibus iugum imponitur, inde etiam ceruix pro subiectione sumitur. ex quo mos bellicus olim hostes victos mittendi sub iugum, vt innotesceret, eos fore victoribus subditos, & obsequentes. Ergo, quibus pro ceruice mollissima sit neruus ferreus, omne recusabunt, atque reiicient imperium: vt obsequantur, & iubenti sese adaptent, adduci, aut attrahi non poterunt. 23.

Istuc intendere hanc comparationem, (id enim interpretes aut exponūt, aut ponunt) potiùs arbitrer, quàm ad arcum, in quo neruus, seu chorda lenta esse debet, vt à iaculatore attracta inflectat cornua & extrema ipsius arcus: nam si neruus esset durus & rigidus, totus arcus redderetur inutilis. Sed hæc similitudo ar- 24.

cus ad

... em non apparet idonea, & eius ac... durior, etsi conatur Arias emul...

... tua area.] Mens eadem. sed non videtur ... nam secus multo certius ... duritiës, ... mò fronti est propria ..., quippe constanti e durissimis ossibus ... durissimam habere frontem in Iud... Ezech. 3. vers. 8. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & silicem dedi faciem tuam.* Et cum ad vituperationem trahitur *frons attrita*, vel *frons meretricis* dicitur, in diuinis libris: vt in humanis, illota frons: id est, imp...

Sed ... re expedit: frontis significationem an... esse apud sacros Scriptores, & poni ... pro vultu, & facie. Huius vtriusque do...mento est locus repositus & obiectus Ezech. 3. versic... 8. *Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Hæc Deus ad vatem: vbi, facies, & frons pro eodem. & frons dura in Ezechiele ... laudabilis, & eadem, in populo vituperab... Sed vnde tanta diuersitas.

... a facies, seu frons dura, est animus intrepid..., & interritus: qui si sit ad superandas difficultates, & contemnenda pericula, propter Deum, & honestatem; est laude dignissimus, nam est egregia fortitudo. Sed si sit hic animus interritus ad spernendas Dei minas, ad subeunda quæuis incommoda, vt suis cupiditatibus pareat, tunc facies & frons dura, & ænea euadit in obstinationem, superbiam, ac pertinaciam, & est quauis vituperatione, & probro dignissima: & talis est, quæ hoc loco in Israele reprehenditur. Vnde quæ in Ezechiele 3. v. 7. à Latino interprete redditur *attrita frons: Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde*: in Hebr. est *rigida fronte, & duro corde*.

28. Itaque *frons* dura, eadem est, atque attritio, eadẽ atq; meretricia, & quę prouerbio dicitur, *illota*, hoc est, impudens, quæ nec Deum, nec homines reueretur. Et quidem autor & princeps benè loquendi inter Latinos Cicero Pisoni *os ferreum* attribuit in eâ, quam habuit contra ipsum oratione. Est enim facies, & propriè frons sedes, indéxque pudoris, & modestię, August. in Psalm. 30. vers. 20. concio. 3. *Non sine causa Christus signum suum in fronte nobis figi voluit, tanquam in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat.* Ergo vt est bonus, & malus pudor, ingenuus, & degener, & vtriusque sedes, ac index est frons: ita duritiës bona, & mala; & vtriusque domicilium eadem frons: nam cùm sint extrema vitia virtutibus mediis affinia & similia, vt obstinatio constantiæ, temeritas fortitudini, haud mirere, si interdum sedes sit communis & promiscua pudori, & impudentiæ, modestiæ, & superbiæ: huic posteriori frontem, cuius pars sunt supercilia, sedem Plinius assignat lib. 11. cap. 37. *Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hinc pendet. Nihil altius simul & abruptius inuenit in corpore, vbi solitaria esset.*

29. Et quia contumacia non disiungitur à superbiâ vt comes indiuidua, quod Plinius de hac, nos de ista cogitare possumus, & dicere: quæ nascitur & coalescit in corde duritiës, in fronte conspici, ibi eminere: & quidẽ apud Ezech. dudum allegatũ dura fronte, & duro esse corde obiurgantur in Hebræo, vt ostendi num. 27. Quod si *ceruix dura*, ad superbiam notandam, ex qua oritur plerumque contumacia & inobedientia, trahitur vt trahi potest, & ostendi ex aliis locis S. Scripturæ, nominatim ex Psal. 128. vers. 4. *Dominus iustus concidit ceruices peccatorum*, vbi August. in ceruicibus superbiam cernit: si hoc, inquam, admittitur, ceruix ferrea, & frons ænea exibunt eódem.

At cur hoc loco hæc alibi adhibita obiurgatio interponitur? id sequenti versu redditur: quòd Deus sciret populi Iudaici peruicaciam in retinendâ idololatriâ, ne posset idolis suis ascribere rerum euenta siue prospera siue aspera, eo se vtraque multo antè annunciasse, & præscripsisse.

Vers 5. Prædixi tibi ex tunc: antequam venirent, indicaui tibi: ne fortè diceres: idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista.

30. ALiubi ante pluries vidimus, vt notam certissimam, & quæ eludi non possit, veri numinis afferri, futurorum prædictionem: eorum videlicet, quæ non è caussis ratis & naturalibus, sed è mobilibus & liberis penderent in vtramlibet partem. Hæc nota, hoc indicium, quo nullum fere quoad nos est notius, tam frequenter suggeritur, vt ille populus rudis, & ad idola pronus, ab ea stultitiâ coërceretur: ac demum persuaderetur ei, præter Deum ab eius maioribus cultum, neminem esse Deum. Ose. 2. v. 5. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.*

31. *Ne fortè diceres: idola mea fecerunt hæc.*] Quamobrem futura prænunciarit, hoc loco aperit: nõ ad ostentãdam scientiam, sed ad salutem humanã procurandâ, ne homo imperitus & impius siue infœlicẽ, siue fœlicẽ fortunam diis fictitiis referret acceptam, quod passim fecisse gentiles in annalibus eorum legimus, præsertim in historia Romanâ, quæ refert: vbi victoria aliqua paulo maior esset parta, Romanos diis suis gratias egisse, plurium dierum supplicationes decreuisse, & ... biisse ad puluinaria gratantes accessisse, dona attulisse, spolia intulisse in ædes sacras, noua templa consecrasse, & alia religionis officia fecisse: in aduersis quoque & in periculis communibus Deos sibi placandos & repropitiandos in primis suppliciter, & diligenter persuasum omnibus erat; ex quo lectisternia sunt Romæ instituta. Turnebus lib. 18. cap. 32. Aduers. *Veteres suorum incommodorum causas diis attribuebant, quos sibi infestos, & suo aliquo merito, & noxa læsos opinabantur, ex ea opinione dixit Maro:*

Quo numine læso
Quidve dolens re ina Deûm.

Vbi ex aliis Poëtis similia congerit.

32. Neque me pigebit ad id, quod agitur, elucidandum, simul & ad ruborem inducendum ori Christiano, describere quæ Titus Liuius historiæ Romanæ autor nobilis scriptum reliquit in lib. 5. decadis primæ his verbis: *Grauis, pestilénsque* Liuius.

Superbia in ... contumacia

Prædictio & prophetio est nota diuinitatis

Romani tribuunt diis euenta secunda, & aspera.

Romani Deos placãt peste grassante.

omnibus animalibus astas excepit, cuius insanabili pernicie quãdo nec causa, nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex Senatus consulto aditi sunt. Duumuiri sacris faciundis, lectisternio tunc primũ in vrbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamq; & Dianam, Herculem, Mercurium, atque [illegible] *tribus, quam amplissime tum apparari poterat, stratis* [illegible] *placauere, priuatim quoque id sacrum celebratum est. Tota vrbe patentibus ianuis, promiscuoq; vsu rerum omnium in propatulo posito, notos, ignotosque passim aduenas in hospitium ductos ferunt: & cum inimicis quoq; benigne, ac comiter sermones habitos, iurgiis, ac litibus temperatum:* [illegible] *illis quoque dempta eos dies vincula: religioni deinde fuisse, quibus dij eam opem tulissent, vinciri.* Hæc omnia illi ethnici fecerunt, vt ab iis, quos Deos putabant, salubritatem impetrarent: qui in eo, quòd Numen placandum esse censebant, bene a religione iudicabant, in eo verò, quod diuinitatem Apollini, Mercurio, & Herculi tribuebant, mirè decepti sunt. Sed quoquo modo & animo id fecerint, nobis pudor inde oboriri debet, quibus certis à Deo similes calamitates afferri, & ab eodem, cùm placet, auferri, vix e multis illis aliquod imitamur.

33\. Quod si Romani, aliíque Gentiles, cùm infortunia aderant, aut pericula imminebant, quę ab eorũ idolis nunquã fuerãt prædicta, aut prouisa, nihilominus ex eorũ voluntate descendere arbitrabantur; similiter & prospera euẽta: quid facerent, si ab idolis distinctè prænunciata, & prævaticinata fuissẽt? Ergo Deus euidẽti argumentatione concludit, se, non aliũ esse pro Deo habendũ: argumentatio est istiusmodi: quæ antequã res eueniant, eas certò & disertè prædicit, eorum autor habendus, atque adeò Deus: sed ego solus hæc prædixi, nõ idolum aliquod: ergo solus ipse sum Deus. Syllogismus est iustus & suis partibus absolutus, ingeniosè circumscriptus.

Deus verus unus, alia falsa idola.

34\. Sed sola maior propositio alicui possit esse scrupulo: nam quis prohibet à quopiam multa præsciri, quæ ipse non sit facturus: sic Astrologus multa prouidet, & prædicit certissimè, quorum effectionem neutiquam attingit: Sic Vates multa præscit, & prænunciat ab alio efficienda: quo pacto igitur prædictio sola rerum ostendit prædicentem esse etiam autorem?

Sed ad ea est in propatulo responsio ex antè dictis: quibus ostensum est, solius Dei esse futura vaticinari: futura, inquam, quæ non in causis necessariis continentur, vt sunt, quæ prædicit Astrologus, & ex se præscit, & non ab alio acceptã, vt vates præscit è diuina reuelatione.

35\. Itaque futura libera per se, & non aliena vi prænoscere, cùm sit infinitæ intelligentiæ, & naturæ, eiusdẽ erit solius eadẽ efficere: nã vt verè traditur in scholis, Deus non præuidet absolutè futura, nisi quæ ipse decreuit, vt aliquando fierent, cum quo Deus nõ aliis instrumẽtis aut viribus ad res efficiendas indigeat, quàm intelligentia & voluntate suã, *dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt*: quod si aliquibus caussas secundas adhibet, vt rerum naturali ordini suus locus sit, sine earum efficientia, si vellet, valeret eadem effecta promere: neque etiam, cùm caussarum initio creatarum vtitur, desinit esse princeps caussa & autor. Quocirca à præscientia rerum inseparabilis est earumdem efficientia: proinde eas prouidere certò, & prædicere nequit [illegible] ctor earum ridiculè iactatur.

Præscientia Dei præ-edit, vnit decretũ.

Psal. 148. v. 5. Futura libera solus autor præmũ præscit. certò...

E quo [illegible] lentiu idola, qui quibus [illegible] [illegible] extitim bat. [illegible] Danio [illegible] vt impone [illegible] [illegible] cel per [illegible] [illegible] ctorum, vt [illegible] bat se certo non [illegible] [illegible] biuis, ambigua resp [illegible] vt [illegible] in posterum ca [illegible] [illegible] une, de qua [illegible] cap. 41. num. [illegible] ad num. 28. 36.

Stultia idolorum veneratio.

Sed nominatim videre licet Hebræi populi vecordia, qui cum antequã ex [illegible] de Ægypto, tot [illegible] accepisset, tot prodigia & portenta vidisset in ipso exitu, & procedentes tot miracula simul & beneficia fuisset expertus: tamen ad radices montis Sina, Moysi cũ Deo agẽte, & Deo statũ populi in posterũ ordinante, legẽ que [illegible] dente, *fecerunt sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt eum, immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dij tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* 37.

Hebræi vecordes adorãdo vitulo.

Exod. 32. v. 8.

Quid [illegible] & oratione quæ stultior & sceleratior excogitari possit: Quid sibi vult, *Isti sunt dij tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Isti, isti dij intulerunt Ægypto plagas suas omnes, & patrarũt omnia illa prodigia & portenta, isti dij primogenitos Ægyptiorũ vna nocte omnes peremerunt: isti dij in brachio forti & extento extorserunt obstinatissimo Pharaoni libertatem tuam: isti dij mare tibi aperuerunt, & currus, ac exercitus hostiles reducto mari submerserunt: isti dij Manna de cœlo demiserunt, & aquam de saxo eliciuerunt. Vnde rectè illo loco Lippomanus: *Breui versu, & intentus describitur grande crimen filiorum Israel, & quasi stylo ferreo in silicem imprimitur nefas inexpiabile humanis viribus, quomodocunque Dominus Moysi bona polliceatur. Habent singula verba exaggerationem iustæ querelæ Dei contra ceruicosum hunc populum, omnibus reliquis gestibus aliquando ad Dominum conuertendis in exemplum. Non solum, inquit, vitulum fecerunt, sed etiam adorauerunt, & honorem Dei suo idolo obtulerunt: professionem laudis & honoris retulerunt Dæmonibus, & non Deo: beneficium abnegauerunt tam magnificè susceptum, & hostibus Dei transcripserunt.* 38.

Lippom.

Ne populus igitur iste duræ ceruicis & frõtis perfrictæ liber è Babylonica seruitute & postliminio in patrias sedes restitutus diceret. *Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista*: hoc est, demandauerunt Cyro, vt Chaldæos euerteret, & ad id facinus vires & arma suppeditarunt: idola mea eidem Cyro præceperunt, vt me vinculis & captiuitate solueret, & ad regrediendum commeatu adiuuaret: ne tales blasphemias effutiret, iccirco Deus multis retro sæculis inter alia, hoc quoque beneficium à se suo tempore certo, ac definito repræsentandum pronuntiauit, & ministrum, ac executorem consilij sui, eiúsque nomen edixit. 39.

Vaticinium de liberatione Babylonica quo fine.

Ex quo percipitur vis particulæ superioris versus: *enim*: *Sciui enim quia durus es tu.* Hebraicè ex verbo: *ob sciri me, quia*: Hispanè *por saber yo, si eres duro*: sunt enim non pauci Hebraismi in nostrum sermonem traducti) eo, ac si diceret, quòd viderem te ceruicis esse ferreæ, ideo prædixi ista, adeò particulatim, ac 40.

tis, ac definite, vt quantumlibet durus & impudens infitiari non posses a me vno non ab idolis tuis, fuisse prouisa, & adducta.

41. Procopius secus accipit sic: *Tanquam de contumaci, prædixi: verbum vsurpatur; quantumuis, inquit, & eorum te causam etiam, quæ Babylonis euentura essent, idolis ascripturum esse non ambigerem.* Itaque exponit: *Sciui quia durus es*: tametsi sciuerim te præ duritia non mihi, sed idolis tuis libertatem ascripturum, nihilominus eam volui tibi prædicare, & promittere. Quod si ita res habuit, fuit populus ille in exitu de Babylone sui quàm simillimus qui dixerat in exitu de Ægypto: *Isti sunt dij tui, qui eduxerunt te de Ægypto*: vt Num. 37.

42. A quo genio & more videri quoque possit fuisse profecta illa calumnia & blasphemia Pharisæorum Matth. 12. vers. 24. *Hic non eiicit dæmones nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum.* Nam cum dæmones pelli è corporibus a Christo negare non possent, maluerunt principi dæmonum id tribuere, quàm Domino: Quam impudentissimam impietatem confutauit Saluator, & addidit, ad demonstrandam eius grauitatem, esse spiritum blasphemiæ, & peccatum contra Spiritum sanctum, non remittendum *neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Quod quo pacto sit accipiendum, quoniam non postulat tractatio præsens; ad interpretes Matth. lectorem mitto: interea simplici relatione testimonij contentus, ex qua sumitur, Deo esse iniuriosissimum, eius acta & beneficia cuiuis alteri, nedum idolis, hoc est, diabolo ascribere, & accepta referre. quod scelus inexpiabile ne admitteretur a Iudæis, Deus multis & notabilibus prædictionibus exhibitis cauerat.

Vers. 6. Quæ audisti, vide omnia: vos autem num annunciastis: audita feci tibi noua ex tunc, & conseruata sunt, quæ nescis.

43. PErplexa ac inuoluta est aliquantum hæc periodus: & eam implicant magis quàm explicant variæ aliquorum versiones & expositiones. Dabo operam, Deo præuio, vt explicata, aut certè minus implicita maneat.

Quæ audisti, vide omnia.] Arias dictionem: *vide*, quod est Latinè imperatiuum verbum, ex Hebræo vult esse nomen: hoc est *Visum*, & vertit: *Audisti visum omne*: siue, *visionem vniuersam*: sed sic ita verti posse, quod etiam Marinus in Arcâ suâ habet sed eum hic idē autor fateatur apud Isaiam hoc tantùm loco nomen istud inueniri, & dictionē iisdem omnino litteris scriptam, חזה esse legitimum imperatiuum verbi חזה *chazah*, & Vulgata Latina hoc elegerit, nō video, cur hoc certo dimisso, illud incertum sit præoptandum. Et quidem horum verborū neq; sententia, neq; structura est difficilis: *Quæ audisti, vide omnia*, scilicet, euenisse: nā etsi in Heb. non est relatiuū, *quæ*, doctè præposuit interpres, perspicuitatis ergò, saluo sensu. in exemplari: *Audisti; vide omnia*: i. audisti futura, vide completa: quod pronunciatum hæret admodum anterioribus.

44. *Vos autem num annunciastis?*] Menda fuit aliquando in codicibus nonnullis habentibus: *Vos autem non annunciastis*: sed sublata est iam, eminente textu primæuo: vbi est הלא *halo*, particula interrogandi: quę interdum est, *nonne*. *annon*: seu, *nunquid non*? Loca quære in lexicis: & tunc interrogatio vim obtinet affirmationis & asseuerationis. At dictio *num* vel negationis, vel saltem dubitationis. Et quidem modernæ versiones illam priorem significationem sunt secutæ. S. Hieron. & in versione, & in scholio posteriorē: nam in hoc habet: *Hæc ec audisti omnia quæ ventura sunt, & tamen silentio celas veritatem.* Ex quo patet, non posse dici, textum esse mendosum, & pro *num*, aliud legi debere, vt, *an non*, vel *num non*, vel *non* cū interrogationis nota. Et nihilominus plerique recentiorum ad prius illud significatum confugiunt, vt faciliorem. nam Iudæi cùm Scripturas de more in synagogis frequenter legerent, necessariò vaticinia, & eorum euenta annunciabant; ita vt eorum confessionem vel inuiti publicè ederent. Hoc ex opinione multorum Sanctij, Forer. Vatab. Sa. Græcos autores consulere non datur hoc loco, quo LXX secus habent.

Me certe, & res ipsa, & multo magis autor & interpres Vulgatus mouet, vt his autoribus non assentiar, nam salua lectione Bibliorum: *Vos autem num annunciastis?* ista expositio non sustinetur: nam cum interrogatio sit Dei, qui non potest interrogare vt nescius, aut dubius, est eadem, atque negatio: i. *Vos non annunciastis*. Res ipsa quoque est consonantior: nam hoc orationis cursu iactatur populi Hebræi durities, peruicacia, ingratus animus, & beneficiorum immemor. Cui licio aptius attexitur, si populus arguatur silentio malo celasse veritatem, vt dixit Hieronymus; itaque hæc, diuinæ veritatis & virtutis non prædicatæ, vt par erat, vel malitiose præteritæ reprehensionem contineot, vt cum Hieronymo iudicant Arias, Adamus, Pintus, Haymo, Osorius, Hugo, Dionysius, Castrius: licet alij alia à Iudæis tacita & omissa intelligant. Nam postremus autor 45.
cum Scribis & legisperitis tempore Saluatoris rem esse existimat: alij cum antiquioribus, qui audita & nota non rectè renunciarent, cùm non eâ ratione, vt sibi & aliis consulerent, quę erat scopus prædictionum: sic Arias. Nonnulli certum aliquem euentum, alij generaliùs omnem exponunt.

Sed Mariana suam seposuit expositionem: hoc tenore: *Quæ audisti, vide omnia*, scil. *opere impleta: vos autem num annunciastis?* i. *ex responsis* scil. *idolorum*? quæ interpretatio latior adhuc effici possit, si intelligatur, non definitè ea, quæ sint audita, non fuisse ab idolis prædicta, sed generatim: *Vos num annunciastis?* videlicet, *quicquam*, vt identidem versetur idem argumentum & indicium effictæ diuinitatis. 47.

Non disiuncta ab antecedentibus vt est hæc interpretatio: nam proxime monebantur Iudæi, ne idolis tribuerent euenta rerum vt autoribus: hic, ne eisdem ascribant vt prædictoribus.

Sed vulgatior explanatio nexu non caret: quem iam indicaui, & nunc magis dilato. Finis Deo propositus in prænunciandis euentibus erat publica salus plerumque populi illius Israelitici, interdum & aliorum finitimorum: & per occasionem, ac regimen

successiuum temporalium præfiguratio, & prolusio quædam rerum spiritualium, & veræ salutis humanæ præceptio: vnde si huiusmodi vaticinia, & eis euenta consonantia celarentur, aut secus, quàm postulabant, exponerentur, sine fructuque suo si non omnino, certè magna ex parte frustrabantur. Hilar. Psal. 118 v. 12. *Ea, quæ cogitata e per Prophetas, vel ex Dei verbis indicta esse potuerunt, ea Prophetæ non tacent. Quæ idcirco prædicata sunt, vt doceantur.* Genes. 18. v. 17. *Dixit Dominus: num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnam,* &c. *Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam.*

48. Iudæi S. Scripturas detorquent. Hoc vitium inoleuisse apud Hebræos qui eorum libros, & commentarios euoluit, certissimis experimentis cognoscit. Nam Prophetas ita interpretantur, & rebus temporalibus, ac inanibus illigant, vt velamen, quod Apostolus dixit, eis lumen intelligentiæ prorsus eripiat (2. Corinth. 3. v. 15). Et cum sit omnibus Rabbinis commune peccatum, maxime inest eis, qui Saluatoris aduentum sunt eos secuti: qui nullum non lapidem mouent, vt nobis Christum eripiant, & euangelicum clarissimum lumen inutilibus expositionibus auferant, aut obscurent sed casso conatu.

49. August. Iudæi custodiunt S. Scripturas seruantes nobis. Vnde acutè August. Psal. 136 vers. 7. *Iudas portant codices: nos vtimur de codicibus*: & ad hunc sensum accommodat illud Genes. 25. vers. 23. *Maior seruiet minori*, quia ipsi factos codices non capiunt, legunt, sed non intelligunt: quia alienati a Christo, qui finis legis est, cæcutiunt, quasi complicatos nobis libros afferunt: ipsi interea mysteriorũ experies. Idẽ Aug. Psal. 137. v. 4.

August. *Nescio in qua gente absconditæ erant lex, & Prophetæ, omnia verba oris tui. Sed in gente Iudæorum sola erant omnia verba oris tui, quam gentem laudans Apostolus ait: Quid ergo amplius est Iudæo? aut quæ vtilitas circumcisionis? multum per omnem modum: primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei, ibi erant verba Dei. Sed da mihi illum Gedeon, quendam virum sanctum tempore iudicum, videte quale signum petiuit a Domino. Ponam, inquit, vellus in area, compluatur vellus, area sicca sit, & factum est. Petiuit iterum signum: area tota compluta sit, & sicum vellus siccum inueniatur. Quid vobis videtur, area: nonne orbis terrarum. Quid vellus tanquam gens Iudæa in medio orbe terrarum habens gratiam sacramentum non in manifestatione, sed in nube secreta, tanquam in velamento pluuiam in vellere. Venit tempus quando reuelaretur pluuia in area: manifestata est, non operta. Factum est ergo quod dictum est: Confiteantur tibi omnes reges terræ quoniã audierunt omnia verba oris tui. Quid est, Gedeon, quod abscondebas? quandiu abscondebatis, vellus? vellus, exiit de te pluuia. Solus Christus veritas pluuiæ, ipsum solum non agnoscis in Scripturis, propter quem facta sunt Scripturæ. At vero omnes reges terræ confitebuntur tibi Domine, quoniam audierunt omnia verba oris tui.*

Iudæi habent scripturam sine fructu, & nobis prosunt.

50. Ex tunc propeas. Huc se conferunt LXX. *audisti omnia, & vos non cognouisti. Audita tibi feci noua ex tunc, & conseruata sunt quæ nescis.*] Hic quoque altera particula facessit neglectum scil. *ex tunc*: quæ tamen videtur consentire cum nomine *noua: audita tibi feci noua ex tunc*, prius enim habebat *nouæ, nunc*, & ita habet codex Græcus. & Hebræus. nam מעתה *meheatah* ex *nunc*, vel *nunc* significat: & ita reddit Latinus interpres

A fuit sequenter. *Nunc creata sunt*: & S. Hieronymus in commentario innuit, quatenus ait: *Nec narro præterita, &c. Sed noua atque contra Babylonios facturus sum, nuncio.* Vnde Forerio suspicionis fuit codicem esse vitiatum vnius litteræ mutatione. Sed quæ videre licuit exemplaria, sibi constant omnia, & nemo colligentium varias lectiones id ait: neque fas est lectionem vulgatam nisi grauissima causa cogente, de prisca possessione demouere: quæ hoc loco nulla succurrit. Nam commodum ex eadem sortitur dictio *tunc*, seu *ex tunc*: i. antequam euenirent, *audita tibi feci noua*, sic plerique interpretantur, neque est dubium, cum ait

B Deus: *audita tibi feci*, eum sic qui de rebus futuris, quas per vates prænunciatis: at qui consi nus, inquiris, *noua ex tunc* bene quidem inquiris: id vnum expediendum restat.

51. Noua. transitum. Ponendum; *noua* esse quid respectiuum: neque vno tantùm ordine: respi it enim tempus, nempe superius, quo vetera acciderunt, & sic noua & vetera inter se comparantur, & opponuntur, vt posteriora & priora, alio modo dicuntur aliqua noua respectu hominum, quibus innotescunt: quomodo nec solum futura, non solum præsentia, sed & præterita noua nobis accidere possunt, & vulgo dici mus, cùm aliquid nobis ignaris nunciatur

C quod diu euenerit: hoc mihi nouum est: itaque sunt aliqua noua quoad notitiam, aliqua quoad existentiam, aliqua quoad vtramque.

52. Qua diuisione possemus vti, & interpretari: *audita feci tibi noua*: i. tibi incognita, inaudita, *ex tunc*, olim, iam tum hoc est, suo tempore, tum cùm primùm oportuit, & aduenit opportunitas: non distuli notitiam, & annunciationem: vbi tua interfuit audiri, audisti; quæ tametsi iam acciderant, tibi tamen noua fuerunt.

53. Sed ne cui forsitan hoc videatur subtile magis, quàm solidum, placet *noua* simplicius exponere, nempe quoad existentiam, & ex tunc: sed conuenientet ad ea quæ dudum tra-

D didi numero 47. & affirmaui autoritate S. Augustini appellari nunium *noua* mysteria Christi, euangelica euenta: consentiente Aria, & Leone, quæ maximè propriè nominantur *noua*, & componuntur, & opponuntur veteribus sacramentis vt vbertim dissero c. 43. vers. 18. 19. *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea.* Si retractes istius loci commentatium, vix quicquam aliud hoc loco requires: & hinc istud rursus lumen afferre tecum poteris: nam, vt paraphrastico modo verba hæc explanem, ita Deus loquitur: Iam tum, satis

E maturè & opportunè quæ eram suo tempore post effectutus noua & admirabilia, descendente in terras Filio meo, feci, vt audires: sed auribus surdis ea sunt ingesta: noua enim tibi sunt, & ignota adhuc, quippe quæ impenetrata *ex tunc*, ab eo, quo primùm tempore tibi sunt prænunciata. Iam explanatior apparet pericope. *Audita tibi feci noua ex tunc.* Cui explanationi insidit belle sequens membrum.

54. *Et conseruata sunt quæ nescis.*] Ex eo, quòd quę tibi primùm annunciaui edenda in posterũ minime intellexeris, & eorum sensa interiora non sis assecutus, non oleum & opera sunt perdita, non

...non enim vaticinia perierunt,& vatum la-...ces, & operæ: hæc enim omnia *conseruata sunt, quæ nescis*, & quibus nescis: Noua enim euangelica, vt vina generosa consignata sunt in foribus veterum sacramentorum, & ibi reposita sunt, haurienda in tempore, & propinanda populo nouo, Christi videlicet alumno, & sequaci. Adi, rogo, capit. 43. vers. 19. num. 178. & 181. itaque hoc *quæ nescis* latissime sumo: & quoad res, & quoad personas, & quoad tempora, & alia adiuncta. Igitur Iudæi, vt modò ex Augustino num. 49. codices clausos sibi, & solum quoad tegmen notos portabant nobis in tempore tradendos & intelligédos: instar puerorum, & famulorum, qui magistris ad scholas deferunt libros complicatos ab illis explicandos, & exponendos. Quod vt amplius ostenderetur, ...alsis, Deo autore, euenit, vt Iudæi libros sacros circa cylindrum ligneum sic inuoluerent, Scripturam diuinam inuolutam, & intimè clausam asseruarent.

55\. Ferunt miseri volumen sacrum non aliter atque cæcus speculum, in quo alius se videt, Vide August. Psal. 56. v. 4. Quod si omnino tibi ...at referre hæc ad euentus populi Iudaici, ex ...tum, vnitu, cum multis, antequam contingerent. Quæ nesciebas olim nunciaui: *conseruata sunt*, cum mala, tum bona, *quæ nescis*: quæ nondum expertus es: sed te certò manent: hoc est, captiuitas Babylonica, & inde liberatio.

Iudæi ferunt ... sacrum ... cæci ... ...

Vers. 7. Nunc creata sunt, & non ex tunc, & ante diem, ne fortè dicas: Ecce ego cognoui ea.

Si ...lum & exorsum expositionis de euangelio nolumus dimittere, priorem partem versiculi, *Nunc creata sunt, & non ex tunc*, emollire necesse sit. Et verò vtcúmque libeat capere, id opus sit efficere. Quidam emolliunt capientes, *creata sunt*, ac si dixisset; *prædicta sunt*: dura emollitio. Alij: *decreta sunt à me*: durissima & non ferenda: nam salua esse non potest negatio sequens: *& non ex tunc*. Vatabli scholion ita habet num. 15. *Nuper sunt creata (i. decreta) a me, & non antea, neque ante hunc diem, nec illa audiueras*. Quod si ita, vt præ se fert, accipitur *nuper decreta sunt à me, & non antea*: falsum esse constat: nam omnia Dei decreta sunt æterna, æque ac ipse Deus: & nihil in tempore ab eo decernitur.

56\. Quod si seponimus & decretum, & prædictionē, cogimur verā, ac existentem rerū procreationē admittere: quam admittunt plerique sed diuersè. S. Thomas sic: *in effectum producta, & non ex tunc; quando præsciui ea*. Sed difficile sit ostendere, quæ tunc, cùm Isaias hoc diceret, effecta sint: captiuitas enim Chaldaica multis pòst annis contigit, & multo pòst libertas. Captiuitas Assyriaca, quâ decem tribus abductæ sunt, iam euenerat; sed huic euentui non facilè accommodantur verba sequentia; & sermo videtur esse cum eo populo, qui remanserat in Iudæâ. Hugo & hanc eandem S. Thomæ interpretationem affert, & addit aliam: *creata sunt*, apud me. Videtur vti opinione eâ, quæ res omnes, antequam fiant in tempore, docet ab æterno coexsistere apud Deum. Sed hæc opinio, vt vera sit, excluditur eius accommodatio ab hoc

A loco, verbis proximis sequutis: *& ab ... ex tunc, & ante diem*: nam si creata sunt apud Deum ab æterno, ergo & *ex tunc*, & *ante diem* illam.

57\. Ergo vt ab his tricis expediamur, satis fuerit ad euangelica tempora transferre hæc omnia, & particulam *nunc*, quæ nouitatem, præsentiam, stabilitatem, constantiam apportat, aptare, & ascribere statui legis euangelicæ: quæ lex (id alias sæpe repetitur) Nouum, & Æternum Testamentum iure optimo dicitur, & dictiunculam, *ex tunc*, quæ vetustatem, antiquitatem, atque adeo antiquationem, mutabilitatem, téporis decessionem, & rerum labentium decursum secum aduehit, tribuere vt legitimam ac B adæquatam legi veteri, quæ suo ingenio, & natura erat caduca, decidua, & antiquabilis. Ad hanc cogitationem affirmandam videor mihi posse adducere D. Paulum Hebr. 12. v. 26. hæc scribentem; *Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit dicens: adhuc semel: & ego mouebo non solum terram, sed & cælum, quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem, tanquam factorum; vt maneant ea quæ sunt immobilia: Itaque regnum immobile suscipientes habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo cum metu, & reuerentia.*

Euangelium est testamentum nouum, & æternum.

Hebr. 12. v. 26. Agg. 2. v. 7.

58\. Paulum haberé orationem de differentiâ vtriusque legis nemo dubitarit: & per particu- C lam *tunc* designare vetus Testamentum, & per particulā *nunc* significare nouū, id quoque apparet certum: ait enim: *Nunc autem repromittit dicens: adhuc semel*, &c. vbi, *nunc* trahi non potest ad tempus, quo facta est promissio: nam & Græce est præteritum ἐπήγγελται, promisit, & ipsa promissio edita fuit per Aggæum, eius enim verba citat Apostolus e cap. 2. v. 7. quare particula *nunc* ponitur pro tempore, & statu euangelico & sententia est: Nunc, id est, huic statui, huic legi, & reipublicæ, quæ est stabilis, & permanens, Deus promittit apud Aggæum dicens, &c. vnde Latinus interpres nō malè præteritum *promisit*, vertit in præsens, *promittit*: at- D tendens non tempus quod Deus promisit, sed tempus, & statum, cui promisit: vt magis conspiraret verbum in præsenti cum dictione *nunc* significante perennitatem & perpetuitatem.

Tunc & nunc quid habeant.

Gab. Vazquez n. 66.

59\. Discrimen inter *tunc*, & *nunc*, inter vtrumque fœdus, & testamentum, quod *tunc*, tempore veteris Deus terram solùm mouerit: at *nunc* tempore noui: *Et ego mouebo non solum terram, sed & cælum*: quod discrimen si fuisset pro dignitate exponendum, grandis euaderet sermo, & ad quod intendimus, haud necessarius, satis enim nobis est, inter se magnopere opponi, præcipuè in eo quod *tunc* deuehat secum transitum ac decessionē, *nunc* verò retineat immobilitatē, quæ duo S. Paulus acutissimè vt theo- E didactus collegit ex Aggæo: hisque vocibus expressit: *Quod autem, adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem, tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia*. Verba singula grauida sunt sensu; *Mobilium*, eorum, quæ suo ingenio erant mobilia, mutabilia, Græcè σαλευόμενα, fluctuantia, labentia: sed præsertim notandum verbum: *Tanquam factorum*, nam eo redditur ratio, cur erant mobilia, & aliquando transferenda: quippe *facta*: sed quæ ista ratio? Qui germanius ex iis, quos viderim, exponunt, tanquam iam cúpleta, & impleta exponunt, quod

Differentia vtriusque testamenti.

Vetus lex ... tur abrogata.

60\.

Euangelistæ soliti sunt dicere, cùm allegant è veteri Testamento, *vt adimpleretur quod dictum est* & Christus Matth. 5. vers. 17. *Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*

60. Ecce tibi Paulus elucidatus ab euangelio, in quo adimpleri, & fieri res veteris legis est vnum & idem: atque adeò eum Apostolus ait: *Declarat mobilium translationem tanquam factorum*, rectè exposueris, tanquam adimpletorum: submouenda illa fuisse tanquam ea quæ suo fuissent fine, & officio functa: cùm enim essent instituta, vt sternerent, & appararent viam euangelio, hoc introducto, omnis ille introductorius apparatus & isagogicus superuacaneus erat, atque adeò subducendus, & amouendus.

Simile ex architectura.

Vt enim architecti fornicem, aut cameram constructuri priùs è tabulis, lignísque fabricam & ornamentum assimile substruunt, cui fornix vel camera è latere, vel lapide solido possit tantisper, dum fit, inniti: absolutâ verò camerâ, omnis illa machina lignea subtrahitur: sic lex
61. vetus ædificando euangelio fuit supposita: & illo stabilito, fuit amota. Vnde forsitan in verbo Græco, quo vtitur Apostolus ποιῶ, vis aliqua latet huc conducens. nam non tantùm significat, *facio*, sed interdum *fingo*, vt obseruatur in thesauro Græco, tom. 3. pag. 431. vnde nomen ποιητής, Latinè Poëta, cui, Horatio monente, non secus atque pictori, *quidlibet audendi*, id est, fingendi, *semper fuit æqua potestas.* & Plutarc. in lib. de audiendis poëtis: οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάσσοντες αὐτοὶ πράγματα, καὶ μυθολογοῦντες, i. *Poetæ hæc faciunt, fingentes ipsi res, & fabulantes.* Nec abest longè ab hac significatione verbum *facio*: nam dicimus: *fac ita esse*, pro, finge ita esse, & res *factitia*, propè est eadem, atque fictitia, certe opponitur rei naturali, diuturnæ, & permanenti. Plinius bonus Latinitatis, & rerum naturalium autor loquens de sale, lib. 31. c. 7. prope finem sic: *Adulteratur autem, tingiturque rubricâ, aut plerúmque testâ tritâ qui fucus aquâ deprehenditur diluente factitium colorem, cum verus ille, non nisi ælea resoluatur.* Eodem modo lib. 12. cap. 17. ladanum diuidit in terrenum, & naturale, ac in factitium. Itaque res factitia est quæ naturalem simulat & adumbrat, & pro ea supponitur, vt eius vicem sustineat, ac desiderium quodammodo & inopiam suppleat: quæ significatio quadrat in legem veterem, quæ hoc sensu factitia dici potest: & lex euangelica vera. Cúmque participium πεποιημένος, non solùm sit *factus*, sed etiam *factitius*, sit vt apud Paulum citatum: *declarat mobilium translationem, tanquam factorum*, licitum sit, explicare, ὡς πεποιημένων, *vtpote factitiorum*, nam factitia durare nequeunt: & habentur aliquo pretio, donec vera & sincera possideantur. Denique Plautus in milite: *factitias fabricas* cum doctis dolis coniungit: vbi videtur eas dicere, quæ præstruuntur ædificio diuturno, & permansuro, & eo absoluto, subtrahuntur, de quo num. 60. dudum.

Lex vetus fuit apud ad euangelicam fabricam.

Poëta fas est fingere.

Facere; pro fingere: factitius, pro fictitius. Plin.

Lex vetus ut desiderium nouæ suppleret.

Factitia non durant.

62. Sed iam ab iis, in quæ sumus digressi, regrediamur ad vatem nostrum, & ei quam potentimus, hinc lucem inferamus. Principio, particula *Nunc*: *Nunc creata sunt*: vt in Paulo stet pro statu euangelico, & altera particula opposita, *Tunc*: *& non ex tunc*; pro tempore, & decursu legis veteris. Deinde: *creata sunt*, nobis sonet, ac si posuisset facta sunt, adimpleta sunt, nam *creare* in sermone sacro Hebræo plerunque pro *facere*, rarò pro effectione è nihilo sumitur: quod monui cap. 42. num. 95. quæ expositio hæret superioribus expositis: *conseruata sunt, quæ nescis*: id est, seposita, recondita, abstrusa, huc vsque, vsque nunc: *Nunc*, tempore Saluatoris aperta, quia facta, quia impleta, & expleta sunt: quia illis veteribus fabricis factitiis imposita est domus permansura: Hebr. 12. v. 26. *Declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia. Nunc* ergo, id est, eo seculo, & statu, cui conuenit *Nunc*, cui debetur stabilitas & diuturnitas, fiunt, & implentur illa inania & *vacua elementa*: *& non ex tunc, & ante diem istam*, ante lucem istam. nam ante lucem istam euangelicam omnia erant tenebræ, omnia nox.

Nunc, & tunc pro diuersis statibus.

Creare, i. facere.

Accipe vmbram vmbræ, symbolum symboli, hanc, inquam, vmbram legis Mosaicæ adumbratam & prætensam aliâ vmbrâ, & caligine. Genes. 1. vers. 2. *Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Domini ferebatur super aquas: dixitque Deus: fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris.* 63.

Typus legis veteris.

Terra inanis, & vacua, tenebris offusa mirè præsignauit legem antiquam, quam Paulus Galat. 4. vers. 9. *infirma, & egena elementa* nominauit, hoc est, inidia, informia, *mendica* vertit alicubi Tertullianus, quę mendicarent & postularent impleri vt inania & vacua formæ, splendori, & gratiæ euangelicæ. vnde posset videri Apostolus eo loco ad istud Geneseos aspicere.

Sed, nisi me traducit cupiditas, eò respicit Rom. 13. vers. 11. aiens: *Nunc enim propior est nostra salus quàm cùm credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Vbi frequentior & verosimilior opinio fert Apostolum agere de differentia legis vtriusque, & veterem dici noctem, & nouam appellari diem. Quo dato, in promptu est aptatio, & allusio: in principio, & prima rerum molitione *nox præcessit*, tenebræ, caligo: successit *lux*, claritas, dies: quo cuncta sunt collustrata, fugatæ tenebræ, & suus cuique rei color redditus: ab ea luce, & ab eo die cœpta sunt conformari & ornari rudia illa, & impolita corpora, ac elementa: sub eam lucem *vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, & factum est vespere, & mane dies sextus.* Deinde consecutus est dies septimus, Sabbatismus ille, & in eo Deus *requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat.* Quod operosum esset, longiùs ducere. 64.

Lex vetus, nox: euangelium, dies.

Gen. 1. v. 31.

Gen. 2. v. 2.

Sed in Paulo modò adducto expendo particulam *Nunc. Nunc propior est nostra salus*: quam tribuit diei, euangelio: opponit illi alteram particulam, præteriti temporis; *quàm cùm credidimus*: quod nihil aliud est, quàm tunc, siue tum, cùm credidimus in Christum absentem. itaque *Nunc* vbique est nota status euangelici, constantiæ, & veritatis: & *tunc* index transeuntis vmbræ, & decedentis legis veteris. Ex antiquis multi legunt: *Nox transiit*, vel *præteriit*: quæ notio propriè conuenit legi illi mobili. 65

Ergo

66. E... vt initio mundi quoad naturas illius elementa, & prima corpora fuerunt obscura, in laborata, & imperfecta, deinde luce perfusa, expolita, instructa & ornata: ita quoad mores, trad ita sunt primum hominibus Dei cultoribus rudimenta quædam religionis tecta, & lucis indiga, quæ postea erant illuminanda, & absoluenda, & quasi procreanda, vt rudis quædam materies informanda: de his Isaias in euangelicum sæculum, & ordinem rerum intentus pronunciat: *Nunc creata sunt, & non ex tunc, & ante diem*: nam ante diem illam, statam, ratam, certam, ac definitam, erant tunc descripta, non edita: designata, non exhibita: adumbrata, ac delineata, non absoluta: *Nunc* cùm venit plenitudo temporum, expleta sunt & efformata viuis, verisque coloribus, non illis factitiis: nunc demum perfecta, *nunc creata sunt*: noua sunt, ex illa ruditate, obscuritate, & vacuitate ad speciem, formam, dignitatem, & absolutionem translata, quò pertinere possit verbum, *creo*, ברא *bara*, quo visus est Moyses principio Genesis: vt res euangelicæ, quasi ex nihilo, quia ex elementis veteribus, egenis ac ruinosis extiterint. Quibus ad hunc modum explicatis reliqua consequentia lucescunt.

67. *Et non audisti ea: ne fortè dicas: ecce ego cognoui ea.*] *Non audisti ea*, quoad expletionem, & absolutionem; nam illa antiqua quæ tu audisti, erant delineamenta, & fabricæ factitiæ; quod si nec ea non peruenerunt ad aures tuas, multo minus ad animum penetrarint: *ne fortè dicas*: ego præcognoui ea. Hæc Leo Castrius, qui vnus est nobis comes in hâc interpretationis viâ, ad Iudæos ætatis Christi refert: sed nihil est quod prohibeat ad alios omnes superioris accommodare, paucis proceribus exemptis, Patriarchis & Vatibus, quibus Christi mysteria sunt reuelata: quos etiam, quoniam his quoque parcè hæc præuisio fuit impertita, licebit includere. Sed reipsa Isaias populum harum rerum ignarum, & nihilominus sibi de scientia blandientem corripit: quod versu 4. patuit, & patebit vers. sequenti.

Populus Hebræus ignarus mysteriorum nouæ legis.

Vers. 8. Neque audisti, neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te.

68. PArs prior luce superiori contenta est, neque maiorem desiderat. Id vnum addiderim, demonstrari, quam longe abfuerit populus iste ab ea notitiâ: cùm ne aures quidem sortitus sit ad eam accipiendam: quæ est, quanta potest maxima excogitari, inhabilitas. Nam qui habet aures apertas fieri potest, vt non audiat, vt si desit qui loquatur: & audiens interdum non intelligit; at qui caret auribus, aut eas, quod tantumdem est, non obtinet apertas, is longissimè abest à cognoscendo. Quàm verò fuerint obstructis auribus & obturatis Iudæi olim ad admittenda, & colenda mysteria Saluatoris, maximè quæ ad eius crucem & mortem attinerent, quibus reliqua vt summâ quâdam erant comprehensa, licebit scire ex euangelio Luc. 18. vers. 31. vbi Christus: *Ecce ascendimus*, inquit, *Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis, tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur; & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.*

Inhabilitas audiendi. Sup. c. 42. n. ...

Iudæi auribus obstructis ad mysteria Christi.

At quinam ij, quibus erat *verbum istud absconditum*? qui *nõ intelligebant quæ dicebantur*? qui audiebāt, & nõ audiebant, quia aures eorũ apertæ nõ erant? Apostoli duodecim erant, quos Dominus ascendens Ierosolymam, iam iã passurus assumpsit, & seduxit ab aliis, vt eos priuatim, & secretò præmoneret, & prædoceret, quod monuit Matthæus 20. vers. 17. *Assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis*: Apostolos segregat, vtpote familiares, intimos, capaciores mysteriorum, & iam proximus morti eis instantia denunciat, quos per triennium perpetuis ac quotidianis scholis, doctrinis, miraculis, exemplis excoluerat: & nihilominus *ipsi nihil horum intellexerunt. & erat verbum istud absconditum ab eis.* 69.

Et ne falsò tibi subrepat, vnum aut alterum Apostolorum in ea fuisse Scripturarum ignoratione: & saltem proceres Apostolici collegij: & magis Christo familiares eos non ignorasse, audiendus est discipulus, quem diligebat Iesus præ cæteris, quique in cœna vltima recubuit super pectus eius, is enim in euangelio suo cap. 20. vers. 8. cùm retulisset quemadmodum ipse, & Petrus admoniti à Magdalena de sepulcro vacuo à se viso, eò accurrissent festini, & introissent, ac vidissent linteamina seposita: addidit: *& vidit, & credidit: nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere.* Pluraliter dicit: *nondum sciebant*, &c. de se, de Petro, de reliquis. Et non mirum: hic enim legimus: *Neq; ex tunc aperta est auris tua*: sed quando est aperta? *Nunc*, posteaquàm Dominus passus est suum aperiri latus lanceâ. Ioã. 19. vers. 34. *& exiuit sanguis & aqua*, nempe sacramenta Baptismi, & Eucharistiæ, quorum altero renascimur, & illuminamur, altero alimur, & adolescimus, tum aperiuntur nobis oculi, aures ad videndas, audiendas, intelligendas sanctissimas Scripturas. Vnde Saluator renatus, id est, resurgens discipulis suis iam baptizatis, iam renatis, cibo refectis aures reserat ad capiendas Scripturas. Luc. 24. versic. 41. *At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis: & dixit ad eos; Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.* 70.

Ioan. 20. v. 9.

71.

Sacramenta è latere Christi. Infrà c. 52. num. 116.

Christus reserat aures ad percipiendas Scripturas.

Tunc auris est aperta, quæ *neque ex tunc*, id est, olim, antea, erat aperta: sed clausa, obturata, atque adeò illi Scriptura diuina erat inuoluta, obsignata. Procop. *Apostolis enim, vt Scripturas intelligerent, aures Christus aperuit: quæ tum demum nobis aperiuntur, cùm & mens ipsa, ne frustra non audiant, reseratur.*

72. *Scio enim quia præuaricans præuaricaberis.*] In omni textu, est dictio, *enim*, siue, *quia*, caussalis; atque adeò, videtur caussa assignari, ob quam Iudæ auris non fuerit aperta, ob quam illi non

fuerit tradita, & commissa notitia futurorum mysteriorum, nempe eius perfidia, & præuaricatio, quasi natiua: *transgressorem ex vtero vocaui te.* id est, ab vtero fuisti transgressor. Et caula satis idonea affertur. Nihil enim magis requiritur in eo, cui secreta creduntur, quam fidelitas: & nihil magis reprehenditur, quam perfidia, & proditio.

Fidelis & probus, cui secreta creduntur.

73. Deinde iam olim, iam tunc Hebræo populo tradidit sua sacramenta, illa mysteria, sacrificia, legem vno verbo, veterem, legem Moysis. Præterea credidit eidem Scripturam suã, quod eximium priuilegiũ fuisse censet Paulus Rom. 3. v. 1. *Quid ergo amplius Iudæo est: aut quæ vtilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei.* Græce τὰ λόγια vt Suidas exponit, à Deo dicta, [illegible], oratione soluta, sed non est necesse contrahere, sed generatim cum Latino interpretari, *eloquia* et, quæ & oracula prophetica, non modo præcepta ad cultum, & ad mores pertinentia suo ambitu complectuntur. Hæc omnia sunt *credita* Iudæis: eadem vis in Græco ἐπιστεύθησαν: Hispan. *fiaronseles. fiose dellos*: eorum fides commissa.

Credita Iudæis quæ.

74. Fideicommissorum autem ratio, & naturæ instinctu, & iuris cautione, ac præscriptione exigit, vt quæ tibi credita sunt accuratè, diligenterque custodias, vsque ad tẽpus, casúmque à credente, & committente præfinitum: quo veniente, commissa prout tradita sunt, integra, & sarta recta restituas, tradásque iis, quibus à testatore sunt delegata. Sic iure ciuili, sic more Gentium est cautum, & institutum.

Fideicommissum quid.

Quo Paulus mihi apparet alludere, forensi illo verbo vsus: ἐπιστεύθησαν, *fideicommissa sunt*, quod vidit Cornelius noster, & rem acute tetigit, cum exposuit: *Iudæos vt custodibus, ac depositarios fuisse credita eloquia Dei.* Huc etiam conducunt posita ex Aug. num. 49.

Cornelius à Lapide.

75. At verò Iudæos non fuisse fidos custodes legis, neque fideles depositarios, commissariósque thesaurorum, quæ litteris sacris includuntur, facillimum fuerit ostendere. Nam in primis cunctati sunt hæc tradere, atque restituere Gentilibus, quibus fuerant à Deo vt vltimis possessoribus, ac Dominis destinata, & legata: qua cunctatione, tergiuersatione, & recusatione officium, fidémque maximè prodiderunt ac violarunt. Hæc prima transgressio & culpa colligitur ex eo, quòd valde inuiderint Gentilibus accessum ad Ecclesiam, & adoptionem per fidem, ac proinde, hæreditatem bonorum Christi, de qua inuidia non vno loco tantùm egi. c. 40. num. 124. cap. 42. num. 109.

Iudæi non fideles commissarij.

Detrectant reddere fideicommissum Iudæi credentes Gentibus.

76. Altera violatio fideicommissorum fuit, quòd sanctarum litterarum depositum post Christi aduentum imminuere sunt ausi, & corrumpere, si habenda sit fides grauissimis & antiquissimis viris id testantibus: è sacris codicibus aliqua testimonia, quibus eorum pertinacia conuincebatur, expunxisse, alia mutasse. Sed ne illis crimina dubia ascribamus, cùm affatim sit certum, violatum fidem quoad hoc depositum S. Scripturæ quatenus illam, cùm interpretarentur, & exponerent, non hoc officium candide, sincere, ac fideliter exhibebant: sed prauis interpretationibus, & glossematis ad sua commoda detorquebant. Atque ideò non se præbuerunt fidos custodes, & commissarios sacrorum codicum, sed per fidos præuaricatores, quod peccatum antiquum fuit illi populo, cùm illud Christus reprehenderit vt diu magistris & doctoribus molitum. Id habemus Matth. 15. v. 2. vsque ad vers. 9. apertissime demonstratum: vbi præter alia, illa: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* & exemplo demonstrat, quemadmodum Dei iussa falsa expositione peruerterent. Deinde assumit ex Isaia: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* De quo etiam nos supra cap. 29. versiculo 13.

Detorquent exponendo.

Duplex ergo transgressio & perfidia a Christo coarguitur: vna, quòd Dei mandata negligerent; altera quòd Dei eloquia interpretando peruerterent, & præuaricarentur. Et hoc quod Magistri, Scribæ, legísque periti antea quam Saluator aduenisset, factitabant, vt suis commodis, auaritia trahente, inseruirent: idem post aduentum Domini præstiterunt, inuidia & superbia stimulante, vt Christianis, vt Gentilibus ex idololatria conuersis fidem, religionem, euangelium, Christum, inquã, si possent, eriperent: suis absurdissimis, impurissimis, insulsissimis, & plerumque stultissimis commentariis, seu commentis certissima de Christo Domino vaticinia conati sunt eludere, aliòque traducere, non modò à veritate ipsa deficientes, sed etiam ab auita suorum maiorum & quasi per manus tradita interpretatione: nam multa ab antiquis doctoribus Hebræis de Messia, ante eius natiuitatem interpretata, quia viderent posteriores in Christo Domino impleta ad æqualitatem: ne eum cogerentur agnoscere, maluerunt relictis vestigiis veris priscorum interpretum suæ gentis, noua, & deuia ipsi imprimere, & præcipitia ac abrupta quærere ad æternum exitium: vt alios, scilicet Gentiles à via veritatis eò secum abriperent. Quàm diuersi, & aduersi sint Rabbini posteriores prioribus, ostendit Galat. in suis libris. 77.

Iudæi priscis ex auaritia detorquent Scripturas: posteriores ex inuidia Christi, & Christianorum.

Rabbini posteriores Christo, vt illi aduersentur, à priscis maioribus suis dissentiunt.

Ergo quam acceperunt legem, Scripturámque diuinam veluti quoddã fideicommissum, suo deinde tempore Gentibus adoptandis tradendum, pro viribus recusarunt tradere, & vbi sunt coacti, non sinceram, puram, puramque, & prout credita fuit, quantum in ipsis fuit, restituerunt: ac proinde fidei, tutelárique fiduciæ valde defuerunt. Cùm enim populus Gentilis esset paruulus, immaturus hæreditati diuinæ & cœlesti doctrinæ; hæc Iudæo, vt tutori credita est, restituturo, vbi Gentilis attigisset ætatem tantis bonis possidendis, tuendisque peridoneam. Cui muneri, & officio quia Iudæus non satisfecit, præuaricator, & transgressor fuit: qualis hic accusatur à Deo. 78

Scriptura S. Iudæis vt tutori data, quæ erat Gentilis.

Censeat lector ipse per se (neque enim à me præiudicium fieri volui) num ad quod agimus inuite, an sponte duci possit opprobratio illa Protomartyris Stephani Act. 7. v. 51. *Dura ceruice, & incircumcisis cordibus, vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis.* 79.

Vtrobique dura ceruix increpatur: suprà v. 4. vtrobi

... transgressionis inducitur, hic transgressio ex vtero, illic auita, hæreditaria: *Sicut patres vestri, ita & vos.* Apud vatem *Prauaricator, transgressor*, dicitur apud Protomartyrem *Proditor*, & legis traditæ custos infidus, quæ infidelis custodia si possit extendi quo modo docebam num. 75. non dubium, quin appareat æquiparatio. Sed nolo retractare quod dixi, id totum relinquo censuræ candidæ ... eruditi lectoris: mihi enim potius est à nouis discere, quàm docere.

80. Et quamuis oculatus lector ex ante actis facile videtit quæ debeant elici vtilitati futura, ea nihilominus non oberit indicare. Certè doctus quisque & eruditus instruitur & edocetur, ... debere celare, aut occulere quæ vndecumque didicerit vtilia humano generi, vbi munus publicum, aut priuatum ... exiget: & cùm ea tradiderit, veluti quædam deposita & fideicommissa oportere integrè, fideliter, & sincerè reddere: non admistis adulterinis & propriis sententiis ab ipsa veritate abhorrentibus: reiectis etiam inutilibus, ... insulsis: vt & doctrina, & oratio tota ... apta dignitati, & maiestati verbi diuini, ... diuinitus inspiratæ, aut Theologiæ, de qua ... enim disciplina supernaturali præcipuè ... quæ proximè à Deo nobis creditur, vt est Scriptura diuina, & quæuis alia notitia reuelata, siue sit ea, quæ ex reuelatâ deducitur, qualis est Theologia: nam vtraque dici potest à Deo apud nos deposita, nostræque fidei commissa, vt reddatur, vt dispenfetur in tempore.

Doctor est depositarius, & dispensator.

81. Sed *iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur*, 1. Cor. 4. vers. 2. & Dominus credens, ac fideicommittens hæc bona ait: *Quis putas, est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?* Luc. 12. vers. 42. Præcipua virtus in depositario est fidelitas, at in quo vertitur hæc fidelitas circa doctrinā Dei disce ex eodem Apostolo 1. Timoth. 6. v. 20. *O Timothee depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.*

Depositum est sacra doctrina.

Depositum hoc apud Apostolum, esse sacrā doctrinam cur aliqui negarint, non video, locū tametsi multi declarant, sed nemo melius & elegantius Vincentio Lirinensi in aureo illo libello de fidei antiquitate. cap. 27

82. *Quid est,* inquit, *depositum custodi? Custodi, inquit, propter fures, propter inimicos: ne dormientibus hominibus superseminent zizania super illud tritici bonum semen quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum, inquit, custodi, quid est depositum? id est, quod tibi creditum est, non quod a te inuentum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij sed doctrinæ, non vsurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non a te prolatam: in qua non autor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Depositum, inquit, custodi: Catholicæ fidei talentum inuiolatum, illibatumque conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc a te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia subijcias: nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam plane. O Timothee, ô sacerdos, ô doctor, ô tractator, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, & exercitatione, doctrina, esto spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas diuini dogmatis gemmas exsculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adiice splendorem, gratiam, venustatem. Intelligatur te exponente, illustrius, quod antea obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur: eadem tamen quæ didicisti ita doce, vt cum dicas nouè, non dicas noua. Sed forsitan dicet aliquis. Nullus ne ergo in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis? Habeatur plane, & maximus. Nam quis est ille tam inuidus hominibus, tam exosus Deo, qui id prohibere conetur? Sed ita tamen, vt vere profectus sit ille fidei, nō permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, vt in semetipsa vnaquaeque res amplificetur; ad permutationem verò, vt aliquid ex alio in aliud transuertatur. Crescat igitur oportet, & multum, vehementerque proficiat tam singulorum, quàm omnium, tam vnius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum, ac sæculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia: Sed in suo duntaxat genere in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia.*

84. Belle, & graphice Vincētius pingit, quæ sint partes & officia, diuinæ sapientiæ locuples depositum in se recipientis, & quid ex suo penu Ecclesiasticus promus condus citra violationē fidei, imò cum laude diligentiæ, & industriæ possit expromere, & adiungere. Cui etiam prudenter cauendum est, nam ideo præter fidelitatem requiritur in hoc spirituali depositario prudentia: ne dum diuina dogmata adornare, condecorare, perpolire studet, emolliat, & eneruet: ne vim, & energiā imminuat: quod quā ratione possit, & soleat euenire, quia docui multis, principio alterius voluminis c. 1. v. 22. ad illud: *Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua:* hoc loco canere amplius non iudico necessarium.

Doctor quid ex suo addere debeat.

Ne eneruet doctrinam

85. Sed vt infido cœlestis sapientiæ custodi, & dispensatori nō aperitur auris ad intelligentiā, vt hoc versu docemur: *Neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua: scio enim quia prauaricās prauaricaberis:* ita rursus quē Deus præscit fore fidelem, & diligentem custodem, ac diuisorē suæ doctrinæ, cum docet, implet, & futurorum, cùm opus est, præmonet. Deus euersurus Sodomam Genes. 18. v. 17. hæc loquitur: *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? cùm futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ. Scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiāt viā Domini, & faciant iudicium & iustitiam.*

Doctor bonus à Deo amplius augetur.

86. Vides cur Deus aperiat Abrahæ aurē, eique futura reuelet, quia præuidet fore eum fidelem doctorē familiæ suæ, curaturumque vt ea, etiā se defuncto, Deum colat, & diuina imperia custodiat, faciat. Qui fuerit ergo Abrahæ imitator, erit doctor laudabilis, & fidelis custos, dignúsque cui Deus in dies aurē aperiat, & plura mysteria committat. *Omni enim sic habenti, & dispensanti dabitur, & abundabit: ei autem qui nō habet,* (quia malignè, & infide dispensat) *& quod videtur habere, auferetur ab eo.* Matth. 25. vers. 29.

87. Prouerb. 11. v. 24. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Anima quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Quæ vt nō negarim spectare ad eleemosynam, sic existimo sub ea imagine intelligi etiā de eleemosyna spirituali doctrinæ. Prouerbia enim hæc Salomo-

Eleemosyna.

nis plerumque vnum apertè, & aliquid aliud A
Doctrina augetur docendo. tectè significant. Certè e duobus versibus positis posteriorem ad hunc significatum nostrū
Gregor. asserit S. Gregor. lib. 3. Pastor. admonit. 26. *Qui enim*, ait, *prædicando exterius benedicit, interiores augmenti pinguedinem percipit, & dum vino eloquij auditorum mentem inebriare non desinit, potu multiplicati muneris inebriatus excrescit.*
Chaldæus Chaldæus quoque huc se confert, dum transfert: *Et qui docet, ipse quoque addiscet.* Ergo inebriatio ista est metaphorica, & etiam impinguatio. Quod si iste versus huc trahi potest, poterit & præcedens, neque minus benè subse-
Prou. 11. v. 26. quens: *Qui abscondit frumentum maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.* B
Doctrinam inuidēs aliis, aut pro dispendio fraudās. Maledicetur vt infidus: nam fidelis seruus constitutus est à Domino super familiam, *vt det illis in tempore tritici mensuram.*

88\. Quam doctrinam benignè, prudentérque
Docentes docētur à Deo. diuidit; is augetur, pinguescitque diuinitus. Psal. 91. v. 15. *Adhuc multiplicabuntur in senectā vberi, & bene patientes erunt, vt annuncient, quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Adhuc in senectā*, tum, cùm videbantur minuendi, ac debilitandi (hoc enim senectus adueheret) augebuntur, multiplicabuntur. Hebr. ad verbum: *Amplius germinabunt, & crescent in canitie pingues*: cùm ad canos & senectutem, C
cùm ad prudentiam & maturitatem requisitam in dispensatore & œconomo accesserint, tum ornabuntur ampliùs, & augebuntur doctrinæ cœlestis opibus, atque pinguedine, *vt annuncient* aliis eo quòd *rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.* Ergo quorum fidei commissa est dispensatio diuinæ sapientiæ, siue in concionibus, siue in scholis, siue verbo, siue scripto, sic se gerat, & ita partes suas agere, & explere contendat; quo minus in eum cadat præsens Dei obiurgatio: *Neque audisti, neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua: Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te.* Adi cap. 38. versic. 19. ad illud: *Pater filiis notam faciet veritatem tuam.* D

Vers. 9. Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas.

89\. *Nexus.* LIcèt, inquit Deus, hæc ita sint, quæ dixi, te ab vtero esse præuaricatorem, nihilominus non quod tu merebaris, sed quod nominis mei, & gloriæ ratio à me habita postulat, prouidens, iram meam temperabo. Hæc est commissura præsentis orationis cum præmissâ.

Metaphora a fræno sumpta varias effudit interpretationes, sed non omnes loco aptas. Occasio plerisque aberrandi ab scopo prophetico fuit dictio sexto casu posita, videl. *laude meâ*, quam quia pro instrumento & pro fræno ceperunt, coacti sunt quærere, vt laus Dei illum frænauerit populum: dumque solliciti id disquirunt, in varia diuerticula distrahuntur: maximè ij, qui ad populum conciones adornant. E

90\. Sed scitu opus est, hanc laudem Dei, quâ frænandus, & cohibendus populus prædicitur, non esse instrumentum, sed finem: vt sit idem: *laude meâ*, atque *propter nomen meum*: vnde si fas esset, (quod multis translatoribus modernis, & antiquissimis etiam Targumicis aut licuit, aut

A licere est visum, additā vnā litterā *m*, dictionem casu mouere: tum sensus euaderet expeditus hoc modo: *Propter nomen meum longè faciam furorem, & (resume propter) laudem meā infrænabo te.* Sed quia non probo faciles mutationes Vulgatæ, maneat suo loco, & casu: sensus tamen sit idem: scil. *laude mea* ductus *frænabo te.* Et verò S. Hieronymus qui id posuit in textu, sic exposuit in scholio: *Non igitur tuo merito, sed mea misericordia furorem meum distuli, ne penitus interires: & ob laudem nominis mei infrænabo te, vt me quasi iumentum, & equus in frænis sequaris inuitus.* *Deus sua causā, non merito nostro temperat iram.*

Quæ porrò explicatio mihi adeò legitima, 91.
B & germana esse videtur, vt quæuis alia dissentiens meo iudicio nequeat aptari. Sic explicant Chaldaicus, & fermè qui commentarios scribunt. Nam quamuis horum aliqui, vt Haymo, ac Dionysius, laudem pro causa materiali accipiant, admittunt tamen etiam esse finalem. S. Thomas, Haymo, & Lyra in priori hærent: vt Iudæi laudibus diuinis decantandis, ceremoniisque obeundis in templo fuerint occupati, frænatique ne interirent ad idola delapsi præcipites.

At hæc explanatio etsi speciem habet, ac si- 92.
militudinem veri: si tamen penitius considere- *Fræni natura, quæ.*
tur vis, & natura fræni, apta minus existima-
C bitur. Non enim solùm inspicere debemus finem frænandi iumenta, qui est, cohibere, & regere; sed quale sit instrumentum, quo ad id vtimur: nempe ferreum, durum, ipsi bestiæ molestissimum: quódque si posset expueret. Quod certè minus decorè tribuitur vsurpationi laudis diuinæ, Psalmodiæ, ac reliquis officiis religiosissimis: quæ quamuis interdum homini parum prosint iniucunda: ex se tamen, & naturâ suâ existunt suauissima: vt ille: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!* & alibi, *Dulciora super mel & fauum.* Qui ergo conuenit, hæc appellari à Deo frænum praedurum, ferreum, ori inuisissimo iniectum & contumaci? Frænum premit, stringit, cruciat, lacerat, sanguinat: hæc *Laudes & officia diuina non dici possunt fræni.*
D longè absunt a laudibus, & officiis diuinis: atque adeò ab eo, vt possint conuenienter fræni similitudine, & vocabulo repræsentari.

Tribulatio, captiuitas, seruitus, hostilis di- 93.
reptio, & oppressio, labor, dolor, ærumna, ino- *Aduersa sunt frænum.*
pia, & omnis aduersa fortuna, quâ homo prosperis rebus elatus, exultans, ac lasciuiens coërcetur, & intra modestiæ fines continetur: aptiùs multò frænum impositum appellabitur: quia & compescit, moderatúrque quod est propositum inserenti frænum: & vim, ac molestiam apportat, sine quâ illud non obtineretur. Homo enim proteruus, cui neruus ferreus est ceruix, qualis vers. 4. describitur, non diuinorum
E carminum suauitate lenitur, non diuinorum beneficiorum recordatione mollitur, non officiorum Ecclesiasticorum celebratione mansuescit; sed vt equus præferox, sessoris impatiens & oneris, fustibus cæsus, calcaribus laceratus, fræno, lorísque constrictus, pressúsque labore, dolore, tormento adhibito, & non aliter edomatur, & sessoris imperia patitur.

Qua de re illud tritum Psalm. 31. v. 9. *Nolite* 94.
fieri, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. In camo, & fræno maxillas eorum constringe, qui nō approximant ad te. Hebr. pro *fræno* מתג *meteg*, Latinè *lupatum*, quod asperrimum est fræni,

nempe

[illegible] a, qua [illegible] A qua [illegible] ita [illegible] calamitate, vt [illegible] que scriptura [illegible] 4. Deus dixit: [illegible] *quia durus es [illegible]* [illegible] ac humana [illegible] dum [illegible] dominis, seu [illegible] cinere [illegible] locum [illegible] hoc locum in lau- [illegible] suam [illegible] capti [illegible] a se [illegible] endum B [illegible] ne effrenis agatur in præcipi [illegible] est.

Et [illegible] censuit [illegible] ordi- [illegible] positio S. Bernardi in Cantic. [illegible] verbis: *Frano, inquit, inhibebo [illegible] mea, & meis laudibus erigam: respira- [illegible] meis [illegible] de tua [illegible] [illegible] quam te culpabiliorem in- [illegible] infrænatus fuisset Cain, nequa- quam de [illegible] dixisset, maior est iniquitas mea, [illegible] veniam merear.* Sed plus distat a [illegible] expositionum illa apud Cassianum [illegible] in hunc mo- [illegible] *est cenodoxia vitio pulsari quem- [illegible] incidere in fornicationis ardorem, vnde [illegible] non valeat, aut vix valeat post ruinā [illegible] ex persona Dei vnus Propiciatorum ex- [illegible] dicens: Propter me longe faciam furorem meum, & laude mea infrænabo te, ne intereas: id est, [illegible] laudibus comprehenderis, nequaquam [illegible] profunda proruas, & irreuocabiliter mor- [illegible] peccatorum consummatione mergaris.* In his [illegible] & similibus interpretationibus si mi- [illegible] proprietas, certe quæritur vtilitas, [illegible] aliqua sententia, quæ separatim, [illegible] & sit vera, & moribus iuuandis idonea: [illegible] gratiā, & si iudicem non esse ad [illegible], interdum adiungo clarorum præcipuè [illegible] expositiones.

96. *Propter nomen meum longè faciam furorem meū.*] *Propter nomen meum*, aliud nihil quam propter me, vt pòst v. 11. *Propter me, propter me faciam.* Et creberrimè Deus propter nomen suum se aliquid facturum esse, aut fecisse dicit, & vt sui nominis respectu faciat, a sanctis hominibus suus est orati. Quo titulo prætenso humana merita se- cluduntur, & Dei gratia eiúsque gloria tem to- tam gerere perhibentur. Itaque hoc loco, vt quam simplicissimè exponam, ait Deus, quod meam iram auertam, meo muneri, ac beneficio, non tuo merito refer acceptum.

97. *Longe faciam furorem meum*] Quemadmodū furorem & iram in Deo spectare nos oporteat, altas monuimus: id vno verbo premo: pro effe- ctu, non pro affectu. Quid sit Deum longe fa- cere furori suum, Latine scienti superflue de- mōstres. At Græce doctus quæret, cur tam lōgè, imò in diuersum, aduersumque LXX. discesse- runt vertentes: *Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum.* Quod si quis existimet, *ostendere*, esse prætendere, minari, non inferre, vt qui mi- tendit arcum, vt contra quem intenditur, fu- giat, aut declinet ictum, vt assimilat Psal. 59. vers. 6. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.*

A Verum Psalmus non assumet, ita enim figu- ficatio non est arcu [illegible] & [illegible] quid aliud, Hebr. [illegible] sublatum, quo [illegible] cet confugerent, & effugerent ictu arcus hosti- lis. [illegible] quod opponimus [illegible] *ostender* esse [illegible] in quod face [illegible] *populo tuo dura* [illegible] sermo non intelligit [illegible]. Et est peculiaris locutio [illegible] 4. v. 7. 84. [illegible] 8. [illegible] 20. Ioan. [illegible] 32. [illegible] 4 [illegible] habet loca ind[illegible] paginam im- plere [illegible] *ostendam tibi [illegible] meum* [illegible] te, at- B que adeo [illegible] Latinæ. 98.

Hebraicæ linguæ [illegible] vnde Latina, & Græca in [illegible] videt. Verbum enim ארך *arac* est *prolongare*, protra- here, in longum ducere, dilatare. Exemplorum est affatim in Biblijs. Et vt verbum *prolongo*, & *dilato* apud Latinos est ancipitis [illegible] mo- dò submouendi, & longe amandandi, modò protrahendi & continuandi eam: sic apud He- bræos est ארך *arac* [illegible] visus est sequi La- tinus, posteriorem Græcus est secutus dixi, *vi- sus est*: fortassis enim, *longe faciam*, id est, lōgum fa- ciam, protraham *furorem meum*. Sic hoc intelli- git Marinus in Arca v. ארך *arac*: nec hoc dissilit à sequenti, imò bene iungitur: *infrænabo te, ne in- tereas*: vt num. 92. exposuimus. Nam si *frænare*, est, C rebus asperis, durisque coercere, & in ordinem, officiúmque redigere, *longe facere furorem*, erit longiorem facere, producere. Quare quem ad- modum eques cum sibi irascitur equo feroci, ac indomito, eique ne præceps ruat, calcaribus impressis, & fræno appresso facit vulnera, bene facit, & eius vitæ consulit: cúmque iram, & ha- benas remittit, illi parat interitum: non aliter Deus furorem suum protrahendo, cædendo, cruciando nos homines efferos, feroces, & proteruos sustinet, continet, & ad imperium reducit: vbi verò laxat lora, & flagella, & ponit D iras: nos qui sumus *sicut equus, & mulus, quibus nō est intellectus* ad pensanda cōsilia, & acta Dei, eius clementiā & lenitate abusi redimus ad fe- rociam & proteruiam. capite 41. num. 195. 99. 100.

Quare Deus sæpe, quod docent S. Scripturæ & Patres punit propitius, & parcit iratus. Vide Aug. Psalm. 122. vers. 2. Parcit iratus: sic aliqui illud Ezech. c. 16. vers. 42. *Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur Zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius.* Vide apud Cassian. collat. 6. cap. 11. 101.

Ferit propitius, Amos 3. vers. 2. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Et E plura in hanc sententiam inuenies 2. Machab. 6. vers. 12. vbi vers. 16. colligit, *Propter quod nun- quam quidem a nobis misericordiam suam amouet, corripiens vero in aduersis, populum suum non dere- linquit. In aduersis*, constru cum *corripiens*, Græcè μετὰ συμφορᾶς, i. *cum calamitate*: ea tan- quam fræno corripiens non relinquit, non sinit populum suum corruere. Ergo non est incon- simile, *longe faciam furorem meum propter no- men meum*: e [illegible] supplicium ex diuina miseri- cordia profectum.

Cæterùm si, quod plerique [illegible] sū est, sequimur, vt *longe facere*, sit procul amouere, vel differre, quæ est S. Hieronymi explicatio, cùm hæc sit aduersa 102.

Vndè diuersas trans- lationes.

Prolongare, est an- cipi.

Simile.

Deus propitius punit: iratus verò parcit.

Propter nomen Dei, id est propter Deum.

Gratia Dei non meritis humanis.

Longe Deo furor, sine effectu.

Ostendere, ostendas, inferre.

aduc ... rcæ translationi, vtra debebit præualere? sed de hoc iam diu tactum est præiudicium, si Græca & Vulgata Latina ita discordar, vti nequeant in concordiam adduci, pro Latinã ferenda iam esse sententiam, de cuius incorruptã integritate ... sunt argumenta. Et ... communem interpretationem infitiari non possum ... ibus sanctorum voluminum test... Nam Exod. 34. v. 6. & Ier. 15. v. 15. longitudo nasi in Hebr. nomen ductum ab hoc eodem verbo ארך *arac*, *prolongo*, sumitur ... to patient... & longanimitate: nam iis omnibus loc... *Nasus* pro ... ponitur: ergo si *longus naso*, si patiens, non irascens, prolongans naturi ... rit idem.

Nasus pro ira.

103. Sed reualescit illa altera difficultas orta ex verbo subiecto: *infrenabo te, ne intereas*: quo aspera, dura, aduc sa notari demonstratum fuit num. 92. Cui sane difficultati succumberem, nisi possem tenere quod paulo antè n. 101. attexui; Deum interdum iras ponere dum pœnas de peccatoribus sumit: quos quippe puniret acerbiùs, si relinqueret impunitos. Greg. homil. 11. in Ezech. *Peccantes quosque tunc consideramus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos.* Pro nobis stat Gaspar Sanctius num. 26. qui docet vtroque membro contineri eandem sententiam, idemque esse furorem longè fieri, & infrenari populum, idque fieri calamitatibus, & infortunijs. Et hanc explicationem adornat, & astruit oratio succedens.

Greg.

Quidam non sunt veriti versionem inuertere, hoc modo: *longè faciam, seu: elongabo furorem meum, & frenabo tibi*, id est, *tui causa, ne te disperdam.* Et quidem si nobis liceret tantùm in sacrosanctam Vulgatam, non displiceret expositio: *Furorem meum frænabo, ne te agas in exitium.* Sed cùm in hoc genere oporteat sapere ad sobrietatem: malim hærere, admissa Vulgata, quàm eã valere iussã, expeditè currere, seu potiùs offendere.

Vers. 10. Ecce excoxi te, sed non quasi argentũ: elegi te in camino paupertatis.

104. TRanslatio hæc ab arte conflatoriã argentarij, vel aurificis accepta, crebra est & familiaris sacrationibus paginis, & multæ, aliæque significationis. Nam etsi ratio coquendi, vtrdique metalla in fornace videatur esse simplex, & artificis sit finis vnus, nempe purgare metallum, & scoriam ab eo secernere: accommodatio tamen similitudinis, cùm aliò transfertur, est multigena, & varia. Sed nobis non de omni, sed de ea, quæ hoc loco obiicitur, propositum est dicere. In vniuersum pertinere ad clades, & ærumnas immissas à Deo ad expurgandum suum populum nemo adducit in dubium. De populo tamen, de tempore, inquam, & statu, de loco, de ipsa clade, & ærumna, ac denique de ipso effectu coquendi, & vrendi inter autores non conuenit. Ego quidem nau abo meam operam, vt quod est probabilius afful geat, sed præmittendæ aliorum interpretationes.

Coquere & vexare.

A pluribus adhibita est illa: *Excoxi te, sed non quasi argentum* : non tam acri & vehementi igne, quàm consueuit argentum excoqui. Huc

Expositio 1. Fornax argentary vehemens.

A veniunt Vatab. Oso ius, Foretius ... D... cus Aluarez & e Societate tres, Sa... Mariana, cui explicationi non male ...: *elegi te in camino paupertatis* & hæc exp... cadit bene in Bab...nicam direpti... & ... uitut in; nam captiuus populus non potu... pauperem & ærumnis ... itam ...

Ar hj longe ... tet ac ... tam ... parationis: *Sed non quasi argentum*: ... sti ex igne excoctus, purgatu... que ... *tum*: sed scoria, & sordes vitiorum ... inh... fec... non potu... B... hælit S. T... Ha ... interlineali, Dion... Adam ... hat quod sequitur, *elegi te in camino paupertatis*, sic erit nectendum, & exponendum ... minus elegi te, eduxi te de *camino paupertatis propter me*, &c. *et non* ... Haymo, & conueniret ... Ægyptiaca ... Babylonica examinatione, atque ... neutra populus ... purum ... & tamen inde fuit à Deo l...

105. Expositio 2.

B

Hugo ... videtur ... cùm exponit: Quia in fornace Ægypti ... sti instar argenti, ... ostis, & expurg... ci te in caminũ Babylonicu, ...

Expositio 3.

LXX. procul ab his omnibus ... L... tino, & Hebræo absc...um in prio... verbo, pro *excoxi* enim substituunt *Vendidi te*, & *non in argento*, quoad posteriorẽ partem Chaldaica, quo que versio concordat: *conflaui te, & non in argento*, & hoc plerique iuniorum in sua translat... sequuntur, quoniam in Hebræo est non ... nota similitudinis, sed præpositio *in* ... de varietate legendi, & intel...gendi hunc ... quem vt possimus explicare, & expedi... in ... mis inquirendum quisnam sit populus ... sit tempore, & statu: an re ipsa locutio sit præteriti tẽporis, an verò more prophetico, fu...

106. LXX.

C

Populum esse Israelem non spiritua... alibi, sed carnalem, & culpis obnoxium ... antepositis constat: populum duræ ceruici ... transgressorem ex vtero, aspero frœno cohibendum: D & id affirmatur ex secutis: *propter me faciam* ... *non blasphemer*, nimirum à Gentilibus, si ... inquit Deus, pro meritis puniam, & perdam: quia infideles non iustitiæ vindici, sed impotentiæ meæ, vel iniuriæ ascribent, ex iis ergo intelligitur non esse sermonẽ de Ecclesia Chri...atque adeò excludi Leonem Castrium, qui eò tendit.

Status & tempus verbi dubia.

107. Non est populus Christianus.

D

Sed cùm hic populus varios habuerit sta..., casúsque, ex quo cœpit in Abrahamo vsque dũ desijt adueniente Christo, & instituente Ecclesiam (nam qui ex inde obstinati remanent, non populi Israelis digoandi sunt nomine: *reliquias*, hoc est, fæces vocat Apostolus) restat cognoscere quo de tempore, ac statu ista excoctio & electio debeat intelligi. 108.

Supra 10. v. 22.

E Si quod sentio, sim dicturus, de toto progressu populi Hebræi ab initio ad finem, ex quo cœpit augeri ex Iacob autore duodecim tribuum, vsque ad tempora Euangelica loquitur Deus: atq; adeò comprehẽdit tẽpus omne antè Isaiam, & quod supererat vsque ad Messiam.

Autoris sententia.

Quo toto seculorum decursu Deus populum illum varijs afflictionibus, ærumnis, cladibus, captiuitatibus, laboribus attriuit, vexauit, imminuit, quæ omnia continentur verbo, *excoxi te*: nam excoquere est valde multum coquere, ita vt partes aliquas vis igois absumat, quod 109.

Ignis excoquit pro consitione.

quod accidit, cum ea, quæ coquuntur, & vruntur ... ius conditioni & naturæ, vt absumi ... possint.

110. Cum verò supponitur ignis rebus incorruptibilibus, qualia sunt metalla, si sint pura, & sincera, nihil ab igne patiuntur. sin permista sint & sordida, ab eis sordes & scoria seiunguntur, quod est officium fornacis conflatoriæ argentum, aurum expurgare, & diuidere ab eo, quod erat alienum, & admistum. Ad quam diuisionem, & secretionem, vehementis cuiusdã ... requiritur vis & efficacitas: & quod metalla sint durissima, & patientissima caloris, & altè admodum se illa diuersa corpora miscuerint, & intimè se mutuò penetrauerint.

111. Huc existimant plures interpretum recensiti n.104. vergere hanc similitudinẽ: *excoxi te sed non quasi argentum*: i. non tam vehementi igni, quam solet excoqui argentum. Leuius te afflixi, quam merueras, quam tuæ sordes postulabant; quod quo pacto conueniat cum sequenti: *elegi te in camino paupertatis*, posui ex Haymo. su 105.

112. Certum cum hæc excoctio, & conflatio possit bifariam accommodari: vno modo, vt peccata, & vitia excoquantur, & ab hominibus separentur, maneantque hi puri, sinceri, purgati; alio modo, vt homines improbi & vitiosi separentur à probis & honestis, vt scoria secernitur ab argento: ego in hunc posteriorem modum inclinauerim: ita vt sententia hæc sit: *Excoxi te*: purgam excoquendo, & absumendo ciues ac populares, quippe populi sordes, & scoria: *sed non excoxi te quasi argentum*: non ad purum, non detersi scoriam omnem, vti fit cùm ... argentum vritur, & excoquitur. nam si id fieri deberet, cum tu totus è sordibus, è recrementis ac scoria esses compositus, atque concretus; cùm ex improbis ac vitiosis hominibus constares, quantus, quantus eras, fuisses totus absumendus, & decoquendus: Ierem. 6. versic. 28. *Ambulantes fraudulenter: æs, & ferrum: vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium*, Theodor. *Adulterini sunt, nihil habent probi*. Tamen antequam absumereris omnino in fornace & in camino paupertatis & afflictionis, elegi, & extraxi aliquam tui partem conseruandam; atque adeò, non tuo merito, ex parte saluus euasisti fornacem conflatoriam, quò te abiectam consumturus: sed quia meo nomini, auctoritati, fidei debui consulere, cuius intererat præstare quod ab initio tuis patribus promiseram, fidémque meam sponte obligaueram; scil. ex eorum sobole, ac posteritate processurum, qui toti humano generi salutem afferret: ne igitur daretur occasio blasphemandi mei, vt datam fidem violantis, aut nõ valentis præstare: tui reliquias quasi ex incendio eripui, ex fornace consumẽte, ne penitus decoqueteris, & interires: atque ita ex alio populo, contrà atque fueram pollicitus, salus publica oriretur.

Populo Hebræo non absumpto, ut ... omnino ...

113. Hæc explanatio mihi visa est in præsenti valde probabilis, & continens tum superioribus, tum inferioribus versiculis, ac ipsi Vati alibi consentanea c.1. vers.9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus*. Locus planè cohærentissimus. Vt enim populus Sodomæ, atque Gomorrhæ coniectus in ignem totus exarsit, & totus decoctus & absumptus est: quia in eo nihil argenti, nihil boni metalli fuit inuẽtũ: omnes à maximo vsque ad minimum, à puero vsque ad senem erant scoria, & sordes, Genes. 19.4. Non secus & nos (ait populus Hebræus, & eius nomine Isaias) fuissemus omnino igne & fornace tribulationis exhausti, & consumpti, nisi statuisset Deo reseruare semen ex quo nasceretur & propagaretur soboles noua promissa. Consule scholia loci allegati. In hoc interpretationis tractu Ariam mihi fauere video; & Leonem etiam Castrium, quatenus hic ad Euãgelium tendit, sed non quatenus de persecutionibus Ecclesiæ intelligit: hoc enim minus hæret, vt moneo n.107.

Foretius vir ingeniosus subolet, notari hîc duas excoctiones conflatorias: vnam temporalem, qua populus ille fuit afflictus, & excoctus in camino paupertatis, & miseriæ, in qua tamẽ, & si pauper, ac miser, durauit tamen: alterã spiritualẽ, quã per verbũ Dei, per verbũ Christi, scoria separata fuit ab argento, palea à tritico, reprobi Iudæi à paucis bonis, & hanc examinationẽ, & separationem negari his verbis: *Sed non quasi argentum*: illã aliã poni, cùm dicit: excoxi te: *elegi te*, i. probaui te *in camino paupertatis*. Et idcirco antea dixerit: *longè faciam*, id est, differam *furorem meum*: hanc fortem & vehementem vstionem, qua paleæ ardebunt, & manebunt pauca grana: quã absumetur scoria, & supererit parum argenti puri, putique. 114.

In hanc sententiam, non in hæc verba argute ratiocinatur Foretius, quæ mihi vtique non displiceret nisi paulo inuitior videretur elicita. Sed in eo laudo viri pietatem quod respexerit Euangelium, idque vt mihi fauorabile ab eodem accipio. 115.

Quod spectat ad translationem Græcam, licebat eam prætermittere, cùm eius vbique tuendæ, concordandæque partes mihi non imposuerim: sed primùm fateor me prorsus ignorare, vnde pro צרף *tseraph*, vro, coquo, supposuerint, *vendo*: ad sensum suspicor se vertisse. Visionem hanc cogitarunt captiuitatem & argentum loco pretij: atque ita vertunt: *Ecce vendidi te*, id est, in seruitutem dedi te, *& non argenti causâ*: quod ab emptore acceperim, vel quod à te, si te redimerem, essem accepturus: sed tuis peccatis venundatus es (quod alibi sæpe dicitur) *& ego erui te de fornace paupertatis*. Quæ elucidatio nostro proposito non est aduersa. Nam Iudæi diuendiri, ac traditi hostibus ob sua peccata conficiendi, & absumendi fuerant: sed Deus quia decreuerat, ex eà gente vt prodiret Christus, & salus toti mundo: decem tribubus apud Assyrios omissis, ac derelictis, duas tribus apud Chaldæos veri in fornace dio excoqui, & confici passus, earum non omnes, sed aliquos ex illo igne & incẽdio semiustos eruit, & in patriam restituit: vt suum propositum de Messia, & instaurando genere humano exequeretur. Vnde LXX. pro *elegi te*: ad rem, quam agimus propius: ἐξειλάμην δέ σε ἐκ καμίνου πτωχείας: *sustuli autem te de camino paupertatis*. quod vltimum verbum ego libenter adducam, vt signẽtur, qui redierunt ab exilio Babylonico, fuisse tenuiores, & pauperiores inter suos contribules, dum enim multi sponte sua remanserint inter Babylonios, credibile est, fuisse quibus pinguior & commodior esset fortuna, nam alioqui quæ causa esse poterat non admittendi libertatẽ oblatam à Cyro, & reditũ in sedes patrias? 116. 117.

Reduces à Babylone tenuiores.

Vers. 11. Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: & gloriam meam alteri non dabo.

118. PRius hemistichium exposui suprà nu. 112. Asseritur ratio, ob quam non excoxerit Deus Israelem, vt argentum, sed elegerit è camino paupertatis, scilicet, ne blasphemaretur. Vnde, nisi ita fieret, oriretur occasio blasphemandi, iuxta nostram interpretationem ibi fuit expositum iuxta communem vero: si Deus passus fuisset populum suum subire perpetuam seruitutem, aut populus ipse, aut Gentilis diceret: vel Deum noluisse liberare, vt crudelem: vel non valuisse vt infirmum. Ezech. 36. v. 22. quid simile ibi Maldonatus.

Deus, nisi liberasset suos, fuisset obnoxius calumniæ.

119. Porrò Moyses Num. 14. v. 12. & seq. Deum iratum, & paratum perdere omnino populum illum, vt ad misericordiam flecteret hanc eamdem rationem prætendit: *vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius, &c. quod occideris tantam multitudinem, quasi vnum hominem, & dicant: non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat; idcirco occidit eos in solitudine.* Et Psal. 113. vers. 1. ordine secundo: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum?* id est, cùm cupimus, & petimus liberari ab hostibus, non nostram, sed tuam gloriam, ac dignitatem curamus, & volumus augeri, non imminui: ergo vt misericors in promittendo, & vt verax in præstando libera nos: *nequando dicant Gentes, vbi est Deus eorum?* qui passus est eos perire? aut vt infidus, aut vt inualidus.

120. Sed aduersus hanc rationem, & causam obiicio captiuitatem perpetuam decem tribuum; vt enim Deus basce omnino destituit, & de iis liberandis ampliùs non cogitauit, neque tu hoe est veritus calumniam & blasphemiam istam, quod suum populum deseruisset, aut quòd non potuisset à seruitute in libertatem asserere: ita potuisset Deus duas reliquas tribus, partem tanto minoré permittere seruire ęternùm apud Chaldæos, quin propterea suo nomini detrahendum existimaret, aut si fieret ab impio, vel insipienti aliquo, id valdè curaret. Non enim elucet ratio maior in alterutro casu, neque Deus ante eam diem, qua per Isaiam hęc enunciauit, constat fidem suam obstrinxisse de duabus tribubus vindicandis.

Obiicitur contra communem expositionem.

121. Vnde magis affirmor in eâ, quam posui nu. 112. opinione, hanc blasphemiam Deo propositam vitandam, dum non patitur omnino cõfici, & absumi Israëlem, non esse aliam, quam fidei nõ præstitę, & exhibitæ in educẽdo Messia & Saluatore è genere & stirpe Abrahæ. Hęc enim promissio erat antiquissima, notissima, & notatissima, multis, magnisq; signis, argumẽtis, figuris, rebus gestis contestata, ac iureiurando demum non semel affirmata. Vbi enim primùm Deus euocauit Abrahamum è patriis sedibus futurum patrem, ac principem populi illius, ei hoc est pollicitus Gen. 12. v. 3. & deinceps sæpissimè; idémque successu temporis spopondit posteris, præcipue Isaaco, Iacobo, Moysi, Dauidi. Huic ergo sponsioni, ac fidei datæ Deus cauens, quam nisi exhibuisset, merità daretur occasio eius autoritati detrahendi, ait hoc loco.

Deus cauet sua fidei, & promisso.

112. Quod promitto, vos non decoquendos & exhauriendos omnino in fornace Babylonica, *propter me*, non propter vos, *propter me*, propter fidem obligatam Abrahamo, & posteris, in eius semine benedicendas esse omnes Gentes: ne quis mihi notam infidelitatis inurat: *& gloriam meam alteri non dabo* violandam, & detrectandam: sed eam tuebor, sartamque tectamque seruabo: eminens me fuisse munificum in te tanta homini promittenda, & non minus fidum, veracemque in repræsentandâ: quam gloriam salutis publicæ & tamdiu ante prænunciatæ, præostensæ, & in tempore suo exhibitæ nemo alius quantumuis superbus, & impudens sibi ausit arrogare. Sic ipse interpretabar hanc particulam hoc loco: *Et gloriam meam alteri non dabo*: nam c. 42. v. 8. alio cõsilio ponitur: vt ibi.

113. Quam verò fuerit Deo gloriosum, redimere genus humanum, medio Christo, homine, Deoque quid attinet dicere? aut quis dicere possit? scripta omnia sacra, præcipuè Euangelica, & Apostolica clarissimis ac testatissimis vocibus hoc prædicant: & in his commentariis nos sæpe attingimus.

Redimere hominem gloriosum Deo.

Non sit alienum ab hoc instituto, si in voce, *Alteri: gloriam meam alteri non dabo* diabolum cogitemus, qui nimium alter, nimiùm diuersus est à Deo, propter perfidiam, & superbiam. Is enim totis viribus incubuit, vt si posset, impediret, & arceret humani generis restaurationem, quæ si vndecumque fuisset impedita de diuina gloriâ niteretur decerpere, & gloriaretur autor superbiæ se Dei conatus ludificasse.

114. S. Leo ser. 2. de Natiuitate. *Nam quia gloriabatur Diabolus hominem sua fraude deceptum diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatium: Deum quoque iustè seueritatis exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore condideras, antiquam mutasse sententiam: opus fuit, dilectissimi, secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis Deus, cuius voluntas non potest suâ benignitate priuari, primam pietatis suæ dispositionem occultiore sacramento compleret, & homo diabolica iniquitatis versutiâ actus in culpam, contra Dei propositum, non periret.*

S. Leo.

Homini Ipso succurritur ex æquo & bono.

115. Huic æmulo gloriæ diuinæ, qui ab initio eam annixus est imminuere, sibíque arrogare, ne Deus videretur cessisse, suum destinatum consilium de saluando humano genere, vt ab æterno proposuerat, & ab exordio mundi præsignarat, accuratissimè, & absolutissime exequitur. In hac expositione Arias Montanus consistit, & in ea sola acquiescit.

Vers. 12. Audi me Iacob, & Israel, quem ego voco: ego ipse, ego primus, & ego nouissimus.

116. SIc aptè hæc mihi cadere videntur ad ea, quæ suprà posui, vt me expositæ sententiæ non pœniteat. nam re verà, consecutio, nexúsque magno est indicio veritatis agnoscẽdæ. Iacob, & Israël quemadmodũ inter se differant, vbi differunt, aperui c. 43. nu. 19. hoc loco differre, cũ Aria censeo: & locus ipse demonstrat:

nam

A nes vocare cum Deo tribuitur, est statuere, efficere: id cum ait Deus: *Audi me Iacob & Israel, quem ego voco*, est dicere, quem ego effeci Israel ex Iacob: atque ita diuersam vtriusque conditionem, fortunamque designat. Vide supra locum modò indicatum. In Iacob profugo, exule, inope rerum, & consilij, repræsentatur genus hominum e paradiso pulsum, vagans, miserum, indigum omnium, in Israel è aucto, amplificato, prædiuite, idem genus humanum Christi opera redemptum, eius sanguine sublimatum, opibus locupletatú. Cuius vtriusque status adumbratio fuit, & typus etiá populus seruiens & laborans in camino paupertatis apud Babylonios, & postea per Cyrum humanissime, ac liberalissime in pristinam libertatem, ac fœlicitate restitutus. Et idcirco hæc inter se admiscentur, historia, & mysterium. Vbi nostra editio: *quem ego vocaui*: Hebr. מְקֹרָאִי *mecorai*, *Vocate mi*: quæ locutio tenerrimæ dilectionis est index: & illud ad nomen Israel, quod Deus pro Iacob illi suffecit. Gen. c. 32. vers. 28.

Iacob, & Israel typus hominum in utroque statu.

127. *Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus*] Ego ipse, ego idem, *ego Deus & non mutor*. Vide sup. 41. v. 4. *Et ab initio ego ipse*, vbi etiam Dei constantiam, & immobilitatem importat. *Ego primus, & ego nouissimus*, id est, mutare non propositum de homine perficiendo, quem primo ego ex principio perfectum ego initio creaui; ego nouissime reformabo: ego in principio formaui, ipse se deformauit, sed ego in fine, vt mihi ipse constem, vt sim idem ipse, cumulatissimè reformabo. Adde quod retrò c. 41. v. 4. vbi sunt eadem verba, & hæc a nobis collata præsertim a numer. 106. quæ cum his aptissime annectuntur, & hæc illic meo iudicio, si quod est tamen, explicantur. Huius sententiæ autorem laudo Ariam. Quo reliqui interpretes pacto id acceperint, docui loco citato, quare hic iterare fuerit superfluum.

D *Vers.* 13. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos: ego vocabo eos, & stabunt simul.

128. *Vates magna mysteria.* Si semel altè demiserimus in pectus, Vates omnes, sed in primis, vt eorum principem Isaiam sub verbis interdum simplicibus, planis vulgatisque tegere, & abscundere grandia mysteria, facilior nobis arcana subodoranda patebit aditus, & vbi fuerint indicata, & eruta, admirabilia licet nó illico ab auribus vt insuetis reiicientur. hoc loco id videre licebit. Si enim in Homero, Marone, aliisque poëtis nobilioribus quidam eorum interpretes altissima sensa videre sibi videntur: quid de diuinis Prophetis nobis fuerit existimandum?

E

129. *Mundi conditorem quo consilio Deus se prædicat.* *Manus quoque mea fundauit terram.*] Deus se mundi istius aspectabilis molitorem, effectorémque sæpenumero pronunciat, prædicat, & quodammodo gloriatur: indéque argumentatur; nunc ad euincendam suam diuinitatem, nunc ad patiendam autoritatem rebus, suprà ordinem naturæ perpetrandis. Quod argumétandi genus, etsi a minori ad maius probandum, assumptum quá ratione valeat, alibi ostendisse sum memor. c. 40. nu. 374 c. 41. num 96. Hoc posteriori fine, cùm Deus antea humani

A generis reparatorem se futurum esse sit pollicitus, hoc loco, terræ, cœlorumque creationem inferri possemus, nec incommodè existimare. Nam qui persuasi sunt præcedenti versu *Ego primus & ego nouissimus*, solum contineri Deum esse principium, finemque rerum omnium, cósequenter sunt iudicaturi, in præsenti Deum se mundi conditorem ostendere, vt inde innotescat, se quoque esse finem eiusdem. Sed in his nostra illa expositio de mundo facto, atque olim, & de eodem reficiendo, ac refingendo visa est dignior maiestate S. Scripturæ, & Euangelici Vatis altitudine.

B Ad quam eandem cynosuram cursum dirigens non verebor, si minus pro indubio asserere, certè pro verisimili lectori proponere; hic nomine *terræ*, significari etiam primam hominis efformationem: vtpote é terra Genes. 2. v. 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.* Et Sap. 7. vers. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus, ex genere terreni illius, qui prior factus est homo.* Ex qua materia illi hæsit nomen, *Adam*, terrenus, vt homo Latine ab humo. Itaque *terra* hoc loco supponitur pro humaná natura humili, & abiecta, cú pertinet verbum *fundauit eam* Vt fundamentum infimo loco substrauit, cui alia nobiliora superædificaturus.

130. *Autoris coniectura.*

Terra pro homine terreno.

C *Cœlorum* verò nomen, quo natura quædam efficitur sublimis, splendida, ampla, pulcra, constans, incorruptibilis: apte nobis suggerit eundem hominem ad excelsum fastigium dignitatis euectum, amplissimis donis cœlestibus instructum, diuinis splendoribus illustratum; illum vno verbo, quem Paolus appellare est solitus, *nouum* hominem, siue *nouam* creaturam, de qua dixi c. 43. num. 172. 173. Vtraque eiusdem hominis conditio & efformatio, cum primus homo fuit factus, est nobis subostensa Genes. 2. vers. 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.* Ecce tibi homo purè terrigenus, seu potiùs naturæ humanæ inchoatio, & rudimentum: corpus luteum, graue, immotum:

131. *Cœli pro homine spirituali.* Sup. c. 1. nu. 13.

Hominis efformatio.

D portio terræ limosæ. Deinde, eiusdem expolitio, & absolutio: *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Iacebat ante corpus inanime; infuso spiritu, erigitur, stat. Pronus erat antea Adamus: accepta animá, sublimis, vultu in cœlum surrecto. Antea materia iners, pigra, actionis expers: statim ad agendum, ad sentiendum, ad intelligendum habilis. Vide nos c. 42. n. 186.

Gen. 2. v. 7

132. Ergo prior illa corporis effictio naturam designat humanam viribus solis naturalibus innixam, vel etiam per originale nudatis: posterior spiritus infusio portendit eandem per Christum erigendam, ac reformandam. Et ne

E cui arguta magis, quam vera videatur philosophandi ratio, autorem dabo non contemnendum Originem videlicet in prologo Canticorum sic suffragantem: *In principio verborum Moysi, vbi de mundi conditione conscribitur, duos homines inuenimus creatos referri. Primum ad imaginem & similitudinem Dei factum, secundum e limo terræ fictum. Hoc Paulus Apostolus bene sciens, & adliquidú in his eruditus in suis litteris apertius, & euidentius binos esse, & per singulos quosque, homines scripsit.* & cum Origenes retulisset e 2. Cor. 4. v. 16. *Sed licèt is, qui foris est, homo noster corrumpitur; tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem,* &

Orig. Homo duplex.

è Rom.7.vers.22. *Condelector enim legi Dei, secundum interiorem hominem*: addit, *Vnde puto hominem debere dubitare, quod Moyses de duorum hominum factura, vel effictione scripserit.*

133. Hæc Orig. sed ego sola adumbratione contentus sum, quamquam non solus autor inductus, cupidior similium expositionum, sed S. etiam Augustinus attigit tract.32.in Ioannem: *Post resurrectionem suam, primum cum apparuit discipulis suis, dixit illis: Accipite Spiritum sanctum: de hoc ergo dictum est: Non erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem viuificauit, & de limo erexit: quo flatu animam membris dedit significans se eum esse, qui insufflauit in faciem eorum, vt a luto exurgerent, & luteis operibus renunciarent.* Quibus vltimis verbis allusio & relatio vnius rei ad alteram agnoscitur.

134. Sed Rupertus id distinctiùs, & disertiùs agit lib.2.Genes. c. 22. vbi cùm adnotasset à Moyse, hoc posteriori loco scribenti creationem hominis non dici, eum creatum ad imaginem Dei, quod dixerat cap.1.vers.26. *Quare*, inquit, *tantum honori detractum est huic creaturæ Dei, hoc solum dicente Scriptura: & factus est homo in animam viuentem? videlicet, quia quo factus est homo, rationis dono non benè vsus est, & honorem suum non intellexit; sed comparatus est iumentis, rectè illisam formato à scriptore quasi detractum est illud, quo superior est iumentis. Quod sentiens Apostolus; factus est, inquit, primus homo in animam viuentem: nouissimus verò in spiritum viuificantem, qui habet aures audiendi, audiat, audiat pulcram musica huius consonantiam, id est, Scripturarum concordiam, dum hoc præcentor ait: factus est primus homo in animam viuentem, & alius succinit: Nouissimus verò in spiritum viuificantem; Non enim casu, sed sancta, & prudenti industria primus ille imperfectum præmisit canticum, tandiu decantandum, donec veniret, qui scirent supplere, & ad finalem perducere sonum, sicut hodie fit, cum iam in frequenti, & celeberrimo vsu habemus dicere: factus est primus homo in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem; addentes: Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes.*

135. Quod si Moyses historicum agens in ea simplici narratione rerum à Deo productarum innoluit futura Christi mysteria, quidni Isaias Euangelicus Vates nominatim à Deo delectus ad Euangelica sacramenta pertractanda, cùm mundi effectionem attingit, hoc idem luculentiùs præstet? ergo cùm hoc loco Deus ait: *Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos*: rerum corporalium simul & spiritualium, aut spiritualium potissimè efformationem sensu suprà exposito significat, ideoque fortasse terræ, hoc est, terrenæ naturæ fundationem *manui*, cœlorum verò dimensionem *dexteræ* tribuit: quasi hoc posterius factum, nobilioris & excellentioris sit operæ & artificis. Nam etsi nescius haut sum, aliquando

136. promiscuè hæc nomina poni, sed video alicubi differre, præcipuè cùm de operatione est sermo: nam adeò ad operandum aptior & habilior est dextera, vt ab ea Latinus duxerit *dexteritatem*, hoc est, egregiam industriam in rebus efficiendis, & tam in litteris factis, quàm in exoticis *dextera* faustum sit nomen, & omen; *sinistra* aliquando quid improsperum; aliquando aliquid minus excellens. Id obseruat Origenes edisserens illud Matt.20. v.21. *Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo*: homil. 12. vt alia præteream, hæc scribit: *Qui præcellunt cæteris appropinquantibus Christo, à dextris eius sunt, videlicet qui tangunt eum, & coniuncti sunt dextris ipsius Verbi. Qui autem inferiores sunt, à sinistris sunt.* Deinde potestatem facit lectori iudicandi, an creaturæ spiritualis & inuisibilis sit à dextris Dei, corporalis verò & visibilis à sinistris.

Manus, & dextera Deo tributa quid.

Dextera in fauste, sinistra in infaustis.

Orig.

147. Vtraque differentia congruit instituto meo: si tamen hic *manus* accipienda sit vt opposita *dexteræ*, quod videtur consentaneum, vt sit veluti tot elocutio: nam vt ex naturâ suâ, nobilior est cœlorum fabrefactio, quàm terræ fundatio: maioris enim & politioris est artis tecta & laquearia pulcerrima architectari, quàm molem & saxa in fundamentum defodere: sic elegantior est oratio, si cœlorum fabricatio ascribatur sinistræ, & cœlorum esse ... & expositio tribuatur dexteræ. Hugo ad Ps. 88.v.26. *Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius*: hæc habet. *Quo nam autem loquitur de manu indistinctè, & addit de dextera, per manum intelligitur sinistra. Homo autem melius & expeditius operatur cum dextera, quàm cum sinistra.*

Dextera nobilior, quam sinistra.

Hugo.

138 Neque abest à re distinctio verborum *fundare*, & *metiri*: sudare enim, iacere fundamentum rudioris est artis: at metiri, subtilioris est scientiæ, & vt in Heb. palmo metiri, designat Dei notitiam exactam, & prouidentiam peculiarem erga cœlestes homines. Procop. per cœlos, cœlestes virtutes exponit.

Ego vocabo eos, & stabunt simul.] Vocari res à Deo, alicubi esse idem, quod creari, ex traditis c.41.n.95 intelligitur: aliquando Dei vocatio ponitur pro suprema potestate & imperio, cui parent omnia, & vt omni pacto accepei; in præsenti, probè congruit superioribus.

Vocari res à Deo, quid.

139. Opponis: non cohærere verbum, *vocabo eos*, si interpretere, *creabo eos*: nam cœli iā erat creati, cùm hæc enunciabantur? Aio: Hoc esse cōtra sumentes propriè cœlos pro ipsis orbibus: at nos, qui regeneratos & reformatos per Christū homines exponimus, hæc oppositio non attingit, imò adiuuat. Secundò respondeo pro omnibus; Hebraicè esse participium, *Ego vocans*, quod ad omnem differentiam temporis accōmodatur. Vnde *stabunt*, potest primā existentiā vel perpetuam obedientiā ostendere, siue corporum, siue hominum, animorúmque cœlestiū.

140. Arias particulam *simul*, exponit, cœlu misceri spiritualiter terræ, ita vt terra sit cœlum, & cœlum sit terra. Quod enunciatum Ariæ, (obscuriùs enim loquitur) possit intelligi de quouis iusto, in quo est natura humana secundùm se, quam diximus appellari terrā, & est regeneratio, gratiaque cœlestis, per quam efficitur homo particeps, consórsque diuinæ naturæ, vt ait Apostolus Petrus 2.e.1. vers. 4. atque adeò consistunt simul cœlum & terra. Possit etiam accipi de vnico homine, de Christo Domino in quo stant simul terra, id est, humana natura, & cœlum, Diuinitas ipsa, non vt in aliis iustis hominibus, solâ accidentariâ vnione, sed substātiali, & personali, indissolubili, ineffabili: ita vt

Simul vsurp.

Vnio hypostatica

... non duo, sed vnus sit Christus, vt ex anima rationali, & ex corpore vnus sit homo. Quã ... expositione, pronomen, eos, stabo eos, ad ... & ad cœlos pertinere debebit. Vnde LXX etiã transferunt οὐρανὸν cœlum in singulari, ponunt in plurali, αὐτοὺς eos. Denique stabunt יַעַמְדוּ iahamedu, ad constantiam, ad perpetuitatem, & indissolubilitatem vnionis hypostaticæ liceret adducere.

141. Verùm etsi dictiuncula *simul* ad hunc sensum exposita valde fouet quam ducimus interpretationem, sed non amo explicationes vel nimium extortas, aut vi expressas, sed sua sponte fluentes, atque solutas: quare simplicius expono: *stabunt simul*: id est, omnes cœli non vnum post aliud, nullum alij cedet celeritate accurrendi ad meum nutum & imperium, omnes vna simul aderunt, & stabunt præsto instar ministrorum diligentium ad accipiẽda mãdata; quod terra quoque intelligatur, maior est gratia sermonis: scil. etsi terra tanto grauior, tardior, & longiuquior, quippe in imo, si vocetur à me simul cum cœlo, simul aderit, nõ superabitur neque præuenietur cœli celeritate, & propinquitate. *stabunt* ambo *simul*: vel si simplicissime cupis exponi, intelligi: *simul*, atque vocauero, ... imperium, & eorum obsequium ne puncto quidem temporis diuidentur, sed simul erunt, si Deus voluerit terram cœlo misceri, è terrenis hominibus cœlestes existere, & adstare sibi, fiet illico.

Vers. 14. Congregamini omnes vos, & audite: quis de eis annunciauit hæc. Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis.

142. VAriant admodum explanatores, quinam iubeantur congregari. Alij cœlos, proxime nominatos alij Iudæos, quibus cum in hoc capite sæpe Deus loquitur: alij Gentiles, quos aliàs castigauit, vtpote temere idolis cultum afferentes: alij Chaldæos Astrologos: alij cuiusque gentis sapientiores: alij fideles Ecclesiæ nouæ Christianæ: alij ex nominatis multos, plures, pauciores ve ordines iungunt: autores singulis censuris, quia res tanti non est, assignare non curo.

Meo iudicio, quoniam ait: *Congregamini omnes vos*: & oratio superna habetur ad Israelem; iste hoc loco conuenire iubetur, & audire. Sic Hieron. Haymo, Lyran. Sanct. For. Dionys.

143. *Quis de eis annunciauit hæc?*] Prope par est varietas opinionum, circa pronomen, *de eis*: pluribus visum, quæri, quis de Diis Gentium annunciauerit ... Lyræ, quis de Chaldæis iudiciariis: Forerio, quis de cœlis, nam pro diis colebantur à Gentilibus: Sanctio, quis de cœlis id seruauit, nunciauitque, nam ars aruspicum tota ferè posita fuit in obseruatione de cœlo: vt constat iis, qui libros profanos perlegerunt. Quælibet ex his interpretationibus probabilitatis nõ est expers, si demas quæ placuit Forerio. Itaque hæc interrogatio secludit omnino quosuis diuinos, & soli Deo tribuit diuinationem, & prædictionem: quod aliàs actum sæpe

vidimus. Quæ verò negantur fuisse prænunciata ab alio, quam à Deo, sunt quæ consequuntur.

Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone] Tametsi aliqui putant, *eum*, quem *Dominus dilexit*, posse intelligi Israelem, communis tamen, & vera intelligentia est, esse eum, de quo mox: *faciet voluntatem suam in Babylone*: vnde bipartiti remanent interpretes probabiles: alteri enim de Cyro, alteri de Christo accipientes. De Cyro Hebræi inprimis, & plerique Christianorum. De Christo Hieronymus, qui ait hoc esse dicendum iuxta Symmachi, & LXX. translationem: & ad finem capitis docet rectius & verius facere, qui ad saluatorem referunt. Procopius huc inclinat: è modernis sequuntur Arias, Leo Castro; Haymo verò vtrumuis, Cyrum, vel Christum posse intelligi arbitratur. 144.

Nobis quid sit tenendum, non fuit dubium et iis, quæ posita sunt c. 45. num. 118. à lectore reuidenda, si exciderunt. Nempe vaticinium pertinere ad Christum, tamen inuolui, & prætexi historiæ, eo quòd liberatio Israelis, & debellatio Babylonis autore Cyro, portenderit libertatem publicam totius mundi, autore Christo. Vnde hæc nobis est intuenda intentis ac rectis oculis: illa ex obliquo respicienda, vt simulacrum, & quasi præludio. Quo posito, non erit nobis laborandum, quemadmodum omnes partes huius orationis apte cadant in Cyrum. nec quæ eum per allusionem attingunt, an sint iustæ, & coæquatæ. nam neutrum esse necessarium in hoc genere expositionis loco prænotato demonstro. Quam verò sint pares, & æquales Christi dignitati, & autoritati, sine opera interpretis, satis apertè cognoscitur. 145. *Christus d. sub imagine Cyri.*

Dominus dilexit eum.] Quæ qualisque fuerit Dei dilectio erga Christum vt hominem, hominum nemo, aut Angelorum idoneus sit ad concipiendum, nedum ad eloquendum, ipse solus homo Christus nouit, vtut tamen pro tenuitate nostra potuit exponi, sumlque ex alibi traditis, id factum cap. 42. num. 38. Cyro quomodo sit adaptanda hæc dilectio, intelliges è cap. 44. vers. 28. è cap. 45. vers. 1. & sequentibus, præsertim vers. 13. Itaque Cyrus illic dimissus ab scena, hic reuocatur iterum personam acturus, & Christum præsignaturus. 146.

Faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis.] Quòd Hebræus sermo careat nomine reciproco, *sui, sibi, suum*, & eius loco vtatur pronomine communi, *is, ea, id*: inde alicubi existit amphibolia: nam interpres Latinus non rarò vnum pro altero vsurpat. Hoc loco ex Hebræo reddi etiam possit: *Faciet voluntatem eius*: & tunc fuerit dubium actio verbi vtri conueniat, Deo, an Cyro præfigurato? id est, an sit sensus: Deus faciet voluntatem Christi in Babylone, an Christus faciet voluntatem Dei, vel Christus faciet voluntatem suam quidquid voluerit, in Babylone: aut denique Deus (scil. per Cyrum, & Christum respectiuè) faciet quidquid voluerit. Hi enim sensus omnes ex hoc textu oriri possunt. 147. *Hebræi carent pronomine reciproco.* *Babylon pro mundo.*

Mihi videtur *suam* suffici pro *eius*: *Faciet voluntatem eius* scilicet Deus: *& brachium eius in Chaldæis*; id est, Deus permittet 148.

Christi voluntati, ac potestati Babylonem & Chaldæos: mundum ac Dæmones: *Babel* enim Hebr. confusio est: & pro perturbatione, ac confusione rerum mundanarum poni solet. S. Hilar. Psal. 136. v. 1. *Super flumina Babylonis: & illa Babylon ciuitas confusionis est, & irrationabili motu turbulenta, quæ, vt Genesis docet, a confusione linguarum hominibus nuncupata Babylon est. Illic enim loqui vniuersarum gentium linguas, cùm vnus esset omnium sermo, ceperunt. Et ipsum illud Babylonis vocabulum interpretationem habet confusionis. Quisquis ergo in crimine primi parentis Adæ, exulem se factum illius Sion recordabitur, in qua sine cupiditate, sine dolore, sine metu, sine crimine vita est, & traditum se sæculo confusionis huius, tanquam Babylonico traditum corpori, quod vitiorum, & appetitionum, & cupiditatum perturbatione confusum est, rectè, & ipse spiritualiter captiuus proclamabit: super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tuo Sion.*

Hilar.

149. *Hilar. Babylonica captiuitas figura aliu.*

Quòd autem Babylonica captiuitas referret, & exprimeret spiritualem captiuitatem, idem Hilarius paulo antè docuerat: *Contempletur*, inquit, *animo captam Ierusalem, seruientes Dominis victoribus reges, subditos antistitibus Gentilium impietatum sacerdotes: ereptum omnibus ius matrimonij, substratum libidini Babyloniorum captiuæ virginitatis pudorem: & ex gemitu eorum, qui perpessuri erant ista, prophetam proclamasse dignè existimabimus: super flumina, &c.*

150. Hæc est illa Babylon de quâ Apoc. 16. v. 19. cap. 17. 5. quæ a Christo Domino, vero Cyro fuit expugnata, atque direpta. *Cecidit, cecidit Babylon magna.* Apoc. 18. vers. 2. eodem sensu in Euangelio Ioan. 16. vers. 33. *In mundo pressuram habebitis: sed confidite: ego vici mundum.* Neque minùs conuenit nomen *Chaldæi*: Hebr. כַּשְׂדִּים *chasdim*, hoc est Dæmones, interprete Hieronymo: hos quoque brachio forti Christi edomandos, & superandos esse prædicit Isaias. A saluatore autem Dæmones expulsos è corporibus passim legimus; & coactos fuisse cedere antiqua possessione mundi.

Chaldæi, i. Dæmones

151. *Brachium pro fortitudine.*

Brachium pro fortitudine sumi, notum est. De eo non pauca cap. 40. vers. 10. num. 138. ver. 11. num. 282. & pro Christo nonnunquam accipi docui nu. 142. & docendum ampliùs cap. 53. vers. 9. Itaque hoc loco aliquid desideratur: *Et brachium suum in Chaldæis*, nam quamuis resumseris verbum: *Faciet*, nondum fit plena oratio: ergo implenda: *Faciet brachium eius* exeri, extendi, & strages edere *in Chaldæis*. Vbi enim hoc brachium fuit extentum, & sublatum, Chaldæi spirituales fusi, fugatique sunt: ante illud consistere non sunt ausi. Ioan. 12. vers. 31. *Nunc iudicium est mundi; nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Vide cap. 40. numero 142. 117. Sic Psalm. 67. versic. 2. *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant.* De Dæmonibus multi & clari autores interpretantur, qui Christi præsentiam ferre non potuerunt, non aliter atque illud Abac. 3. versic. 5. *Cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors, & egredietur Diabolus ante pedes eius.* Sed de Diabolo a Christo debellato, triumphatóque multa vbique fit sermo. Hoc loco hæc satis.

Vers. 15. Ego, ego locutus sum, & vocaui eũ: adduxi eũ, & directa est via eius.

152. DE Cyro velut in theatro, & scena. De Saluatore verè, & ad amussim. Eadem attigi c. 41. vers. 2. 3. vt necesse non sit quicquam apponere.

Vers. 16. Accedite ad me, & audite: hoc non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore ante quàm fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.

Personarum mutatio subita turbat.

CRebra & subita mutatio personarũ apud Vates, qui sua vaticinia quasi poëmata quędã pertexunt, interturbat aliquando, & obscurat orationem. Oratio proxima fuit Patris vocantis Christũ, adducentis, eiusque viam dirigentis. Hic extemplo inducitur ipse Christus de se loquens, & profitens se à Patre missum.

153. Qui enim existimant Isaiam suo nomine loqui, valdè inconuenienter exponunt hoc *ex tẽpore, antequã fieret, ibi erã*: vt postea apparebit.

154. Non Prophetæ, sed Dei sermonem agnoscũt præterquã in postrema parte de quã separatim ex interpretibus Hier. Cyr. Procop. Arias, Hugo, Dionys. Osorius, Lyra, Pintu, Aluarez, Leo Castrius, S. Tho. Haymo. Et qui Isaiam loquentem faciunt, iidem æquè benè Deo conuenire sermonem, aut etiam meliùs, affirmant. Vatab. Sanct. Sà, Forer. Adamus. Vnus Mariana soli Isaiæ attribuit.

Deus loquitur non Isaias.

155. *Forerius.* Forerius, posita expositione de Isaia; addit: *Quamuis autem hæc interpretatio absurda non sit, sed suam habeat probationem: libenter tamen acquiesco illis, qui hæc verba Christo Domino tribuunt: Nam quæ præcedunt, & quæ sequuntur, videntur euincere, quod Dei sunt verba.*

156. *Rabbini.* Sed præter eos, qui iustis commentarijs, aut notis Isaiam illustrarunt, alij autores aliud agentes præsentem locum & orationem Deo ascribunt. Pintus affirmat antiquos Hebræorum Rabbinos in c. 19. Exod. ad illa verba: *Venerunt in solitudinem Sinai*: sic scribere: *Data est lex in publico, vt omnis, qui voluerit eam recipiat, & ideo Deus sanctus, & benedictus ait per Isaiam quadragesimo octauo: non à principio in abscondito locutus sum.* Hæc esse ipsissima verba Rabbinorum testatur Pintus.

157. *Euseb.* E nostris antiquis, nobilibúsque scriptoribus multi id Dei filio assignant. Euseb. l. 5. Demõst. c. 6. ait: *Itaque habes hoc quoque indubitatum de eo, de quo quæritur testimonium.* Proponit autem Eusebius in eo libro probandum è vatibus, Christum esse Patris filium, & opificẽ vniuersi. Aug. de Ciuit l. 20. c. 30. cùm recitasset à vers. duodecimo vsque huc: addidit: *Nempe ipse est, qui loquebatur, sicut Dominus Deus: nec tamen intelligeretur Iesus Christus, nisi addidisset: Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.*

August.

158. His tãtis autoritatibus accedit põdus rationis. Nã verbũ: *Accedite ad me*, maius est, quàm vt illud sibi vates aliquis attribuat: multo maius, vt à LXX. redditur: *Adducite ad me.* Et quæ succedunt, minùs aptè cadunt in Isaiam: *Non à principio in abscondito locutus sum*: vt enim interpretetur, à principio, cũ cœpi loqui de euersione

Babylo

Babylonica, vix rationem inuenias, cur id vaderet: itaque mihi certè, & hæc, & quæ sequuntur frigere videntur ascripta Isaiæ: at verò Christo attributa vim habere, & venustatem eximiam. Ergo hoc iam videamus.

159. *Accedite ad me, & audite hoc.*] Hæc adhortatio ad omnes vniuersim homines pertinere possit, quorum omnium maximè interest ad Christum accedere. Matth. 11. vers. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* Sed credo ad solos Iudæos intendi: quos ad se Dei Filius accurrere hortatur, & agnoscere se esse autorem legis per manus Moysis traditæ Iudæis. Namque Moysi legislatori suo omnium erant addicti, ac dediti: cùm eo neminem alium componi posse sibi persuaserant. Vnde præcipua difficultas in admittendo euangelio orta fuit: quod ægerrime ferrent, Mosaicis legibus ac ritibus cedere; id ab euangelicis & Apostolicis libris scimus. Inde scribæ, & Pharisæi captabant occasionem calumniandi saluatorem, quod Moysis legislationem negligeret. Ergo huic malo iam tum apparans, ac præoccupans medicinam ipse, suis ipsemet Dei Filius docet à se Moysem legem accepisse: se eius legis esse autorem, & conditorem, Moysen verò fuisse solùm nuncium, & præconem, se vt Principem ac Dominum dixisse ius illud: Moysen vt ministrum, & apparitorem detulisse ad populum: ac proinde, qui ad se accedant, à Moyse non recedere: qui se sibi dedant, non à Moyse discedere, non enim legis esse transgressores, sed fidos custodes: quippe tota illa legislatio & ministerium ad se vnum perducere.

Lex grauiter ferebant legi Moysis.

Christus autor legis, Moyses minister.

160. Hoc sibi Paulus Hebr. 3. v. 5. proposuit ostendendum: *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eius, quæ dicenda erant: Christus verò tanquam Filius in domo sua; quæ domus sumus nos.* Neque ociosum est appositum: *fidelis, tanquam famulus*: præcipua laus famuli est fidelitas: quæ vertitur in eo, vt non sibi Domini partes arroget. Itaque Moyses palam professus est, se famulitio fungi, & ministerio, se ministrare & seruire futuro Regi, atque Magistro. Ioan. 5. v. 45. sic Dominus Iudæos pungit: *Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?*

Fidelitas maxime decet famulos. Moyses fidus famulus.

161. Itaque multum momenti erat in hac re, vt Iudæi crederent à Christo vt Deo legem illam in monte Sinai datam, Messiæ & Saluatori venturo Moysen vt famulum fidelem, & diligentem apparasse, & strauisse viam. Idcirco Dominus hoc loco iubet Iudæos accedere animo audiendi cupido, & intelligendo habili: *Accedite ad me, & audite hoc*: quod vestra plurimum interest intelligere.

Iudæis interest credere, Moysen parasse viam Christo.

162. *Non à principio in abscondito locutus sum.*] Negatio iungenda cum nomine, *abscondito*: hoc modo: *A principio non in abscondito locutus sum.* Iam diu olim Hebræi interpretes à Pinto citati num. 156. viderunt hoc loco indicari, Deum dedisse legem populo suo in mõte Sinai, *non in abscondito*, sed palàm, publice, ingenti apparatu, ac strepitu. Est enim phrasis Hebraica, vt quod pluribus affirmationibus exponi vix posset, simplici negatione significetur. Vide caput 41. num. 58. Quàm verè dicatur Deus non fuisse locutus in abscondito, dum leges diceret, nobis indicat Exod. 19. v. 16. vbi describitur buccinarum clangor, fulgurum coruscatio, tonitruum horribilis fragor, montis Sinai conflagratio, & fumigatio: populi tremor, ac trepidatio: Dei arcentis, & summouentis turbas à radicibus montis comminatio.

Negatio pro quâuis affirmatione.

Apparatus, dum lex datur in Sina.

163. Deus enim oracula, & imperia sua non edit in tenebris, non in latebris, non in obscuro, & in priuato, vti moris fuit Dæmonis ad latendum, & fallendum, sed in fastigio montis altissimi, maximo splendore, & clamore, vt vel inde constet autoritas diuina. Ita exponunt hunc textum præter Rabbinos priscos citatos, Hugo, Dionysius, Haymo, Emmanuel Sa, Lyra interlinealis, Pintus.

Deus oracula edit & legem publicè.

Hæc est conuenientior expositio, quàm alia de Christi publica prædicatione, quam probãt nonnulli: tam alia de prædictione perspicuâ, & sine ambiguitate prophetarum. Cur autem magis conueniens hæc à nobis explicatio iudicetur, dixi num. 159. & quæ in contextu sequuntur, ostendunt.

164. *Ex tempore, antequam fieret, ibi eram.*] Hoc, vt antea dicebam, repugnans admodum homini cuiuis; Christo, qua Deus est, aptissimè conuenit, qui vna cum Patre, & Spiritu Sancto, tum cùm lex vetus dicta est, & multo antequam decernetur, erat. Et in Hebr. adhuc maior vis: *ibi ego*, sine vlla finitione temporis, ad indicandam Verbi diuini æternitatẽ, quæ tempus omne trãscendit: sed si quod tempus vsurpari sit necesse, aptius est præsens Ioa. 8. v. 58. *Dixit eis Iesus: Amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sum.* Locutio similis: & similis antithesis: nam rebus & creaturis ascribitur verbum, *fieri*: Verbo verò diuino *esse*: quod nequaquam fit, sed *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.*

165. Placet obiicere lectori ridendam quorumdam Hebræorum fabulam, qui aiunt hoc de se Isaiam ideo tradere, quòd in monte Sinai, Deo legem edicenti prophetæ omnes interfuerint; & vt Moyses tum legem, ita quisque suam prophetiam acceperint, suo tempore proferendam. Harum nugarum meminit Nicolaus Lyra, easque refellit. Eò deducti sunt Hebræi, quia cernerent agi de illa legislatione (& hoc constare inter Hebræos & Catholicos asserit, idẽ Lyra ibidẽ) vt simul crederent esse verba Isaiæ, neque posse esse salua, nisi aliquo modo eius præsentia, & existentia in monte Sina astrueretur. Ex quibus ego ad rẽ meam capio, & locum esse de lege veteri datâ, atque adeò non posse competere nisi Deo ipsi.

Fabula Rabbinorum.

Quod attinet ad cõmentum de consilio prophetarum in monte Sinai, tam est perridiculum vt refelli non mereatur, etsi id Lyra non omisit facere.

166. *Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.*] Mirum fuisse, quibus hæc vox Cyri visa sit, cùm in superioribus Dei vocem agnoscant: quomodo enim hoc tam arctè colligatum cum superioribus, vt vna & eadem continens sit oratio, poterit seiungi? Nam qui hoc Isaiæ concedunt, eidem antecedentia quoque tribuunt: quare immeritò hæc discinduntur.

Quin è Patribus multi hinc Trinitatis mysterium affirmant, quia hæc sit oratio Filij, & cùm Dominus Deus nominatur, Pater intelligitur,

Trinitas asseritur.

gitur, quibus duabus personis tertia suo proprio nomine spiritus adiungitur. Hier. hic: Ambros. in symbolum Apostolorum c.6. & de fide lib.2. cap.4. Et de spiritu sancto l.3. c.1. Athan. de assumptione hominis ad fin. qui est libr. 3. contra Arium, Chys. homil. de spiritu S. ad finem: etsi legit: *Dominus misit me, & spiritum suũ*, de Spiritu S. etiam accipit autor ser.6. de tempore tom.10. S. August.

Missio in divinis quomodo. An Christus ab Spiritu sancto sit missus.

167. At illud obstare videtur, quominus Spiritus sanctus tertia persona trinitatis hoc loco accipiatur, quod Christus affirmet se a Dei spiritu missum: & sit apud Theologos constitutum vnam personam diuinam non mitti nisi ab eâ, de qua procedit, atque adeò, cùm non Filius ab Spiritu sancto, sed Spiritus sanctus a Filio procedat, Filius à tertia personâ mitti non poterit.

Ambros. l.3. de Spirit. S. c.1. Athanas. cit. de assūt. hominis ad finem.

168. Sed quoquo modo habeat istud decretum Theologicum de missionibus diuinis, de quo erit agendum ad c.61. v.1. vbi certius est, Christum testari, se missum à Spiritu Domini, hîc interea dicimus: Christum, quatenus homo est, missum fuisse a Deo, a tribus videlicet personis, opera enim trinitatis externa sunt inseparabilia: sed, vt eius conceptio etsi à Deo trino profecta, nihilominus tribuitur Spiritui sancto Luc.1. v.35. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* & in symbolo: *qui conceptus est de Spiritu sancto*: quia fuit opus beneuolentiæ & amoris singularis: ad eundẽ modum dicitur Christus missus a Spiritu Sancto, quia ex amore datus est mundo, Ioan.3. vers.6. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Ergo Christus mittitur à Spiritu sancto, non quòd ab eo procedat vt Deus, sed quòd spiritu sancto cooperante, & permouente, amore nempe diuino, factus fuerit homo. Vnde quoad diuinitatem Christus mittit Spiritum sanctum, vt est in Euangelio: & quoad humanitatem Spiritus S. mittit Christum vt est in Isaia. Et hæc satis ad hunc locum, inferius tractanda luculentiùs.

Vers. 17. Hæc dicit Dominus redemtor tuus, sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas.

169. *Acoluthia.* TAmetsi Hector Pintus minùs curare sit solitus acoluthiam, hoc tamen loco, & curauit, & inuenit. Docet enim, quia lex Mosaica cauens de victimis, oblationibus, aliisque ritibus, non fuit lata ad perpetuam rei memoriã, sed ad tempus, vt muniret viam Euangelio, & eius latori Christo: probè apud Isaiam dicere Christum, præmissa mentione veteris legis: *Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius*, vt posteriorem legem, ad quam illa prior te manu ducebat, promulgem: *docens te vtilia*, ac solida: nam illa vetera sacrificia erant infirma, inutilia, & vacua elementa: *docens te vtilia*, per memetipsum, & ducens, & *gubernans te in via, qua ambulas*, cùm hucvsque per alios te docuerim, & gubernauerim,

Euangelica lex vtilior ceteri.

170. Hoc argumentum vtpote princeps multis in locis magnificè versatur. Psal. 39. vers.7. *Sacrificium, & oblationem noluisti. aures autem perfecisti mihi. Holocaustum, & pro peccato non postulasti: tunc dixi: ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti, iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi.*

171. Qui Psalmus & lucem mutuatur ab Isaiâ, & vicissim impertit, ideóque illustrandus, sed à nemine meliùs, quam a Paulo Hebr.10. vbi Apostolus ex eo, quòd lex vetus esset insufficiẽs, atque adeò inutilis ad internam animi sanctitatem, elicit fore necessariam aliam legem, eius rei effectricem, ad hunc modum: *Vmbram enim habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdẽ ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri.* & ver.4. *Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.* En tibi legis Mosaicæ ad sanctificandum inhabilitas, & inutilitas. ergo aliâ opus est lege: subdit Apostolus: Ideo ingrediẽs mundum dicit: *Hostiam & oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi*, Ingrediens mundum, per incarnationem, vbi factus est homo, *dicit*: quoniam hostiæ & oblationes tibi, Pater, fastidio sunt, quippe quæ inutiles ad id, quod cupis, ideo *corpus aptasti mihi*, in quo tibi possim gratissimum offerre sacrificium, & humano generi fructuosissimum: id non abnuo, non refugio, tametsi mihi futurum est laboriosissimum.

Lex vetus à Christo tollenda & alia ferenda. Heb.10. v.1.

172. Ps. *Aures autem perfecisti mihi*: Dedisti mihi perfectissimas aures ad obediendum, non possum, etsi asperrima imperata non facere: non possum non tibi quærere quæ sint iucunda & placita: *Holocaustomata pro peccato nõ tibi placuerunt: tunc dixi: Ecce venio*: victimis ingratis victima gratissima succedens, inutilibus vtilissima. *Superius* (addit Paulus) *dicens: quia hostias & oblationes & holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi: Ecce venio: aufert primum, vt sequens statuat.*

173. Affinia sunt istis quæ hoc loco Saluator idem enunciat: Ego vna cum Patre illa in Sina præcepta dedi Moysi, interea dum tempus appeteret aduentus mei in mũdũ: hoc iam aduenit: *& Dominus Deus misit me*: apud Dauidem: *Ecce venio*. Paulus exponit; *Ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi*, &c. & concludit: *Aufert primum, vt sequens statuat*: id est, abrogat vetus testamentũ, vt *sequens* nouum, *statuat*: amouet vetus vt iam minimè necessarium, inutile: vt statuat nouũ, omnino necessarium, & maxime vtile. Sic apud nostrum vatem: *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia*, & ex consequenti dedocens te inutilia, auferens priora, statuens posteriora.

174. Pagninus vertit: *Erudiens te ad proficiendum*: & satis congruit Hebræo verbo, quod est infinitiuum, לְהוֹעִיל: *lehohil*, vt proficias. quæ versio mirè quadrat: nam lex & institutio Christi fuit promotio, & prouectio veteris disciplinæ: illa prisca fuit quasi puerilis eruditio, rudisque Minerua: Euangelica verò doctrina non nisi magnis progressibus sanctitatis est contenta. Denique Forerius adnotat, verbum יָצַל *tsahal*, esse leuare, & leuamen accipere, & ita ille vertit *docens te, vt subleuamen accipias*: quin affirmat,

Disciplina prisca, puerilis.

[illegible] timide, ad hunc locum respicere Chri[illegible] M[illegible] 11. v. 28. T[illegible] late iugum meum [illegible] discite a me quia mitis sum, & humi[illegible] corde, & inuenietis requiem animabus vestris. [illegible] quidem [illegible], iubin[illegible] [illegible] b. que Dominus legem ve[illegible] fuisse [illegible] graucem: Euangelicam e[illegible] suauem, & [illegible] de qua differentia egi c. 40. num. 10.

Quarum harum translationum satis com[illegible] Doctorem Ecclesiasticum de officio. De[illegible] primis docere vtilia ad [illegible] [illegible], curiosa, steri[illegible]: quæ [illegible] parant voluptatem auribus fastidiosis, ne dicam [illegible] abiosis, aut dicenti plausus [illegible]. Vtili[illegible] quærenda est in concionibus sacris, non capi[illegible] [illegible] la, vel aura popularis. Dein[illegible] de [illegible] mouendos, & prouehendos auditores [illegible] viribus annisurus est con[illegible] ator, atque [illegible] Denique verbum [illegible] sunt in Christo per eius [illegible] adolescant: & in dies [illegible], atque proficiant. hoc est erudire [illegible] cendum, 2. Tim. 3. vers. 16. *Omnis Scri[illegible] inspirata vtilis est ad docendum [illegible] ad corripiendum, ad erudiendum in [illegible] vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bo[illegible] instructus.* præbeat paruulis lac, adultis ci[illegible] [illegible] diorem, ad bonam senectutẽ, maturam[illegible] maturitatem euectis mulsum, vinúmque [illegible], quod inebriat, & exhilarat. In omnibus denique nõ sua quærat, sed quę sunt Iesu Christi: amet Christum, & in Christo proximum, & hic amor, hæc vnctio Spiritus sancti docebit eu[illegible] [illegible]ẽda, quæ sint pro tempore, pro loco, pro [illegible] orio vtilia, quę ad profectũ animarũ con[illegible]

176. du[illegible] Magister Ioannes Auila nostri seculi [illegible] or & prædicator Apostolicus, rogatus à [illegible] pulo quodam, quidnam sibi faciendum cen[illegible], vt officio prædicatoris satisfaceret, respondisse fertur: *Deum multum ama.* id potuit [illegible] a Magistro principe Christo, qui cum à Petro elicuisset amoris sui confessionem, Ioan. 21. v. 15. *Diligis me plus his? dicit ei etiam Domine: tu scis quia amo te: dicit ei, pasce agnos meos.* Pascere est docere Ephes. 4. v. 11. *Alios autem pastores, & Doctores.* Ergo amor Christi principis pastorum efficit, vt pascua salubria, vtilia ministrentur non solùm amœna, & luxuriantia: quæ pinguedinem, non solum gustum, & oblectationẽ gregi afferant, quæ Christo animas, non doctori famam concilient.

177. S. Bern. in cantic. serm. 59. ad illud: *Vox turturis audita est in terra nostra*, ita: *Et vox quidem gementis, qui tam canentis similior, peregrinationis nostræ nos admonet. Illius doctoris libenter audio vocem, qui non sibi plausum, sed mihi planctum moueat. Verè turturem exhibes, si gemere doceas. Et si persuadere vis, gemendo id magis, quàm declamando studeas oportebit. Exemplum sanè tum in aliis multis, tum vel maximè hoc in negocio, verbo efficacius est. Dabis voci tuæ vocem virtutis, si quod suades, tibi illud cognosceris persuasisse. Validior operis, quàm oris vox. Fac vt loquaris, & non solùm me facilius emendes, sed te quoque non leuis liberas probro.* Tradit Bernardus non modò quæ sunt vtilia, sed quemadmodum vtiliter doceantur: si concinat vita linguæ: si discat, & assuescat doctor exemplo & verbo præire. nã & nescio quis rhetor denunciauit oratori seculari: *Nunquam siccis oculis lacrymas excutiabis.*

Huc spectat illa postrema translatio num. 174. *docentis te vt sublimes*, exemplo videlicet. Vnde de Saluatore [illegible] c. 1. vers. 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere.* & ipse de se Matt. 11. v. 28. *Tollite iugum meum super vos: & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Iugum*, iugum quidem est, natura sua asperum, sed *meum*: quod ego in primis porto, & tollo: atque adeò a vestris ceruicibus [illegible] bleuo, ne premat: *onus*, onus quidem est, ingenio [illegible] graue, sed *onus meum*, quod ego simul, & p[illegible] tero, & sustineo, & a vestris humeris a[illegible] [illegible] graue nimis: *discite à me*, quam doceo ma[illegible] opere, quàm ore mansuetudinem, & hum[illegible], *& inuenietis requiem animabus vestris:* experiemini *iugum meum suaue, & onus meum leue.* Lucas Brugensis eo loco *Quasi dicat: Non molestum vobis erit iugum meum, si meo exemplo ad mansuetudinem, & humilitatem vos ipsi assuefaciatis.* 178.

Margin: Christus suo exemplo leuat à [illegible]

Margin: Bruges.

Ergo valde alleuat onus Doctor & Prælatus qui quod aliis imponit, ipse prefert, & contrà reddit grauius, qui quod iniungit & alligat importabile nõ vult ipse vel digito mouere: quod Christus malis magistris super cathedrã Moysis sedentibus scribis & Pharisæis obiecit. Mat. 23. vers. 4. Vnde qui docet inutilia, infrugifera, vel vtilia, & necessaria, sed fere inutiliter, quia quæ docet bonis verbis, ea dedocet prauis exẽplis, is pro Christo non fungitur officio docendi: qui profitetur: *Ego Dominus tuus docens te vtilia gubernans te in via, qua ambulas.* Quod postremum mẽbrum orationis videtur facere ad id quod agimus, de præeundã viã de mano ducto. Hebr. *pro gubernare*, דרך *darac, calcare*, viam terere, à quo דרך *derec* via trita: quare ad verbũ reddas: *faciens te terere, seu calcare viam tritam; seu, calcatam* intuitũ, *à me.* ac si diceret: ducã te, non per inuia, & obstructa: sed per itinera à me trita, vt meis possis vestigiis insistere. 1. Pet. 2. vers. 21. *In hoc enim & vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Vide infrà capit. 50. num. 10. 179.

Margin: Doctor, & Prælatus grauat si exemplo non iuuat.

Vers. 18. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset, sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.

POtuisset Israel captiuus apud Babylonios, afflictus multifariam, & imminutus eũque[illegible] aliquã specie, & similitudine veri, quæ Deus olim patribus suis esset pollicitus, nimirum, eorum sobolem fore multiplicandam instar siderum cœli, & arenarum littoris maris, eísque cuncta è voto processura. non modò se non experiri, sed omnia in aduersum verti. Cui querimoniæ, autoribus Hieronymo, Procopio, & aliis Deus obuiam it: ostendens illa promissa affecta fuisse conditione, si illi Dei mandata custodissent. Psalm. 131. vers. 12. *Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos. Et filij eorum, vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam.* Conditio expressa, *si custodierint*: vbi contraria hæc latet: sin verò non custodierint, 180.

Margin: Occurritur querelæ Israelis.

Margin: Promissa Dei cõditionata.

stodierint, tollentur de medio. Similis promissio 1. Paralip. 28. v. facta Dauidi de successore Salomone: *Et firmabo regnum eius usque in aeternum si perseuerauerit facere praecepta mea, sicut & hodie.*

181. Aug. S. Aug. lib. 17. ciuit. cap. 1. agens de eo, quod Deus Abrahae promiserat: *Impletum est autem per Dauid, & eius filium Salomonem. Sic igitur in terra promissionis secundum carnem, hoc est, in terra Chanaan sub ius regibus semen Abrahae fuerat constitutum, ut nihil deinde superesset, ut terrena illa Dei promissio compleretur, nisi ut in eadem terra quantum ad prosperitatem attinet temporalem per posteritatis successionem, inconcusso statu, usque ad mortalis seculi huius terminum gens permaneret Hebraea, si Domini sui legibus obediret. Sed quoniam Deus nouerat hoc eam non esse facturam, usus est etiam eius temporalibus poenis ad exercendos in ea paucos fideles suos, & admonendos eos, qui postea futuri erant in omnibus gentibus, per eos admoneri oportebat, in quibus alterum promissionum reuelato nouo testamento per incarnationem Christi erat implendum.*

182. *Iudaei fidem fallunt Deo.* Sub eo pacto, ac foedere, si filii Israelis à Deo imperata facerent, Deus illis promiserat prosperam, foelicémque fortunam in omnibus in temporalibus, ac spiritualibus, & Deus indubie stetisset promissis, si illi fidem datam non fefellissent, quam Deo, interprete Moyse, obstrinxerant Exod. 24. vers. 3. *Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: responditque omnis populus vna voce, omnia verba Domini, quae locutus est, faciemus.* Itaque fuerunt, & inobedientes, & foedifragi: nam quamuis non obligarentur legibus, iussisque diuinis; essent tamen sua promissione obligati. Non ergo possunt queri, aut hiscere contra Deum quasi promissa non praestantem. Haec conquestio hoc versu excluditur: *Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua*; id est: maxima bonorum omnium externorum affluentia: sic supra cap. 1. vers. 19. *Si volueritis & audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est.*

183. *Pax pro statu foelici.* Pax שלום *salom*, pro statu rerum prospero poni solet: Psalm. 72. vers. 3. *Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns*: quam deinde pacem, prosperitatemque describit eleganter. Pax verò pro statu rerum secundo, & pro bonorum copia ideo capitur: quia, si pax adsit, necesse est, absit omnis aduersarius, omnis aduersitas: & omnia ad voluntatem fluant. Eò vergit comparatio fluuii: nam ab eo affluentia rerum dicitur: fluuius enim abundat aquis, iisque continenter labentibus, atque perennibus, ad irrigandos campos, foecundandos, & exhilarandos idoneis; vbi enim sunt riui, & aquarum copia indeficiens, ibi omnia virent, vernant, germinant, fructificant. Relege cap. 41. vers. 18. 19. Ergo ad designandum florentem Reipublicae statum idonea est fluminis similitudo infrà 66. v. 12.

Fluuius pro copia & florentis fortuna.

184. *Prosperitas spiritualis aliter comparatur, atque secularis.* *Et iustitia tua sicut gurgites maris.*] Prosperitas temporalis componitur cum fluuio: at foelicitas spiritualis, quae posita est in probitate, atque iustitia, confertur cum gurgitibus, hoc est, cum profundo, & abysso maris. nam vt aquae maris sunt multo copiosiores quam aquae fluminis: sic foelicitas spiritualis Hebraeorum fuisset multo maior quam temporalis. Forerius & Sanctius iustitiam accipiunt pro praemio iustitiae, operúmque bonorum: quod, vt non omnino improbo, sic magis probo quod posui: vt vtraque foelicitas fuerit promissa, & temporalis, vt minor comparetur cum fluuio, spiritualis autem vt multo maior, cum mari: quae interpretatio tritior.

185. *Vtinam cùm à Deo dicitur, quid.* Nolim à lectore praeteriri aduerbium, *Vtinam*: praefixum orationi, vtpote iodicans: Deum non poenituisse promissi, & obligationis benefaciendi populo; imò dolere, quominus beneficia cótinuaret, per Israelé stetisse, qui Dei mandata neglexit, & fidem datam violauit. Sic Psa. 80. vers. 14. *Si populus meus audisset me, & in viis meis ambulasset*, Heb. *Vtinam populus meus*, &c. *Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.* Non pateret eum ab hostibus diripi, affligi, captiuum duci: sed potiùs hostes ei subiicerem. Neque particula, *forsitan*, istic interposita obest certitudini condicionatae, sed humanae libertati fauet: quae perperam exercita diurnam beneficientiam auertit. *Forsitan cùm à Deo ponitur, quid.*

Vers. 19. Et fuisset quasi arena semen tuũ, & stirps vteri tui, vt lapilli eius: non interiisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.

Sanct. Hieronymus, Procopiúsque considerantes carnalem sobolem Iudaeorum gliscere, & vermiculorum instar multiplicari, existimant hoc loco non accipi *semen* & *stirpem* nisi spiritualiter: sed ego haud cerno cur isto quoque sensu carnaliter, inquam, sumi nequeat. Enimvero quae hîc ex conditione promittuntur, in Iudaeorum gentem minimè conueniunt: neque enim adeò multi sunt, dispersi licet, vt haec similitudo, seu hyperbole eis congruat, neque nomen ita saluum, vt dici possit, non interiisse, neque attritum esse apud Deum. Vnde & quoad statum spiritualem, & quoad temporalium, & vtramque posteritatem hoc vaticinium quoad arbitror exponendum. 186.

Nam si Israel legem Dei, vt par erat obseruasset, decem tribus in seruitutem Assyriacum non fuissent abactae, in quâ seruitute, & aerumnosâ fortunâ non est dubium minorem fuisse prolem, quàm fuisset, si in patrio solo, & statu florenti permansissent. Idem existimandum de aliis duabus tribubus Babylonem abreptis. Dan. 3. v. 30. ille sanctissimus iuuenis Azarias sic orans in fornace Deum alloquitur: *Praecepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut praeceperas nobis, vt benè nobis esset. Omnia ergo quae induxisti super nos, & vniuersa, quae fecisti nobis, in vero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum: praeuaricatorúmque & regi iniusto, & pessimo vltra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os, confusio, & opprobrium facti sumus seruis tuis: & his qui colunt te.* & pòst vers. 3. *quia Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumúsque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra.* 187. *Israel omnino minus quoad sobolem.*

Iam quos Deus ipse in deserto absumsit seu mucrone Leuitico Exo. 32. ver. 27. seu morsibus serpentium, Num. 21. vers. 6. seu terrae hiatu, Num. 16. v. 31. nisi peccassent, salui, & incolumes 188.

m... ipsi a ... multos genuissent. Adde, ob peccata quoque neminem egressorum ex Ægypto demto Iosue, & Caleb, ingressum fuisse terram promissionis: sed omnes spatio quadraginta annorum occubuisse, quo tempore quamplurimi pueri ab Ægypto discesserant, qui naturæ legibus per multo diutius viuere, & plures procreare potuissent. Iam si deinceps bella, hostiles incursiones, direptiones, clades, calamitates, famem, ... etiam, quibus ob scelera in Deum attriti sunt, & interemti, enumeres; videbis, quanto numerosior futura fuisset Hebræa soboles, si ad mandata Dei custodienda animum intendisset: quamque pauci, & vix numerandi sint hodie, si comparentur cum antiqua multitudine, quæ aliquando fuit, & præcipue cum eâ, quæ, nisi ob peccata fuissent imminuti, sine dubio increbuisset. Recole Num. c. 1. vbi vers. 45. numerantur egressi ex Ægypto, *a vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere sexcenta tria millia virorum, quingenti quinquaginta.* Neque in his tribus Leuitica includitur.

189. Alter census militaris habitus est Dauide rege, 2. Reg. 24. vbi vers. 9. *Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum.*

2. Paral. 14. vers. 8. *Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta, & hastas de Iuda trecenta millia, de Beniamin verò scutariorum, & sagittariorum ducenta octoginta millia, omnes isti viri fortissimi,* 1. Par. 13. v. 3. Abia rex Iuda habet *electorum quadringenta millia.* & Ieroboā rex Israel *octingenta millia, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi.*

Ex his pronum fuerit scire, quam innumerabilis esset vniuersa duodecim tribuum multitudo. Quod si quis animo & cogitatione complectatur originem, seriem, successumque sobolis Israeliticę ad hæc vsque tempora, quo ad numerum, de quo nunc agitur, perspiciet, instar fluminis, habuisse incrementa inuicem, atque decrementa, cùm Deum syncere colerent, fuisse auctos, vbi illum desererent, imminutos. Lege quæso sermonem habitum ab Achiore apud Holofernem Iudith c. 5. qui ita perorat ver. 24. *Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.*

191. Hæc enim hominis tunc alienæ religionis sententia verissima fuit, quam ille exemplis abunde affirmauit. Quocirca si populus ille ex quo eductus fuit ex Ægypto (vt altiùs non repetam originem) Deum pro eo, vt debuit, esset veneratus eiusque iussa fecisset, ac proinde fuisset à Deo defensus, viribus, opibus, & aliis commodis, & præsidiis instructus, quis ambigat eum eò numeri, & multitudinis deuenturum fuisse, vt vix numerari posset? Nam post eas clades à nobis numeratas, aliasque multas omissas, præsertim temporibus Machabæorum, ante postremam Romanam, tam ingens erat Iudæorū copia, vt Iosephus testis locuples lib. 7. de bello Iudaico c. 17. hæc litteris mandarit *Et captiuorum quidem omnium, qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium comprehensus est numerus: mortuorum verò per omne tempus obsidionis vndecies centum millia.*

Post quod Iudaicæ gentis excidium, & quasi funus, nunquam vnquam hæc natio refloruit, aut reuixit: sed vaga, profuga, exul, variisque locis dispersa perseuerat magis ad perpetuam ignominiam, quam ad incolumitatem, magis ad monumentum suppliciumque sceleris inexpiabilis necatio Christo, quā ad seminis cōseruationē. Quam ob rem etsi hæc infausta enunciatio seu commiseratio: *Non interiisset, & non fuisset attritum nomen eius a facie mea.* queat aptari ad varia tempora variasque clades, antea recensitas: sed ad nullam verius, & pleniùs quam ad vltimam Romanam, quæ videtur respondere vltimæ plagæ Ægyptiacæ, qua sunt occisi primogeniti, spes maxima futuræ sobolis. Hâc enim imposita plaga, & accepta clade, Iudaici populi nomen & est attritū, & interiit à facie Domini, & à facie hominum: nam non modò desiit esse populus Domini, prodita paulo antè religione, & ab eis Christo cruci suffixo: sed etiam re, & nomine desiit esse populus, & Respublica, tot occisis, tot captis, & qui euaserāt, apud diuersas nationes aduenis & exulibus: vbique abiectis, & pro hominibus vilissimæ fortunæ, & ferè loco mancipiorum habitis.

Itaque vt illa ver. 17. *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia:* interpretabamur de Christo tradente sua præcepta Euangelica, sic ista subsequentia: *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua:* licet interpretari de eodem Christo, & eius Euangelio; quod si suscepisset Iudæus, cui primo, ac principe loco fuit oblatum, fuisset pax illius *vt flumen*, & iustitia eius, vt *gurgites maris*: & quia per summum scelus, ac execrabile parricidium, simúlque Deicidium reiecit: nomen eius attritum omnino periit.

Quibus adhæret aptissimè illa quoque conditionalis Christi promissio, si Iudæis mens sana fuisset: & quia sana non erat, certa & absoluta interitus comminatio, lacrymis aspersa. Luc. 19. v. 41. *Videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Huc vsque fausta sub conditione prædicta; & Cornelius Iansenius c. 110. suæ cōcordiæ probè docet: particulam *Si, si cognouisses & tu*, habere vim optantis: *Vtinam cognouisses* quæ tibi hodie ad summā fœlicitatis, & pacis propono, & vltro offero, non solùm non perires, (vt doctores non obscuri exponunt) sed euaderes fœlicissima: at quia hæc bona *abscondita sunt ab oculis tuis* tuā culpa, & iusto Dei iudicio: *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te; & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd cognoueris tempus visitationis tuæ.* Consulito Hieronymum ad cap. 1. ve. 9. Oseæ, *Voca nomen eius non populus meus.*

Cùm ergo postremum & irreparabile excidium gentis Hebrææ euenerit, quòd Christi præcepta, & ipsum Christum violauerit, vt liquet e verbis Euangelicis inductis, & hoc loco tradatur; fore, vt Israelis nomē haud interiret, si Dei mandata attendisset, fit valde credibile,

hæ-

hæc mandata fuisse Euangelica, à Christo tradita: & multo credibilius, si assentimur, qui ait: *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia*: esse Christum Dominum: nam idem subdit: *Vtinam attendisses mandata mea*: quare & Isaias Euangelium illustrat, & illustratur ab eodem, neque videtur alio indigere commentarij lumine.

Quod si Israel custodiens legem veterem, à Deo fuit et auctus, idemque suscipiens Euangelium, amplificatus, relinquitur, & quoad spiritualia, & quoad corporalia futurum fuisse fœlicissimum: qui nunc est quoad vtraque miserrimus.

Vers. 20. Egredimini de Babylone: fugite a Chaldæis: in voce exultationis annunciate: auditum facite hoc, & efferte vsque ad extremum, dicite: Redemit Dominus seruum suum Iacob.

196. *Abraha duo illa promissa.*
DEus Abrahę duo promiserat; alterum, eius se posteritatem mirum in modum esse multiplicaturũ; alterum ex eo Messiã esse processurum. Ex his duobus promissis, prius conditione erat temperatum, vt vidimus num. 80, at posterius fuit præcisum & absolutum. Quod discrimen elicitur ex euentu, & e locis aliquot S. Scripturæ, in quibus est Psalm. 131. antea repositus vers. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eam*: (hoc est, in nullo euentu) *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* hîc nulla conditio: at in altero de sobole perpetuanda: *Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos* (quod non absurde quis exponat de Euangelicis, cum dicat, *quæ docebo eos*) *& filij eorum vsque in seculũ sedebunt super sedem tuam.* Exstat concepta verbis formula conditionis.

Promissio de re temporali sub conditione fuit. Promissio Christi ex Abraha genere fuit absoluta.

Ergo quamuis genus Abrahæ, & Dauidis
197. præcepta diuina non custodiret, ex eo nasci debuit Saluator: ac proinde, antequam nasceretur, aboleri non potuit, sed oportuit vel ex parte ad hunc finem à Deo seruari. Et ita est factũ: ideóque cùm decem tribus ad perpetuam seruitutem inter Gentiles ablegari passus esset; duas tamen reliquas abductas Babylonem ibi perire, aut perennare noluit, sed eas in Iudæam reuocauit; quia ex eis, & in illis sedibus destinarat, & spoponderat totius mundi Saluatorẽ esse nasciturum. Simúlque quia prænouerat, in propria filium suum esse venturum, & à suis non fore recipiendum, sed potiùs occidendum malo facinore, peiori consilio, Matt. 21. ver. 38. prouidit Deus, & rem ita est moderatus, vt in locum Iudaici populi ingratissimi succederet Gentilis gratias & gratiam pro singulari beneficio habiturus.

198. *Captiuitas spiritualis sub imagine corporalis.*
Vtruque hoc propositum Vates noster cœlesti quodã & arcano artificio contingit, & cõiungit. *Egredimini de Babylone, fugite a Chaldæis*: specie alloquitur solos captiuos Iudęos, vt exeãt Babylone, exuant vincula, redeant in patriam: nam quamuis ipsi fuerint commeriti non minus quàm alij contribules, quàm decem tribus perpetuum exilium: ob Messiam tamen ab eis nasciturum, oportuisse laxari captiuitatem.

199. *Babylon i. mundus.*
Hæc prima superficie: sed introrsus, adhortatio est ad Gentiles, vt egrediantur è Babylone, è confusione & colluuione vitiorum, vt fugiant a Chaldæis, a Dæmonibus, quos colebant in idolis, & quorum iugo asperrimo colla supposuerant. Redi ad vers. 14. num. 145 Et verò hæc polita hoc loco ampliora & augustiora sunt, quam vt compingi queant in solam illam solutionem captiuitatis Babylonicæ. Nam: *Auditum facite hoc, & efferte vsque ad extremum terræ: in voce exultationis annunciate*: gẽma est eiusmodi, quæ nulli palæ nisi Euangelicæ, nisi mysterio Christi possit adæquari. Nam hęc liberatio, vt ad aliud propositum expendi cap. 43, ve. 18 num. 168. non fuit tam insignis, quam illa antiquior Ægyptiaca: & tamen ne de illa quidem hoc iubetur: vt tam generali, tam ingenti, tam publicà & effusà lætitia concelebretur.

Demum illud epiphomena tam infinitè prolatum: *Dicite: Redemit Dominus seruum suum Iacob*: generalem & nullis circumscriptam finibus redemptionem personat. S. Hieronymus, exposita sententia eorum, qui hæc redemtioni Babylonicæ ascribunt, addit: *Porrò qui & verius & rectius hæc referunt ad Saluatoris aduentum, de quo dicitur: annunciare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem; cohortationem esse intelligunt eorum, qui Euangelium annunciant ipsius Domini Saluatoris: vt egrediantur de Babylone, id est, de confusione istius mundi & fugiamus Chaldæos, de quibus crebrò dictũ est. Adamus ait: Auertit hîc propheta intentionem suam a Cyro, & carnali Israele, & dirigit ad id, quod typo significatur, nimirum ad Christum, & liberationem per eum factam*: Eodem modo explicat Haymo, Olorius, Dionysius, Pintus, Aluarez, Leo Castrius, Forerius. 200. Hieron.

Præter interpretes Isaiæ, occurrunt Patres, autoritatis eximiæ in id ipsum consentientes. Cyprianus epist, 3. libr. 2. Ambros. Psal. 1. vers. 1. August.

Aliqui typicè de Christo, historicè de Cyro. Ego contrà vt aliàs monui, hystorice de Christo, & allusoriè de Cyro: Cyrus hîc personatus est, non suam, sed Christi gerit personam, ille 201. *Cyrus agit Christum,*
supponitur, & substernitur, vt in eo elegantius, venustius, & pro illis tẽporibus conuenientius, liberator mundi spectaretur. Babylon mundum agit, Chaldęi Dæmonas: Iudæus hominem. Hoc est theatrum, hæc est scena: hæ sunt personæ. hoc est quod agitur, hoc quod oculis spectandum proponitur, & vt in personis, ac scenâ, parum attenditur quis sit actor, sed is qui repræsentatur, & id quod agitur, nam regem interdũ agit homo sordidus: sic in hoc genere præsignandi, historia, & euentus non in serie rectà, sed in obliquâ, & veluti quid πάρεργον consideratur: vt cui commodiùs res præsignata insidat, suppositum.

Vers 21. Non sitierunt in deserto, cùm educeret eos: aquam de petra produxit eis: & scidit petram, & fluxerunt aquæ.

HOc euenisse populo redeunti è Babylonia nemo est qui audeat pro certo asserere: 202. *Varia expositiones.*
quia si euenisset, non tacuisset Esdras, qui alia minora narrat. Vnde qui in historico filo de reditu Babylonico persistant, varias vias, vt se expediant, ingrediuntur. Quidam hyperbolice dictum

[illegible]

C[illegible] & quam [illegible] [illegible] [illegible] Babylone m[illegible] [illegible] [illegible] nam C[illegible] [illegible] [illegible] bus pr[illegible] destinat, & [illegible] [illegible] affuturam, vnde minus [illegible] Christo, qui vera est petra, aqua[illegible] [illegible] bonorum omnium, & c[illegible] [illegible] spiritualium copiam, & verò tem po[illegible] nus ad salutem animorum sa[illegible] corporum fuerint necessa[illegible] [illegible] cucurrit figura luculenta, [illegible] ista sitienti populo Hebræo [illegible] aqu[illegible] effundens.

204\. [illegible] Ambros. Psal. 1. vers. 2. *Nunc iam tempus est [illegible] framus mystica. Bibe primum vetus te[illegible] [illegible], vt bibas nouum testamentum. Nisi [illegible] non biberis, secundum bibere non poteris. Bibe primum, vt sitim mitiges; bibe secundum, vt bi[illegible] satietatem haurias: in veteri testamento com[illegible] punctio, in nouo lætitia est. Vide quemadmodum Dominus pro suis seruulis artibus Diaboli obuiauer[illegible]. Ille cibo fraudis decepit vnum, vt in vno omnes [illegible] : Iesus autem cibo salutis omnes redemit : vt in omnibus illum, qui deceptus fuerat, reformaret. Ille calicem aureum Babylonis excogi[illegible], vt quicumque biberent plus sitirent · & qui potius placere non poterat, auri precio illiceret ad bibendum propinans de vino suo, cui metalli suffragia requisiuit. At verò Dominus Iesus aquam de petra effudit, & omnes biberunt. Qui biberunt in ty[illegible] [illegible] qui biberunt in veritate, inebria[illegible]. Bona ebrietas quæ infunderet lætitiam, non afferret confusionem. Bona ebrietas, quæ sobria sta[illegible] [illegible] mentis [illegible]. Bona ebrietas, quæ vita [illegible] rigaret æterna. Hoc ergo poculum bibe, de quo dixit Propheta · & poculum tuum inebrians quam [illegible] est. Nec te moueat, quod Babylonis poculum aureum [illegible] & sub his poculum sapien[illegible] quod [illegible] auro, argentoque preciosior. Vtrumque er[illegible] bibe [illegible] noui testamenti, quia in [illegible] Christum [illegible]. Bibe Christum, quia vitis [illegible]. Bibe [illegible] quia petra est, quæ vomuit a[illegible]. Bibe Christum [illegible]. Bibe Christum, quia flumen est, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei. Bibe Christum, quia pax est. Bibe Christum, quia [illegible] aqua [illegible]. Bibe Christum, vt bibas sanguinem, quo [illegible] es. Bibe Christum, vt bibas sermones eius. [illegible] eius testamentum est vetus, sermo eius testa[illegible] est nouum.*

205\. [illegible] superfl[illegible] ex Ambro[illegible] [illegible] in [illegible]

A [illegible] fontibus deriuauimus quibus appar[illegible] [illegible] quàm non sitiant in d[illegible] huius vitæ, & quam vber[illegible] mul[illegible] [illegible] Christus ef[illegible] fundat.

Qu[illegible] [illegible] 206.
vn[illegible] fluxerint [illegible] cuius lat[illegible] in Cruce [illegible] *aqu[illegible]* pi[illegible] [illegible]
q[illegible] [illegible] C[illegible] 20.
d[illegible] ante [illegible] Christum [illegible] aquam [illegible] producet [illegible] fluet [illegible] plebi meæ. [illegible] adimpletur, [illegible] Christus, [illegible] latus lancea [illegible] qui C[illegible] per Prophetam [illegible] ante [illegible], [illegible] quis sitit, veniat, & bibat. Adi supra c. 40. n[illegible] 24.

Sed quocumque meta[illegible] [illegible] istam [illegible] 207.
[illegible] & viuæ petræ interpretatus fuerit, scopus sit Christus, & lex Euangelica [illegible] aquæ istæ & sitim expleuerint, & refrigerium, atque munditiem simul attulerint. De quarum aquarum vsu multipli[illegible] dixi cap. 41. v. 18. num. 234.

Vers. 22. Non est pax impiis, dicit Dominus.

C EX hoc vltimo versiculo argumentantur 208.
quidam apud Hieronymum, superiora non pertinere ad Christum, sed ad Cyrum: cum non huius, sed illius tempore esset futura pax vera. Cæterùm nihil magis e præcedentibus conuenit, quàm hoc temporibus Euangelici[illegible] nam vt accipientibus Christum, & eius fidem promittitur pax & fœlicitas summa: sic impiis respuentibus siue Gentilibus, siue Iudæis volentibus permanere Babylone, pax ista generalis, & salus publica nihil est profutura. Rom. 2. v. 9. *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco: non enim est*
D *acceptio personarum apud Deum.*

Itaque hæc negatio: *Non est pax*, modo S. 209.
Scripturæ est loco acerbissimæ affirmationis, & *Comminat hoc tempore Euangelico.*
comminationis, id est, erit contritio, calamitas, infœlicitas maxima iis, qui oblatam pacem repulerint: siue è Iudaismo, siue è Gentilismo, sed grauior erit pœna Iudæis vtpote magis ingratis, ac sceleratis qui propter beneficia accepta, propter notitiam le[illegible]s, propter scita vaticinia debuerunt maximè omnium nationum Saluatorem recipere. idcirco Apostolus eis primas defert, & in præmio, & in supplicio: in præmio & honore, quia illis primum [illegible] Christus; in supplicio, quia eo ipso,
E c[illegible] [illegible] grauius peccauerunt. Sed quoniam Gentibus quoque missus est, & eis oblatus vltrò, sufficienterque propositus, prædicatusque ita vt fuerint inex[illegible] [illegible] cre[illegible] dëtes, ij quoque dãnantur impietatis, & a pace exclusi ad miserrimam condi[illegible] [illegible] gatur.

Cuius discriminis non defuit [illegible] 210.
vel in illa liberatione Babylonica. Cyrus [illegible]
cum Iudæis omnibus captiuis [illegible] regno dispersi libertatem obtuli[illegible] [illegible]
que fec[illegible] potest [illegible] exeundi B[illegible] [illegible]
deundi in Iudæam [illegible] neque sol[illegible] id permisit,

 sed

sed inuitauit,& adhortatus est,vt oblatum beneficium acciperent, & ad cultum Deo exhibẽdum Ierosolymam accederent. 1.Esdr .1.v.1.2.3.4. lege ibi Cyri regis edictum pietate plenum,& ver.7.munera ac liberalitatem. Neque tamen omnes Iudęi propositam libertatem admiserunt, 1.Esd.c.1. v. 5. itaque multi maluerunt captiui remanere apud Chaldæos,&Gentiles,quam liberi proficisci Ierusalem : in quo hæ egressio differt ab Ægyptiaca : nam illic nullus remansit. Ad hunc modum cum Christus omnibus hominibus captis & detentis apud Chaldæos,id est,Dæmones, obtulisset lucem, libertatémque veram . ex his aliqui eam admiserunt,aliqui verò reiecerunt tam ex Iudæis,quàm ex Gentilibus.

411. Ergo omnibus hoc loco dicitur : *Egredimini de Babylone, fugite a Chaldæis* . separatim Apostolis,& Apostolicis doctoribus : *in voce exultationis annunciate:& efferte illud vsque ad extremum terræ.* Hebr. *facite exire:* congruenter Psalmo 18.v.5. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* vtrobique verbum idem Hebræum, & Act.1.v.8. *Eritis mihi testes in Ierusalem,& in omni Iudæa, & Samariæ, & vsque ad vltimum terræ.*

Ad hunc Isaiæ locum videri potest alludi Apoc. 18. v.2. vbi cùm exclamat ibi Angelus *Cecidit Babylon magna , & facta est habitatio Dæmoniorum, & custodia omnis Spiritus immundi & custodia omnis volucris immundæ,& odibilis.* Deinde vers. 4. ait : *exite de illa populus meus vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Nam quamuis verba similia repetiantur in aliis vatibus, Ierem. 50. vers. 8. cap. 51.vers.6. & vers.45 Zachar. 2. vers. 6. tamen cùm in Apocalypsi Babylon figurate sumatur, & sit probabilius & certius hoc etiam modo sumi in Isaiâ , quàm in aliis vatibus : hinc videtur effici, aut ad omnes vates dictos alludi, quud non puto esse incommodũ,& subindicat Alcazar , aut si ad vnum duntaxat respicitur, eum esse Isaiam. Ex quo conualescit expositio, quam sequimur de Christo,& Euangelio.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVADRAGESIMVMNONVM.

1\. Audite insulæ,& attẽdite populi de longè : Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

2\. Et posuit os meum quasi gladium acutum : in vmbra manus suæ protexit me,& posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.

3\. Et dixit mihi : Seruus meus es tu Israel,quia in te glorificabor.

4\. Et ego dixi : In vacuum laboraui, sine causa,& vanè fortitudinem meam consumpsi : ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

5 Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi,vt reducam Iacob ad eum, & Israel nō congregabitur, & glorificatus sum in oculis Domini ,& Deus meus factus est fortitudo mea.

6\. Et dixit:Parum est vt sit mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob , & fæces Israel conuertendas Ecce dedi te in lucem gentium,vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.

7\. Hæc dicit Dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum:Reges videbunt, & consurgent principes,& adorabunt propter Dominum , quia fidelis est , & sanctum Israel,qui elegit tę.

8\. Hæc dicit Dominus . In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui:& seruaui te, & dedi te in fœdus populi , vt suscitares terram , & possideres hæreditates dissipatas.

9\. Vt diceres his,qui vincti sunt:Exite:& his,qui in tenebris:Reuelamini.Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum:

10\. Non esurient,neque sitient,& non percutiet eos æstus.& sol:quia miserator eorum reget eos , & ad fontes aquarum potabit eos.

11\. Et ponam omnes montes meos in viam,& semitæ meæ exaltabuntur.

12\. Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi.

13\. Laudate cœli,& exulta terra, iubilate montes laudem : quia consolatus est Dominus populum suum , & pauperum suorum miserebitur.

14\. Et dixit Sion:Dereliquit me Dominus,& Dominus oblitus est mei.

15\. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum , vt non misereatur filio vteri sui ? & si illa oblita fuerit , ego tamen non obliuiscar tui.

16\. Ecce in manibus meis descripsi te:muri tui coram oculis meis semper.

17\. Venerunt structores tui:destruentes te & dissipantes, à te exibunt.

18\. Leua in circuitu oculos tuos, & vide,omnes isti congregati sunt,venerũt tibi:viuo ego,dicit Dominus,quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa.

19. Quia deserta tua, & solitudines [illegible], & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur qui absorbebant te.

20. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem.

21. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti vbi erant?

22 Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt.

23. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum.

24. Numquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit?

25. Quia hæc dicit Dominus: Equidem, & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto saluabitur. Eos verò, qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo.

26. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

Vers. 1. Audite insulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

1. Argumentum. QVis crederet in Christianorum castris fore, qui huius capitis tam insigne, iam apertum, támque memorabile vaticiniũ Christo Domino subducerent? qui id facerent se vidisse aliquos Nicolaus Lyra testatur, eósque coarguit peiùs facere quàm Iudæos, cùm horum nonnulli aliqua ex hoc capite Messiæ competere senserint. Procopius etiam antiquior, autor est, fuisse qui aliò, quàm ad Christum & Euangelium abducerent. Ego vnum vidi Hugonem: qui totum caput aliorsum auertat. Nam quia à medio, id est, à versu 14. trahant ad historiam, ad captiuitatem libertatémque Iudæorum, fuisse alios vbi peruenero istuc, indicabo: & qua probabilitate id sentiant examinabo. (Opinio.)

Audite insulæ, &c.] Qui hanc vocem, orationémque Christo subtrahunt, non vni eodémque deferunt. Hugo enim Cyro, vel Isaiæ: veramuis enim expositionem prosequitur. Apud S. Thomam quidam Cyro, vel populo Iudaico: nam S. Thomam secus [illegible] ire ad ver. 6. patebit. Apud Procopium qui Christo negant, populo Iudaico concedunt. Sed vt dixi, mirum est, demis Iudæis, reperiri, qui id censuerint. Ergo contentiens & certa sententia est, hanc esse vocem Saluatoris. Nam hæc oratio producitur, & continuatur [illegible] variatã personã, vsque ad ver. 6. *Et dixit parum est mihi, vt sis seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas: Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea ad vsque ad extremum terræ*: quæ postrema verba recitat Paulus Act. 13. versic. 47. & docet apertè pertinere ad lucem Euangelicam, idem 2. Corinth. 6. vers. 2. allegat ad idem propositum vers. 8. ex hoc capite: *in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui.* Ex quibus allegationibus, vt alia omnia deessent, constaret, hæc ad mysterium nostræ redemtionis proximè referri debere. (Sententia vera.)

A

B

3. Nam qui ad Baptistam propriè reuocant, eo ducti, quòd Ecclesia in eius officio Ecclesiastico reponat, contra ipsius Ecclesiæ mentem faciunt, quæ est aliunde deducta sanctis viris aptare, & eos quasi vestibus mutuatis ornare: propter aliquam similitudinem & conuenientiam: qualis fuit non exigua inter Christum & Ioannem: vt alter Ioannes Euangelista necessarium duxerit admonere: *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Ioan. 1. versic. 8. Ob id Ecclesia precaria subrogatione tribuit Baptistæ, non verò quod ei deberi existimet. Ergo iam non famulum aliquem, sed ipsum Dominum loquentem, & attentionem poscentem audiamus. (Baptista similis Christo.)

C

4. *Audite insulæ.*] Cyrillus & Procopius consentiente Hieronymo, existimant Ecclesias è Gentibus cogendas appellari *Insulas*, vtpote persecutionum fluctibus tundendas potiùs, quàm emouendas. Vtilis accommodatio; & elegans allusio: sed ego cum aliis crediderim, *Insulas*, hoc loco esse regiones, nationésque remotas, vt alibi sæpissimè, cap. 11. num. 132. cap. 40. num. 422. ad quas, quia è Iudæa plerunque nauigando adiretur, hoc donatæ sunt vocabulo. Hoc idem explicatiùs sequenti hemistichio: *& attendite populi de longè*: eadem repetita sententia: & non alia, quàm illa cap. 41. v. 1. *Taceant ad me insulæ*, i. Tacitæ, & attentæ me dicentem auscultent: vt illic explico. illic Deus, hic Dei filius incarnatus silentium, & attentionem exigens, & iudicens inducitur: ostendens adesse iam tempus, quo diuturnum illud Dei silentium ad Gentiles sit interrumpendum: adesse iam qui eos alloquatur, qui inclamet, & eos à veterno pristino excitet. debere tamen eos iis vocibus, iis clamoribus salutaribus aures non occludere, eas potiùs ad audiendum arrigere. Huc tendit suprà verbum *Audite*, alterum adiectum, *Attendite*: Aures & animum aduertite, adest enim iam qui prædicet. Rom. 10. versic. 14. *Quomodo autem audient sine prædicante?* Ergo vbi Gentes iubentur audire, ostenditur perspicuè aduenisse in terras Deum, nam ab eo & non ab alio docendas (Ecclesiæ dicuntur insulæ.) (Nota Saluatoris prædicatio gentium.)

D

E

fuisse,& traducendus ad fidem certissimis testimoniis erat affirmatum,& obsignatum.

5. Quamobrem surdas, & penitus obstructas aures dicere possumus eas, quibus hæ voces non personant Euangelium. Præter interpretes, quos citare consueui, videndi Orig. tom. 1. in Ioan. Euseb. lib. 2. demonstr. *cap.* 1. *demonst.* 11. 21. 22. Delrius Adag. 783.

6. Quod Latinè: *populi de longè*: Græcè: *post longum tempus stabit*: hoc est: quod prædico, non extemplo, sed post erit: nam ab Isaia ad Christum quingenti fere anni excurrerunt. Parit autoritatem & fidem ab longinquo prouisio.

7. *Christo nomen ante conceptionem.*

Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ recordatus est nominis mei,] Tametsi possumus, ac prope debemus hoc, prout sonat, accipere, nempe: Christo Domino vt homini, antequam nasceretur,& antequam conciperetur, inditum fuisse nomen diuinitus, Luc. 1. v. 31. c. 2. vers. 21. Matt. 1. v. 21. id enim cum tam disertè tradatur in Euangelio, & tam aptè conueniat vaticinio, non videtur excludendum; sed nihilominus, fas erit alium sensum superinducere, qui cum illo non pugnet, sed cohæreat: vt hæc Christi vocatio ab vtero,& illius apud Deum nominis recordatio, sit electio, designatio, ac destinatio certa, stabilis, prouisa diu, & efficax ad munus, officiúmque publici Saluatoris; cui officio ac muneri conueniens nomen octauo die (vt tunc mos erat) fuit impositum, *Iesus.* ad hunc modum qui exponant, habeo mecum Forerium, Ariam, Osoriu, & Sanctium. Et mihi allucet non dissimile illud Ierem. c. 1. vers. 5. *Priusquam te formarem in vtero noui te: & antequam exires de vulua sanctificaui te,& prophetam in gentibus dedi te.* Quæ expositio hoc addito planè fit augustior,& splendidior. Præterea Deum recordari nominis alicuius exsistentis adhuc in vtero,& visceribus matris, singularem, ac indulgentissimam Dei prouidentiam, beneuolentiámque significat. De hoc cap. 43. num 31.

Vocari ab vtero, destinari.

8. *Vocari Apostolum quid.*

Paulus principio suarum epistolarum profiteri solet, se esse *Apostolum vocatum*, quo indicat, se ad id muneris fuisse à Deo delectum, & euectum, ab eo vltro, ac liberaliter oblatam potestatem accepisse, non eam sibi arrogasse, aut ambiisse: Dei gratiâ & beneficio se fuisse constitutum Apostolum,& Doctorem: ac proinde sibi docenti habendam esse fidem, quippe, cui adsit autoritas diuina. Et nominatim in exordio epist. ad Romanos præfatur se segregatum in Euangelium Dei. & disertiùs ad rem nostram Galat. 1. v. 15. scribit. *Cùm autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ,& vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filium suum in me,&c.*

9. *Segregari ex vtero.*

Quam segregationem etsi S. Augustinus existimat esse ab vtero synagogæ, Chrysostomus tamen, Hieronymus,& alij probabiliùs censent esse ab vtero matris naturalis, & prædestinationem Dei ad Apostolatum agnoscunt. Itaque sensus est: vbi placuit Deo, qui voluit me in lucem edi, vt essem Apostolus, & suo tempore deinde ad id vocauit per gratiam suam: *continuò non acquieui carni & sanguini*, &c. Nam quamuis Dei prædestinatio ad munus etiam sit æterna, quia tamen, cùm primùm quis nascitur, incipit ad executionem tendere, quia tunc per se propriè alitur, & separatus à matre, vt fructus ab arbore, hac luce fruitur, & incipit viuere per se ex quo tempore vitæ numerus dierum initur: idcirco a suo natali inchoat Paulus suam electionem,& ab eo punctu agnoscit erga se Dei prouidentiam: quòd se in maternis visceribus custodierit, ne ibi, vt multi alij, periret,& inde saluum & incolumem extraxerit. Sic Psalm. 70. vers. 8. *In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.*

Prædestinatio æterna, sed executio temporalis. Cùm quis nascitur, incipit executio.

10. Ad hunc saporem, gustúmque licebit interpretari Vatem nostrum: cùm apud eum Christus vt homo ait: *Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ recordatus est nominis mei,* vt in executione temporali, suo tempore exhibita intelligatur prædestinatio æterna. Rom. 1. vers. 4. *De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis,* &c. Etsi non ignoro, non leue esse certamen de voce, *Prædestinatus*: sed ab vtráuis parte vincente id obtinebimus, vt instituto nostro non incommodet, cùm hoc sit, Christum ad salutem publicam afferendam fuisse ab æterno destinatum,& suo deinde tempore exhibitum, ac repræsentatum, ita vt eius legitima potestas & autoritas diuina ineluctabilibus argumentis testata constaret.

11. Iam si *nomen*, istic, vt alibi non rarò, pro autoritate,& potestate sumitur. Philip. 2. vers. 9. *Propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum*: si hoc, inquam, more sumitur: prædicitur, vbi Christus esset egressus ex vtero materno, Deum non immemorem æterni sui propositi atque consilij effecturum, vt Christi filij autoritas, ac dignitas mundo innotescat, Angelis & hominibus agnita, & culta fiat. De Angelis Hebr. 1. vers. 6. *Cum introducit iterum primogenitum in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei.* Angeli nunciant pastoribus recèns natum, Luc. 2. v. 10. & diuinis laudibus concelebrant, eius publicant autoritatem: *Quia natus est vobis Saluator, qui est Christus*: Cœli enarrant gloriam pueri nati medio sidere docentes, ducentésque reges Magos ad eum pro summo Principe adorandum, ac mysticis muneribus confitendum. Ergo verè, & venustè Christus ait, *De ventre matris meæ recordatus est nominis mei.*

Nomen pro autoritate. Ab vtero, i. post vterum, vt à mensa, à colloquio hoc est: vbi discessum est à mensa, à colloquio.

12. Sap. 7. v. 1. *Cùm ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro: Et ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primã vocem similẽ omnibus emisi plorans*: vt Patri meo parerẽ,& fratribus meis miseris consulerem: *Dominus recordatus est nominis mei*, meámque autoritatem, maiestatémque adeò procurauit, vt me non solùm cunctis hominibus, sed etiam vniuersis Angelis venerabilem effecerit: Hebr. 1. v. 4. *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, hodie genui te.*

13. Quia ergo Christum, esse Dei Filium, esse mundi Saluatorem, esse principem, capútque hominum & Angelorum, ab ipsis incunabulis cœpit elucescere, quamuis clarissimè, & planissimè post resurrectionem eius Maiestas innotuerit: idcirco dicit; *De ventre matris meæ recorda*

Christi dignitas ab incunabulis innotuit.

[illegible] *est animus meus*, ostendit, prodidit [illegible] natiuitatem mundi. Hæc de autorita[illegible] & potestate publicâ, atque legitimâ, tam de facultate & præsidiis ad illam exequen[illegible].

Vers. 2. Et posuit os meum, quasi gladium acutum; in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.

14. D[illegible]ndi Dei filius in mundum missus à [illegible] Imperator potentissimus, & de [illegible] fortissimus, vt fortem illum tyran[illegible] [illegible] atrium suum vi [illegible] coge[illegible] [illegible] ditione cedere. quare contra tam [illegible] & armatum hostem non debuit [illegible] prælium inire. Armorum in commune [illegible] genera: alterum tractatur comi[illegible] [illegible] iacitur eminus: prioris generis est [illegible] posterioris sagitta. Hinc in litteris [illegible] & lectoribus plurima mentio gladij & arcus quæ plerunque nomina mysteriis [illegible] soluunt. Hoc quidem loco, Christum omni genere armorum spiritualium instructum, armatum, suburnatum ad hostes expugn[illegible] intelligo in gladio acuto, & in sagitta electa, seu, vt in Heb. politâ, & tersâ.

15. Gladij proprium munus est secare, scindere, [illegible] esse acutus, similiter sagittæ est pe[illegible] [illegible], & vulnerare, ac proinde oportet [illegible] polita, læuigata. Vtrique armo[illegible] generi comparatur oratio, sermo, os, & [illegible] Saluatoris quoad vim feriendi spiritualiter, secandi, vulnerandi: nam & gladio ad vulnerandum, & secandum cominus nihil aptius, & efficacius: & sagittâ ad feriendum, & penetrandum eminus nihil valentius. Accedit huc [illegible] speciali S. Scripturarum dialecto, solere tribui os gladio: legimus passim *in ore gladij* cædes & strages factas: ex quo venustior similitudo redditur: *posuit os meum quasi gladium acutum*: cuspis quoque sagittæ imitatur figuram humanæ linguæ cuneatam. vnde fortassis id attenditur etiam cùm lingua, hic & alibi cum sagittâ componitur. Psal. 56. v. 5. Prou. 25. v. 1[illegible]. Psal. 63. v. 3.

16. Præcipuum officium Christi fuit docere. Doctoris nomen vt illustre, ac principale multis locis ei tribuitur, suprà c. 30. v. 20. *Et non faciam auolare à te vltra Doctorem tuum: & oculi tui erunt videntes præceptorem tuum.* Ioel. 2. v. 23. *Quia dedit vobis Doctorem iustitiæ.* Hebr. cùm articulo, Doctorem illum, vnicum. Et verò ita vulgo Christus & à suis discipulis, & ab aliis compellabatur, Heb. Rabbi, id est, Doctor seu Magister: & hoc sibi nomen conuenire, non secus ac nomen Dominus ipsemet approbauit: Ioan. 13. v. 13. *Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim.* & alium quàm se nominari Magistrum alibi vetuit. Matt. 23. vers. 10. *Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus.* infra etiam cap. 55. versic. 4. *Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem.*

17. Cùm ergo tā propriū fuerit munus Christi docere, præcipere, leges dicere, iubere, vetare, monere, hortari, arguere, reprehendere, deterrere: hæc enim omnia vno Doctoris officio continentur: os illi fuit opus, vt gladius acutus. Gladij bonitas in eo posita, si bene [illegible] diuidat. Hebr. 4. vers. 12. *Viuus est sermo Dei, [illegible] omni gladio ancipiti penetrabilior: pertingens [illegible] ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum.* Qui viuus sermo Dei, Græcè [illegible], Verbum, alius est ipsemet Christus, aut [illegible] doctrina & Euangelium: verbis [illegible] ceteris, rei fauet. Nam Christ[illegible] penetrat plus *omni gladio ancipiti*. [illegible] acie bina. Græcè [illegible]. ad verbum, ore duplici: nam [illegible] antea munus, os prouide, gladio assignatur. *penetrabilior* Græcè, *τομώτερος* secantior [illegible] ad secandum habilior, & ad diuidendum acutior: quod exinde magis exponitur: *pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Tota ergo vis, efficacitas & [illegible]ctio gladij istius spiritualis posita est in secando, diuidendo, secernendo, atque separando: quæ sine sensu doloris esse non possunt.

Vt enim dolor oritur e vulnere, quod nihil aliud est, quàm sectio, diuisioque partium vnitarum: ita cùm ea quæ erant amore, & affectu copulata, vi Verbi diuini seiunguntur, molestia nascitur, & cruciatus. Quòd verò ad hanc spiritualem vulnerationem, sectionémque Dei Filius venerit in mundum, & ad id acceperit à Patre hunc gladium acutum, ipsemet verbis propriis expressit Matth. decimo versicul. trigesimoquarto. *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram: non veni pacem mittere: sed gladium.* Paci gladium opponit: quia gladij vsus non est nisi in prælio. Excipit: *Veni enim separare hominem aduersus patrem suum: & filium aduersus matrem suam. & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* 18.

Ad gladium immittendum se docet à Patre de cœlo in terram missum: gladio nihil aliud assignat, quàm diuidere: & cognationum coniunctissimas necessitudines nominat, vt in iis alias quasuis arctissimo vinculo copulatas intelligamus. Hoc idem adhuc luculentius apud Luc. 12. v. 51. *Putatis quia pacem veni dare in terram.* (Habet vim maiorem interrogatio, & gratiā: quis enim nō responderet annuēdo: sed ipse respondet abnuendo: *Nō dico vobis, sed separationem: erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi: tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater in filiū, & filius in patrem suum,* &c. vt apud Matthæum. 19.

Vbi etsi tria sunt paria consanguineorū, pater & filius: mater & filia: socrus & nurus: dicuntur tamē & sunt quinque tantū personæ: quoniā eadē est mater, & socrus: itaq; in familia ponitur filia innupta, & filius cōiugatus. Quos inter se, & inuicē diuidēdos gladio suæ doctrinæ & prædicationis fore Christus edocet, quia omnib. inuitatis ad fidē ex eadē domo & familiā alij essent obsecuturi, alij reluctaturi: vel si mauis ad fideles protendere, salua fide, alij obtemperaturi essent præceptis Euangelicis: alij non obtemperaturi, & obtemperantibus obfuturi: & boni à consortio & contagione malorum quantumuis carorum essent se ipsi separaturi, secundum eiusdem Domini præceptum Matt. 5. vers. 29. *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te,* &c. 20.

Gladij est diuidere.

Christus est sermo Dei viuus.

Sectio spiritualis

Dolor è diuisione

Christus venit ad diuidenda coniuncta

Itaque gladius iste acutus nulli rei quamuis coniunctissimæ parcit, si tamen societate, & contagione noceat: copulatissima & carissima diuidit, & seiungit: pedem, manum, pupillam oculi: qua nihil esse carius prouerbio docemur.

21. *Gladius aequalis.* Et licet satis videatur intelligi acumen huius gladij, id est, oris Christi ex ea diuisione, quam potui exponendo Euangelio, quia tamē sub ea subtilius aliquid aliud S. Hilarius Cano. 10. in Matth. & altiùs intuetur, & locus Pauli ad Hebræos indicat, non graue ducam, Hilarij verba reddere: qui cùm Lucam Matthæo contulisset, sic ait: *Ergo quis sit gladius in terra, quæ proprietas nominum, & in numero quinque quæ ratio, & quomodo tres in duos, & duo super tres diuidendi, & quatenus hominis domestici eius inimici, commendum est singularum quidem rerum, & vniuersa quæstionis primùm natura est explicanda, nec minùs intelligentiam nostram sensus & superior, & consequens adiuuabit.* (Hilar.)

22. *Gladius telorum omnium telum acutissimum est, in quo sit vis potestatis, & iudicis seueritas, & animaduersio peccatorum, & huius quidem teli nomine nouis Euangelij prædicationem appellatam frequens in Prophetis autoritas est. Dei igitur verbum nuncupatum nouimus in gladio, qui gladius missus in terram, id est, prædicationem eius hominum cordibus infusam. Hoc igitur quinque habitantes in domo diuidit tres in duos, & duos super tres. Sed tria tantùm in homine reperimus, id est, corpus & animam & voluntatem. nam vt corpori anima data est, ita & potestas, vtrique vtendi se vt vellet, indulta est, atque ob id lex proposita est voluntati.*

23. *Sed hoc in illis deprehenditur, qui primi à Deo figurati sunt, in quibus cœpta originis ortus effectus est, non traductus aliunde, sed ex peccato, atque infidelitate primi parentis sequentibus generationibus cœpit esse corporis nostri pater peccatum, mater animæ infidelitas. Ab his enim mortem per transgressionem primi parentis accepimus, nam voluntas, vnicuique sua adiacet. Ergo iam vnius domus quinque sunt, pater corporis peccatum, mater animæ infidelitas, & incidens voluntatis arbitrium, quod totum hominem quodam coniugis iure sibi astringit; huic infidelitas socrus est, nos ex ea natos, atque à fide, metuque Dei peregrinātes accipiens, vt inter infidelitatem, voluptatemque possessos & ignoratione Dei, & in omnium vitiorum oblectatione detineat.*

24. *Cùm ergo innouamur baptismi lauacro per virtutem, ab originis nostræ peccatis atque parentibus separamur, recisique quadam excisione gladij Dei, à patris & matris affectionibus dissidemus, & veterem cum peccatis, atque infidelitate sua hominem exuentes, super spiritum animæ & corpore innouati necesse esset ingenitæ & vetustæ corporis consuetudinem oderimus.* Pergit adhuc Hilarius in suâ accommodatione docens, corpus domitum & mortificatum per fidem consentire cum animâ, idemque cupere cum illa, atque adeò corpus, animam & voluntatem, tres nimirum diuidi, & stare contra illos alios duos.

25. Qui sensus licèt sit allegoricus, & à litterali Euangelico aliquanto diffidens habet tamen & vtilem doctrinam, consentaneámque D. Paulo ad Hebræos allegato num. 17. cùm ait: *Pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus*: nam anima apud omnes fere explicatores est pars hominis animalis, pars inferior: & spiritus, pars rationalis, & superior: & quamuis aliqui referant ad cognitionem diuinam, quod Deus dignoscat vtri[illegible] partis motiones: sed nihil habet incommodi, recipere animum etiam de cognitione practica & efficaci, de vi sermonis diuini, qui diuidat vnam faciatem ab alia, id est, efficit, vt homo secundum rationis ductum & imperium incedat, & ipse segreget à turbulenta & tumultuaria multitudine concupiscentiarum, quas regio & portio animalis vbertim procreat, & effundit.

Quæ diuisio, & secretio est [illegible] eorum, quę sanctus Hilarius ex cursu [illegible] dilucidat. Et quoniam inter vtramque facultatem, inter animam, ac spiritum, inter partem superiorem & inferiorem tanta est coniunctio & affinitas, vt intra vnum & eundem hominem insint, hęc per personas eiusdem sanguinis coniunctissimas repræsentari potuerunt. & quæ Christus docuit respectu consanguineorum, ad hanc alteram interiorem, & difficiliorem diuisionem accommodari non est absurdum. 26.

27. *Glad. aliud munus.* Sanctus Hilarius aliud officium [illegible] contingit, nempe, esse [illegible] possumus id adiuuare ex [illegible] Rom. 13. vers. 3. *Vis autem non timere potestatem [illegible] &c. Non enim sine causa gladium portat.* Sat[illegible] ligo in Isaia os Christi non conferri cum gladio ad hunc sensum, id est, ad indicandam potestatem vindicem, tametsi ea non caruerit, quoad regimen spirituale: & de ipso Christo Vates c. 11. vers. 4. prædixerit: *percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium*: sed nihilominus, quia in Euangelio conceditur Christi sermoni potestas, imperium, & his similia, non est omnino aliena hæc quoque gladij significatio. (*Christi sermo cum potestate.*)

Quòd verò oratio Saluatoris eam habuerit excellentiam, facile constat: Luc. 4. vers. 32. *Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius.* Matt. 7. vers. 28. *Cùm consummasset Iesus verba hæc admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.* Luc. 24. vers. 19. *de Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere, & sermone, coram Deo, & omni populo.* Quæ potestas & potentia quemadmodum, & in quo consisteret docui ex Ariâ Montano, ad c. 40. nu. 136. videlicet, quòd quæ diceret, animis altè imprimeret, & efficaciter persuaderet. Addo nunc ex Cornelio Iansenio viro doctissimo, quòd non solùm fungeretur officio interpretis, vt Scribę scripturas explicādo, sed vt Dominus præciperet, leges à se latas antiquaret, nouas perferret: & vt autor, & penes quem esset summa potestas, ita traderet: *Ego autem dico vobis*: itaque docendo, ac dicendo iubebat, astringebat, obligabat, & transgressores reddebat sibi obnoxios, præ se ferens potentiam, & autoritatem vltricem, gladium vindicem: qui nullus alius est, quam sermo, & vox eius. 28. (Mat. 5. v. 22.)

Hoc enim gladio vsurus est in extremo, cōmunique iudicio ad puniēdos inobedientes, qui fuerint eius verba & præcepta transgressi. Mat. 25. v. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternū.* Quem etiam gladium Dominus reliquit Ecclesiæ suæ, in sermone etiam videtur esse positus, scilicet, in anathemate; aliisque censuris: qui gladius spiritualis proprius est Ecclesiæ 29. (*Censura Ecclesiæ est gladius.*)

suæ,

[illegible] potestati ciuili: nã alius mate- [illegible] nis est vtrique [illegible] dictioni. Quo [illegible] & zelo ad vindicandum agit Paulus [illegible] c. 4. *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, [illegible] destruentes, & omnem altitudinem [illegible] se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promtu habentes [illegible] omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia:* Arma hæc *potentia Deo*, id est, quæ a Deo vim & efficaciam accipiunt, explicatore Chrysostomo & aliis, est doctrina Euangelica instructa & [illegible] potestate iubendi, & qui iussis non [illegible] puniendi.

30. [illegible] enim quem accepit à Deo vt homo [illegible] gladium, seu vnum gladium *dico* [illegible] vtraque parte acutum, hunc [illegible] suo & Ecclesiæ [illegible] Rep[illegible] & [illegible] bene [illegible] tenda, & administranda, [illegible] ditiones [illegible] vna [illegible] nequitia [illegible] Na vt viri boni, & honesta- [illegible] duce, qui iam bene agendi [illegible] impiobis est præmõstra- [illegible] opus est qui cogat, qui pu- [illegible] metu interna & *oderunt peccare boni [illegible] amore: & oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Sed demus ne pœna quidem proposi[illegible] iam in posita ad officium possit trahi: [illegible] lominus recta ratio præcipit, scelera non [illegible] multa: & hanc vltionem aliis prodesse.

31. Quare nihil est, cur moliantur hæretici adimere Ecclesiæ gladium vindicem: quem non [illegible] in bonos & obsequentes, sed in improbos, & peruicaces: quales sunt omnes sectarij: quare dum in secta suâ obstinantur, haut est mirum si hunc gladium oderint, & hebetare conentur, sed ictu casso. Gladius est, & acutus, & promptus *vlcisci omnem inobedientiam*, & potissimum hæreticam, nam contra hanc expediri, & adigi iubet Apostolus admonitum, & non emendatum. [illegible] vers. 10. id est, si dirigi & corrigi nolit, coercendum, & accendum. *Hæreticũ hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est.*

Quid si huc retendit Apoc. 1. vers. 16. *Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat?* Faciunt istuc adnotata cap. 41. num. 100. ea relege omnino.

32. *In vmbra manus suæ protexit me.*] Tutelam singularémque protectionem Dei erga Christum hominem in his verbis interpretum nemo non videt. Protectionem designari per vmbram satis recordor ad cap. 18. vers. 1. *Væ terræ cymbalo alarum*, quod sufficiat ostendisse. At vmbram tribuit alis, arboribus, aliísque rebus opacantibus est scitum: manui verò tam exiguæ corporis parti, eique in digitos discretæ non apparet apte concedi. Sed ego nolim nodum in scirpo quæri. Nam si *manus* hoc loco est potentia Dei, & vmbra eius tutela: quid aptius dici potuit? Pro *vmbra* repone *protectionem*, quod fecerunt Græci interpretes: *Sub protectione manus abscondit me:* & i nunc, & accusa sermonis inconcinnitatem.

33. Quare mihi necesse non fuerit *manum* pro brachio, & rursus *brachium* pro alâ sumere: sed satis erit in manu, seu in brachio Dei (nam hæc inter se non differunt) agnoscere potentiam, quo quam recte ista significetur, constituit cap. 40. num. 138. Mariana, quia manu prætendimus velum contra solem, inde iudicat sumi metaphoram. At hoc est, addere vocabulum Scripturæ, quæ manui, non velo tribuit vmbram. Ego, vt [illegible] metaphoram non continuari existimo in *vmbra manus*: sed fuisti in priori nomine *vmbra* [illegible] tenus positus pro tutelâ, & protectione, cuius metaphoræ [illegible] perspicua est. Deinde manus sumitur fere sine translatione pro fortitudine & potentia, nam hæc mano, & brachio [illegible] vt cap. 40. num. 138. [illegible] ominato [illegible] ostenditur. Vnde ex eo duntaxat est [illegible] figurata, quòd brachium Deo tribuitur, cetera [illegible] est propria.

Verum, cum Hebr. loco verbi Latini *protexit*, sit חבא (*chaba*), quod est *abscondere*, venit in mentem suspicari, vt [illegible] infra [illegible] eo dicit *Posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me:* ad eum [illegible] dixisse quippe [illegible] gladium acutum in vmbra, i. in tutela manus diuinæ, non aliter atque in vagina fuisse conditum: nam quę est proportio & analogia sagittę ad pharetram, ea est gladij ad vaginam. vtrumque enim telum, quandiu vsus eius locum non habet, conditum est, quódque in suo vase, ac tegmine, & inde, cum res & tempus postulat, educitur ad pugnandum. [illegible] *Sicut mox dicit sagittam in pharetrâ reconditam, ita hic gladium in vagina notat:* Sed ille sub brachio sinistro abdi in vaginâ exponit. 34.

Propor[illegible] inter gladium, & sagittam.

Quocirca cùm gladius & sagitta vnus & idem sit Christus, ob diuersa officia (vt mox) his duobus nominibus insignitus, vagina & pharetra eodem modo erit interpretanda: nam vtraque conseruando suo telo dum vsu vacat, inseruit, ne videlicet, acies hebescat aliter, quam cædendo, & vulnerando in prælio. Quare accedamus ad explicandam notionem *sagittæ, & pharetræ*, vt inde lux præsenti versiculo accrescat. 35.

Sagitta & pharetra hoc loco quid.

Gladio pugnatur cominus, pede collato, & presso: sagittâ verò, quia iacitur, pugnatur eminus. Quare hæc differentia potest indicare, verbo Christi expugnandos eos, qui sint procul, & qui sint prope: quòd bifariam licèt exponere: præsentes & absentes, qui adhuc viuerent, & qui essent futuri: vel Iudæos, qui erant propè propter religionem, & Dei notitiam, & Gentiles qui erant procul per infidelitatem. Ephes. 2. vers. 17. *Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis, qui prope.* Vide c. 41. num. 135. 36.

Sagitta, & gladius differunt. Christus victurus præsentes, & absentes.

Adhæc sagitta infigitur, & altè penetrat, grauiter sauciat, ac vulnerat, licèt mole parua sit, & quia lõgè emittitur, & celerrime fertur, plerunque priùs sentitur ictus, quàm accessus, quæ omnia graphicè exprimunt ingenium verbi, sermonisque diuini. Quod etiam Psaltes elegãter sub iisdẽ vocibus, ac metaphoris Ps. 44. describit: quem totum esse de Christo pro indubitato sit: ergo vers. 3. *Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Diffusa*, effusio & affluentia, flumen illud immensum eloquentiæ diuinæ, quod secum, vbi vellet, obuia quæque voluebat, & non inuita rapiebat: cuius tãta erat gratia tãta suauitas, atque dulcedo, vt ex eius ore, labiísque melle, ac nectare dulcior flueret oratio, ita vt quod fabulati sunt 37.

Sagitta efficta.

Psal. 44. v.

Dicendi, & persuadendi vis in Christo.

[illegible] ***trupà lat*** [illegible] ***,&*** [illegible] quasi e pha[illegible] o lo- [illegible] ue tenur hgc [illegible] a clect inter alias omnes sagittas; inde [illegible] ad [illegible] occasio [illegible] iaculandi contra hostes, expromeretur [illegible] arcui [illegible] impolita, & infixa, ac [illegible] c vibrata & missa fort [illegible] suos omnes hostes [illegible]. Huc succedūt O[illegible]rius, Didacus [illegible] Sa, Vatablus, & Mariana: Sed [illegible] quatenus fuit [illegible] exponit: alij autem [illegible] in pharetra custodi[illegible] agno [illegible], donec [illegible] tempus feriendi [illegible] infrà num. [illegible]

46. *Inuenies mysterium absconditum.* Quia expositionem suopte ingenio commendatam [illegible] etiam [illegible] commendare, & adiungere [illegible]. Primùm ex Apostolo, ubi Christi [illegible] vocat *mysterium absconditum ab ate [illegible]*, quod non vno duntaxat loco scribit. 1. Cor. 2. vers. 7. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, qua absconditа est, quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram.* Ephes. 3. vers. 9. *Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo qui omnia creauit, vt innotescat principibus, &c.* Colos. 1. vers. 26. *Vt impleam verbum Dei: mysterium, quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus.*

47. Hunc locum contigi, & ex parte expendi c. 41. num. 59. ad illud: *Inducum gentibus proferet*: quod *inducum* ibi doceo esse Euangelium, & *proferre* esse, quasi e penu promere, è promptuario proferre. Addo hic, ex Chrysostomo,

Condium, vel promere [illegible]. Paulum non contentum verbo simplici, *κρύπτω*, *ἀποκρύπτειν*, vsum fuisse cōposito, *ἀποκεκρυμμένον* id est, *reconditum* mysterium, scilicet, ideo recōditum est, vt suo tempore promeretur: nam qui eo animo condit, Latinè *Promus condus* dicitur: quasi condens promenda, & condita promens. Non aliter sagittarius condit in pharetrâ suâ sagittas, quandiu eis non indiget, vt inde, cùm opus fuerit, expromat.

48. Ad hunc gustum exposuerim ipse vers. 9. ea. 3 Abac. *suscitans suscitabis arcum tuum*: i. iacentem & asseruatum, depositum, ac repositum in armamētario sumes, inde promes, & intēdes, & aduersus hostes tuos eiaculaberis. totum istud caput Abacuc pertinere ad victoriā Christi de suis hostibus certum est apud Patres. Itaque vt sagitta diuinitus ab æterno electa recōdita erat in pharetrā diuinæ prædestinationis, sic & arcus iacebat in eodem decreto, vt in armamentario, quoad tempus accederet debellandi inimicos. Hebr. *manifestatione manifestabitur arcus tuus*: videlicet, qui erat absconditus in Dei consilio.

49. *Vulnus Christi.* Vbi verò venit plenitudo temporum, vbi Diabolus erat diuinæ potentiæ iaculo traiiciēdus, & perimendus: vbi mundus transfigendus, & vulnerandus, siue ad vitam, siue ad mortem, pro cuiusque dispositione, ac merito: Deus iacentem & sospensum arcum arripuit, è pharetrâ sagittam electam expromsit, & quæ animo destinauerat, reipsâ cōfecit. Hoc spirituale prælium, & ab hoc arcu, eiusque sagittis editam stragem magnificè & graphicè describit Abacuc citatus a versu 10. vsurpatis metaphoris elegantissimis, & significantissimis, & vers. 11.

Abac. 3. v. 2. sagittas nominat; *Sol, & Luna steterunt in habi-*

A *taculo suo, in luce* [illegible] *tuarum: ibunt in* [illegible] *de* [illegible] *ira tua, in fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui* [illegible] *cum Christo tuo.*

10. *Sagittarum [illegible].* Nō est [illegible] hoc euoluere, longioris operæ [illegible] particulā *in luce sagittarum tuarum* [illegible] magis facit ad rem. Lux sagittis attribuitur, quia sagittæ [illegible] reluceut: sic hastæ datur splendor [illegible] limatū, & æs [illegible] lucem [illegible] fulgidum. vnde *in luce sagittarum tuarum* [illegible] idem, atque in sagittis tuis lucidis; [illegible] Isaiā: *sagittam electam*, Hebr. ברור *Barur*, significat & electum, & [illegible] politam, [illegible]. Vide Pagninum in Thesauro. Vnde reddi potest,

B *Posuit me sagittam limatam, & lucidam*: [illegible] talis solet eligi ad iaculandum & feriendum, ex quo apparet propinquitas Isaiæ & Abacuc.

51. *Prædicatio Euangelica.* At quia hoc sagittarum genus est translatitium, ac figuratum, & vt patuit, nihil aliud quàm Christi prædicatio & Euangelium, rectissimè ponitur non solùm acumine præditum, sed etiam splendore, nitore, ac luce, quia doctrina & scientia cœlestis est ipsissima lux, omnia peruadens, ac penetrās, copulantissima quæque discernens, ac diuidens, cognatos a cognatis, carnem à spiritu, malum à bono, falsum & apparens à vero, preciosum à vili, sordidum à puro, nihil est luce diuinā subtilius & penetra-

C bilius. Sap. 7. ver. 24. *Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem vbique propter suam munditiam.* quia sit lux purissima, ac sincerissima. Huc attinet quod n. 17. scripsi.

52. Cuius mysticæ sagittæ, nempe Christi, eiusque doctrinæ tantos, tam admirabilis fuit nitor, & splendor, vt Soli, ac Lunæ suam lucem ademerit, seu obtuerit, eisque mundi luminibus, quibus à Deo data fuit potestas in dies, ac noctes, temporúmque vicissitudines, talem iniecerit admirationē, vt impositi, ac ingenij sui muneris oblita constiterint immota, spectantia diuinarum sagittarum lucem quam emitterent, & stragem, quam ederent Abacuc. *Sol & Luna* Gen. 1. v. 14. Ps. 10. v. 19.

D *steterunt in habitaculo suo, in luce*, Hebr. *ad lucem sagittarum tuarū*. Et est respectio ad id, quod accidit, præliante Iosue c. 10. vers. 13. De qua luce plura ad ve. 6. *Ecce dedi te in lucem gentium*, nunc ad translationem de sagittā redeamus.

53. Cui etiam apud Abacue effectus anceps tribuitur, aduersus contumaces: *In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies Gentes*: erga bonos & obsequentes: *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.*

Sagitta volat. Sed præter acumen & lumen, possumus in sagittā spectare celeritatem, & ictum improuisum, vnde vocatur alicubi volans: Psal. 90. v. 6.

E *A sagittā volante in die*: tanta enim celeritate fertur per aëra, præsertim ab arcu benè intento, & brachio robusto eiaculata, vt volatum æquet, aut etiam superet: & quidem habet suas pinnulas. Sic Dei verbum velocissimum est, pennigerum: celerrimè terrarum orbem implere ad vltimas regiones & Gentes penetrare, & in animos hominum citissimè descendit, & subitò vulnerat in vtramque partem, vt numer. 38. diximus. S. Aug. st. ad Psalm. 17. vers. 15. *Misit sagittas suas & dissipauit eos*: sic: *Et emisit Euangelistas pennis virtutum recta itinera transuolantes, non suis, sed eius, à quo m. [illegible] sunt, viribus: & dispersit eos, ad quos missi sunt*, *vt alijs eorum* Pennata. Psal. 18. v. 5. Aug.

effet

Voluerat in bonum, & in malum. *esset odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem.*

55. De hoc ambiguo effectu, & ancipiti ictu sagittæ, quia sacratæ litteræ eam metaphoram frequenter & libenter vsurpant, multa sunt & præclara apud Patres, è quibus adhuc promere non fuerit inutile. S. Hilar. Psalm. 119. ver. 4.

S. Hilar. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. Solæ enim Dei* inquit ille) *potentes sunt, & acutæ sagittæ, quæ linguam dolosam valeant configere, habentes in se virtutem peruendæ fraudulentiæ, atque v. llaude, ac quibus in septimo Psalmo ait: Sagittas suas ardentibus effecit, quæ sibi vtraque conueniunt. Verbum enim Dei omnem nequitiam configit: & omnem sensum petulantiæ conuulnerat, & ipsum illum vehementissimum mortis aculeum compungit. Namque peccator cùm audiat Deum æternum, Deum mundi conditorem, Deum iudicem, séque hominem intelligat Deo debere quod natus sit, quanto doctrinæ telo conscientia eius, errórque ferietur, cùm se igni inextinguibili separatum vt paleas à tritico, & desolatum bonorum fructuum consortio cognoscat vrendum? Cuius doctrinæ per Apostolos reuerendæ in Psalmo altero meminit dicens: sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Has potentis sagittas, hos carbones desolationis dari sibi quisque fidelis orat, & ad linguam dolosam expectat apponi, emendandis iis qui tribulant vel doctrinæ telo, vel metu pœna.*

Verbum Dei transfigit malos ad salutem.

56. Itaque cùm lingua maledica, fraudulenta, & detractoria, de qua Psalm. 119. tractato, vers. 2. anteriori: *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.* cùm eiusmodi lingua appellari soleat sagitta Psalm. 56. vers. 5. Iterem. 9. vers. 8. *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est:* & cùm in prælio parta paribus arma opponi militaris disciplina doceat, gladios contra gladios, hastas contra hastas, iacula cōtra iacula: rectè habet, vt sagittæ diuinæ obiiciantur humanis, vt illæ istas transfigant: vt sagittarii Dei sagittarios Diaboli traiiciant. Ps. 119. vers. 2. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Quid apponatur tibi,* id est, quid opponetur, obiicietur? & respondet: *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.* aptè ex more bellico: sagittæ contra sagittas.

Lingua maledica est sagitta

57. Ergo cùm Diabolus suas haberet sagittas, & iacula ac tela ignea Ephes. 6. ver. 16. siue linguas hominum maledicas, dolosas, & blasphemas, siue suggestiones venenatas, ac pestilentes, siue alias artes rationésque fallendi, & occendi: oportuit huic *sagittæ volanti in die*, huic *negotio perambulanti in tenebris*, huic *incursui, & Dæmonio meridiano* obiici & opponi aliam sagittam à Deo, quæ ignitam illam extingueret, auerteret, & transfigeret. Hanc se esse perspicuis verbis Christus profitetur hoc loco: *Et posuit me sicut sagittam electam*: id est, opposuit me: nam Hebræi non verba componunt: in Hebræo deest, *Sicut*: absolutè: *Et posuit me sagittam electam*: quam iam diu elegerat, & in pharetram suæ prouisionis æternæ condiderat, vt suo tempori maligno sagittario opponeret, & telo.

Ps. 90. v. 6.

Christus vt sagitta opponitur Diabolo sagittis

58. Sagitta sagittæ, telum telo, & telo igneo telū quoque igneum opponitur: reprobo electum, Diabolico diuinum: quo Diabolus traiicitur, vincitur, prædâ & castris exuitur. homo sauciatur, & sanatur, capitur, & liberatur; qui autem Dæmo[illegible] adhærere ob[illegible]to animo vult omnino per[illegible], & a[illegible]. Hil[illegible] ad Ps[illegible].

Hilar.

eundem 119. *Quanquam sint plures qui [illegible]liter suscepta à fidelibus cœlestis doctrinæ p[illegible]a, sagittas velint exsistimari, & carbones de[illegible]tionum, peccatorum emendationem: atque ita ac[illegible]piendum putent, carbones desolationis, quia [illegible] omnis dixerit: ignem veni mittere in terram, & quid volo, si iam accensus est? Non est autem dubium, peccatorum eam ablutionem, & remissionem attulisse, in qua ignem iam accensum esse dixerit, quia per eum vitiorum omnium fiat, sordiúmque purgatio. Accommodatur autem ad hoc illud quod dictum est ad Esaiam, cùm per forcipem carbone comprehenso, labia eius contacta sunt: Ecce abstuli peccata tua, & iniquitates tuas purgaui. Sagittam autem ipsum Deum nuncupatum in eodem Esaia meminimus hoc modo. Et posuit me tanquam sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me & ait, grande tibi est hoc, vocari te puerum meum. Et itaque intelligimus hanc vtilem sagittam & potentem, confixis vitiorum nostrorum aculeis subinde vulnere, vtilique penetrantem: de qua sagitta sponsa illa in Canticis dixerit: Vulnerata dilectionis ego sum. Sunt ergo hæ sagittæ vtrumque in modum exspectatæ, vel in pœna conscientiæ iniquos, ac dolosos configentes, vel in dilectorum sibi corporibus peccata & vitia vulnerantes. Sitque deuastans carbo, vel purgans: dummodo abnegantes Deum per pœnam absumat, purget autem ad perfectam pœnitentiam confitentes.*

60. Elucet oppositio armorum. Tela Diaboli sūt ignea Eph. 6. v. 16. *in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*: telum Christi est ignis, *ignem veni mittere in terram.* Diaboli missile est: *Sagitta volās in die.* i. apertè: Christus est sagitta è pharetra promta, & arcui imposita: sagitta Dæmonis volans pennata, duas habens pennas, alteram errorem, & infidelitatem, alteram concupiscentiam: Sagitta Christi Euangelica habet duas etiam contrarias pinnas: alteram fidem, alteram caritatem, & hic ignis caritatis extinguit ardorem cupiditatis: Fides destruit infidelitatem. Habet præterea Dei sagitta duas pennas, vnam ad celerem vltionem peruicacium, aliam ad celerem sanitatem obsequentium. Malac. 4. vers. 1. *Et sanitas in pennis eius.* de Christo quamplurimi intelligunt: & celerrimè afferenda salus promittitur: id ipsum præ se fert sagitta volans, & vulnerans ad salutem.

Tela diuina cum Diabolicis collata.

Sagitta Dei biformis

61. S. Hilar. Psalm. 126. vers. 4. ad illud: *Sicut sagittæ in manu potentis, sic filii excussorum: sagittarum hic vsus est, vt emissæ celeri volatu ferantur, & ad destinata quæque indeflexâ lineâ dirigantur,* & cùm esse sagittas, quibus Dominus vtatur, è Psal. 17. & ex hoc Isaiæ testimonio comprobasset, adiecit: *Sunt igitur istiusmodi sagittæ volatu citæ, iactu fideles, quas quantum ratio spiritualis demonstrat, significare doctrinas propheticas, & Apostolicas, in quibus Dei verbum est, oportet intelligi vbique missas, compungentes, arguentes, volentes; quanquam in plurimis locis meminerimus esse & mortiferas, & letales sagittas, de quibus scriptum est: sagittas suas arsuris operatus est: verùm non hic de vltricibus sagittis dici aliquid intelligi potest, quia nunc sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum.*

Hilar.

62. Notanda verba prima Hilarii: *sagittarum vsus est, vt ad destinata quæque indeflexâ lineâ dirigantur*: quæ assonent interpretationi pharetræ, quam num. 45. exposui, de Prædestinatione diuinâ,

Sagitta mittitur indeflexa linea.

[illegible] ñ [illegible]nsi[illegible]io & [illegible] cur [illegible] am [illegible] [illegible]a, & in pna eira [illegible]ia. Hu[illegible] pertinet & facit quod [illegible]e te[illegible] q[illegible]qu verbo se a Patre [illegible] prohicitur nimirum, & sicut [illegible]git- [illegible]ectam, & directam *indeflexa linea*, vt di- [illegible]r[illegible]os, ad scopum publicæ redemtionis, [illegible]s. In quo salua est ratio exacta missio- [illegible]næ, quam Theologi finiunt, vt esse [illegible] næ [illegible]o[illegible]edentis ab alia, a qua pro- [illegible], & cum aliquo effectu coniuncta. nam [illegible]us a Patre procedit, & factus homo fuit ab [illegible] natu & missus ad saluandum genus [illegible]anum: & ad hunc scopum, finemque rectis- [illegible] cursu, & indeflexa celeritate peruenit: [illegible]s licèt per se, & per suos satellites & [illegible] vehementer connisus istius sagit- [illegible] ictumque aut impedire, aut defle- ctere. Sed [illegible] artes, & fraudes profuerunt, vt [illegible], & certius propositum scopum attin- [illegible]. Hinc facile scient doctores Ecclesiastici, [illegible] sunt etiam sagittæ, quò debeant tendere; [illegible]ere ne, an vulnerare sit officium eorum: [illegible]ndiri, an vrere. Et verò etiam qui calamum, [illegible]unque stringunt aduersus vitia, & errores, & libris vtilibus, doctisque conscriptis rem Christianam propugnant, electæ sunt sagittæ.

Vers. 3. Et dixit mihi; Seruus meus es tu Israel: quia in te gloriabor.

63. *Christus duplici natura constans, similis sagittæ.* SAgitta è duplici materia componitur, è ligno fragili, & ferro prædaro, & inuicto: sic Christus duplici constat naturâ: humanâ infirmâ, & diuinâ fortissimâ; cuspis ferrea est quæ ferit, & vulnerat, sed indiget hastili ligneo, vt feratur, & fortiùs feriat: quadrat in mysterium nostræ redemptionis: vt Deus esset redemptor, opus fuit ei humanam naturam accedere. Istius accessionis ergo Christus Dominus est seruus: de qua seruitute dissertaui ad c.42. à num. 11.

64. Si enim Deus *ab vtero vocauit* Christum, & *de ventre recordatus* fuit *nominis* eius, *si posuit os eius, quasi gladium acutum, & in vmbra manus suæ protexit* eum. *si posuit* eum *sicut sagittam electam, & in pharetra suâ abscondit* eum: iure optimo potuit dicere ei: *Seruus meus es tu, Israel*: quam ob rem Christus appelletur Israel, legere poteris c.42. nu.8. hic addo ex Lyrano, conuenientiam ex etymo: ait enim ille inter alia, hoc nomen dicere: Deo directus, scil. ductum à ישר *Iasar*: quod si id probas conuenit cum ingenio sagittæ, de quo num.61. *Israel, id est, directus.*

65. *Christus gloria Patris procurat.* *Quia in te gloriabor.*] Quod potest eò spectare, vt gloriosissimum fuerit Deo habuisse talem seruum, vt explicui cap.42. numer.16. vel eò pertinere: vt Christus Patris sui gloriá omnibus dictis, factisque mirum in modum amplificauerit. quo plenum est Euangelium, præsertim à Ioanne conscriptum: vbi Christus hac formola loquẽdi vsus ostẽdit se omnino Patris non suæ gloriæ in omnibus consulere. L X X. posteriùs intelligunt dum reddunt: *in te glorificabor*. Sed sententia vix variat: cùm Deus non possit gloriari nisi ex vero.

Vers. 4. Et ego dixi: in vacuum laboraui, sine causa, & vane fortitudinem meã consumsi: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

QVicumque Euangelium in hoc capite agnoscunt, hanc esse Christi orationem, & querelam fatentur. Cuius prior pars quomodo debeat accipi, sine difficultate capitur. 66. *Christi querimonia de Iudæis [illegible].*

Cum enim Christus professus fuerit se venisse, & missum fuisse ad reducendas oues palantes, & deuias Israelis, & ad eas solas: Matt. 15 vers.24. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*: idque responderit petentibus salutẽ corporis, & discipulos demissos ad prædicandum ita monuerit Matth. 10. vers. 5. *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potiùs ite ad oues, quæ perierunt domus Israel*: cumque Israel tãtum beneficium non modò neglexerit, sed ipsum Dominum Iesum cruci suffixerit: eius discipulos fuerit acerrime persecutus, nomẽnq. Christianum fuerit conatus extinguere, hodieque quãtulus superstes est, quia nihil aliud potest, acerbe oderit, dirisque deoueat, ac maledictis in suis conciliabulis proscindat: cum hæc ita habeant, verè Christus queritur: *In vacuum laboraui*, &c. *Israel ingratus. Iudæorum odium in Christum.*

67. *Labor Christi effatu difficilis.* Verè, & propriè saluator, quâ homo laborauit: quantum verò & quemadmodum laborauerit, quis cogitare, nedum dicere sufficiat? satis bene ipse solus scit. Sed de hoc cum Vate nostro ad c.53. audiendum erit aliquid.

In vacuum, sine causa, & vanè. Vnum & idem, & intelligendum, ex parte Israelis ad tantum beneficium ingrati, & stupidi, qui quodammodo frustratus est diuinum propositum, sed non potuit Dei consilium esse irritum: vt in versibus inferioribus apparebit. *Cassus quoad Iudæos.*

Laboraui.] Allucet translatio ab agricultura: in hoc agro colendo, procurando laboraui, nulli labori, nulli sumptui peperci: *fortitudinem meam consumsi*. vires, robur, sanguinem, vitam impendi, exhausi: idcirco Ioan. 8. versicul. 57. ætate prouectus iudicatur notare Lyra ad hunc locum, quantum potui facere, feci, vt ager fructuosus euaderet. sup. 5. vers.4. *Quid est, quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei?* & antè exponit laborem, & sumtum. redi illuc; & vide Matth.21.v.33.

68. At lector non obliuiosus possit accusare commentarium nostrum ex num.61.62. quo dicitur idcirco Christum appellari sagittam, quòd collineata ac directa sine vllo errore, ac flexu, quò destinabatur, peruenerit, & scopum præfixum attigerit, hoc verò loco Christus ipse conqueritur se fine, ac labore suo fuisse fraudatum, & vanè fortitudinem suam absumsisse. Sed quia hæc obiectio prædestinationis diuinæ certitudinem exquirit, ei faciam satis ad vers. 6. vbi patebit, hanc sagittam in suo iactu ab scopo proposito non deflexisse, interea lector se suspendat.

69. *Iudicium diuinum reseruandum [illegible].* *Ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.*] Cùm visus esset Christus expostulare cum Israele, se frustra laborasse, ab eo suos

suos conatus, labores, sumptus ingentes, & immensos fuisse cassatos: cumque pro [illegible] potest te posset caussam iudicare, & sententiam ferre cõtra ingratos, & perfidos Iudæos, ab eo temperat, & rem totam Patri iudicio permittit examinandam & iudicandam. [illegible] filio, *cum*, *quem Dei* [illegible], [illegible] potest: *apud Dominum* hanc [illegible] offert nobis [illegible] Euangelicus Chr[illegible] 12. 43. *Et si* [illegible] *audierit verba mea* [illegible] *non custodierit, ego non iudico eum: non enim* [illegible] *ut iudicem mundum, sed* [illegible] *saluificem mundum.* [illegible] *spernit me, & non accipit verba mea habet qui iudicet eum*: Quo loco, vt alibi sæpe, iudicare, est condemnare. Posita interpretatio [illegible] bet autores Hieronymum, Haymonem, A[illegible], Ototium, & alios plures, & [illegible] sui contextu probabili.

70. *Deus affectum, non effectum remunerat.* Sed est & alia probabilitatis non expers. Et si inquit Christus, respectu gentis meæ Israelitica frustra laboraui, & sine fructu operam posui, sed non perdidi, nam cum per eos steterit, quominus salutem receperint, Deus qui non metitur meritum ex euentu & effectu, sed ex animo & affectu, quique videt quam fideliter, quam oauiter eius voluntatem secutus laborauerim, & agrum mihi commissum perenlucrim, meum laborem æque habebit acceptum, gratúmque, ac si non fuisset suo fine & fructu frustratus.

71. *Nemo iudex in causa sua.* Vtraque expositio est litteralis, iuxta ac moralis. Prior monemur, cùm caussa nostra agitur, ab officio iudicis nos abstinere decere (ersi fas esset eo fungi) propter periculum vel suspicionem plus nobis tribuendi: cùm Christus etiam vt homo fuerit extra aleam vtriusuis incommodi, & tamen à se ad Patrem caussam suam amandauerit.

72. *Laborans fideliter, sine fructu non perdit meritum.* Posterior interpretatio solatur magnopere ministros Euangelicos fideles & strenuos, qui aliquando curant Babylonem, & non sanantur: serunt, rigant, & omnem laborem atque culturam vineæ Dominicæ adhibent, & nullum inde referunt fructum: neminem Deo conciliant, qui erat finis laboris & operæ. Sed nihilominus iis operis suo munere & officio functis, & pro viribus conantibus salua est merces sua: nihil illis deperit ex pertinacia & obstinatione hominum, quos colendos susceperant. Deus enim intima quæque perspiciens non considerat prouentum operis, sed operantis affectum.

Intentio valet apud Deum.

73. Matt. 25. v. 23. Duo talenta accipienti, & alia duo superlucranti eadem gratia habetur, & eadem merces redditur & promittitur, atque referenti quinque talenta superacquisita, quia par fuit vtriusque labor. Orig. in Matth. tract. 33. *Quare, quoniam eadem dicta sunt ambobus, ne fortè & qui minorem habuit virtutem, & totam illam, quam habuit secundum quod oportebat, exercuit, nihil minus habiturus sit apud Deum, quam ille qui fuit in maiore virtute, vt im[illegible] leatur in eo, quod dictum est: qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit.* Cumque Origenes dixisset, idem sibi videri accidere in dilectione Dei, vt qui ex tota sua mente diligat, alius licèt maiori, alius minori, parem vterque mercedem recipiat, quod par [illegible] theologicè est dictum, concludit & si non ex formâ ex materiâ tamen quod est verum: *Hoc enim [illegible] quæritur, vt quicquid habuerit homo ex Deo, toto eo vtatur ad gloriam Dei.*

Orig.

74. Vnde si qui d[illegible] 10 talenta, siue etiam qui quin-

que ad lucrum [illegible] n [illegible] r, ac [illegible] rubile [illegible] dominus a [illegible] laudatus, atque remuneratus. N[illegible] *Euge serue bone,* [illegible] *superlucratus* [illegible] quod [illegible] ni [illegible] dicebat, sed quam [illegible] Domini [illegible] laudis & me[illegible] *quia in pauca* [illegible] *multa te constituam: intra in* [illegible] qui [illegible] dem industriam [illegible] succe[illegible] te lucro, tulisset æque [illegible] quali laude, ac præmio dignus. [illegible] o talento acce[illegible] sium referens, non fuit [illegible] a Domino, quod sine [illegible] lerit p[illegible] tiera, pigerque, ac prom[illegible] nullam na[illegible] operam, [illegible] dum laborem subire vo[illegible] segnitie, talentum infoderit.

75. *Voluntas pro facto.* Quin opere nullo secuto [illegible] promtus ad operandum, Deus [illegible] ceptis, & sibi æstima[illegible] experti[illegible] Gen. 22. 16. *Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti* [illegible] *vnigenito propter me: benedicam tibi,* &c. En merces respondens animo, non operi. Quid mirum? Si enim Deus vlciscitur propositum sceleratum, cassum effectu; de quo Aug. Psalm. 61. vers. 12. Psal. 1[illegible]. vers. 2. quid ni, cùm sit promtior ad indulgendũ, remuneret bonum affectum, præ impotentia, opere vacuum? Cui affectui si accesserit opus, labor, industria, strenuitas, ac diligentia, & hæc omnia aliunde sint irrita, sine dubio Deus qui intima perspicit, iostissimus ac liberalissimus remunerator suo carere præmio non patietur, nam quæ sunt per se molesta, cùm [illegible] beunt sine fructu proposito, ac destinato; ac [illegible] dunt multo molestiora: vnde non minus habent meritum quàm cum eo frustrata non sunt.

Molestius laborare sine fructu.

76. *Beneficentia & voluntas certà quadam beneficium pensanda.* Hoc cùm sit etiam rationalis naturæ iudicium, Seneca grauis, ac prudens Philosophus assecutus est tractans de beneficiis, & affirmans in babendâ, aot referenda gratiâ non tam spectandũ esse quòd nobis reipsâ reddi ierit beneficium, quàm quale adnixus fuerit reddere. Sic enim lib. 5. c. 2. disserit: *Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt vires, easdem facultates, eandem fortunam, quæ optimorum consiliorum duntaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum petens laudanda est, etiam si illam alius gradu velociori antecessit: non vt in certaminibus ad spectaculum editis meliorem palma declarat, quamquam in illis quoque sæpe deteriorem prætulit casus. Vbi de officio agitur, quod vterque a sua parte esse quàm plenissimum cupit, si alter plus potuit, & ad manum habuit materiam sufficientem animo suo, si illi quantum conatus est, fortuna permisit, alter autem voluntate par est, etiam si minora, quam accepit, reddidit, si vult reddere ex toto, in hoc intentus est animo, non magis victus est, tanquam qui in armis moritur, quem occidere facilius hostis potuit, quam auertere.*

Seneca.

77. *Simile.* Et lib. 6. cap. 11. hoc ipsum firmat exemplo mutuato. *Cleanthes, inquit, exemplo eiusmodi vtitur: ad quærendum, & accersendum ex Academia Platonem duos pueros misit. Alter* [illegible] *am porticum perscrutatus est, alia quoque loca, in quibus illum inueniri posse sperabat, percurrit,* [illegible] *dom um non minus lassus quam irritus redijt. Alter* [illegible] *ximum circulatorem resedit,* [illegible] *cum vagus, atque* [illegible] *erro* [illegible] *culis con*[illegible] *regatur, & ludit, transeuntem Platonem,*

quem

quæ[illegible] quæsieras, inuenies. Illum, inquit, laudabi- m[illegible] quantum in se erat, [illegible] [illegible] alacriter intrtem [illegible] lumtas est, qua apud nos ponit officium [illegible] quæ co- [illegible] me debito obstringat.

78. Quod si apud hominem voluntas alterius be[illegible] facti debet: qui [illegible] volun- [illegible] cernere potest: apud Deum, qui intima quæque introspicit, & alienis officiis non [illegible], quanti fieri [illegible] si fuisset cum effectu coniuncta. Quia sæpissime [illegible] bonam voluntatem, bonumque conatum, [illegible] more, & [illegible] iuuandi susceptum ca- [illegible] non valent [illegible] hæc vanè [illegible]. Nam quicumque fuerint offi- [illegible] hac potius fructu, ad solatium hæc [illegible] vsurpare *ergo [illegible] meum [illegible] opus meum [illegible] Deo meo. [illegible] autem [illegible] digna, pax vestra reuertetur ad vos.*

[illegible] Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congrega[bi]tur, & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

79. DEmpto vno, aut altero expositore, reliqui Christum loquentem faciunt, qui versu 6. reponit exponit, quid sibi Deus dixerit: vnde hæc, vt sit expeditior contextus, parenthesi sunt claudenda, quod fecit doctè Osorius in sua eleganti paraphrasi: itaque *Formans me ex vtero,* &c. adiunguntur, vt mediis committantur sequentia: *Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob,* & reliqua.

80. *Christus seruus quatenus.* *Formans me ex vtero seruum sibi.*] Quemadmodum nomen *serui* Christo competat, alias est à nobis dissertum. Hic notatio Cyrilli non prætereunda, probè coniungi cum vtero seruum: quia nisi processisset ex vtero, nisi factus fuisset homo, seruus esse non posset, quippe secundùm se Filius Dei, ac proinde liber, ab omni specie seruitutis alienus: vt indicauit idem *Filius tamquam liber.* Christus Matt. 17. vers. 25. cùm ex eo, quòd filij principum vectigales non sint, sed liberi, se exemtum esse à seruitio, & tributo soluendo conclusit. Hæc est nota Cyrilli: in quâ Christus vt Dei Filius est liber, est Deus, æqualis Patri; at vt homo, etiamsi dicendus est filius Dei naturalis, quia tamen creatura, formatus ex vtero, seruus est Dei, quod asserendum est, contrà licet, annuentibus nonnullis Scholasticis.

81. *Partus ventrem sequitur quoad seruitutem, vel ingenuitatem.* Sed ego in vtero, seu in hac formatione ex vtero aliud subodoror: nempe, ius Gentium, quo decernente, proles sequitur vterum, quoad ingenuitatem, & seruitutem. Qui enim e matre serua, & patre libero nascitur, seruus est, sicut ex aduerso, qui e matre liberâ, & patre seruo concipitur, liber oritur. Cùm ergo Christus quà homo conceptus fuerit ex Maria Virgine, & ex Spiritu sancto superueniente, & obumbrante, operámque virilem supplente, cúmque mater, quia creatura, sit Dei serua, & ancilla, quod ipsamet vere, & ingenue fassa fuit, partus sequi debuit ventrem, & de matre seruà seruus enasci: quare aptè dicit: *Formans me ex vtero seruum sibi:* & verè Cyrillus ex vtero ei accidere, vt sit seruus. Psal. 115. v. 6. O Domine, quia ego *Luc. 1. v. 38. 48.*

seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Vt reducam Iacob ad eum.] Finis carnis assumptæ, & formæ serui acceptæ, in hoc mundo voluit Pater me sibi seruire, in reducendo Iacob. Allucebat mihi allusio subobscura ad Patriarcham Iacob, qui seruiuit socero suo & auunculo Labano in pascendo grege, quem fuisse typum pastoris Christi ad c. 40. v. 11. num. 177. inueneris. Nam verbum *reducere*, & quod sequitur, *congregabitur*, esse pastoritium: & Christum fuisse Pastorem, eóque officio cumulatissimè functum loco & versu citato, multis edisseruimus. 82. *Incarnationis finis. Allusio Gen. 29. v. 18.* *Iacob typus Christi.*

Et Israel non congregabitur.] Hoc loco S. Hier. ita sentit. *Satis miror quomodo Vulgata editio fortissimum contra Iudæorum perfidiã testimonium alia interpretatione subuerterit, dicens: non regedor, & glorificabor corã Domino.* Addit que S. Doctor, Theodotionem & Symmachum secum esse: Aquilam verò secus vertisse, aut simulantem imperitiam, cùm esset Hebraice doctissimus, aut Iudæorũ expositione deceptum: deinde ostẽdit, vnde probetur, vt ipse vertit, esse verecundum, quod ibi videri potest ab Hebraice petito. Sed Hieronymus in primis affirmat, eam fuisse suo tempore Vulgatam editionem: & ita est. nam est editio Græca LXX. & constans in omnibus codicibus, & in scriptis Patrum antiquiorum: & in Chaldæo interprete, vnde quis fortassis admiretur, cur S. Hieron. nomini LXX. parcens ad alios quam culpam accusat, ableget. 83 *Lectio varia.*

Quod ad rẽ ipsam attinet, etsi specie contraria videri possint hæc duo asserta: *Israel non cõgregabitur:* quod habet nostra Vulgata, & *congregabor*: cùm sit oratio Israelis: quæ est antiqua lectio vulgata ante Hieronymũ: re tamen ipsa nõ pugnant: nã cùm Israel ex parte fuerit congregatus, & ex parte congregari noluerit, vtrúque assertum, & affirmans, & negans, est verum. 84.

Si roges, vtra editio tenenda, nõ dubiũ quin quæ est nũc in codicibus: si verò roges, vtra sit autotypo cõueniẽtior, respondeo nostrã: vnde, vide apud Hieronymũ, & Leonẽ Castrium, qui Græca lectionẽ prętet morẽ monet conformãdã cũ Hebraica. vide etiã Sanctiũ nostrum cum ratione obiurgantẽ eos qui secus quàm legitur intelligi debere aliqua scripta defendũt. Enim verò si hanc legẽ non recusamus, quælibet ferę Scriptura, huc illucque in diuersa, imò in contraria trahi potest, vt norma Lesbia. 85.

Et Israel non congregabitur. Tametsi Deus me legarit ad reducendũ Israelem, & ego meũ sim functus officiũ, tamen *Israel non congregabitur*, nõ reducetur: quia suo abusus arbitrio restiter. id enim querebar & dolebam cum dicerem: *In vacuum laboraui, sine causa & vane fortitudinem meam consumsi.* 86. *Pertinaciã*

Iacob, & Israel vt fuit vnus homo, duobus nominibus appellatus, sic pro eodẽ populo ab eo sæpe sumitur. Sed quia hic idem homo sortitus est duos status, duas fortunas valde diuersas: vnã aduersã, humilẽ, inopẽ, & afflictã: alterã prosperã, erectam, locupletem, florentem, [illegible] expertus est cùm exul seruiuit apud Labanũ: posteriorem postmodum vxoribus, liberis, opibus, famulitio, honore auctus: quo tempore Israel fuit illi cognomen inditum. Quo de discrimine Iacob, & Israelis ago ad cap. 41. num. 19. *Iacob, & Israel vt differant.*

Quo dato, licebit hic diuidere Iacob ab Israele, hoc modo: vt *Iacob*, sit populus Iudæus secutus Christum, plebs, homines te- 87 *Christi de [illegible]*

nues, humiles, non genere, non opibus non doctrinâ, non aliis naturæ dotibus conspicui. Tales enim adhæserunt Christo, non proceres, non principes Iudæorum. Hoc enim ab ipsis iactatum legimus Ioan. 7. v. 48. *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis: sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Id videre est in Apostolis, quos homines fuisse conditionis deiectæ certum est infra, c. 53. num. 15.

88. Ergo cùm inquit: *Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum:* eò videtur aspicere ad Iacob profugum, pauperē, peregrinum, trāseuntem in baculo Iordanem; populum in eo præsignatum Christus erat reducturus, reuocaturus ab exilio, restituturus in patriā, & omni genere bonorū adornaturus. At Israel, nobiles, legis periti, locupletes, primores non fuerant congregandi, quia illis vtpote superbis displicuit humilitas & simplicitas Euangelica. *Superbia impedimentum primoribus Iudæorū credendi Christo.* *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam adinuicem accipitis: & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* Ioa. 5. v. 44. Hoc Dominus primoribus Iudæorum. Et ex toto Euangelio sumimus, superbiâ & fasto fuisse principes Synagogæ præpeditos, quo minus Christum acciperent. Hoc in primitiis adorantibus incunabula Saluatoris prælusit, in pastoribus, inquam, qui portendēre è Iudaismo venturos ad Ecclesiā homines humilis, & abiectæ fortunæ, testirnios verò honoratiores. Ergo Iacob reducetur, *& Israel nō congregabitur.*

89. *Christus quomodo sit missus ad solos Iudæos.* Disputāt aliqui hoc loco, nec alieno an Christus in mandatis habuerit à Patre, vt solos Iudæos doceret, & coleret: cùm profiteatur hic, se formatum seruum ex vtero, vt reducat Iacob? & vers. 6. proximo audiat, id parum esse, se dandum *in lucem Gentium.* Et verò Saluator ipse agens in terris, suósque discipulos ad euangelizandum dimittens; Gentilium, atque Samaritanorum, qui è Gētilibus erant oriundi, ciuitatibus interdicit Mat. 10. v. 5. & à fœmina Gentili Cananæa efflagitatus filiæ sanitatē, apertè respōdit Mat. 15. v. 24. *Non sū missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* vbi dictiuncula, *nisi*, & exclusionis & præcepti vim obtinere videtur.

90. At non solis Iudæis missum fuisse Christum quamplurima veteris Testamenti testimonia & vaticinia confirmant, quæ passim Apostoli disputantes cū Iudæis, allegāt: & in primis Paulus; sequenti versiculo, plane, & absque vllo innolucro traditur: imò cum infitiatione eius, quæ videri posset, exclusionis, in hæc verba concepta: *Paruum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas: ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea, vsque ad extremū terræ.* Quo in genere nihil dici potuit planius. *Dubitatio.* At, cū hoc ita habeat, quî verū est quod Christus mulieri Cananææ respondit? quo fine iussum, quod missis prædicatum discipulis præscripsit: qui salutem, quod hoc loco Christus affirmat; *Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum?* Nam si cui libuerit ad hoc Isaiæ respondere, *Iacob* sumi, vt alias non rarò, spiritualiter, pro futuris è Gentilismo fidelibus, obstat pars insequens: *& Israel non congregabitur*: quæ certissimè est de Israele secundùm carnem.

91. *Responsio.* Excusas iterum: Iacob esse Gentilem: at Israelem esse Iudæum populum: quam excusationem & enodationem ego promoueo, nam captis & abactis duodecim tribubus, decem in Assyriam, quæ decem tribus appellatæ sunt *Israel*, & reliquis duabus tribubus in Chaldæam, quæ nominatæ sunt Iudas, seu Iacob: illæ decem, videlicet Israel, non sunt amplius reductæ, atque adeò Israel non fuit congregatus, sed remansit circumquaque dispersus: at Iacob ductus Babylonem fuit reductus: quare cùm hæc captiuitas portenderit captiuitatem generis humani, & eius depulsio redemptionem, & salutem reipsa præstitam: inde fit, vt conuenienter Iacob stet pro natione Gentilicâ, reipsa reducendâ ad fidem, & Israel pro natione Iudaicâ permansurâ in seruitute, & infidelitate peruicaci.

92. Cæterum, quamuis hæc primo aspectu speciosa, & probabilia appareant, si tamen premantur, & ad normam S. Scripturæ, eiúsque locutionis consuetudinem redigantur, parum cōgruere comperiemus. Primùm, quia cùm duæ tribus secutæ Roboamū, ab aliis decem secutis Ieroboamum distinguūtur, & vno nomine appellantur, non dicuntur Iacob, sed Iudas, seu filij Iuda, à potiori tribu Iudâ, cui accessit Beniamin: at Iacob, cùm fuerit pater duodecim filiorum & tribuum, pro omnibus capitur, non pro vnâ, & alterâ. *Iacob non pro duabus tribubus.*

93. Præterea, licèt daremus, Iacob & Iudam sumi pro eodem: vbi Iudas & Israel vt præsignatiui diuersorum populorum collocantur, Israel significat Gentiles venturos ad Euangelium, & Iudas Iudæos ad idem conuentur⟨o⟩s: quod cernere possis Oseæ 1. vers. 11. *& congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra, quia magnus dies Iezrahel.* Prophetia est de Ecclesiâ componendâ ea vtroque populo: & plerisque autoribus, & in iis August. 18. de ciuit. c. 28. Israel est populus Gentilis, & Iuda Iudæus: Vide Riberam. *Iudas & Israel vt differant.* *Israel pro Gentib.*

94. *Responsio alia.* Postremò, vt aliis locis id aptum sit, huic esse nequit: nam subsequitur: *parum est vt sit mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & conuertendas fæces Israel.* vbi clarum est, sumi pro eadem natione.

Quâ responsione ablegatâ, alia erit adscisenda, quæ & huic Vatis loco, & aliis ea Euangelio sit accommoda. Docent communiter Euangeliorum interpretes locis citatis, Dei fuisse decretum, vt Christus per se doceret solos Iudæos, apod eos versaretur, miracula faceret, beneficia cooferret: ad eosdem eacolendos mitteret suos discipulos; non verò ad Ethnicos, quoad ipse vitam duceret mortalem. *Christus solos Iudæos coluit.* Sed ne hoc qoidem ita præcisè mandatum, vt si se daret occasio impertiendi hoc beneficium Gentilibus obiter, id non liceret: hoc enim licuisse satis exemplo Christus euicit, sananda filia Cananææ, quam primo aditu visus est repellere: sanando filio Centurionis Gentilis, conuertendis multis ciuibus Samariæ, quâ transibat. Itaque Christus Dominus ex destinato non adibat & quærebat Gentiles, ideo præcepit discipulis: *in viam Gentium ne abieritis*: i. datâ operâ: *& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*: videlicet, annunciaturi Euāgelium. *sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Sed oblatâ, & non captatâ opportunitate, procurandæ salutis aliquorū Gētiliū nullū erat interdictū. Quâ distinctione obseruatâ in primis ab Ariâ Mōtano

Matt.

Matt 10.vers.5. sit satis obiectioni propositæ. A

95. *Et glorificatus sum in oculis Domini & Deus meus factus est fortitudo mea.*] *In oculis Domini:* corã Domino: verè, gloria verã, & solidã. Lucutio est librorũ diuinorũ, ad exponẽdam veritatem, & existentiã rerum: nam humanos oculos fallũt quãplurima, diuinos nihil omnino: vnde Dei oculus est plus quã lapis Lydius ad examẽ rerũ. Quare Paulus 2. Cor. 10. v. 17. *Qui autẽ gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsũ cõmendat, ille probatus est, sed quẽ Deus cõmendat.* Et multa sunt huius notæ in sacris codicibus, quibus efficitur, non esse verã laudẽ, & gloriã, nisi quã Deos approbarit, & etiã ipse attulerit. Cùm enim laus & gloria nõ debeatur nisi rectè factis, & omniũ rectè factorũ autor sit ipse Deus, clarũ B est ab eodem emanare laudẽ verã, & gloriam.

96. Quàm vera, & solida, & quàm magna fuerit gloria Christi apud Deũ, apud Angelos, & homines, quis sibi tantũ arroget, vt profiteatur se vel millesima ex parte posse concipere? De ea idem Christus pluribus locis apud Ioa. 8. v. 5. c. 11. v. 42. c. 13. v. 31. c. 18. v. 5. & Paulus sæpius, præsertim Phil. 2. v. 9. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestrium, infernorũ, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris.* vbi simul & gloria, simul & fortitudo. Similiter Ioan. 1. v. 14. *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à* C *Patre, plenum gratiæ & veritatis.* De fortitudine Christi ad c. 40. v. 10. n. 135. & v. 11. nu. 166.

Vers. 6. Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.

97. HÆc sunt Dei ad Christum hominẽ verba; nã superiora sunt verba Christi exprimẽtia diuinũ consiliũ in se mittendo ad homines, quare illa parenthesi monui esse circũscribẽda. D Deus Pater tanquã respondet & satisfacit filio dolenti se operã & laborẽ perdidisse in Israele excolẽdo, quippe qui perire maluerit, quã saluꝰ esse. Ait ergo Pater filio: non satis tuæ dignitati & labori consuluissem, si te ad solum Israelem adducendum misissem. præsciens ex eo reliquias duntaxat ac fæces saluandas fuisse: idcirco id præuidẽs, ne labor tuus esset irritus, *dedi te in lucẽ Gentiũ, vt sis salus mea vsque ad extremũ terræ.*

98. Ista ex superioribus vt sint accipiẽda, liquet n. 89. 94. Christus lucem & salutẽ Gentibus attulit, non ipse per se, nã ille sola Iudæã lustrauit: sed per Apostolos, eorũmque discipulos, ac posteros. Hoc ita debere intelligi, & res ipsa compellit: cùm Christus è Iudæã, & Galilæã pedem docendo nõ extulerit: & Paulus Act. 13. v. 46. dilucidè docet: nam cùm Antiochiæ Pisidiæ indignarentur Iudæi proponi Gentilibus Euangelium: E *Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad Gentes, sic enim præcepit nobis Dominus. posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.*

99. Quæ Apostolica allegatio cõfert nobis simul multa. Primũ. hæc nulli alij, quàm Christo ascribi posse: vnde benè S. Thomas; planè dici de Christo, de Cyro verò nõnisi distortè. Alterum: non solis Iudæis, sed eis primum oblatũ fuisse lumen Euãgelicum, idque ab Apostolis etiam. Tertium: prædici hoc loco, Christũ allaturum Gentilibus populis, nõ per se, sed per suos prædicatores: Paulus enim allegat. *sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentium:* quod fuerat Christo demandatum, vt suos discipulos dimitteret ad docendas Gentes, interpretatus fuisse demãdatum sibi & aliis Apostolis.

Dedi te in lucem Gentiũ.] Quamuis *dare*, videri queat esse idem, quod ponere, nihil tamẽ prohibet à nobis exponi propriè, id est, sine vllo debito, liberaliter offerre, quia datur Gentilibus, quibus Deus non vt Iudæis suã fidẽ obligarat. Quare his ex fœdere, illis ex munere, ac dono Christus est editus. Sic distinctè, & disertè c. 42. v. 6. *Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium.* Redeas illuc, obsecro. Vbi videbis etiã, ob quam rem, cùm agitur de conuersione Gentilium, lucis, ac proinde tenebrarum ferè semper fiat mentio: non item cùm agitur de conuersione Iudæorum ad Euangelium: nimirum, quia Iudæi erãt in luce fidei, tametsi admista vmbrã figurarũ, at Gẽtiles erãt in tenebris densissimis errorum, ac vitiorũ: quibus de tenebris quia locutus sum c. 42. cit. à n. 222. eò mitto lectorem. 100.

Vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.] Christus, salus, & salutare Dei dicitur: Luc. 2. ver. 30. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum: lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Quod Simeon, autore Forerio, ex hoc loco prõsit. Vt Christus est lux, ita & salus mundi, nam lux vera, & perfecta, scilicet fides formata, eadẽ est salus animæ: est interdum salus ad æternam & immortalem vitam declarandam adhibetur: quæ est perfectissima, & inuiolabilis salus corporis & animi. Cuius quia Christus est causa efficiens, exemplar, & finis, per metonymiam dicitur esse hominum salus: non secus, atque à Paulo dicitur esse nostra *iustitia* & *sapientia*. 101.

Istius salutis, saluatorisque ditio tanta est, quanta orbis ipse, nun aliis quam mundos finibus clauditur. *Non est, qui se abscondat a calore,* & lumine huius solis iustitiæ: *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Et sunt adhuc, qui non vereantur hæc transferre ad Cyrum! 102. Psal. 18.

Sed regrediamur ad initium versiculi, quod L X X. contrariè vertunt: pro *parum*, magnum: ita, *magnum tibi est, vt voceris puer meus: & suscites tribus Iacob, & dispersionem Israel conuertas, dedi te, &c.*

Apparet manifesta contradictio, cùm *parum*, & *magnum* omnino opponantur. Affirmaui istam alias, me non suscepisse defensionem editionis Græcæ, & conciliationis cum Latina, esset enim arduum institutum, & maius viribus, vbique præstare, pollicerive hanc concordiam. Quare sicubi eam eõnet, vt corollarium accipiendum; vbi omisero, non requirendum.

Hoc loco, quia Patrum non pauci hoc testimonium prout in Græco iacet, afferunt & ad probationes suas adhibent, visum est experiri, an possit vtraque lectio consociari. Hi verò in vtraque posse sententiã verã & commodã considerari non est mihi dubium; quod tetigit S. Hieronymus postremis verbis ad hunc versũ, cùm retulisset lectionẽ LXX. Græcè & Latinè 103.

id est dixit mihi : magnum tibi est , vt voceris puer meus: magnum referamus ad hominem, & ad puerũ, qui comparatione Dei paruus est. Apud Procopiũ paulo aliter: vt sit res magna Christo vt homini : parua vt Deo.

104. *Magnum. & paruum relata.* Cùm enim magnum , & paruum vocabula sint respectiua: clarũ, quod respectu rei alicuius est magnum, respectu alterius posse esse paruũ. Vnde & aliter licebit hanc comparationẽ cõcipere: vt Christus præ suâ modestiâ, & humilitate magnum sibi, & speciosum existimet, deligi ad suscitandas tribus Iacob, aliud licet nihil demandaretur; at Deus Pater id parum iudicet, & dignitati Christi non æqualę; ac ita dicat: tibi, ô fili, videtur satis magnum, si voceris puer & seruus meus , mihique seruias in reuocandis tribubus Iacob , ex parte: Sed ego iudicans id tibi esse parum, & tuam dignitatem minimè adæquans, *Dedi te* quoque *in lucem Gentium.* *Modestia Christi certat cum liberalitate Patris.* Quà explicatione & Christi modestia ac humilitas, & etiã caritas commendatur, & Dei Patris prouidentia consultissima , & decori tenacissima, qui non est passus Saluatoris merita & officia tam paruo fructu esse contenta. Et sic æquum est, modestiam accipientis cum liberalitate dantis certare.

105. Verùm hoc non est versiones ad eundẽ sensum adducere, & cum Hebræo textu componere: in quo est dictio נָקֵל *nachèl* , quæ iudicio peritorum est *parum*, aut *leue*, vnde parũ & magnum nequeunt esse eius nominis ambæ versiones, nisi alterum interrogatione enuncietur, ita vt cõtrarium significetur: vt si Græcum hoc modo efferatur: *Magnum tibi est, vt voceris puer meus, & suscites, seu, ad suscitandas tribus Iacob?* & interrogatio vim sortiatur negationis, ac si responderet sibi Deus: non, non est tibi hoc magnum, sed parum: idcirco *dedi te in lucẽ Gentium.*

106. Quo in modo concordandi Leo Castrius & ego partim consentimus , partim dissentimus. Conuenit inter nos, alterã lectionẽ fore interrogantem: dissentio , quòd ille Latinæ lectioni interrogationẽ affigit, ego verò Græcæ : & cur hoc præferam, rationẽ affero. Nam si Latinam proferas interrogãdo: *parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas?* & subaudias responsionẽ: Non est parũ: *ecce dedi te in lucẽ Gentiũ*: cuiuis apparuerit, hæc inter se non concinere: nã ex se non est magnũ cõuertere fæces Israël: & si affirmaretur id esse satis magnũ, tamẽ cum hoc non bene hæreret: *Ecce dedi te in lucem Gentium* : quòd enim illa fæcium expurgatio , parum esse sit iudicata, ideo Gentium illuminatio promittitur, & adiicitur, vt sit munus splendidum.

107. At in Græca lectione cessant hæc incõmoda; *magnum tibi est, vt sis meus puer ad suscitãdas tribus Iacob?* nequaquã magnum pro dignitate tua fuisset: quare *dedi te* , &c. Adde iis rationibus, *Minùs licet mutare Latinam, quàm Græcam editionem.* minùs licere nobis in Vulgatã Latinam , quæ nullibi reperitur habere notam interrogationis, quam in Græcam : cuius exemplaria magis sunt obnoxia mendis: & vbi nota interrogationis est detractu facillima: constat enim puncto & commate ita disposito; vnde deleto puncto suprà posito, perit interrogatio.

108. Ego quidẽ, nisi obstaret autoritas dicta Latinorũ codicum, facilè inclinarer ad accipiẽdam rogationem hoc sensu: parum tibi videtur seruire mihi in reuocando Israele, quia maiori ex parte nolet reuocari? ne id ægre feras, quasi laborem frustra subieris: *Ecce dedi te in lucem Gentium*, & hoc satis congruit cũ vers. 4 *Ego dixi: in vacuum laboraui*, &c. Sed vt cum hac interrogatione affirmatio Græca conueniret, in ea aliter deberet accipi nomẽ, *dispersio Israel*, scil. pro populo Gentilico: vel saltẽ coniungẽda esset pars illa, *ecce posui te in fœdus generis, & in lucem Gentium*: quasi ratio, cur magnum sit Christo , esse Dei seruum, cùm ad vtrâque gentem reducendã destinetur: ad quod est necesse aliquid subintelligi, & suppleri. Hoc modo : *ecce* præterea, *posui te*, & reliqua. Magnum hoc est munus , & officium, quia & Iudæos es congregaturus , & quia illi maiori ex parte, *gratiam abnegarunt*, vt obseruat Procopius etiam Gentiles adducturus. Et ista suffecerint de consensu Latinæ , & Græcæ versionis.

Quod noster interpres *fæces Israel* transfert, Græcus habet *dispersionem*, Hebræus נְצוּרֵי *netsurè*, quod a variis variè exponitur, seruatos, obseruatos, residuos, vastatos: quæ omnia cadũt in Iudæos traductos ad Christum: cum allusione, & aspectu ad captiuos Babylone. Sed editio Latina mihi inter alias omnes maximè arridet, quippe suggerens multa. In fæcibus enim ipse tria contemplor ad rem nostram. Vnum, quòd sint partes relictæ , residuæ , aliis partibus absumtis, vel haustis. Alterum, quòd sint infimæ, viles, sordidæ. Tertium, quod subsidant, & sint valdè habiles ad conseruandum & roborandum vinum superinfusum. 109. *Fæces quid.*

Quæ omnia primis Iudæis Christo allectis, Apostolis & Apostolicis viris aptissimè conueniunt: & si ea vlteriùs pergerem euoluere, lectorem tarditatis damnare viderer. Quoad postremam partem de vi conseruatrici, & auctrici vini, moneo adeas c. 43. nu. 182. 110.

Vers. 7. Hęc dicit Dominus, redẽtor Israel, sanctus eius: ad contẽtibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruũ dominorum: Reges videbunt & consurgent principes , & adorabunt propter dominum , quia fidelis est , & sanctus Israel, qui elegit te.

VAriãt magnopere expositores dũ exponũt, quæ sit *contemtibilis anima , abominata gens, & seruus dominorum*: inter antiquos secutos editionem Græcam minor est varietas: habet enim illa sic: *Sanctificate illũ, qui despicit animam suam, qui est abominationi Gentibus, seruis principum*, vel, *qui seruus est principũ*. Quæ nisi Christo, aut certẽ populo Christiano cõuenire nõ possũt: Latina verò Christo aptare fuisset facile, ni mẽbrũ illud interpositũ obstaret: sc. *ad abominatã gentẽ*, Ecclesiæ Christianæ primitiuæ nihil impedit, quominus omnia accommodentur: & ita multi accommodant , alij Ecclesiæ coactæ è solis Iudæis, alij coactæ è Gentilibus, alij promiscuæ ex vtrisque. Alij denique populo Iudæo , non illi quidẽ, qui verè sapiẽs suscepit Christũ, sed qui decipiens obstinatè reiecit: qui ex quo ad hanc impiam stultitiam prolapsus est, ad hanc vsque diem cõtemtibilis, abominatus, seruúsque multorũ dominorũ (nã vbiq; terrarũ seruit) in abiectissima fortuna, & miserrima cõditione iacet. 111. *Expositiones variæ.* *Iudæi vbique viles.*

Hæc expositio nacta est patronos tempore etiam S. Hieronymi , vt ipse prodit hîc , quod mihi parit admirationem , cùm eo tempore 112.

translatio

[illegible] in Eccles[illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] omnium [illegible] pat[illegible] [illegible] *[illegible] illum, [illegible]* [illegible] cum [illegible] [illegible] opinium [illegible] [illegible] *ae*, est [illegible] *Redemtor Israel*, [illegible]. [illegible] ego [illegible] quod [illegible] [illegible], & [illegible] ad [illegible] [illegible], sed [illegible] p[illegible] [illegible] & dest [illegible] & [illegible] *[illegible] Reges videbunt, [illegible] adorabunt propter Dominum,* [illegible] Deus cū [illegible] *abiectū te.* [illegible] [illegible] crediunt, in primis est [illegible] a Latina editione eos d[illegible]cedere [illegible] *[illegible] abominatā gentē.* quod [illegible] in Græca quidē est [illegible] *ad abominatū gentibus:* nam vt admittā [illegible] suę nationis, non tamē dem exo- C [illegible] gentibus, populis alus dices, in He- [illegible] singular[illegible] fateor, sed vt red- [illegible] *ad abominatam gentem.* Deinde te- [illegible] paulo an[illegible] posita contr[illegible] aliam sen- [illegible] præmpte omisso Christo, quo cum [illegible] est collocutio, auocaretur ad Isaiam, [illegible] conf[illegible] qui v[illegible] detur, aut Christo, aut ab [illegible] fundatæ hæc tribui debere. Sed ad- [illegible] opponi[illegible]: prætermitti, cūi pos[illegible] [illegible] petere, nempe populum Iudæum apud [illegible] nos seruiētē. At ego ponebā hoc capite [illegible] Euangelicā, quam potiorem satis [illegible] mihi videor initio a nu. t. Quare a me [illegible] fit aliquid, nihil amplius extorseris, D [illegible] ad captiuitatem sit aliquis aspectus.

114. His ita expeditis, superest interpretatio de Euangelio, facilius fluens, & inoffensa, si hic Deum audimus cū Apostolicā Ecclesia agētem. Cui nihil est in totā periodo, quod non mirificè conueniat. Quàm enim fuerit initio, & lōgo pòst tractu tēporis contēptibilis quā abominata [illegible] obnoxia dominatui, & tv[illegible] nidi prin- [illegible] ex prædictionib. Christi in Euāgelio, & ex ipso rerū euētu, & persecutionib. in Actis Apostolorū, & omni historia Ecclesiast. atq; Apologeticis [illegible] ipsis veteri Patr[illegible] [illegible] edocemur.

115. A[illegible] plerique veterum [illegible] his Hierony- E mus [illegible] recentiorū in [illegible] hoc de ipso Sal- [illegible] [illegible]. & dixi huic sententiæ officere [illegible] *ad abominatā gentem*, [illegible] qua de [illegible] tu. Lyr. facil[illegible] probarum hoc mē- [illegible] ad Ecclesiā, aliud ad Christum: *ad [illegible] ad [illegible] Do- minorum*, ad populum Christianum: hoc ille de more pun[illegible]: sed tenera tem acu tetigit: eam [illegible] luculentius edisserant viri docti [illegible] Forerius, & noster Sanchus, apud quos leg[illegible] debe[illegible]. Ego verò summam consiciam. Dixit Augustinus mul[illegible]s, præsertim exponens [illegible] Christu[illegible] caput, & Ecclesia vt [illegible] [illegible] quum vnum [illegible], inde

A her[illegible] [illegible] de vtroque [illegible] [illegible] loquuntur, [illegible] sun corpo[illegible] [illegible] [illegible], quæ sunt [illegible] [illegible] Augustinus [illegible] contum[illegible] [illegible] & [illegible] & [illegible] [illegible] abitanco. Quo [illegible] [illegible] [illegible] posita in [illegible] & sordio. solusque po[illegible], vt in med[illegible] [illegible] [illegible] execrat[illegible] [illegible], in [illegible], t R[illegible] [illegible] ant, admu[illegible] veneramur [illegible] Principes [illegible] at [illegible] grat[illegible], & prona ador[illegible] propter Deum.

B [illegible] Apo[illegible] is fuisse vi[illegible]situdinem [illegible] & honoris, ignominiæ & glor[illegible] [illegible] [illegible]dinæ, [illegible] ipsorum [illegible] col[illegible] [illegible] [illegible] & probe [illegible] Paulus 1. Cor. 4. [illegible] *Puto enim quod Deus nos [illegible] nouissimos ostendit [illegible] morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam [illegible] [illegible] nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur*, & su- C stinemus: *blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.*

116.

Ecclesia [illegible] persecutione [illegible]

Vidimus [illegible] d[illegible]decoris, & ignominia, videamus [illegible] honore mirum di[illegible] Act. 14. v. [illegible] *Turba autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam Lycaonice dicentes: Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatē, tauros, coronas ante ianuam afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod vbi audierunt Apostoli, Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes, & dicentes: viri, quid hæc facitis, & nos mortales sumus*, &c. Obseruat Arias argute, tribus epithetis probrosis, scilicet *contemptibilem, abominatam, seruum* respōdere alia tria speciosa: *Reges videbunt, consurgent principes, & adorabunt.*

117.

In Christo Domino vtrúque simul euenit: nam quem adorabat populus, blasphemabant Principes Synagogæ. Sed illa pars: *Reges videbunt, & consurgent Principes*, post eius in cœlos ascensionem expleta est. Adi Annales Ecclesiasticos, maximè secundum imperiū Constantini Magni. Quod verò ait: *propter Dominum, quia fidelis est* expone: propterea quod Dominus sit fidelis, ac proinde, cum id promisisset non potuit non fieri. E

Vers. 8. Hæc dicit Dominus: in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terrā, & possideres hæreditātes dissipatas.

Est quod habeamus gratiam D. Paulo ad- 118. ducenti, & exponenti priorem partem huius versus in 2. Corinth. 6. vers. 1. his verbis. *Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te, ecce nunc*

nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Itaque non fas est ambigere, hoc spectare ad Euangeliũ, & ad primum Saluatoris accessum.

De primo Aduentu Domini. Quare S. Hieronymus reuocare videtur quod versiculo superiori dixerat, illud: *Reges videbunt, & consurgent principes*, in die iudicij postremi eumpleudum, cùm Christus sedebit iudex viuorum & mortuorum. Nam hoc loco ait Hieronymus; cùm vas electionis hoc de primo Domini Aduentu exponat, eius sequenda vestigia, & super lineas adumbratas tanti præceptoris à nobis puerorum instar, imprimendas esse litteras. Et sane, si hæc de primo aduentu sunt, vt reuera sunt, illa superiora ipso contextu cohærentia discindi non debent, neque ab eodem tempore remoueri.

119. *Nouum.* Ergo cùm supra Deus promisisset, *contemtibilem animam, abominatam gentem, seruum dominorum*, conditione mutata, cum admiratione videndum a regibus, honorandum & adorandum à principibus; restabat audiri, hæc rerum mutatio & conuersio quando fieri deberet, huic exspectationi, ac rogationi responder Deus, *in tempore placito exaudiui te.*

120. *Tempus placitum.* *Tempus placitum* in Hebræo significantius est, nam tempus est, tempus opportunum, quod LXX. viderunt, & verterunt, καιρῷ opportuno tempore, opportunitate: deinde placitum est רצון *ratson*, quæ est bona voluntas: vnde liceat reddere: tempore, quo bene mihi placuit: quo & gratuita ac liberalis Dei indulgentia proditur, & indulgendi consultissima opportunitas: itaque Deus ex liberalitate & gratia subuenit Ecclesiæ suæ, & tum, cùm fuit maximè opportuna occasio subueniendi. Non dissimili modo ego accipio illud carmen gratulatorium Angelicum Luc. 2. v. 14. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Græcè εὐδοκίας, eudocias, *beneplaciti*, quæ dictio non ad homines, sed ad Deum referri debet: Pax Deo benè visa, quam Deo placuit dare hominibus. D. Chrys. in Paul. cit. hom. 12. *Tempus acceptum, quale illud? tempus doni, tempus gratiæ; quando non exiguntur pœnæ, sed cum conciliatione licet frui innumeris bonis.*

Quo maximè decuit tempore Christus venit. Sup c. 35. v. 20. nu. 107

121. Quare benè LXX. & ex eis Paulus exposuit: *tempore accepto*: quo tempore volui, quo tu mihi fuisti acceptus, quo placuisti, vel quo accepi preces, & clamores tuós: nam *exaudiui te* id supponit, præcessisse preces, aut querelas: quibus Deus commotus ad ferendum auxilium opportuno tempore occurrerit. inf. 61. v. 2. Placebat tum aliàs, tũ hoc loco maximè Montanus, dum scribit: *alludere Deum in hac descriptione ad vtramque seruitutis figuram, Ægyptiacam & Babylonicensem, atque partam ex vtraque salutem.* Id enim est, quod nos plusquàm vno loco docuimus, sæpe a vatibus prædici res futuras Christi, cũ allusione ad res gestas preteritas.

Arias placet. Futura cum allusione ad præterita. Sup. c. 45. n. 113

122. Quod verò inter figuram, Ægyptiacã nempe seruitudinem & oppressionem tyrannicam Ecclesiæ, cui Deus hic spondet auxilium, sit nõ parua vicinitas & conuenientia, verba vtrobique adhibita à Deo declarant: Exodi namque c. 3. v. 7. ita Deus cum Mose: *vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & spatiosam, in terram, quæ fluit lacte & melle, &c. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.* R[illegible] e[illegible] c[illegible] ore. Clamor Israelis multo a[illegible] a[illegible] es Dei venerat, & ad eius oculos afflictio: sed nondum aduenerat tempus placitum, a Deo definitum ad auxiliandum & l[illegible]andum: bi[illegible] uenit, ait se audisse, & v[illegible] tempus placitum adesse.

Captiuitas corporalis & spiritualis similes.

A

123. At qui [illegible] Dei [illegible]chium, quo minus antea non ext[illegible] & reduceret populum ex ergastulo Ægyptius id habes expositũ Gen. 15. v. 13. 16 ab ipso Deo loquẽte cũ Abraham: *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semẽ tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autẽ quartà reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus.* Expectabat ergo Deus, donec implerent ir iniquitates Amorrhæorũ, quibus impleti eos expelleret de possessione antiqua terræ vberrimæ, & eorum loco populum I[illegible] liti[illegible] eisdem in sedibus, agrisque collocaret. Id tempus vbi appetiuit, vtrumque est præstitum: pr[illegible] colum pulsi, & noui introlati.

B

Cur non antè Israel possidet terram promissam. Supra c. 45. num. 51.

124. *Israel exit ex Ægypto typus generis humani.* Populum Iudęũ eductum ex Ægypto, & introductũ in terram Chananæorum fuisse typum generis humani traducendi à iugo Diaboli ad Ecclesia Christi tritius est, quàm vt ostendi sit opus. Ego duntaxat id nunc ago, locum Exodi allatũ congruere cũ loco præsenti, & ad illum quodãmodo respici. Nã quemadmodum simul impleta sunt Amorrhæorũ peccata, Deus transtulit Israẽlẽ & immisit in eorum agrorũ possessionem: vt terram illam impiorũ hominum flagitiis, sceleribúsque contaminatam expiarent, sanctificaréntque cultu veri numinis illato: sic Deus vbi tẽpus affuit placitum, constitutum ad liberandum semen humanũ oppressum à Diabolo, & ad vlciscendũ eius satellitium, & seruitiũ, videlicet principes, regésq; seruientes Diabolo in idolis: vbi impletę sũt iniquitates istorum spiritualiũ Amorrhæorũ (accinit nomen, quod est *rebelles*) tũ Deus audiuit clamorẽ sui populi, vidit eius afflictionẽ: respexit *contemtibilem animã, abominatã gentem. seruum dominorũ*; & exseruit brachiũ suũ robustũ, ac forte, quod vt hoc ipsum facinus, de quo agimus, portenderet, in Ægypto contra Pharaonẽ obstinatissimum, & eius seruos olim extenderat: eduxit populum suum, posteritatem spiritualẽ Abrahę *cum magna substantia*, in lætitia, cum dignitate, & honore: cum honore, sup. v. 7. *reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt.* cum lætitia, infrà, v. 9. *super vias pascentur*, &c.

C

D

125. *Cum magna substantia*, hic: *& seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas.* Quãuis enim pleriq; interpretũ hęc verba dicta de Christo interpretẽtur, sed nihil obstat, ea Apostolis, & Ecclesiæ primigeniæ attribui: nã si illud superius: *dedi te in lucem Gentium*, quod constabat Christo dici, Paulus sibi & aliis Apostolis iniunctum fuisse pronunciat sup. num. 96. quid impediat hoc quoque eodẽ modo sumi: nã nõ à Christo ipso per se, dũ viueret in terris, præstitũ, sed ab eius discipulis effectũ nouimus. Quorũ vous aliorũ nomine publicat 2. Cor. [illegible] v. 18. *Omnia autem ex Deo,*

E

Deus erat reconcilians sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

126\. Ergo fœderis & reconciliationis autor Christus, qui Deum nobis iratum placauit, seipso medio sacrificio hostia, ac sacerdote; ac proinde nobis obnoxiis & immeritis fœderis & reconciliationis cum Patre, gratiam promeruit: sed administri, legati, atque interpretes & quasi sequestres fuerunt Apostoli, & primi fideles, qui ad effectum, & ad finem destinatum rem adduxerunt, alienos a fide, aut Euangelium confœderarunt. qua confœderatione, & consociatione magnopere ipsi legati sunt aucti, & locupletati multo magis ac melius, quam Israelitæ exeuntes ex Ægypto, & impositi locis, ac sedibus Chananæorum, priscis incolis de possessione depulsis. Atque adeò capiti Christo, & eius corpori Ecclesiæ recens natæ dicitur à Deo Patre, promissiue: *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas.*

Apostoli fuere legati Christi in reconciliatione.

127\. Respectus apparet mihi ad Israelem immissum in possessionem terræ promissæ. Psal. 104. vers. 43. *Eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia. Et dedit illis regiones Gentiũ, & labores populorum possederunt.* Hæc conuenire Apostolis, primisque Christianis spirituali sensu interpretata quiuis animaduerterit. Sed præterea obseruari oportet; terram illam Israeli promissam, à Chananæis possessam, & infessam, eorum sceleribus, flagitiisque grauissimis fuisse corruptã & contaminatam. Pollui enim terram ab impiis disces e capit. 24. numer. 15. 16. Vt ergo illa pars orbis sordebat, antequam illuc Israel intrasset, at vbi sedes ibi fixit, & cœpit verum Deum colere, adolere incensa, sacrificia offerre, & victimas, aliaque religionis puræ munera obire, teterrimus ille sordiũ, peccatorùmque fœtor fugatus est, terra fuit expiata, & status pristino restituta, quem habuit à Deo intaminata condita. Sic cùm verus Israel, cùm Christus, eiúsque Euangelium àb Apostolis mundo vitiorum, errorum immanium, innumerabiliúmque fœditate corruptissimo fuit illatum, eius splendore, odore, pulcritudine orbis terrarum fuit expurgatus, fœtidissimus & teterrimos eius habitus depositos, mundus qui iacebat in sordibus, inde erectus, qui erat euastatus, ac dirutus, ad speciem pristinam est restitutus.

Terra polluitur sceleribus. Impurior ante vero Numen.

128\. Hæc & alia, quæ neque stylus, neque cogitatio assequi potest, iis verbis inuoluuntur: *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas.* Certum, *terram* non poni tam pro elemento, quàm pro cultoribus eius: qui quoniam erant mortui propter peccata, & a duntur Christo suscitandi, & quoniam iacebant & hærebant pressi pondere criminum fuerant erigendi ac subleuandi. Vnde Ecclesia in quadam oratione: *Deus qui in Filij tui humilitate iacentem mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam,* &c. Et Gregor. Nazianzenus oratione in Sancta lumina agens de Baptismo Domini: *Ascẽdit Iesus de aqua secum quodammodo demersum educens & eleuans mundum.*

Terra pro hominibus.

Homines iacentes erigendi a peccatis.

Domin. 2 Pasc.

Orat. Greg. Nazian.

129\. Hæc est terræ suscitatio, siue ex Græco, constitutio, & erectio; est enim καταστῆσαι, rem quæ labat, stabilire, firmare: eadem est vis vocis Hebraicę קום *chum*, quæ habet amplius respectũ ad posituram antecedentẽ, sc. quod iacebat statuere, stabilire. Ex quo fit, vt venustissime & significantissime sub imagine corporum spiritualia nostris animis ingerantur. Attingitur enim natura, & conditio, ac positio ipsius terræ. Terra enim naturaliter iacet, & subsidet, vtpote suo pondere petens locum infimum. Ita humana anima pondere corporis terreni & grauitate concupiscentiæ post primi parentis crimen inclinata deorsum ad ima fertur. Sap. 9. vers. 15. *Corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Corpus φθαρτὸν, corruptibile, ex peccato, & quodammodo corrumpens animum. S. Hilar. Psalm. 62. vers. 3. *Quasi non & animæ naturam vitia corporis, quibus oblectantur, inficiant: aut cum delectatio corporis redundet ad mentem, & non mentem secum corpus retrahat ad oblationes affectum.* Et Genes. 8. vers. 21. *Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.*

Terra suscitatio.

Terra subsidet, sicut corporibus.

130\.

Peccatum deprimit.

S. Hilar.

131\. Cùm hæc sit hominis misera conditio post lapsum, vt suâ sponte, & grauitate subsidat, iaceat, infimis hæreat: Christo demandatur à Patre, vt eum suscitet, erigat, statuat, atque stabiliat, quo possit cœlestia suspicere, & suspirare. *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram:* tanti est terræ nostræ suscitatio & erectio, vt sit scopus principalis incarnationis, & passionis Christi. Hoc vnum totis suis viribus, laboribus, itineribus, verbis, miraculis agere Christus ostendit, cùm mulierem illam curuam, inclinatam, nec omnino valentem *sursum respicere* iam ab annis plurimis erexit: quæ erecta *glorificabat Deum.* Et vt huius beneficij, ac mysterij aliqua vel tenuis vmbra præcederet, Deus initio mundi terrã subsidentem aquis ex parte extulit, & euexit, fecitq; vt exstaret, & emineret maribus: ex prærogatiua, ac priuilegio. Ps. 23. v. 1. *Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum; & super flumina præparauit eum,* i. altiorem mari, vt ait S. August. Genes. q. 132. vbi pronomen *ipse*, emphaticum est: quia ipse fundauit, quia ita voluit, factum est, alioquin debuit esse inferior, locum infimum ex toto occupare. Ergo Dei proprium vbique fuit terram, ac naturam nostram terrenam surrigere, euehere, sublime transferre. Ideirco saluator sublatus & exaltatus a terra, in alto crucis moritur, vt nos graues, terrenosque ad se attrahat. Io. 3. v. 14. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* & Ioan. 12. vers. 32. *Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Cùm Christus Dominus & mortem, & genus, ac circumstantias mortis certo consilio delegerit, cúmque figuræ ad rem futuram præmonstrandam accommodentur: non est credendum vacare sensu, quòd ille serpens æneus fuerit à Moyse propositus non iacens, non humi insistens, sed sublatus, & sublimis: & quòd Dominus etiam non humi, sed in alto fuerit mortuus: quódque cùm de modo suæ mortis loquitur

Christus subleuat hominem

Luc. 13. v. 11 Mulier curua figura natura humana.

Terra demersa, & emergẽs figura.

132\.

Deus subrigit hominem pronum.

Serpẽs æneus non iacens, sed sublatus figuras.

quitur, vtitur hoc vocabulo, *exaltani*, & *exaltatus*.

133. *Christus cur mortuus sublimis.* Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 50. putat eò pertinere, vt Christi mors inde ligeretur futura omnibus cognita. [illegible] lib. 8. addito ad [illegible] 17, [illegible] potestates. [illegible] tus noster, Ioan. 12. [illegible] 32, quia vt præliator [illegible], qui cum est [illegible] superior, facilius vincit. [illegible] quam tetigi, vt [illegible] Christum sublimem non posse suscipi ad salutem ab eo, qui mente oculos non attolleret, qui [illegible] terra, terren[illegible] que affec[illegible]bus [illegible]. *Nemo facile Iesum videt: nemo potest Iesum videre constitutus in terra.* [illegible] Ambros. lib. 8. in Lucam dum Zachæi factum expendit, qui cum esset statura pusillus, ac proinde præpediretur à turbis, quo posset Christum videre, arborem conscendit. *Ambros.* Sumus omnes homines ex conditione nostra, præsertim post contagium originale, statura pusilli, præpedimur turbis concupiscentiarum obstantium, nisi sublime feramur, nisi ab eodem Domino erigamur, eum prout oportet, videre non possumus: idcirco datus est à Patre vt sustolleret terram, & terrenam hanc grauitatem attollat, minuat, eleuet, quò in eum exaltatum à terra queat oculos conijcere. *Homo statura pusillus. Vide Aug. de verbis Apost. ser. 8. c. 3.*

134. *Hæreditates quid. & vnde.* *Et possideres hæreditates dissipatas.*] Hanc metaphoram quicumque Euangelium agnoscunt, non dubitant, sed alij trahunt aliò. Nobis videbatur esse eiusdem fere generis, atque superior. nam hæreditates hoc loco & alibi plerumque quoad propriam notionem, portiones sunt terræ, agri [illegible] ab alijs diuisi, priuatimque possessi: suis quique finiti terminis: nã quod ager vnus agro hæreat alterius, à Latinis videtur dicta hæreditas, vel ab hærede, quia vnus possidendo hæret, & succedit alteri. Sed vtcumque Latina etymologia sit, certè vox Hebræa & Græca significat partes terræ: quæ venerint in potestatem & possessionem legitimam.

135. *Hæreditas ius. Possessio Ius ad rem, & in re. Christo debetur hæreditas mundi. Diabolus possessor mũdi partim iuste, partim iniuste.* Ergo cùm nominat hæreditates, & possessionem, Christo ius competere docet Deus: nam vtrumque verbum secum affert actionem, & ius: hæreditas ius ad rem, & possessio ius in re. quasi dicat: vt adires possessionem earum, quæ te contingebant, hæreditatum: tibique debebantur, quæque essent per [illegible] & tyrannidem vsurpatæ, & dissipatæ. Quæ hæreditates aliæ esse nequeunt, quàm animæ humanæ: quam Gentes: quas Diabolus partim iuste; partim iniuste possidebat: iuste quidem quatenus Deus permiserat potestatem in homines, quos ad peccatum impellendo vicerat, tenebatque non tam vi captos, quam voluntate deditos: iniustè autem, quoniam non quo Deus consilio & animo hanc exercebat potestatem, sed maleuolo, & iniquo quod pluribus disputo cap. 9. vers. 4. *Iugum enim oneris eius, & sceptrum exactoris eius superasti.* Ex quo fit vt Diabolus esset mũdi princeps, sic enim appellatur à Christo, & à Paulo, & simul tyrannus. princeps, quia Deus hominẽ, ob eius demerita, Diaboli [illegible] ditioni subiecerat; tyrannus, quia licet potestatem permissam non excederet, quia non erat [illegible] procedere: tamen cupiebat plus nocere, & cùm permittebatur [illegible] animos, vel nocere corporibus, rebusque [illegible] id atroci [illegible] & sæuo consilio exequebatur. Itaque vbi non nocuit, aut parum *c. 44. n. 124.* *Princeps mundi & tyrannus.*

noc[illegible] desi[illegible] non voluntas, [illegible]

136. *Humana natura ex peccato ... & corrupta.* Homines ergo Diaboli inuidia & fraude in Adamo transuersi, eius vtrique ac deinceps concupiscentia inde in singulos tradu[illegible] tentationibus eiusdem Dæmonis in [illegible] propria & crimina actualia præcipitati [illegible] tribus illum fœdissimis maculis contamin[illegible] [illegible] vt nihil in homine sanum [illegible], nihil illæsum: nihil non valde [illegible] vitiatum, violatum, atque corruptum: non ratio, non voluntas, non memoria, non appetitus sensibilis, non aliæ vires internæ, aut externæ, non [illegible] neque corpus [illegible] istæ sunt *hæreditates dissipatæ*, seu deuastatæ ex Hebræo aut delectæ [illegible] Græco.

Quanta autem fuerit hæc dissipatio, & deuastatio humanæ naturæ antequam eius instaurator Christus accederet, etsi historia tam diuina & Ecclesiastica, quam ipsamet Gentilium [illegible] tis docet, tamen Apostolus [illegible] ad R[illegible] 1. vers. 28. *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, [illegible], plenos inuidia, homicidio, contentione, [illegible], susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.*

157. *Antecessores ... [illegible]* Tantæ cladis acceptæ, ac deuastationis auctores iam indicaui, Diabolum, originale peccatum, concupiscentiam inde, prauam [illegible] voluntatem, ad quam impellendam [illegible] tendam quia Diabolo fuit permissa p[illegible] iurisdictio, idcirco humanum genus, eiu[illegible] hæreditas & quo paulo ante explicui modo, quasi legitima possessio: à qua possessi[illegible] ne p[illegible] tebat: id est quod dicitur: *& possideres hæreditates dissipatas:* vt legitimè adires possessionem [illegible] vi, non sola potentia, ac tyrannide, [illegible] & quasi e foresoli ac iudiciali formula ad p[illegible] das hæreditates distractas accederes, ex[illegible] antiquo possessore, absque eo, quòd illi possit suffragari antiqua, & iure etiam adita possessio. Quæ principis & possessoris prisci, Diaboli inquam, eiectio, atque depulsio quemadmodum à Christo fuerit procurata, & effecta, seruato ordine iuris, aliàs sæpe docui. c. 42. num. 88. [illegible] 45. num. 124. *Christus deturbat Diabolum non sola vi, sed iure.*

138. *Conuenit cum Psal.* Facit huc Psalm. 2. v. 8. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montẽ sanctum eius, prædicãs præceptũ eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Nam constitui regem à Deo super Sion ad docendum, idem est quod hic, dari in lucem gentium, & dandas esse gentes hæreditatem Christo, & possessionem terminos terræ: ideo quod in nostro Vate: terram fore suscitandam, & possidendas *hæreditates dissipatas*. De Psalm. attigi ad cap. 40 num. 188. hoc loco addo: cùm ait Pater filio: *Postula à me, & dabo tibi hæreditatem tuam*, &c. habere imaginem iudicii, & forensis formulæ, iuxta quam, vt iudex site possit dare alicui possessionem hæreditatis debitæ, aliúmque ab ea, iubere decedere necesse est, vt postulet actor, & ius suum expo[illegible] atque *Postula à me*, verbũ est forense: l. dies cautioni §. hoc autem. de damno infecto: *hoc autem vndique certam conditionem habet, Si postulatum est.* Cæterum *Postulare & dare possessionem, verba forensia.*

rum qui non postulauit, experiri non potest. Postulare autem hic propriè dicimus pro tribunali petere, non alibi. similiter: *dabo tibi*: Romani enim in danda possessione hoc verbo vtebantur: *Do*, & in aliis, *do, dico, addico.*

139\. Vnde: *Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas*, ad hunc saporem, gustúmque iudicialem non inuite duci possit. nam cùm diu fuerunt agri abalienati, & à Domino distracti, & longâ temporum serie ab alio occupati, vt possint antiquo, ac legitimo possessori restitui, oportet excitari fines, ac limites priscos effodi, terramque versari, iura, ac titulos proferri, & expediri: quod est omnia sursum, deorsum inuerti, opus maximi molimimis, laboris, diligentiæ. De quâ vindicatione rerum quippe difficillimâ, & impeditissima in iure ciuili, & canonico multa sunt cauta subtiliter, & studiosè: & quia quo est antiquior possessio, eo maioribus fit obnoxia difficultatibus, præscriptionis remedium placuit adhiberi.

Vide R. P. Suarium lib. de formulis Romanorum

Vindicatio rerum, ac iure ciuili exigit permultâ disputationem.

140\. Ergo cùm prisca esset rerum alienatio, & translatio, ac proinde difficilis & impedita restitutio in pristinum statum dominiumque, fuit opus vindice, ac recuperatore sapientissimo, & fortissimo; is à Deo datus est Christus: *Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram*, quæ in manum mortuam peruenerat, hoc est, in potestatem Dæmonis, qui nollet vnquam aliò transferre dominium, *& possideres*, i. vindicares & recuperares *hæreditates dissipatas*, atque distractas, ab me antiquo & iusto possessore, & Domino auersas.

141\. Et quando in hanc mentionẽ de rebus vindicãdis atque recuperãdis incidimus, nolo prætermittere, quod se offert; apud antiquos, maximè apud Romanos fuisse personas publicas, quorum officium erat, antequam bello vlciscerentur iniurias, ab hostibus res ablatas poscere, & repetere: qui appellabantur feciales: quorum etiam partes erant nisi fuisset satisfactum, bellum rite hostibus indicere: itaque penes hos erat & belli, & pacis fœderisque auctoritas, atque potestas.

Rebus vindicandis apud Romanos præfecti feciales.

Ergo Christus missus est à Patre legatus, & quasi fecialis qui res à Diabolo per fraudem abactas repeteret, & nisi eas redderet, illi bellum indiceret, inferrétque, & victum iure belli expoliaret, & quos captos premebat, exsolueret, & ex eius carceribus, ac tenebricosis custodiis educeret; id quod versus proximè veniens continet.

Christus vindex humani generis.

Vers. 9. Vt diceres his, qui vincti sunt: Exite: & his, qui in tenebris: Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.

141\. HIs, *qui vincti sunt.*] De gentilibus si libeat interpretari, quod libuit plerisque, non sit difficile exponere, quomodo essent vincti, & in tenebris: nam à Diabolo, vt vidimus, captiui tenebantur, & erant in tenebris densissimis infidelitatis & idololatriæ: adeò vt Apostolus eis alicubi dixerit: *Eratis aliquando tenebræ.* Eph. 5. v. 8 Recurre ad ca. 42. v. 7. vbi eadem ferè verba: *Dedi te in fœdus populi, in lucẽ Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum.*

Gentiles vincti, & c.

Sed non displicebat distinctio Ariæ, vt hoc loco *vincti* sint Iudæi, & cõstituti *in tenebris* sint Gentiles illi vincti, quia sub lege, & sub tutoribus, nam qui subest tutoribus, Dominus quidẽ est rerum suarum, sed habet dominium legibus illigatum, deuinctumque, cùm non possit libere eo vti, vt disertè docebat Apostolus Galat. 4. vers. 1. *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cùm sit Dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret.* Cernis Iudæum seruientem, non liberum, tutoribus subditum, lege astrictum, per Christum redimendum, & soluendum vinculis legis Mosaicæ: ergo benè ait Pater Christo de Iudæis: *vt diceres his, qui vincti sunt: Exite.* exite è subiectione, & potestate tutelari: exite e custodia legis, e vinculis ceremonialibus, è seruitute sacrificiorum: transite ad conditionem filiorum & ad statum libertatis, suscepto Euangelio. 143.

Vincti Iudæi, & cæci Gentiles.

Iudæus sub tutore ligatus.

Quam explicationem iuuare possum ex Augustino de sermone Domini in monte, sub initium lib. 1. sic aiente: *Vnus tamen Deus per sanctos Prophetas & famulos suos secundum ordinatissimam distributionem temporum dedit minora præcepta populo, quem timore adhuc alligari oportebat, & per filium maiora populo quem caritate iam liberari conuenerat. Cum autem minora minoribus, & maiora maioribus dantur, ab eo dantur, qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam.* 144.

S. August. Timor alligat.

Et probe S. Augustinus scribit populum illum timore fuisse alligatum, timor enim naturaliter contrahit & astringit etiam corporis membra; linguam quoque illigat, & vocem includit: multo magis deuincit animum, & defigit, ne se commouere audeat. Ferrea enim, & molesta sunt vincula: timor etiam bonus, & amor aureæ, dulcésque catenæ & torques, vt dixit idem Aug. Psal. 149. v. 8.

Timor contrahit. S. Thom. 1. 2. q. 44. ar. 1. Vincula ferrea timor: torques aureus amor.

His ergo vinculis ferreis solutus est Iudæus, publicata lege Euangelicâ, & iis hominibus à Christo, & ab Apostolis est dictum: *Exite*: è carcere legis antiquæ, ex ergastulis timoris seruilis. & verò seruos vincula decent: filios verò laxitas & libertas: vt enim metus seruilis illigat, sic amor filialis absoluit. Vnde Paul. Gal. 4. c. n. 243. cùm docuisset Iudæos fuisse seruos & alligatos lege; addit: *Misit Deus filiũ suũ, &c. vt adoptionem filiorum reciperemus, quoniã autẽ estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantẽ, Abba Pater: itaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per Deum.* Torquis aureus Euangelicus insigne filiorum soluit vincula ferrea, soluit seruitutem veterem, affert libertatem, adoptionémque diuinam, & ius ad hæreditatem: atque adeò restituit, & recuperat hæreditatem dissipatam, desertam, atque distractam; de qua ver. superiori. Nam etsi Synagoga non erat hæreditas tam dissipata quàm erat Gentilitas, tamen si nullo modo esset dissipata, non dixisset Dominus Matth. 10. vers. 6. *Ite ad oues, quæ perierunt domus Israel.* & cap. 15. vers. 24. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*: & S. Matthæus 9. vers. 36. de Domino. *Videns autem turbas, misertus est eis; quia erant vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem.* pro vexati, in 145.

Galat. 4. v. 5

Synagoga timore agitur.

Ex parte dissipata, & vastata.

aliquo

aliquo codice Græco, διασκορπισμένοι, dissipati, vt obseruat Lucas Brugensis.

146. Quod si vexati, ac dissipati, iacentes sicut oues non habentes pastorem, quà similitudine mala multa, & grauia clauduntur, cur inter hæreditates dissipatas, desertásque numerari non possit synagoga? & si iacet, cur nō etiā intelligi in eā terrā, qua vt suscitaret, Christus aduenit? Quibus inclinor ad credēdū versū etiā superiorē promiscuè debere accipi de Gētilibus & Iudęis; ideoq; adhibita fuisse vocabula, quę vtrisq; essēt communia: *Dedi te in fœdus populi*, nā populus & Iudæis & Gētibus attribuitur: quin, si cui sit hęc sētētia: Dedi te, misi te, vt ex duob° populis vnū efficeres, diuisos, discordésq; sublatā discordiæ causā, maceriā nimirum legis Mosaicæ, in vnū cōiūgeres, ac fœderares ipsos inter se, & mecū, si cui, inquā, hic sensus insederit; me nō habeat aduersariū: multo minus, vt dicere cœperā, si legationē hanc Christi ad Iudæos extenderit, & Iudæam, terram etiam suscitandam quippe iacentē ex Mat. 9. v. 36. & synagogam, hæreditatem dissipatam ex eodem loco, & aliis ibidem allatis, sibi persuaserit.

147. *Iudæi non liberi.* Sed quod attinet ad vincula, & seruitutem, quod est loci præsentis, Iudæos nō fuisse omnino liberos Dominus ipse coram obiecit. Io. 8. v. 31. *Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Veritas liberabit vos*; i. liberos, & ingenuos efficiet: liquet è verbo, ἐλευθερώσει, & ex responso & indignatione Iudæorū: *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu dicis: liberi eritis*: Et quamuis libertas promissa hæc possit exponi, a peccato, vt dominus inferiùs indicat, tamen cùm hæc dixisse scribatur eis, *qui crediderant in eum* Iudæis; intelligi etiam debet alia etiam liberatio, & solutio seruitutis, quam seruiebant sub lege, vt intelligunt Toletus Cardinalis noster, in Ioan. & Cornelius Iansenius in Concordia capit. 77. qui egregiè locum exponit.

148. *Iudæi in tenebris & vmbra figurarum.* *Et his, qui in tenebris; Reuelamini.*] Conuenienter iis, quæ modò disserui, possit etiam hoc Iudæis attribui: in quos enim cadit, esse oues perditas, iacentes, siue pastore palantes, esse seruos, seruire sub peccato, aut sub lege vmbratili, in eosdem cadit esse in tenebris: esse in vmbris, in figuris, absque luce & splendore Euangelij, quo illa omnis opacitas erat illustranda. Quam rem alibi tracto, cap. 40. numer. 151. 261. 228. cap. 42. num. 18. n. 72. Quò trahere licuerit illud Christi *Ioan. 8. v. 32.* Ioan. 8. nuper tunc positum: *cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* i. à seruitute, & ab vmbrā & tenebris.

149. *Pascua vbi.* *Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.*] Incipit pingere fœlicitatem accipientium Euangelium. Pascuis, herbísque loca opportuna sunt saltus, nemora, montes, loca auia, præcelsa: nequaquam colles, viæ, loca calcata, & trita: ad ostendendam igitur pabuli abundantiam super vias, Heb. *derachim*, i. calcatas, & in campis apertis & patentibus pascendū esse Christi gregem prædicit. De quo pastu abundè c. 40. num. 212. 216. Pro *planis* vox Hebræa cap. 41. v. 18. redditur *colles supini*: alij credunt esse loca sterilia: fortassis, Forerio arbitro, vult Deus dicere: in viis, & in inuiis, hoc est, vbique pascua fore suppeditatura: vt in illo: *ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.*

Vers. 10. Non esurient, neque sitient, & nō percutiet eos æstus, & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos.

150. *Noxæ pecoris.* TRia solent nocere pecori, fames, sitis, ęstus, & contrarium frigus, vnde pastoralis prouidentiæ est procurare pabula, & aquaria salubria, æstiua, & hiberna opportuna, quæ vicissim mutet pecus. Quibus de officiis, & propriè, & metaphoricè cōceptis dissero, vel ad fastidium ad c. 40. v. 11. a n. 181. inde poterit prudens lector accipere necessaria, & conuenientia huic loco.

151. Pauca propria fuerint adnotanda. Primum, cùm non minus noceat gregi molliori, ouibus, agnis, hædis frigus, quàm æstus, cur solius æstus atcēdi meminerit. Posset hæc dubitatio eximi, si diceretur, in vno contrario alterum intelligi, vel minùs incōmodare frigus, quàm æstum: vel, in regionibus calidis, qualis Palæstina, aut apricis, minùs timendum ab hieme: vel aduersus frigus plura & faciliora esse remedia quam aduersus æstum, & solem, qui omnia peruadit: & acriùs vrit, quàm gelu. Eccles. 41. versic. 3. *in meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere: Fornacem custodiens in operibus ardoris tripliciter sol exurens mōtes, radios igneos exufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos.* vnde vtitur Isaias illo verbo acri: *Non percutiet eos æstus, & Sol.* citiùs enim interimit nimius calor quàm nimiū frigus. Causam scies è medicis, & philosophis. Denique ad sensum metaphoricum, de quo mox aptior est æstus. *Calor citiùs quàm frigus interimit.*

152. *Lectio varia.* Quoad lectionē, plures codices, & in iis Sixtini habēt in fine versus *potabit eos*: sed aliorū multorum suffragio, Græco, Hebræo contextu, cōmentario Hieronymi consentiēte, legēdū *ad fontes aquarū portabit eos*: fefellit enim librariū mētio fontiū aquarū. Neq; caret ratione, quod dixerit: *portabit*, nam potest esse idē, quod *ducet*, iudicio quorūdam: aut docet, quanta sit Christi pastoris indulgentia & cura, cùm ipse sit suis humeris portaturus gregem portandum. Adi cap. 40. vers. 11. *fœtas ipse portabit*: vbi vsurpat verbum idem נִהֵל *nahal*, ex quo constat, esse non tam ducere, quàm portare.

153. *Locus idem citatus, & expensus.* Postremò obserua: hunc versum citari totidē ferè verbis à Ioanne Apoc. 7. v. 16. *Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos Sol, neque vllus æstus: quoniā Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarū.* Ex quo firmatur lectio à nobis restituta: *portabit ad fōtes*; cùm Ioānes ponat: *deducet illos*. hinc etiā sumitur hoc nō posse dari populo Iudæo reduci è seruitute Chaldaica, sed necessariò debere tribui populo Christiano, cùm ab Agno qui erat in medio throni, id est, à Christo Dom. hæc præstanda fore Apostolus pronunciet.

154. *Tēpus huius vaticinij.* De tempore verò & statu, quo hæc esset experturus grex Christianus, est apud explanatores Apocalypseos tota cōcertatio. Quos in tres partes distractos video, quidam enim ad principiū prædicationis accōmodant. Alij ad finem mundi: alij quasi medij ad tempus Constātini. Lege interpretes è nostratibus Ribeiam, Alcazarem, & Pereriom. Cùm enim quæ scribuntur à Ioanne toto illo cap. 7. pertineant ad aperitionem sexti sigilli, ex scopo illius pendet intelligentia

gentia horum verborum in fine capitis ab Apostolo appositorum, de quo scopo Apocal. egi c. 34. vers. 4. num. 41. vbi multis autoribus docui pertinere ad postrema mundi tempora. At apud Vatem nostrum videtur hoc spectare ad initium Ecclesiæ.

155. Sed aio ab Isaiâ describi fœlicissimam conditionem eorum, qui Euangelium admisissent, ac proinde pertinere ad statum Ecclesiæ militantis, & omnia eius tempora & quasi ætates peruadere: initium, incunabula; progressum, adolescentiam; & finem, senectutem. imò statum illũ fœlicissimum, & seculum aurei, in cœlo perpetuandũ, & perficiendum. Vnde licuit B. Ioanni, quæ Isaias de exordio Ecclesiæ prædixit, ad eius finem transferre & ad statũ triumphantis: de hoc enim videtur loqui cùm versu 9. sit: *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum*: quæ victoriam perfectam indicant, & ve. 14. *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magnâ, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni: & ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius.* Apoc. 7. v. 9. 14.

156. Quorum verborum pleraque præ se ferunt, fœlicitatem totius periculi expertem, atq; adeò cœlestẽ. nã cùm ait: *Hi sunt qui venerũt de tribulatione magnâ*: ostẽdit, iã esse extra aleã, periculo & labore functos: nãsi restaret pugna, & militia inseparabilis à vitâ mortali, nõ dixisset: *venerunt*, quod est attingẽtium metã, sed summũ, veniũt, quod est tendentiũ. Vidit discrimen existimatus Ambrosius, & sic exposuit: *Hic demonstrat nõ ad electos, qui in hac vita laborant, sed ad eos, qui in cœlesti vita cũ Domino requiescunt, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perferendas in hunc mundum veniunt.* paucisq; interiectis: *sancti itaque de magna tribulatione veniunt, qui ab hac vita subtracti, vbi tempus tribulationis est, in æterna quiete collocãtur.* Hęc ille. sequũtur cum aliis Ribera & Pererius. Eadẽ æternitas signatur, & beatitudo iis verbis: *Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Ideo*, est causalis: nam labori & operi debetur merces: hęc est, Deo frui, eius cõspectu, clarâ visione, inamissibili, interrumpibili, *die, ac nocte*, more Scripturæ. Eodem consilio Ioannes Euangelista addit Vati Isaiæ dictiunculam, *amplius*; *Non esurient, neque sitient amplius.* S. Ambrosius.

157. Ergo quam prosperitatem Isaias in Ecclesiâ militanti, & adhuc laboranti explicat, eam vt absolutam, & perfectam in triumphanti, & coronatâ Ecclesiâ Ioannes describit, atque adeò neuter alterius officit luminibus; imò alter alterum illuminat. Cùm enim valde sint affines beatitudo inchoata viæ, & beatitudo consummata patriæ, quid vetet, quod ab vno scriptore de vna traditur, ab alio traduci ad aliam?

158. Depulsio verò famis, sitis, & æstus quoniam ex se est anceps, & opportuna multiplici intelligentiæ, cùm sit metaphorica, & hic, & apud Ioannẽ in Apoc. eius expositores variant. Quidam cupiditates procul arcendas: auaritiã, ambitionẽ, libidinem. Et sanè famẽ non incõgruè nominaueris auaritiem: *Auri sacra fames*: dixit poeta, *sacra*, i. ingens. Ambitio probe cũ siti cõponitur, & luxuria cum æstu, quę, & similes alię pestes ab illo fœlicissimo regno prorsus exulãt: in hoc duntaxat misero sæculo grassantur. Alij hasce negationes: *non esurient, neque sitient*, non ad illicitas concupiscentias, sed ad honesta desideria admouẽt: hoc sensu: quæcũq; laudabiliter in hac vitâ desiderabat, iis in alterâ abũdabunt.

159. Verùm ego, qui non Apocalypseos expositorẽ, sed Isaiæ sepiæ xiento, & hunc non de patria, sed de via loquẽtem audio, eumdem ex aliis locis similibus interpretor: non enucleatè, ac mẽbratim, sed solidè, & vniuersè fœlicissimũ statũ fidelium sub Pastore Christo instar ouium, elegãti oratione bucolica describentẽ. Vt enim cũ ouibus, & pecoribus agitur quàm optime cùm adepta sunt pastorẽ omnibus suis partibus absolutum, & perfectum: tumq; illis nihil omnino deest, neque ad pastũ, neq; ad potũ, neque ad vitãda incõmoda ęstus, hiemis, & pericula arcẽda: ita sane qui se potestati, curæque pastoris Christi omnino permiserint, nihil vsquã desiderabunt: illis omnia necessaria, opportuna, cõmoda, delectabilia abũdè suppetẽt: Psal. 22. v. 1. *Dominus regit me* (Heb. & Græcè *pascit me*) *nihil mihi deerit*. De quo fusè c. 40. n. 211. 215. sic hoc loco: *Non esurient, neque sitient, & nõ percutiet eos æstus & sol; quia miserator eorum reget eos: & ad fontes aquarũ potabit eos.* En sitis satiata: fames superata: *Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.* Arcebitur solis æstus: *quia miserator eorum reget eos*; Heb. cui viscera tenera sunt, reget eos: qui ergo patietur eos vri sole per diem, aut lunã per noctem? Ap. 7. v. 17. *Agnus reget illos*, mitissimus, & benignissimus: quoad vigilantiam Pastor, quoad mansuetudinem Agnus. Generatim hæc accipienda. Ps. 120. v. 6

160. Sed in hoc integro & solido significatu nõ fuerit alienũ adnotare verbũ, *Percutiet, non percutiet eos æstus, & sol: percutere* enim plerumq, interitum signat, aut graue damnũ: idẽ est Græcè & Hebraicè: itaque cautè dictum, *nõ percutiet eos æstus & sol*: afflare poterit, affligere, facessere molestiam, non tamen percutere, prosternere: quod tam ad internas tentationes, & molestias, quàm ad externas persecutiones traduci queat. Concupiscentia enim, quamdiu viuitur, insita veros Christi alũnos, eius fide, spe, & caritate armatos impetit quidẽ, afflat, calefacit, colorat: nõ tamẽ vrit, non percutit, nõ prosternit: punctim ferit, non grauiter vulnerat: volo dicere, quod dicũt SS. Patres, ab homine mortali vel sanctissimo, cui ex originali culpa sit ingenita cõcupiscẽtia, vitari omnia peccata venialia non posse: tamen mediâ gratiâ vitari mortalia. Nam esse immunẽ labis cuiuslibet etiam minimæ, pertinere ad statum immortalitatis, vt tradit sæpe Augustinus. Vnde fortassis S. Ioannes in Apo. quia agebat de beatis; non scripsit: *Non percutiet*, sed mutauit verbum: *Non cadet super illos sol, neque vllus æstus*: quæ locutio, si de hoc genere rerum accipitur, facit eos omnino innoxios. Percutere, quid. Sancti impetuntur à concupiscentia, sed non vincuntur. Vita præsens non caret venialibus. Apoc. 7. v. 16

161. Si de incommodis & tẽtationibus externis placeat accipere, facilè cõcipitur, eas animo detrimentũ nõ allaturas. Aug. li. 1. de sermone Domini in monte c. 2. *De huiusmodi pacatissimo, & ordinatissimo regno missus est foras princeps huius sæculi, qui peruersis, inordinatisq; dominatur. Hũc pace intrinsecus cõstitutâ, atque firmatâ, quascumq; persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, auget gloriam, quæ secundum Deum est, non aliquid in illo ædificio labefactans, sed deficientibus machinis suis innotescere faciens, quanta firmitas intus extructa sit. ideo sequitur: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Similia multa in aliis Patribus, & in libris Canonicis. Vide Cyril. hîc, qui id firmet ex 1. Cor. 10. v. 13. Persecutio non permittit instat. Aug.

Cantic.

aliquo codice Græco, ἐκλελυμένοι, dissipari, vt obseruat Lucas Brugensis.

146. Quod si vexari, ac dissipati, iacentes sicut oues non habentes pastorem, quâ similitudine mala multa, & grauia clauduntur, cur inter hæreditates dissipatas, desertásque numerari non possit synagoga? & si iacet, cur nô etiá intelligi in eá terrá, qua vt suscitaret, Christus aduenit? Quibus inclinor ad credẽdû versû etiá superiorẽ promiscuè debere accipi de Gẽtilibus & Iudęis; ideoq; adhibita fuisse vocabula, quę vtrisq; essẽt communia: *Dedi te in fœdus populi*, nã populos & Iudæis & Gẽtibus attribuitur: quin, si cui stet hęc sẽtẽtia: Dedi te, misi te, vt ex duobus populis vnú efficeres, diuisos, discordésq; sublatá discordiæ causâ, maceriâ nimirum legis Mosaicæ, in vnú côiũgeres, ac fœderares ipsos inter se, & mecũ, si cui, inquã, hic sensus insederit; me nô habeat aduersariũ: multo minus, vt dicere cœperá, si legationẽ hanc Christi ad Iudæos extenderit, & Iudæam, terram etiam suscitandam quippe iacentẽ ex Mat. 9. v. 36. & synagogam, hæreditatem dissipatam ex eodem loco, & aliis ibidem allatis, sibi persuaserit.

147. *Iudæi non liberi.* Sed quod attinet ad vincula, & seruitutem, quod est loci præsentis, Iudæos nô fuisse omnino liberos Dominus ipse coràm obiecit. Io. 8. v. 31. *Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Veritas liberabit vos*; i. liberos, & ingenuos efficiet: liquet è verbo, ἐλευθερώσει, & ex responso & indignatione Iudæorũ: *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu dicis: liberi eritis*: Et quamuis libertas promissa hæc possit exponi, à peccato, vt dominus inferiùs indicat, tamen cùm hæc dixisse scribatur eis, *qui crediderant in eum* Iudæis; intelligi etiam debet alia etiam liberatio, & solutio seruitutis, quam seruiebant sub lege, vt intelligunt Toletus Cardinalis noster, in Ioan. & Cornelius Iansenius in Concordia. capit. 77. qui egregiè locum exponit.

148. *Iudæi in tenebris & vmbra figurarum.* *Et his, qui in tenebris; Reuelamini.*] Conuenienter iis, quæ modò disserui, possit etiam hoc Iudæis attribui: in quos enim cadit, esse oues perditas, iacentes, sine pastore palantes, esse seruos, seruire sub peccato, aut sub lege vmbratili, in eosdem cadit esse in tenebris: esse in vmbris, in figuris, absque luce & splendore Euangelij, quo illa omnis opacitas erat illustranda. Quam rem alibi tracto, cap. 40. numer. 251. 261. 228. cap. 42. num. 28. n. 72. Quò trahere licuerit illud Christi *Ioan. 8. v. 31.* Ioan. 8. nupertimè positum: *cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos*. i. à seruitute, & ab vmbrà & tenebris.

149. *Pascua vbi.* *Super vias pascentur, & in omnibus planis pastus eorum.*] Incipit pingere fœlicitatem accipientium Euangelium. Pascuis, herbísque loca opportuna sunt saltus, nemora, montes, loca auia, præcelsa: nequaquam colles, viæ, loca calcata, & trita: ad ostendendam igitur pabuli abundantiam super vias, Heb. *derachim*, i. calcatas, & in campis apertis & patentibus pascendû esse Christi gregem prædicit. De quo pastu abundè c. 40. num. 212. 216. Pro *planis* vox Hebræa cap. 41. v. 18. redditur *colles supinos*: alij credunt esse loca sterilia: fortassis, Forerio arbitro, vult Deus dicere: in viis, & in inuiis, hoc est, vbique pascua fore suppeditatura: vt in illo: *ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet*.

Vers. 10. Non esurient, neque sitient, & nô percutiet eos æstus, & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos.

150. *Nocua pecori.* TRia solent nocere pecori, fames, sitis, ęstus, & contrarium frigus, vnde pastoralis prouidentiæ est procurare pabula, & aquaria salubria, æstiua, & hiberna opportuna, quæ vicissim mutet pecus. Quibus de officiis, & propriè, & metaphoricè côceptis dissero, vel ad fastidium ad c. 40. v. 11. à n. 181. inde poterit prudens lector accipere necessaria, & conuenientia huic loco.

151. Pauca propria fuerint adnotanda. Primum, cùm non minus noceat gregi molliori, ouibus, agnis, hædis frigus, quàm æstus, cur solius æstus arcẽdi meminerit. Posset hæc dubitatio eximi, si diceretur, in vno contrario alterum intelligi, vel minùs incômodare frigus, quàm æstum: vel, in regionibus calidis, qualis Palæstina, aut apricis, minùs timendum ab hieme: vel aduersus frigus plura & faciliora esse remedia quàm aduersus æstum, & solem, qui omnia peruadit: & acriùs vrit, quàm gelu. Eccles. 43. versic. 3. *in meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos*. vnde vtitur Isaias illo verbo acri: *Non percutiet eos æstus, & Sol*. citiùs enim interimit nimius calor quam nimiû frigus. *Calor citiùs quàm frigus interimit.* Causam sciesè medicis, & philosophis. Denique ad sensum metaphoricum, de quo mox aptior est æstus.

152. *Lectio varia.* Quoad lectionẽ, plures codices, & in iis Sistini habẽt in fine versus *potabit eos*: sed aliorũ multorum suffragio, Græco, Hebræo contextu, cômentario Hieronymi consentiẽte, legẽdû: *ad fontes aquarũ portabit eos*: fefellit enim librariũ mẽrio fontiũ aquarũ. Neq; caret ratione, quod dixeris: *portabit*, nam potest esse idẽ, quod *ducet*, indicio quorũdam: aut docet, quanta sit Christi pastoris indulgentia & cura, cùm ipse sit suis humeris portaturus gregem portandum. Adi cap. 40. vers. 11. *foetas ipse portabit*: vbi vsurpat verbum idem נהל *nahal*, ex quo constat, esse non tam ducere, quàm portare.

153. *Locus idem consulatur, & exponitur.* Postremò obserua: hunc versum acciri totidẽ ferè verbis à Ioanne Apoc. 7. v. 16. *Non esurient, neque sitient ampliùs, nec cadet super illos Sol, neque vllus æstus: quoniã Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarũ*. Ex quo firmatur lectio à nobis restituta: *portabit ad fotes*; cùm Ioãnes ponat: *deducet illos*. hinc etiã sumitur hoc nô posse dari populo Iudæo reduci è seruitute Chaldaica, sed necessariò debere tribui populo Christiano, cùm ab Agno qui erat in medio throni, id est, à Christo Dom. hæc præstanda fore Apostolus pronunciet.

154. *Tẽpus huius vaticinij.* De tempore verò & statu, quo hæc esset experturus grex Christianus, est apud explanatores Apocalypseos tota côcertatio. Quos in tres partes distractos video, quidam enim ad principiũ prædicationis accômodant. Alij ad finem mundi: alij quasi medij ad tempus Constãtini. Lege interpretes è nostratibus Riberam, Alcazarem, & Pererium. Cùm enim quæ scribuntur à Ioanne toto illo cap. 7. pertineant ad apertionem sexti sigilli, ex scopo illius pendet intelligentia

gentia horum verborum in fine capitis ab Apostolo appositorum, de quo scripto Apocal. egi c. 34. vers. 4. num. 41. vbi multis auctoribus docui pertinere ad postrema mundi tempora. At apud Vatem nostrum videtur hoc spectare ad initium Ecclesiæ.

155. *Aureum seculum. Iohannes Isaiam sequens.* Sed cùm ab Isaiâ describi fœlicissimam conditionem eorum, qui Euangelium admisissent, ac proinde pertinere ad statum Ecclesiæ militantis, & omnia eius tempora & quasi ætates persuadere: initium, incunabula; progressum, adolescentiam; & finem, senectutem. imò statum istũ fœlicissimum, & seculum aureũ, in cœlo perpetuandũ, & perficiendum. Vnde licuit B. Ioanni, quæ Isaias de exordio Ecclesiæ prædixit, ad eius finem transferre & ad statũ triumphantis: de hoc enim videtur loqui cùm versu 9. ait: *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum* : quæ victoriam perfectam indicant, & ve. 14. *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magnâ, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni : & ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius.* *Apoc. 7. v. 9. 14.*

156. Quorum verborum pleraque præ se ferunt, fœlicitatem totius periculi expertem, atq; adeò cœlestẽ. nã cùm ait: *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magnâ*: ostẽdit, iã esse extra aleã, periculo & labore functos: nã si restaret pugna, & militia inseparabilis à vitã mortali, nõ dixisset: *venerunt*, quod est attingẽtium metã, sed summũ, veniũt, quod est tendentiũ. Vidit discrimen existimatus Ambrosius, & sic exposuit: *S. Ambrosius quid sentiat.* *Hic demonstrat nõ ad electos, qui in hac vita laborant, sed ad eos, qui in cœlesti vita cũ Domino requiescunt, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perferendas in hunc mundum veniunt.* paucisq; interiectis: *sancti itaque de magna tribulatione veniunt, qui ab hac vita subtracti, vbi tempus tribulationis est, in æterna quiete collocãtur.* Hęc ille. sequũtur cum aliis Ribera & Pererius. Eadẽ æternitas signatur, & beatitudo iis verbis: *Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Ideo*, est caussalis: nam labori & operi debetur merces: hęc est, Deo frui, eius cõspectu, clarâ visione, inamissibili, interrumpibili, *die, ac nocte*, more Scripturæ. Eodem consilio Ioannes Euangelista addit Vati Isaiæ dictiunculam, *amplius*; *Non esurient, neque sitient amplius.*

157. Ergo quam prosperitatem Isaias in Ecclesiâ militanti, & adhuc laboranti explicat, eam vt absolutam, & perfectam in triumphanti, & coronatâ Ecclesiâ Ioannes describit, atque adeò neuter alterius officit luminibus; imò alter alterum illuminat. Cùm enim valde sint affines beatitudo inchoata viæ, & beatitudo consummata patriæ, quid vetet, quod ab vno scriptore de vna traditur, ab alio traduci ad aliam?

158. *Fames, sitis, æstus, metaphorice quid.* Depulsio verò famis, sitis, & æstus quoniam ex se est anceps, & opportuna multiplici intelligentiæ, cùm sit metaphorica, & hic, & apud Ioannẽ in Apoc. eius expositores variant. Quidam cupiditates procul arcendas: auaritiã, ambitionẽ, libidinem. Et sanè famẽ non incõgruè nominaueris auaritiem: *Auri sacra fames*: dixit poëta, *sacra*, i. ingens. Ambitio probe cũ siti cõponitur, & luxuria cum æstu, quę, & similes alię pestes ab illo fœlicissimo regno prorsus exulãt: in hoc duntaxat misero sæculo grassantur. Alij hasce negationes: *non esurient, neque sitient*, non ad illicitas concupiscentias, sed ad honesta desideria admouẽt: hoc sensu: quæcũq; laudabiliter in hac vitã desiderabat, iis in alterã abũdabit.

159. *Generatim hoc accipiendum.* Verùm ego, qui non Apocalypseos expositorẽ, sed Isaiæ septræcento, & hunc non de patriã, sed de via loquẽtem audio, eumdem ex aliis locis similibus interpretor: non enucleate, ac membratim, sed solide, & vniuerse fœlicissimũ statũ fidelium sub Pastore Christo instar ouium, elegãti oratione bucolica describentẽ. Vt enim cũ ouibus, & pecoribus agitur quàm optime cium adepta sunt pastorẽ omnibus suis partibus absolutum, & perfectum: tumq; illis nihil omnino deest, neque ad pastũ, neq; ad potũ, neque ad vitãda incõmoda ęstus, hiemis, & pericula arcẽda: ita sane qui se potestati, curæque pastoris Christi omnino permiserint, nihil vsquã desiderabunt: illis omnia necessaria, opportuna, cõmoda, delectabilia abũdè suppetẽt: Ps. 22. v. 1. *Dominus regit me* (Heb. & Græcè *pascit me*) *nihil mihi deerit.* De quo fusè c. 40. n. 211. 215. sic hoc loco: *Non esurient, neque sitient, & nõ percutiet eos æstus & sol; quia miserator eorum reget eos: & ad fontes aquarũ portabit eos.* En sitis satiata: fames superata: *Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua erunt.* Arcebitur solis æstus: *quia miserator eorum reget eos*; Heb. cui viscera tenera sunt, reget eos: qui ergo patietur eos vri sole per diem, aut lunã per noctem? *Ps. 120. v. 6.* Ap. 7. v. 17. *Agnus reget illos*, mitissimus, & benignissimus: quoad vigilantiam Pastor, quoad mansuetudinem Agnus.

160. *Percutere, quid.* Sed in hoc integro & solido significatu nõ fuerit alienũ adnotare verbũ, *Percutiet, non percutiet eos æstus, & sol: percutere* enim plerumq; interitum signat, aut graue damnũ: idẽ est Græcè & Hebraicè: itaque cautè dictum, *nõ percutiet eos æstus & sol*: afflare poterit, affligere, facessere molestiam, non tamen percutere, prosternere: quod tam ad internas tentationes, & molestias, quàm ad externas persecutiones traduci queat. *Sancti impetuntur à concupiscentia, sed non vincuntur.* Concupiscentia enim, quamdiu viuitur, insita veros Christi alũnos, eius fide, spe, & caritate armatos impetit quidẽ, afflat, calefacit, colorat: nõ tamẽ vrit, non percutit, nõ prosternit: punctim ferit, non grauiter vulnerat: volo dicere, quod dicũt SS. Patres, ab homine mortali vel sanctissimo, cui ex originali culpa sit ingenita cõcupiscẽtia, vitari omnia peccata venialia non posse: tamen mediâ gratiâ vitari mortalia. *Vita præsens non caret venialibus.* Nam esse immunẽ labis cuiuslibet etiam minimæ, pertinere ad statum immortalitatis, vt tradit sæpe Augustinus. Vnde fortassis S. Ioannes in Apo. quia agebat de beatis; non scripsit: *Non percutiet*, sed mutauit verbum: *Non cadet super illos sol, neque vllus æstus*: quæ locutio, si de hoc genere rerum accipitur, facit eos omnino innoxios. *Apoc. 7. v. 16*

161. *Persecutio non perimit iustos. Aug.* Si de incommodis & tẽtationibus externis placeat accipere, facilè cõcipitur, eas animo detrimentũ nõ allaturas. Aug. li. 1. de sermone Domini in monte c. 2. *De huiusmodi pacatissimo, & ordinatissimo regno missus est foras princeps huius sæculi, qui peruersis, inordinatisq; dominatur. Hâc pace intrinsecus cõstitutâ, atque firmatâ, quascumq; persecutiones ille qui foras missus est, forinsecùs concitauerit, auget gloriam, quæ secundum Deum est, non aliquid in illo ædificio labefactans, sed deficientibus machinis suis innotescere faciens, quanta firmitas intus extructa sit. ideo sequitur: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Similia multa in aliis Patribus, & in libris Canonicis. Vide Cyril. hîc, qui id firmat ex 1. Cãt. 10. v. 13.

162. *Tribulatio noua data.* Cant. 1. v. 5. *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomon.* S. Bernardus ser. 25. explicat ad rem: *Nigra sum* ob tribulationes, *formosa* propter virtutes, vt *tabernacula Cedar*, id est, foris fusca & deformis, nã & Cedar est fuscedo; intus verò speciosa, & pulcra, idem in pellibus Salomonis, vel vt vult idem Bernardus ser. 28. instar Christi, qui quoad exterius fuit sine specie, infra c. 53. v. 2. quoad interius, *speciosus forma præ filiis hominum.* Ps 44. v. 3.

Peccatum originis, & gratia Christi. Alij: *Nigra sum*, ex peccato primæuo, & ex fomite concupiscentiã; *sed formosa* per Christi baptismũ & gratiã renata. Cui non male nectitur sequens: *Nolite me considerare, quod fusca sim, decolorauit me sol*: sc. ardor cõcupiscentiæ, nõ adussit, sed decolorauit, Hebr. itradiauit, Græcè despexit: quæ omnia attactum, & afflatum, citra interitũ, aut graue detrimentũ significant. Itaque *Concupiscentia decolorat non vrit.* quicumque fuerint sub eura, tutelaque talis pastoris, si velint se totos ei permittere, eius ductum sequi, eos licet æstus ex Adamo conceptus, ac hæreditarius coloret, aliquamque vehialem fuscedinem imprimat, nun tamen incendet, & vret, non percutiet, non prosternet.

A Christi appatet inconcinnum: nam accedere ad fidé, est accedere ad continentiam, patientiam, & alias virtutes: hæc enim omnia exigit perfecta fidei diuinæ professio. ergo accessum errores & vitia impediunt, non ipsæmet virtutes.

166. Præterea, cùm *montes* prædicuntur ponẽdi in viã, id est, exæquandi, cõplanãdi, & *semita* rursus exaltãdæ, id est, partes humiliores & depressiores aliarũ suggestu attollendæ, vt omnia sint plana & æqualia, ostenditur, id heri debere, detrahẽdo, & addẽdo; quare licet *montes*, quibus detrahitur, possint significare virtutes, quibus sit imminuenda difficultas: ac si diceret Deus: virtutũ fastigia complanabo, efficiã, vt facilè quiuis ea possit adire: at, *semitæ* exaltandæ in hoc processu metaphoræ & sententiæ, congruũ explicatum non habent: si enim montes deiicere, & cõplanare, est de virtutum asperitate detrahere, semitas attollere, & oppleto hiatus, quid erit? *Montes, quid.* *Semitæ, quid.*

B

167. Cæterũ Cyrillũ tueri non est arduu. ad primã igitur obiectioné: Cyrillus hoc loco promitti benè docet, vbi Euangeliũ aderit, homines non fore temorãdos difficultatibus, & asperitatibus virtutum, quibus, nisi emollirentur, fuissent retardari quamplurimi. Itaque bonis inibus præcipue Gentilibus: cum iis enim hic agitur, virtutes quas Christus exigit à suis alumnis, videbãtur, & erant montium vertices inaccessi, difficiles, erecti, prærupti, quibus deterrerentur existimantes ab homine scandi nõ posse: oportuit ergo minui accliuitatem, & asperitatem viarum: quod probe exprimitur hac translatione. *Ponam omnes montes meos in viam.* Nam virtutes Christianæ admodum aptè appellãtur, *montes*, & earum facilitas, vsusque *via*, Hebraicè præsertim דרך *de'ech*, *calcata, trita*, quod est dicere: efficiam, vt quas virtutes, vt montiũ vertices paucissimi subibant, nempe Patriarchæ, Prophetæ, aliique proceres, eas non secus ac vias planas & æquales ingrediantur vulgò homines, & peragant, & sic tritas reddant. quia in declaratione pronomẽ *meus*, suo loco consistit: nam & virtutes sunt Dei: & *montes Dei* pro montibus excelsis poni solent: vnde eùm ait: *Ponam montes meos*, intelligit, montes altiores, virtutes excellentiores, & specie, & gradu. *Cyrillus defenditur ad difficultates virtutum.* *Virtutes Euangelicæ sublimes.* *Via facilitatis à Christo complanata.*

C

D

Vers. 11. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur.

163. HVius orationis metaphoricæ scopus in omnium perspicuus est, quẽ attigerut omnes interpretes: nempe submouenda esse impedimenta, quoad Ecclesiam & Euãgeliũ pateret aditus expeditus, ac facilis. Montium enim altitudo, valliũmq; humilitas, atq; depressio, vias efficiunt difficiles, confragosas, atq; præruptas. *Viarum impedimenta.*

Sed in hac rerũ vicinitate, & analogia, quæ sine dubio est præclara, & elegans, oportet exponere, quænam impedirent aditũ ad Christũ: quod plures expositores omittunt: atque adeò dimittunt inexpositum, quinã in istã metaphora sint *montes*, quæ *semitæ*: sine quorum nominũ intelligentiã locus penitus non intelligitur. *Quæ impediant adire Euangelium, & Christũ.*

164. At cui non exemplo occurrant hæc viarum spiritualium obstacula: scilicet, Gẽtiliũ errores, vitia immania, flagitia, peccata, in primis idololatria, cupiditas, radix horum omnium malorum: hi terræ tumores, & malè precelsa fastigia, hæ altitudines, & turres Babylonicæ aduersus cœlum erectæ, erant deiiciendæ, atque demoliendæ: hæ voragines, terræque profundi hiatus finitimi tartaris erant obstruendi, vt existeret itinerum æqualitas conueniens, & opportuna. Huc collineat Procopius, Forerius. *Errores, & vitia.*

165. Verùm hanc expositionem præpedit, quominus procedat, pronomẽ, *meus*: *Ponã montes meos: semitæ meæ exaltabuntur*: enim montes & semitæ sint vitia & errores non possit Deus appellare suos: hic enim Deus loquitur. *Contra.*

Cyrillus virtutum difficultas impedimentum Euangelium suscipi. Quod incõmodum fortasse præuidens Cyrillus in alteram partem deflexit, dixitq; fuisse hominibus impedimento, quominus ad fidem accederent, difficultatem in virtutibus sectãdis inuentam; difficilé fuisse continentiã, téperãtiã, patientiã, mansuetudinẽ, caritatẽ & reliqua: quæ Christus reddiderit facilia. Assertior libẽs Christi Domini exemplo, doctrinã, gratiã faciliorem esse redditam virtutẽ, & sanctitatẽ: sed virtutem ipsam & sanctitatem difficiliorem & asperiorẽ ante Domini aduentum, dici impedimenta & obstacula accessus ad Ecclesiam, & ad fidem *Contra.*

168. Quã altæ, excelsæq; sint virtutes, quas Christus Dominus docuit, & à suis discipulis exegit, indicat sermo habitus in monte, à Mattheo relatus c. 5. quẽ, vt id significaretur, in monte habitum esse credidit August. lib. 1. c. 1. *de Sermone* ... inquit, *quod significet mõs benè intelligitur significare maiora præcepta iustitiæ, quia minora erant, quæ Iudæis data sunt.* Nolo disputare nunc an Christus præceptis naturalibus addiderit quoad materiam, vel quoad vim obligandi, id enim locus non postulat: cùm in his montibus, quos Deus spondet se complanaturum, possimus intelligere virtutes non solùm vt cadunt sub præceptũ, sed etiam vt cadunt sub consilium: nam vtrumque in Euangelio est facilius, quàm in lege veteri, vt ostendi c. 40. num. 20. *Sermo in monte habitus.* *Aug.* *An Christus legi naturali addiderit.*

E

169. Et probat euentus. Nam perfectionis culmé vix à Patriarchis, à Vatibus, absque insignibus personis veteris testamenti conscensum, in nouo porri, puellæque quamplurimæ magna facilitate, & alacritate confugerunt. Lege historiam Ecclesiasticam, Martyrum, Monachorũ, & aliorum ordinum hominum vitas. Augustinus solet ad id affirmandũ expẽdere, quod ille adolescẽs de suã *Virtutum in nova lege facilitas.*

... salute ... tus, a Christo m... ,a se ... impetrare, et se bonis ... abdicaret, ... publicato Euangelio,mo... ita hominum. ... mo ... ores tuisse facta ... per ... ad omnê gradum virtutis & sancti... quam vt ut operæ eã amplius ... tendere. Moneo tamen lectorem, vt legat ... Cypr. epist. vbi prop... suisq; coloribus ... pingit, quam difficilis, quam ardua, quam impo... tibi ante baptismum appareret via & professio Euangelica, quam vero facilis, proclivis, expedita, suauis fuerit suscepto baptismo. Nos partem epistolæ transcripsimus c. 42. n. 228. Et hæc quoad primam obiectionem ... Cyril. Secunda vero cum non attingit secutus editionem Græcam: in qua est aliter atque in Latina,n mirum: *& omnem semitã in pascua ipsis.*

170. Vnde nostra, qui tuemur Latinã, interest illi oppositioni satisfacere. Ego arbitrabar his duobus vocabulis oppositis, scil. *montibus* & *semitis*, ... stratis ex Hebr significari ... duo genera virtutũ Euangelicarũ, difficilium quidem, sed diuerso ex capite: quædã enim virtutes sunt arduæ, & difficiles, quia nimis altæ, & supra vires humanas positæ, admodũ excedere videtur: vt sunt castitas, & virginitas, iniuriarũ obliuio, erga iniuriosos beneficẽtia, sanguinis & vitæ ... pro Christi honore profusio: hæc enim siue præcepta, siue cõsilia, (de vtrisq; enim promiscue tractari existimo) & alia affinia montes sunt excelsi, ardui, ascensu difficillimi, ad quos scadẽdos opus est eximia fortitudine, & animo ... generoso. Aliæ verò sunt virtutes quæ ... endere videntur, vt sunt humilitas, ... despiciẽtia rerũ, paupertas, tolerãtia probrorũ & cõtumeliarũ: & omnia illa ... consilia Christi pertinẽtia ad luctũ, sordes, dedecora, deiectionẽ, depressionem, de quibus Dominus in Euangelio, & Apostoli in suis epistolis loquũtur: hæ virtutes concinnè nominãtur *semitæ*, quippe angustæ, atq; deiectæ, humiles; & hæ prædicuntur exaltãdæ, & sternẽdæ, ita vt nemo iure dedignetur eas ingredi, & percurrere. Quę antè hominib⁹ videbatur abiecta, sordida, vilia, probrosa, seruilia, ea Christi exẽplo viã præeuntis & calcãtis, eiusq; ope fore sublimia, splẽdida, preciosa, nobilia, ingenua, regalia.

171. Hasce semitas cœpit Iesus sternere, & exaltare nascens in stabulo, iacens in præsepio pãnosus: circũcisus ac si peccati sordes in vtero materno cõtraxisset, fugiẽs iras tyrãni, & latens in Ægypto, ac si esset infirmus: baptizatus in Iordane, tanquã si indigeret lauacro ipse *splendor gloriæ paternæ*; famẽ & Diaboli tẽtationes tolerãs in deserto, *qui portat omnia verbo virtutis suæ*. Easdẽ semitas exaltauit in monte, sermone illo admirabili, nunquam satis laudato neque explicato, Matt. 5. vbi disserit de Beatitudinibus: & paradoxa ... mundo, ea inaudita placita sua autoritate ... borat Ille paupertatis semitam ad illud vsq; locorũ deprimi ... eleuat ad regnũ vsq; cœlorũ: *Beati pauperes spiritu quoniã ipsorũ est regnũ cœlorum* Quid abiectius apud mundanos quàm paupertas quid altius regno cœlorũ? Quid despicabilius quàm mansuetudo obnoxia cuiuis ... hãc sublevat, & mittit in possessionem terræ, vt multis visui videntur. Quid tristius, quid ordidius luctu? eiu eriget ad gaudia perpetua. Quid molestius, quid ignominiosius, quam mal dici, opprobrari, esse omnium peripsema, ... appetẽ hosce sic excitat: *Gaudete ...* ... Aluar. in Isai. Tom. 1.

Hebr. 1. v. 3.

dete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Itaque extremam mercedem futurã in cœlis ... præsenti gaudiũ & exultationẽ indicit, ... in ...

172. Crux, antequã eam Christus subiret, tali plici genus probrosissimũ; at postea ex cõtactu Saluatoris in ea morientis tantum honorem, & splendorẽ sunt adepta, vt eã vel Reges, & mũdi Monarchæ gloriabundi ... insignes. Ambr. Ps. 118. v. 39 *Si opprobrium tuũ gloria est Domine Iesu, quanta est gloria tua: Tue igitur gloriæ participatione quid erimus, cuius iuncti opprobria gloriosi?* Aug. Ps. 36. v. 15. conci. ne ... *A locis suppliciorum secit transitum ad frontes Imperatorum*. vbi plura de ea re. & Ps. 73. v. ... *Iam in frontibus regum preciosius est signum Crucis, quãm gẽma diadematis*. Idẽ repetit & amplificat Ps. 54. vers. 10. Psal. 56 in titulo. Psal. 141. v. 4. In Ioan. tract. 36.

Crux ex Christo honorẽ accepit.

Ambro.

Aug.

173. Vt ergo Crux materialis & corporea ab ima humilitate, & abiectione fuit eleuata ad summũ gradũ honoris, quia Christus illã contigit: ita Crux spiritualis, scilicet, vita humillima, paupertima, despicatissima, quia eã Christus nõ verbo tenus, sed re etiã & exẽplo susurpauit, sic exaltata est, & nobilitata, vt eã nobilissimi, & sapiẽtissimi viri, cũ Reges & Imper. diademati, purpuræ, sceptro, & solio prætulerint, & se iis omnibus incredibili animi alacritate abdicãtes in monasteria abdiderint, & pannosis vestibus induti, sordidis & vilibus, (si mundanos oculos carnales consulas) ministeriis perpetuò se & alieno imperio addixerint propter Christum Dominũ, qui *cùm esset diues, propter nos egenus factus est, & cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo*, nihilominus, *exinaniuit semetipsũ formã serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsũ factus obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.*

Mortificatio nobilitata a Christo Domino.

Phil. 2. v. 6.

174. At Christũ exaltari, aliud nihil est, quàm eius imperia, monita, consilia, exẽpla honorari, coli, suscipi, & in oculis haberi: quod est idẽ, atque semitas eius exaltari. Quoniã igitur asperrimis, atque difficillimis virtutibus asperitatem, difficultatemq; detraxit, aut certè imminuit: & officiis, muneribusque humillimis & abiectissimis honorẽ, & splẽdorẽ cõtulit accõmodatè ad rerũ naturã dicitur, posuisse *montes suos in viam*, & *semitas* suas exaltasse: atq; adeò cũcta exequasse, vt omnibus omnium ordinum hominibus pateret accessus facilis, planus, expeditus.

175. Hæc ratio explicãdi metaphorã visa est mihi cohærẽtior, quã illa Haymonis agnoscentis in *montibus* prædicatores Euangelicos summotis à Deo offendiculis inoffense progressuros, *in semitis* verò humiles Christi imitatores exaltandos. Cẽsura de incõcinnitate hui⁹ expositionis sit penes lectorẽ. Neq; magis meas aures implet Dionys. priorẽ partẽ interpretans de tisdẽ doctoribus, quibus Deus ad peragrandũ orbẽ auferat impedimẽta, id esse: *ponẽ montes in viã*, posteriorẽ verò de fidelibus, ambulaturis sine offensione. Displicet in primis, quia hoc loco nõ ituris Apostolis, sed vẽturis Gẽtib⁹ viã muniũtur, quod liquet e versu cõnexo deinceps. *Ecce isti de lõgè venient*. Deinde, quia disiungit, & vnũ mẽbrũ dat Doctoribus, alterum discipulis: cùm cõstet, esse vnũ contextũ, & lieium. Quod verò subiũgit idẽ autor, posse etiam intelligi ex hoc posteriori inciso: Documẽta & consilia Euãgelica à fidelibus cũ reuerentiã esse custodienda,

& [illegible] orum sublimitaté fore cognoscendá, lubens accipio utróque cum traditis a n.170. De hac eadem munitione & apparatione viarum loquitur [illegible] ates c.40.v.4.c.42.v.6.& nos ibidem.

*Vers.*12. [illegible] cce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi.

176. Sublatis itinerum inæqualitatibus, munitis [illegible] ca[illegible]bus, submotis offendiculis, quæ poterát det[illegible] tarꝺare veni[illegible], c[illegible] equés erat, vt côuêtus, côcursus, occursus [illegible] ret ad Christu, eiusque Euágeliú vndecúmq; terraru. Hoc cùm Isaias ex eminêti specula prospexisset, prędicit,

Orbis partes quattuor. ac pollicetur. Quattuor orbis partes nominari est citra dubiú: duas suis nominibus, vulgatis, notisq; apud omnes gétes, *Aquilonē & Austrū*,

Latitudo & longitudo terræ quomodo sumatur. quos intercipit latitudo terræ, a cosmographis statuta, nã etsi terra est rotunda, & orbicularis, indeq; orbis terræ appellatur, tamen quia qua vergit ad polos, ad Aquilonē & ad Austrú, omnis est habitabilis, ideo illa dimésio dicitur latitudo, quippe breuior, & altera ab orto, ad occasum magis hominibus culta & frequens, longitudo, vtpote maior.

177. Hæc longitudo describitur & clauditur aliis duobus vocabulis, aduerbio illo *de longè*, *isti de longè venient*; & altero, *maris*: videlicet Mediterraneo. quod ab Occidêti terminat Palæstiná: ex quo fit, vt dictio, *de longè*, significet necessariò plagá Orientalem: itaq; hæ duæ voces, quibus Oriés & Occidés exponitur non sunt generales; vt aliæ *Auster*, & *Aquilo*, sed respectiuæ, & propri[illegible] Iudęę: quá in regione versabatur Isaias, & côsuetudini loquédi gentis suæ se accômo-

De longè, pro Oriente. dabat. Cur auté *de longè* posuerit pro Orienti, potius illa esse ratio, quá tetigi, quia longitudinis cosmographicæ, & terræ cultæ initium sit Oriens, & quia cùm ab occasu regio Palæstina finiretur mari, & versus Orientem prouincias plurimas & magnas haberet, quæ incolebátur a variis nationibus, qui inde accurrerent, *de longè* venirent. Ex nulla enim quattuor partiú terræ venićtes lôgiora itinerú terrestriu spatia emetiri poterát, quá q ex oriétali plaga accede[illegible]nt.

178. Sed sciendú pro *terra australi*, esse Heb. סִינִים

Terra Australis Sinæ, seu Sinæorum, et Sinim. *Sinim*, quod videtur esse ductú a סִין *Sin*, quę est regio deserta litteris sacris celeberrima, aliàs dicta סִינַי *Sinai*, in quá fuit mons eodē nomine insignitus: siue hic a deserto, siue desertú à mōte nomé acceperit: quod ad rem nihil attinet. *Sinim* ergo quod est apud Isaiam possit esse plurale vel adiectiuum ductum à סִין *Sin*, vt *Sinæus*: vt sit sensus: & isti de terra Sinæorum.

Meridionalis respectu Iudææ. Quá regioné significari eámq; esse Meridionalem, putauit Hieron. ideo vertit *de terra Australi*: vt ipse fatetur in cômétario: quá versionē quia probauit Ecclesia, suo loco mouere, aut inuertere sit nefas Sed eruditi & pij interpretis erit defédere, & si sit opus cú Græcá côponere.

179. Porrò Sinai desertum, esse meridionale côpa-

Partes mundi nō mathematice sumptæ. ratione Iudææ a cosmographis, & e peregrinationibus accipimus. Diuos etiá Paulus epist. ad Gal.c. 4.v.25. monté Sinai collocat in Arabia, quæ regio Australis est. Et est obseruandu, vbi orbis in has quattuor partes tribuitur, cùm sit côsiliú Scriptoris, ostédere vbiq; geri quid vel vndecúq; esse gerédú, vt hoc loco, nô ita pressè & distinctè partes definiri, vt quæ regio iaceat inter merid[illegible] & ort[illegible], vel inter meridié & occasú, nequeat meridionalis appel[illegible]. Qua obseruatione Græc[illegible] [illegible] qui trastetit: *de terra Persarum*: Per[illegible] Chananitidis te[illegible] inter Orienté & [illegible]é. Sinarú prouinc[illegible]é, quod [illegible] tuis Asias, nô c[illegible] est.

180. Sed, v[illegible] [illegible] us est [illegible] vocabula nimiùm premi, [illegible] tineri, quam vnd[illegible] ex oris remotissimis homines ad Christu [illegible] cócursuros, [illegible] & [illegible] extremis mu[illegible] locis, & abditis Eu[illegible] ge[illegible] um esse prædicádu & [illegible] Similis est locutio infrà, c. 60. *Leua in circuitu tuo oculos, & vide omnes isti cōgregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent*, & Mat.8. [illegible] *Multi ab Oriente, & Occidente venient & [illegible] cū Abrahā, & Isaac, & Iacob in regno cælorum*. vbi Christus côtentus fuit duas mudi partes appellare, cum tamen sit eadē sententia, & nô sit incredibile, Christum ad Isaiam al[illegible] [illegible] quo partiu remotissimarú nominati[illegible] potest [illegible] notari, Gentiles venturos ad fidé, ab [illegible] admodum abfuisse. Vide c.41 n. 134 hoc [illegible] prædici Gentiu conuersioné [illegible] interpretes ex antiquioribus Patribus mult[illegible] Eufeb. lib. 2. Demonst. c.12. Aug. [illegible] ate Ecclesiæ c.7. Tertul.l.4. contra Marc[illegible] c [illegible]

Ex quibus omnibus efficitur quam [illegible] probabile sit, hoc vaticinium esse de red[illegible] Iudæorum e Babylone. Allusionem & [illegible] ad eam liberationem nihil est cur infitie[illegible] Ierem 31. vers. 8. *Ecce ego adducam eo[illegible] Aquilonis, & congregabo eos ab extremis te[illegible]*

*Vers.*13. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate montes laudem: quoniam consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebit[illegible]r.

Beneficientiam, ac munificientiam par est vt consequantur gratiarum actio, gratulati[illegible], 181.

Post beneficia laus & gratia. laudes, encomia, iubilus, plausus, ad hæc p[illegible] beneficiú, munúsque salutis humanæ [illegible] ac si iá esset editú, & exhibitum (tanta est certitudo ac fides promissorú Dei) hortatur Isaias. Et quia hoc munus nô solos homines, sed Angelos etiá attingebat, vtrósq; incitat ad laudes diuinas: hos in *cælis*, istos in *terra* significans. Christo nato cômunis fuit lætitia & exultatio cœlis, terrísque, & cœpit ab Angelis inuitantibus homines ad laudandum pariter Deum, Luc.2.vers.13. *Subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium: gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Bonæ voluntatis* ad Deum referes, qui benè voluit humano generi.

Mōtes quid. At cur separatim à cœlis, & à terra, montes iubilare iubet? an quia principes Angelorum, & hominum? an quia placuisset creaturas irrationales adiungere, terræ partes celsiores, & magis conspicuas appellauit?

Qui populus, qui pauperes, quibus Deus consolationem, & commiserationem impendit, ex suprascriptis liquet [illegible] sunt Gentiles, & Iudæi, sed illi præcipuè, inopes lucis, consilij, doctrinæ, libertatis & salutis, vincti, cæcique. Redire moneo ad cap.41 v.17.n.214. Pro pauperibus LXX. reponunt *humiles*: solent enim pauperes esse humiles, vt diuites superbi.

*Vers.*14.

Vers. 14. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.

181. HOc loci nos producentes filum Euangelicu quidam deserunt, & ad reditum Iudaicum e Babylone transeunt: in his Lyra, & Sanctius: Hugonem enim & S. Thomam non numero, quorum prior ab initio hæret historię, posterior fere vbique est anceps. Sed satis comitum restat, quibus cū cœptum iter possimus peragere. Verùm cùm omnes ij ad Christū, & Euangeliu inten dāt, contigit non eodē calle, & semita tēdere. Paucis aperio, quà quique vadāt.

183. Sion querula est apud Hieronymum congregatio Iudæorum iustorum prior, id est, vt illum Adamus exponit, iusti omnes ab Abele vsque ad Ioannem Baptistam, qui S. Hieron. obscurè etia docet, quę fuerit derelictio, & oblitio Dei: subsignificat tamen, fuisse reprobationē & repudiū Synagogæ. Hieronymum in eo quòd ait fuisse fideles Iudæos, sequuntur Adamus, Sa. & Vatabl. sed hic vltimus ait, queri Sionē, cùm videret differri aduentū Christi. S. Cyril. videtur eodē quo Hier. modo querimoniā accipere, q̄ pauci Iudęorū mansuri fuissēt in fide. eodē vadit Procop. For. Synagogā carnalē quidem accipit, quæ ægrè ferret minui sobolē suā, etiāsi audiret spiritualiter se augendam accessione Gentiliū.

184. Alij Sionem capiunt Ecclesiam Christi promiscue è Iudæis, & Gentibus coactam, & persecutionibus afflictam. Sic Leo Castrius, Pintus, Dionysius, Haymo, Mariana, Sa, Didacus Aluar. etsi hic addit, dolere Sionē se derelictā ob eos, qui à fide vel bonis motibus abscedunt: sed id alienū est. Alia expositio: sub nomine, & imagine Sionis & Ierosolymæ introduci naturā humanā præ tædio diuturnæ seruitutis & tyrānidis ex peccato, conquerentē, se à Deo, cuius solius ope redimi possit, derelinqui, ac deseri, hoc itinere solum Ariā incedentē video, & cum ducem sequi statuo. Est enim hæc interpretatio maximè consentanea superioribus, nec minùs continens inferioribus, vt liquebit: quæ series, & continuatio rerū nō leue est germanæ interpretationis indiciū. Sed vt hoc expositionis filū, liciúmque cōmodiùs ducere possimus, oportebit refricare memoriā eius, quod à nobis est adnotatū c. 41. n. 118. ad res Euangelicas meliùs exponendas solere supponi res gestas, aut gerēdas in populo Hebræo, vel in alio: ita vt tractatio proposita sit rerum Euangelicarum, respectus & allusio tantùm Iudaicarum, vide quæso similitudinem loco modò indicato.

185. Quo posito: Populus Hebr. oppressus a Pharaone in Ægypto, & postea à rege Chaldæo Babylone, seruitutis diuturnitate fessus, fractusque dolebat, clamabàtque ad Deū, & se derelictū quodāmodo querebatur. Hisce clamorib', & querelis plenæ sunt lamentationes Ieremiæ. Quæ historia fuit quædā species, & imago captiuitatis & calamitatis humani generis vexati ab hostibus internis, peccatis nimirū, & cupiditatibus, & ab hostibus extra positis, Dęmonibus. Quæ seruitus & oppressio durauit ab Adamo primo præuaricatore vsq; ad secundū Adamū Christū Saluatorē: nā quamuis antequā te ipsā veniret in mundū, aliqui fuerint iusti, ab originali peccato excēpti, ac liberati, per merita Christi præuisa: ij tamen fuerūt adeò pauci cōparati cū reliquis, & tā modicè iustificati, vt omissā hac exceptione, dici possit, humanū genus ante Christi aduētu fuisse sub iugo peccati, & Diaboli: & ita loquuntur Apostolicæ & Euāgelicæ Scripturæ, quæ conceptis verbis docēt fuisse omnes filios iræ, conclusos sub peccato: Diabolū a Christo fuisse victū in Cruce.

186. Ergo cū tā esset dura, & diuturna hęc humanæ naturę captiuitas, aptè ad rerū naturā accōmodatur illi hæc oratio & persona: *dixit Sion*, natio Iudæorū, natio hominū tādiu seruientiū sęuissimis nominis cōcupiscētiis, & per eas diabolu: *Dereliquit me Dominus*, in hac misera, & calamitosa seruitute, *& Dominus oblitus est mei*: nō videtur cogitāsse de mea redēptione, & salute.

187. Neque est necessariū (vt præoccupē obiectionē) vt homines id verbo dicerēt, sed satis est, si re ipsā sentirēt, & experirentur asperrimū iugū & intolerabile, viderentque nullis humanis viribus, nullis artibus, & rationibus excogitatis posse excutiā cernicibus. Typus humani generis seu populi Gentilis fuit cœcus ille Luc. 18. v. 35. vt tradunt passim Patres, clamās, & efflagitās à Christo remediū: Ambros. libr. 8. in Luc. Greg. hom. 2. in Euāg. vel duo cœci apud Matt. 20. v. 30. duo populi, Iudaicus & Gētilis interprete Aug. ser. 18. c. 11. de verbis Domini, itaque alius est clamor spiritu, ac voce emissus: alius ipsis visceribus inclusus: alius expressus, alius impressus, alius elicitus, alius innatus: hoc genere clamoris, & querimoniæ dixit Siō, humana natura peccatoru pondere pressa: *dereliquit me Dominus* sub onere, & iugo, quod mihi primus parens hæreditario iure reliquit. Eccl. 40. v. 1 *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Occupatio* pro molestiā, *creata est*, insita, innata: sub hoc onere & iugo gemebat humanū genus, & laborabat: antequā Christ' aduenisset: ad quod visus est respicere cū dixit Matt. 11. v. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Tollite iugū meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, iugū enim meū suaue est, & onus meum leue.*

188. Ponite iugum molestu & graue primi parētis, & imponite vobis meum lene, & leue: quo grauia quæque alleuantur. Itaque non tam voce, & sono, quàm sensu homines suam miseram conditionem dolebant, & se negligi querebantur, medicinámque requirebant. Recognosce lector c. 41. v. 17. n. 124. vbi illud: *Egeni, & pauperes quærunt aquas*, interpretor de ethnicis quęrentibus aquas Euangelicas, & expedio quomodo quærerent, quas prorsus ignorabant.

Carnes in via, genus humanum.

Iugum Adami graue.

Aug. Enchi. c. 66. Rabanus.

Iugū Christi leue.

Vers. 15. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

189. INtroducta est natura humana quasi conquerens & diffidens de curā & prouidentiā Dei, aut certè sibi, suóque merito imputans, quòd à Deo negligeretur. Qua occasione arreptā Deus suum erga genus hominum indulgētissimam caritatem, & prouidentiam ostendit, & tantùm non ostentat. Quæ professio & ostētio diuinæ misericordiæ aptiùs cadit in vniuersam hominū societatē, quā in eius partē quācumq; & quantācumque. Nā etsi fideles, quam infideles, &

Naturam humanam Deus valde curat.

les,& insti,quàm iniusti sint Deo maiori curæ: nihilominus Deus, *non est acceptor personarum*,& *vult omnes homines saluos fieri , & ad agnitionem sui nominis venire :* omnibusque prouidet, consulit,& indulget,suppeditatque remedia necessaria ad salutem , quam nemo nisi tanta Dei benignitate abusus amittit, (loquar de adultis, nam de paruulis alia,& grauior est quæstio.)

Act.10.v.34.

190. Ergo hæc imago & similitudo matris amātis effusissimè & tenerrimè filiu,quippe è fois & in fois visceribus genitum,alitū,& ad certam magnitudinē auctum, ad omne humanū genus,& ad singulos homines attinet:quos Deus multo infinities magis diligit,curatq; quā mater prolē siue in vtero sibi cohærentē, siue in lucē editā.

Parentum amor in prolem.

Amor parentū in liberos ingēs est,& expertissimus:& ferè impotēs: omnia largiēs,omnia indulgēs,idcirco in libris sacris Deus non rarò vsurpat hāc cōparationē ostendendis suis erga nos viscerib⁹ indulgētissimus.Luc.11.v.11.*Quis ex vobis patrē petit panē:nunquid lapidē dabit illi? aut piscem,nūquid pro pisce serpentem dabit illi?aut si petierit ouū,nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos,cū sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quāto magis Pater vester de cœlo dabit spiritū bonū petētibus se?* Cōclusio præclara & efficax,própta ex ingenito amore parentibus in filios, hinc eiusdē Christi frequens in suis sermonibus cōmemoratio Patris cœlestis respectu hominū,vt eis cōfidentiā maximā ingeneraret.Quid enim filius à parente sibi expediens non promittat?

191. Sed cùm is sit affectus parentum in liberos, matres tamen dulciùs,& effusiùs amant, quàm patres,cur ita natura ferat,ostēdo ad c.46.v.45. ob id Deus interdum materna viscera induit,c. modò citato.v.3.*Qui portamini à meo vtero , qui gestamini à meá vulua*,cōfinia sunt ista duo loca. Adeò ingenita est parentibus dilectio & cōmiseratio erga filios , vt apud Hebr.miseratio & vulua ab eadē radice רחם *rachă*,pullulent,solis pūctis distincta,רחם *rachē*, *misericordia* & amor: רחם *rechem*,*vulua*,seu viscera: quippe miseratio in visceribus sedē habere videtur:siue verbum tractū sit à viscere,& voluâ,quod est probabili⁹, quasi misereri nihil sit aliud,quā habere viscera,hoc est,nō prædura,nō ferrea,sed carnea, & mollia;seu nomē ductū sit à verbo misereor, vt viscera dici nequeāt, q̄ miserādo nō mollescūt.

Matres indulgentiores, quàm patres.

Deus sibi matris viscera tribuit.

Amor ingenitus parentibus.

Viscera pro misericordia.

192. Hinc illud Zachar.in cant.Luc.1.v.78.*Per viscera misericordiæ Dei nostri,in quibus visitauit nos Oriens ex alto.*Quo loco vox *misericordiæ* maioris declarationis causâ fuit addita,cùm viscera per se id apportent. infr.c.63.v.15.*Vbi est zelus tuus,& fortitudo tua,multitudo viscerum tuorū , & miserationum tuarum?*Deo id dicitur;etsi ibi pro *viscerum*,aliud est nomen,sed *miserationes* est *rechem*.Quod si ea est viscerū natura,vt commoueantur, & colliquefiāt alienā miseriā & calamitate,quomodo oportebit ea affici,cùm acciderit,eum esse miserum, & calamitosum , qui pars sit ipsorū viscerum in ipsis visceribus concretus,qualis est filius naturalis & vterinus?

193. Ex hoc ingenio & affectu profectū est illud prudentissimū Salomonis consiliū in explorāda verā & naturali matre infantis illius,quē sibi vtraque meretricū arrogabat,& præter ipsarū testimonia non erat alia probatio. Peruidit enim vir naturæ sciētissimus non passurā verā matrē scindi filium,& ne scinderetur, suo iure cessurā:quod euenit aitque S.Scriptura: cū exponit eius rei caussam: *Commota sunt quippe viscera eius super filio suo*, habent singulæ voces emphasin:dū viscera commoueri Heb. incalescere perhibētur,*super filio suo*,pro *viscera* aliqui reddunt , *miserationes*,ex ambiguitate vocabuli *rechem*. Agar non potuit suis ipsa oculis cernere filium morientem. Genes.21. vers.16.

3.Reg. 3.v. 16.

194. Vnde hoc loco,*vt non misereatur filio vteri sui;* est verbum רחם *racham*, ac si diceret : Qui fieri potest,vt nō afficiātur viscera matris super filio viscerū suorū?Itaq; nisi viscera materna filij ærumnosi misereātur, necesse est,desināt esse viscera.Quare in documētum crudelitatis & inhumanitatis incredibilis adducūtur si quæ fœminæ sæuierūt in filios,id enim ne bestiis quidē trucolentis accidit:tā inexsuperabilis est indulgētia materna in prolē. Eodem tendit hæc similitudo non affirmando proposito , sed interrogando : *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum?*qui modus quærendi rem impossibilē,aut factu difficillimā consueuit ostendere.

Mater misericors.

Medea.

195. *Et si illa oblita fuerit,ego tamē tui non obliuiscar.*] Amplificat & cōmendat nobis Deus suam misericordiā.Dauid Psal.102.v.14.vbi dixit. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se* , visus est sibi multū extollere Dei miserationem in nos.Deus ipse hòc loco se cōponit nō cū patre,sed cū matre, cuius in prolē affectus est indulgētior, neq; solùm se componit,sed etiā anteponit. *Et si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar*,est concessio, & locutio affecta conditione, & hypothesi , quæ non sit euētura, vt augeatur & firmetur sentētia: Demus,inquit,matrē obliuisci & nō misereri infātis vterini,quod natura non patitur,ego tamen cuius indulgētia superat quālibet maternā caritatē sine modo,tui nō potero obliuisci.Sic Psal. 101. v.27. *ipsi peribunt ,tu autem permanes* : i.etsi cœli perirēt,tu tamē permaneres,vt placet nōnullis,& vt plurib⁹ Matt.24.v.35. *Cœlū & terra trāsibūt,verba autē mea non præteribunt*. i. Demus cœlū & terrā peritura,tamē quæ ego dico,erūt immobilia.Quod explicatur magis in re nō dissimili Luc.16.v.17. *facilius est autē cœlū & terrā præterire,quā de lege vnū apicē cadere*. Apud vtrūq; Euangelistā loquitur Christus , & suorū dictorū,ac mei verborū veritatē,rerū naturaliter immobiliū comparatione,& prælatione cōfirmat.

Deus sibi tribuit matris affectū.

Ab impossibili vel raro.

196. Ad hunc modum Poëtæ, quæ nequeant fieri,priùs euentura esse pronunciant,quàm quod pollicentur.Virg.Ecclog.1.

Virg.

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Antè pererratis amborum finibus exul (grim,
Aut Ararim Parthus bibet , aut Germania Ty-
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

Ouidius lib.2.Pont. Elegia 4.

Ouid.

Longa dies citior brumali tempore,nóxque
Tardior hyberna solstitialis erit.
Nec Babylon æstus,nec frigora Pontus habebit,
Caltháque Pæstanas vincet odore rosas.
Quam tibi nostrarum veniant obliuia rerum,
Non ita pars fati candida nulla mei est.

157. Talia sūt plurima apud Poëtas, quibus quoniā quoad aliqua Prophetæ sūt similes;similia miscēt.Iere.18. v.14. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani ? aut euelli possunt aquæ frigidæ erumpentes , & defluentes ? quia oblitus est mei populus meus*,in cuius commentario S.Hieronymus refert vt simile illud à nobis allatum Virgilianū,

& aliud

[illegible] ab H[illegible]mo [illegible] a M[illegible] n[illegible] [illegible] & [illegible] ato [illegible] nato [illegible] De[illegible] cui nun fere p[illegible] confirmat he- m[illegible]

Vers.16 Ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis semper.

198. CVm [illegible] ratio Superioris promissi, nẽpe, nunquã fore, vt Deus obliuiscatur hominum, [illegible] descriptio in manibus Dei nõ videtur aliò posse deduci, quàm ad eiusdẽ perpetuam memoriã, præsentẽmque recordationẽ. [illegible] quæ nobis præsto sunt, & in promptu, ea ad manum, siue præ manibus, in manibusve habere dicimur. Quod si non acquiescis, quòd hę locutiones citius vergant ad potestatẽ, facultatẽ, & facultate agẽdi; addo, nihil magis oculis obuersari quam man⁹, ex quo ortũ, vt illis inseramus, vel illigemus aliquid, quod nobis rẽ suggerat, cuius maximè cupimus non obliuisci. hinc vsus anuli monitorij. Exod. 13. v. 9. *Et erit quasi signũ in manu tua, & quasi monumentũ ante oculos tuos.*

199. Sed quoniam ne res excidat memoria nos monumẽtũ oculis obiicimus, quod quidẽ excidere ipsum potest: Deus qui vt vincit hominis in hominem amorem, ita vincit omnem humanam diligentiam, monimentũ adhibet non caducum, & mobile: sed perpetuũ & fixum: insculpens & incidens suis manibus hominis nomen, & effigiẽ. LXX. picturã agnoscunt, sed illi ad muros referunt: *in manibus meis depinxi muros tuos.* Pro *manibus* Aquila *palmas* retulit, & verò ex Hebræo ita est: ad describendũ & sculpẽdũ aptæ sunt volæ, & palmæ manuũ, in quibus natura lineas quasdã impressit, & quoddam initiũ sculpturæ: quibus delineamentis abutuntur chiromantici ad prædicendos euentus libero arbitrio obnoxios.

200. Ergo humana natura tam singulariter in Dei manibus descripta & impressa, tam eius oculis obuia & obuersans in obliuionem & incuriam abire non poterit. Aquila, adnotãte Procopio, vsus est verbo ἀκριβόω, quod est accurare, rem accurate, certò & caute facere, & Symmachus reddidit: *firmaui te*: hoc est certo, firmo, cautóque consilio te descripsi, & insculpsi meis manibus, vnde neque excidere, neque expungi posses, perpetu[illegible] oculis obiecta: vt quoties aliquid mihi sit efficiendum, toties tu mihi manibus vsuro occurras, vt non possim non benigne & amanter in te consulere, & statuere. Et quidem verbum חקק chacac, huc etiam pertinet: nam præter, describere, & depingere est statuere, & decernere, supra cap. 10. vers. 1. *Væ qui condunt leges iniquas.* Hebr. verbum est חקק chacac, & nomen inde ductũ: *qui statuunt statuta*: quare [illegible] loco hic quoque possit esse signi-

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

[illegible] statui, & decreui ab æterno, [illegible] que n[illegible] [illegible] cura, & [illegible] [illegible] & offi- [illegible] [illegible] andam [illegible] rica d[illegible]

Hos [illegible] Christi Domino [illegible] mortali, & gl[illegible] pedum, & [illegible] apud Patrem [illegible] incutum eorum, q[illegible] pro v[illegible] nu sit pellus, [illegible] apud n[illegible] dicitu neque cora [illegible] Christus [illegible] in illo statu beatissimo, [illegible] posse nostræ salutis obliuisci, sed [illegible] sua fœlicitate securu, & de nostro periculo [illegible] moré. S. Cyp. de Baptismo Christi: *Vt nõ minus hodie in cõspectu Patris oblatio illa sit efficax, qua ea die, qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit: [illegible] sẽper reseruata in corpore plaga salutis humana exigunt pretiũ, & obedientia donatiuũ requirant.* Quo [illegible] multi exponunt 1. epist. c. 2. v. 1. [illegible] cum ait: *Aduocatum habemus apud Patrẽ Iesum Christũ iustũ.* lege S. Th. illic citantẽ ex Bern. illud: *ostendit filio mater vbera: ostendit Filius Patri vulnera.* Cúmq; perpetua sit hęc ostẽsio vulnerũ, perpetua est Christi recordatio, & aduocatio, & perpetua Patris placatio. Vide sup. c. 40 v. 10. n. 162.

Muri tui coram oculis meis semper.] Crescit verisimilitudo dictorũ, hanc figuratã locutionẽ referri ad eumcẽdam Dei recordationẽ & prouidentiam beneuolã. Sed quinam sint *muri* isti, non minùs interest cognoscere, quàm dissentitur. Nolo in primis redire ad pugnã cũ patronis historiæ, sed sumere cũ reliquis, hoc est, cũ fere omnibus, sermonẽ esse metaphoricũ. Plerisq; sunt muri, Ecclesiæ Christianæ munimẽta, quib⁹ ab hostibus est tuta. Deus istius ciuitatis spiritualis se custodẽ, vigilẽ, ac defensorẽ perpetuũ iis vocibus profitetur. Id ego quãuis improbare nec debeã, nec velim: addere tamẽ placet: quia muri totam vrbem ambiunt, & complectuntur, poni pro tota vrbe, atque adeò esse idem, ac si diceret: Tu tota es in oculis meis semper. Quòd si roges, si id significatur, cur non isto modo dicitur? Respõdeo, Scripturam Hebræam diuinam consulere fastidio humano, ideoque aliquid dare varietati dictionis: rem eãdẽ diuersis formulis eloquẽdo: vnde id quod sequebatur ex illa in manibus descriptione, sic circumloquitur, *Muri tui in oculis meis semper.* 201.

Adicio: esse allusionem ad Solymã vrbem, cuius mœnia essent instauranda: ergo de naturã & cõmunitate humanã tractat Deus, velut de ciuitate quãdam, de toto orbe, vt de vrbe: [illegible] suis palmis nõ aliter atq; in tabulis habere descriptã, eius ambitũ sibi esse notissimũ, ac proinde aream eo conclusam & quemadmodum quibus locis est vacua, sit inædificanda, & complenda, & quibus murorum spatiis est diruta, sit resarcienda, sibi esse curæ: nihil illi neque in pace, neque in bello defuturũ: à se ciues intus alendos tegendoq; & ab hostibus infestis 203.

Ff 3 defen

defendendos. Hæc ego pro meâ tenuitate in muris istis spectabam.

204. *Ezechiel aliter.* Sed auertit oculos ad se alia vrbis Ierosolymitanæ descriptio valde diuersa, quam non Deus ipse, sed Ezechiel. 4. vers. 1. iussus fecit, nõ in manibus suis, sed in latere. *Et tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus ea obsidionẽ, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.* *Opponitur descriptio descriptioni.* Quæ descriptio portendebat obsidionem, & oppugnationem vrbis Ierosolymæ per Babylonios. in latere describitur vrbs ipsa, exercitus hostilis, omnísque bellicus apparatus obsidens, & oppugnans: vnde quàm sit vna descriptio alteri contraria, facilè apparet. *Antithesis.* Nostra fit a Deo: illa ab Ezechiele: nostra in Dei manibus: illa in latere luteo: nostra continet muros, qui sunt semper in oculis Dei, hoc est, auxilio diuino tuendos, & propugnandos: illa habet muros obsideodos, omni genere machinarum oppugnandos, & expugnandos.

205. Sed ex vtriusque descriptionis oppositione cognoscitur planè benignissimum Dei ingenium: nam quoniam illa Ezechielis descriptio pertinebat ad officium munúsque iustitiæ vindicis, eam Deus à se amandans alteri demandauit faciẽdam: *Sume tibi laterem: alibi te bauen:* at quia hæc præsens sculptura opus erat munúsque misericordiæ, Deus eam non alteri cõmittit, sibi sumit: *Ecce descripsi te:* quia illa erat punitio acerba, etsi iustissima, in laterculo, in luto imprimitur, vnde facilè posset obliterari, & eradi: at quia hæc erat salus redemptio humani generis, materiæ æternæ, manibus diuinis insculpitur: illa denique coram Ezechiele, in illius oculis iubetur esse: *Sume tibi laterem, & pones eum coram te*: ast hęc altera coram Deo: *Muri tui coram oculis meis semper.* Suprà cap. 40. v. 10. *Ecce merces eius cum eo: & opus illius coram illo.* Consule posteriorum verborum scholia nostra num. 161.

206. *Misereri Deo proprium: punire alienum.* Deus opus, officiúmque miserendi, redimendi, benefaciendi suum esse recognoscit, quippe insitum & natiuum, id impressum suis manibus, suæ omnipotentiæ retinet, altè insculptũ, coram oculis, vt gratissimum spectaculum: at verò munus vltricis iustitiæ, vt alienum, vt aduentitium, vt à sceleribus hominum sibi quodammodo nolenti impositum in eâ extra se materiâ non tam ipse describit, quàm ab alio describi iubet (vt quoad possit eius contactum vitet) vnde, si homines resipiscãt, expũgi, & deradi facilè queat. Quo sensu fas est dicere: Deo misericordiam esse propriam, natiuámque; at iustitiam vlciscentem alienam & extrinsecam: nam Deus ex se propendet ad miserandum; à nobis verò trahitur ad vlciscendum, ex quo Vates noster cap. 28. vers. 21. *vt faciat opus suum: alienum opus eius*, nempe punire, *vt operetur opus suum: peregrinum est opus eius ab eo.* Vide etiam cap. 1. vers. 24.

207. *Lex vetus in lapide. Noua in carne.* Descripsit Deus olim legem populo duro in lapide duro, digito suo: quas tabulas lapideas cùm fregisset Moyses animo, & zelo bono, iussus est a Deo alias dolare & ipse in eis legem insculpere, vt colligitur Exod. 31. vers. 27. vers. 28. At in hàc nostrâ descri[ptio]ne exarandâ Deus non solu digito sed [t]otis manibus incumbit, non alieno adhibi[t]o ministerio: non in duabus tabulis lapideis incîdit sua decreta, sed in vtraque sua manu (sic ex Hebræo duali) mollissima simul, & simul inuiolabili, statuta, suíque diuini Senatus consulta culpsit: atque adeò, citra periculum detrimenti, aut lituræ.

Ergo cùm Deus tantopere caueat legi ad nostram vtilitatem & commodum latę, ne violari possit: cur nos ipsius legem nobis vtilem nostris visceribus non imprimimus, vt [si]t tuta? cur eius custodiæ, & inuiolationi non diligentissimè consulimus? cur non ex vero & ex corde famur? Psal. 39. vers. 9. *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui: & legem suam in medio cordis mei.* Nam quos Deus in manibus suis descripsit, & quorum custodiam, tutelamque ante oculos suos constituit, ne possit esse immemor: deberemus in cordibus quoad affectum, & in manibus quoad effectum eius non solùm imperia, sed & consilia, ac mu[n]ita describere. 208. *Deus cauet legi Euangelicæ, ne deleri possit. Nos oportet eam custodire valde. Obedientia.*

Vers. 17. Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt.

PRoducit translationem ab ædificio, & vrbe petitam: & bellè alludit ad Ierosolymam post reditum ab exilio Babylonio: venerunt enim eò structores, Nehemias, Zorobabel, & alij, & contrà qui instaurationem impediebant, submoti sunt. lege historiam Esdræ. Quâ sub imagine traditur, & promittitur humanæ naturæ reparatio. Cuius auctores structorésque præcipui Deus, Christus: administri, & operæ, Apostoli, primíque fideles fundantes Ecclesiam. 209.

Hebr. *Festinarunt structores, ædificatores tui.* Responsio ad querelam, vers 14. *Dixit Sion: dereliquit me Dominus*: citò venient, festini aderũt: quod Vatablus exposuit de celeritate cogendæ Ecclesiæ, Euangelio publicato. Potest & pertinere ad tempus aduentus Domini: nam etsi ab Isaia vsque ad Christum excurterint anni octingenti, id spatium respectu præteriti non debuit æstimari longum. In festinatione etiam licet accipere feruorem accedentium ad Christum, suprà c. 2. v. 2. 3. 210.

. *Destruentes te, & dissipantes à te exibunt.*] In primis lectori dissuadeo hunc explicatum, vt exire à Sione spirituali destruentes sit, a filiis suis fore destruendam: i. à te exibunt qui destruant te: vt exire, sit idem quod procedere, & nasci: hoc, inquam, autor sum lectori, ne sentiat: nam exire hoc loco, est abscedere: quod placet expositoribus. Quo posito: quoniam solet accidere, vt quod vnus construit, alius destruat, & sic irrito incepto ædificetur: Eccles. 34. vers. 28. *Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor*, oportuit ad affirmandam certitudinem humanæ naturæ restaurandæ, asserere, nõ solùm fore structores, & architectos, sed defore etiam destructores, vt breui, certè, & fœliciter sarta tecta viserentur ad culmen perducta. Quo explicatu facile est videre, quinam sint destruentes & dissipantes, hoc est, impedientes humanæ naturæ innouationem, & restaurationem. Licet enim in primis intelligere, spirituales nequitias, principes tenebrarũ, dæmones, 211. *Vnus construens, alius destruens. Natura humana [in]staura[ta] qui [im]pedian[t].*

dæ[illegible]ones qui fuerant impulsores maceriæ & A [illegible] ruinæ. qui hoc ædificium à Deo affabre factum singulariter expolitum & exornatum, vbi è manibus tanti artificis excitatum eminuit, louidiâ stimulante subuerterunt, exot[illegible] effodere, & diruere à muliere, quâ Deus ædificarat ex costa viri, ex osse forti: sed eâ nihilominus dirutâ, facile vitum euerterunt. Hi ergo euersores & dissipatores, vbi structores, & sartores aduenerint, aufugient, suam instaurationem impedire non poterunt: *a te raebunt*. Abac. 3. vers. 5. *Egredietur Diabolus ante pedes eius*: qui vt fuerat humanæ naturæ euersor, sic eiusdem reparationem conabatur impedire, sed conatu inani, vnde sequitur: *stetit & mensus est terram*: B non Diabolus, sed Christus, à quo ille calcibus protrusus abscesserat.

213 Sat[illegible] scio interpretes Abacuc hoc loco tendere alio, sed ego non certus, sed addubitans propono docto lectori censendum; eùm præcedat mensura terræ, & areæ quamuis ædificationem, & ferè constet architectura dimensionibus, an hoc pulso Diabolo annitente retardare humani generis restaurationem, Christus ad id operis se accinxerit, atque à primo officio architecti inceperit, quod est funiculo metiri solum inædificandum, summoto iam destructore, & dissipatore. Mihi tantisper affauet Rupertus ad Abacuc, quatenus citat illud 2. Reg. 8, vers. 2. *Mensus est duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum*: & Rupertus applicat Christo saluanti, & damnanti: mihi videbatur translatio sumpta ex architecturâ, quæ & ad construendum, & ad demoliendum & destruendum funiculum solet extendere: nâ vtrumque exigit artem. Vide cap. 41. num. 194.

Mensura terræ ad ædificandum.

Funiculus unus ad destruendum.

214. Dæmonibus destructibus annumerare possumus peccatum, & errorem, eorúmque scaturiginem concupiscentiam. Hi enim omnes hostes humanæ salutis summoti sunt, alij longiùs, alij minùs longè, pro conditione cuiusque. Cōcupiscentia Christi gratiâ infringitur, minuitur, non penitus extinguitur: residet ad pugnam, & ad meritum; nō secus ac olim in Terrâ promissâ debellatâ Chananæus. Peccata gratia, si quis strenuè pugnet, vitare, & vincere potest; non item leuia omnia: idem senseris de errore, & ignorantiâ. Quibus inimicis aut omnino interemptis, aut certè fusis, fugatísque humanæ naturæ inædificatio, & innouatio procedit, quoad sufficientiam, & quantum est in Christo, in omnibus hominibus, & in singulis locum habet: licèt in multis eorum culpa non sit efficax: vnde Christus verè dixit: Ioan. 12. versic. 31. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*, & Ioan. 16. vers. 33. *Confidite, ego vici mundum*. De quâ victoriâ ad c. 42. num. 87. cap. 43. num. 113.

215. Sed oportet animum aduertere, humanæ naturæ restaurationem coniunctam fuisse cum Ecclesiæ Christianæ fundatione: imò ferè fuisse vnum & idem opus, ac ædificium: Christus enim Dominus eadem operâ & impensâ redemit hominem & fundauit Ecclesiam: eodem pretio soluto liberauit naturam humanam à seruitute, & deuinxit sibi, atque despondit Ecclesiam. Vnde, ex eius latere, dormientis in Cruce exiunt sanguis & aqua: præferentes sacramenta, quibus Ecclesia innitatur, vt ex eius

Humanæ naturæ reparatio & Ecclesiæ fundatio simul.

latere procederet hæc spiritualis sponsa, vti prima vxor processerat e latere dormientis Adam in paradiso, vt obseruant Patres. Adi cap. 40. num. 351. capit. 41. num. 109. Quæ Eua ideo dicitur in Genesi fuisse non facta, aut ficta, sed ædificata, vt magis ad viuum exprimeret Ecclesiam ex Christo, & in Christo exædificandam: de quo vide omnino cap. 45. num. 133. quę Ecclesia est & dicitur iure quidem optimo ædificium, vt eodem cap. 45. num. 131.

Et hinc plane capimus, cur in testamento veteri hoc nomen *ædificare*, & *ædificatio* spiritualiter accepta pro eo, quòd est adiuuare salutem alienam spiritualem non legatur, cùm sit in nouo frequens: nimirum, quia hæc notio respicit naturæ humanæ innouationem, & Ecclesiæ Christianæ fundationem, similis tincturæ est *homo nouus*, *renouatio hominis*, *noua creatura*, vocabula spissa apud Apostolos: de quibus capit. 43. versiculo 19. *Ecce ego facio noua*. ibi. nom. 1-3. 216.

Ædificare, mox [illegible], est vox ligii Euangelica.

Ergo cùm hoc loco promittitur, fugandos esse dissipatores, & destructores, venientibus structoribus: debemus intelligere hos structores, & ædificatores fore simul sartores, & restauratores ædificij diruti: ac proinde priscæ humanæ ruinæ reparatores, & Ecclesiæ Christianæ nouæ fundatores. Nostro contextui suffragantur L X X. ita reddentes: *citò ædificaberis a quibus es dissipata*. Nam vt vnus vir, & vna mulier naturam humanam dissiparunt: Sic alter vir, & altera mulier eam restaurarunt, de viris Paulus Rom. 5. vers. 12. & 1. Cor. 15. v. 21. *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum*. De mulieribus Aug. de Symbolo lib. 3. cap. 4. *Per fœminam mors, per fœminam vita; per Euam interitus, per Mariam salus*. 217.

Vers. 18. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa.

Ciuitatis mysticæ, ac metaphoricæ, nempe, Ecclesiæ Christianæ, quæ vbi humana natura fuit in Christo, & per Christum instaurata, cœpit ædificari, traditur amplitudo, frequētia, splendor, opulentia, & dignitas, autoritas, atque maiestas ex hoc versu vsque ad finem capitis, cum aliquo respectu, exiguo licèt, ad instaurationem & reædificationem vrbis Ierosolymitanæ. 218.

Leua in circuitu oculos tuos.] Quoquo versus, in quattuor orbis partes: supià vers. 12. *Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & illi de terra Australi*. Cùm quis à Deo iubetur circumquaque prospicere, ingens ei promissio fit. Genes. 13. vers. 14. *Leua oculos tuos & vide à loco, in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum*. Vbi quia promissio *fit vsque in sempiternum*, & semen Abrahæ carnale non possedit eam terram, summùm, ab excidio Romanorum post Christi mortē, multi & magni autores

Circumspicere mundi partes quatuor, quid.

Ff 4

autores intelligunt figuratè, id est, semen spirituale Abrahæ, Ecclesiam Christi, de quo videndus noster elegans scriptor Pererius tom. 3. disput. 4. num. 62. ad cap. 1. Genes. quod ipse autor in responso tertio, & mihi valde probat: quod sumo ex Paulo Galat. 3. vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit in seminibus quasi in multis: sed quasi in vno: & semini tuo, qui est Christus*, at promissiones apparet esse allusio ad hunc locum. Verba eadem nobis occurrent c. 60. v. 4.

219. *Viuo ego, dicit Dominus.*] Formula iurandi soli Deo conueniens: quâ imitati Vates, aliique viri procerés dicebant: *Viuit Dominus*. Scitum est in Deo viuere, & esse, non diuidi, sed vnum, & idem debere accipi: vnde cùm Deus ita iurat: *Viuo ego*, est, ac si diceret: *Iuro per memetipsum*: vel *in memetipso iuro*: quam formulam Deus vsurpauit, cap. 45. vers. 23. quo loco de eâ dixi, & quo consilio Deus iuret: istic lector quærat. num. 203. 208.

Formula Dei iurandi.

220. *Velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos, quasi sponsa.*] De Ecclesia loquitur modò tanquam de ciuitate, modò tanquam de sponsa: nam vt hanc ornant splendidæ vestes, & preciosa monilia, sic illam honestissimi, & nobilissimi ciues. Sed ex hac ipsa similitudine & comparatione nascitur quæstio. Nam cùm ciuitas aliud nihil sit, quam ciues, legum, morúmque communione coniuncti, & deuincti; & Ecclesia similiter nihil aliud, quàm fideles, si hi sunt ornamentum & vestimentum ipsius Ecclesiæ, quid relinquitur præter eos, quod possit gerere personam ciuitatis, Ecclesiæ, aut sponsæ talibus ornamentis condecorandæ?

Ecclesia modò ciuitas, modò sponsa dicitur.

Ciuitas, sunt ciues legibus iuncti.

221. Quæstionis huius dissolutio petitur nō tam è re ipsa secundum se, quam è modo cogitandi, & concipiendi eandem, ex quo fit, vt Ecclesia recipiat vocabula, quibus res distinctas, immò oppositas appellare solemus. Appellatur enim Ecclesia Mater, & fideles appellantur eius Filij: quæ dum re ipsâ inter se referuntur, ac proinde distinguuntur: at in Ecclesia sunt idem: nam eam cogitamus instar genitricis, & qui denuo generantur in Christo & renascuntur per baptismum, eos cogitamus vt filios eiusdem Ecclesiæ.

Ecclesia est mater, simul & proles.

222. Ergo Deus hoc loco Ecclesiam primitiuam, ex Apostolis, aliisque primis Christianis constantem, vt honestissimam, & pulcerrimā Virginem alloquitur, eamque plurimorum & clarissimorum fidelium accessione condecorandam, & quasi vestibus splendidissimis amiciendam esse pollicetur. Est enim sponsi amantis ac liberalis concedere sponsæ amicula, & monilia preciosa, quibus ornata speciosior & gratior euadat. Hæc est illa ciuitas, & sponsa simul, quam vidit Ioannes Apoc. 21. versic. 2. *Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem, nouam descendentem de cœlo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Dicitur de cœlo descendere, quia autor eius, & descriptio, atque institutio fuit cœlestis, gratia quoque quâ cōstat, est de cœlo. Quæ Ecclesia & sponsa, quia recèns nata fuit paruula, paucis conclusa capitibus, iisque infirmis, & ignobilibus (iudicio mundi spectato) videbatur esse nuda, & inops, ac inornata: oportuit igitur tanti regis sponsam amiciri, ornari, circumdari, stipari, atque muniri, familia, famulitio, satellitio: quæ omnia affatim sequentibus versibus promittuntur, & non secus sunt exhibita.

Ecclesia Virgo nubilis.

Sponsus dat monilia & vestes.

Ecclesia initio nuda & inop.

223. Sed vt propius accedam ad propositum meū scopum, considerari aio hic humanam naturā vt spoliatam, vt inopem, ac denudatam ob Adę perfidiam, eamque per Christum nouis hominibus circumdandam, & ornandam prædici. Veteres enim homines tanquam vestes attritas, laceras, sordida, oportebat exui, exui, abijcere & nouos homines, cœlestes, tanquam vestes splendidos, & speciosos induci, & indui.

Vers. 19 Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur qui absorbebant te.

224. CVm modò dixit, siue humanam naturam liberam, & reformatam, siue Ecclesiam a Christo fundatam fore nouis hominibus & fidelibus vt ornamento vestiendam, nouorum hominum splendorem, dignitatemque promisit: nunc eorum multitudinem, atque frequentiam prædicit: ciuitatum enim hæc duo præcipua decora, si ciues sint nobiles ac boni, idemque frequentes ac numerosi. Nam etsi Aristoteles . Polit. c. 4. non vult ciuitatem esse nimium numerosam, ideo id tradit, quia credit non posse bene gubernari: sed vbi habeat humana, & ciuilis ratio, certe si boni sint ciues, & florentes, ac proinde legibus subditi, quo fuerit maior numerus, eo clarior & illustrior, atque potentior erit Respublica, vt fatetur idem Aristoteles.

Ciuitas nobilitate & frequentia, & splendore ciuium.

Aristot. ciuitas non esse debeat nimis numerosa.

225. Tantam verò Deus spondet futuram esse nouorum ciuium multitudinem, vt eam non capiant deserta, ac solitudines, neque loca quæuis vastata, aut vasta. Cùm enim loca diruta, aut vastæ solitudines incoluntur, idcirco fit, quia succrescit soboles, & antiquis sedibus contineri non potest, ex hoc capite solent coloniæ deduci: ex eodem extiterunt multarum gentium immigrationes, & quasi inundationes, cùm patriæ suæ finibus instar alueí ripis non possent contineri. Id ego videbam in hac metaphorâ, aliud licèt alij viderint. Forerius, vitam laboriosam & asperam præferendam molli, ac delicatæ a Christianis; sed mihi non allucet hæc analogia: nam deserta & solitudines, & ruinæ non hoc loco ferunt asperitatem, & duritiem, sed solam infrequentiam: quod ampliùs exponitur sequenti hemistichio.

Solitudines quando incoluntur.

Vers. 20. Adhuc dicent in auribus tuis filiis sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem.

226. F*ilij sterilitatis*, nam è fœminá sterili. Quod aliqui autores Synagogæ adaptant, alij Gentilitati: & hoc conuenientius, quæ ab eodem Vate sterilis alibi compellatur, infrà cap. 54. vers. 1. *Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ magis, quam eius quæ habet virum.* Vbi vberiùs de ea sterilitate disputabitur de qua etiam amouenda fuit vaticinatus noster Isaias cap. 35.

Gentilitas sterilis.

Futura fœcunda.

c.55.v.1. *Laudabit deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.* E muliere fœcūda prolē suscipi numerosā haud mirum, at ex sterili & est mirum & iucundū. Succrescente sobole necesse est laxari habitaculum; id exigunt iure suo filij nati: *Angustus est mihi locus, fac spatium mihi, vt habitem* idē c.54.v.2. *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extēde, ne parcas; longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida; ad dexterā enim, & ad leuam penetrabis.* His, & consimilibus locutionibus infinita Ecclesiæ Christianæ soboles, vniuersum terrarum orbem impletura describitur, & promittitur.

227. Hanc generosam & numerosam filiorum multitudinem Oseas σύγχρονος Isaiæ planè & sine translatione posuit c.1.v.10. *Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur.* quod ne quis Israeli carnali ascriberet, addidit exemplo: *Et erit in loco, vbi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Filij Dei viuentis.* Quod sine dubio de cōuentu ris ad Ecclesiam Gētilibus accipi debet, vel interprete Paulo Roman.9.v.25. Michæas æqualis vtrique Vati Isaiæ, & Oseæ, sic habet capit. 2. versiculo 12. *Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum: tumultuabuntur a multitudine hominum.* Verba postrema non indicant, tumultuandum, turbatum iri, in Ecclesia, cuius tanta concordia traditur Act.4.v.32. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia*: Sed tantam fore multitudinem fidelium, vt non posset non esse maxima commotio, ac propè tumultus: cùm eos sedes, ac domicilia non caperent, seu caulæ, & ouilia, vt bucolicè Michæas est locutus.

Vers. 21. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis. & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti vbi erant?

228. APposita ista duo: *Transmigrata & captiua* traxerunt Sanctium, vt sentiret præsens vaticinium Ecclesiæ conuenire non posse, sed soli Ierosolymæ. At reliquos interpretes iis à sua sententia, & consecutione non video dimotos: quos sequi placuit. Quod fuerit mihi facilius, qui sentiam litteralem sensum esse de Ecclesiā, cum respectu, & allusione ad historiā Synagogæ, propter quam allusionem existimo interponi duo ista vocabula, quæ sint communia vtrique. Nam Gentilis natio per metaphoram dici potest *demigrans, & recedens*: sic ex Hebræo reddi potest: demigrauit enim, & recessit hic populus a Deo suo, cùm illum post diluuium deseruit, & ad idola colenda transfugit: cùm exul procul ab domo paterna discessu figuratus in filio prodigo parabolæ Euangelicæ, vt ex sanctis Patribus ostēdo ad c. 46.v.8.n.75.

Allusio ad Synagogam.

229. *Et dices in corde tuo.*] Interna cordis locutio aliquando tribuitur iis, qui non auderent, vel nollent ore proferre cogitata, vt ostendunt passim exempla in S. Scriptura. At neutra caussa hoc loco apparet: vnde Hieronymus aliam in-

Dicere in corde.

uenit, quòd non valeret tam ingentem lætitiā verbis exprimere. ego attentam meditationem & considerationem rei nouæ, & admirabilis indicari crediderim. Et verò subita rei magnæ, & inopinatæ oblatio, visióque vocem solet intercludere, cùm animum introrsum condat, & in stuporem redigat, quem stuporem produnt subiectæ frequentes interrogationes, & admirationes: *Quis genuit mihi istos, ego sterilis, &c. Et istos quis enutriuit? ego destituta, & sola, & isti vbi erant?* Quæ oratio & admiratio etsi cadere possit in Synagogam, sed multò melius in Gentilitatem, hoc est, in Ecclesiam è Gentilibus coactam, quæ erat omnino sterilis, destituta, & sola viro carens. Vnde quo minor erat in humana natura vis ad partum istum spiritualem, maior & euidentior exsistit diuina gratia

---

Vers 22. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meū, & afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt.

NEque in hoc versu, ob nomen *Gentes*, *leuabo ad Gentes manum*. cogor deserere textum, nam vt Deus Ecclesiam suam legeret, & cogeret è Gentibus, vt quasi Imperator haberet delectum militum, oportuit leuare, & tollere vexillum ad Gentes, vt ad nomen dādum, & profitendum conuenirent, & accurrerent. *Signum*, Hebr. נס *nes*, signum militare. Leuare manum gestus est vocantis, & allicientis. 230.

Leuare manum, vocatio Gentium.

Ergo exaltatio signi, seu vexilli, est exaltatio, prædicatio Crucis, prædicatio Crucifixi Saluatoris: qui dixit: *Et ego si exaltat⁹ fuero à terra, omnia trahā ad me ipsum*: Io.12.v.32. de quo c.40 n. 242.317. & Io.3.v.14. *Sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternā.* Vide c.11.v.10. *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum: ipsum Gentes deprecabuntur.* idē enim est nomen *Nes* pro signo, & eadem intelligentia, vt n.210.215. differo. Maldonatus in Psalm.109.ver.3. alioquin historicarum expositionum non osor, hoc de Euangelio exponit. 231.

Vexilli exaltatio.

Quod autem adiicitur: *Afferent filios tuos in vlnis*: nihil præpedit interpretationē de Ecclesiā Gentilitiā, nam vt eadem est mater, & soboles (& hoc etiam est fatendum de Ecclesiā Iudaicā, & de quouis eius statu) sic eius filij, iam in Christo geniti vlnis & humeris subleuandi prædicuntur ab aliis Gentilibus nondum conuersis, admirantibus tamen, & venerantibus egregiam pietatem, sanctissimos mores, & miracula Christianorum. Quò etiam pertinet versus subsequens. Maldon. Ezech.16.v.61. de Ecclesiā Christi interpretatur. 232.

Vers. 23. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.

TAmetsi nō sit multum absonum, hæc quoque exponere de fauore & honore, quem essent 233.

gissent principes infideles habituri & præstituri Ecclesiæ ob eius admirabilem sanctitatem, leges, ordinē, gubernationem, & miracula: quod sæpe accidisse testis est historia Ecclesiastica, & profana. Sed vt nomina *nutritius*, & *nutrices*

Indulgentia & tutela Principum erga Ecclesiam.

singularem indulgentiam, caritatem, tutelam, & prouidentiam secum inferant, placet potius accipere de Principibus & regibus conuersis ad fidem, specialimque de iis, qui excelluerunt liberalitate, pietate, & obseruantiā erga Ecclesiam, eiusque prælatos & pontifices: vt sunt Constantinus Magnus, Theodosius maior, aliique permulti & antiquiores, & iuniores. Itaq;

Amor, & honor in Ecclesiam.

amor, & honor maximus deferendus Ecclesiæ Christianæ a summis publicisque personis omnis ordinis, status, sexusque significatur his figuratis elocutionibus. Nutrij enim, gerere vlnis, humeris, vnde dicuntur geruli, & gerulæ, amoris & indulgentiæ, & protectionis est officium, at adorare vultu prono, & puluerem pedum lingere, est honoris, & reuerentiæ summæ argumentum.

235. Qui posterior gestus impedit, quo minus hæc oratio possit intelligi de Apostolis, nā licèt isti fuerint *nutrij & nutrices* Ecclesiæ, vt exponit S. Hier. quia nutrierunt & suis vlnis, humerisq; portarunt primos fideles: non tamen eos vultu in terra demisso adorarunt, neque puluerē pedum eorum ore linxerunt: quin Apostoli vt Principes & fundatores Ecclesiæ ab aliis fidelibus sunt adorati. Vnde S. Hieron. vt teneret filum, coactus fuit ad mysticum sensum deuertere, & exponere: Apostulos sua prædicatione detersisse puluerem, id est, quidquid terreni pedibus Ecclesiæ adhæserat: quod aliud esse quàm quod contextus exigit, facilè elucet.

236. *Lingere puluerem.*

Est igitur *lingere puluerem pedum*, osculari pedes quos puluere necessarium est esse conspersos, quippe humi incedentes: aut osculari humum ab alio calcatam: quod est apud nos Hispanos prouerbium *besar la tierra sy otropisa.*

Tit. Liuius.

Memini legisse apud Liuium lib. 45. ad finem hæc verba dum ageret de Prusia rege Bithyniæ: *Hæc de Prusia nostri Scriptores. Polybius eū regem indignum maiestate nominis tanti tradit: pileatum capite raso obuiam ire legatis solitum: libertúmque se Populi Romani ferre, & ideo insignia ordinis eius gerere, Romæ quoque cum veniret in Curiam, summisisse se, & osculo limē Curiæ contigisse, & Deos seruatores suos senatum appellasse, aliámque orationem non tam honorificam audientibus, quam sibi deformem habuisse.*

Terram osculari.

237. Rex adulator, aut vtcúmque affectus osculatus est limen Curiæ Romanæ, vt ostenderet, & præ se ferret, vbi senatores pedes, ibi se os imprimere: quod est lingere puluerem pedum eorum. Fortassis hinc procul non absit illa formula Psal. 71. v. 9. *Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingēt* Heb. עפר *haphar*, *puluerem*, vt hic: nam videntur procumbere, vt pedes eius exoscularentur, ac proinde calceorū

Osculari pedes Pontificis.

puluerem delingant. Vide ad Psalm. Lorinum, Delrium Adag. 91. parte 2 Martinum Roa. lib. 4. c. 4. 2. Porrò in Ecclesiā nunc mos est reges & Imperatores oscula figere pedibus summi Pontificis.

238. *Et scies, quia ego Dominus, super quo non confundentur qui exspectant eum.*] Multo minus colligit quàm quod ex dictis enascitur: sed est consuetudo S. Scripturæ per negationem efferre

A quod affirmatione plurimā vix exprimi posset. Regredere ad cap. 42. v. 2. v. 4. cum tam insignē honorem populo suo habendum esse, qualis est, eius pedum puluere lingi, pronunciasset, nunc concludit: non fore confundendum: hoc est, fore supra modum exornandum & honorandum. Præterea docemur: id totum à Deo procedere, & ab homine sinceram fidem, & spem non labantem exigi.

Vers. 24. Numquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit?

B NAturæ humanæ reparandæ, ac redimendæ difficultas, quam ferè totā draco ille Tartareus, & Cerberus faucibus hauserat, hac interrogatione exprimitur. Hic est fortis armatus qui custodiebat vigilanter & valide atrium suum, adeò sibi arrogans, tantúmque suis viribus fidens, vt existimaret a nemine sua vasa posse diripi, se castris exui non posse. Sed quàm vana, & arrogans fuerit hæc existimatio, verba sequentia demonstrant.

Diabolus pellendus.

Vers. 25. Quia hæc dicit Dominus: Equidem, & captiuitas à forti tolletur: &

C quod ablatum fuerit à robusto saluabitur.

HOc vasus est ipsemet Saluator nobis interpretari Luc. 11. v. 21. aiens: *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Quemadmodum Dæmon captiuam teneret humanam naturam, quo iure, quâve iniuriâ exposui vers. 8. num. 235. & quo iure, & modo fuerit expoliatus, habes c. 45 num. 124. & hoc cap. vers. 8. num. 238. Cuius prædæ captæ, & tantùm non deuoratæ 239.

D ablatio, & ereptio cernimus imaginem satis expressam 1. Reg. 17. vers. 34. in Dauide typo Christi in multis, sed nominatim in eo facinore, de quo ipse modestè loquitur apud Saulem iis verbis: *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebámque eos.* De quo facinore ago c. 40 num. 188. 267.

Figura liberandi hominis è faucibus Diaboli.

Eos verò, qui iudicauerunt te, ego iudicabo.] Istud quoque ab eodem Christo iudice habemus expositum Ioan. 12. vers. 31. *Nunc iudicium est mundi; nunc princeps huius mundi eiicietur foras.*

E *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Dæmones qui iudicauerant genus humanū, id est, oppresserant, captúmque retinebant partim fraude, dolo, & iniuriā, partim vi, vt explico n. 235. ij Dæmones à Deo sunt damnati, & de possessione antiquā depulsi, non vi, non solā potentiā, sed summā æquitate, & iustitiā, vt probasse mihi videor cap. 45. n. 124. & tetigisse suprà numer. 238. Si de hostibus corporeis, & Ecclesiæ persecutoribus libeat explicare, id facile est, & expeditum.

Persecutores Ecclesiæ puniendi.

Vers. 26.

Ver[illegible] 6. [illegible]e cibabo ho[illegible] tuos carnibus
suis & quasi musto, san[illegible] suo ine-
[illegible]abuntur & sciet omnis caro, quia
ego Domin[illegible] salua[illegible] te, & redemptor
tuus fortis Iacob.

140. QVi historiæ antiquæ Iudaicæ hærent, & [illegible] propri[illegible] intelligi, frustra labo-
A rant in ostendendo, quando Babylonij carnes suas comederint, & sanguinem suum biberint. Quare San[illegible]tius melius facit, ad translationem ac[illegible] quia admissâ non fuerit difficile aptare Dæ[illegible]onibus, multo minus eorum satellitibus, tyrannis & hostibus Ecclesiæ. Vide varias translationes apud Sanctium, commodas quidem, & aptas: & ex eis quam libuerit, eligito.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

1. HÆc dicit Dominus: Quis est hic
liber repudij matris vestræ, quo
d[illegible] eam. aut quis est creditor meus,
[illegible] vendidi vos? ecce in iniquitatibus
vestris venditi estis, & in sceleribus ve-
stris dimisi matrem vestram.
2. Quia veni, & non erat vir: vocaui,
& non erat qui audiret, numquid abbre-
uiata & paruula facta est manus mea, vt
non possim redimere? aut non est in me
virtus ad liberandum? Ecce in increpa-
tione mea desertum faciam mare, po- B
nam flumina in siccum: computrescent
pisces sine aqua, & morientur in siti.
3 Induam cælos tenebris, & saccum
ponam operimentum eorum.
4. Dominus dedit mihi linguam eru-
ditam, vt sciam sustentare eum, qui las-
sus est verbo: erigit manè, manè erigit
mihi aurem, vt audiam quasi magi-
strum.
5. Dominus Deus aperuit mihi au-
rem, ego autem non contradico: retror-
sum non abij. C
6. Corpus meum dedi percutientibus,
& genas meas vellentibus: faciem meam
non auerti ab increpantibus, & con-
spuentibus in me.
7. Dominus Deus auxiliator meus,
ideo non sum confusus: ideo posui fa-
ciem meam vt petram durissimam, &
scio quoniam non confundar.
8 Iuxta est qui iustificat me, quis con-
tradicet mihi? stemus simul. quis est ad-
uersarius meus? accedat ad me.
9. Ecce Dominus Deus auxiliator
meus: quis est qui condemnet me? Ecce, D
omnes quasi vestimentum conterentur,
tinea comedet eos.
10. Quis ex vobis timens Dominum,
audiens vocem serui sui? qui ambulauit
in tenebris, & non est lumen ei, speret in
nomine Domini, & innitatur super
Deum suum
11. Ecce vos omnes accendentes
A ignem, accincti flammis, ambulate in
lumine ignis vestri, & in flammis quas
succendistis: de manu mea factum est
hoc vobis, in doloribus dormietis.

Vers. 1. Hæc dicit Dominus: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.

1. *Deus cum Synagoga. Dubiũ, quo tempore hoc repudium factum. Post passionẽ Domini Synagoga fuit repudiata.*

DEum cum Synagoga colloquentem, & expostulantem interpretes omnes agnoscunt, quos inter de tempore, ac statu est sola dissensio. Eorum enim aliqui hanc dimissionem esse volunt, cùm tradita & permissa fuit potestati Chaldæorum: plerique malunt esse, cùm post passionem Domini penitus fuit euersa illa Respublica Hebræa à Romanis Imperatoribus, quæ posterior expositio plures & grauiores patronos est adepta, & maiora pondera rationum. Rationum C vim in ipso expositionis processu expendam.

2. *Repudium permissum Iudæis.*

Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam?] Permissum fuisse Iudæis repudium apertè docent tabulæ sacræ: an verò ita permissum, vt esset licitum, an verò, vt solùm esset impunitum, quæri consueuit, & in vtramque partem controuerti, quod decidi hic locus non postulat: sed ea quæstio pertinet ad capit. 24. Deuter. & cap. 19. Matthæi. Ponimus tamen hic id fas non fuisse pro arbitratu mariti, sed debuisse caussam iustam intercedere, nempe, aliquam fœditatem, quod liquet Deuteron. citat. versiculo primo, quam Christus Dominus Matth. 19. versiculo 9. interpretatur fuisse fornicationem. *Cum caussa.*

D Sed vt dimissio, ac repudiatio esset legitima, iussus est maritus tradere libellum, seu Scripturam repudiatæ, eámque non ampliùs ad thorum maritalem recipere, si cùm alij nupsisset, ab eo etiam esset repudiata, vel eo mortuo, superesset soluta. Itaque vbicumque erat diuortium perpetuum, & repudium, exstabat dissoluti matrimonij liber autenticus: in quo est verosimile caussam solere ascribi.

Ceremonia, & ritus. Liber repudij. Repudiata, si alij nupsit, non recipitur.

Ad hunc

Synagoga eorpa de caussa fuit dimissa.

Ad hunc morem, modúmque respiciens Dominus hac interrogatione docet, & affirmat, aut se non repudiasse Synagogam, sed ipsam vt adulteram sponte a legitimo coniugio discessisse, aut certe non a se vt à marito moroso sine caussa fuisse reiectam, sed ex iure, & formulâ fuisse repudiatam, quod constare possit e libello repudij.

3.
Sic Procop. infrà c. 54. v. 1. vbi ait Synagogam dimissam cum libellum repudij.

Hebraice, *Vbi est hic liber repudij*, &c. Ac si dicat Deus, querimini matrem vestram à me repudiatam fuisse immeritam: ostendite librum repudij, quo eam dimiserim, quod vt dixi, bifariam potest exponi: vno modo: *Vbi est liber?* id est, nullibi: quod si non potestis proferre repudij librum, constat non fuisse repudiatam, sed eam violatâ fide coniugali decessisse: cùm sine testimonio scripto nequeat esse legitimum repudium. Altero sensu: fateor me dimisisse matrem vestram, sed nego sine caussâ iustâ: proferatur liber repudij, & ex eo constabit quàm bono & æquo iure dimiserim, quam iusto titulo repudiarim matrem vestram. Sic Forerius, Hieron.

4.
Deus nō habet creditore.

Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos?] Alteri querelæ satisfacit: & alterum etiam morem, ipsique respicit. Permissum est parentibus ære alieno oppressis filios creditoribus vendere ad soluendum debitum. Deus ergo hoc loco, eam querelam, & calumniam excipit, & excludit: nam cùm nemini quidquam possit debere, nullum potest habere creditorem, nullo denique nomine, & modo ad inopiam redigi, fit inde, vt filios suos, ac liberos ob proprium commodum alterius potestati vt seruos non tradiderit.

5.
Fas parenti vendere filium.

Fas fuit apud multas gentes parenti vendere filios: apud Hebræos id licuisse ex hoc loco elicitur, & ex Exod. 21. versiculo 7. *Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur, sicut ancillæ exire consueuerunt.* Quo loco Abul. quæst. 9. docet nefas fuisse patri vendere filium, idque vt subsignificat ille ex naturâ rei, eo quod filiorum conditio sit valde diuersa atque seruorum, & aliarum rerum, auctore Aristot. lib. 5. Ethic. capit. 6. cùm filij non dici possint possessio patris, & naturâ suâ sint liberi: vnde locum Exodi positum exponit non de venditione purâ, & absolutâ, sed de venditione affectâ pacto, vt emtor ancillam acciperet in matrimonium sibi, vel filio suo.

Abul. non licere patri vēdere filium.

Ratio

Impubes non potest seipse vendere.

Itaque sentit Abulensis filium impuberem neque a se, neque à patre posse vendi: puberem, & emancipatum a se posse vendi, non à parente: filiam ante annos duodecim & innuptam à solo parente, non vt sibi consulat, sed vt illius matrimonio prouideat: filiam adultam innuptam, vel viduam neque à se, neque à parente vendi esse licitum, ne eius pudicitia fiat obnoxia libidini heri, aut alicuius e familia. Hæc Abulensis tradit.

6.
Pater ex caussa; potest vendere filios apud Hebræos

Sed re verà, si nullâ ex caussâ liceret patri distrahere, & vendere filios, non esset locus huic Interrogationi: *quis est creditor meus, cui vendidi vos?* hæc enim formula loquendi ponit, vt certum, id fuisse factitatum in illa Republica, ac proinde concessum: non minus ac prior rogatio: *Quis est hic liber repudij?* sumit, id fuisse licitum, aut impune.

Deus nō agit hic cum Iudæis, vt cum mancipiis.

Neque est, cur nobis respondeatur, Deum agere cum Iudæis vt cum seruis & mancipiis, quæ vendere liberum est Domino. id enim alienum est ab hoc loco responsum. Vbi Deus Synagogam agnoscit vt sponsam & vxorem legitimam, matrémque Iudæorum: *quis est hic liber repudij matris vestræ?* ergo ex ea susceptos vt filios debuit agnoscere.

7.
Iure naturæ licere parenti vendere filium,

Porro iure naturæ fas esse parentibus vendere filios, aut filias nondum emancipatas hæc vna ratio demonstrat; nimirum, cum proles eiusmodi sit quidam fructus parentis, & veluti pars, & quasi eadem persona, vt Iurisperiti loquuntur, videtur hic te capere ex eâ id commodi, quod capere ipsa proles posset, si sui iuris esset: atqui filius extra potestatem patriam & sui compos potest licite seipsum vendere, vt constat inter omnes: ergo & illum pater poterit vendere. Ita sentiunt multi & magni Scriptores Theologi, & Iurisperiti. Leonardus Lessius de Iustitia & iure. libro secundo, capit. quinto, dubit. quarta numer. 17.

8.
Pater non æque est dominus libertatis filij impuberis, vt ipse filius puber.

Quæ sententia nobis verosimilior videbatur, sed non quemadmodum ratio suprà exposita probare nitebatur, vt tantùm liceat patri circa libertatem filij impuberis, quantum licet ipsi filio puberi, & emancipato: nam is sine vlla caussâ potest ipsum vendere, certè, citra noxam grauem: quia est Dominus suæ libertatis, non aliter, atque rerum aliarum. vnde vendens seipsum non peccat, etiamsi id faciat pro suo arbitratu, siue caussâ: aut summùm, potest esse peccatum prodigalitatis, si se vili venderet. Deinde pro aliorum salute animæ, vel corporis aliquando cum laude, & merito suam libertatem posset distrahere, quod tamen parenti facere nemo dixerit. Ergo contrahenda est hæc licentia & potestas paterna sic vt fiat v[illegible] tio vel in commodum ipsius filij, [illegible] que enim est impossibilis euentus, in quo [illegible] expediat ipsi filio) vel ad effugiendum graue incommodum parentis. Ita Couarruuias, & ab eo citati Variar. libr. 3. capit. 14. numer. 4.

9.
Pater quo iure vendat filium.
Potestas paterna.

Tunc sanè lex & æquitas naturalis dictat, id esse licitum. Nam cùm filius sit aliquid patris, non vt possessio, aut seruus, sed vt proles; & antequam ad pubertatem, hoc est, ad iustam ætatem, qua ipse sibi consulere, résque suas administrare possit, peruenerit; natura monente, subsit patriæ potestati, & censeatur vtriusque vna, eadémque persona, atque adeò voluntas eadem, quoad ciuilem administrationem, inde sequi videtur, posse parentem vendere filium in euentibus suprà nominatis.

Abulensi respondetur. Aristot. exponitur.

Cui asserto non obstant opposita ab Abulensi. In primis Aristoteles citatus libro quinto, Ethic. capit. 6. non solum contradicit sed fauet: verba Philosophi do: agit in eo capite Aristoteles de *iusto*, & de *iniuriâ*, id est, quis cuiuis tribuat, aut faciat iniuriam: aitque; *Herile autem paternumque iustum non idem, sed his est [illegible]* (his, i. superioribus positis de priuatâ persona erga aliam personam alienam, & de persona publica erga subditos) pergit Philosophus docere: *Non enim est iniustitia simpliciter ad sua. id autē quod possidetur,*

[illegible] *filius quandiu [illegible] non separatus,* [illegible] *Se* [illegible] *E* [illegible] *atque* [illegible] *hic* [illegible] *po-* [illegible] *am, de quo* [illegible] *An* [illegible]) [illegible] *sum, quam* [illegible] *impetrar* [illegible] *magis ad* [illegible] *rem iustum* [illegible], *quam ad* [illegible], *& ea, quæ* [illegible] *dentur,* [illegible] *familias in suum, verum & hoc* [illegible].

10\. [illegible] At [illegible], quare mir [illegible] pro se fuisse ab [illegible] datum. Idem [illegible] cap. 2. cen- [illegible] parenti p [illegible], & priùs ali- [illegible] quam sibi [illegible] ex quo [illegible] pla [illegible] non [illegible] quam [illegible] tradutur, [illegible] filium a patre diuendi. Si enim filius [illegible] vendere, ne fame periret ipse, & pa- [illegible] posset vendere filium eo fine, vt [illegible] ergo poterit etiam vendere pro [illegible] æquali commodo.

11\. [illegible] per suas leges larg [illegible] concessit [illegible] p [illegible] statem hanc [illegible] Diony- [illegible] libr. 2. mu [illegible] e medium [illegible] ha [illegible] *N* [illegible] *concedentes hanc* [illegible] *parentibus de* [illegible] *tur Romanus* [illegible] di in filios ad necem vsque) *perm* [illegible] *vendere filium nihil deterritus crudelitate* [illegible], *quòd* [illegible] *grauior videri posset, quam pro affectu domestico, quasi durum, & tyrannicum, hoc quoque patri* [illegible], *scere illi terna filij venditione pecuniam quærere, maiorem largitus potestatem patri in filios,* [illegible] *in mancipiu. Seruus enim semel vendens,* [illegible] *tatem adeptus, in posterum sui iuris est.* [illegible] *a patre venditus, si liber fieret, rur-* [illegible] *statem patris redigebatur. iterum quo-* [illegible] *venditus, & liberatus patri reddebatur: post ter-* [illegible] *tiam demum venditionem eximebatur e patris po-* *testate.*

12\. Quæ lex vel ex toto, vel ex parte stetisse videtur in Romanâ R. pub. vsque ad Constantinum Magnum, qui statuit, filium à patre venditum posse ab eodem redimi. l. 2. C. *de patribus qui filios distr.* Ex quâ constitutione [illegible] antea venditionem fuisse irreuocabilem Leuit. 25. v. 39. *Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit: vsque ad annum iubilei operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem, & ad possessionem patrum suorum.* Deinde v. 47. sancitur: si quis se venderet non Hebræo, sed proselyto, non solùm anno iubilei fieri liberum, sed ante illum, quouis tẽpore posse redimi a se, à quouis consanguineo, vel affine: *supputatis dumtaxat annis à tempore venditionis sua vsque ad annum iubileum, & pecuniâ, quâ venditus fuerat, iuxta annorum numerum, & rationem mercenarij supputata.* Hoc est: restituta domino tantâ pecuniâ, quanta æstimabitur opera impendẽda a seruo vsque ad iubileum. Itaque mitiùs agebatur cum Hebræis venditis, quod sine dubio moderamen obseruari solitum existimo, cum filius esset à patre ob inopiam venditus. Sed id caueri potuit inter Hebræos ipsos, & inter hos & aduenas, qui morabantur vnà cum his, atque adeò legibus obligari potuerunt: ceterum quoad alios venditio erat pura, & irreuocabilis, nisi emtoris & heri voluntas accederet.

13\. Hæc dicta sint per occasionem huius sententiæ, vt meliùs intelligeretur quod Deus dicit: *Quis est creditor meus, cui vendidi vos?* quæ

Gabr. Aluarez in Isaiam Tom. 2.

A sciscitatio vim habet negationis, & ponit, licitum esse parenti vendere filium creditori. quod magis exponit verbis hisce: *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis.* *Ex hac loci sumitur, licuisse vendere filium.*

Vestra vos iniquitas, non mea egestas adduxit seruituti ærumnosam, ac venditionem istam; ego in primis accipio spiritualem, quæ a Paulo dicitur, *venundari sub peccato*, Roman. 7. vers. 14. *Scimus enim, quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato*, & a Christo D. Ioan. 8. v. 34. *Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati* & 2. Pet. 2. v. 19. *Cum ipsi serui sint corruptionis, a quo enim quis superatus est, huius & seruus est.* *Seruitus spiritualis venda.*

B Itaque peccatorem seruum esse, & seruire seruitutem spiritualem, quantumuis alioquin sit liber, & ingenuus, non est dubitandum. Sed cùm seruitus contrahatur variis ex titulis, nunc agendum de eo, quæ accidit ex venditione propriam, nam vt vidimus, etiam libertatem ciuilem potest quiuis suam habere venalem. *Peccator se ipse vendit, & facit seruum.*

Sed quoniam in omni venditione, minimum hæc quatuor inueniuntur, venditor, res venalis, precium, & emtor: omnia hæc aptare oportet præsenti venditioni: qood non fuerit impeditum. Venditor enim est peccans grauiter, res venalis, eius anima, salus, libertas spiritualis, ius ad hæreditatem paternam, ad gloriã, primogenitura quam vendit vt profanus Esau. 14. *Venditio requirit quatuor.*

C Pretium, edulium, esca illa vilis, voluptas, lucrum, gloria, aut quidquid commodi temporalis, quod sibi homo peccando proponit. Emtor, & herus est diabolus. Venditio, & traditio est ipsamet actio peccandi: vnde probe: *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis.* LXX. sustulere præpositionem, *in*: & dixere: *peccatis vestris venditi estis*: quod est: peccando vos ipsi vendidistis, libertatem vestram perdidistis, vos seruituti perpetuæ addixistis, quia alieno domino, id est, diabolo vos vendidistis. Meminerit lector discriminis suprà nu. 12. expositi venditionem factam ciui apud Hebræos esse reuocabilem, non verò factam alieno. *Gen. 25. v. 29.*

D Præterea nota: vt in venditione ciuili non est opus, vt reipsâ tradatur pretium, sed satis est eius stipulatio, & promissio: quæ aliquando frustrari, & fraudari consueuit: sic solere accidere, vt peccans spe solâ pretij nunquam accipiendi se vendat, & tradat. De quo Paulus Rom. 6. v. 20. *Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Tunc ait, *in illis*: id est, spe vanâ, & irritâ peccatis, & vos seruos effecistis, nullo precio accepto. *Nam finis illorum mors est.* & alibi: *stipendia peccati mors.* Et reuerà, ne id quidem vilissimum, & turpissimum pretium, seu cõmodum, cuius quis cupiditate impellitur ad peccandum, interdum acquiritur: vt 15. *Peccatur aliquando sine commodo vllo.*

E constat experientiâ. Vnde hic contractus plerũque est inæqualis, non solùm inæqualitate rei venalis, & pretij: sed quia vendens in præsenti tradit seipsum: pretium verò sæpe est promissum, & nequaquam redditum. De prima Adæ venditione, quâ se Diabolo mancipauit ser. 47. de temp. tom. 10. Augustini hic locus exponitur.

Et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.] 16.
Dimisi, dupliciter: *dimisi*, hoc est, repudiaui, repudium non asperitati, aut morositati meæ, sed sceleribus, & præuaricationibus vestris est ascribendum: itaque iustũ, & legitimum meũ ex

parte fuit. Alio modo: *dimisi*, permisi matrē vestram, passus sum abire, & discedere ob scelera, ob præuaricationes, vt est in Hebræo, id est, ob adulteria: & in codē codice habetur: *dimissa est*, quæ flexio magis consonat huic posteriori explicatui: & luculentiùs explicat Dei benignitatem, ac mansuetudinem, qui tot licèt flagitiis & fornicationibus Synagogæ lacessitus, eam tamen ipse vltrò non abiecit, non repulsit, ac repudiauit, sed solùm eam sponte à coniugali thalamo, cùm fuisset conatus retinere, victus eius perfidià, & contumacia, passus est abscedere. Hiero. *Adulteram matrem vestram retinere non potui sed volentem abire permisi.* Itaque eius est dicenda permissio, quam dimissio, vt illa Psal. 80. v. 13. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Hebr. Dimisi ob *contumaciam*, seu duritiam cordis eorum. Ergo Deus fatigatus quodammodo à peccatoribus, eos suæ permittit libidini, & prauæ cupidini: cui plerumque propitius tribulationis, & vindicta iræ frænum inicit asperrimum ne ruant in præcipitium. Ad c. cap. 48. num. 101.

Deus non deserit nisi desertus.

17. Ingens sane est ira, & vltio, cùm maritus vxorem fornicariam non curat, illam patitur vagari, vbi, & vt libitū agere: suas pro arbitratu & libidine rationes subducere, & instruere: desperatæ salutis & pudicitiæ argumentum, sic hominem à Deo sibi dimitti, indicium est animi prorsus insanabilis. Precemur igitur Deum, vt nobis peccantibus non pareat, sed obsistat, & aduersetur: nos coërceat potius, & verberet, quàm repudiet. Nam cùm Dei tanta sit clementia & mãsuetudo, ab eo nisi summa quædã peruicatia & impudentia non expresserit repudij libellum. Narrat Valerius Maximus lib. 2. c. 1. in Romano populo ab vrbe condita ad annos quingentos & viginti nullum fuisse repudium: ex quo laudabili exemplo, ac more colligo, priscos illos homines ac benè moratos verè ac ritè exsistimasse, nisi grauissimis de caûsis matrimoniale vinculum solui non debere: quæ caussæ si abfuerunt, in laude fœminarũ, sin adfuerunt, & fuerunt dissimulatæ, in laude virorum est ponendum. Quod si homines decet non esse faciles ad diuortia facienda, quantum decebit clementissimum Deum animam sibi in coniugium acceptam non facilè repudiare, nedum totam vnam nationem & gentem.

Maritus iratus vxorem adulteram non curat.

Dei irà magna non punire.

Repudium Romæ non fuit per plurimos annos.

Deus non repudiat nisi compulsus scelere.

Vers. 2. Quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat, qui audiret: nunquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandũ? ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.

18. QVominus ad Euangelicum tẽpus, & cultum hæc pertinere arbitremur, nobis obstare non debet mentio exsiccandi mare & flumina, nã hæc non narratio rei prætetitæ, vt cõuincit verbũ futurũ, *ponam*, & *faciam* (neque fas est pro arbitratu futurum vertere in præteritũ) sed est prædictio, & locutio metaphorica cum allusione, & respectu ad præterita euenta, vt sæpe alibi. Et verò modus ipse loquendi: *Quia veni, & non erat vir*: & in Hebr. cum interrogatione, & expostulatione: *cur veni & non erat vir?* scil. qui me reciperet: hic inquam modus loquendi parum aptatur aduentui vatis cuiusque modi: verbo autem Dei incarnato mirificè congruit, idémque iudiciũ esto de sequẽtibus.

Quam prædictionem & querimoniam fuisse verissimam, & iustissimam euentus demonstrauit, & Euangelista Ioannes scripto testatus est, huc fortasse respiciens cùm protulit c. 1. v. 11. *In propria venit, & sui eum non receperunt*: quem locũ de Iudæis nominatim intelligi debere reperies c. 1. n. 46. Vnde, sicut apud Euãgelistam Christum à suis non fuisse receptũ legimus, & exponimus à paucis ipsum, dum per se doceret, fuisse admissum: & post reditũ ad cœlos, cùm per discipulos prædicaret, ne[illegible] equidem Iudæorũ multos credidisse Euan[illegible]lio: quibus paucis compositis cum contumacibus qui reiecerunt beneficium oblatũ, pro nu[illegible] æstimatis, vere fuisse relatum co[illegible]odi[illegible] *[illegible]pria venit, & sui eum non recep[illegible]* dendu[illegible] v[illegible] fuisse præn[illegible] *[illegible], & non e[illegible], & non [illegible]*.

19. Hæc [illegible]io comm[illegible] Ioannis siue allusio, huc simili oration[illegible] instructa mihi plus arridebat, quàm illa, vt nomen *vir* è vi Hebraica stet pro viro principe: ac si non plebeiorum hominũ cõuersio excludatur h[illegible] loco, sed solummodo optimatium. Nã quãuis ita res euenerit, vt Christo docenti è primoribus Iudæis vnus, aut alter fuerit obsecurus, sed si reliqua multitudo obtẽperasset, quæ multo maior pars erat populi, nõ adeò Christus doleret hoc loco & cõquereretur, cùm apud Deũ non æstimetur salus animarũ ex censu, & stẽmate, apud quem nobilitas est ipsissima fides, & sincera probitas. Deinde nomen Hebr. איש ex se non significat certam excellentiam: vt indicant innumera Bibliorum loca, in quibus ponitur pro quouis homine, & cùm distinctè significat, sexum indicat, vt vir à fœmina, vel ab vxore distinguitur. Itaque magis est locutio hyperbolica, quam aliud quiduis. Forer. vertit: *& non erat quisquam*. LXX. pro viro, *ἄνθρωπος*, i. homo, Hieronymus in comment. *Non erat vir siue homo.*

Vocaui, & non erat qui audiret.] Hinc confirmatur quod modò dicebam, ad numerum, seu ad paucitatem, non ad qualitatem hæc pertinere, audiens enim præcisè, non hâc, aut illâ conditione præditus excluditur & negatur. Audire hoc loco, vt in aliis talibus, est obedire, & credere, nam alioqui plurimi Iudæorum audierunt Saluatorem docentem.

Vocatio ista non restringenda fuerit, & contrahenda ad solam verbo tenus Christi prædicationem & doctrinã, etsi hęc locũ suum habet: sed amplianda & laxanda, vt comprehẽdat Domini miracula & exempla; omnia denique dicta & acta, quæ dixit, quæ gessit, quæ passus est: cùm facta ex se & exempla efficaciora sint ad persuadendum quàm dicta. S. Gregorius in prologo dialogorum, quibus sanctorum exempla narrat, ait: *sunt nonnulli, quos ad amorem patriæ cœlestis plus exempla, quàm prædicamenta succendunt.* & in pastorali parte 2. c. 3. *sit rector operatione præcipuus, vt vita viam subditis viuendo denunciet, & grex, qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius, quàm per verba gradiatur.* Eusebius Cæsariensis ad finem cap. 2. lib. 7. de præparatione Euangelica de Moyse Hebræorum legislatore, ac doctore loquens sic scribit: 20.

Exempla doctoris plus suadent, quàm verba. Greg.

tribit: *Primus apud vos eximius ille Theologus Moyses scripta reliquit, qui diuinitus antequam leges poneret maiorum vitas animis hominum impressit. Ita bonorum præmiis, & impiorum supplicus ad amplexandam virtutem, & fugiendam improbitatem adhortatus: leges tandem in medium proposuit. Iudicauit etiam, ne forte difficillima legis Iudæi ducerent, a quo ab illis resilirent, priscorum exempla esse proponenda, vt omnibus pateret, absque legum mandatis sola ratione nixos optime maiores Iudæorum vixisse, atque adeò non esse difficile sibi vitas illorum imitari, si paria diuinitus consequi præmia desiderarent.*

21. Quod si exempla maiorum iam præterita, litteris tamen retracta, retractata, & solo sermone repræsentata tantùm efficiunt, & commouent, quid existimare debemus de exemplis, actisque viuis, ac superstitibus Doctoris, qui quàm verbo indicat sanctitatis viam, sanctè viuendo præit, & quæ mandaturus est oratione, benè agendo commendare & persuadere præoccupat. Hanc docendi methodum habere à naturà efficaciam ostendunt Philosophorum cà de re monita, e naturali lumine deriuata.

Seneca.

Seneca vnus pro multis nos admoneat, epist. 6. his vocibus: *Plus tamen tibi & viua vox, & conuictus, quam oratio proderit, in rē præsentem venias oportet. Primùm quia homines amplius oculis, quàm auribus credunt. Deinde quia longum iter est per præcepta, breue, & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantùm audisset. Vitae eius interfuit, secreta perspexit, obseruauit illum an ex formula sua viueret. Plato, & Aristoteles & omnis in diuersum itura sapientum turba plus ex moribus quàm ex verbis Socratis traxit.*

22. Christus exempla.

Quàm perfectè, atque cumulatè Christus Dominus omnium virtutum exempla eximia cum præceptis monitisque coniunxerit, ita liquet in Euangelicâ narratione, & in epistolis Apostolicis. vt superfluum fuerit ampliùs exponere, quorum scriptorum vnus sic incipit.

Act. 1. v. 1.

Acta Apostolorum: *Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere,* &c. Vide c. 48. num 177.

Christus docet etiam miraculis.

Neque solùm Christus vocauit Iudæos sermonibus & exēplis, sed & miraculis: at quibus miraculis: ad id temporis neque visis, neque auditis. Ioan. 9. v. 32. *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.* Quodsi cæci nati etsi iam illuminati testimonio minus fidimus, audiamus Ipsum Dominum Ioan. 15. v. 24. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum nō haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.*

23. Iudæorum peruicacia.

Intende & attende quot, quantis, quàmq; admirabilibus, & opportunis modis ac rationibus D. N. Iesus Christus vocauerit, & inuitauerit Iudæos ad se, suumque Euangelium, quorum modorum qui libet satis erat ex se ad attrahendum quemuis obstinatissimum. De gratia, vi, & efficacitate dicendi, docendique dixi nōnihil c. 40. n. 156 c. 49. n. 37. & est ampliùs dicendum infra v. 4. Quam apta sint ingenio suo & actuosa exēpla bona Doctoris ad persuadendum, attigimus, imò ostēdimus modò n. 20. qualia verò & quàm excellentia fuerint, quæ Christus edidit, nemo valebit exponere, ipsa tamē simplici narratione exposita ab Euangelistis se produnt, atque commendant. Quoad miracula, id vnum

Miracula Christi vocabula sunt. Aug.

obseruare placuit ex Augustin. ser. 44. de verbis Domini, & alibi: hæc nō modò fuisse miracula, hoc est, opera mira, supra naturæ fati gnū clara ad euincendam Saluatoris diuinitatem, & eius doctrinæ veritatē apposita: sed etiā fuisse vocabula, fuisse quasdam validissimas voces, fuisse monita & documenta, fuisse vno verbo, doctrinā reconditā, & egregiā. Lege Augustinū, apud quē, non hæc verba, sed hæc sensa reperies. Hoc idē monuerunt alij Patres: Greg. hom. 2. Euang. Bern. Dominica 2. post Epiph. ser. 2. iis verbis: *In operibus Domini & minus capaces animos exterior consideratio pascit, & qui magis exercitatos habent sensus, solidiorem intus cibum inueniunt, suauioremque tanquam adipem, medullàmque frumenti.*

Bern.

24. Tertullianus libro. 4. contra Marcionem. cap. 35. admonuit Christi miracula fuisse *clariora & validiora*, quàm Prophetarum, quippe *quæ propria distare a vicariis fas est.* Ex quibus intelligitur quanta fuerit durities, obstinatio & peruicacia Iudæorum obsurdescentium tot, tantis, tā contentis, tam efficacibus vocibus, atque adeò clamoribus. Nam verbum Hebræum קרא *chara* Latine redditum, *vocaui*, etiam significat *clamo*. Et verò Christum cùm doceret Iudæos, clamare solitum fuisse Euāgelistæ tradunt: vt vel ipsā vocis contentione præ se ferret studium persuadendi & contumaces illos homines ad se attrahēdi. Itaque Christus Domin⁹ apud Israelem, & apud solum Israelem (quod obseruatum ca. 49 n. 94.) clamauit vocibus, clamauit exemplis, clamauit miraculis, iis omnibus modis & artibus vocans, inuitans, alliciens est neglectus, imò & contumeliis, ac verberibus acceptus, de quo mox. Hæc fuit caussa aut vnica, aut præcipua repudiatæ atq; in perpetuū distractæ, & dinēditæ synagogæ, vt versu superiori: *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in peccatis vestris dimisi matrē vestrā. Quia veni & non erat vir, vocaui, & nō erat qui audiret.* Ite nūc, expostulate, queri mini, vociferamini sine causa factū hoc repudiū.

Christus clamabat maiestate.

25. Mater vestra prior à me sponso & viro suo legitimo discessit, me prior ipsa reiecit, & quodammodo repudiauit. Nam qui ad eam olim veneram in patriarchis, in ducibus & Iudicibus, in vatibus, & plerumque fueram passus repulsam, constitui demum ipsemet ad eam venire; vt quod per administros & vicarios non obtinueram, per memetipsum saltem exprimerem: *Veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret:* Sed qui diceret: *Hic est hæres: venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* dictum, factum. Quod fuit Deo caussa iustissima & vnica dimittendi Israelis: statim v. 43. *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius.* Quæ adeò legitima caussa, & iusta sententia, vt Iudæi ipsi à Christo consulti de agricolis occisoribus filij & hæredis in hæc verba suffragium tulerint: *Malos male perdet: & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.* Ergo ô Iuda, si quereris matrem dimissam, te distractū, & diuenditum, de te conquerere, qui contra teipsum sententiam protulisti, qui te malum malè debere perdi, & vineam aliis committi affirmasti, & meritò: ac proinde querelæ locus non relinquitur vllæ. Aug. serm. 59. de verbis domini: *In contrarium eis vertit malum consilium: vt possiderent, occiderunt: &c. quia occiderunt, perdiderunt.*

Christus reiectus à Iudæis.

Matt. 21. v. 38

Synagoga repudiata ob necē Christi.

Numquid abbreuiata & paruula facta est manus

26. *Nixus.* *mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum.*] Interrogationem esse vice affirmationis pro certo sit. Quoniam verò Deus affirmet, se esse potentem ad redimendum & liberandū, apud expositores ambigitur. Foretius credidit, occurrere excusationi, quam Iudæi possent obtendere non admissi Christi, quòd eum scilicet viderent inopem, infirmum, humilem ac proinde ad liberandum Israelem à iugo Romano non idoneum: id Foretius è Cyrillo potuit mutuari. Sed neque apparet in hoc capite ista Iudæorum calumnia, neque si exstaret, hæc responsio fuisset accommoda ad refellendum.

27. *Occurritur desperationi.* Aptior forsa illa iunctura, vt occurrat desperationi quæ oriri posset ex illis verbis: *Ecce in* B *iniquitatibus vestris venditi estis*: nā hæc vēditio videbatur esse irreuocabilis. Cum neque homo seipse possit redimere, vbi semel se peccandu vendidit Diabolo, neque a parente, aut ab affine aliquo potuit redimi. Respicitur enim ad leges veteres Israeliticas de venditione, & redemtione hominis, de quibus sup. n. 5. & n. 12. Ita visus est Arias Mōtanus existimasse. Sed vereor, vt hic respectus hæreat, nam illa venditio superioris commaris: *ecce in iniquitatibus vestris venditi estis*: non est venditio facta Diabolo, totius generis humani, sed propriè & separatim Israelis, siue venditio sit spiritualis, vt expuno n. 13. siue corporalis, vt alij volunt, & est etiam probabile, nam ob peccata tradidit Deus Iudā C Babylonio in seruitutem, & postea Romano. Et esse sermonem non de genere humano ob peccatum Adæ, mancipatum diabolicæ seruituti, sed de peculiari populo Iudaico, verba sequentia euincunt: *& in sceleribus vestris dimisi matrem vestram*: quæ nemo aliò aptè traduxerit.

28. Ergo cum hoc orationis & sententiæ tractu debebit cohærere ista Dei ostensio & professio potentiæ, & clementiæ ad liberandum; nam cui adest potestas, & voluntas, huic adest integra, & plena facultas, & efficacitas: cùm nihil sit, vnde possit effectus impediri.

Deus suam asserit potētiam & clementiam. Videtur esse confirmatio superioris effati: *ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram*: at quæ hæc D ratio, & probatio dicam. Eritne quisquā (Deus inquit) qui existimet vos innoxios hostibus diripiendos ac diuexandos fuisse traditos, eo quòd ego non voluerim, aut noluerim defendere? quis mihi potentiā imminuit, aut beneficientiam contraxit? de hoc posteriore capio istud: *Nunquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere?* Manus enim

29. abbreuiata, & contracta probè signat liberalitatis & beneficientiæ contractionem, vt larga manus & explicata contrarium, & quamuis in editione Latinā sit verbum, quod citiùs potentiam, quàm voluntatem suggerit, nihil obest: E nam in originali non est: sed solum isto modo; *Nunquid abbreuiata*, &c. *pra redimere*, seu *ad redimendum*: quod æquè voluntatem benefaciendi tuetur. Itaque Deus hac rogatione, & similitudine docet eleganter, nihil sibi de sua pristinā, & insita largitate ac munificentiā fuisse detractum, nihil omnino periisse: vnde ex hoc capite nasci non potuit populi clades, neque item ex impotentiā, quam excludit altera parte interrogationis: *Aut non est in me virtus ad liberandum*: En defensio integra: quo minùs fieret redemtio, ac liberatio, non stetit per

A meam voluntatem, neque per meam potestatē: *Clades accidunt ob peccata, non ex Dei impotentia, aut inclementia.* qua vtraque caussa & radice præcisa, non potest alia cogitari, præterquam iniquitas vestra, quæ iustitiam meam prouocarit, & inhibuit meam misericordiam. Sed ne illa assertio beneficientiæ, & potestatis nō imminoræ videretur iactata sine probatione, Deus subsecutis exemplis roborat: *ecce in increpatione mea desertum faciam mare*, &c. De quibus iamiam.

Hæc cōniectura potior mihi visa est aliis. Sed 30. *Alij modi reddendi.* lectori nunquā fuit animus suū ius, iudiciumque adimere; quare & subiicio alias rationes cōmittendi ista, etsi a me reiectas. Vna est Adami: quòd veniēs (ait Christus) nō sim admissus, B quod vocans nō sim auditus, non ascribendum est meæ impotentiæ, quippe qui maria arefaciā &c. Istā Adami cōniecturā non admitto, quòd *Non probatur.* ratio sit inidonea; imò, quia Deus potest maria exsiccare, flumina à suo cursu auertere & omnia prout voluerit, conuertere, aut inuertere, videtur potuisse peruersa illa Iudęorū corda immutare, & ad se suscipiendū inflectere, vnde aliò tendit ostensio potentiæ. Hier. Procop. & Hay- 31. mo trahunt diuinæ potentiæ affirmationē eò, vt Saluator probet, se, si placuisset, potuisse mortem effugere. Hoc mihi placebat minus ob duo: quòd ad potestatem vitandæ mortis probandam sit longè petita illa miraculorū promissio, aut relatio: & quòd mortis Christi nul- C la mentio præcesserit.

Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, 31. *ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine* *Non futura pro præteritis.* *aqua, & morientur in siti.*] Nonnullus fuit, qui existimaret, hæc verba futura, *faciam*, *ponam*, gerere vices præteritorum, *feci*, *posui*, ac proinde cōmemorari facta olim miracula in mari rubro, & in flumine Iordane: sed cōmunior, & verior sēsus est, alludi ad ista exsiccati maris, & retenti fluminis prodigia. Ait ergo Domin⁹, nō est manus mea breuior, aut cōtractior, nō minor mea potestas, nā vbi voluero, possum siccare mare, siccare flumina, solo nutu, *increpatione* mea & cùm oportuerit id libebit: nā vt facultas, sic & voluntas benefaciendi integra durat: ideo vti- D tur futuro: *desertum faciam mare*, &c. & maris siccati, fluminisque potiùs meminit, vt esset respectus ad illa nota facinora, notas certissimas potestatis diuinæ, & etiam in populum suum beneficientiæ ac misericordiæ: cuius ex eo tempore fuisse arefactam aut imminutam scaturiginem nulla posset causa probabilis affingi.

Quoniam propriè, ac seorsum pisces aquis de- 33. *Pisces pro potentibus, & opulētis.* stitutos interituros esse minatur, seu, simul voluerit, posse gloriatur in putredinem redigere, veniebat in suspicionem, sub ea imagine regi reges & tyrānos potentes, opibus, viribus, præsidiis humanis & potentiā nudatos, aut nudan- E dos. Ducit me non inuitum ad hoc interpretamentū locus ille apud Ezechielem affinis c. 29. v. 3. Loquere, & dices: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminū tuorum, & dicis: meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponam frenū in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & extraham te de medio fluminū tuorum: & vniuersi pisces tui squamis tuis hærebunt. Et proiiciā te in desertū, & omnes pisces fluminis tui: super faciē terræ cades, nō colligeris, neq; cōgregaberis bestiis terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorādū.*

- Pisces, sine aquis, & immanes pisces sine 34. aquis

aquis magnis viuere nequeunt:ex illis extracti illico pereunt. Sic homines sine opibus, & magni reges, & principes sine immensis diuitiis, & red[...]itibus, quia insanos habēt sumtus, principatu sustinere non possunt. Vnde si expolientur, actum est de illis. Et quoniā quoad hoc, idē est pisces extrahi e flumine, atque siccari flumē, quia vtrouis casu, sunt in arido solo: nō dissentit significatu Ezechiel ab Isaia. Deus enim aliquādo regna & imperia deuastat, superstitibus ipsis regibus, ac imperatoribus, vt piscibus in alueo sicco. Interdu saluis ipsis regnis, reges regio honore, & splendore nudatos, vt priuatos homines, & vt captiuos nonnūquam aliò trāsfert, vti pisces ex aquis extractos, hoc posterius Deus minatur Ægyptiis per Ezechielē, & prius hoc loco generatim per Isaiam. Quorum verum sit miserius, cùm vtrumuis sit valde miserum, in quæstionem cadere possit.

Quæ interpretatio non impedit aspectum fuisse ad historiā, cùm ad traiiciendos Hebræos Deus mare Erithræum arefecit, & postea Iordanē diuisit, ac regessit: quo vtroque tempore & loco pisces fuisse exstinctos est verosimile.

Sed vocē illam, *in increpatione* nolim præteriri inobseruatā. nam iam diu obseruo, scripturam solere vti eâ, cùm de aquis, aut de ventis intumescentibus aquis est sermo Psal. 105. v. 9. *Et increpuit mare rubrum & exsiccatum est.* Psal. 103. v. 6. *Super montes stabunt aquæ: ab increpatione tua fugient.* Nahum 1. v. 4. *Increpans mare, & exsiccans illud.* Vbi [...]e idē verbu גער *gahar.* Et quia increpare [...]ccensentis & irascentis est, eodē pertinent Abac. 3 v. 8. *Numquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua?* Psal. 113. v. 3. *Mare vidit & fugit, & Iordanus conuersus est retrorsum*: scil. præ timore, increpitus a Deo. Sed & in nouo Testamento inuenio eiusmodi increpationē hoc eodē verbo conceptā Luc. 8. v. 23. in illâ enim tēpestate suborta, cùm Saluatorē dormiētē discipuli excitasset illis verbis: *Præceptor, perimus: At ille surgens* (ait Lucas) *increpauit ventum, & tempestatem, & cessauit: & facta est tranquillitas.*

35. Aduertis, ô mi lector, toties aquam increpitam, & semel vnà cum vento, & non facile rem aliā inanimem inueneris, cuius si caussam a me exigis, ingenuè fatear me nescire, sed caussam ideò subesse non dubitare. Si eū aquæ siue maris, siue fluminis exūdāt, & alueos suos prætergrediuntur, tū solùm increparentur, posset quis dicere, ideo iure fieri, quod Deus initio mundi legē posuit aquis, ne transirent fines suos. Pr. 8. v. 27. *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. quando circundabat mari terminum suū, & legem ponebat aquis, ne trāsirent fines suos.* Ergo vbi iuis non contentæ finibus aquæ alienos inuadunt, & inundant, meritò increpantur, & castigantur, coercentur, & interdum arefiunt. Sic in fabulâ apud Principem poetā Neptunus increpat ventos qui turbarant mare. Æn. 1. v. 136.

Tantâne vos generis tenuit fiducia vestri.
Iam cælum, terrámque meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego?

Si hoc ille, quanto meliùs Deus?

36. At quia citra transgressionem lego alicubi maria, & flumina castigata & increpita, in hac causâ & ratione non quiesco, & probabiliorē inueniendam ingenioso lectori relinquo; qui velim mihi gratiam habeat, quod dubitationē excitarim. Et verū cupio à lectore doceri. Cur nihilominus examinandum propono, nu, quia mare, & flumen cùm vndas & fluctus attollunt vndecumque id accidat, superbire, & efferri videntur, idcirco potius hæc quàm alia inanima sunt obnoxia increpationibus? An quoniam Dei consilio, & conatui obsistunt, & impedimentum afferunt, ideo obiurgantur, & cedere iubentur? Vide Caietan. Psal. 103. vers. 6.

Vers. 3. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eius.

Idem qui suprà scopus, respectusque, Dei potestati, ac voluntati esse omnia supposita, & obsequentia: in inferis, in superis, & vt antiquitus in Ægypto cœlum caligine obduxit, sic posse vbicumque & quandocūque placuerit, luctum & mœrorem inducere, in flumina, in maria, in æthera, in cœlos, in homines, in reliqua quæ sunt infra, vel supra homines, esse sibi ius. Quare Deo esse facillimū quæuis quātumlibet distracta, & alienata recuperare, abducta reuocare, amissa restituere, & desperata ad sanitatem & salutē redigere. Cùmque quanta est Dei potentia, tanta sit eius benignitas, & misericordia, nec minor in præstandis promissis fidelitas, ac in suis tuendis cura & prouidentia; vbi homines, quos sibi adoptarat, deleri ac destitui perspexeris, intellige eos fuisse priùs desertores Dei, & perfugas. 37.

38. Vt enim Deus ad liberandū Israelē & educēdum ex Ægyptiā seruitute tot, ac tāta patrauit facinora, & edidit miracula, mundū pene vniuersum inuertēs, cœlumq; cū terrā miscēs; non minus facilè potuisset eumdem populum Babyloniorum sæuitiæ, Romanorumq; furori ac potētiæ subtrahere, ne penitus perderetur: & facilè id Deo fuisset cordi, nisi grauiora scelera diuinā clementiā procul auertissent, quæ alia scelera designari nequeūt, nisi hic designata, & obsignata, & ab ipso Deo Christo Domino testata: *in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & nō erat vir: vocaui, & nō erat, qui audiret.*

39. Porrò locus insignis, & efficax ad reuincēdos Iudæos nostri æui, nisi obstinati essent auribus, & animis. Quæ enim alia fingi possit synagogæ, instar mulieris dimissio, & repudiatio, præter eā, quā nostris oculis intuemur, & natio Iudæorū experitur annos mille amplius & quingētos? Vbi enim Deus, & quādo tādiu oblitus est populi sui, quæ captiuitas, aut seruitus tā diuturna (loquor de totâ gente, nā de decem tribubus alia est ratio) vbi tanta derelictio, non in Ægypto, nō in Babyloniā, nō alibi, nā vbiq; doctores, prophetæ, duces, Principes, & aliqua species, ac forma Reip. sēper aliqua spes affulgebat euadēdi, plerūq, & diuina promissio. At nuc quę vestigiū horū omniū, vel ex parte. Omnia nox, densissimę tenebrę; orbe toto dispersi, vbiq; viles, vbiq; abiecti, vbique infames, æternę seruituti addicti.

40. Sed eedò caussas tam irreuocabilis exilij, & calamitatis. Colis, ô Iudæe, idola, vt maiores tui, ob quod vnum scelus plerunque puniebantur: non colo, sed vnum Deum agnosco, oro, & adoro. Si ergo Deum rectè, & rite colis, & in occidendo Christo non modò non malū facinus fecisti, sed zelo diuinæ autoritatis & gloriæ velificatus es, & in eadem animi

Lucæ 8. v. 24.

Virgil.

Potestas Dei & ius in omnia.

Deus liberasset Iudæos nisi eorum peccata fuissent retardatio.

Iudæi conuincuntur ob necē Christi fuisse reiecti.

Iudæis nunc nulla spes excuendæ seruitutis.

sententiâ perseuerans,& complacens valde Deo gratificaris, vt tute putas, cur Deus tam sinceræ religionis studium tamdiu non remunerat, sed potius seuere castigat? Adeo ne mutauit morem suoe ita dissimilis? relege illam Achioris Iudith cap. 5. orationem & perorationem, quam habuit verissimam ad Holophernem, & intelliges hoc alienissimum esse ab ingenio Dei, & fatere tandem, istius, quam poteris, miseriæ nullam aliam esse caussam, nisi ab ipso Domino per Isaiam hoc loco datâ: quia ipsemet venerit, vocarit, inuitarit, & fuerit passus repulsã; exegerit fructus vineæ elocatæ, & fuerit occis°.

41. *Prospectus ad futura miracula in redimendo homine.* Vt libenter assentior assetentibus, his duobus versibus contineri respectum & allusionem ad miracula præterita, sic non iuerim infitias, contineri etiam prospectum, & prouisionem miraculorum quæ facturus esset Dominus in liberando homine de potestate Diaboli siccans maria & flumina, & putrefaciens pisces eorum; quod ad Dæmones & tyrannos persecutores ius erit traducere, de quo S. Hieron. ad Ezech. à nobis adductum n. 33. vel ad philosophos & sapientes huius seculi, vt nos exponimus c. 42. v. 15. nn. 214. vbi Deus ait: *ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam*: quæ videntur esse similia.

Vers. 4. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum.

42. *Rabbini conantur hoc Christo adimere.* CONATI sunt Rabbini Christo Domino Infensi hoc vaticinium ei, & illustre testimonium surripere, id Isaiæ inuito in sinum minime capacem conferentes: sed conati tantùm, fuit enim sine effectu conatus: nam pauculos secum traxerunt. Stant à Christo non solùm interpretum agmen, sed veterani duces & imperatores, Patres veteres dico, qui sparsim extra commentarios hunc locum insignem allegant, & Saluatori vt suum attribuunt. Euseb. lib. 6. Demonstrat. c. 23.

43. *Hoc pertinet ad tempus solum Euangelii.* Sed, si Christus est qui loquitur hoc loco, & suam in docendo sine ambitione commendat eloquentiam, & gratiam, profectò nõ assequor, qui possit hoc ad tempus Babylonicæ captiuitatis, vel ad quoduis aliud ante Euangeliũ pertinere: quare cuiuis ita sentienti non assentior. Nam si dicas æuo illo prisco Christum fuisse locutum, & consolatum suos, quia qua Deus id præstitit, non diuinis: nam id non per se ipse, sed per Vates præstitit, & non magis filius, quàm aut Pater aut etiam spiritus Sanctus. Qui ergo, si de solâ Diuinitate istud capitur, vere dicat filius: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt*

44. *Hoc Dei Filio, vt homini conuenit, non vt Deo.* *sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo.* Nam hæc lingua apud omnes sermo est externus & exaudibilis, & ita Christo proprius, licèt à patre concessus, vt non sit filio, patrique promiscuus. Demum illud, quod est cum isto cõnexum: v. 6. *Corpus meum dedi percutientibus*, etiamne ad tẽpus multo anterius licebit retrahere, & verbo Dei corpus antequam corpus assumeret, attribuere, quod si hoc nullus vllâ specie probabilitatis affirmarit, & hæc oratio est continens, & minime diuidua, quis concipiat, Christum tempore captiuitatis Babylonicæ dicentem: *Dominus dedit mihi linguam eruditã*, &c. & eundem tempore Euangelii: *corpus meum dedi percutientibus*, quæ licet, vt futura exponas, *Dominus dabit mihi linguam eruditam*: & *ego dabo corpus meum percutientibus*, numquam poteris connectere, & concinnare, si distrahis ad diuersa tempora & ad status rerũ diuersos. Quare qui Isaiæ hæc omnia verba dant, etsi errant, consequenter tamẽ de via decedunt, cum tẽpora, & res arctè cõmissas nõ disparẽt, & discerpat. Sit ergo pro certo, de sermone Saluatoris esse sermonẽ.

Dominus dedit mihi linguam eruditam.] E dictis satis scitur, Christum qua hominem hæc dicere. 45.
Vnde pro nostri styli penicilliq; tenuitate seu hebetudine, describenda & pingenda erit hæc lingua erudita, id est, Saluatoris eloquentia: nam quia lingua est princeps loquendi organum, pro locutione sumitur.

De hac diuina & infallibili Christi dictione 46. *Eloquentia, & facundia Saluatoris quam*
sparsim meminimus nonnihil dixisse c. 40. n. 136. c. 49. n. 28. Sed locus præsẽs postulat, vt de ea pluribus agamus. Ac primũ vix fuerit necesse præloqui, quam decuerit, imò & oportuerit Christum fuisse eloquentẽ, atque disertũ. Cùm enim officium eius præcipuũ esset, docere, persuadere: scilicet homines sui iuris, male propensos, peius affectos, & assuetos, vitiis antiquissimis innutritos ad ardua virtutũ fastigia attollere, & attrahere, opus erat inter alia præsidia, singularis quædam eloquẽtia, & Suada cœlestis. Addidi, *cœlestis*, vt eã ab oratoria & forensi, a vulgati elocutione secernerẽ. Itaque Christo Domino do genus dicendi sincerum, forte, vegetũ, graue, sententiosum, disertum, efficaci quadam suauitate, & dulcedine tẽperatũ, vt aculeos infigeret, incredibiles animis motus ingeneraret, duceret quò vellet, leniret asperos, emolliret duros, firmaret molles, flecteret obstinatos, (nisi qui ad vltimum obstinationis peruenissent) oblectaret audientes, absinthium salubre melle permistum instillaret, sanaret ægros, attraheret ad se homines non inuitos. Ergo in sermone Christi nihil fucatum, nulla lenocinia, nũ flosculi verborũ citiùs dicto flaccescentes, nihil ex humano artificio comtum, & effictũ: sed omnia verba, vti vestes, rebus ipsis ac sentẽtiis grauissimis, acutissimis, efficacissimis apta, habilia & cõuenientia, vt nullo loco deficerent, nullo loco redundarent, non angusta, non laxa, sed iusta.

Talem exstitisse Saluatoris eloquentiam triplici viâ videor mihi posse ostendere: ratione, 47. *Probatur via triplici. Ratione.*
experientia, autoritate. Ratio: quia, cùm oratio aliud sit nihil, quàm index mẽtis, rationísque, vnde discrimen duplicis verbi, mentalis, & vocalis: quale istud, tale & hoc esse debet, & reipsâ est: & ad cognoscendum hominis ingenium, & mores nulla via certior, quàm locutio, si absit simulatio, aut dissimulatio, si sit sincera. Quæ bonitas & candor cùm non potuerit orationi Christi deesse, fit inde, vt fuerit externa, qualis erat interna, & hæc non alia, atque suprà breui descripta, quæ videlicet deceret hominẽ Deũ, ac proinde ea, quam mortalium nemo possit verbis describere, aut cogitatione consequi. Ergo quomodo solemus philosophari in diuinis attributis, à quibus quidquid est viciosũ & imperfectũ in creaturis, id omne remouemus, & quidquid nobilitatis & excellẽtiæ possumus mente cõcipere, id ascribimus, & simul fatemur nostram orationẽ & cogitationẽ manere infrà

tem

rem & naturam diuinā, simili modo existimare nos oportet de eloquentia Christi singulari. Nā vt eius scientia plane scire nobis nō datur, ita & eius dicendi genus cognoscere nō permittitur.

48. Euentu & experientia hoc ipsum firmatur. *Experientia.* Lege Euangelia: videbis homines hac Christi Domini loquendi gratia & efficacia illectos, attractos, reliquisse vrbes, iuisse in solitudines, sumendi cibi immemores, terrenarum omniū rerū oblitos, ex vno Domini ore pendentes, illius vitæ verbis inhiantes. Lege diligenter Euangelia, & intelliges quid de hac doctrina senserint Apostoli, & discipuli familiares, quid alieni & aduersarij, quid illi ad capiendum Christum lictores submissi, & eius oratione capti. de quo locis citatis a me cap. 40. num. 136. cap. 49 num. 18.

[illegible]. Tertia [illegible]ia, autoritas: loca alia, quibus prædicta fuit hęc eloquentia. Ps. 44. v. 3. *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Vbi nomen *gratia* sine vlla [illegible] positum, & verbum appositum, *diffundo*, omnes dotes & partes bonę orationis, & eas excellenti gradu significat: suauitatē, grauitatem, vim efficiendi & persuadendi. Cuiusvis ille effectus paullo pòst prædicitur, v. 6. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.* quas sagittas acutas, efficaces, salutarium vulnerum effectrices ab erudita linguà, de quā noster Vates, fuisse vibratas, & libratas est certissimum. De qua vi, & efficacitate diuinarum sagittarum ad vulnerandum, simul & sanandum egi ca. 49. v. 2. ibi: *Posuit me vt sagittam electam.* num. 37.

49. Hæc est illa gratia sermonis, quam admirabantur Iudæi, etiam parum beneuoli Luc. 4. ve. 22. *Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Quæ admiratio consecuta est eum sermonem, quo in synagogâ Nazareth exposuit Isaiam sibi in manus traditum. Itaque dicente, ac docēte Christo, erant auribus arrectis, oculis intentis, animis suspensis in admirationem, & in stuporem (vt alij Euangelistæ alibi) versis excipientes *verba gratiæ, quæ procedebant de ore eius.* Verba *gratiæ*, quia *diffusa* erat *gratia in labiis* eius. Verba gratiosa, oratio grata, iucunda, quæ gratiam colligeret, & beneuolentiam apud auditores, sermo benè moratus, doctus, sapiens, qui se in eorum animos insinuaret, penetraret, & efficaci quadam suauitate & sale conditus ad omnem virtutem impelleret, & afficeret.

50. Nec caret sensu peculiari illud: *quæ procedebant de ore ipsius*: quā phrasi exprimitur suauitas, facilitas, & fœlicitas quædam dictionis sine comparatione maior, quàm illa Nestoris, *è cuius ore melle dulcior fluebat oratio.* Illius oratio melle dulcior, Christi verò & melle dulcior, & vino austero efficacior. nam Christus *omne tulit punctum: qui miscuit vtile dulci.* Nam si vel apud externos rhetoras finis rhetoricæ est persuadere, & officium appositè dicere ad persuadendum, cuius oratio solam habet dulcedinem ad captandas & oblectandas aures, & nullos habet aculeos ad excitandos animos, nullas faces ad incendēdos, huic lingua erudita non inest, non vera & solida, sed adumbrata & inanis eloquentia, seu potiùs vaniloquētia. Lingua enim erudita, seu eruditionis vt Græcè παιδείας, Christo hoc loco attributa, est quæ auditorē docet, instruit, instituit, erudit, & format bonis moribus: est instar vini generosi, & veteris, quod blandè ingreditur, dulciter hauritur, sed haustum acriter viscera mordet, & torquet ad salutem. Alioquin oratio languida, & eneruis, quantumuis comta, & composita, aliena est à doctore Euangelico, nedum ab autore ipsius Euangelij. *Prou. 23. v. 31.* *Oratio & locutio aliena à doctore Euangelico.*

Hanc comtam, [illegible]c comatam, atque cincinnatam, & putide concinnatam orationem vitasse leguntur Apostoli. Princeps eorum ep. 2. cap. 1. vers. 16. *Non doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam.* Quo loco Apostolus non tam poëtarum figmenta, quam oratorum captata lenocinia ablegat, vt probe notat Oecumenius, aut certe, vtrumque æquiter. Concinit Petro compar & Paulus 1. Cor. 2. ver. 1. *Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annūcians vobis testimonium Christi.* & paulo post. v. 4. *Sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostēsione spiritus, vt fides vestra nō sit in sapiētia hominum, sed in virtute Dei.* Quibus verbis fucata oratio, ac pigmentis illita reiicitur, non autem vera, & virilis, ac robusta eloquentia, vt verè & grauiter doctissimus noster Iustinianus obseruat 1. Corint. cit. nu. 1. & 4. lege rogo. nam breui, qualis deceat, qualis dedeceat oratio Euangelicum oratorem edocet. Adde, vt idem Paulus Colos. 2. vers. 8. eūm monet: *Videte, ne quis seducat per philosophiam & inanem fallaciam*: non damnat veram philosophiam, sed apparentem, & sophisticam: sic loco prænotato non interdicit doctori Christiano solidam & germanam eloquentiam, sed adulterinam, & supposititiam, qualem vtrinque in superioribus descripsimus, & discreuimus. 51. *2. Pet. 1.*

Et verò hoc loco ex vi verborum Hebraicorum clariùs colligimus hanc fortem, & lepidam eloquentiam, nam ad indicandum leporem facit nomen *lingua*, & ad indicandam vim & efficacitatem alterum nomen, *erudita*, Hebr. לםודים *limudim*, id est, *eruditorum*, qualem, videlicet, habent docti & eruditi, sapientes, nō qualem habent indocti & ineruditi, qui verba sine sensu, imbellia, & languida effutiunt. Nam qui docti sunt à Deo & illis suppetūt rationes, sententiæ, argumenta valida, & verba istis exponendis apposita, ad docendum, & persuadendum idonea. Sap. 7. ve. 15. *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna eorum, quæ mihi dantur: quoniam sapientiæ dux est, & sapientium emendator: in manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia, & disciplina.* 52. *Eloquentia bona, & laudabilis.*

Vbi Salomon & res, & rebus verba conuenientia Deo refert accepta: nam dicere ex sententia, Græcè κατὰ γνώμην, secundùm, vel iuxta sententiam, est dicere prout senserat, aptè & appositè sensa exponere, vnde qui rectè & acutè cogitat, sentitque, & prout sentit, conuenientibus vocabulis dicit, & loquitur, is est solidè eloquens; & vtrumque esse Dei donum hic assertor, cùm ait: *In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia.* Christus in Euangelio vtrúmque suis discipulis in persecutione promisit: *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini; sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* & alibi. *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere &* 53. *Matt. 10. v. 19* *Luc. 21. v. 15.* *Eloquentia data discipulis quibus & quando.*

& contradicere omnes aduersarij vestri. Os idem quod hoc loco *lingua*, & *sapientia* quod *erudita*. Itaque quam Christus Dominus accepit a Patre *linguam eruditam*, hanc promisit, deditque discipulis suis coram persecutoribus & tyrannis, vt ipsi quoque suum corpus offerrent percutientibus, & genas suas vellentibus. infr. versicul. 6.

54. Quo Lucæ loco passim expositores, sed nominatim Theophylactus facundiam lepidam, valentémque recognoscit: tam aptè, tam elegáter, tam fortiter agendam fore a Christianis in tribunalibus infidelium caussam fidei, vt ore suo sapientissimo, & eloquentissimo obstruant os loquentium iniqua, & stulta, tantâ assertæ, & astructæ veritatis euidentiâ, vt si absit peruicacia, & impudentia, aduersarij contra non ausi hiscere se conuictos esse fateantur. Itaque Christus non imbellem, aut inefficacem, sed masculam, & victricem suis alumnis pollicetur eloquentiam, hoc est, *linguam eruditorum*.

55. Sed expedit admonere, quod iam alij dum Euangelia exponunt admonuere; vbi Dominus iubet non *cogitare*, aut *præmeditari* quid, aut quomodo sit dicendum, nolle reddere suos ignauos, aut socordes: sed fidentes, & interritos. Cùm enim multi eorum futuri essent imperiti, cúmque eruditis terror, & subita persecutorum rabies, & calumnia posset omnem sermonem, & defensionem adimere, & excutere, nam metus magnus vocem includit: ne Christiani in persecutione diffiderent se fore idoneos respondendo, eos illis verbis Christus præmunit: *Nolite cogitare, &c.* quibus nec omnem prorsus vetat præmeditationem, sed anxiam, sed solicitam, vt sumo è verbo Græco: *μὴ μεριμνήσητε*, Matth. 10. vers. 19. id est, *ne anxiemini*, & Luc. 21. vers. 15. *προμελετᾶν*, quod est solicitè præmeditari: itaque non tollit curam præcogitandi, & præmeditandi & quid, & quemadmodum, loqui oporteat, sed angorem, solicitudinem, ac diffidentiam: non secus ac vbi vetuit non esse solicitos de victu, & amictu. Matth. 6. vers. 25. nam eodem verbo vtitur Græcus Interpres Matthæi; *μὴ μεριμνᾶτε*: Ne anxiemini, *ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori*

Iansf. c. 55. Quod studium, quæue cura loquendi conueniat defensori fidei.

56. *vestro, quid induamini.* Quis autem ita deuiet, vt hoc sic accipiat, vt omnis cura quærendi cibi, & vestis sit abijcienda? idem omnino sentiendum de sermone, Prouerb. 16. vers. 1. *Hominis est preparare animum, & Domini gubernare linguam.* & hoc non vbilibet, sed in illo duntaxat subito tractu ad tribunal, & periculo: quod est etiam considerandum: *dabitur enim*, inquit, *vobis in illa hora, quid loquamini.* Matth. 10. vers. 19. in illo temporis articulo, & periculo, in quo & ob tumultum, ob terrorem & alia turbamenta, possit quæuis lingua etsi erudita, & expedita præpediri, & obmutescere. Ergo vltra similes subitos casus ad fidei defensionem spectantes non est nobis promissa extemporalis illa facundia. Cuius a Deo præstitæ & exhibitæ fideliter suppeditant vulgo exempla in passionibus Martyrum, quorum sæpe infantium linguas fecit esse disertas; quo sensu non dubitem exponere illud Psalm. 8. 3. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum, & vltorem.* Hebr. pro *perfecisti*, est, *fundasti*: hac enim admirabili Martyrum confessione, & professione fidei, & inelu-ctabili facundiâ fundata fuit laus Christi, & eius Ecclesia.

57. Verum, etsi illa subita, & ferme prophetarum propria oratio, sit periculosorum temporum, vt exposui, tamen alia quædam, quæ accedente boni & gnaui doctoris operâ, constet, & ad munus pro dignitate, & cum vtilitate obeundum sit apposita, cum alias, tum hoc loco promittitur, si Cyrilli autoritati fidere volumus ita interpretantis: *Non est dissentaneum, imo rectissima ratione valde consentaneum, vt choro sanctorũ Apostolorum hæc applicemus, vel etiam omnibus, qui in Dominum nostrum Iesum Christum credunt, & qui Spiritu eruditi sunt, & inde animum & mentem copiosè illustratam habent, quique diuinorum charismatum participes facti sunt, & Scripturæ diuinitus inspiratæ profunditatem puris animi oculis valuerunt contemplari, & qui rectam viuendi rationem Euangelicam, qui prudentiam, qui cognitionem consecuti sunt sanctis accommodam. Ii ergo odas gratulatorias cantantes dicunt linguam disciplinæ sibi esse datam, id est, vt scienter loqui possint, & inculpatè diuina explicare mysteria, quando & quomodo consolationis sermonibus vti oporteat.* Cyril.

58. At hoc Cyrilli assertum ipse sub ea conditione admiserim, vt non chorus Apostolorum aut quiuis iustus doctor Ecclesiæ introducat it affirmans; *Dominus dedit mihi linguam eruditam*, &c. nam cum subsequentia sint his omnino attexta, & alij quàm Christo Domino nequeat aptari, hæc etiam oratio præsens eidem soli sit tribuenda. Qui ergo, inquies, pumilla hæc eloquentia cum aliis administris communicabitur: id bino modo fiet. Primo, si Christus loquatur vt caput Ecclesiæ, & vt sub se sua mébra continens, iuxta regulam ab Augustino sæpius traditam, & ab aliis libenter acceptam: vt Christus sic loquatur alicubi & agat, vt in eo quippe capite intelligantur & membra: itaque tantumdem sit, ac si esset dictum: *Dominus dedit mihi*, meisque *linguam eruditam*. Altero modo salua poterit esse proposita expositio, e textu originali: *Dominus dedit mihi linguam eruditorum, seu, eorum, qui docti sunt*: לִמּוּדִים *lemudim*, hoc est: Deus dedit mihi discipulos eruditos, eloquentes, doctos, quibus administris vterer ad Euangelium meum toto orbe publicandum, & persuadendum.

59. Quæ interpretatio mirè congruit cum ipso euentu. Habuit enim Christus, habebitque ad finem vsque sæculi discipulos sapientissimos, & eloquentissimos, vt videre licet in omni æuo præterito, etsi affluentiùs in priscis temporibus subsecutis initium Ecclesiæ, & infantiam: quia cùm tum esset tenera Ecclesia & paruula, vt aleretur, & cresceret, indiguit magis his duobus vberibus, doctrinæ, scilicet, & eloquentiæ diuinæ: tanquam lacte, & melle: quæ sunt pabula ætati tenellæ conuenientiora: vt accipis è cap. 7. v. 15. *Butyrum, & mel comedet*: refer, ô lector, te illuc: & præterea obserua ex Tertul. de Coronâ militis c. 3. & 1. Marcio. c. 14. recens baptizatis dari solitum lac cũ melle: *lactis, mellisque cõcordiã*, vt bellè ille. nota adhuc e Lactãtio l. de opificio c. 12. lac symbolum esse sapientiæ, quia ducitur è corde: mel verò symbolum esse suauiloquẽtiæ superfluum fuerit admonere; facit huc encomium de Nestore: *è cuius ore melle dulcior fluebat oratio.* Ergo, vt Ecclesia præsignaretur nutrienda, & augenda doctrina, & eloquen

Doctores in Ecclesia semper doctissimi, & disertissimi.

Cant. 8. 1. 2.

Doctrina & eloquentia, duo vbera Ecclesiæ.

eloquentiâ ... sitæ, vbi quis esset baptizatus, & Christo per spiritualem regenerationem allectus, & adoptatus, ei præbebatur lac, melle mistum: lac enim magno affectu sugitur, vt obseruat August. tract. 9. in epist. Ioan. cui lacti si dulcedo mellis immisceatur, auidius multo, imò & salubrius sumitur: nam supra ex Horatio: *Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.*

60. *Doctores esse matres, lac potius docere.* Solis inter animalia fœminis, atque à partu suppetere lac est notum: caussam physicam exponit Tertul. cap. 10. de carne Christi, efficientem, inquam, nos finalem asserimus, prolis educationem. Vnde doctoribus Euangelicis & quasi matribus opus est lacte doctrinæ, & sapientiæ diuinæ, vt alant, & educent fœtum; cui expedit mel admisceri dulcis eloquij, quo cupidius & proinde vtilius hauriatur. Quare Cantic. 4. vers. 3. sub imagine ouium hi, de quibus agimus, doctores, cùm essent producti, illis verbis: *Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas:* quoniam nutriendæ proli opus est pabulo, subnectitur illico: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Vittæ est constringere, irretire, id officij, boni doctoris; vincere ratione, vincire auditorem, Christi vinculis innodare: sit istud oratione coccineâ, cocco caritatis intinctâ, & mellis dulcedine illita. *Sunt* (ait Guilhelmus apud Delrium) *qui vtilia quidem docent, sed tamen insipide & amarè docendo audientibus vtiles non sunt. Mulcendi ergo sunt auditores sermonis dulcedine, ne vtilia inutiliter audiant.*

61. *Lacte suauius prodest.* Mel non purum apponendum, non certè multum, nam sic, ne suaue quidem palato, sed fastidiosum; sit ergo lacte mistum, vnde vers. 11. *Fauus distillans labia tua, sponsa:* Mel in fauo non adeò parit satietatem, & tædium; quàm liquidum, distillatúmque, sed etiam hoc modo minus suaue, & vtile, poscit admistionem lactis: *Mel & lac sub lingua tua:* itaq; apis illa cœlestis in fauo, in cellâ illâ cancellatâ non sincerum mel compingit, quippe si sit merum, inutile ad nutriendum: illi lac sapientiæ, & doctrinæ admiscet, id est, è rebus, rationibúsque candidis & è verbis suauibus componit orationem sanúmque, & *linguam* efficit *eruditam.* Non satis est lac, non satis eruditio, & rerum scientia, requiritur etiam mel, oratio, sermo suauis, mellifluus, menti expromendæ, & in alterũ cũ fructu transfundendæ accommodatus. Sit candor rationum, rerumque verarum; sit pinguedo multarumque sententiarum: adsit etiam dulcedo verborum, orationis grauiter contextæ suauitas: *Mel & lac sub lingua tua:* non vnum sine altero.

Cant. 4. v. 11. Mel & lac sub lingua.

62. *Homo differt à belluis ratione, & oratione.* Homo à reliquis animantibus secernitur ratione, & oratione: quare qui vtráque est instructior, & excultior, & præstat inter homines, & ad tractandum cum ipsis hominibus est aptior. Lacte, id est, doctrinâ & eruditione ratio, & mens humana candescit, ornatur, ac nitet, benè verò composita oratione, & eloquentiâ aliis innotescit, communicatur, & prodest. Vnde vtráque debuit Ecclesia armari, & subornari: ad alendam sobolem hoc vtroque vbere indiguit, quorum alterum stillaret lacte; alterum melle. Hæc sunt duo labia sponsæ, quibus liberos suos erudit, & instituit sapientia, & eloquentia, lingua, & eruditio. hæc possessio quondam promissa, cum filiis Israelis fuit promissa regio, quæ

Vbera duo, & duo labia sponsæ, doctrina & facundia.

lacte, & melle manaret, dictio candida, pura, sincera, simulque suauis, ad persuadendum idonea, *lingua* videlicet *erudita,* alios dulciter erudiens, ideóque consolans, & quantumuis fatigatos, & afflictos alleuians.

63. *Vt sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo.*] Finis, fructúsque eloquentiæ diuinæ supra descriptæ: sustentare dicendo, docendoque eum, qui lassus est, qui viribus defectus pronus, & proximus est lapsui: hoc est, verbo vt firmo quodam baculo sustinere labantem, ne cadat, & lapsum, ac iacentem erigere, sistere, atque offirmare Matt. 11. v. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meũ super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Discite a me,* quę doceo, sô enim docendo habilis, quippe mitis, & humilis, facilis, non imperiosus, aut morosus (sic cũ Maldonato intelligo) quod si audieritis, & a me didiceritis; *inuenietis requiẽ animabus vestris.* Porrò ad recreãdo fatigatos, ad cõsolandos tristes, ad leuandos afflictos valet quamplurimum lacteum illud & mellicum flumen orationis sapienter compositæ, de qua pluribus est actum Prouerb. 16. vers. 24. *Fauus mellis composita verba; dulcedo animæ, sanitas ossium.* In ossibus, partibus corporis firmioribus sunt vires, & robur: quæ dum orationis suauitate sanari perhibentur, nobis exprimitur vis eruditæ linguæ ad sustentandum infirmos.

Finis eloquẽtiæ sacræ animas recreare. Holchot in prologo schol. in Sap.

64. *Sermo opportunus quàm.* Septuaginta interpretes paullo aliter edunt hoc posterius hemistichium: *vt sciam, quando oporteat loqui verbum,* consentaneè ad Hebræum: *vt sciam opportunare* (fas sit hoc verbum fingere) *lasso verbum:* i. lasso loqui opportunè ad quod requiritur non solum facundia, non solùm & eruditio, sed etiam prudentia singularis. Vt enim medicamenta nisi suo tempore adhibita non medentur, quin & nonnunquam magnopere nocent: non secus verba sanant si sint opportuna, intempestiua non prosunt, aut etiam obsunt. idcirco Christus, & in eo, ac per eum Christianus & bonus doctor à Deo accipit linguam eruditam, promtam, sed prudentem, vt sciat lasso, infirmo, ægro mederi in tempore.

65. *Rarus.* Hæc est illa cauta & prudens eloquentia, quam Christus Dominus Luc. 12. vers. 42. exigit, & raram esse indicat, cùm ita requirit, quæritque. *Quis putas, est fidelis dispensator, & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem cùm venerit Dominus, inuenerit ita facientem. Verè dico vobis, quoniam supra omnia, quæ possidet constituet eum.* Dispensator est quiuis doctus, certè quiuis doctor è munere: non sibi tantùm doctrinam accepit, imò non tam sibi quã aliis lac est, quod puerpera non in suum, sed in vsum prolis dispensat: ideo in dispensatore, & doctore requiritur fidelitas, ne sibi retineat, quod aliis erogandum accepit: de quo dixi cap. 48. num. 81. nunc id, quod agitur, exigitur ab eodem prudentia vt cibum doctrinæ distribuat in tempore. sic enim hunc locum omnino dispunge, & intellige; *vt det illis in tempore tritici mensuram:* non autem, vt in tempore tritici, id est, cùm colligitur, aut cùm abundat annona, sit danda mensura: nam hæc quæ posset à versione Latinâ oriri ambiguitas, e Græcâ tollitur: *τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον: ad dandum in opportuno tempore, illam tritici mensuram:* hoc est,

cuique

cuique suam. Neque enim ociosè positum nomen *mensura, σιτομετριον*: nam non eadem omnibus, sed alia aliis est præbenda. Hanc discre-

66. *Discretio in docendo.*

tionem agnouit hoc etiam loco Cyrillus, & seruatam ait ab Apostolis, Apostolicisque magistris, qui paruulis in Christo lac instillabant, & rursus tendentibus ad perfectionem & proceritatem plenitudinis Christi, solidum cibum. Ergo pro captu auditoris est præbenda mensura doctrinæ, alij minor, alij maior: alij sublimior, alij humilior. Debet enim Ecclesiasticus doctor sese discipulis & auditoribus attemperare: ad humiles, humique repentes descendere, ad altos, sublimesque conscendere. quod vtrumque munus præsignatum vult Augustinus titulo Psal. 119. in illis Angelis, quos vidit Iacob ascendentes, & descendentes per gradus scalæ, vbi obseruat, non visos fuisse cadentes, quod esset mali ominis, sed descendentes, scilicet, caussa iuuandi hominis. Lege ibi plura in hanc rem, & tract. 5. eiusdem in epist. Ioan. &

67. *Doctrina nō omnibus eadem.*

Orig. li. 3. contra Celsum. Quæ admonitio fortasse hoc æuo nostro videbitur magis opportuna, quo tamen est copia, & quasi annona concionum in vulgus siue calamo siue typo editarum, quas non pauci ad verbum ediscentes cuiuis auditorio promiscuè nō aliter atque venales escas obtrudunt, cùm deberent animaduertere, neque cuiuis stomacho quemuis cibum esse commodum, neque eidem semper eumdem, sed mutandum, variandum, attemperandúmque pro captu, pro habitu, pro loco, pro tempore: vno verbo, vt opportune cuique ministretur, quod fieri non posse satis liquet, si vbique concio, & oratio eadem habebitur. Vnde hæc concionum scriptarum affluentia & multis peperit ignauiam, & non paucis, vt dixi, minus prudenter agendi cum populo dedit occasionem.

68. S. Hieronymus hoc Doctoris officium, tempestiue docendi inde sumsit promsitque vbi latere videbatur, e Malach. 2. vers. 7. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam: non dixit* (inquit ille) proferent, sed custodient, vt loquantur in tempore, denique cōseruis cibaria in tempore suo. Quò fieri potuit, vt retenderit sponsus, cùm

Cant. 4. v. 11.

sponsæ tribuit laudi: illud suprà numer. 61. *Mel, & lac sub lingua tuâ*: non in linguâ, sed

Sermo promendus cum delectu

sub linguâ, veluti sub custodiâ, in cellâ promtuariâ, vt sint ad manum, in promtu, vt inde, cùm fuerit opus, cùm opportunitas postulauerit, promantur: non alte defossa, non penitus abdita, ne cunctatio & mora incommodet, labente occasione: non in ipsamet linguâ volubili, non expolita & retecta, ne forte, ante tempus effluant, sed tecta, & custodita sub linguâ, vt sit facilis, exigente opportunitate, & expedita erogatio: *Mel & lac sub lingua tuâ*, quod versas, quod ruminas, præstolans occasionem communicandi.

69. Quantum sit momentum sermonis tempestiui, multa sunt in litteris diuinis ostendentia, Prou. 25. vers. 11. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.* Expende plura in hoc prouerbio: Primum, *mala*, i. poma, vel in re, è quâ petitur similitudo, maturitas appareat: poma enim, si leguntur ante tempus, sunt cruda, & acerba: si post tempus, putria: si suo tempore, matura, vsui, esui commoda: sic verba neque ante, neque post tempus, sed in tempore prolata secundùm verbum vnum singulari numero comparatur cum malis aureis plurali numero: quia vnum verbum maturum & tempestiuum valore, & precio est multiplex. Tertium quod expendas, est tota comparatio & similitudo. nam verbum ex se probum comparatur cum auro: occasio, & opportunitas cum argento: apud L X X. cum monili Sardij lapidis vt enim auri gratiam & speciem auget magnopere adiunctio argenti, voionis & celaturæ: sic boni verbi pretium & venustatem confert opportunitas. Demum obserua, in Hebræo, 70. pro illo: *in tempore suo*: esse, *in rotis suis*: quod noster interpres sapienter reddidit: vertitur enim tempus non secus, atque rota: & vt hæc, sic istud habet suos gyros, & orbes. Voluitur igitur tempus, & circumagitur perpetuò, nunquā insistens: & non cuiuis eius orbi, & circulo omnia sunt apta: sed suo quæque: nam vt alibi idem Salomon: *Omnia tempus habent*: vnde prudens, peritúsque loquendi cuncta circumspicit, & intentus expectat huius rotæ circuitum tempestiuū: quem neque præuertit, ne verba peruertat, aut perdat: neque elabi patitur, sciens occasionem esse fronte capillatā, occipitio caluo: sed suo loco & tempore depromit: verba in suo tēpore ponit, eumque eo componit non aliter atque *Mala aurea cum lectis argenteis*, aut cum moni-

Verbi, vt mo dicamentis est opportunitas.

libus gemmeis: quæ non minorem afferunt oblectationem, quàm vsum. Neque enim facile dici potest: verbum per se probum tempestiue illatum quàm sit commodum & iucundum. Est quippe talis sermo, vt fert Græcorum adagiū, *φάρμακον σοφώτατον*, i. *Medicamen sapientissimum*, adde, & gratissimum, ad quod respicit Tertul-

Tertul.

lianus, seu vsurpat in calce libri admirabilem eruditi de Pallio. Sed quoniam, si decreuissem hoc argumentum producere, vix finē indicabo tantùm lectori minùs versato in libris sacris, aut occupato, vnde possit sumere: vt illo eodē Prou. cap. 15. vers. 23. vbi: *Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus.* & Eccl. 18. vers. 16. *Nónne ardorem refrigerabit ros: sic & verbum melius, quàm datum. Nonne ecce verbum super datum bonum. Sed vtráque cum homine iustificato.* & cap. 20. v. 7. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus. cap. 27. vers. 13. *In medio insensatorum serua verbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto.*

71. *Erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum.*] En vnde Christo homini lin-

Magister est Deus, & sedulus.

gua erudita. Docetur à Deo, quotidie, continēter, id enim valet: *Manè, manè*: præterea tempore tempestiuo: hoc etiam creditur esse, & iure, matutinum, quo mens aliarum curarum vacua habilior est excipiendæ doctrinæ, vbi cura & vigilantia magistri ostenditur præuenientis diem ad docendum. Labor enim antelucanus sedulitatem & solicitudinem consequitur.

Antelucana opera sunt diligentium.

72. Quam vt Deus in admonendo, & docendo populo suo per Vates, nobis probaret, se consurrexisse manè ad id operis enunciat Ierem. 7. vers. 13. cap. 11. vers. 7. cap. 35. ve. 14. Et vbi pater familias diligens inducitur, ibidem *primo manè exit conducere operarios in vineam suam*: va-

Matt. 20 v. 1.

let, quod primo quoque tempore, quod maturo & opportuno tempore, videlicet matutino. Nocturna enim spatia, & cōcubia indulta sunt

Nox indulta quieti.

à natura quieti, reficiendisque viribus fessis è labore diurno, non verò destinata vigiliis: vnde neque

neque docendo, discendóque. At rursus mergi sopore, vsque ad solis exortum, aut etiam progressum, desidis & pigritantis est operæ. Medium inter vtrumque tempus est antelucanum, atque tempestiuum & opportunum. quo & reparatis viribus, & curis nondum obstrepentibus, cæteris rebus silentibus & quietis animus discendo est idoneus. Et verò qui magister linguam erudit, & instituit, vt sciat quid, & quando oporteat loqui tempus debuit etiã ipse deligere ad id edicendum tempestiuum, & opportunum, vnde & matutinum.

73. *Aurē erigere*, etsi alijs aliter, mihi nihil aliud sonat, quàm docere, docilem efficere: nam doctrina quæ à magistro voce traditur, aure accipitur. vnde pro attendere, *aures arrigere* vulgare est. & inter sensus non est vllus aptior ad disciplinam quàm auditus. Videndi Plutarchus de audiendis poëtis in principio. Lactant. lib. 3. instit. cap. 9. Arist. de sensu, & sensilt. capit. 1. etsi postremus id esse ex accidenti docet, propter sermonem, alioquin visum plures rerum differentias percipere.

Maxime aurem ad discendo. Aurem erigere, quid.

74. Sed quia vox, & imperium auribus hauritur, inde *audire* pro obedire, & parére ponitur, exemplorum satis apud omne genus scriptorum Quare hoc loco, si *aurem erigere*, & arrigere, velis interpretari, aperire: possis intelligere, & Patris imperium, & Christi hominis obsequium, siue ad docendum, siue ad moriendum, vt facit Sanctius. de quo posteriori præcepto memor sum me disserere ad cap. 41. num. 60. & attingere ad cap. 48. num. 171. vbi illud Psalm. 39. *aures autem perfecisti mihi*, ad istam obedientiam inclino. Cui intelligentiæ non parum affauent versus insequentes.

Audire di. sciplinas ap. tur

Vers. 5. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij.

75. DOminus Deus aperuit mihi aurem.] *Aurem aperire & erigere*, quoad significatum vix ipse separo, nam vtrumque dirigitur ad excipiendum ea, quæ dicuntur. Aurem à Deo erigi ad audiendum, discendúmque supra perspicuè traditur: *manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum*: atque eodem prorsus fine aperitur auris. Nam quòd quidam subtiliùs diuidunt, vt *erigere* sit attentionem postulare, *aperire* verò docere, cùm ad Deum refertur, vitium est, & idem: nam Deus non aliter aurem erigit, quam aperiendo & docendo.

76. Quamobrem, si oporteat in duo membra deducere, ego facile adducar, vt existiment posteriori locutione alludi ad consuetudinem perforandi aures seruo perpetuo. quà de re agitur Exod. 21. vers. 6. Deut. 15. vers. 17. vbi qui seruus posset liber esse, si mallet ductus amore heri, in seruitute manere, iubebatur auris eius perforari, quà perforata manebat seruus æternùm. Ergo ad hanc legem, ritumque respiciens Christus vt homo ait: *Dominus erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum*: & *aperuit*, perforauit mihi aurem, vt illi obediam tanquam Domino & hero: & ego vt bonus & bene moratus seruus *non contradico* iubenti & imperanti, quantumuis dura & aspera: *retrorsum non abij*.

Seruo perpetuo aurem perforantur.

Non tergiuersatus sum. Promouet hunc explicatum Psalmus 39. vers. 7. *Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi*. Hebr. *fodisti mihi*: vt seruo fideli, cupido, qui non coactus seruit, & obedit, sed volēs & lubens subit seruitutē: cuius auris perforata indiciū est voluntariæ, & promtæ obediētiæ. Quod mirè conuenit cum mysterio incarnationis vbi homo Christus cum a Deo accepisset in mandatis, vt pro saluando homine mortem obiret acerbissimam, hoc promtissimo excepit & executus est animo: quod duobus vocabulis hoc loco declarat: *Ego non contradico, retrorsum non abij*: neque re, neque verbo repugno: quippe seruus voluntarius, cui vt tali Deus aurem aperuit, ac perforauit.

Obedientia Christi in admittenda morte.

Quam prona, & promta fuerit Christi Domini voluntas ad passionem & mortem tolerandam quid attinet tradere, cùm ipse non minùs exemplo, quam sermone demonstrauerit, cúmque numquam vlli visus fuerit subirasci, quippe qui ipsamet mansuetudo, nisi vni Petro, cùm eum a moriendo deterrere, aut demouere vellet. Cum enim verbis magis perspicuis, quàm vnquam antea enunciasset Apostolis quæ passurus erat, Petrus passionis indignitate commotus, & amore Christi prorupit in illa verba: Matth. 16. vers. 22. *Absit a te Domine; non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro: vade post me Satana, scandalo es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum* & apud Marc. 8. ve. 33. *Comminatus est Petro dicens, vade retro me Satana*. Quam reprehensionem vtpote asperam etsi, quidam Patrum conati sunt emollire, sed certè constat nullam acriorem ex ore Christi processisse: quæ indicat illius ardens studium moriendi, vt Patri obediret. Ex simili affectu illud ad eumdem Petrum gladio pro Christo pugnātem: Ioan. 18. vers. 11. *Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Neque huic ardentissimo parendi, & patiendi desiderio officit illa eiusdem Saluatoris precatio in horto: *Pater si possibile est, transeat a me calix iste*: Matth. 26. vers. 39. aut illa tristitia, & tædium, de quo Euangelistæ: ea enim solummodo ostendunt à Christo naturam humanam permissam esse suas partes agere, vt magis eluceret amor in Deum, & obedientia: quæ naturam ex se tantopere abhorrentem à morte terribili ad cupiditatem moriendi reuocarunt, vt Dei imperium fieret: vnde extemplo adiicit: *Veruntamen, non sicut ego volo, sed sicut tu.*

77.

Christus acriter arcet dissuadentes Passionem

Calix quē timuit Christus transfer.

Vers. 6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.

HVius visos commentaria & satis luculenta sunt quattuor Euangelia. Sed opponi, in eis non scribi, Christi genas fuisse vulsas. Respōdet probe Forerius, Isaiam quoque fuisse Euangelistam. Dici prætereà potest, esse formulam adagialem quà multum contumeliosè, & probrosè quis accipi ostenditur nam pilorum barbæ, & genarum euulsio fit cum dolore magno, & non minori probro, atque dedecore. Et qui satellites & carnifices non sunt veriti 78.

An genas Christi fuerint vulsa.

Lasciuiarum procacitas & impudentia in Christum.

citi Domino alapas & colaphos imprimere, & sputa ingerere, valde credibile est, eosdem barbam vellere ausos fuisse. Et ferme nescias, verũ magis admirere, Christi patientiam & mansuetudinem, an illorum audaciam & impudentiam. Nam e saluatoris vultu splendor quidam, fulgórque diuinitus emicabat, qui deberet impudentissimum quemque cohibere, quominus non solum manibus irreuerenter attrectaret, sed vel oculis petulantibus aspiceret. Sed qui decreuerat tam indigna perpeti, temperauit illam oris dignitatem diuinam, ita vt ministri illi Satanæ furiis tartareis acti à tanto scelere absistere non cogerentur.

De barbæ attrectatæ, & euulsæ ignominiâ agit benè, & fusè noster Sanctius à lectore cupidè legendus. L X X. reddunt: *Dorsum meum dedi in flagella, & genas meas in alapas.* quod non est minus conuicium: sed vtrumque subire Dominus voluit: & de his, & aliis, quæ pro nobis indignissima perferre non fuit dedignatus Dominus, occurret in capit. 53. locus opportunus.

Vers. 7. Dominus Deus auxiliator meus: ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio, quoniam non confundar.

79. *Deus auxilians Christo vt hominem.*

QVi adeò voluntarius, libens & alacris acceperat Patris imperia asperrima, nõ poterat nõ experiri auxilium eius & fauorem præsentissimum, ita vt in ipsis contumeliis & conuitiis, in maximis ignominiis non erubesceret, sed potiùs gloriaretur se ista tolerare pro gloria Dei, & hominum sibi à Patre commendatorum salute. Namsi deinde Apostoli *ibant gaudentes à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*: quid sentiri oportet de ipsomet Iesu, de homine illo Deo, cui tanto erat clarior cognitio gloriæ diuinæ, quæ ex eius tolerantia nascebatur, & tantò maior amor in Deum. Itaque cùm anima illa sanctissima, & beatissima cerneret ex suis ignominiis & probris ingentem Deo gloriam & honorem accedere, sic lætabatur, & gloriabatur, vt hæc lætitia & gloriatio prope ruborem & cõfusionem obrueret: nam etsi videbat se apud homines esse inglorium, & contemptum, probrosúmque, sed quanti ille penderet talium hominum iudicia, cui erant in manibus lances, & pondera Sanctuarij iustissima, & fidelissima? Vnde cùm *corpus dat percutientibus, & genas vellentibus.* dum *faciem non auertit ab increpantibus & conspuentibus.* vel in his mediis conuitiorum fluctibus quietus & serenus asseuerat: *Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus.*

Act. 5. v. 41.

Cur Christus non erubescebat in cõuitiis & probris.

Iudicium improborum spernendum.

80. Qui enim erubesceret, & confunderetur, *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contemptâ?* Hebr. 12. vers. 2. sic enim & legendum, & intelligendum hunc textum affirmant graues auctores. Ergo cùm Christus sciret, se magis gratificaturum esse Deo, si crucem, quàm si gaudium & delicias eligeret, datâ sibi optione, vt ait Rupertus, utro mallet modo redimere mũdum, optauit prę gaudio, loco gaudij crucem, *eius confusione contemptâ*, quòd videret eã apud homines ignominiosam sibi apud Deũ fore gloriosã.

81. *Quomodo Christus libere elegerit mortem crucis, & ex præcepto illam obierit.*

Quam expositionem non pugnare cum decreto diuino de cruce & morte Christi rectè Cornelius à Lapide exponit e præscientiâ conditionatâ, quâ Deus prçuidit, si animæ Christi daretur supradicta optio, electuram esse passionem: cui præuisioni accessit voluntas & decretum Dei. at non manet saluum imperium quod suprà docemus impositum fuisse Christo moriendi. Posset nihilominus tamen quis opinari, in primo instanti liberam fuisse optionem oblatam Christo, malletne citra cruciatum satisfacere pro homine, an cum dolore, & morte, qui cùm cerneret hoc posterius gratius esse Deo, magisque compensatorium iniuriæ diuinæ, id elegisse. deinde in altero instanti quod Christus sponte iam elegerat, Deum ad maiorem operis perfectionem ipsi præcepisse. Vnde Dominus duplici pondere, & suæ voluntatis, & iussionis diuinæ ad crucem sustinendam incubuit: quę tanta alacritas fuit in causa, vt eius confusio & ignominia ex parte maxima absorberetur. Quæ ratio explicandi imperium datum Christo moriendi nihil deminuit de auctoritate Dei, & auget Christi dignitatem, & Deo non solùm obediendi, sed & liberè placendi voluntatem. Quo possumus adducere verbum superiori versiculo positum: *dedi: corpus meum dedi percutientibus*: נָתַתִּי *natati*: quod liberam indicat traditionem, & oblationem: ego libens, & liber obtuli percutientibus corpus, in illo, scilicet, primo incarnationis puncto. Quocum admodum congruit ille mos obediẽtiæ, & seruituris, ad quẽ respici dixi supra n. 76. nã vbi qui erat liber, præ amore nolebat à seruitute discere, ei fodiebatur auris, & manebat seruus irreuocabiliter: cuius dici poterat seruitus libera, & libertas serua. sic Christus quoad moriendum libertatem priùs exercitam habuit imperio posteriori adactam, & alligatam, liber sponte mortem elegit, & iussus deinde accepit, & obiuit.

Prouisio Dei circa mortẽ Christi qualis.

82. *Christi patientia & constantia.*

Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio, quoniam non confundar.] Dominus suam nobis commendat patientiam, & constantiam: cuius symbolum idoneum est petra durissima: quæ aliis est silex, aliis adamas, & non nemini chalybs: sed vtut sit, pro re durissimâ, & fortissimâ ponitur: quæ nulli vi cedit, sed omni violentia & ictu est superior: talis fuit Christi patientia, & constantia in passione: tam mira serenitas, & tranquillitas in sæua illa tormentorum tempestate, tam altum silentium in illo calumniarum, & contumeliarum strepitu, & in illis fluctibus dissonis, vt miraretur præses Pilatus, & inde sumeret, illum hominem habere infra se alios homines.

Et scio, quoniam non confundar.] Idem quod antea, *ideo nõ sum confusus*: i. non pudore afficiar. S. Cyrillus hoc refert ad tempus post resurrectionẽ, & ascensionem saluatoris, quo Deus grauiter animaduertit in Iudęos, eo quòd ei manus attulissent: & eodem putat attinere quod sequitur: *Iuxta est, qui iustificat me, quis cõtradicet mihi?*

Vers. 8. Iuxta est, qui iustificat me, quis cõtradicet mihi? stemus simul: quis est aduersarius meus? accedat ad me

83. I*Vstificare*, hoc loco, vt aliis plurimis, est declarare iustum: & *contradicere*, est iudicio contendere.

tendere, litigare, vt ex Hebræo, & Græco sumitur: vnde sententia perspicua: iuxta est mihi, adest, qui me iustum esse iudicat Deus, & ab omni crimine absoluit. quis accuset me, quis litem intendat? quasi dicat, nullus, nisi maleuolus, inuidus & calumniator. Sed quicumque ille sit, & quouis animo, *stemus simul* ad tribunal iusti & legitimi iudicis: *quis est aduersarius meus? accedat ad me.* scil. manu conserta ducendum ad iudicem: non refugio, nō recuso, quominus cōpareā. *Innocens forum vadit ad tribunal & legitimi iudicem.*

84. Particula *iuxta*, in Hebræo, & Græco est ambigua, potestque referri ad tēpus, & ad locum, quorum posterius nos sumus secuti, & videtur poscere tractus orationis. Sed Cyril. secutus est prius, & contulit ad vltionem Iudæorū: ita quasi Christus diceret: etsi in præsēs accusor vt reus, & condemnor vt sons, sed non longè abest punitio meorum aduersariorum, quæ declarabit meam innocentiam, & eorū calumniam atque iniquitatem. Quod etsi verū est, vereor tamē, vt loco sit aptum. Vastitas enim illa Ierusalem à Romanis illata accidit anno à Christi morte ferme centesimo: quo toto tempore Christi innocentiam & caussam fuisse obnoxiā falsis criminationibus, & oppressam calūnijs aduersariorū, haud decebat Dei prouidentiam, & benignitatē. Vnde si sermo non sit de tēpore ipso, quo Christus vixit, & fuit accusatus, falsè debebit accipi de tēpore post passionē: cùm tertio pòst die gloriosissimus resurrexit, & apparuit, & Spiritus sancti descendētis in discipulos testimonio illustratus, & innumeris miraculis, atque Iudæorū plurimorum conuersione nobilitatus: de quibus fuisse multos, qui eius necē struxerant, aut approbauerant, est verisimile, quā nulla potuit esse maior iustificatio, & innocentiæ declaratio, cùm aduersarij, qui ipsum Dominum accusauerant, dignúmque morte iudicauerant, vbi eam attulissent, ipsi pœnitētiā mutati damnarent, & quem morte damnarant, autorem vitæ confiterentur, quouis postposito mortis periculo. *Aduersariorum retractatio valet plurimum in iudicio.*

85. In autographo pro eo, quod in Latino codice est *aduersarius*, legitur, בַּעַל מִשְׁפָּטִי *bahal misphati*, i. *princeps iudicij mei*, hoc est caput accusantium me, princeps accusator, cùm enim multi sint qui accusent, solet vnus eorum esse caput, & dux. Videtur ergo Christus digitū intendere in diabolum autorē ac principē suæ accusationis & iudicij, ipse enim Diabolus commouit Iudam, vt proderet Iudæos, vt Christum caperēt, accusarēt, & donec esset damnatus ad mortem, & reipsa cruci suffixus, non desisterēt. *Diabolus auctor passionis Domini.* *Ioa.13.v.2.*

86. Hunc tam validum aduersarium, tā callidum, tam maleuolum Christus non modò nō fugit, non arcet, sed etiam inuitat, & prouocat ad iudicium: *Quis est aduersarius meus*, princeps inter omnes aduersarios, *accedat ad me*, accusandum, quæ prouocatio est confidentis plurimum suæ innocentiæ, & iuri. Sententiæ non dissimilis est illa Saluatoris asseueratio Ioan. 14. v. 30. *Venit princeps huius mūdi, & in me nō habet quidquā. Venit* aduersum me diabolus, quia ille caput, ille autor, & instinctor aduersariorum, sed nihil mihi ab illo metuo; nam *in me non habet quidquam*, nullū ius, nullā potestatem, nullā caussam veram accusandi: nam illi in peccatores tātùm est ius *at in me non habet*, (seu vt in nonnullis Græcis, *non inueniet quicquam*, non inueniet vllum peccatum, vt passim exponitur: vnde non victor è iudicio, sed victus, & pudefactus ab-

A scedet. Quod si mihi per suos satellites, & ministros necem procurauerit, nihil est, quod inde se iactet, nam mortem non eius calumniā, & vi, sed mea, & patris voluntate sum obiturus cui sensui rectè iungitur quod subijcit idem Christus: *sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite, eamus hinc.* scil. obuiā Iudæ proditori, & satellitibus armatis capturis. Quibus apud Luc. 22. v. 53. cùm se capi sineret, dixit: *sed hæc hora vestra, & potestas tenebrarū*: nempe a Deo permissa diabolo: alioquin sicut in templo me docentem quotidie capere non potuistis, neque nunc possetis. *Ioa.14.v.31.*

B *Vers.* 9. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

87. Eiusdem ferè sententiæ in prioribus verbis est iteratio: quæ familiaris est diuino sermoni, nec superflua. Quod supr. ver. 8. *Iuxta est, qui iustificat me, quis contradicet mihi*, hoc loco verbis magis perspicuis exponit, vnde illa expositio Cyrilli à me proposita n. 84. hinc magis excluditur. itaque illic, *iuxta* esse, est esse auxilio, præsidio: similiter atque illud Iob 17. v. 3. *Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* C Quem enim Deus defendat, quis offendat? *Deo auxiliante nihil timendum.*

88. *Quis est, qui condemnet me?*] At Christus fuit à Pilato præside Romani imperatoris, accusatoribus Iudæis condēnatus. Verùm, quia ipse, vt Patri obediret, se capi, teneri, deferri, damnari passus est, vt constitit n. 81. 86. Deinde *condemnare* hoc loco, opponitur verbo superiori, iustificare, & sicut illud valet idē, quod ostēdere, quē esse innocuum & iustum: sic hoc verbum, idem quod euincere, quē esse sontē & noxiū, ac proinde cōdēnatione dignū. Affine: *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Io. 8. v. 46. *arguet*, ratione euincet, verè ostendet me aliquid peccasse: itaq; non subinonet falsas criminatione, & calūnias, quas quoti- D die Dñs experiebatur, sed prouocat ad veram, legitimā, & constantem accusationem: quā ne vero quidem similē cùm maximè quærerēt, ad damnandum, inuenire potuerunt. Mat. 26. v. 59. *Principes autem sacerdotum, & omne Concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent.* addit causam Marcus c. 14. v. 56. *Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum; & conuenientia testimonia non erant.* Tam erat nota, & perspicua Christi innocentia & sāctitas, vt ne vmbra quidē peccati ei posset accidere. Vnde fidenter ei licuit lacessere suos infensissimos inimicos, & dicere: *quis est, qui condēnet me?* Heb. *Quis est, qui impium esse demonstret?* *Accusatio in Christum ne vero quidem similis vlla.* *Christus prouocat inimicos ad iudicium.*

89. E LXX. secus accepere verbum יַרְשִׁיעַ *rasah*, pro malefacere, quis mihi malefaciet, quis lædet me: nam verbum ancipitis significationis, sed Paulus Rom. 8. v. 33. visus est sequi priorē significationem, vbi inquit: *Quis accusabit aduersus electos Dei, Deus, qui iustificat, quis est, qui condemnet.* Nisi quis velit à Paulo reddi integrum versum superiorem octauum: *iuxta est, qui iustificat me, quis cōtradicet mihi*, & pro, cōtradicet mihi, reposuit: *quis est, qui condemnet me?* Sed vtro modo senseris, parum interest, cùm sensus vix immutetur. nā aduersarij neq; Christo cō-

demnationem veram & legitimam, neque iacturam pepererunt, sed sibi ipsis exitialem tam præsentis seculi, quam futuri: quam continet, & prædicit altera pars versus.

90. *Ecce omnes, quasi vestimentum conterentur, tinea comedet illos.*] Apud vnum Procopium obseruo, hæc quondam ab aliquo autore fuisse interpretata de abrogatione veteris legis: nam primo loco Procopius hác interpretationé recensuit, deinde alias, tacitis de more nominibus autorum. Quem autorem, quicumque ille fuerit, é versione Græcá puto captasse occasionem, simul & ex Apostolo Paulo, nam LXX. vertunt: *quasi vestimentum veterascetis*, & Paulus Hebr. 8. v. 12. cùm exponeret illud Ierem. 13. v. 31. *consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum*, &c. addit ipse: *dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.*

Veteris legis abrogandæ simile.

Ex his suspicor enatam fuisse hanc expositionem, quam si voluero alere, & fulcire, non deest, vnde conor in gratiam lectoris, vt ei aliquid noui ostendam in hoc attrito, & veteri vestimento. Amictus aptè dicitur cultus corporis, quare Religio est quidam habitus, quo Deum colimus, ornamus, & quasi amicimus. Vestis & amictus, quandiu corpori est applicitus, immunis est à tinea: cùm verò abiicitur, & desinit esse vtibilis, tunc facile a tinea corroditur, & exeditur. Iam inde elucet vis translationis. Minatur enim Deus, siue Christus propter scelus contra se à Iudæis admittendum, eorum cultum, legémque ceremonialem, quâ ad id téporis colebatur, ornabatur, & quasi splendidâ ac nitidâ veste amiciebatur, à se fore exuendá, abiiciendam, non amplius resumendam: sed blattis tineisque permittendam, vt nulli postea vsui esse possit, cúmque eadem sit ratio de cultoribus, atque de cultu, quia nomina concreta luculentiùs non exhibent, quàm abstracta, ipsos Iudæos priscos sui cultores, quasi vestimentum vbi fuerint repudiati, & abiecti fore conterendos, & a tineâ comedendos minatur.

Cultus est vt hic amictus.

91. Non parum commodat huic interpretationi lumbare illud ænigmaticum, quod Deus iussit à Ieremia exui, & defodi, quoad putresceret. Cuius ænigmatis nucleum Deus ipse aperit Ier. 13. v. 11. *Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.* Itaque populus ille erat, quo Deus accingebatur, induebatur, & quasi amictu nitido splendebat: sed cùm se ipse populus multis sceleribus, sed præcipuè Christi sanguine effuso sordidasset, abiectus est omnino. Audi Hieronymum ad Ieremiam: qui cùm dixisset, abiectum fuisse in Chaldæam, & inde reuocatum, addidit: *Qui nihilominus & post reditum, Dei præcepta non fecit, sed secutus Deos alienos ad extremum etiam in Dei filium misit manus, & æterna perditione contabuit.*

Cingulum pro populo Israel.

Hieronym.

91. Ergo & Mosaica lex, ac Iudaica religio consenuit, contabuit, à blattis corrosa periit: & mali illi cultores perditi sunt, quod posterius amplexi sunt omnes interpretes, quos mihi videre contigit, & Procopius, qui ad antiquationem veteris testamenti allegat, communem quoque sententiam annumerat.

Itaque omnes postremum Iudaicæ gentis exitium agnoscunt. sed non omnes vno modo metaphoram vestis & tineæ declarant.

Vestis & tineæ similitudo quo tendat.

Quidam ad vilitatem, mortalitatem & corruptionem adducunt: acsi Christus rationem afferat, ob quam talium aduersariorum calumnias spernat: adeò fragilium, & infirmorum, vt eos vermiculus satis sit exedere, similiter ac pannosam vestem. Fauent Symmachus & Aquila apud Hieronymum & Procopium, quorum prior pro *tinea* substituit *rubiginem*, & posterior, *vermem*: genus pro forma & specie. Hoc placuisse video S. Thomæ & Forerio. Vide Iob 4. v. 19. *Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea.* id est, intra se habét seminarium corruptionis, licét non adueniat extrinsecus interitus, ipsi ex se interibunt, vt vestes ex se gignunt tineam. 93.

Homo ex se corruptibilis vt vestis à tinea.

Hac naturá tineæ innixi trahunt aliò. Leo Castrius ad dissidia intestina, quibus Iudæorum natio periit, non displicet. Lege Iosephum de bello Iudaico. 94.

Bella ciuilia.

Plures ad conscientiæ morsus internos ortos e peccatis admissis, ad morsus corrodentis inuidiæ, cùm viderent se repulsos, & Gentiles sui loco allectos; sic fere Hieron. Haymo, Procopius, Osorius, Adamus, Sà, de inuidiâ vocationis Gentium, nominatim tres auctores primo loco positi.

Conscientia mala corrodit.

Inuidia corrodit.

Cyrillus singulariter exponit, plagam ineuitabilem, & insanabilem: non malè hæret ingenio tineæ. Alii, quia Iudæi suis peccatis eam sibi calamitatem pepererunt, quæ etiam est accommodata admodum explicatio, & videtur esse parœmialis locutio: Hispanicè: *del paño sale la polilla*: quæ rectè applicatur iis omnibus, quæ sibi suum ingenerant interitum: cúmque Iudæi ob reiectionem Christi fuerint reiecti, & ob occisionem eiusdem occisi, probè prædicuntur a se ipsi absumendi, vt pannus à tineá: vel vt vestis abiecta, & ab vsu contemta, vt expono num. 90. Hoc idem videtur tradi initio capitis v. 1. *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Quia veni, & nō erat vir: vocaui & non erat, qui audiret.* Sed hoc loco de grauiori crimine accusantur; quod Christú ipsi vicissim accusauerint, quòd calumnias struxerint, quòd eius tergum verberibus lacerarint, barbam euellerint, faciem alapis contuderint, sputis fœdarint. Ex iis tantis flagitiis procreata est pœna & vltio quæ illos omnino consumpsit. 95.

Tinea pro plaga insanabili.

Parœmia sibi interitum.

Vers. 10. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

IMplicant hanc periodú interpretes dú tá variè & contrariè etiam explicát. Ego proponá in primis explicationem, quæ mihi videtur expedita, ex qua dabo operam, vt alias expediá aut submoueam, sicubi non licebit expedire. 96.

Principio probo sententiam eorum, qui hanc interrogationem arbitrantur valere idem quod affirmationem seu negationem: scilicet, paucos esse, aut neminem, qui *timens Deum audiat vocem serui eius*, quod satis affirmatur versu sequenti: *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis*: quódque esse improsperum omé istic iam videbimus. Itaque quia vix vllus futurus esse prævideretur, qui timens Dominum

Interrogatio pro negatione.

sit

sit auditurus vocè Christi & accepturus Euágeliû,ideo præcedit *Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.* tanquã huius effati reddatur ratio, *quis ex vobis timens Dominum*, &c. id est, quotusquisque ex vobis obediet Christo? quæ sola obedientia poterit vos liberare ab interitu. Quoad hanc partem versus,ita sentit Procopius,cuius hæc sunt verba: *Quis in vobis timens Dominum? minimum, vt talium penuriam, paucitatemque demonstret.* Vnde non est noua ista interpretatio:eam præterea secutus est Haymo,& Hugo.

97. Sed ego alteram quoque partem versiculi legebam cum eadem interrogatione, quia sermo est continuus,hoc modo: *qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei,speret in nomine Domini & innitatur super Deum suum:* vbi repetenda, vel subintelligenda est præcedens particula: *quis ex vobis est*, cui apte iungitur, *qui ambulauit* (i. ambulans) *in tenebris, &* (cùm *non est lumen ei,speret in nomine Domini, & innitatur super Deũ suum?* Sed obiicis: hæc nota interrogationis in hoc est noua. Fateor,sed nihil officit integritati sacri contextus,& eum extricat. Vellem habere patronum:sed interea adest editio Pagnini,quę est interlinearis in Bibliis Regiis. Et verò contextus orationis id exigit: Nam *timere Dominũ, & sperare in nomine eius, & inniti super Deum* in rebus dubiis,atque difficilibus affinia sunt, & connexa,vt vnum sine altero reperiri nequeat, vnde ad eosdem referri debent: scilicet ad Iudæos, qui neque Deum timuerunt, neque vocem Saluatoris audierunt, neque in rebus obscuris,nempe, cùm dubium esse posset, essétne Christus,is,qui tam humilis,& abiectus quoad externa, apparebat, non innixi sunt super Deũ suum.hoc est,non sunt vsi testimonio vatũ,qui eum certissimis & infallibilibus notis, insignibusque descripserant, atque distinxerant, vt si vellẽt animaduertere, facile possent agnoscere.

Iudæi noluerunt vocem S. audire quoad Christum.

98. Hoc Christus agit apud Ioan.5.v.39. *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternam habere:& illæ sunt quæ testimonium perhibent de me:& non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Ergo quia Iudæi obcæcati suis cupiditatibus ac vitiis noluerunt credere & fidere Deo in suis vatibus & scripturis, ad vitam veram & æternam non peruenerunt, sed in perpetuum aberrarunt ac reiecti sunt. Vnde qui auctores priorem huius versiculi partem de paucitate credentium Iudæorum exponunt, coguntur prope, non dissimiliter posteriorem exponere. Cumque subsequens versus: *Ecce vos omnes accendentes ignem,accincti flammis,ambulate in lumine ignis vestri,& in flammis,quas succendistis:* cùm inquam, hæc verba videantur esse responsum ad superiorem interrogationem, *quis ex vobis*, &c. & omnes fere interpretes de supplicio populi Iudaici intelligant, euadit multo probabilior interpretatio nostra.

99. Quibus ad hanc normam explicatis, lectori linquo iudicandum de aliis explicationibus: quas summatim cum suo quamque autore subiicio. Prima est Hebræorum, qui volunt ab Isaiã moneri bonos,vt vni Deo in rebus aduersis fidant. Probant id S. Thom. Hugo, Mariana: quibus *serui*, cuius vox sit audienda, est ipsemet Isaias, aut alius a Christo. Sed illud: *qui ambulauit in tenebris*, aliqui referũt ad Isaiã; vnde hi notam interrogationis non vbi nunc iacet in libris, sed vltrà figere coguntur hoc modo: *Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui,qui ambulauit in tenebris,& non est lumen ei?* sic explicat Mariana noster, & exponit *qui ambulauit*, qui ambulat, qui premitur, & affligitur: Alia expositio:vt sit Christi, siue Dei adhortatio ad pios Iudæos, vt Deo vero innitantur. Sed ii rursus autores diducuntur: nam plerique illud idem: *qui ambulauit*, componunt cum præcedenti: *quis ex vobis timens Dominum:* at Hieronymus cum proximo nomine, *serui sui*, qui seruus Dei, scil. Christus ambulauit in tenebris aduersitatis. Sed viderit lector, quando ei permisi libram & examen, an probe id detur Christo, nam etsi alicubi *tenebræ* sumuntur pro rebus aduersis, fit tamen, quia in iis non lucet nobis,quid sequendum,quóve confugiendum, quod Christum dedecet. Denique est diuersa interpretatio L X X. quam habes ad manum apud S. Hieronymum & expositum. Mihi quidem, quam initio posui & probaui, semper visa est expeditior,& aptiùs innexa sequentibus.

Opinio Hebræorum.

Opinio 2.

Expositio 3.

Vers. 11. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factũ est hoc vobis, in doloribus dormietis.

VT esset obscura metaphora, & dubia significatio *ignis, flãmarum & luminis*, prospera, an improspera foret, certè verba vltima: 100.
in doloribus dormietis, omnem sustulerunt obscuritatem,& dubitationem: itaque interpretum nemo dissentit,hunc *ignem*,esse impiorum supplicium: quale verò sit supplicium, est dissidium. Qui supplicium in commune accipiunt,& nullum nominatim,habes S. Th. Vatablũ,Sa,Adamum. Qui Hierosolymitanum excidiũ postremum ob necem Christi,habes Cyrillum, Procop. Hier. Lyram, Haymonẽ, Leonem à Castro. Qui verò gehennale incendium, Hugonẽ, Osorium, Ariam, Forer. Aluar. Sanctium. Qui omnes non valde dissentiunt, nã eorum aliqui ad finẽ in illis verbis; *in doloribus dormietis*, dolores æternos agnoscunt, etsi in superioribus agnouerant temporaneos:& verò à Romanis occisi, maiori ex parte cruciatibus inferni sunt traditi.

Supplicium variè exponitur.

Quare illud modò est explicãdum, cur Iudæi 101.
dicantur *accendentes ignem*, & *accincti flãmis*. Sed nec hoc est obscurũ. Nã ignem accẽdere est subministrare illi pabulũ, eùmque pœnarum ignis alatur culpis, nihil aliud est, quàm quod antea dictũ fuit: v. 1. *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis,& in sceleribus vestris dimisi matrem vestram:* & quod v. 9. *Tinea comedet eos:* adi sup. n. 95. Itaq; *Ecce vos omnes accẽdentes ignem:* quasi perpetuum vsum, officiúmque peccandi significat: quod est igni, id est, supplicio materiã subdere, accumulare. *accincti flãmis*, siue scintillis circundati: nã ex igni erumpunt flãmæ & scintillæ, tanquã assereret Deus: vos vobis in primis incẽditis ignẽ quasi lignis & stipulis, vestris sceleribus, quo igne non solùm vos ardetis, & vrimini, sed & scintillas, ac flammas, quoquo vos vertitis, spargitis, quibus alios incendatis: estis instar furiarum inflammantium omnia. Quod in eos, qui sunt aliis offendiculo, ac secum in vitia,& supplicia trahunt, optimè conuenit.

Ignem accẽdere, quid.

Scandala esse.

102. *Dãnati ſunt vincti.* Forerios fuit arbitratus pro *flammis*, reddi poſſe, *laqueos*, eò quod damnati ſint ignibus infernis, quaſi quibuſdam vinculis illigati. Vide apud eum, & apud Sanctium: cui tranſlationi & metaphoræ non deſunt locutiones fauorabiles in ſacris codicibus, vt Sap. 17. v. 17. & 2. Petr. 2. v. 4. Iud. v. 6. Quibus in locis, tenebris, & ignibus illigari homines, aut angelos ſcribitur. Et verò damnati vinciri ſolent, ne fugiant.

103. *Ambulate in lumine ignis veſtri.*] Ironiam eſſe ſentiunt Adamus, Aluar. & Sanctius, & eadẽ mihi apparet: nã ſeria monitio & adhortatio quorſum? præcipuè cùm extemplo ſit: *de manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis*: quod de gehennâ exponunt etiam illi, qui ſeriò Deũ loqui exſiſtimant. *Irridentur qui ſibi ſtruunt incendium.* Itaque eſt bella, & opportuna irriſio: vos vobis ignẽ incẽdiſtis, fruimini eius flammâ, & lumine, qui verum lumen Chriſtum vobis oblatum refugiſtis. Reſpicitur etiam ad ſuperius lumen: *qui ambulauit in tenebris, & non eſt ei lumen*, &c. qui enim cùm eſſet in illis tenebris, & in illâ abſentiâ luminis, noluit accedere, & ſperare in nomine Domini, qui eſt verum lumen, is meritò traditur igni æterno, vt eius vratur & torqueatur obſcuro lumine. Alij 104. exponunt: *ambulate in lumine ignis veſtri*, id eſt: ite, vt ſit idem, quod: *ite maledicti in ignem æternum*. Sed cùm ſit ſententia eadem, plus habet gratiæ, & acerbitatis, ſi ſit ironia; & verbũ הלך *halac*, quod eſt *ambulare*, id exigit: *Paſanos per eſas praderias*. quod potiſſimè cadit in eos, qui vt deliciis affluerent in hoc ſeculo, ſe vitiis mancipârunt. Sap. 2. verſ. 8. *Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra*, &c. eodem pertinet: *in doloribus dormietis*: ſiue, *cubabitis*. Exemplo, *Epulo diues in Euang.* plurium inſtar, ſit vnus epulo diues Euangelicus, indutus byſſo & purpurâ, quotidie epulans ſplendide, & vt par eſt credere, molliſſime nocte cubans, & interdiu, per amœna loca inambulans: qui mortuus iacuit in ignibus: quos ipſe ſibi dum viueret, abundè ſuccendit. Si plura ad mores deſideras, conſule Orig.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVMPRIMVM.

1. AVdite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum: attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis.

2. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.

3. Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius: & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

4. Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet.

5. Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.

6. Leuate in cœlum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum: quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt: Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet.

7. Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis.

8. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in generationes generationum.

9. Conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini: conſurge ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſæculorum. Numquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem?

10. Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis: qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent liberati?

11. Et nunc qui redempti ſunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium, & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

12. Ego, ego ipſe conſolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcet?

13. Et oblitus es Domini factoris tui qui tetendit cœlos, & fundauit terram: & formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc eſt furor tribulantis?

14. Citò veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vſque ad internecionem, nec deficiet panis eius.

15 Ego

15. Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen meum.

16. Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cœlos, & fundes terram: & dicas ad Sion: Populus meus es tu.

17. Eleuare eleuare, consurgere Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces.

18. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit: & non est qui apprehendat manus eius ex omnibus filiis quos enutriuit.

19. Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te, vastitas? & contritio & fames, & gladius: quis consolabitur te?

20. Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui.

21. Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino.

22. Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus qui pugnabit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies vt bibas illum vltra.

23. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

Vers. 1. Audite me, qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum: attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis.

1. *Sensus & argumentum.* IN superioribus actum est de repudio Synagogæ, de excidio populi Israelitici, dictumque paucos fore, qui Deum essent secuturi, & super eum innixuri: quique Euangelium essent amplexuri. Hos paucos, nimirum Apostolos, & primos è Iudaismo Christianos Deus nunc alloquitur, solatur, confirmat, & bene sperare iubet, & quamuis raros, pressos, & afflictos, fore tamen multiplicandos, augendos, & amplificandos supra modum, numerumque, orditurque adhortationem ab exemplo maximè idoneo, & ab eleganti metaphora.

Brevis Iudæi.

2. *Iudæi boni filium monentur.* *Audite me, qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum.*] Hæc oratio, & hortatio non est Isaiæ, sed Dei, vt liquet è vers. 2. *quia vnum vocaui eum, & benedixi ei.* scil. Abrahæ qui Deus imperat attentionem non omnibus sectatoribus iusti, & quærentibus Dominum, sed nominatim bonis verisque Israelitis, vt exponit illico: *attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum,* &c. Nec dici potest admoneri posteros spirituales Abrahæ, qui essent imitatione, non genere filij: id enim apertissime textus sermonis excludit, & scopus. Nam ex eo, quòd Deus quondam ex vno Abrahamo, & ex vna Sara senibus, & effœtis prolem innumerabilem sustulerat, vult nunc confirmare primos Christi fideles, se posse è paucis quotquot libuerit, producere. Itaque hoc loco naturalis, & carnalis Abrahæ & Saræ proles traditur. Id vnum in primis examinandum, quamobrem Abraham appellatur *Petra,* & Sara *cauerna laci,* & filij eorum, inde *præcisi.* *Abraham cur Petra & Sara cauerna.*

Non pauci interpretum existimant, Abrahamum comparari cùm Petra propter firmitudinem fidei, & constantiam; nam cum ei Deus prolem esset pollicitus, *non infirmatus est fide,* (Rom. 4. v. 19.) *nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.* *Abrahæ fides.*

Hanc firmissimam fidem, & inuictam confidentiam Abrahæ proponit Deus imitandam iis, qui sequuntur quod iustum est, vt sicut Abraham credidit Deo dicenti Gen. 15. v. 5. *Suspice cælum, & numera stellas si potes, & dixit ei, sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiā:* sic isti, quibus cum agitur, cùm profiteantur se sequi iustitiam, & Dominum quærere, confidant, ne minimum quidem hæsitantes, & licet se considerent paucissimos, & persecutionum fluctibus obrutos, ac propè extinctos, semen suum spirituale fore *vt stellas cæli.* Nam ideo apud Isaiam credo poni illud; *qui sequimini quod iustum est,* צֶדֶק *tsedec, iustitiam,* vt fieret allusio ad locum Genesis, *Credidit Abraham Deo, & reputatū est illi ad iustitiā.* Vocari Abrahamum *petram* ob hanc firmitatē fidei sentiunt Hugo, Vatablus, Osorius, & Emanuel Sa. quibus fauet versio Græca: *respicite ad solidam petram.* Et verò Petra, saxumque symbolum est constantiæ, ob suam naturalem grauitatem, immobilitatem, & duritiam ad resistendum. 3. *Spes in rebus afflictis.* *Petra pro constantia.*

Verùm huic tam verisimili expositioni detrahit altera pars similitudinis, quâ dicitur Sara *cauerna laci,* nam ex vtraque parte integrari, completique translationem est mihi certissimum. At in *cauerna laci,* non apparet ea, quæ in Petra firmitas & constantia, neque quæ per Petra signatur fides, & cōfidentia: sed addubitauit Sara cùm Angelus dixit Abrahamo: Gene. 18. v. 10. *Reuertens veniā ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi.* Quem risum fuisse reprehensibilem & vitiosum, constat è verbis sequentibus. riserat enim Abrahā supra c. 17. v. 17. & nō fuit obiurgatus. Aug. q. 36. *Quia illius risus admirationis & lætitiæ fuit, Saræ autem dubitationis, & ab illo diiudicari potuit qui corda hominum nouit.* Quod cùm ita sit, si Dei consilium esset, parentum fidem de prole augenda proponere imitandam, nunquam Saræ meminisset, quæ dubitabunda riserat Angeli Deique promissionem. 4. *Aug.*

Cyrillus, Procopiusq; ad rei difficultatē, quę 5.

Proles difficilis ex Abrahamo, & Sara. fuit in educendâ sobole ex Abrahamo & Sarâ, A quã Dens superauit, istã metapborã allegãt: *Vt enim,* inquit Cyrillus, *est difficillimũ è petra solida & immani lapides excidere, & puteum profundum exhaurire: eodem modo haud procliue est, imò impossibile ex sene & sterili nasci filium.* Addit Procopius: cùm saxi more, liberis, fructúque carerẽt, Deo effectos fuisse parentes multarum gentiũ. Huc cõcedit S. Thomas, cùm ait lapides præcidi violenter, sic filios natos fuisse ex his parẽtibus, extra cursum naturæ. Nõ aberrat ab scopo

Difficultas superata facit spem alterius similis superandæ. hæc senteotia, quatenus affirmat exemplo rei difficillimę, diuinitns expeditę, & exhibitę, Deũ velle animos, & spem erigere nouis Christianis ad sperãdũ sui incremẽtũ: sed non dubito sub oominibns *petra*, & *caverna* aliquid amplius latere: quod duobus modis expediã, & euoluam. B

6. *Ædificium pro familiâ. Exod. 1. v. 21 Ruth. 4. v. 11.* Prior modus est tritior: sciri est enim, peculiari locutione Hebræâ, familiã dici domũ, seu ædificiũ, & ędificare domum esse filios gignere, procreare: vnde filij sũt quasi lapides, & Hebraicè vtriq; ferè eodẽ nomine vocãtur, lapides אבנים *abanim*, & filij, primâ detracta litterâ בנים

Filij quasi lapides. Parentes, & autores familiæ, quasi lapidicinæ. *banim*; ex quo genere dicendi rectè cõsequitur, vt primi parentes, è quibns filij tollunrnr, dicantur lapidicina, & saxa. vide Riberam Amos 9. nu. 21. Vnde cùm Abraham & Sara fueriot Iudaici populi primi parentes, aptè monentur Iudæi: *Attendite ad petram, vnde excisi estis*, & quoniã sermo sacer Hebr. amat varietatem vo- C cum vel io eâdem senteotiâ, addit: *& ad cauernam laci, de quâ præcisi estis*: vel idem vtroque nomioe signans, nam lapidicina interdum excauatur, & fit cauerna, dum ex eâ lapides eruũtur: vel nomen *petræ* accommodat viro, & nomen *cauernæ* tribuit fœminæ, ob vteri formam. Simque autor lectori, ne quid subtilius in hac translatione aut curiosius ioquirat.

7. *Steriles vt saxa, quoad prolem.* Quod si in hoc saxo libet intelligere *emortuum corpus* Abrahæ, & in cauernâ *emortuã vuluam Saræ*, quia nibil sit ferè, quod magis distet à vitâ, quàm lapis, non resisto: neque est contra monitum modò datum. Qui enim ea illis corporibus, quoad gignendum, æquè effœtis, ac si essent saxa, potuit præcidere lapides viuos, fi- D lios innumeros, & ex eis copiosissimam ædificare domum, & florentissimam excitare familiam: is etiam poterit è paucis fidelibus quantumuis afflictis Ecclesiam expromere frequentissimam & illustrissimam.

Allusio hæc. Quin si vlteriùs arrideat, hue respeaisse Baptistam, cùm diait Iudæis iactantibus genus Abrahæ: Matt. 3. v. 9. *Ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*: re nihil absurdi facturum affirmo. Vide quod retigi c. 41. n. 88. Illum lapidẽ apud

8. *Lapis Isaac.* Dan. 2. v. 34. & v. 45. *De monte præcisum sine manibus*, sunt qui accipiant non modò Iudæi, sed E & Christiani, Isaac natum ex Abrahamo supra vires naturæ, è quo genus duxit Christus, adiicitq; illic Theodoretus hæc verba: *Consueuit sæpe*

Theod. *ortum præter naturam, lapidis excisionem diuina scriptura nuncupare. Iudæis enim redigens in memoriam Esaias eam filij procreationem, quæ præter naturam, Abrahamo concessa fuit, inspicite, aiebat, in solidam petram, ex qua excisi estis. igitur mons, Demisca tribus est, lapis autem Christus.*

9. *Lapis Christus.* Conuenit nobis eum Iudæis, hunc lapidem esse Christum, nobis iam abscissum, illis nondum, sed abscindendum, qui error, quia proposito non obest, alibi refellitur. Deinde alijs dicitur *abscissus de monte sine manibus*, quia de Virgine Maria sine virili operâ processit: & hęc est expositio communis Patrum: alijs, quia ex Abrahamo, quasi monte & lapidicina fuerit pręcisus, medio Isaac, qui proximè ab eo est procreatus, non naturali facultate, sed diuinâ virtute: quæ procreatio præter naturam, aptè, vt ait Theodoretus, lapidis excisio dicitur, lapis enim lapidem oon parit naturaliter, sed alienâ operâ à lapidicinâ deciditur: sic proles cùm naturæ vires excedit, quod significari suspicor, verbo, qno vtitur hîc scriptura diuina, *præcido: præcisi, & excisi estis*: quod Hebr. est duplex, & diuersum, sed eiusdem notæ: prius propriè est,

B præcidere; posterius, effodere, & eruere: quod vtrumque artificium & vim contiuet additam naturæ: & secundum verbum magis coogruit cauernæ, & lacui, primum latomiæ, vnde LXX. reddunt λατομίαν, & alterum βόθυνον. Similiter apud Danielem est verbum גזר *gazar*, quod est excidere: quia vtraque natiuitas tam Christi, quã Isaaci non fuit solius naturæ, sed eiusdẽ diuinitus adiutę. Et vt ex vno Isaac processit innumerabilis hominũ multitudo par arenis maris, & sideribus cœli: sic ille lapis Nabuchodonosori visus creuit, *& factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* *Dan. 2. v. 35.*

C Istum nucleum includi & sensum intra hanc Petram, seu latomiam, & intra cauernam laci ipse mihi persuasi. Et quidem spectare ad illam translationem, quâ filij lapides, & familia domus, seu ædificium Hebraicè dicitur, in commune censent Forer. Mariana, Sanctius, Delrius in Adag. n. 788. & Arias. Sed hic postremus de more, subtiliùs, & distinctiùs: vt, quia ad structuram opus est lapide, & cæmento, seu bitumine, Petra, sc. Abrahamus sit latomia, lapidicina; cauerna laci, scil. Sara, sit vnde cœmentum, & intritum. Acuta & diserta distributio: quæ physicæ consentiat, an repugnet, diiudicare oon est animus: quia non putem hoc loco attendi diuersa officia viri, & fœminæ in fœtu: 10.

D sed tam Abrahamum quàm Saram naturaliter fuisse sterilem, & diuinitus genuisse.

Adamus expooit *petram*, fontem, è quo vti riuuli Abrahamitæ manarint: Forerius *cauernã laci*, cisternam, puteum, è quo veluti aquæ, Israëlitæ fuerint effossi, quia vt vidimus, posterius hoc verbum est, effodere, & eruere. Addit noster Sanctius alludi ad duos illos notissimos fontes deserti, quorum vnus manauit è saxo, alter fuit instar putei. De priori Exod. 17. v. 6. de posteriori Num. 21. v. 16. 18. 11. *Varia coniectura.*

Non sum oblitus alicubi parentes comparari cum fontibus, & posteros cum riuulis, sed memini etiam, vbi id fit, à scripturâ sãctâ vsurpari vocabula huic significationi conuenientia, vt c. 48. v. 1. *Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis*: vbi cernis verbi proprietatem, *exire*: vnde si in hac *petrâ* fuisset animus fontem signare cum allusione ad fontem Exodi, non diceret, de quâ *excisi estis*, sed vnde emanastis, effluxistis, aut quid simile: adde; verbum esse latomicum, & lapidicinũ, vt supr. ostẽdi n. 9. idẽ opposuero cõtra alterũ de *cauernâ laci* cui verbũ נקר *nacàr* tribuitur, quòd qui molliùs vertunt, vertũt *eruere* aut *effodere*, aquis parũ congruens, cùm hæ è puteo 12. *Parentes quatenus dicantur fontes.* E

nou

non effodiatur, multò minùs euantur, sed spon- A
te scaturiant, & inde si puteus sit altior, haurian-
tur. At tu rursus mihi opponas cap. 35. v. 6. *quia
scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine:*
respondeo, aquas poni pro locis continentibus
aquas, est enim metonymia cùm subijcitur pro
re continenti res ipsa cõtenta: itaque aquæ sunt
putei, & torrentes sunt aluei qui probe dicun-
tur fodi, scindique; at verò hic separatim scribi-
tur locus vnde res tollitur, & vbi continebatur,
sc. *petra, & cauerna laci*, quare si hæ cogitentur
quidã fõtes, & putei, ipsæ benè dici possẽt scindi
& fodi, nõ verò aquę inde nascẽtes, & ebulliẽtes.
13. Quocirca LXX. cùm verbũ excidere, & alto-
Editio LXX. rum affine acciperent non passiuè, sed actiuè,
reddunt: *inspicite solidam petram, quam excidistis,* B
& foueam laci, quam fodistis. Quæ editio, etsi La-
tinæ vulgatæ parum consentiens, in eo tamen
congruit, quod retinet vim verborum, vt aiat,
petra excinda, & *cauernam laci fodi.* quorũ prius
mẽbrũ etiã Cyril. retulit ad lapidicinã, sed po-
sterius ad haustũ, siue exhaustũ putei profundi.
14. Christi passio. At quoniam Christus non semel lapis & pe-
tra in diuinis chartis scribitur, mouit nonnul-
los, & in iis Hieronymum hæc versio Græca, vt
crederent hoc loco coargui Iudęos, qui Christi
manus, pedes latúsque foderunt, & eũ occide-
runt: nam in *foueà laci* aliqui sepulcrũ viderunt.
Mihi tamen hanc interpretationem magno-
15. pere dissuadet, & excutit prima pars istius ca- C
pitis: *Audite me, qui sequimini quod iustum est, &
quæritis Dominum*: nam vt verbum *sequimini*, He-
braicè & Græcè sit anceps, & possit verti: per-
sequimini, aut sequimini, quid facies altero ver-
bo: *& quæritis Dominum?* quomodo in peiorem
Vana torquenda scriptura vt sonet Christum. significationem inflectes? Torquet se Leo Ca-
strius vt id assequatur, detorquétque contextũ,
& resistente consensu omnium codicum, asse-
uerat non scripsisse LXX. τὸ δίκαιον, sed τὸν δί-
καιον, id est, nõ, *quod iustum est*, adiectiuè, sed sub-
stantiuè, *illum iustum.* Laudo quidem pietatem
& zelum agnoscendi in scriptura Christum,
sed non illum zelum, qui aduersetur scientiæ.
Præterea quæ consequuntur à vers. 3. declarant D
hic non esse rem cum Iudęis impiis, sed cũ piis.

Vers. 2. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.

INterpretatur nobis ipsemet Deus, quæ qua-
lisque sit illa *petra, & cauerna laci*, ad quas iu-
beat Iudęos mẽtis oculos intẽdere: vnde miror,
esse, qui non sit hac interpretatione contentus.
16. *Vnum vocaui eum.*] Cùm vocaui, cũ iussi exire
de terrà sua, vnus erat, solus, liberis orbus: cui E
quam promisi numerosissimam sobolem, reipsà
præstiti. Genes. 12. v. 1. *Dixit autem Dominus ad
Abrahã: egredere de terra tua, & de cognatione tua,
& de domo patris tui, & veni in terram, quam mon-
strabo tibi. Faciámque te in gentem magnam, & be-
nedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erísque
benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & male-
dicam maledicentibus tibi: atque in te benedicentur
omnes cognationes terræ.* Hæc eadem promissio
firmatur Gen. 18. v. 18. c. 22. v. 17. istuc respicit
Deus hoc loco Isaiæ & hoc exemplum diuinæ
liberalitatis in promittendo, & diuinæ fidelita-
A tis in exequendo vult diligenter & vigilanter
attendi, & considerari: idcirco verbum iterat:
Attendite ad petram, &c. Attendite ad Abraham.
Hanc Abrahami vocationem, & amplificatio- 17.
nẽ fuisse typicam, memor sum docuisse ad c. 41. Vocatio A-
v. 10. n. 151. eò moneo redire lectorẽ. Addo nũc brahæ typica
ex Paulo Gal. 3. v. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissio-* fuit.
*nes, & semini eius; non dicit, & seminibus, quasi in
multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Chri-
stus.* Cùm ergo Abrahã pater multarũ Gentium
fuerit typ⁹ Christi principis futuri seculi, & fa-
milia ac posteritas Abrahæ figura extiterit Ec-
clesię Christianæ, & cùm Deus pollicebatur A-
brahæ innumerabilẽ sobolẽ, pollicebatur Chri-
sto posteritatẽ supra numerũ: cùm iã esset im-
B pleta promissio præfigurãs, dubitari nõ poterat,
quin implẽda esset promissio præfigurata. Huc
pertinet ista admonitio: *Attendite ad Abraham
patrem vestrum: vnum vocaui eum, & benedixi ei,
& multiplicaui eum*: scil. vt esset forma, & ima-
go futuri: ex vno Christo videlicet frequen-
tissimam & splendidissimam Ecclesiam nasci-
turam. Hunc Isaiæ locum respicit Paulus He- Allusio hic.
br. c. 11 v. 12. *Propter quod & ab vno orti sunt, (&
hoc emortuo) tanquam sidera cœli in multitudinem,
& sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis.*
Apud Vatem nostrum: *Vnum vocaui eum, & be-
nedixi ei, & multiplicaui eum.* Quo constituto, re-
ctè astruitur quod subsequitur.

C

Vers. 3. Consolabitur ergo Dominus Siõ, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius, quasi delicias, & solitudinem eius, quasi hortum Domini. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

SCio Rabbinos, & nonnullos Catholicos re- 18.
uocare hæc ad tempus, & statum, post redi- Sion spiri-
tum Iudæorum à captiuitate Chaldaicâ, à qui- tualis, non
D bus non admodum abhorret Sanctius, ita vt materialis.
typicè accipiantur de Ecclesiâ: sed tandẽ magis
propendet, vt litteraliter sint de eâdem. Cui ego
sententiæ communi firmiter hæreo, & id tan-
tùm permisero, vt sit ad historiam populi & re-
ditus Hebraici respectus, vt aliàs sæpe moneo.
Itaque *Sion* hoc loco est cœtus & Ecclesia ex 19.
Apostolis, aliísque Iudæis translatis ad Euan- Ecclesia ex
gelium qui vehementer dolebant Synagogam Iudæis dolet
cadere, deseri, atque repudiari. Hunc Sionis do- perire Syna-
lorem in vno Paulo licebit agnoscere, & spe- gogam.
ctare Rom. 9. vers. 1. *Veritatem dico in Christo, non
mentior: testimonium perhibente mihi conscientia
mea in Spiritu Sancto: quoniam tristitia mihi magna
E est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego
ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui
sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israeli-
tæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamen-
tum, & legislatio, & promissa: quorum patres, & ex
quibus est Christus, secundum carnem, qui est su-
per omnia Deus benedictus in secula: amen.*
Vides Sionis, hoc est, bonorum Iudæorum 20.
dolorem, & mœrorem vehementem ob ruinam
Synagogæ, ter à Paulo affirmatum; qui eius
causas multas & graues distinctè commemo-
rat: cui malo vt mederetur, optabat ipse *anathe-
ma esse à Christo*: quod quoquo modo acceperis,

Consolatio de Synagoga abiecta.

flagrantissimum eius studium, & acerbissimum sensum agnouetis. Sed non est, cur Sion se mœrore conticeat, & præ luctu, ac intestino dolore contabescat: hic enim dolor non est inconsolabilis: *Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius.* Hebr. *Nam consolatus est Dominus Sion*: ad certiorem, & firmiorem efficiendam fiduciam.

21. At quæ & qualis hæc consolatio & ruinarum reparatio? *Ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini.* Pro paucis Iudæis cadentibus, & offendentibus ad *lapidem electum, angularem*, suscitabit Deus *ex lapidibus* innumerabiles *filios Abrahæ*, quibus ædificentur, frequententur, splendescant, & hilarescant deserta & solitudines: non minus quam hortus ille primus & Paradisus à Deo conditus & consitus.

Fides & promissio Dei defenditur.

22. Benè quidem, inquies, ista se habent: sed qui Deus cauebit suæ fidei, ac promissioni? Abrahæ enim filios numero pares sideribus cœli, & arenis littoris maris promisit & eis hæreditatem æternam: Paulus paullo ante inductus a nobis, acerbissime ferens gentis suæ iacturam, vt se ipse soletur, & Dei fidem, ac in efficiendis promissis constantiam vindicet, & asserat: statim subdit: Rom. 9. vers. 6. *Non autem, quòd exciderit verbum Dei. Non enim qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.*

Sara non patitur alios esse hæredes, quàm in Isaac.

23. Nec omnes quidem ait Paulus, orti ex Abrahamo habiti sunt eius filij, quoad hæreditatem, quoad nomen, censúmque familiæ, nam de Ismaele Genes. 21. vers. 10. ita seuerè Sara præcipit Abrahæ, aliàs obsequentissima, & eum Dominum appellans: *Eijce ancillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo.* Quod cùm ægrè ferret Abraham, audiuit à Deo: *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen.* quod posteriorum Paulus interpretans inquit; *Qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.*: qui per Isaac promissum à Deo & præstitum diuinitus procreati sunt, ij soli ad familiam, & hæreditariam successionem Abrahæ pertinuerunt. Nam

Gen. 25. v. 1.

etsi *Abraham aliam duxit vxorem nomine Ceturam, quæ peperit ei sex filios*, & ex filiis nati sunt alij, nihilominus *dedit Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac: filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagam Orientalem.*

Cura Dei in segregandis aliis filiis Abrahæ ab Isaac portendit.

24. Quæ tanta cura & Dei prouidentia in secernenda quauis alia sobole Abrahæ ab Isaac, eiusque posteris, non modò, quoad ius hæreditarium, noménque generis, sed etiam quoad sedes & habitaculum, sine dubio aliquid nobis portendebat, quod nihil aliud cogitare possumus commodius, quàm quod Paulus aperit, nõ vno in loco. Vt enim terræ promissæ Chananitidis, & temporalis benedictionis hæredes non

Abrahæ filij, qui propriè.

fuerunt omnes posteri Abrahæ, sed illi tantùm orti per Isaac, qui Isaac natus est non vi solius naturæ, vt alij, sed Dei virtute supra vires naturales ex Sara sene, & infœcunda: ij, inquam, sunt propriè & æstimantur filij Abrahæ, & semen à Deo promissum: sic filij Abrahæ spirituales, & cœlestis hæreditatis hæredes, & semen, cui benedixit Dominus, non sunt carnales eius posteri, sed qui fidem illius secuti sunt diuinitus, qui *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*: siue ex genere Abrahæ, siue quacumque ex aliâ stirpe regenerati in baptismo, & in Christo.

Collatio natiuitatis Isaac & Christiani renati.

Et eleganter Chrysost. ad Rom. alleg. confert inter se vtramque natiuitatem, scil. Isaac, & veri Israelitæ, Christiani nimirum. nam hic nascitur ex aquâ fota, & fœtâ virtute & efficacitate spiritus sancti: cuius præcessit simulacrum in exordio mundi, cùm *spiritus Dei ferebatur* (Hebr. incubabat) *super aquas*: Genes. 1. v. 2. Isaac verò natus est e Sara frigida, & emortuâ, sed Dei virtute calefacta, & ad generandum fœcũda effectâ. Quo fortassis possit attinere quod vers. 1. sit appellata, *cauerna laci*, siue *cisterna*. Cùm ergo talium filiorum spiritualium, ac diuiniorum; qui iam olim sunt à Deo promissi, & in sitû, ortúque Isaaci præmonstrati, futura sit infinita quædam multitudo, est sanè cur Sion, primorum Ecclesia Iudæorum se ipsa consoletur, & patienter ferat suorum contribuliũ ruinâ, tanto meliùs, & excellentiùs restaurandam. 25.

Itaque quamuis multi in *Sion* intelligant Ecclesiam e Gentibus coactam; e suprà tamen constitutis apparet, aptiùs intelligi primitiuam Ecclesiam Apostolorum, & fidelium e Iudaismo conuersorum: cui congruit nomen *ruinas* seu euastationes; & verbum, *consolabitur Dominus*, quæ indicant plagam, & iacturam acceptam: minúsque rectè ad Gentilitatem, prope post diluuium à veri Numinis religione abductam transferri possunt: cùm hæc non recentes ruinas, & dudum accepta damna doleret, & lugeret; cui dolori, & luctui adhiberi solet consolatio, sed potiùs præ diuturnitate, & assuetudine, totius sensus prorsus esset expers, antequam fidem recepisset. Deinde, cùm superiora: *Attendite ad Abraham patrem vestrum, &c.* ad Iudæos dirigantur, efficitur consequens, vt hæc quoque ad eosdem pertineant. 26.

Occurritur. Solitudo non vbique pro Gentilitate, sed aliquando pro Synagoga.

Neque impedit hanc expositionem nomen *desertum*, & *solitudo*: quod solet tribui Gentilibus: nam aptè quoque Synagoga dicitur ita, quia sit à Deo deserta, & repudiata, & sine viso cultu remanserit. Dupliciter enim solitudo, & desertum appellatur, vel ea regio, quæ nunquam fuerit habitata, aut culta: vel ea, quæ desierit habitari, & coli: & si vim Latini nominis *deserti* inspicimus, ab hoc posteriori tractum est. Synagoga igitur repudiata à Deo, tanquam à viro suo dimissa, deserta, amandata, vt suprà cap. 50. vers. 1. *in sceleribus vestris dimisi matrem vestram*: conuenienter appellatur *desertum*, & *solitudo*. quæ enim maior solitudo, & quæ magis deserta, quàm fœmina repudiata à viro, quæque nemini alij potest legitimo iungi connubio? Hanc solitudinem, & derelictionem lamentabatur antea cap. 49. vers. 14. *Et dixit Sion. dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei*: vt quibusdam placuit citatis ibi num. 183. etsi nobis in ea specie & imagine aliud prætereà allucebat. 27.

Quam solitudinem, & eremum Deus pollicetur à se mutatum iri in delicias, in amœnitates, in hortos irriguos, iucundissimos, speciosissimos, & omni arborum genere refertissimos; ita vt referant, repræsentent, imò superent 28.

para

paradisum illum terrestrem; de quo Genes. 2. v. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis ab initio in quo posuit hominem, quem formauerat.* Vbi, *voluptatis* Hebr. est עדן *heden*, quod hoc loco Isaiæ repetitur, & redditur, *delicias*: atque adeò erit iusta, & perfecta Sionis consolatio. Nam quemadmodum cùm Abraham mœreret, & doleret, se esse solùm, solitarium, orbum, & sine prole decessurum Genes. 15. vers. 2. *Dixitque Abraham; Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, &c. Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit*: cùm ita doleret, & quereretur: *statim sermo Domini factus est ad eum dicens: Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, hunc habebis hæredem: eduxitque eum foras, & ait illi: suspice cœlum, & numera stellas si potes: & dixit ei: sic erit semen tuum.* Qua promissione consolatus est Dominus Abrahamum, reddens eum certissimum, suam solitudinem, & orbitatem mutandam fore in sobolem numerosissimam. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.*

29\. Quod cùm in figurà & in parabolà contigerit, cùm sub illà multiplicatione filiorum carnalium latuerit multiplicatio filiorum spiritualium, vt numer. 17. cúmque Deus fuerit consolatus reipsà Abrahamum, quoad priorem prolis multitudinem, cúmque eius solitudinem verterit in delicias, & eius mœrorem in gaudium; nulla potest esse nobis ratio dubitandi, quin Deus sit consolaturus eundem, atque adeò Sionem, & sit mutaturus paradiso desertum. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Consolabitur ergo Dominus Sion*: Legitima conclusio: nam cùm Deus duo promiserit Abrahamo, si alterum de prole carnali, quod erat suprà totius naturæ fastigium, cumulatè præstitit, illúmque hàc in parte fuit consolatus: *consolabitur ergo* quoad alterum de sobole spirituali promissa: *ponétque desertum eius, quasi delicias, & solitudinem eius, quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in eà, gratiarum actio, & vox laudis.*

Figura Promissi facta Abrahæ, & impleta.

30\. Et quo plus extet proportio, & consensio figuræ, & rei præfiguratæ: nota, filium Abrahæ, qui duxit familiam, qui fuit hæres, diuino consilio vocatum fuisse Isaac Genes. 21. vers. 3. *Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac.* quod est risus, siue gaudium. Vnde sequitur vers. 6. *Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus, quicúmque audierit corridebit mihi*, id est, compleuit me Deus gaudio, quicumque audierit, congaudebit, congratulabitur mihi.

31\. Sed vna hæc restat obiectio: sit ita; Deum effecisse alteram partem promissionis, & effecturum alteram, quæ superest, & ab eo consolandum esse Abrahamum, cum vtramque familia prius carnalem, postea spiritualem auxerit: at Sioni, hoc est, Synagogæ, & ipsi genti Iudæorum, quæ abijcitur, & repudiatur hæc non solùm non est consolatio, sed doloris, & mœroris acerbissimi seges, & causa duplex: vna, quòd ipsa reijcitur, altera, quod eius loco Gentilitas asciscitur: nam alterutrum ferret acerbè, vtrumque verò fert acerbissimè. Et sane Deus vt rem aspertimam iamdiu fuerat interminatus per Moysem. Deuter. 32. vers. 20. *Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.*

Obiectio non esse consolationem idoneam.

32\. Quam interminationem ponit, & exponit Paulus Rom. 10. vers. 19. talibus verbis: *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam.* Iustissima vindicta, sed nihilominus asperrima: videre suis oculis populum Israeliticum Deo quondam carissimum, & innumeris ornatum, & amplificatum donis, ac bonis se repudiari in perpetuum: & sui loco substitui populum, qui ne nomen quidem mereatur populi, aut gentis, si secum comparetur: non secus fere, quam idola non sint Deorum nomine dignanda: idque fieri à Deo quodammodo, vt irritentur, vt inuidià contabescant. Quà de æmulatione & inuidia Iudæorum aduersus Gentiles ad fidem allectos ago cap. 26. nu. 6. cap. 40. num. 124. cap. 48. n. 75.

Iudæis acerbe fuit se pelli & adduci in Gentilem.

33\. Quod cùm ita sit quomodo *ergo consolabitur Dominus Sion*, si pro Iudæis repulsis, & exhæredatis adoptet Gentiles?

34\. Dicendum qui fuerint repulsi, & prorsus abiecti, ad eos non attinere istam consolationem, sed illam acerbissimam mœstitiam, & æmulationem. Qui verò admiserunt Euangelium, quales fuerunt Apostoli, & qui è Iudaismo eorum prædicatione demigrarunt ad Ecclesiam, etsi principio dolebant gentis suæ repudium, quod expressimus in vno Paulo sup. num. 19. & aliqui non ex Apostolis, sed è grege succensebant, & inuidebant conuersioni Gentilium, tamen posteaquam Apostoli illis exposuerũt Dei propositum a principio per Vates prænunciatum vocandi ad se Gentiles, in eo acquieuerunt, & horum accessione tulerunt minùs acerbe iacturam & decessionem suorum. Nam reuera Iudæorum natio fuit quasi fermentum, quo tota Gentilium massa azyma fuit maturitatem adepta: fuit radix & stirps, cui, detractis plurimis naturalibus ramis, inserti sunt surculi Gentilium, atque adeò hæc radix, & stirps sustinet ramos insititios.

Iudæorum natio fermentum Ecclesiæ Christi radix, &c. Ro 11. v. 18.

35\. Vnde si arbor aliqua doleret sibi ramos multos præcidi, & amputari, opportuna esset consolatio si quis promitteret, præcisorum loco inserendos esse plures, neque minus generosos, imò multo nobiliores, qui ex eius radicibus succum exsugerent, alimoniámque attraherent, ac proinde ei fructum, quem ferrent acceptum referrent: eáque non minùs posset gloriari de fructiferis surculis insitis, quàm de ramis natiuis: sic certè idonea est præsens consolatio Sionis, cùm Deus illi spondet, pro circumcisis & amputatis ramis naturalibus, & inutilibus, Iudæis, se insiturum alios fertiles, generosos, & vberes, nempe Gentiles: quorum fertilitas, generositas & vbertas non secus pertineat ad ipsam, quàm si eos sponte protulisset. Nobilitas enim ramorum licèt insitorum redundat in stirpem. Eo sensu id ego semper legi illud e carmine Simeonis Luc. 2. v. 32. *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Gloriosum enim fuit Iudæis, non solùm ex ipsis Christum fuisse ortum, sed etiam ab ipsis primùm Euangelium Gentibus fuisse exortum, & traditum, & totius Ecclesiæ Christianæ iacta fundamenta: de quo apertiùs c. 60. Vide Ioan. 4. v. 22. *quia salus ex Iudæis est.*

Meliorem nunc habet natio Iudæorum, quàm antea

Rami insiti æstimantur pro natiuis.

36\. Indidem etiam *gaudium & lætitia inuenietur in eà, gratiarum actio, & vox laudis.* Vide id in vno

seu

sene Simeone expressum instar plurium. Luc. 2. v. 28. *Et ipse accepit eum in vlnas* suas, & benedixit eum, & dixit: *Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* Considera quam longè Simeon abfit à tristitia & inuidia, quod salus & Saluator Gentilibus communicetur, vt eo nomine etiam Deo gratias agat, & se summopere gaudere profiteatur.

Simeon non inuidet Gentilibus fidē

37. At latebat Simeonem, Gentiles Iudæis exhæredibus esse successuros: atque ita esse vtrosque cohæredes non erat, cur ita grauiter ferret? Nihilominùs: imò verbis conceptis prædixit: *Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur.* sc. *in ruinā* Iudæorū, maximā ex parte, *& in resurrectionem* Gentiliū.

Vers. 4. Attendite ad me popule meus, & tribus mea audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet.

38. QVi pridē iusserat animū intendi ad Abrahamū, nunc ad se conuerti præcipit, & lectio, ideo & ad se attendi, & se audiri iubet. Sed quibus hanc attentionē præscribat, disputatur inter autores. Et sunt qui tam populū, quam tribum velint esse Gentiles, quorū vocatione, & accessione mutandū esse desertū Sionis in delicias promiserat, vt nos exponimus: vel quia Gentilitatis desertum, vt alijs placet, ponendū esse in delicias Euangelicas est pollicitus, eos Gentiles attēdere iubet, & audire: esse vtrosq; Gētiles docet Hieron. Cyrillus, Adamus, & Castrius: qui postremus id pugnacissimè defēdit: Hieronymus est facilior, vt partim sint Iudæi, partim Gētiles: cùm ait: *Popule meus*, alloquitur Iudæos; cū verò: *tribus mea*, Gētiles: sic ait Hieronymus à quibusdā distribui, quod ipse dū non improbat, approbare videtur: sequitur Arias, & fauet Græca translatio habēs pro tribu *reges*: qui apparēt esse Gētiles. At Hugo in suā mysticā expositione cōtra: *Popule meus*, putat esse Gentiles, & *tribus mea*, Iudæos: credo, quia hoc nomē *tribus* nō soleat attribui nisi Israeli. Deniq; Sanctius cōtēdit vtrosq; esse Iudæos: Haymo, & Osorius, hos, & illos promiscuè: alij interpretes id prætereunt, vt rē fortasse nō satis pōderis in eorū lācibus.

Qui vtbi ex... tur attēdere Gētiles alii.

Partim Gentiles, partim Iudæi.

Vtrique Iudæi

Mihi Gasparis Sanctij probatur sententia, & ratio: esse vtroque nomine vnos & eosdem Iudæos appellatos. Ratio eius est bona: sumta ex nomine singulari, *popule*, & ex pronomine *meus*; quæ duæ voces peculiarem Dei populum demonstrant: Gentiles enim pluraliter *populi* dici consueuerunt: certè à Deo nullibi compellantur: *popule meus*. idem dixeris de *tribu mea*.

Populus meus nō dicitur à Deo Gentiles.

39. Quam nomenclaturā confirmare possumus è c. 1. Osee v. 9. *Et dixit*; (sc. Deus) *Voca nomē eius, non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero vester.* & inf. v. 10. *Et erit in loco, vbi dicetur eis: non populus meus vos: dicetur eis: filij Dei viuentis.* Quod siue de decem tribubus, siue de solis duabus acceperis, siue de hoc siue de illo tēpore: id inde sumitur, proprium fuisse, & quasi insigne Iudæorum, vt Deus eos appellaret: *Populus meus*: quo nomine, & dignitate priuauit eos, cùm illi Deo se præbuerunt ingratos maximè, & iniuriosos: & sicut ad Gentiles transtulit hæreditatem, ita & nomen. Vide Ose. 2. vers. 1. & ibi Riberam.

Zach. 2. v. 11.

Præterea est consentaneum, ad quos Deus dixerit: *Attendite ad Abraham patrem vestrū, & ad Saram, quæ peperit vos*: ad eosdem, cùm sit idem orationis filum, nūc dicere: *Attendite ad me popule meus*: præsertim cùm sequatur: *Iudicium meum in lucem populorum requiescet*; quod ad Gētiles spectat, & vt quid diuersum effertur. 40.

Quia lex à me exiet.] Hæc *lex* est Euāgelica iis omnibus interpretibus, quibus hîc lucet Christus. Vox est Patris, nam v. 5. sequenti ait. *Propè est Iustus meus, egressus est Saluator meus.* Quod verò promittit: *à me exiet*: simpliciter licet interpretari: i. ego ero autor eius legis: sed si placet aliquid amplius scrutari possit esse tacita collatio, & prælatio: ac si diceret; lex illa prior exiit à Mose, aut plurimum ab Angelo interprete meo (adi Act. 7. v. 53.) at hæc altera lex non ab alio, quàm *à me exiet*: quia eam feret [illegible] meus à me acceptam, & ego & Filius vnum sumus. Istiusmodi est illa differentia Ioan. 1. v. 17. *Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Itaque Moyses vt præco quam à Deo legem acceperat, promulgauit populo at Christus vt Princeps & autor fecit legem: vnde Moysi tribuitur verbum, *dare*, id est, tradere: Christo verbum, *facere*. Lege Aug. tract. 3. in Ioan. 41.

Collatio legis veteris, & nouæ.

Non dissimilis apparet oppositio Mat. 5. vbi sæpius Christus repetit: *Audistis, quia dictum est antiquis*, scil. à Moyse: *ego autem dico vobis* v. 21. 27. 31. 38. 43. Nam etsi illa quoque lex fuit dicta à Deo; sed quoniam hæc altera & à Deo dicta, & ab eodem Deo promulgata, & indicta plus habet dignitatis, vel ex hoc solo capite. alia iam aperiamus. 42.

Et iudicium meum in lucem populorū requiescet.] Obseruo apud autores, *iudicium*, hoc loco non differre à lege Euangelicā, quibus libens accedo: & credo esse conforme vaticiniū c. 42. v. 1. *Dedi spiritum meum: iudicium Gentibus proferet.* quò licebit lectori regredi, vbi quale sit iudicium explanū num. 47. Adiicio: probè Euangelium hoc loci vocari *Iudicium*, quo loci tractatur diuortium Synagogæ, & coniugium Gentilitatis: vt secundùm ius & æquitatem intelligatur fieri hæc permutatio. Deus enim paullo ante ca. 50. v. 1. 2. quasi in iudicio, & forensi propè more, & formulā suam causam agit, tuetur & excusat, iure dimissam à se, & repudiatam esse Synagogam: ex quo fit cōsequens, vt fas fuerit illi aliam vice repudiatæ, ducere vxorem: 44. quam si contingat, esse probiorem, castiorem, fideliorem, constabit etiam, iure fuisse prælatā, ac proinde rectissimum videri Dei iudicium quoad vtramque partem, & dimittendi priorē, & accipiēdi posteriorē. Fore verò hoc posterius cum Gentilitate matrimonium firmū, & indissolubile, verbum, *requiescet*, præ se fert. *Iudicium meū in lucem populorum requiescet*: aut requiescere faciam. Iudicium enim prius, & legislatio illa vetus non requieuit apud Iudæos, erat enim testamentū viui & superstitis testatoris, non eius morte ratum: erat, inquam, voluntas Dei ambulatoria: at testamentum nouum & Euangelium fuit testatoris morte confirmatum, & ita firmū, & irreuocabile, vnde debuit requiescere apud populos Gentiles, quo instituebantur hæredes.

43. Iudiciū pro Euangelio.

Lex vetus non rata, & immota. Heb. 9. v. 16.

Quod

Quod diſcrimen aliàs ſæpe tracto, aut tango. Sed & aliud attingi hîc exiſtimo voce illa. *in lucem populorum*, quaſi oppoſita vmbræ Iudæorum: vt cap. 49. verſ. . *Ecce dedi te in lucem gentium.* Quâ de differentia non paucioribus locis ago.

Lux verus vmbra dis. ſpera.

Verſ. 5. Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.

45. *ad. Cyrillum.*

QVàm anguſtè, qui hæc de Cyro! cùm præcisè *Iuſtus* quis appellatur, iam præſcitum eſt, vt intelligatur Chriſtus: quanto magis cùm Deus ait: *Iuſtus meus?* melioti etiam iure, quàm cùm dicit: *Populus meus*, Iſrael debet accipi. Reſpondet ergo interrogationi, aut voto: quando futura eſt ſupradicta cõſolatio Sionis, & illa tã admirabilis & optabilis cõuerſio deſerti in delicias, & ſolitudinis in paradiſum! *Prope eſt Iuſtus meus: egreſſus eſt Saluator meus*, qui ſua potentia, & ſapientiâ hæc effecturus eſt, & meam, ſuámque fidem liberaturus. Quod verò dicitur: *Egreſſus eſt*, de præterito, ad propinquitatem temporis, potius quàm ad certitudinem C euentus refero.

46. *Brachium pro potentia Dei aut pro Christo.*

Quòd *brachia mea* priùs, & dein, *brachiũ meũ*, Deus nominet, non tanti intereſt: vtroque enim numero potentia ſignificatur: ni malis in *brachiis* duo Dei attributa generalia, potentiam, & ſapientiam: aut iuſtitiam & miſericordiam, & in *brachio* ſingulariter, Chriſtum interpretari.

Iudicare in bonam partem.

Denique quòd prædicit: à ſe populos iudicandos, benigniori ſignificatu intelligere, quia hoc loco læta omnia, & fauſta promittuntur. Nam vt iudicium ſæpe eſt doctrina, eruditio, diſcretio honeſti, & inhoneſti: ſic iudicare, eſt diiudicare, & ſecernere falſum à vero, iuſtum ab iniuſto: quod facit egregiè Euangelium, ante quod quantæ in mundo tenebræ, quanti errores, quantæ dubitationes, & perplexitates circa iudicium de vero, & falſo, de bono, & malo extiterint, qui legit libros Philoſophorum Gentilium, ſatis intelligit.

Ante Euangelium quæ caligo. *Cic. de finibus bonor. & malor.*

47. *Me inſulæ exſpectabunt.*] Hoc declaratum reperies ad capit. 42. verſ. 4. numer. 83. vbi ſimilia: *Legem eius inſulæ expectabunt.* hic verbum Hebraicum, *exſpecta*, ducitur à nomine קו, *kau*, quod eſt, *linea*, quare reddi poſſet: *collineare*, vt metaphora ſumatur ab iis, qui dirigunt iacula ad copum. Deus enim nobis debet eſſe ſcopus, ac finis vltimus, quo acta noſtra & dicta conſilia tendant, atque collineent. Qui enim non propoſito ſibi hoc ſcopo, iaculatur; temerè & fruſtra laborat, aut etiam perperam. Do ſententiam carmine alligatam, vt faciliùs hæreat.

Deus pro ſcopo.

Si ſapis, ante oculos certum præfigito finem:
Hunc vbi præfixis quo iaculeris, habes.
Eſt iaculator homo: illius actio miſſile telum:
Ergo opus eſt fixum ſemper habere ſcopum.
Totius eſt vitæ finis, ſapientia Chriſtus:
Si ſapere hunc fines; diſcere mutus erit.

A

*Verſ.*6. Leuate in cœlum oculos veſtros, & videte ſub terram deorſum: quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum attereтur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt: Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet.

CLara eſt huius loci ſententia, hæc: Salutem à Deo promiſſam fore ſtabiliorem, conſtantioremque cœlo, ac terrâ. Adnotarúntque non vnus, aut alter, ſed plerique eſſe idem pronunciatum quod Chriſti Matth. 24. verſic. 35. *Cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt.* Quo admiſſo, cùm nihil ſit, quod obſtet, vt illud Euangelicum, ita hoc propheticum fuerit interpretandum. Sed illud iam cap. 49. verſ. 15. nu. 195. docui eſſe hypotheticum, ſeu conditionale: id eſt, licèt cœlum, & terra tranſeãt, *verba mea non præteribunt*: iſtiuc erit tibi reuertendum, vbi non multum diſſimilis eſt conditionalis aſſeueratio, & infrà cap. 54. v. 10. n. 85. hîc vtrumque affirmat Sanctius. 48.

Conditionalis aſſertio.

Quam expoſitionem eo libentiùs amplector, ne cogar hoc loco præuertere diſputationem de mundi interitu, ſcil. an, & qualis futurus ſit: quam reſeruo ad cap. 65. v. 17. illud prætereundum non eſt, ad rem non eſſe, & ſi magnos habet autores, prædici cœli, & terræ mutationem in melius: nam quorſum hoc, ſi proponitur probanda conſtantia & firmitas diuinorũ promiſſorum ex iſta comparatione? ergo vt ſtet vis rationis illatæ, cogitanda eſt in cœlo, & in terrâ varietas, & mutatio non in melius, ſed in deterius, aut reipsâ futura, aut ſub conditione, vt nos exponimus, & hoc ipſa verba prophetica conuincunt: *cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimẽtũ atteretur*: quibus in vocibus qui poteſt concipi ſtatus melior & conditio fœlicior iſtorum corporum? Tanti refert, ſpectare finem loquentis, & tenere filum. 49.

Mundi mutatio non in melius, ſed in deterius hîc.

Ex eodem ſcopo & propoſito refellitur quiſquis in cœlis accipit aëra, aut æthera, nam cùm hoc corpore nihil ſit fere mobilius, & facilius cedendo, non aptè diuinæ ſalutis conſtantia cum eo conferretur: ergo opus eſt intelligere cœlum verum, & ſolidum, & natura ſuâ prædutum. Vnde meritò miratur S. Hieronymus editionem LXX. *Cœlum ſicut fumus firmatum eſt*, tametſi officio non cogimur, vt aliàs monuimus, Græcam editionem cum Latina conciliare, hîc tamen libet viam ad id ſic aperire: vt ſit ſenſus: Cœlum non habet maiorem firmitatem, quàm fumus: & ſubaudiatur: ſi comparetur cum mea ſalute, &c. 50.

Et habitatores eius ſicut hæc interibunt: ſalus autem mea in ſempiternum erit.] Particula *autem*, declarat componi, & opponi hæc inter ſe; ex vnâ parte, cœlum, terram, homines, & ex altera ſalutem à Chriſto afferendam. Dices, cùm certum ſit, homines eſſe interituros, certum etiam erit, fore vt intereant cœlum & terra, nam vt hæc duo corpora ita docet homines obnoxios interitui. Imò inde colligunt nonnulli, cœlum & terram mutanda in melius, non verò peritura: quia homines reſurgent incorrupti, & animi ſunt immortales. Ego à meâ ſenten 51.

A sententiâ, & expositione nó demoueor: esse nimitum hypotheticam assertionem: citiùs cœlum, terram, citiùs homines, quoad animos, licèt immortales esse omnino interituros, quàm salus Dei, Christique iustitia promissa deficiat.

Vers. 7. Audite me qui scitis iustum populus meus: lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.

52. *Apostoli, & socij eorum firmantur.* APostolos, eorúmque sodales ex Iudæis, aut etiam alios ex Gentibus insitos radici B sanctæ, & adoptatos, quos iam vt domesticos fidei, & vt vnam domum è duobus parietibus constructam, diruta diuidente maceriâ, populum suum Deus alloquitur, hortatúrque contemnere persecutorum contumelias & conuicia, & cur id fieri debeat, affert.

Vers. 8. Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis: & sicut lanam sic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

C DE similitudine tineæ, supra c. 50. ver. 9. reliqua in Euangelio exponuntur, in quo Christus suos obarmat contra minas hominum impiorum & contra supplicia.

Vers. 9. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum? nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

53. TAmetsi apud LXX. post *consurge, consurge,* Ierusalem interponitur, & ea iubetur consurgere, & hæc lectio prævaluit quondã, & fuit D vsurpata a Cyrillo, & ab antiquiore Tertulliano, tamen notarunt iam diu Hier. & Eusebius, vt habes in notis Vaticanis, eam vocem abesse ab Hebræo, & ab aliis tribus interpretibus.

Quare eius ratio nobis habenda non est. Sed videndum, vt habet Latina contextio, quis qué consurgere velit. Minùs arridebat Forerius existimans esse sermonem Patris ad Filium, D. Iesum. seu Dei ad seipsum: magis idem, cùm addit: posse esse verba Prophetæ. Itaque aut Prophetæ, aut populi est votum & oratio optan- E tis, & precantis Deum, vt quod promiserat de salute sua sempiternâ & iustitiâ præstandâ, & de hostibus suæ Ecclesiæ prosternendis, id quàm primùm exhibeat, hæc est communis & probabilior expositio.

54. Vnde in brachio Domini vtrúmvis intellexeris, vel Dei filium, Christum D. vel Dei potétiá, nihil refert. Quamuis enim alicubi prior notio reperitur, non tamen vbique sed ex adiunctis diiudicanda: quæ verò hîc adiũguntur, *Brachium Domini pro potentia Dei.* æquè bene cadunt in vtrumlibet significatum. Et ego propendeo in posterius: nam altera pars huius periodi: *Consurge sicut in diebus antiquis,* A *nunquid non tu percussisti superbum:* aptiùs tribuitur Dei brachio, & potétiæ secundùm se quàm Christo: qui cùm hæc sunt patrata, proprie non erat Christus, quia Dei filius nondũ factus fuerat homo. Quod si Iudas Apostolus in suá Canonicá. vers. 5. scribit: *Iesus populum de terra Ægypti saluans, secundo eos, qui non crediderunt perdidit:* Ideo facit, vt aduersus hæreticos quosdam Christi vendicet diuinitatem, asserens, ab eo, quá Deus est, illa fuisse patrata. Mitto à Hieronymo exponi Iesum. i. Iosue: sed sequentia cogunt accipere Christum quoad diuinam naturá. At hoc loco, nihil tale apparet aut cogit.

Quòd si senseris, ac dixeris: non aduocari 55.
Christum, id est, Verbum factum carnem, sed B Verbum ipsum vt fiat caro: sic enim Lyra, binam vocem, *consurge, consurge,* ad binum aduentum Domini reuocat: vel si cogitaris: Verbum Dei separatim dici *Brachium Dei*, quod sit, quasi Patris potentia, & virtus, Hebr. 1. v. 3. *Portans omnia verbo virtutis suæ:* & Ioan. 1. v. 3. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil,* neutrum mihi probaueris, non prius: quia illa epitasis, & repetitio non ad diuersum effectum attinet, sed ad prodẽdum studium & desiderium: neque fit verosimile, qui hoc postularet, finem mundi, & iudicium finale cogitatione præripuisse. Neque posterius illud meis auribus insidit: quia de attributione agitur, Patri potius C quàm Filio potentia attribuitur: vnde in Symbolo Patri datur creatio rerum: Filio solet ascribi Sapientia, vt spiritui sancto Bonitas: quia ille procedit per intellectionem vt Verbum, & hic per dilectionem vt Amor. Ad id ex epist. ad Hebr. dicitur, istic: *verbo virtutis*, non designari Filium, sed Deum solo verbo cuncta facere, non indigere alio, quàm dicto: *dixit & facta sunt.* Quin cautè legendi sunt aliqui auto- 56.
res veteres cùm Patrem per Filium creasse docent, nam faciunt Filium quasi patris administrum in creatione rerum; quod dogma sapit Arianismum. *Patres caute legendi, cùm agût de creatione per filiũ.* A quo, quò longiùs abeamus, nos, cùm commodè Christum hic non D possimus agnoscere, Deum ipsum trinum, eiúsque potentiam agnoscamus, & eam inuocari, & excitari interpretemur.

Consurge, consurge.] Hoc benè conuenit ia- 57.
centi, aut sedenti: qui gestus est quiescentis, *Consurgere, quid.* nihil molientis, saltem nihil gerentis, vnde qui monetur consurgere, ad opus monetur se accingere; ad facinus ex otio, & quiete euocatur. Sed alia est etiam vis in verbo Hebræo, & Græco, *excitare, excitare, exegeira, exegeira:* quod dormiẽti competit: qui longiùs abest ab opere & facinore dormiens, quàm sedens, aut iacens. *Deus dormire fingitur, id est, cessare ab opere.* Tale illud Psalm. 43. vers. 23. *Exsurge, quare obdormis Domine? exsurge, & ne repellas in finem.* *Ps. 43. v. 23.* E Vbi, priori loco: *Exsurge*, est idem verbum Hebræum, quod hic *consurge:* excita te: itaque quasi à somno, quasi ab otio excitatur Dei brachiũ & potentia, quę videbatur obdormire, & cõniuere in rebus aduersis & tribulationibus suorum: & ab hostibus vindicandis iam supersedisse. Eodem spectat: *Induere fortitudinem Domini:* quam videris exuisse: *Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum.* Cùm eamdem habeas nunc vim & virtutem, quam olim, eam exere, & exerce.

Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti 58.
draconem?] Superbum Ægyptium, Draconem, *Pharao & Ægyptus.*
pharao

Pharao & Ægyptus. Pharaonem, qui in medio fluuiorum luxuriabatur & alios minores pisces deglutiebat. Ezech. 29. vers. 3. *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponam frænum in maxillis tuis,* &c. *& proiiciam te in desertum,* &c. Vides Pharaonis superbiam, & cur appelletur Draco, & quali vulnere fuerit afflictus, legis in Exodo. De eodem licet interpretari Psalm 88. vers. 11. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.* Vtrobique pro superbo רהב rahab, quæ vox suprà c. 30. vers. . à Latino conuertitur. *superbia*, & Ægyptus esse dicitur, nihil aliud, quam superbia.

Ægyptus superbia.

Vers. 10. Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati?

HÆc clariora, quàm vt in eis declarandis opera poni debeat. Adi Exodum, Psal. 77. à vers. 47. Psal. 104. à v. 27.

Cap. 35. v. 10. *Vers.* 11. Et nunc qui redemti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus.

59. NOn pauci interpretes aut supplent notam similitudinis, aut supplendam esse monent: ita; vt illi liberati ex Ægypto reuersi sunt, sic isti, *qui redemti sunt a Domino, reuertentur & venient in Sion laudantes*, &c.

Comparatio cum exitu prisco, & exitu ex Ægypto.

Non hic de reditu è Babylone.

S. Thomas, Hugo, Mariana censent prædici reditum e Babylonia captiuitate: sed excluditur hæc opinio ratione alias data quòd tam ampla promissio non cadat in illam tam angustam fœlicitatem. Nam hæc verba: *Lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus*: qui cum ex more Sanctarum Scripturarum, & earum lancibus expenderit, & ex alterà parte in libris Esdræ, & Machabæorum obseruarit, quàm parùm diuturna fuerit lætitia populi reuersi è Babylone, & quàm multis molestiis, laboribus, periculis perturbata, inminuta, & intermissa, ac tandem amissa; is sanè perspiciet, ad illud tempus hoc præsens vaticinium accommodari non posse: Euangelico verò statui, & populo Christiano mirifice conuenire: vt est consensio reliquorum interpretum.

Iudæi reducti à Babylone rursus afflicti.

60. Quæritur a non nemine, cur lætitia dicatur futura super capita, cùm istius affectus sedes sit animus. Alios alia ratio mouat: me autem hæc quòd, licèt lætitia insit animo, eius tamen indices sunt frons, oculi, vultus, lingua, quæ omnia sunt in capite. Ergo vt tristitia interna vultu proditur, ita & lætitiâ. Quò pertinet illud Matth. 6. versiculo 16. *Cum autem ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans*, *. Vt hypocritæ vultu simulant tristitiam, tu capite, & facie ostende hilaritatem cum ieiunas; vt longiùs abiis ab ostentatione ieiunij. Ita hoc loco Vatis, tam ingens, & effusa erit lætitia mentis, vt tegi nō possit, & dissimulari, sed appariturа sit, & erupturа foras, & futura conspicua in oculis, in facie, in fronte, in lingua, atque adeò in toto capite, quod hilaritate, [illegible] atque vnguento tuum perfundetur, eaque hilaritate perpetuâ, & constanti: vt non [illegible] vulgus in diuersa vertatur: *Gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus.* Quæ gaudij retentio, & fuga doloris indicat statum tranquillum, & [illegible] ac non perturbandum, & cùm gemitus abigitur, qui ore, & linguâ effertur, linguæ quoque & oris lætitia promittitur, ex quo satis perspicitur, cur ea super capita fore prædicitur.

Lætitia super capita cur.

* Gabr. Aluarez in Isaiam Tom. 2.

Vers. 12. Ego, ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?

HÆc oratio aut est Christi ad suos, aut Patris ad eosdem: quod posterius apparet aptius, & cohærentius versui decimo sexto. *Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te: vt plantes cælos, & fundes terram, & dicas ad Sion: populus meus es tu*: ad quem versum vbi accessero, ostendam quam difficiliter hæc verba Christo adaptentur. 61.

Ergo Deus ipse, seu Pater hæc loquitur, & cùm ait: *Ego ego ipse consolabor vos*: ideo dicit, quia non vt olim per solos vates, aut duces, sed per Filium sibi omnino æqualem, & consubstantialem esset consolaturus homines. Heb. 1. vers. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.* 62.

Consolatio in lege gratiæ, diuersa.

Repetitum prouocabulum: *Ego, ego ipse consolabor vos*: & certitudinem, ac fiduciam auget, & aliquam oppositionem & allusionem fert: ego per me, non per alios consolatores. Allusio possit esse ad Genes. capit. 5. versic. 28. *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: vocauitque nomen eius Noë, dicens iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum, in terra, cui maledixit Dominus.* Et verò nomen *Noe* Hebraicè ducitur à verbo נחם *naham*, i. *consolor*, quod est in præsenti. 63.

Quis tu, vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?] Mihi, in hac pericope, sola interrogationis nota, & norma parit difficultatem: *Quis tu, vt timeres*, &c. nam hæc ratio fugandi coarguit, audaciam, superbiam, aut quid simile, vnde non rectè videtur iungi formidini: *Quis tu vt timeres?* posset enim respondere sic increpitus. Imò, quia nullum me esse agnosco, idcirco timeo. adde: in Hebræo esse genere muliebri: *Quæ tu & timebis?* quippe quòd muliebris sexus infirmi sit propria formido. Interpretum neminem 64.

Timor humanus, vituperabilis.

animaduerto contingi hoc ſcrupulo, ac proinde ab illis ratio eximēdi non fuerit ſpectanda. Dico quod interea occurrebat.

65. In primis clara res eſt, obiurgari à Deo, eum, qui timore humano, ſupra quam oporteret, eſſet perculſus: id aperte verba ferunt. Ego de[illegible]de coniiciebam diſpungi debere hæc duo verba: *Quis tu?* & interrogationis apice notari: ac ſi obiurget Deus, dicatque, *Quis tu?* quóve animo es? vel vt in Hebræo: *Quæ tu?* quàm imbecillà mente, & fide? quam non virili robore. [illegible] ad hanc interpretationem [illegible] LXX. qui ſic reddunt: & ſupplent: *Scito quæ ſis, vel fueris, quando iis iam; timuiſti ab homine mortali*, &c. Agnoſce tuam puſillanimitatem, qui timueris ab homine mori[illegible], neque mortali tantùm, ſed vità adeò fr[illegible], vt non fœni vitor ſit fragilior. De totâ hac ſimilitudine, & fragilitate fœni confero non pauca ad c. 40. verſ. 6. num. 102. Vel *quis tu, vt timeas?* tamne vile caput? tamne te deſpicis, quem ego valde curo?

A

Verſ. 13. Et oblitus es Domini factoris tui qui tetendit cœlos, & fundauit terram: & formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc eſt furor tribulantis?

66. *Cauſa timoris humani.* APeritur cauſa timoris humani vitioſi: nempe, obliuio potentiæ, & prouidentiæ diuinæ. *Nam qui tetendit cœlos, & fundauit terram*, poſſe facilè defendere quos voluerit ab iniuriis mortalium, nemo ſanus dubitet: eum verò velle ſibi obſequentes ac deditos ſaluos eſſe nemo pius ambigat. Ergo cui neque facultas, neque voluntas deſit ad liberandum, qui parum fidat, iniurioſus exſiſtet & meticuloſus valde. Hæc cœli, terræque effectionis conſideratio faciebat in aduerſis animos illis in Pſalm.

Remedium. 123. *Niſi quia Dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael, niſi quia Dominus erat in nobis. Cùm exſurgerent homines in nos, forte viuos deglutiſſent nos.* Lege reliquum Pſalmi, cuius finis hæc

Pſ. 123. v. 8. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini qui fecit cœlum, & terram.* Potentiam Dei, & eius prouidentiam attingentem omnia ſupera, infera expromit, ex quo conſequitur, vt nulla vis & violentia creata ſit pertimeſcenda quod paſſim

Pſ. 26. v. 1. traditur litteris ſacris: præſertim in Pſalmis. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Si conſiſtant aduerſùm me caſtra, non timebit cor meum. Si exſurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* Pſalm. 26. Omnino affine illud Iob. 17. verſ. 3. *Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me.* Redi ad cap. 41. verſ. 10. num. 149. vſque ad verſ. 16. incluſiuè, vbi vberrimè de hoc argumento, hoc eſt, quatenus & cur Eccleſia Chriſti debeat tyrannorum & perſecutorum minas, iráſque contemnere.

67. *Cœli & terræ effectio facit animos.* Hic ſolùm obſeruem: cœlorum tentionem, & terræ fundationem memorari, vt in illâ protectio, in iſtâ firmitas, & ſtabilitas arcanè ſigneiur: nam *extendens cœlum ſicut pellem* Pſal. 103. v. 2. videtur id facere ad tegendum, ad protegendum: & qui fundauit *terram ſuper ſtabilitatem ſuam* verſ. 5. vt ſit, in quo homo poſſit inſiſtere, & inniti, viſus eſt feciſſe: ergo innitens tanto artifici, & ab eo protectus, non eſt, cur ſibi metuat a quoquam. Quem metum inanem quò magis exprobret, quærit Deus: *Vbi nunc eſt furor tribulantis?* Nihil eſſe, cur Eccleſiæ perſecutores formidentur, Chriſtus in Euangelio non vno tantùm loco ſeriò grauiterque admonuit, & docuit.

B *Verſ.* 14. Citò veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vſque ad internecionē, nec deficiet panis eius.

PArū probabilis eſt hoc loco Lyra affirmans 68.
hîc agi de Antichriſto. Nam particula: *Nec* *Auctorum*
deficiet panis eius, ei diſconuenit & illi toti po- *contra perſe-*
ſtremo mundi tēpori ſequēs oratio: *Poſui verba* *cutores.*
mea in ore tuo, &c. vt plantes cœlos, & fundes terrā: quæ reſpicit Eccleſiæ principiu. Probabiliores qui ad tempus Chaldaicæ ſeruitutis & ſubſecutæ libertatis applicant: ſed vtramq. expoſitionem probabilitate valde ſuperat ea, quæ ad Euangelium transfert: idque dupliciter.

C Primò: *Citò veniet gradiens ad aperiendum*, ſcil. carcerem perſecutor mutatus in auxiliatorem: itaque prædicitur conuerſio multorum inh[illegible] lium hoſtiliter inſectantium Eccleſiam: qui eam poſtea ſuſtentabunt: eò pertinet: *nec deficiet panis eius* Exemplorum affatim in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Minùs probabatur mihi hæc expoſitio, 69.
quippe quæ minùs connexa. Secundò & aptiùs exponitur de Chriſto, & etiam communiùs, Sed id ſolùm interturbat: *& non interficiet vſque ad internecionem*: quod de hoſtili impetu, & conatu propriùs accipitur. Chriſto

D autem parum decore videbitur aſcribi. Verùm id non fuerit difficile emollire, primò cum multis: non veniet ad perdendum, ſed ad ſaluandum. Io. 3. v. 17. *Non enim miſit Deus Filiū ſuum in mundum, vt iudicet mundū, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Sed, vt quod ſentio, efferam, aliud eſt, non venire *ad iudicandum*, ſiue, ad damnandum mundum, & aliud: *non interfecturū vſque ad internecionem*, quod hoc loco prædicitur: nam hic loquendi modus, nocumentū aliquod apportat, & ſolùm vltimum exitium excludit: vnde alij interpretantur: paſſurum fore Chriſtum ſuam Eccleſiam premi, & affligi, non

E tamen omnino opprimi, & extingui Sed nec in hac expoſitione quieſco; nam quamuis id ita res tulerit, tamen verba id non ferunt. Nam *nō interficiet vſque ad internecionem*, plus ſignificat, quàm hunc permiſſum, & patientiam: quocirca, ego parentheſi circumſcriberem hoc inciſum, & in perſecutorē, de quo antea, tráſcriberem hoc pacto: *Vbi nunc eſt furor tribulantis? Citò veniet gradiens ad aperiendum (& non interficiet vſque ad internecionem)* ſcil. tribulans: *& non deficiet panis eius*: ſiue gradientis Chriſti ad aperiendum & liberandum, ſiue liberati, & in libertatem aſſerti, quod redit eodem, & hoc ſaluâ & immotâ lectione Latinâ.

Sed

70. S[illegible] cat eâ aliquât[illegible] mouere, iunare, & expedire [illegible] in Heb. & Græco ad[illegible] [illegible] tor & alia interpretatio. Verbu enim *interficiet* Hebr. p[illegible] est intransitiuum [illegible] *aemus, morietur*, & nomen *internecio* [illegible], est etiam [illegible] *vnea* [illegible] ude reddi possit *& non morietur in fouea*, siue in laco, qui est idem qui carcer: atque ad [illegible] diu[illegible] [illegible], [illegible] festino liberati[illegible] adu[illegible] pollicetur Deus [illegible] alterum [illegible] nctum non mo[illegible] iturum in custodia aliorum [illegible] n p[illegible] [illegible] fame.

[margin: Hieronymi [illegible] expositio.]

Vox [Hebrew] *sſahé*, sed ita à Hieronymo, *gradiens*, redditur à Symmacho *infernus*, & in hunc modum tota pericope: *Citò infernus aperietur, & non morietur in corruptionem* quam versionem S. Hieronymus non amouet, sed magis promouet, addens, scil. Christus: qui de se in Psal. 15. vers. 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

[margin: Symmachus. Christi corpus non corruptum.]

71. Cæterum hæc interpretatio vix aptabitur filo prophetico, quod non est eua[illegible] liberum Christum, sed fore liberatorem; quocirca si admitti placeat Symmachum, aliter oportebit intelligi. sic: *Citò infernus aperietur, & non morietur in corruptionem*, sc. is, qui tenebatur homo: siue propriè accipiatur locus infernus, vbi sanctorum Patrum animæ erant inclusæ, ante Christi descensum, quod minùs probo: siue latius infernus sit locus subterraneus, in quo vincti custodiri solent; vt sit promissio, fideles auxilio Christi eripiendos e vinculis in primis peccatorum, & errorum, deinde etiam e catenis, & carceribus tyrannorum: & alendos, vbi opus fuerit diuinitus: in arctissimâ custodiâ non eis defutura cibaria, quantumvis tyrannis interdicentibus, vt patet ex historiâ Martyrum. quibus Deus necessaria prouidebat per pias personas clam, aut etiam per Angelos, iam si ad doctrinam, vel Eucharistiam, quarum vtraque verissimè est panis cœlestis, referas, certa res quoque exstiterit.

72. Græca translatio ad commodum sensum, & consensum non difficulter, adduci potest: *ἐν γὰρ τῷ σώζεσθαί σε οὐ στήσεται οὐδὲ χρονιεῖ*: hoc est: *in saluando te non stabit*, nempe non hærebit, *neque tempus trahet*, siue moram: Quod Latinus: *[illegible] veniet*: Hebræus; *festinabit*. Consonat hoc illi c. 8. v. 3. *Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari.*

[margin: Græca translatio.]

Vers. 15. Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen meum.

73. SI dixisset: Ego sum Dominus, qui conturbatum mare compono, & intumescentes fluctus eius mitigo: videretur magis ad rem: cùm sit Dei propositum, confirmare suos, ne in procellis persecutionum animum deij[illegible]ndeant. S. Thomas subindicat, Deum suis animos addere cùm docet, sibi esse facile, & vsitatum, excitare tempestates & immittere calamitates in homines impios, & persecutores bonorum. Itaque sit hæc sententia: Nolite timere eos, qui vos persequentur, nam ego possum momento temporis eos fluctibus obruere. & possit esse allusio ad Pharaonis exercitus & currus, quos

[margin: Psal. v. 10. Quorsum mare conturbatio commemoratur.]

A Deus mari rubro reducto submersit, & huc Mariana [illegible], exponens, *quo conturbamine*, [illegible] Non est inelegans expositio, & respectiue ad [illegible]a.

Sed planè [illegible] *Ego sum, qui conturbo mare*, &c. ac promat qu[illegible] [illegible] eius [illegible] omnino est potestatis vtrumque, attollere, & compescere fluctus. Sic apud Poë[illegible] singitur Neptunus indignari, quod Æolus, se inconsulto emisisset ventos & procellam commouisset. 74.

[margin: Eiusdem est turbare, & placare mare.]

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? Æneid. 1.
Iam cælum terrámque meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego sed motos præstat componere fluctus.
Maturate fugam, regique hæc dicite vestro:
Non illi imperium pelagi sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum.

Ergo ait Deus, ego qui mare commoueo, & fluctus excito eosdem cùm libuerit, sedare possum: qui me iubente venti insurgunt, & omnia miscent, me iubente, concident & silebunt. Eccl 43. vers. 15. *In sermone eius silet ventus, & in cogitatione sua placauit abyssum.* & Psalm. 106. vers. 25. *Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius, & lætati sunt, quia siluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.* 75.

[margin: Persecutiones Ecclesiæ.]

Quem Psalmi textum vt non negauerim esse de periculis nauigantium: sic non dubitem cum Cyril. infr. vers. 10. sensu saltem tropologico esse de persecutionibus Ecclesiæ: quæ sunt etiam præsignatæ in illâ Apostolorum nauiculâ periclitanti, cui Christus, ventis increpitis, compressisque redditâ tranquillitate subuenit. 76.

[margin: Matt. 8. v. 23.]

Opponces: ex hoc sequi, tempestates & persecutiones in Ecclesiam fuisse à Deo excitatas. Respondeo, à Dæmone, & eius satellitibus fuisse propriè excitatas; à Deo autem permissas, & propemodum immissas, in bonum ipsius Ecclesiæ, & Dei prouidentiam ita se gessisse in earum permissu, vt videri posset, easdem industriâ procurasse, & fuisse architectatam. 77.

[margin: Deus vt permittat persecutiones.]

Huius notæ & sensus est illud Psalm. 104. versiculo 25. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius.* Qualiter Deus cor Ægyptiorum conuerterit, vt odio haberent Hebræos, antea ponitur: *Et auxit populum suum vehementer, & firmauit eum super inimicos eius.* Ex amplitudine Israelis orta est inuidia & odium Ægyptiorum. Exod. 1. versiculo 8. *Surrexit autem rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph, & ait ad populum suum: Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum.*

[margin: Ægyptij cur oderunt Iudæos.]

Non dissimiliter accensum fuit odium Iudæorum, & Gentilium in Christianos. Psalm. 2. v. 1. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes* 78.

[margin: Persecutorū odium in Ecclesiā vnde.]

conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum ipsorum. Cum viderent ita augeri, & amplificari Ecclesiam, & præuiderent sibi innectenda vincula, imponendum iugum a fidelibus, suum imperium, & suam religionem funditus euersum iri, in eos odium & iras expromunt: persecutiones, bella acerbissima concitant: quæ à Deo & Christo, per eam occasionem, quam dixi, videri possent excitari. Ergo hoc loco istud mare persecutionis sese ait conturbare, & eius fluctus attollere, sed quos solo nutu valeat; velitque tollere.

79. Denique possit spectare hæc commemoratio potestatis ad mare irritandum eo vt solus Deus, non verò homo sit timendus; de quo suprà vers. 12. & in Euangelium. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius, timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.*

Deus non homo timendus. — *Matt. 10. v. 28.*

Vide Ierem. 5. versiculo 21. vbi Deus ex hac eadem iuris dictione in mare, se timendum fore confirmat.

Inf. 65. v. 17. *Vers. 16.* Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cœlos & fundes terram: & dicas ad Sion: populus meus es tu.

80. Dissident inter se explanatores in assignanda personâ quæ loquitur, & in ea etiam cum quâ loquitur, & in cuius ore verba ponit. *Quis de quo loquatur.*

S. Thom. Hugo, Mariana, & etiam Arias Deum cum Isaiâ loquentem audiunt. Quorum duo primi *in plantatione cœlorum, & fundatione terræ*, intelligunt, maiores, minorésque Iudæorum sermone Isaiæ confirmandos, animandósque. Et quia dicti autores vbique sunt intenti ad libertatem & reditum è seruitute Babylonica, secundo loco exponunt: *vt plantes cœlos, & fundes terram*: id est, vt prophetes & prædicas, plantandos iterum & fundandos in patria suâ. Similiter Andreas citari solitus ab Hugone, exponit, sed iste generatim, nouos cœlos plantandos, & nouam terram fundandam iuberi Isaiam prædicere: vnde videtur ad Euangelium aspexisse.

81. Mariana exsistimat respici ad promissionem pristinam de multiplicando Israele, instar siderum cœli, & arenarum maris. Atqui admiror concedere hic agi cum Vate, cum ipse sentiat, cœlorum, terræque fundationem omnino pertinere ad noui hominis regenerationem illam, quam supra modum solet attollere: vnde cùm dixisset: *Siue Vatem Isaiam, siue Christū siue populum, qui redimendus est, illud compellet pronomen, in ore meo, perinde opertam reddit sententiam:* confestim addidit. *Verùm sequacioris ductu ad populum relata fuit oratio.* Cæterùm, cùm ne hâc quidem correctione videret posse consistere suam sententiam, quippe ad illam humani generis innouationem nihil posset Isaias conferre, adiunxit: vulgatam lectionem; *vt plantes cœlos & fundes terram*, debere explicari infinitiuo modo, & exponi: dum rem perficio ego, i. dum planto cœlos, & fundo terram. videlicet, dum hæc ego facio, *Posui verba mea in ore tuo*: hæc *Arias.*

ille: sed an tantum fas sit interpreti, aliorum esto censura, ego certe tantum mihi licere non puto: nam hoc videtur & lectionem Vulgatam, & intellectionem inuertere.

Quòd si mihi staret hæc opinio, Deum, aut Christum loqui cum nouitio populo Christiano, cum Apostolico populo, & pusillo illo grege, quam opinionem cerno [illegible] Sancio nostro, & [illegible] secuto tamen Græcam lectionem diuersam, de qua mox, & ex parte Hieronymo non fuisset opus ad id tuendum, Vulgatam immutare quoad illam partem: *vt plantes, & fundes*: hæc enim verba [illegible] ministerium haberent, quod ministerium Apostolis denegandum non est. Apostoli enim vt ministri, non vt autores & Principes, vere plantarunt cœlos, id est, Ecclesiam Christianam cœlestem, & fundarunt terram, id est, eam supra terram, in terris stabilierunt. Vnde ex iis vnus Paulus. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit: itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*, & Ephes. 2. versiculo 20. Apoc. 21. versiculo 14. Apostoli dicuntur fundamenta. Itaque ob hoc ego ab ea sententia non dissentio [illegible] potiùs, quod existimam valde impropriè, & inconcinne disiungi hanc partem a superioribus: cùmque supre continenter locutus sit Pater, cuius illa est oratio: *Cito veniet gradiens ad aperiendum*, &c. consequens sit, vt eiusdem sit præsens: Quod si Deus Pater loquitur, meliùs cohærentiùs intelligitur alloqui Christum, quam populum Christianum: licet enim populo Apostolico accommodari possint verba ista: *vt plantes, vt fundes*, vt dixi; sed planius, & pleniùs Christo conueniunt. Deinde, quia negari non potest, cùm audimus, Apostolos, & primum cœtum aliorum fidelium, etsi exiguum tum à nobis concipi Ecclesiam iam fundatam, & stabilitam: neque enim eius integritas, & corpus, vt ita dicam, solidum pendet è multitudine copiosa: sed in paucis tota quoad suam essentiam & perfectionem essentialem inuenitur: domusque Dei suis omnibus partibus absoluta, suo capite Christo, eiusque vicario, suis item paucis licet membris, [illegible] sacramentis, ac legibus constituta dici debuit. *1. Cor. 3. v. 6.*

82.

83. *Deus Pater loquitur.*

Quocirca Ecclesiæ sic constructæ, & fundatæ minùs propriè Christus diceret: *Posui verba mea in ore tuo, &c. vt plantes cœlos & fundes terram: & dicas ad Sion: populus meus es tu.* Quæ postrema verba rem euincunt: & videntur secum traxisse reliquos interpretes, vt Patrem cum Christo loquentem exponerent, ij sunt Hieronymus in fine se ipse reuocans, Haymo, Adamus, Forerius, Vatablus, Osorius, Sa, & alij. Cui enim alij liceat dicere, nisi vni Christo ad Sionem & Ecclesiam, *Populus meus est*.

Id Sanctius conatur inflectere, & emollire, hoc explicatu: dices nomine meo Sioni: *populus meus es tu*: vel ita rem geres, vt ego id dicere possim: sed vtrumuis concertè explicatur: præterea quâ cóuenit vt Christus præcipiat Ecclesiæ dici ab Ecclesia, *populus meus est*. Quorsum igitur nos his tricis implicabimus, cùm liceat expeditè explicare, vbi Patrem cum Filio Christo agentem semel agnouerimus? 84.

Quod

85. Quod Cyrillus aliud fuit secutus ideo fecit, quia Græcam editionem solam fuit nactus huius formæ. *Posui verba mea in ore tuo, & sub umbra manus meæ protegam te; qua statui cœlum, & fundaui terram: & dixit Sion: Deus meus es tu.* Et tamen facit Patrem loquentem, & in manu Filium intelligit, iuxta illud: *Verbo Domini cœli firmati sunt.* Vnde verò L X X. ducti ita conuerterint, non vacabat, neque iuuabat inquirere.

86. Quod attinet ad summam sensus inclusi in *plantatione cœlorum, & fundatione terræ*, cum locutio sit metaphorica, variè proponitur. Quidam di ferrè in *cœlis* Apostolos, & eis affines; in vere terra homines inferioris meriti accipiunt: ita Adamus, & Sa. Alij, nouos homines, vt Haymo, & Arias. Mihi maximè placebat, vt quoniam mos S. Scripturæ habet, iis duobus vocabulis *cœli*, & *terræ* comprehendere totum mundum, quod pluribus ostendo ad cap. 1. v. 2. ita hoc loco, nouum mundum spiritualem, hoc est, Ecclesiam Euangelicam & Christianam, suis omnibus numeris, & quasi elementis absolutam & perfectam a Christo ex ædificandam significet. Vergunt ad hunc nucleum eruendum Forerius, & Osorius: neque longe discedunt, qui nouos homines interpretantur Haymo, & Arias. Sed ego mundum quemdam perfectum, cum allusione ad mundum istum corporum initio conditum significari putabam: in quo sint varij gradus & ordines rerum non minus, quam in isto orbe e corporibus composito. Quod si probetur illa multorum Patrum sententia Genes. 1. vers. 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram*: exponi deberet *in Filio*, erit clarior & elegantior allusio hæc: *Posui verba mea in ore tuo: vt plantes cœlos, & fundes terram*, sic. vt olim, sed multo meliora.

Vers. 17. Eleuare eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces.

87. ETsi non sit reprehendenda voluntas eorum, qui hæc & sequentia ad finem vsque capitis Ecclesiæ Christi a tyrannis afflictæ conati sunt aptare: sententia tamen amplectenda non est, quippe rebus valde repugnans. Est enim ciuitas Ierosolymitana propriè sumpta quam siue Deus, siue Vates eius nomine appellat, & admonet, quamuis sub hac imagine nefas non sit genus humanum vitio primorum parentum in multigenas ærumnas deiectum agnoscere, quod facit Arias: aut populum ethnicum ante susceptum Euangelium, peccatis & erroribus obnoxium, ac proinde miserabiliter diuexatum, quod placuit Sanctio.

88. *Ad quod tempus spectet.* Vnde præcipua quæstio est de tempore, & statu populi Iudaici, cui ista congruant. Quod tempus bifariam diuisum inuenio apud interpretes. Nam alij ad illud referunt, quo fuit in Chaldæa captiuus: alij verò ad alterũ, quo fuit à Romanis direptus. Et cuiq; sua ratio suffragatur & refragatur. Posteriori fauet, quia v. sequenti dicitur: *Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit*: quod tempori & statu Chaldaico non congruit, in quo fuit Ezechiel, Daniel, & Ieremias, aliique viri sanctissimi, qui populum solabantur, & adiuuabant. Quæ ratio traxit Hieronymum, vt affirmaret, esse manifestum, hæc pertinere ad excidium Romanum. Adde e v. 22. *Ecce tuli de manu tua calicem*, &c. *non adiicies, vt bibas illum vltra.*

89. At contra: hæc non posse cadere in prædictum tempus illa ratio cogit, & oratio v. 22. 23. *Ecce tuli de manu tua calicem soporis*, &c. *& ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt.* Nam Romanos a Deo fuisse punitos eo nomine: quod euastauerunt Iudæos, nusquam legimus; legimus tamen sæpe sæpius ob id fuisse Chaldæos euersos. Deinde caput sequens 52. committitur huic, & est eiusdem propositi: & incipit, *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas Sancti*: quod ad reditum e Babylone aptari potest, non verò ad statum post Romanum excidium: sed rursus quod in eodem loco subiicitur: *quia non adiiciet vltra, vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus*, repugnare videtur statui, & reditui Babylonico.

90. *Autor dubius.* Ex quibus fiebat, vt ferè penderem animi, & quasi æqua rationem ponderibus vtrinque librans neutrò inclinarem, sed essem vt in æquilibrio. Quare vtrique parti, & sententiæ adiungam quæ mihi momenta se obtulerant, & lectori opinionem & ius diiudicandi dimittam.

Dei indignatio per calicem exprimitur. *Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius.*] Elegans & familiaris S. Scripturæ metaphora, quâ Dei indignatio, & punitio per calicem vinique haustum significatur: & ostenditur a Deo demitti, & quasi propinari, exempla non colligo, vtpote obuia. Largus meri potus mentem adimit, & magna ex parte sensus eripit, motumque præcedit: vnde ebriorum est cadere, & sobriorum, atque siccorum exsurgere.

91. Monetur ergo Ierusalem, quæ largiter à Deo potata corruerat, & iacuerat, vt quasi mero decocto, iam sicca & sobria consurgat, eleuetur, & suo gradu consistat. Nam quamdiu Dei propinatio, & indignatio perseueret, locus non est surrectioni. Ierem. 25. vers. 27. *Et dices ad eos: hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite: neque surgatis a facie gladij, quem ego mittam inter vos.*

Quæ autem sit hæc eleuatio, & consurrectio, non vno modo explanatur: nam quidam ad solam mentis considerationem referunt: alij ad mutationem melioris fortunæ; temporalis quidem nonnulli, spiritualis verò non pauci.

92. Qui tempus illud statúmque Babylonicum metiuntur, S. Thomas, Hugo, Sanctius, non possunt non temporalem prosperitatem agnoscere: & vero id faciunt quoad præsentia verba, satis probabiliter, & consentaneè: nam eo tempore populus Hebræus bibit *de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicem soporis* bibit, & potauit *vsque ad fæces.* Sed per aliquot annos illo calice potúque concocto, illo labore, & exilio perfunctus, idem populus Deo excitante, Cyro exequente, & iuuante eleuatus est, & consurrexit, & in sedes patrias fuit restitutus.

Qui verò ab hoc tempore statuque träferunt

ad vastitatem per Romanos illatam, cùm nullam possint temporalem fœlicitatem, & bonam fortunam cogitare, necesse est, vt ad spiritualem confugiant, nempe ad Euangelicam, quam assecuti sunt illi pauci, qui Christi fidem sunt secuti: quod fecerunt Cyrillus, & Foresius, & subostendit Vatablus ad illud vers. 22. *Tuli de manu tua calicem soporis:* addit enim exponens: Misso Messia. id sequitur etiam Adamus.

At S. Hieronymo, & Procopio sola videtur esse adhortatio ad resipiscendum, & conditionalis promissio, si Ierusalem resipiscat, quod quia noluit facere, perdurat adhuc calix iræ Dei, & soporis, & haustas vsque ad fæces.

94. *Non est mera adhortatio ad pœnitentiam.* Sed reuera, si penitiùs inspicitur vis metaphoræ sumtæ ex ebrietate, non mera est monitio, sed etiam prædictio, & erectio: nam qui vinum concoxit digessitque euigilat, redit ad sobrietatem: idque ferunt ista verba: *Quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicem soporis bibisti, & potasti vsque ad faces*, id est, non modò hausisse, sed etiam exhausisse poculum, vt iam nihil restet bibendum: quod L X X. planiùs: *calicem ebibisti, & euacuasti.* Itaque hoc loco Deus iubet Ierusalem debito supplicio perfunctam respirare, & epoto iam poculo, meróque compunctionis decocto ex humili illo habitu, & misero statu exsurgere, hoc roboratur ampliùs ex vers. 22. *Hæc dicit Dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnauit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ: non adiicies, vt bibas illum vltra.* Vbi simplex est assertio, & promissio, nam: *Ecce tuli*, est: *Ecce tollam*: ibique nullum vestigium est conditionis: neque item in principio capitis sequentis, quod est similis texturæ.

95. Quæ fortassis ratio mouit Dionysium, vt ad tempus mundi postremum longius accurreret, quo tempore reliquiæ Iudæorum conuertendæ sunt: quibúsque videntur hæc omnia vsque ad finem capitis conuenire. Sed vt cætera consentiant, illud certè vers. 18. proximi dissilit: *Non est, qui sustentet eam ex omnibus filiis, quos genuit: & non est, qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis, quos enutriuit*: Est enim certa traditio Ecclesiæ, & diuinis litteris satis suffulta, eo tempore fore Henoch, & Heliam, qui strenuam & egregiam operam nauent suis contribulibus Iudæis conuertendis. Vnde versus iste prorsus tempus illud vltimum amandat: de quo versu nunc dicendum.

Vers. 18. Non est, qui sustentet eam ex omnibus filiis, quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis, quos enutriuit.

96. *An fuerint qui in clade Babylonica sustentarint populum.* HOc solo commotus S. Hieronymus excludit statum captiuitatis Babylonicæ, quo fuerunt insignes quidam prophetæ. Sed qui contra sentiunt, id varie conantur expedire. Primò, per figuram, quâ, cùm pauci sunt, neminem esse dicimus. Sed certè, cùm semel, & iterum, hoc loco, & vers. 19. id ipsum tertiò negetur, difficilis sim ad id dandum. Secundò effugiunt: exponendo sustentationem & alimoniam corporalem: sed generaliter auxilium excluditur hic & versu sequenti ad finem: *Quis consolabitur te?*

97. Sed redis ad priores responsum, & illud firmas ex Thren. 1. vers. 2. vbi eadem ferè verba, & de eodem statu: *Non est, qui consoletur eam ex omnibus caris eius*: At refello: nam etsi illic eadem Ierusalem, & idem tempus: tamen non iidem excluduntur consolatores, nam cum ait: *ex omnibus caris eius*, non intelligit Vates filios & ciues, sed populos antea fœderatos, quos amabat, & colebat: quod perspicuè intelligitur ex sequentibus: *Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt inimici*, id enim nequaquam de ciuibus, multo minus de Vatibus potest intelligi. Vnde, qui id tempus retinere velit, accipiat de sustentatione, manuductione & consolatione efficaci, id est: non erit qui possit populum ab hostili direptione eripere: qui cladem auertere: vt antea fecerant Duces, Iudices, & Reges. Sed multo melius hoc conuenit postremæ cladi Ierosolymitanæ: in qua vtrúmque præsidium defuit.

Vers. 19. Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? vastitas & contritio; fames & gladius: quis consolabitur te?

98. *Duo ponit, & exponit quatuor.* QVod attinet ad tempus, quò sit hoc referendum, eadem, quæ pridem est difficultas, & eadem ratio euadendi. Quod verò, *duo* occurrisse docet, & quattuor deinde numerat, necessariò sentiendum, duo illa esse quasi genera, & quattuor esse species: genus vnum regionis, rerúmque iacturam; alterum, personarum interitum: & quia hic euenit fame, & inde secutâ peste, aut gladio: & illa regionis euersio vastitate, & contritione, nihil reperitur contrarium vel inconcinnum.

Quis consolabitur te?] Vt in rebus asperis magno est alleuamento, si quis vel vultu, vel verbis tantùm consoletur afflictum: sic crescit asperitas, vbi nullus est qui hoc humanitatis officio fungatur; sed potiùs omnium viscera obduruere. Psalm. 68. vers. 21. *Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.* Hoc Christus Dominus in suis acerbis cruciatibus numerat: Iob quoque dolet vehementer, amicos, qui conuenerant ad se consolandum, ab eo desciuisse officio capit. 16. vers. 2. *Consolatores onerosi omnes vos estis*, & vers. Iob. 16.2.4. 4. *Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea: consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos.*

Vers. 20. Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium platearum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui,

99. HÆc planè conuincunt, *calicem* illum *iræ Domini, & soporis*, & *faces* illius non tam afferre & significare peccata, & flagitia populi, quàm supplicia & pœnas ob culpas admissas, itaque illa ebrietas est quasi quidam stupor ortus ex acerbissimis doloribus & calamitatibus: quas

bus, quas cùm generatim suprà posuisset, & nominasset vastitatem, contritionem, famem, gladium; nunc distinctius describit:

100. *Proiecti sunt, & dormiuerunt in capite platearum;* licet exponere propriè, quod ad extremam inopiam, & solitudinem pertinet, quódque Græcis LXX. interpretatibus visum est, cùm vertant: *Filij tui indigentes, & dormientes in compitis viarum*, & licet etiam accipere figuratè, *dormientes*, id est, iacentes mortuos, quod est adhuc maior miseria, proiici cadauera, & iacere in compitis insepulta. De quo infortunio dixi cap. 14. vers. 19. ad illud: *Tu autem proiectus es de sepulcro tuo.*

Dormire bifariam.

101. Hoc si refertur ad cladem acceptam à Chaldæis, idem deplorat Psalm. 78. vers. 1. *Deus, venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina seruorum tuorum, escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam, in circuitu Ierusalem: & non erat, qui sepeliret.* Qui Psalmus etsi allegatur 1. Machab. 7. vers. 17. & ex ea allegatione sumit Eusebius lib. 10. Demonstr. 1. pertinere ad illum euentum, id non est necesse: fit enim per accommodationem, vt alibi in Scripturâ: alioqui occisio sexaginta virorum, ad quam verba Psalmi accommodantur, non implet magnitudinem cladis prædictæ. Ergo aut ad totam persecutionem & stragem ab Antiocho, & ab aliis hostibus tempore Machabæorum illatam, aut ad Chaldaicam, aut ad Romanam, referri debet: nam ad quamlibet ex his retulit Augustinus. Quòd verò Iudæos sanctos & seruos Dei Vates appellat, non est cur moueat: id enim facit respiciens professionem & officium, & præterea comparatione Gentilium: & id indicat vers. 6. *Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.* vers. 8. *Ne memineris iniquitatum nostrarum*, &c. ergo eosdem vocat iniquos, & sanctos; sanctos religione, & cultu; iniquos moribus.

Psal. 78. v. 6.

102. *Sicut oryx illaqueatus.*] Oryx Hebr. תאו *thô*, quæ vox Deut. 14. vers. 5. reperitur inter animalia munda, & eodem modo redditur Oryx, *hoc est animal, quod comedere debes, bouem, & ouẽ, & capram, ceruum, & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardum. Omne animal, quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis.* Ex quo loco sumimus falli eos, qui genus auis esse tradunt. Pagninus, Vatablus & alij bouem syluestrem esse dicunt. Gothica translatio apud Marianam habet, bestia. Sed hæc varietas sensui & similitudini nihil detrahit: comparat enim Vates miseros Iudæos iis feris, quæ fugientes venatorum iacula venenata canumque morsus rabidos sese ipsę in retia, & in laqueos induunt, vnde se extricare, & expedire non valeant, & vbi facillimè aut capiantur viuæ, aut venabulis confodiantur.

Oryx quid.

103. Quid causæ fuerit Græcis, cur transtulerint, *sicut Betasemu cocta*, D. Hieronymus coniectat: & Leo Castrius, & hic ita defendit, vt videatur Latinam Vulgatam, & pias aures offendere: quem autorem alioqui pium, & studiosum, transuersum rapit interdum auiditas immoderata tuendi Græcam translationem. Nos eam, etsi vbi datur, libenter defendimus, & aduocamus, sed quoties longissime dissidet, & non elucet ratio reuocandi, non valde laborarimus suspicari passam fuisse detrimentum: nam si esset integra vt prodiit à suis autoribus, sensu saltem à Latina etiam incorrupta nullatenus discordaret.

Vers. 21. Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino.

PLanè, quoties hoc, & secuta verba considero, nequeo in animum meum inducere, esse increpationem, aut solam adhortationem ad pœnitentiam: sed esse consolationem, & promissionem melioris status. 104.

Nam compellatio ista: *Audi hoc paupercula*, adfectum Dei, siue Vatis commoti, & miserantis, ac proinde alleuantis ostendit: ergo miseratur Deus post longam plebis suæ afflictionem, eique opem ferre constituit & parat; vires, & consilium: quibus tamdiu vt paupercula, & ebria, præ doloris magnitudine, mente emotâ, caruit.

Vers. 22. Hæc dicit Dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies, vt bibas illum vltrà.

AMotâ eâ expositione, quæ solam monitionem, aut summum, conditionale promissum admittit, & constituto, certum ac futurum subsidium prædici; qui sentiunt iis verbis conueniri, & excitari populum Babylone seruientem, isti autores premuntur fine orationis: *Non adiicies, vt bibas illum vltrà*: nam bibit iterum tempore Machabæorum persequente Antiocho, & deinde Romano Imperatore vastante. Sed occurrit Sanctius, particulam, *non vltrà*, non esse negatiuam omnis temporis, sed alicuius longioris, lector iudicet, cui ab initio permisi censuram: suprà num. 90. ego sanè ad id difficilis fuerim. Qui verò cladem Romanam cogitant, ne ij quidem sunt ab ea difficultate liberi: nam licèt illa fuerit postrema euersio, non tamen videtur finita, sed adhuc manere, quare neque in eos Iudæos conuenit: *Hæc dicit Dominator*, &c. *qui pugnauit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicem*, &c. *non adiicies, vt bibas illum vltrà.* 105.

Non vltrà, quid.

Illi verò qui cum Cyrillo ad Ecclesiam vt ad asylum se recipiunt, videntur effugere hasce angustias: hoc est, qui Iudæis Christum agnituris hæc promitti existimant, sed iidem interpretes rursus sequenti versu premuntur, & eodem, qui ad tempus Romanæ cladis adaptant: ita sunt omnia, vt monui, perplexa, & impedita. 106.

Verſ. 23. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: incuruare, vt tranſeamus: & poſuiſti vt terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus.

107. SI qui Babylonicæ calamitatis curſum tenent, perueniſſent huc inoffenſi, certe hic, me indice, poſſent exultare: hæc enim illi tempori & euentui mirum in modum quadrant. Plurimis enim locis ſacra Scriptura prædicit, & commemorat Babylonis euerſionem, regnique illius, & eo præſertim nomine, quòd Iudæos crudeliter diuexauerint. Vide ſuprà totum c. 13. & c. 14. Itaque id ſi amplecteris, interprete non indiges.

108. Laborant quidem illi, qui excidium à Romanis intelligunt: nam licèt eorum quoque imperium euerti, & ruinam eius Daniel prouiderit, & prænunciauerit, nuſquam tamen legimus, Deum id feciſſe vlciſcendæ iniuriæ populi ſui causâ. Dices: Deus hoc loco non pollicetur, ſe puniturum hoſtes Iudæorum, eo quòd eis cladem attulerint, ſed ſimpliciter, *Ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt:* quod reuera euenit: & negare nemo poſſit, Deo in vlciſcendo & puniendo Romano, inter alias iniurias, & peccata, ad hoc habuiſſe reſpectum: nam quantumuis quidam hiſtorici Titum in euertendâ Iudæa defendant, quis auſit affirmare, non grauiter peccaſſe? Et pro genere conſolationis proponitur, luituros eſſe pœnas, qui fecerint iniurias: & fas eſt eo vti, modo nobis non placeat vltio, quatenus propriè eſt vltio noſtra & aliorum iactura, ſed quatenus a iuſtitia & æquitate proficiſcitur. At nihilominus tenor verborum præſentium præ ſe fert, eos hoſtes, quicunque illi fuerint, plectendos eo, quòd Dei populo fuerint infeſti.

109. *De Eccleſia perſecutione.* Qui ad Eccleſiam transferunt, in iis hoſtibus calice ſoporis, & indignationis diuinæ potandis, exponunt malos Iudæos præſertim Primores, Scribas, Sacerdotes, & Phariſæos; qui plebem malo docendo, & male viuendo deprauabant, & incuruabant, vel certè Dæmones, hoſtes infenſiſſimos, & nocentiſſimos. Cui hoc arriſerit, habet pro ſe Cyrillum, & Procopium. Foterius quoque de Eccleſia intelligit, ſed quales ſint eius hoſtes hoc loco, non exponit. Arias verò concupiſcentias & peccata interpretatur: cæterum cum ille ſub imagine populi Ieroſolymitani genus humanum repræſentari velit, debuit etiam indicare, quid huic rei repræſentatæ in illâ imagine, & hiſtoriâ reſpondeat, quod omiſiſſe video.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVM SECVNDVM.

1. COnſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem, ciuitas ſancti: quia non adiiciet vltrà vt pertranſeat per te incircumciſus & immundus.

2. Excutere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalem: ſolue vincula collis tui captiua filia Sion.

3. Quia hæc dixit Dominus: Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.

4 Quia hæc dicit Dominus Deus: in Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum.

5. Et nunquid mihi eſt hic: dicit Dominus, quoniã ablatus eſt populus meus gratis: Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, & iugiter totâ die nomen meum blaſphematur.

6. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar; ecce adſum.

7. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion; Regnabit Deus tuus.

8. Vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit Dominus Sion.

9. Gaudete & laudate ſimul deſerta Ieruſalem: quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Ieruſalem.

10. Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium Gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.

11. Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini, qui fertis vaſa Domini.

12. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Iſrael.

13. Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde.

14. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum.

15. Iſte aſperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt reges os ſuum: quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt;

runt; & qui non audierunt, contemplati sunt.

Vers. 1. Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem, ciuitas sancti: quia non adiiciet vltrà vt pertranseat per te incircumcisus & immundus.

1\. HOc caput esse iunctum, iugatumque cum superiori conuenit inter expositores, quare ... eundum est via, quam supra institimus, scil. multigenam interpretationem in vtramque partem, suis quamque ponderibus librantes. Maldon. Ioan. 12. vers. 38. ait toto hoc capite agi de Christo, & Euangelio.

Sion, populus est Iudæorum, Résque publica, quæ iubetur pristinam opulentiam & dignitatem resumere; ac proinde prædicitur fore, vt resumat, & quam exuerat, rursus induat: id enim mihi sonat pronomen additum *tua*, & *tua*. *fortitudine tuâ*, & *gloria tua*: hoc est, quam antea habebas: quo persuadeor vaticinium attinere ad Remp. Hebræam propriè, & genuinè, non ad Gentilitatem, seu Ecclesiam ex ista conflandam: tali enim Sioni assignari nequit fortitudo, & gloria prior, quàm eùm exuisset, iterum assumeret, & indueret: at Sioni & Ierosolymæ ciuitati, gentique congruenter assignatur, vbi post ærumnas, & sordes, quas Babylone est passa annis septuaginta, ad pristinam rerum copiam, & splendorem Cyri liberalitate fuit restituta. *Prædicitur reditus à Babylone.*

2\. Sed huic interpretationi vt verba superiora valde suffragantur, sic inferiora resistunt: *quia non adiiciet, vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus*: nouimus enim & tempore Machabæorum, & post Christi ascensionem contrarium euenisse, cùm vtroque tempore à Gentilibus est polluta, & afflicta. Quibus tamen hæc interpretatio stat, sic exponunt hunc versum, vt illum 51. cap. præcedentis. *Ecce tuli de manu tuâ calicem soporis, fundum indignationis meæ non adiicies, vt bibas illum vltrà*: i. longinquo tractu temporis non bibes. Et verò à reditu Babylonico vsque ad persecutionem Antiochi satis multi anni intercesserunt. *Obiectio. Responsio.*

3\. Quod si hæc explicatio minùs apta videbitur, lector viderit an sit aptior altera Hugonis, *Incircumcisum* hoc loco & *immundum* singulariter intelligi Babylonium, à quo Iudæus diu est conculcatus: quàmque Deus vel hoc nomine erat penitus euersurus: quare ista locutio: *Non adiiciet vltra, vt pertranseat per te*; emphatica esse potest, non licebit ei ampliùs, non in eius potestate, & libidine erit deinceps transire per te, te proterere; cùm ipse sit à Persâ tollendus & perdendus omnino, & voluntas, & facultas ei in posterum deerit: imò & halitus, & vita. Quam expositionem adiuuo & vers. vltimo capitis antegressi? *Et ponam illum* (scil. *calicem soporis*, &c.) *in manu eorum qui te humiliauerunt*; quod de Chaldæis deletis conuenienter exponi istic vidimus. Cui aptè committitur: *Consurge, consurge, induere fortitudine tuâ Sion*, &c. secura, & tuta à Chaldæo, qui non poterit, si maximè *Et longè alia. Chaldæus perdendus.*

cupiat, te vltrà affligere. Vnde quæ minùs initio placebat explicatio, nunc reliquis magis arridet.

4\. Nam ad tempus post excidium à Romanis quemadmodum aptari possit, non intelligo. Si quis verò, tenere malit interpretationem illam de Ecclesia Christi, præter id, quod opponebam, premetur etiam particula *vltra*, *non adiiciet vltra, vt pertranseat per te incircumcisus*; nam cùm hoc de persecutoribus debeat exponi, nulli tempori conuenerit, nisi vltimo mundi, id est, Ecclesiæ cœlesti, cui pleraque succedentia di conueniunt. S. Hieronymus terrenam & carnalem Sionem intelligit, videt quippe id ipso contextu verborum cuncti, sed ille in sua sententiâ perstat; esse nimirum non absolutam prophetiam, sed hortationem, & conditionale promissum, si Sion per pœnitentiam consurrexerit pristina indumenta recepturam, quibus ornabatur, antequam haberet calicem furoris Domini. In quo postremo facile concedo in sententiam Hieronymi, quia eò vi verborum attrahor. Sed non esse veram, & absolutam prædictionem, non possum mihi persuadere. *S. Hieron. opinio.*

5\. Quid verò sit in hac expositione *Consurgere*, & cur conduplicetur hoc verbum, capies ex cap. 47. vers. 1. ad illud: *Descende, sede in puluere virgo, filia Babylon, sede in terra*: istis enim hæc sunt contraria; contraria autem ex contrariis facile capiuntur. Quod additur: *Induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem*: cum eâ agit, vt cum fœminâ, quæ tempore viduitatis & luctus solet vestes splendidas, & nitidas ponere; & transacto luctu, eas rursus induere. Sic Iudith cap. 10. versic. 3. *Induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se*, de quâ versic. 2. dicitur: *Abstulit a se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ*. Ex hoc more sumitur hæc metaphora, & prædicitur antiqua potentia, & dignitas recuperanda. *Consurgere, quid. Sup. 47. 1. In luctu ponitur vestis splendida. Restitutio status florentis.*

6\. *Ciuitas Sancti*.] Siue ad Deum, siue ad Templum, & Sanctuarium reuoces, eodem exit. Certè Ierosolyma ciuitas sancta appellari consueuit, vt è libris Machabæorum, & ex Euangelio sumitur. Cuius oppositi caussam eam fuisse crediderim, vt Deo, locique religioni, ac sanctitati ciues Ierosolymitani ascriberent, non suis meritis se à tam misero, & ærumnoso statu ad illum florentissimum fuisse traductos. *Ierusalem ciuitas sancta. 2. Mach. 3. v. 1. Matt. 27. v. 53.*

7\. *Non adiiciet vltrà, vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus*.] Prioribus verbis locutio propria S. Scripturæ Hebraicæ continetur, cuius vim exposui numer. 3. *Pertransire* hoc loco, quid hostile significat: conculcare, prosternere, pedibus supponere. *Incircumcisus & immundus* dicebatur quicumq; Israelita non erat, quia hic solus inter omnes nationes circumcidebatur, & in illa nota segregabatur ab aliis, & tanquam grex peculiaris Dei signabatur. Vnde ægriùs ferebat se populum Deo consecratum, & carnali etiam signo addictum, deuotúmque à profanis & pollutis hominibus proculcari, & conculcari, quod probrum in posterum ad longum saltem tempus à Deo auertendum Propheta pollicetur. *Pertransire est quid hostile. Incircumcisus, quis.*

Vers. 2

Verſ. 2. Excutere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.

HÆc pericope quoad ſententiam vix differt à ſuperiori: explanatur tamen amplius conditio miſera populi, è qua liberatur.

Verſ. 3. Quia hæc dixit Dominus: Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.

B

Venditio propriè & metaphorica.

8. TAmetſi venondatio, ſiue venditio propriè fit, cùm rei venditæ pretium interſecurſ, atque adeò, gratis venundari ſit implicatio, vt dicitur, in adiecto, tamen quia finis, effectuſque principalis venditionis eſt, rei venditæ dominium, & mancipium inde efficitur, vt aliquando in litteris ſacris, cum homines ab hominibus capiuntur, & in ſeruitutem, Deo ita moderante, aut permittente, rediguntur, dicantur ab ipſo Deo venundati. Itaque hoc loco *venundati eſtis*, interpretor, in ſeruitutem traditi eſtis; quod verò adiicitur, *gratis*, dupliciter expono; vno modo, quoad hoſtes & Dominos, qui Iudæos nullo dato pretio ſeruos poſſederunt, bello, iure, vel iniuria captos, vnde quos ſine pretio dato ſeruos acquiſiuerunt, ſine pretio accepto amiſerunt: quia ipſi priùs victores victi ſunt a Perſis, & ab his Iudæi ſunt dimiſſi: cui ſententiæ verba congruunt: *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini*; i. ſine pretio ſub iugum miſſi, & ſine pretio manu miſſi.

Gratis biſariam. C

Iudæi gratis manu miſſi.

9. Altero modo, particula *gratis* accipi poteſt quoad Deum; i. Ego vendidi vos hoſtibus, ſed non meo commodo, non pretio vllo accepto; conſimiliter nullo pretio dato vos redimam. Hic poſterior ſenſus fouetur è primo verſu capit. 50. *Quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis*, redi, illuc, nuo ære alieno preſſus, cum nullum poſſim contrahere, ſed veſtris iniquitatibus compulſus vos vendidi, & tradidi hoſtibus: & nullo etiam meo commodo, ſed veſtro ductus vos liberabo, & redimam. Quod ſi roges, vter modus exponendi ſit probabilior, in poſteriorem inclino, quia eſt cum ſuperioribus coniunctior.

Deo nemo commodi, nec incommodat. D

Amoris ſenſus.

Verſ. 4. Quia hæc dicit Dominus Deus: in Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum.

E

10. HIc quoque verſus, quem nemo negat accipi debere de Iſraele carnali, mihi fidem facit, ſuperiores tantopere ei annexos & copulatos de eodem populo agere. In cuius verſus expoſitione faceſſit negotium nomen iſtud *Aſſur*, vtrùm nobis indicet Aſſyrium, an Ægyptium Pro Pharaone quidam poſitum eſſe ſunt arbitrati; vt Forer. & Sa, quorum non alia ratio videtur fuiſſe, quam ita copulari hanc poſteriorem partem orationis cum priori, vt vtrique debeat attribui. Qui interpretes laborant in reddenda causâ, cur Rex Ægyptius, qui Pharao dici ſolet, nominetur Aſſur. Forerius coniectat fuiſſe apud Hebræos prouerbium, vt crudelis princeps diceretur *Aſſur*, propter notam crudelitatem Salmanaſar, & Senacherib. Coniectura labans, nuſquam fulta, quale enim ſit prouerbium, cuius mentio nuſquam a[illegible]? Opinio vera, & iam diu valens, Aſſur eſſe regem Aſſyriæ, & Babyloniæ, quam pleriqu Nabuchodonoſorem accipiunt, qui plus cæteris regibus Iudæam attriuit.

Aſſur, quibuſdā Pharao.

A

Aſſur, pro crudeli, non placet.

11. Ad rationem, quæ illam alteram opinionem de Pharaone extruit, reſpondetur, nihil eſſe abſurdi, iungi duas captiuitates, Ægyptiam & Babyloniam, cùm genere conueniant, licet circumſtantiis & adiunctis particularibus differant: immò cùm hæc differentia faciat ad rem. Nam hæc eſt Dei apud Vatem ratio: Populus meus ſponte ſuâ intrauit in Ægyptum, vt ibi eſſet colonus, fami ſuccurreret, ſuæque vitæ conſuleret: quê quoniam Ægyptius oppreſſit, hunc perdidi, & iſtum liberaui; quanto potiore iure perdam Babylonium, & liberem meum populum, cùm ille hunc non voluntate ſua adductum Babyloniam, ſed bello iniuſtiſſimo victum, captumque in ſeruitutem ærumnoſiſſimâ tranſtulerit? *Aſſur abſque vlla causâ calumniatus eſt eū*: abſque vlla cauſa verâ aut apparenti.

Ad rationē.

B

Explicatio verſus.

C

12. Ægyptius enim etſi cauſſam iuſtam opprimendi Iſraelem non habuit, eius tamen ſpeciem habuit: Pharao enim ſic concionatur. Exod. 1. verſ. 9. *Et ait ad populum ſuum. Ecce populus Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de terra.* Manifeſtus politiciſmus. Metus amittendi imperij ita ducit, ducitque ad artes iniquas: fucus inducitur tamen: *Ecce populus Iſrael*, alienæ nationis, alienæ religionis, non a nobis vocatus, aut aſcitus; ſed ſuo arbitrio, ſuo commodo huc ingruens: *multus, & nobis fortior eſt*: proinde timendus; habet vires, habet in nos odium, ſi detur occaſio, *ſi ingruerit contra nos bellum*, non eſt dubium, quin vtraque ſit expromturus, & additus inimicis noſtris nos ſit expugnaturus; ergo nos præuertamur: *venite ſapienter opprimamus eum*, colorantur iniqua conſilia, vt pleraque politicorum.

Politiciſmus Ægyptius. Peregrinos ſuſpicit.

D

13. At Aſſur Babylonius quid iſtiuſmodi potuit obtendere? quam vmbram ſaltem rationis & iuſtæ cauſſæ? prorſus nullam: *abſque vllà cauſà calumniatus eſt eum*: aperta, & inexcuſabilis calúnia, & iniuria, Hebr. ad verbum, *in nihilo oppreſſit eum*: ne ſpecies quidem cauſæ fuit. Ergo grauiori ſupplicio dignus eſt Babylonius quam Ægyptius. Ex quo ſatis apparet, quàm apta ſit iunctura vtriuſq; oppreſſionis. Et apud Ezech. 31. verſ. 3. animaduerto componi Pharaonem cum Aſſur non admodum diſſimili conſilio, cu ibi vtérque conſimiliter eſſe delendus prænuncietur. Et ſi Pharao ille, qui tunc imperabat, & ſibi multum arrogabat, euertendus eſſe prædicitur non aliter atque Aſſur rex etiam arrogantiſſimus: hoc loco, *Aſſur*, id eſt, Babylonium inſtar priſtini Pharaonis Deus ſe deleturum eſſe minatur. Vide locum Ezech. & caue, ne quis tibi imponat, & perſuadeat, ibi Aſſur poni pro Pharaone, vt. Em. Sa: crede potiùs Hieronymo, Theodo

Chaldæus grauius peccat in Iudæos, quam Ægyptius.

E

Locus ſimilis.

Aſſur apud Ezech. non eſt Pharao.

Theodoreto, Vatablo, Maldonato, Sanctio & aliis Pharaonem componit cum Assyrio rege.

Vers. 5. Et nunc quid mihi est hic: dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis: Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur.

14. *Asiatulus.* SI filum interpretationis, quam sumus exorsi, non dimittimus, facilem & expeditum habebimus loci istius explicatum. Est enim consequentia & conclusio ex præcedentibus: si enim Ægyptum, ait Dominus, tam acerbe sum vltus, eo quod populum meum ad se sponte accedentem, numero, & opibus auctum, sibi infestum & formidabilem laboriosis operis impositis premeret; quid oportebat me gerere erga Chaldæum, qui nihil sibi ab Israele timens, eum multo violentius, & iniuriosius oppressit? Necesse est, vt me ad illum perdendum accingam; *Exod. 3. v. 7.* & vt olim descendi in Ægyptum, vt cominus viderem afflictionem populi mei, & punirem sæuitiam affligentis: hoc idem nunc faciam: id quod vers. 6. proximo: *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.*

15. *Litteralis sensus de Israele mysticus de Ecclesia.* Tanta est verborum, & quæ iis clauduntur, rerum consecutio, & conuenientia, vt me pertrahat ad assentiendum, huc vsque hoc vaticinium, quoad sensum historicum, ac litteralem, spectare ad cuctum populi Hebræi, & ad statum pristinum: & sub ea imagine tantum adumbrari res Euangelicas, & totius humani generis seruitutem sub Diabolo, & per Christum *Regula de sensibus litter. & myst.* Dominum libertatem. Itaque vt aliàs plerumque primò & per se tractantur res Euangelicæ, & ex obliquo, & accessoriè attinguntur res priscæ illius populi: sic viceuersa aliquando commemorantur, aut prædicuntur res temporales, & respiciuntur tantum spirituales: vt ille sensus prior sit litteralis, & immediatus, iste alter medians & mysticus. Quod quando, & vbi fiat alterutro sensu, & modo, id ex adiunctis debebit intelligi.

16. *Reticentia. Suppletur varie.* *Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus?*] Multi interpretum agnoscunt reticentiam, & verò agnosci debet: est enim sermo inabsolutus: quem quisque implet, & absoluit ad suum *Hieron.* propositum. S. Hieronymus arbitratus moneri & terreri Iudæos, qui Christum occiderant, vt supra itam, supplet non fauorabiliter Iudæis, sed infauste tanquam diceret: Quid amplius moror in hac regione, nihil est, cur in ea diutius permaneam, de qua populus meus ablatus est gratis, & peccatis suis venditus.

17. Sed difficilis capitur hæc consecutio, & ratio: differentiæ populi, & loci, cui Deus fuerat tutela. Nam, vt demus transmigrationem Babyloniam accidisse ibi culpæ illius populi, quia ob peccata diuenditus & traditus est (tametsi hoc loco Assyriorum, & non Hebræorum crimen ponitur) at descensus in Ægyptum culpabilis certe non fuit; cur ergo inde Deus concludat, oportere à se & populum, & locum deseri?

18. Reliqui interpretes eo meliorem partem exponunt, & supplent: ita vt Deus non diutius sibi morandum, in suo populo vindicando, & hostili euertendo pronunciet, sed alij populum Hebræum, alij genus humanum intelligunt: qui posteriores ita nectunt, & supplent: si olim ex Ægypto, & e Chaldæa eripui populum meum, in illa typica sum executus, quid moror in capiendis rebus præfiguratis: Sic Adamus. Sed nostrum supplementum num. 14. positum, nobis videbatur magis appositum, & consequentius.

19. *Nomen Dei vtrum blasphement, Iudæi an Gentiles.* Quod attinet ad partem illam: *Et iugiter tota die nomen meum blasphematur*, dubitari potest, ab viris a Iudæis ne, an a Gentilibus blasphemaretur Dei nomen: quidam enim ad hos posteriores referunt: nam cum viderent Babylonij Israelem a se iam diu oppressum, hanc Dei patientiam, & permissionem attribuebant impotentiæ, aut incuriæ, seu perfidiæ: quod Deus populum vnicum sui cultorem non posset liberare vt infirmus; aut si posset, desereret, & proderet vt parum fidelis.

Dauid consulit Dei honori, & famæ. Cui blasphemia, & calumniæ ne daretur, aut ne arriperetur occasio vlla a Gentibus, Dauid Deum orabat, vt populo suo consuleret Psalm. 113. vers. 1. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: super misericordia tua, & veritate tua, nequando dicant gentes: vbi est Deus eorum?* *Psal. 113. v. 1. seq.* Vbi Genebrardus docte, & presse: *Vbi est* *Genebr.* *Deus eorum? Israelitarum Deus: cuius potentia, & magnitudine gloriantur, cum nihil possit: quasi dicat: Vindica gloriam tuam a Gentium blasphemiis, vindica, & illustra.* Hanc eandem blasphemiam veritus Moyses, & eius vitandæ obtentu *Moyses zelat Dei famam.* Deum vrgens agebat. Num. 14. versiculo 14. *Nu. 14. v. 14.* *Vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, &c. & dicant: non poterat introducere populum in terram, pro qua iuraueras: idcirco occidit eos in solitudine.* In eam rem vide quæ scribo cap. 48. n. 119.

20. *Consentio, & filum.* Porro huic interpretationi hærent superiora, & maxime sequentia: *propter hoc*, id est, ne blasphemet, *sciet populus meus nomen meum in illa die: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum. Qui loquebar*, promittens auxilium, *ecce adsum* reipsa dans. A Gentilibus fuisse Iudæis *Gentiles exprobrant Israeli impotentiam Dei.* exprobratum eos colere Deum, a quo liberari non possent, in hoc nostro Vate legimus supra capit. 36. versiculo 15. vbi Rabsaces nomine regis sui Sennacherib valde multus est & impudens in hac parte. & capit. 37. versiculo 4. Ezech. misit qui ad Isaiam illiusmodi blasphe- *Deus cauet, & consulit suo nomini, ac potentiæ.* mias Assyriorum deferret quo Vates eo nomine Deum deprecaretur, vt suæ autoritati ac dignitati caueret. Et quidem valuit apud *Sup. 37. v. 6.* Deum vis rationis, & orationis; *Et dixit ad eos (nuncios) Isaias: Hæc dicetis Domino vestro: Hæc dicit Dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua.*

21. Itaque Deus hoc in genere suam tuetur existimationem, & ne aut minus potens, aut minus fidelis in suis suo tempore liberandis existimetur, diligentissime cauere est solicitus. De hac eadem sua fama Deus est solicitus capit. 48. versiculo 11 vt ibi [illegible], etsi de alia maiori liberatione istud interpretor, *Int. c. 48. n. 2.* num. 120. Sed cum [illegible]

vt obseruat Sanctius, ille Ezech. 36. versiculo 20. *Et ingressi sunt ad Gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis, populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo quod polluerat domus Israel in Gentibus, ad quas ingressi sunt.*

22. Quod si Ezechiel Isaiæ voluit accinere, quod est valde probabile, hæc blasphemia à Gentilibus proficiscebatur, sumta tamen occasione ex Iudæis, sic enim Lyra, Maldonatus, & vtroque vetustior Theodoretus exponit: & ipsa Ezechielis verba postulant: *Cum diceretur de eis: populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Quasi argumentarentur*, ait Maldon. *populus Domini hic est, & tamen de terra sua eiectus est, & in captiuitatem ductus, non est ergo Dominus tam potens, quam illi putant.*

Maldon.

23. Quâ expositione soli culpantur Gentiles, & Iudæi manent eximij. At quoniam Paulus Rom. 2. versiculo 24. culpam cum Iudæis communicat, *qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras: nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est*, dicendum est necessariò, e duplici capite, & occasione ortam fuisse blasphemiam Gentilem. Alterum caput est supradictum: alterum est, praui mores Iudæorum multorum, quos mores cùm Gentiles perspicerent, Deo impiè detrahebant, ac si tam male morato populo gauderet. Vnde boni Iudæi, cur Deus apud Gentiles blasphemiis peteretur, fuerunt occasio tantùm: mali verò & occasio & caussa: & ait Lyranus: cum & quòd hosce desereret, & quòd illos ad suum cultum admitteret, argueretur ab impiis infidelibus Deus.

Mali fideles sunt caussa, cur infideles Deum blasphement.

24. Quibus prius Iudæis qooniam erant similes illi, quos Paulus reprehendit, gloriantes sanctitate legis, & eam violantes, meritò per eos docet nomen Dei blasphemari inter gentes, *sicut scriptum est*, hunc locum extento digito demonstrans.

25. Quod si vita mali Iudæi blasphemia est ipsius Dei: quanto maior, & detestabilior blasphemia fuerit vita mali Christiani: cuius lex & religio multis partibus est sanctior, & venerabilior? Orig. hom. 17. in librum Numerorum animaduertit duplicem in Christum iactari blasphemiam, vnam ore, alteram opere: dum enim exponit illa verba Balaam: *Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit in maledictione reputabitur:* sic habet, in illo populo Christum intelligens: *Certum est, quòd benedicentes Christo benedicti sunt, & in communione paternæ hæreditatis assumti, qui autem maledicunt, maledicti sunt.* Et postea: *Ego autem existimo, quod non ille solum maledicat Christo, qui sermonem aduersus eum maledicum profert: sed & ille, qui sub nomine Christiani male agit & turpiter conuersatur, & inhonestis verbis, & actibus suis facit nomen eius blasphemari inter Gentes, sicut è contrario non ille qui sermonibus Dominum benedicit, ipse solum benedicere putandus est, sed qui actibus, & vita, & moribus suis facit ab omnibus nomẽ Domini benedici. Et in istis magis complebitur quod tertia prophetia Balaam designat quia benedicentes Christo benedicentur, & maledicentes ei, maledicti erunt. Propter quod omnimodè caueamus, ne propter actus nostros Christi nomen blasphemetur, sed magis id agamus, vt de benedictionibus eius participes esse mereamur.* Vide cap. 38. v. 5. num. 17.

Ad Christianos malos transfertur.

Orig.

Nu. 24. v. 9.

Malus Christianus maledicit Christo. & bonus benedicit moribus.

26. S. Augustin. lib. 16. de Ciuit. cap. 2. istiusmodi degeneres Christianos præsignatos fuisse docet per Cham, qui fuit maledictus à patre Noe, ex quo eum nudum fratribus prodidisset: Augustini sermo hic est: *Quamuis non solum qui sunt apertissime separati, verùmetiam, qui Christiano vocabulo gloriantur, & perditè viuunt, non absurde possunt videri medio Noë filio figurari: passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate est significata, & annunciant profitendo, & malè agendo exhonorant.* Augst.

Quanto probro Christum afficiant Christiani contra quàm professi sunt, agentes, quoniam præsens locus postulat, certe patitur, addam ex eodem Augustino in Psalm. 30. versiculo. 11. concione 2. ad illud: *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui sunt inimici Ecclesiæ?* quærit Augustinus respondétque. *Pagani, Iudæi omnibus peius viuunt mali Christiani. Vis videre quam omnibus peius viuant mali Christiani? de talibus dicit propheta Ezechiel, quia comparantur sarmentis inutilibus. Pone Paganos ligna esse siluatica, extra Ecclesiam, adhuc potest inde fieri aliquid quomodo de lignis fabrilibus est lignum fabro aptum: etsi adhuc nodosum, & curuum, & corticosum, tamen quod doletur, ascitur, deplanetur, & possit venire ad aliquam fabricam vsus humani: de sarmentis vero præcisis fabri nihil facere possunt, ea ignis solus exspectat.* August.

Mali Christiani peiores infidelibus.

27. Attingit Augustinus caput 15. Ezechielis iam diu mihi difficile, & obscurum, vbi versiculo 2. Deus: *Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricetur ex ea paxillus, vt dependeat in eo quodcumque vas? Ecce igni datum est in escam.* Qua metaphora traditur, id genus hominum palmite præciso sui vitâ euulsâ, significatum esse prorsus inutile, & alia genera hominum, quæ syluestribus arboribus designantur posse esse vtibilia, & vtilia. S. Augustinus palmites amputatos interpretatur esse fideles malè viuentes; & arbores siluestres, esse homines à fide alienos: quibus sint deteriores, & inutiliores: mali Christiani. Tametsi Augustinus non indicat nominatim fructum, quem Pagani ferant, & mali fideles ferre non possint, quod poscebat vis similitudinis, & in qua tota est loci difficultas: quam ad fundum exhaurire non cogimur, sed satis fuerit leniter attigisse. Illud tamen è mente S. Augustini sumimus, Dei nomen magis inhonorari, & dedecorari ab improbis Christianis, quam ab infidelibus. Et vlteriùs facile inde colligimus, à malis religiosis & sacerdotibus, quorum intererat, sanctissimè viuere, maiorem diuino nomini iniuriam, & contumeliam inferri, quàm ab reliquis vitiosis fidelibus Hugo Cardinalis in expositione mysticâ c. 15. Ezech. citati Clericos & Religiosos ab officio desciscentes in vite intelligit, & seculares in arboribus siluestribus, qui ad aliquem Reip. vsum sint accommodi, illi prorsus inepti.

Locus obscurus.

Augustini expositio.

28. *Mali Religiosi & sacerdotes peiores laicis.*

Itaque Religiosi, Clerici, Christiani, qui à suâ quique professione, & officio discedunt, vt diuinæ gloriæ, & dignitati detrahatur, præbent non modò occasionem, sed caussam, tametsi vitio etiam id accidat detrahentium: 29.

qui

p... nt non modò ... nomen, sed ... am, ... tio etiam id ac idat ... jas ... a & peccat ... priuatarum p... nato in ipsam ... communicatum, & in ipso Religio- nem refun- unt ... parum quid imprudentes, & ... ille Nam ... fides, ... nomis con... tio nemini ... faber ... unde fit, ut quiuis ho... abolus ... eundem ... pro- bus ... pleruinque qui rarò ... abutitur, non mediocri ... gradu ... , sed descendat ... tinum. Vt ... fu- giat, & accedat, quo fuerat ... , eo fit ma... acidum & acre ... aut Reli- gio... ac deprauatus ... deterrimus, & Deo valdè probroso.

Religiosi degeneres plerumque pessimi.

10. ... Serapion apud Cassian. Collatio. 5. cap. 26. ad ... hoc illud Christi Domini, Luc. 11. ... quibus ad... ; ... qui domum va- cuam & mundatam ... atque Abbas: *Tur- pior enim erit post hæc ... immundior anima, ac ... grauiore plectetur, quæ se renuncia ... glo- riatur, Dominantibus ... quam fuerat quondam in sæculo constituta, cum nec disci- plinam Monachi suscepit professa, nec nomen.* & C... Pat. 4. capit. 1... Daniel Abbas ed ... pronunciatum Apocalyps. 3. vers. 15. *Vtinam ... idus esses, aut calidus, sed quoniam tepidus es, incipiam te euomere*: hunc tepidum Dei vi ceri- bus applicitum exponit ille malum Religio- sum, & addit: *Rectissime ergo pronunciatur esse deterior, quia facilius ad salutarem conuersatio- nem, & perfectionis fastigium carnalis quisquis est, sæcularis, vel gentilis accedit, quam is, qui profes- ... Monachum, nec tamen viam professionis arri- piens secundum regulam disciplinæ, ab illo semel spi- ritualis feruoris igne decessit.* Cuius rei & diffe- rentiæ ratio ibi bona redditur à lectore indi- gente videnda, & epist. Bernardi. 96. Huc di- gressi sumus per occasionem querelæ Dei, suû nomen a suis cultoribus & famulis blasphe- mari: quem locum S. Ignatius Martyr epist. 2. si eius sunt epistolæ, de quorum ... scandalizante exposuit: atque adeò magis conuenit in eos, qui altiori gradu constituti se gerunt turpiter & abiectè, & suo exemplo alios ad ... hunt. Vide Gregor. homil. 17. in Euang. & S. Hieron. in expositione mystica, hic.

Vers. 6. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.

31. Quò referendum sit, *propter hoc*, quæritur: cum sit causa sequentis promissi: *Sciet po- pulus meus nomen meum.* Ad ea, quæ præcedunt referri debet: propterea quòd populus meus, & ab Ægyptiis & ab Assyriis, me sinente, sit direptus, & inde nata fuerit occasio blasphe- mandi mei, quasi non valentis, aut non cu- rantis eripere populum meum; ideirco, illum eripiam, & fidem meam datam olim per Vates, suo tempore, die præstituta liberabo: cessabit- que populi mei calamitas, & nominis mei blasphemia.

32. *Sciet populus meus nomen meum.*] *Nomen Dei pro Deo ipso* passim ponitur: aliquando pro eius manifestatione, & potentia: quæ notio bene Gabr. Aluarez in Isaiam Tom. 2.

Nomen Dei, pro fide in ...

conuen... huic loco. Sed cum agatur, de pro- ... illis ... vt liquet ex his: *quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum*: i. Ego ipse, qui pro- mittebam me ... opem laturum, ecce ad ... opem ferens: cum ergo de fide li- beranda, & ... solum, non ... absurdum, *si nec* ... more Latino- rum, qui ad debitum, & creditum accom- modant, & nomen ... appellat debitorem fidissimum in soluendo, & exhibendo, quod debet siue ex promissione, siue aliunde. Ego *in illa die*, ait Dominus, cùm ego explebo quod debeo, quippe quod ipse ... tá- men promiserim, tum *sciet*, agnoscet melius, & amplius *populus meus nomen meum*, id est, quam sim fidelis in soluendo & reddendo: quam ... sit fidendum meis simplicibus promissis. Quam interpretationem ... hic ex Hebræo, & Græco licet adiuuare. Hebraicè enim ad verbum ita: *Quoniam ego ipse loquens, ecce ego*, hoc est: Non sum alius te, quam eram locutione, & verbo: in hoc enim stat summa boni nominis, quod vulgo dicitur: Creditor cui, videlicet, tutò credimus, & fidimus: Græcè verò: *sciet populus meus, quoniam ego sum ipse: qui loquebar adsum*: quod totum ad constantiam, & fidem promissorum diri- gitur.

pacto, & promisso.

Iam si cui placent, licet fide historice per- 33. tineat ad fidem datam à Deo liberandi Israelis è seruitute Chaldaica; mysticè tamen, & sub eo simulacro etiam spectare ad promissionem præstandam de liberando toto genere hu- mano e captiuitate Diaboli, non solùm non repugnem ego, sed valde approbem, vt sen- sim delabatur oratio ad id, quod præcipuè est propositum, & institutum: nam versu se- quenti apertissime agitur de Euangelio, & im- mediate, vt constabit.

Vers. 7. Quàm pulchri super montes pe- des annunciantis & prædicantis pa- cem, annunciantis bonum, prædican- tis salutem, dicentis Sion; Regnabit Deus tuus.

Videtur abuti operâ, & otio si immoraret 34. in ostendendo pertinere ad Euangelium hoc vaticinium, aut in commemorando, qui hoc sentirent interpretes. Illud duntaxat est indicandum, cur Vates omissâ vt apparet, subitò illa prædictione libertatis Iudaicæ, huc se transtulerit: cuius rei ratio in promtu est.

Quis enim nesciat illam priscam seruitutem & Ægyptiacam, & Babylonicam fuisse ty- pum seruitutis generalis, quam seruiebant omnes homines ex Adamo procreati, & il- lius peccati vinculo irretiti, & aliis actualibus amplius obstricti? aut liberationem illius po- puli a Deo procuratam, & effectam fuisse fi- guram liberationis & redemptionis efficiendæ per Christum.

Seruitus Ægyptiaca, & Babylonica typus seruitutis generis humani sub peccato.

Cumque tanta sit affinitas & similitudo in- 35. ter typum, figuramque & rem figuratam, ac typicam, quanta potest esse maxima, quid mirandum occurrit, si Vates, quibus est

Vates ab illa transfertur ad hanc.

propo

propositum primò, & præcipuè prænunciare quæ pertinent ad Christum, ad salutem communem; & publicam; & vt hoc possint molliùs mel usque præstare, solent substernere quasi quædam stragula, illa populi Israelitici prisca euenta, & conuenta: ab his substratis ad illa maiora, & potiora tractanda in mcti diuinitus assurgant. Quæ assurrectio, & mutatio materiæ nobis videtur interdum esse subitaria, cùm sit valdè præmeditata, & longo tractu sermonis apparata, & subornata. Nam vt res ipsæ, quæ præfigurant, diriguntur ad res præfiguratas: sic in Vatibus commemoratio figurarum præmittitur, & substernitur ad prædictionem rerum figuratarum. Quare quoties a figura ad rem figuratam fit transitus, is non est exsiimandus subitus, & repentinus; sed ex composito, & ex præmeditato substractus.

Transitus à figura ad figuratum nō fit temerè in Vatibus.

36. Atque adeò fieri potest, vt Vates suum historiæ producens filum, & licium, illúdque minime intercidens, attexat, & superaddat aliquid Euangelicum, quasi quid operis Phrygionici supra telam simplicis historiæ. Vide quæ in hanc rem docui capit. 45. numero 118. vbi intelliges non esse necesse, vt omnia, quæ subiiciuntur, & substernuntur, referantur ad aliud prænunciandum, sed posse ex iis aliqua hoc officio vacare, & aliqua eo fungi. Vnde in præsenti, dici possit, sensu quidem literali scribi prædicationem Euangelicam; alludi tamen & respici ad nuncium lætum, de liberatione populi è Babylonià, sed iam ad explanandum vaticinium accedamus.

Sup. c. 45. n. 118. c. 49. n. 121.

37. *Quam pulcri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem.* Quod attinet ad historiam, quæ substernitur, vel quæ per transennam aspicitur, aduentus gratus, lætúsque describitur nunciantium in montuosis locis Iudææ libertatem à Cyro concessam: quod verò ad id, quod ex instituto agitur, spectat, Euangelica prædicatio commendatur. Aliud enim nos sentire non patitur Paulus Roman. 10. versic. 15. vbi de ea hunc locum adducit, & exponit.

Allusio ad libertatis Babylonicæ nuncium.

38. Cæterùm duæ voces in hac expositione habent nonnullam obscuritatem. Altera est, appositum *Pulcri*, quo Pedes nuncij ornantur: videtur enim minus conuenire. Nam quiduis aliud prius pedibus solet attribui, quàm pulcritudo: & quia inter corporis partes pedes habitu suo formosi non sunt, imò aliquanto fœdi, & quia ex situ, quem habent in corpore, sordescunt facillimè; vnde mos lauandi pedes, ad detergendas sordes, quam terrà calcandâ contraxerunt. Altera vox est: *super montes*: non enim allucet, cur potius hic nuncius per montes, quàm per loca humilia, aut plana sit excursurus. Priùs priorem vocem illustremus.

Pulcritudo pedibus quomodo tribuatur.

Pedes lauantur vt sordidi.

39. Ac principio sepono Vatablum & Sà, qui putant hunc nuncium esse ipsum Christum, qui in montibus sæpe docuit. Nam Diuus Paul. citat, & numero plurali ex L X X. allegat: *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona?* & de Apostolis exponit: vnde licèt Christum includamus, Apostolos excludere non possumus. Cur ergo pedes Apostolorum pulcri dicantur, id nobis est ostendendum: & fere eadem esset quæstio, si essent Christi pedes.

Pedes Apostolorum qui pulchri.

40. Possem facile effugere, confugiens ad Græcam lectionem, quam Tertullianus libro 5. in Marcion. cap. 2. citat. *Quam tempestiui sunt pedes*, &c. Legens absque dubio: *ὡς ὡραῖοι*, & cap. 5. *quam maturi* nam nunc aliter habent exemplaria Græca. Quæ lectio & notio mirè quadrat: nam cum in *pedibus* significetur aduentus, & is, si sit tempestiuus, & opportunus, sit iucundus, & lætus, gratusque, aptissime nunciantis pedes tempestiui nominantur: & quia quæ sunt pulcra, ea quoque sunt apta, conuenientia, & iucunda. hinc fit, vt tempestiua & pulcra, inter se non longè differant. Quàm verò tempestiua, & opportuna mundo aduenerit Euangelica Prædicatio & alibi attingo, & per se apparet: cum certissimum sit, neque antea, neque postea oportuisse aduenire. Sed nolo relinquere versionem Latinam, quam etiam apud Paulum sequitur Vulgatus interpres: apud quem est: *ὡς ὡραῖοι πόδες*: quod cum posset verti: *Quam tempestiui pedes*, & hoc multo frequentius significat vox Græca *ὡραῖος* ab *ὥρα*, quæ est tempestiua, & maturitas, siue tempus aliquod anni; maluit Latinus reddere: *speciosi* pedes, quod est apud Græcos rarissimum: sed reperitur apud LXX. sæpè.

Lectio tempestiui.

Aduentus intempestiuitas.

Tempestiua & pulcrum non differunt.

Gen. 1. v. 9. 3 Reg. 1. 6 apud LXX Cant. 2. v. 14

41. Assero igitur hoc loco *pedes* poni pro aduentu, pro ipsis nunciis & Apostolis aduenientibus: nam nunciando, & in varias mundi partes nuncio deferendo opus est omnino pedibus integris, sanis, valentibus, expeditis: quibus qualitatibus pedes præditos quis vetet appellare pulcros? solet enim hæc appellatio & commendatio transferri ad res multas, quibus non valdè propriè conuenit pulcritudo: idque fert diuersarum linguarum vsus.

Pedes pro aduenientibus

Pulcritudo diuersis rebus tribuitur.

42. Vnde hoc loco *pedes pulcros*, seu speciosos Prædicatorum Euangelicorum nihil aliud acceperim, quàm amabiles, desiderabiles, lætos, faustosque, & in pedibus hisce ipsos Apostolos, eorúmque Euangelicam prædicationem. Cui prædicationi per metaphoram probissime tribui potest pulcritudo, venustas & elegantia. Quò pertinent adnotata capitul 40. versic. 9. numero 120. tu vide omnino.

Euangelium amabile.

43. Apostolis, ac successoribus pedes, & pedes pulcros assignat, & bellè. *Pulcros* quidem, vt modò dixi, ob elegantiam & gratiam tradendæ doctrinæ: *pedes* verò ob velocitatem lustrandi mundum vniuersum: & huc adducit Apostolus Romano. 10. versic. 15. & 2. Thessa. 3. versic. 1. *De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur.* Currit ergo Dei sermo & Euangelium per omnes regiones & gentes, vt Christus iusserat, deferentibus istis cursoribus, & legatis, quorum pedes debuerunt esse expediti, nudi, loti, candidi, speciosi, fausti, iucundi. i. doctrina pura, selecta, pulcra, splendida, celeriter cunctas mundi nationes persuadens, corripiens & corrigens: & in eis miram pulcritudinem vitæ cœlestis efficiens.

Pedes pulcri, doctores veloces, & elegantes.

44. Quod si moraliter libeat, hosce pedes pulcros interpretari, non deerit autor nobilis,

Pedes pro affectibus.

is

is erit Origenes, qui in pedibus mores & affectus Apostolorum intelligit, idque à Christo, dum eorum pedes ablueret, fuisse censet demonstratum: scil. affectus morésque Prædicatorum debere esse puros, mundus, ab omni terrenarum sordium concretione purgatos. Origenem repræsento ex lib. 8. commentar. in epist. ad Romanos, vbi Paulus adducit hunc locum: *Quòd pedes hîc speciosos*, ait Origenes, *non corporales, sed spirituales dicat, puto quod quamuis amicus quis sit litteræ, negare non possit. Neque enim in id ridiculi deducet Apostolicum sensum, vt Euangelistarum pedes visibiles putet ab eo dici speciosos. Sed illi sunt decori pedes, qui ambulant per viam vitæ: secundum illud, ego sum via. Intellige decoros & speciosos euangelizantium pedes, qui per talem viam merentur incedere. Isti sunt ergo pedes, quibus & Paulus cucurrisse cursum se dicit, sed sic cucurrisse, vt comprehendat, id est, animo, quo tenditur, & properatur ad cælum. Gratificè autem pedes istos firmauit, quos Iesus discipulis suis lauat, & linteo, quo præcinctus est, tergit.*

Pedes Apostolorum cur lauit Christus. Mores doctorum puri. — *Orig.*

45. Deinde Origenes more & modo suo explanat istam pedum Apostolicorum lotionem, & eodem conducit illud sponsæ Cantic. 5. vers. 3. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* additque: *Et fortassis quia hæc pulcritudo est in pedibus Euangelistarum, propterea non vult eos Dominus Iesus calceamentis operiri, & occultari speciem pulcram, sed præcepit neque calceamentum habere in via.* Qui postremus nucleus si cui palato sapiat, condiri adhuc poterit ex circumstantia loci, quem pedes isti premunt, nimirum, *montes*: *Quàm pulcri super montes pedes!* quæ enim locata sunt supra fastigia montium, occultari nequeunt; & Apostoli ex hac similitudine admonentur ne se, & sua bona occultent. Matth. 5. versiculo 14. *Vos estis lux mundi, non potest ciuitas abscondi suprà montem posita.*

Orig. — *Calcei interdicti Apostolis cur.* — *Montes impositi apparent.*

46. S. August. Psalm. 67. vers. 5. ad illud, *iter facite ei, qui ascendit super occasum*: pressè: *vt per speciosos pedes euangelizantium perueniat sibi ad corda fidelium.* Ergo vidit Augustinus acutè in his pedibus præuiam Apostolorum prædicationem, & introductoriam ad excipiendum Christum veluti Apostoli suis pedibus, moribus, verbis, miraculis aditum obstructum aperuerint Christo. Huc tendebat illa prima velitatio, & præmissio discipulorum. Luc. 10. versiculo 1. *Post hæc autem & designauit Dominus, & alios septuaginta duos; & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus.* S. Gregor. homil. 17. in Euangel. *Benedicitur, quia misit eos ante faciem suam. Prædicatores enim suos Dominus sequitur: quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atque per hoc veritas in mente suscipitur, hinc namque eisdem prædicatoribus Esaias dicit: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.*

S. Aug. — *Apostoli præcursores Christi.* — *S. Greg.*

47. Quodsi *pedes* isti præcursores sunt, & ad præstruendam, & præmuniendam viam Euangelico pertinent, tunc *montes* possumus exponere satis commodè difficultates & impedimenta Euangelio accipiendo opposita, quæ pedibus Apostolicis sunt sublata, & substrata: affiniter ad ea cap 40. versic. 4. *Omnis mons & collis humiliabitur: Erunt praua in directa, & aspera in vias planas*: in hoc tractu expositionis *pulcritudo pedum*, quæ vbique rem præpedire videtur, conferenda est ad effectum, quia ab iis pedibus viæ pulcritudinem & speciem acceperunt, nam *via pulcra* dicuntur viæ sapientiæ Prouerb. 3. vers. 17. & in montibus, locis quippe herbidis & amœnis frequenter reperiuntur istiusmodi viæ vernantes, floridæ & speciosæ & quoniam inter viam & viatorem magna est connexio, & propinquitas facilè inter vtrumque qualitates communicantur: ita vt è viarum amœnitate, & pulcritudine viatorum gressus quodammodo pulcrescant, & gressuum pulcritudo in vias vicissim redundet.

Pedes pulcri ab effectu. infra n. 57. — *Via & Viator in multis communicant.*

48. Præterea, cùm ij Euangelizantes, & annunciantes bona sint ipsa Christi Ecclesia primæua, & sponsa nouella, virgo nubilis, nihil inconcinnum, aut ineptum apparet, sed potiùs valdè congruum, si à pedum pulcritudine laudetur: hinc enim Canticor. 7. versic. 1. incipitur commendatio sponsæ: *Quàm pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis?* vbi pedes apti, & benè conformati omni vitio, quod solet accidere, carentes laudantur, & simul eorum ornamenta, scil. *calceamenta*, seu sandalia, quæ argento, auro, gemmísque solebant ornari. vnde pulcritudo gressus, incessúsque è duplici caussâ proficiscebatur, è pedum proportione & habilitate, & ex splendore, ac elegantiâ calceorum. Calceamenta verò fœminarum nobilium fuisse pretiosa, & speciosa sumimus è Iudith c. 10. v. 3. vbi in mundo muliebri splendido numerantur *sandalia*, & ca. 16. num. 11. cùm Iudith encomia celebrantur, additur: *Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulcritudo eius captiuam fecit animam eius.* Et Isai. c. 3. v. 18. *auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, &c.*

Pedes pulcri pro Ecclesiâ nouella & tenera. — *Pedes pulcri ab ornatu.* — *Calcei nobilium fœminarum pulcri.*

49. Cùm ergo hic fuerit vsus ornandi pedes, & nos ostentandi ornatos, aptè inde capitur occasio translationis, & locutionis figuratæ, quâ Prædicatorum Euangelicorum pedes, gressúsque atque adeò calcei pulcri, speciosique cum admiratione nominantur. Quin aliqui interpretes Canticorum hunc Isaiæ locum quasi affinem allegant: vt Gislerius & Delrius. S. Greg. in Cantic. adducit illud Ephes. 6. versic. 15. *Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.* Quos pedes calceatos apud Apostolum cerno huc, illúcque versari, sed meo aliorúmque iudicio censeo esse animum firmum, & constantem, inuictum ad percurrendum viam Euangelicam, & eam aliis expediendam & sternendam: est enim allusio ad caligas, seu ocreas militares: vt ex ceterâ armaturâ illic enumeratâ colligitur: miles enim nudipes lentè, timidè premit vel sabulosum solum: at caligatus, & bène ocreatus per saxa, per carduos, per vepres intrepidus graditur.

S. Greg. — *Pedes calceati pro constantia, & perseuerantia in docendo.*

50. Sic apud Vatem nostrum Apostolorum & Apostolicorum pedes dicuntur incedere super montes, per loca aspera, confragosa, ardua, & in eis suam conseruare pulcritudinem, quippe non nudi, sed *calceati in præparatione Euangelij pacis*, quod genus caligarum & est vi suâ ad firmitatem & diuturnitatem solidum, & prædurum: & ad decorem & spe-

Apostoli & alij per aspera quæque incedunt.

ciem elegans. Et hæc sunt fortassis illa sandalia, quæ Christus suis discipulis induenda præscripsit Marc. 6. versicul. 9. quibus alias interdixerat calceamenta. Matth. 10. versicul. 10. Si tamen est diuersa præscriptio, & non potius eadem, vt apud Marcum permittat simplicia calceamenta; apud Matthæum vetet duplicia, non secus, ac duplicia vestimenta. Quod si mores trahere, & protendere placeat, simplices calceos, affectus simplices & puros exponito, pedes pulcros, gressus, & passus vitæ honestos. Vel, quia calcei fiunt ex corio, quod animali mortuo detrahitur, interpretere licet, affectus mortificatos, quod faciunt autores non ignobiles: quibus pedibus, & affectibus moderatis, compositis, mortificatis nihil in omni hominum genere, sed præcipuè in doctoribus & magistris potest gratius, & pulcrius existere. Ergo vt tribus verbis cuncta superiora complectar, & ad summam contraham, *pedes* ad celeritatem Euangelij promulgandi, *montes* ad difficultates & accliuitates submouendas, *pulcritudo* ad splendorem doctrinæ, vitæ, morum ac miraculorum, quæ in Apostulis præluxerunt, attinent.

Sandalia indicta, Apostolis calceamenta interdicta. — *Calcei simplices, quid.* — *Affectibus compositis nihil pulcrius in doctore.* — *Summa superiorum.*

Annunciantis & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem.] *Pax*,
51. *bonum*, *salus* tria sunt in libris vocabula significantissima, & sensu plenissima: ad vnum & ideo ferè tendentia, differenti tamen respectu. Dicendum est separàtim de vnoquoque.

51. Pax, Bonum, Salus.

Pax hæc prædicata, & annunciata non est pax temporalis, non ciuilis, non externa, & mundana: sed æterna, spiritualis, interna, cœlestis. Ioan. 14. vers. 27. *Pacem relinquo vobis, Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pacem*, quam Christus suis discipulis relinquit, & dat esse eam, quæ apud Isaiam annuncianda & prædicanda promittitur, in dubium venire non potest: quare quæ Pacis nomo apud Euangelistam, eadem fuerit apud Prophetam.

Pax, quid.

52. *Pacem* apud Ioannem interpretes variè capiunt: sed mihi vnus Cornelius Iansenius omnino satisfacit: qui tria docet eo nomine contineri; *Pacem*, id est, reconciliationem hominis cum Deo: *Pacem* hominis secum, hoc est, affectuum moderationem, & compositionem, ita vt quàm minime tumultuentur & turbentur, ex qua compositione & moderatione nascitur animo quies, cordisque transquillitas: denique *Pacem* & concordiam hominis cum aliis hominibus: nam vt S. Iacobus scribit cap. 4. versicul. 1. *Vnde bella, & lites in vobis? Nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?*

Iansen. Conc. cap. 134. Pax tria continet. — *Cupiditates turbatiui.*

53. Pacatis ergo sedatisque omnium hominum cupiditatibus, summa esset inter homines pax & concordia: bella nulla, nulla dissidia. Sed vbi quis est Deo reconciliatus & deditus per Spiritus sancti charismata; & frænat, ac in officio continet suas cupiditates, & affectus; licèt alij illi bellum indicant, inferant, negotium facessant, eumque perturbare moliantur, perseuerat tamen ipse imperturbatus, & tranquillus apud se in altâ quâdam mentis suæ tranquillitate, & qui[...], infestus inimicis sed non infensus. Psalm. [1]19. vers. vltim. *Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.*

53. Vir tranans cupiditates ab aliis non turbatur.

Pro, *impugnabant me gratis*, Hebr. est. *ipsi ad bellum*: hoc est, cùm ego totus essem intentus in consilia pacis ipsi toti ad bellum. Hoc luculentius apparuit in Apostolis & martyribus Christi, qui in mediis sæuissimarum persecutionum fluctibus erant pacati, tranquilli, immoti, non secus ac scopuli ac saxa in medio pelago procelloso, aut æstuario.

Viri sancti in mediis bellis pacati.

54. Hæc tanta in tanto tumultu quies, atque tranquillitas oritur ex eo, quòd homo habet cupiditates compositas, & pacificatas. Nam vt in mari ventorum flatus vehementiores, & impetus excitant procellas. ita in homine cupidines effrænatæ commouent turbas, tumultus, bella, seditiones, & omnia miscent: & vt cadentibus ventis mare ad tranquillitatem redit, sic concupiscentiis sedatis, homo pacem adquirit intus, & quantum in ipso est, vt monet Paulus, pacem conseruat cum omnibus: certè quantumuis ab aliis lacessitus, & oppugnatus tranquillo, & pacato animo perseuerat.

54. Mortificatio mat quietem. — *Quod in mari sunt venti id cupiditates in animo.* — *Rom. 12. 18. Hebr. 12. 14. Pax cum vniuersis.*

55. Quæ duplex pax hominis secum videlicet, & cum ceteris emanat vt riuus è fonte, è pace, quam habet cum Deo, mediâ charitate, & dilectione, quæ infunditur per Spiritum Sanctum, & propter merita Iesu Christi. Galat. 5. versiculo 22. *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas.* Cùm enumerasset venenatos fructus carnis, id est, concupiscentiæ, & inter eos; *contentiones, æmulationes, iras, rixas, dissensiones*; opponit *fructus Spiritus*, id est, gratiæ diuinæ quæ sanat maxima ex parte sedatque concupiscentiam, ideo vtitur Apostolus dictiunculâ, *autem*, aduersatiuâ: ponit primo loco *caritatem*, quæ est radix fructuum sequentium, ex quâ proximè nascitur *gaudium & pax* animi suprà descripta: & ex eâ *patientia* in rebus asperis, & aduersis, imò & *benignitas*, atque *bonitas* erga homines difficiles, importunos, molestos & iniuriosos, & in diuturnâ rerum omnium acerbitate *longanimitas*, & *mansuetudo*: quæ virtutes ad tuendam, conseruandámque animi serenitatem, & pacem sunt necessariæ.

Pax fructus caritatis. — *Series virtutum.*

56. Iustitiæ internæ, ac diuinæ gratiæ, quæ nos Deo reconciliat in Christo effectum præcipuum & fructum esse hanc pacem, innumeris locis vtriusque testamenti codices affirmant & Vates noster non semel. Consulito cap. 2. versic. 4. cap. 9. versic. 6. vbi Christus cum aliis, tum hoc nobili cognomento insignitur: *Princeps Pacis*: & è vestigio addit Isaias: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis.* capit. 32. vers. 17. *Et erit fructus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulcritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulentâ.*

Pax fructus gratiæ diuinæ.

57. Præterea, quæ ad locum istum adnoto, hîc obseruo, componi cum pulcritudine pacem, vnde apparet alia noua ratio, cur pedes annunciantis pacem appellentur pulcri, nimirum, ab effectu, quia annunciant, & afferunt pacis

Pax pulcra.

pacis pulchritudinem, & pascua pulcerrima, A quam vt vnique fert vos Hebraica ... vnde nos Hispani ... locum per ... flo-ridum, amœnum, ac speciosum sic nominamus. Et quo etiam intelliges quàm aptè pedes afferentis hanc pacem prædicentur pulcri ab eodem vocabulo, & *super montes* incedere, & excurrere, scil. pascuos, herbosos, & pulcros spectentur. De quo paullo antè numero 47.

58\. Non aliam, quam istam pacem precatur David Psal. 71. v. 3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Quod si hoc ad tempus, regnumque Salomonis velis traducere, certe illud vers. 7. non licebit: *Orietur in diebus iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna.* Ergo hoc in diebus Saluatoris, & per eius Euangeliũ nempe Euangelium pacis fuit præstitum: *Abundantia pacis*, Hebr. *Multitudo pacis*: pax multiplex, triplex, aut etiam quadruplex, ad illas enim tres formas, de quibus nom. 52. addi potest quarta pax cum Angelis: vt colligitur ex epist. ad Colossen. c. 1. vers. 20. *Et per eum reconciliare omnia in ipsum: pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Vide S. Thomam illic lect. 5. & S. August. in Enchirid. cap. 63. & Chrysost. in Paul. qui propter nostra peccata, Angelos nobis fuisse infensos & inimicos docet, & per Christum auferentem peccata, fuisse nobis reconciliatos. C S. Paulus multus est, & mirus in hac Euangelica pace prædicandâ, & extollendâ: à qua iam ipse abstineo, nam si pergerem penitus explicare, totus mihi Paulus fuisset euoluendus.

59\. *Annunciantis bonum.*] Alterum vocabulum è tribus notatis; cuius etiam ouelens maximus, & vsus etiam frequens in cœlesti disciplina. Hebraic טוב, *tob*, *bonum*, ac proinde amabile, significat etiam iocundum & pulcrum, quod fuerit facile cernere tinctis notitiâ linguæ Hebraicæ.

60\. Boni notio respectiua quidem est, refertur enim ad appetitum, sicuti eius materia, & res obiecta: vnde bonum & appetibile mutuò conuertuntur, non aliter atque verum & intelligibile, nam quidquid est bonum potest appeti, & rursus quidquid appeti potest necesse est, bonum sit. Imò veteres philosophi, vt Aristoteles citat, & approbat 1. Ethic. cap. 1. *Bonum esse dixerunt, quod omnia appetunt*: sed id non ita debet accipi, vt quoduis bonum ab omnibus appetatur; sed ita, vt quidquid appetitur, seu quidquid est appetibile, sit bonum: vt bene aduertit S. Thom. 1. part. qu. 6. ar. 1 ad 2.

61\. Sed cum bonum amplissimè pateat, & multiplici sit partitioni subiectum; ea dissertatione ad Philosophos & Theologos scholasticos E amandatâ, breuiter nobis expedienda est natura boni, quæ hoc loco ab Isaia dicitur annuncianda per Apostolos.

62\. Primùm possumus exponere, *Bonum* summum simpliciter bonum infinitum, increatum, nempe, Deum ipsum, bonum per essentiam, quomodo solum esse Deum bonum Christus statuit, & quamuis alium vetuit appellari bonum. Luc. 18. vers. 19. & seipsum quatenus hominem ab eâ bonitate per naturam, exclusit.

Apostoli etenim in primis annunciarunt, & prædicarunt Deum verum Gentilibus vsque ad id temporis incognitum; eundem annunciarunt Iudæis; vulgo notum, vt vnum, ignoratum verò vt trinum. Trinitatis enim mysterium tametsi traditur in testamento veteri, sed tectè, ita vt proceribus pateret, aliis esset apertum. Deinde annunciarunt incarnationis sacramentum, prædicarunt Christum Dominum, qui cum sit homo, nihilominus est Deus ac proinde bonum simpliciter infinitum, omne bonum hominis, vt scholæ loquuntur, obiectiuum. Homo enim beari non potest, nisi Deo intelligendo, & diligendo.

B 63\. Vnde Deus ipse est beatitudo, & summum bonum hominis obiectiuum: intellectio autem & dilectio Dei beatitudo formalis, & vt ita dicam, subiectiua, quæ inest humanæ naturæ, & in illa suscipitur. Hoc quoque bonum summum creatum, & participatum nobis annunciauit doctrina Apostolica, & Euangelica, & nos magnis curis, angoribus, multis erroribus liberauit, quibus eramus obnoxij, & inuoluti dum summum & vltimum hominis bonum quærere-

64\. mus. Lege philosophorum Gentilium ea de re disputationes, & in his Marci Tullij libros *de Finibus bonorum & malorum*, qui disertè, & eleganter colligit varias opiniones, & intelliges quantæ tenebræ, quanta caligo essent humanæ menti circa veri & summi boni cognitionem offusæ: dum alij aliò collimarint, & nullus scopum attigerit, quo ad Christi, eiusque Apostolorum pedes pulcherrimi & splendidissimi super montes apparuerunt, & omni erroris nebulâ disiectâ, nobis annunciarunt, prædicarunt: Dei Patris, eius vnigeniti Filij Iesu Christi, & Spiritus Sancti cognitionem, amorémque, ab eodem Deo, supra debitum vitæque naturæ, nobis communicatum, esse hominis summum bonum: eiusque beatitudinem si cognitio sit obscura, & fidei, vt in hoc seculo, esse beatitudinem D inchoatam, & imperfectam: sin cognitio Dei sit clara, sit visio, vt in cœlo, fœlicitatem fore suis omnibus numeris & partibus absolutam.

65\. Prior beatitudo est *omne bonum* huius vitæ, & status, quod Deus promisit & præstitit peregregiè, & perexcellenter Moysi postulanti à Deo, vt suam gloriam ostenderet: id est, vt multis placet, seipsum, suam essentiam: Exod. 33. vers. 18. qui ait: *Ostende mihi gloriam tuam: Respondit: ego ostendam omne bonum tibi*: Omne bonum: scilic. cuius es capax nunc dum es mortalis: nam altera ostensio boni clara & intuitiua est alterius vitæ immortalis: vnde vers. 20. *Rursumque ait: non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & viuet.* & vers. 23. *Videbis posteriora mea; faciem autem meam videre non poteris.*

66\. Itaque Bonum per se, & naturâ sua, hoc est, Deus ostensus, visusque in se, est beatitudo perfecta, ac proinde summum & perfectum hominis bonum eius appetitum explens omnino Psal. 16. v. 15. *Tunc satiabor, cum apparuerit gloria tua*, hoc idem bonum per fidè cognitum in suis effectibus, in eisque quasi in speculo relucens ac supernaturaliter amatum est beatitudo ho-

Nomen Hisp. pax. — Pax quadruplex. — Pacis Euangelicæ prædicator Paulus eximius. — Bonum quid. — Bonum est respectiuum. — Arist. Bonum omnia appetunt; quomodo intelligi debet. — Bonum annunciatum Isaiæ multiplex. — Pro Deo. — Trinitas in veteri testamento tecta. — Bonum pro Christo. — Bonũ summum Philosophi quæsierunt & non inuenerunt. — Beatitudo vera, & summum bonũ. — Visio clara Dei non est vita.

minis imperfecta, qualis potest obtineri in hâc vitâ mortali. Vtramque nobis promeruit Christus, vtramque annunciauerunt, & ostenderunt Apostoli: vtramque nobis Deus per eos promisit: & vtramque continet appellatio & vocabulum *Boni*.

67. Bonum pro mediis ad felicitatem. Præterea Bonum dici potest, & reipsâ est, via & medium ad vtramque fœlicitatem assequendam, quæ est virtus omnis, & actio omnis honesta, in qua Philosophi, qui propriè ab scopo & a vero aberrarunt, summum hominis bonum constituerunt: hi fuerunt Stoici. Sed & hi adhuc bifariam peccarunt: & quod illud, quod via, & progressus est, pro metâ & termino agnouerunt: & quòd viribus naturalibus solis hominem posse peruenire ad vltimum humanæ naturæ bonum prehendendum temere definierunt. Aug. de ver. Apost. l. c. 13. c. 7.

68. Hoc etiam tertium genus Boni etsi in Veteri lege fuerat descriptum & traditum, sed multo clariùs, planiùs & plenius tradidit, & docuit Christus in lege suâ Euangelicâ: in quâ semitas nobis ostendit certiores, & breuiores, imò & faciliores ad bonum & finem vltimum attingendum, præsentis vitæ pariter & futuræ. Relege cap. 40 v. 2. num. 22. & c. 40. v. 11. nu. 241. 251. c. 49. nu. 169. Itaque etsi Deus olim dixerat apud Mich. 6. vers. 8. *Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo:* quod ad hoc genus *Boni*, de quo loquor, attinet: tamen in Euangelio & hoc idem dissertiùs docetur, & ad id efficiendum plus multo est virium, atque præsidij. Nam *lex per Moysem data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est*: quia hæc non minùs iuuat, quàm iubet. Ioa. 1. v. 17.

69. Bonum triplex. Tria ergo sunt bonorum genera, quæ isti pedes formosissimi nobis annunciarunt, & apportarunt: alterum bonum increatum, nempe Deum: alterum creatum, & hoc duplex: vnum vt finem & terminum, aliud vt viam & progressum. circa hoc tertium versatur *Electio*; circa secundum *Intentio*: circa primum *Fruitio*: nam licèt frui possimus in hac vita ipso Deo cognito per fidem, & per caritatem amato; quia tamen hæc cognitio est obscura & abstractiua, fruitio inde secuta est valde imminuta: & præterea fruitio summi boni perfecta appetitum sic explet, & tranquillat, vt vltrà nihil appetat: quod nisi ex clarâ Dei visione, & dilectione patriæ nasci non potest. Intentio, electio, fruitio. S. Th. 1. 2. q. 11. ar. 4

70. Quocirca huic triplici bonorum generi illud Christi Domini possimus aptare, & distribuere: Ioan. 14. v. 6. *Ego sum via, veritas, & vita*: ita vt *Via*, spectet ad tertium genus Boni, quatenus Christus efficit in nobis eas virtutes, quibus tendimus, & adipiscimur Deum: *Veritas*: quia idem est autor *fidei*, & *caritatis* diuinæ, quæ est beatitudo & finis huius vitæ præsentis: quæ est bonum secundo loco positum: denique est *Vita* simpliciter, idest, bonum naturâ suâ, & per se, quod est nostræ beatitudinis obiectum. Atque adeò, qui nobis Christum annunciant, omne bonum annunciant. Et hæc sufficiant de reipsâ.

71. Annunciare. Quoad vocabula, duo obseruo: Alterum; verbum בשׂר *basar* quod Latinus vertit, *annuncio*, à Græco verti, *εὐαγγελίζω*, & à Paulo Rom. 11. v. 15. approbari, & allegari: quod est, *bene, seu, bona, nunciare*: a quo ductum est nomen *Euangelium*: quasi, *bonus nuncius*: quæ significatio congruit mirificè suprapositis; & ampliùs explicat, quam lætus & faustus sit nuncius, cùm Vates non contentus notione ipsius verbi בשר *basar*, addiderit nomen טוב *tob, bonum*: vt quod annunciatur, *bonum* esse vndique perfectum, & cumulatum intelligeremus. Cognatum est illud Angeli Pastoribus annunciantis Christi natiuitatem Luc. 2. v. 10. *Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum. Gaudium magnum*, i. lætum nuncium, gaudendi materiam ingentem, addit, & exponit. *Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus*. Hæc est summa totius Euangelij, & hæc est *Pax, Bonum*, & *Salus*, quam annunciat apud Isaiam Nuncius & Legatus faustissimus, cuius etiam pedes sunt speciosissimi. Vnde, vbi Pastoribus hæc annunciauit Angelus, *subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium: gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Luc. 2. 13.

Vtrobique est eadem *Pax*: apud Lucam, Euangelizatur *Gaudium magnum*, apud Isaiam, Euangelizatur *bonum*, quod tantumdem est: apud Euangelistam *Saluator*, apud Prophetam *Salus*, quæ tertia vox restabat nobis exponenda, sed quoniam ab Angelo fuit exposita & reddita *Saluator*, & verò vtroque nomine æquè Christus exprimitur, & de Saluatore, & de Salute, quam attulit mundo, plenus est inter alios noster Isaias, nihil peculiare hoc loco dicendum occurrebat. 71. Salus pro Saluator.

Alterum quoad voces notandum. quod apud Isaiam est numero singulari · *Annunciantis, prædicantis*, quódque Christo congruere videtur, id Paulum Roman. 10. cit. reddere plurale: *Euangelizantium*, & tribuere Apostolis dimissis à Christo in omnes partes mundi: vt inde liqueat, vnam & eamdem esse Christi, & Apostolorum prædicationem, & idem Euangelium. vnde idem Paulus 2. Corinth. 5. versic. 18. *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis*. & versicul. 20. *Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*. 73. Prædicatio Christi, & Apostolorum vna.

74. Apostoli feciales, & legati Christi. Itaque Christus est Princeps huius pacis, & autor: idem tanti Boni largitor, & publicæ ac perpetuæ salutis effector: Apostoli verò pacis & salutis interpretes, feciales, & legati: cui rei aptissimum est verbum מבשר *mebaser*, ex quo vulgare nomen *Embaxador*, est tractum. Est enim legatorum maximè proprium pacis fœdera & conditiones actitare, & pacem ore ferre, & offerre. Attende quid Christus hosce legatos dimittens præscribat Luc. 10. ver. 5. *In quamcumque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. Requiescet super illum pax vestra*: euenient illi bona omnia, quæ pacis nomine precati estis, & obtulistis. Quod autem *Pax* hæc eadem sit quæ vera *Salus*, accipiô è verbis eiusdem Christi apud Luc. 9. ver. 9. qui exceptus hospitio à libenti ac lib. tali Zachæo dixit: *Hodie Salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis* Legatorum officium. 75.

hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Ergo requieuit super Zachæum, & eius familiam Pax a Christo allata, & oblata, quoniam erat filius pacis, hoc est aptus, cui Christus tantum beneficium conferret.

76 *Dicentis Sion: Regnabit Deus tuus.*] Hæc quoque sunt verba Nuncij, & legati, & consectarium præcedentium: *Sion*, casus est dandi: vt ex ... lo Hebræo, ל *le* patet: *Dicentis Sioni*: i. Ecclesiæ siue Synagogæ, vtrique enim nuncius conuenit: nam quem Deum colebat sola Synagoga, regnaturus esse prædicitur in vniuerso mundo. In Hebræo est præteritum, *regnauit*, in Græco, futurum, *regnabit*: in Latinis exemplaribus modò istud, modò illud: sed nullo discrimine quoad rem.

B

Deum regnare in mundo, seu in hominibus, si velim exponere, quid sit, vereor vt lectorem offendam, quasi damnans imperitiæ, cùm regnare quem in commune, nemo, quid sit, ignoret. Quia ergo Pax, & reconciliatio hominum cum Deo, bonum summum, salus vera mundo toti fuerat præmissa, & promissa, ex his rectè consequens erat, vt Deo mundus fieret subditus, quod antè non euenerat, ac proinde Deus, qui legitimus erat Dominus atque rex, & Diaboli malo dolo, & hominum iniquitate carebat possessione pacificâ, eâ frueretur, regnarétque & haberetur Rex non solum quoad ius, sed etiam quoad mancipium & vsum: & ab eo homines communiter leges acciperent, & acceptas custodirent, & se tanto Domino, ac regi parere gloriarentur: ac demum quem per summam perfidiam & apostasiam in principio mundi repulerant, rursus libentes & gratantes admitterent. Vide locum 1. Reg. 8. vers. 7. quem expendo to. 1. cap. 1. vers. 4. ad illud: *Dereliquerunt Dominum*: nam illa derelictio Israelis fuit typica significans apostasiam humani generis, siue Gentilium. Hoc est regnum, de quo tam crebra est mentio in Euangelio & rara in lege veteri, & quod iussi sunt Apostoli prædicare. Luc. 9. vers. 2. *Et misit illos prædicare regnum Dei.* & cap. 10. vers. 9. *Et dicite illis: appropinquauit in vos regnum Dei.*

C D

Vers. 8. Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit Dominus Sion.

78 *Apostoli sunt speculatores.* SPeculatores isti sunt Apostoli: ita Euseb. lib. 6. Demonstr. c. 24. Hieron. hîc, Rupert. & plerique recentiorum, qui in superioribus rem Euangelicam agnoscunt. Vnus Arias existimat esse Vates vt velit Isaias dicere, quæ Vates prædixerint, ea ab Apostolis fore nuncianda: itaque ex hoc autore: *Vox speculatorum tuorum*: est de Vatibus: sequentia verò: *Leuauerunt vocem*, &c. de Apostolis. Sed reliqui interpretes non diuidunt, sed integre hæc Apostolis dant, & iure.

79 *Speculatores ...* Qui *speculatores* non minùs appellari possunt, quàm appellantur prophetæ antiqui, nam speculatoris est nunciare quæ ex edito loco prospexerit, & Apostoli nunciarunt quæ viderant è loco superiori, hoc est, à spiritu sancto edocti, & ad subliniorem cognitionis diuinæ gradum A euecti. Deinde finis speculatoris est, vt damna ab hostibus impendentia præcaueantur: ideirco speculæ adhibentur noctu potissime, iuxta illud: *Custos quid de nocte? custos quid de nocte?* sup. cap. 21. vers. 11. quia nox insidiis est magis obnoxia: *Nox insidiosa.* Apostolos autem hoc munere fuisse functos excellentiùs quam Prophetas veteres nemo iuerit infitias. Vnde L X X. pro *speculatoribus* substituunt *custodes* & Chaldæus: *Gubernatores*: quæ notiones cadunt aptissime in Apostolos. *Apostoli custodes & rectores.* Ergo Apostoli sunt Ecclesiæ tanquam nauis gubernatores, & rectores: sunt eiusdẽ tanquam ciuitatis custodes: sunt denique speculatores in altissimo potestatis, dignitatis & scientiæ gradu constituti, vt ei possint opportunè B prouidere.

80 *Christus cur in montibus docuerit Apostolos.* In eius rei argumentum aut signum Saluator edocturus Apostolos altiora mysteria, solitus est in montes secum abducere, vt eos veluti initiaret speculatores Ecclesiæ. Quid si S. Petrus huc aspexerit cùm scriberet in suâ secundâ Canonicâ cap. 1. vers. 16. *2. Pet. 1. v. 16. Allusio.* *Non enim doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis.* & cùm retulisset illustrissimũ illud Patris de Filio testimonium voce sensili prolatum, adderet: *Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto.* C Lorinus in commentario Petri agnoscit cõmunionem inter Apostolum & Vatem; idem facit Didacus Aluarez hîc sed neutet, qualis sit, exponit.

81 *Apostoli & Vates similes & dissimiles. infra nu. 32.* Ego ia attigi, & magis euclen. Videtur Petrus se, & alios Apostolos cõponere cũ Prophetis, & ostẽdere se ab istis differre, quod quæ isti futura in spiritu prospexerant, ipsi præsentia fuerint intuiti. Huc existimo pertinere vocẽ, *præsentiã*, Græce, *παρουσίαν*, *Notam fecimus vobis D. N. Iesu Christi virtutem & præsentiam*: id enim Vatibus haud licuit. quod Apostoli fuisse institutum firmare possim ex eo, quod idem scribit epist. 1. cap. 1. v. 10. D *De quâ salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi.*

82 *Vates non omnes circumstantias edocti.* Itaque procul prouidebant, nec definitè cognoscebant quantum spatium temporis intercederet vsque ad euentum: id, & alias circumstantias non edocti diuinitus, conabantur assequi coniecturis humanis. adiicit Petrus vers. 12. *Quibus reuelatum est, quia non sibimet ipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui Euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant Angeli prospicere.*

83 Nota: differenti vti verbo, respectu prophetarum, & Apostolorum: his enim tribuit *nunciare*, & feliciter, seu *bene nunciare*, hoc est, *euãgelizare*: E illis verò: *ministrare*: *διακονεῖν*: *Quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis.* Vates ergo non fuerunt nuncij & speculatores propriè, quia non præsentia, non à se conspecta nunciabant, sed impendentia in futurum prædicebant: quod si alicubi appellantur *videntes*, & eorum prophetiæ, *visiones*: ideo fit: *Videntes prophetæ cur.* vt certitudo demonstretur, vel quia visio tribuitur etiam cognitioni imaginariæ, & intellectili, quamuis ea, quæ cognoscuntur, sint absentia, aut futura: de quo dissero in principio cap. 1. ad primam vocem: *Visio Isaiæ.* Ministrabant

Vates præcurrentes Christo & Apostolis. bant Vates futuræ Christi Ecclesiæ,& Apostolis,illisque viam muniebant,& sternebant, quò illorum *pedes speciosi Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona* faciliùs,tutiùs,expeditius incederent,excurrerent.

84 Quare cum Apostoli non solum futura, sed præterita,& instantia,non absentia,sed præsentia,non audita & accepta aliunde,sed a se conspecta,& percepta annunciauerint, iis speculatorum nomen,munusque maximè propriè dandum est:ac proinde locus sublimis, celsusque qualis est *mons*:& vt inde possint longiùs, circumquaque prospicere; & quæ prospexerint, possint longius,latiúsque indicare nunciando: *Speculæ in altis.* ideo speculæ aut in montibus, aut si loca sint plana,in turribus præcelsis constituuntur.

85. Ergo aptissime Petrus se & Apostulos comites vocat *speculatores*, cum Christi Domini non futurum aduentum,sed *præsentiam* ... nuncient,cumque quæ viderint,audierint, quæ suis oculis acceperint, suis auribus hauserint, *1. Ioan. 1. v. 1.* suis manibus contrectauerint *de verbo vitæ*,hæc euangelizent: & meritò adiungit mentionem de *monte sancto*,vt nihil desit ad explendas partes speculatorum.

ἐπόπτας, quid Pro speculatoribus in Græco exemplari est ἐπόπτας,quod nomen, vt Budæus in commentatio suo vtriusque linguæ,ex variis autoribus nostris & prophanis probat, adhibetur ad res sacras, vt illi hoc nomine donarentur, non vtcumque initiati,& mystæ consecrati,sed illi, qui ad res sacriores, & ad mysteria penitiora spectanda maximo cum iudicio, atque delectu admitterentur. Vide quæso Budæum quicumque Græcè scis:nam inde percipies, quàm opportunè Petrus dixerit loquens de se & duobus *Transfiguratio.* alis Apostolis ad spectandum Christum transfiguratum,& ad audiendam Patris vocem *Apostoli consciì arcanorum Dei.* cœlestis & admissis;ἐπόπτας γενηθέντες, i.secretiorum sacramentorum spectatores effecti:quod cum aliis Apostolis fas est communicare; quibus quippe Christus dixerit: *Iam non dicam vos* *Ioan. 15. v. 15.* *seruos,quia seruus nescit quid faciat Dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a Patre meo,nota feci vobis.*

86. *Doctrina Apostolica excellentia.* Ex quibus meliùs intelligitur, cur Isaias Apostolorum pedes supra *montes* collocarit,nempe vt è loco edito, ex speculâ vtpote speculatores plus videant,& latiùs vocem diffundant; vnde hoc loco: *Vox speculatorum: leuauerunt vocem*: i.extulerunt,intenderunt: vt ab omnibus posset percipi, neminem lateret nuncius adeò iucundus & faustus. Porrò D.Paulus Rom. 10. vers. 17. vbi hunc locum adduxit, statim subdidit: *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Vide cap. 42. n. 171. *Psal. 18. v. 5.* *Vox è monte latiùs funditur.* Vox enim clara, contenta, & intenta, quæ è montibus excelsis effunditur, & emittitur,non potest non in subiectis campis ac vallibus personare.

87. Idcirco suprà cap. 40. vers. 9. iisdem nunciis *Sup. 40. v. 9.* & Euangelicis præconibus præcipitur in hæc verba: *Super montem excelsum ascende tu qui Euangelizas Sion;exalta in fortitudine vocem tuam; qui Euangelizas Ierusalem;exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester.* Vtrobique enim præscribitur prædicatio euangelij publica,fortis,libera: quouis respectu humano, aut metu posito:vt illic pluribus explano à num. 113. addo hic ex Procopio per *montes* designari subli- *Mons pro doctrina sublimi.* mitatem doctrinæ Euangelicæ:quod non procul abit ab obseruatione Augustini, qui sentit,ideo *Aug.* Christum, cùm primam illam concionem habuit de beatitudinibus Matth. 5. conscendisse montem, vt ipsa loci altitudo sermonis altitudinem indicaret. libr. 1. cap. 1. de sermone Domini in Monte. vide illum.

Simul laudabunt.] Facilè intelligitur, quæ sit materia laudis,seu lætitiæ, vt Græce redditur, nimirum Dei gloria, & hominis salus;sic Luc. 2. ver. 14. post nuncium illud faustissimum, idem quod illud: *subitò facta est cum Angelo multitudo cœlestis exercitus laudantium Deum: & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* 88.

Doctrina diuinæ consensus. Particula, *simul*: pertinet ad consensum doctrinæ Euangelicæ,quæ est tota sui constantissima: vtpote diuinitus inspirata & tradita: in qua nulla potest inueniri contradictio, nulla discrepantia, qualis solet esse in aliarum disci- *Nota diuinæ Scripturæ consensio.* plinarum sectatoribus. Vnde inter notas doctrinæ diuinæ hæc numerari potest, ac debet summa consensio & conspiratio scriptorum Canonicorum,qui variis temporibus,locis,modò de variis,modò de iisdem,modò de futuris, modò de præteritis rebus scripserunt. Ex diuerso,hæreseon incredibilis discrepantia. 89.

Laus diuina à pluribus est gratior. Et quoniam doctrina Euangelica coniuncta est cum laude Dei,& laus diuina, quo à pluribus concinentibus proficiscitur,eo existit gratior Deo,& redditur celebrior,atque festiuior: ideo Christi discipulos & alumnos simul vocem leuaturos,simul laudaturos esse Vates pronunciat. Act. 4. vers. 24. *Qui cùm audissent vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum,& dixerunt: Domine*, &c. Idem multo antè prædixerat David Psalm. 92. vers. 3. si credimus B. Ambrosio epist. *Ps. 92. v. 3.* 19. & in Ps. 39. v. 6. S. Augustino ad illum ipsum versum: *Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam.* Quorum vterque doctor exponit Apostolos, sed Augustinus explicatiùs expendit in primis verbum: *Eleuauerunt vocem*: non dixisse videlicet: *locuta sunt*, sed *eleuauerunt vocem suam*. i.locuta sunt *fortiter, magnè, excelse.* At hoc de constantiâ & libertate pertinet ad id quod modò notabamus num. 87.

Nunc sermo est de laudantibus Deum simul, prædicantibus Christum;quorum voces & laudes comparantur vndis fluminum, quòd plures,& pariter,& à flatu eleuentur:sic laudes diuinæ & voces à pluribus simul concinentibus per sancti Spiritus afflatu attollantur. vnde Psalmista iterat: *Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.* Obserua: primo versu dixisse numero singulari, *vocem suam*:vt ostenderet consensum, & concentum: deinde: *fluctus suos à vocibus aquarum multarum*: vt ostenderet laudantium multitudinem. demum tertio: *mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus*: vt illa vna simul & multiplex eleuatio vocis ad Dei admirabilitatem extollendam pertinere intelligeretur:& ter repetita sententia,vt sentit Genebrardus, mysterium trinitatis subostenderet. 90.

Quòd verò voces istæ, voces sint laudis, Chaldæus interpres suâ translatione confir- *Chaldæ.* mat, quæ est huiusmodi: *Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam in cantico* 91.

intercrepuerint flumina pr[illegible] laudum suarum. A vocibus aquarum multarum, a fluctibus maris magnis laudatus in cœlis superioribus Dominus. Quē Psalmum etsi quidam vniuerse volunt spectare ad elementum aquæ naturale, & ad creationem mundi, sed iidem mysticè de Ecclesia facile admittant. quidam tamen hunc posteriorem sensum litteralem & immediatam esse malunt, & in fluminibus Apostolos intuentur, vt vidimus, & huc Latini Patres communiter inclinant, vt Græci eo, vt tyrannos & persecutores Ecclesiæ illa fluctuum eleuatio portendat.

Augustinus quasi arbiter diuidit sententiam, & fluminum voces tribuit Apostolis, at elationes maris persecutoribus: fortasse, quia fluminum aquæ dulces, maris autem salsæ, & amaræ: fluminum vndæ lenes, maris turbulentæ. Ex quibus sumitur laudabile esse vetus Ecclesiæ institutum, vt a Clericis in choro laudes diuinę concorditer celebrentur: & ore consono decantentur, idque esse Deo iucundissimum, à multis simul laudari.

Quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit Dominus Sion.] Hoc quantopere quadret in Apostolos, nihil attinet dicere. fuerunt enim testes non solùm auriti, sed & oculati, ac proinde propriè speculatores, qui quæ ex alto viderint, annunciant: quo prophetis antecellunt. Matth. 13. vers. 16. *Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt:* Hinc se Simeon senex beatissimum existimauit: *Quia viderunt*, inquit, *oculi mei salutare tuum.*

Et verò Apostolos esse debuisse testes oculatos rerum à Christo gestarum, facile ego euicerim testimonio principis Apostolorum, qui cùm ageret in primo illo collegarum & aliorum fidelium cœtu & quasi comitio de sufficiendo eo, qui Iudæ apostatæ locum occuparet, hoc præfatus est Act. 1. vers. 21. inter alia: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit Dominus Iesus incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis fieri nobiscum vnum ex istis. Oportet*, ait: quod ad officium referri solet. Chrysost. homil. 3. *Vide, testes voluit esse spectatores*. probè: nam Apostolorum vox, *vox speculatorum esse* debuit. Ioan. 15. vers. 27. Dominus ad Apostolos: *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Itaque cùm Deo tantæ curæ fuerit, vt Apostoli duodecim oculis etiam corporis Saluatoris gesta, quæ erant prædicaturi, spectauissent, dubium esse non potest, quin id plurimum ad prædicationis efficaciā & fructū interesset. Ideo noster Vates ad demonstrandum, Apostolos fore testes locupletes, nuncios fide dignos, speculatores idoneos omnibus partibus expletos, ad finem ponit: *Quia oculo ad oculū videbunt, cùm Dominus conuerterit Sion*: est locutio quasi adagialis: certissimè videbunt, Hisp. *a ojos vestas.* Neque turbat, vnum fuisse Paulum Apostolum, & egregium, qui Christum mortalem non viderit, nā satis fuit alios vidisse: & ipse quoque vidit immortalem & gloriosum, quæ visio potuit supplere alia omnia.

Vers. 9. Gaudete & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem.

Vers. 10. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

QVam posset versus prior præ se ferre ambiguitatem, vtrū de redemptione vaticiniū esset, de temporali ne & particulari Iudæorum, an de spirituali, & vniuersali hominum, eam sustulit versus posterior apertè Christum enuncians: vbi *brachium sanctum*, & apertiùs vbi *Salutare Dei nostri* nominat: & apertissimè, vbi, *in oculis omnium Gentium* fore, & *omnes fines terræ* fore vt videant pollicetur. August. de vnitate Ecclesiæ cap. 7. cùm hoc testimonio vnà cum aliis ad firmandum Euangelium esset vsus, addit: *Quis tam surdus, quis tam demens, quis tā mente cæcus, vt his tam euidentibus testimoniis obloquatur, nisi qui nesciat, quid loquatur?* Vnde si Ierusalem, & eius deserta transfate & spiritualiter pro Ecclesia, vel pro Gentilitate, ex quā constitit Ecclesia, interpretere, nihil relinquitur in his duobus periodis, quod lucem & operam interpretis desideret, & si qua desideretur, è proximè superioribus erit mutuanda. 94.

Vers. 11. Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini, qui fertis vasa Domini.

HÆc habent imaginem exitus Iudæorum è Babylone. habent, fateor, imaginem, sed solam: sententiam verò multo nobiliorem. Ait enim S. Hieronymus frustra conari Iudęos trahere ad illum exitum, & euentum, cùm reuera pertineat ad libertatem publicam: & Euangelicam: & hoc sequuntur, paucis demtis, expositores Isaiæ, & separatim Patres: Iustinus in Dialogo cum Tryphone. Tertul. 3. contra Marcio. capit. 22. Orig. libr. 1. contra Celsum, August. 2. contra Gaudentium cap. 9. & serm. 18. de verbis Domini. Cyprianus ser. de lapsis. 95.

Sed interest inter autores: nam quidam censent, in quibus est Hieronymus, hæc verba dirigi ad Apostolos, primosque fideles, qui iubeantur deserere Ierosolymam, Christi nefario parricidio pollutam, & ad reliquas mundi gentes euangelio dignandas se traducere. Alij sentiunt fideles communiter admoneri, vt sese ab infidelium contagione, & consortio separent. Cui posteriori explicatui Paulus suffragari videtur dum citat hunc locum, 2. Corinth. cap. 6. vers. 17. paucis vocibus immutatis, eo fine, vt fidelibus interdicat noxiam, aut periculosam communionem cum infidelibus. 96.

Vtraque interpretatio nacta est non modò patrocinium, sed à ratione etiam munimentum. Prior à consecutione: nam cùm suprà sermo fit de Apostolis, & legatis Euangelicis; consequens 97.

Dominus Sion. — Oculati testes Apostoli [illegible]

Apostoli oculati testes Christo [illegible]

Cur Apostolos oportuerit videre Christū.

Paulus [illegible] [illegible]

Ierosolyma destruenda. quens efficitur, vt iis Deus præscribat, ab eâ ciuitate sibi tā grauiter offensâ, & exosâ, quámque iam iam apparet seuerissimè plectere, & euertere, vt quamprimum abscedant, & aliò se conferant, vbi maiori cum fructu, & operæ pretio possint pro Christo legatione fungi. Tradunt scriptores nobiles, in Templo Ierosolymitano tempore passionis Domini auditas fuisse has voces. *Abeamus hinc.* S. Hieronymus in epist. ad Marcellam, quæ Paulæ & Eusthocij nomine scribitur, & est numero 17, hæc
Hier. habet: *Denique etiam Iosephum, qui vernaculus scriptor est Iudæorum, asserere illo tempore, quo crucifixus est Dominus, ex adytis templi virtutum cælestium erupisse voces dicentium: Transmigremus ex his sedibus.* Idem repetit epist. 142. ad Damasum: *Quando Iosephus refert Sacerdotes ex adytis templi virtutum cælestium audiuisse vocem: Tran-*
98. *seamus ex his sedibus.* Ergo quemadmodum Angeli custodes & tutelares iussu Dei aliò commigrarunt (perpendi enim oportet verbum: *Trāsmigremus ex his sedibus*) sic Apostoli ad alios populos iubentur deferre Euangelium; quod verbis dissertis ipsi sunt testati Act. 13. vers. 46. & c. 18. v. 28. de quo ago ad c. 40. n. 126. cap. 49. num. 98. *Iudæis derelictis excoluntur Gentiles.*

Promouet etiam hanc expositionem allusio ista ad Leuitas: *qui fertis vasa Domini*: in quibus Leuitis meliùs intelliguntur viri Ecclesiasticis muneribus addicti, quam vulgus fidelium.

99. Sed econtra illa Pauli allegatio, quæ non doctores, & prælatos, sed gregem fidelium respicit, posteriorem sensum multum adiuuat. Neque officiunt pro alterâ opinione adducta. Nam cùm proximè antecedat: *Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*: opportunè ij, qui vt par est, viderint, commonefiunt, vt à cæcis, & obstinatis discedant, ne ab eis peruertantur, & occæcentur: id enim Paulus vult cùm interrogat 1. Cor. 6. vers. 14. *Quæ societas luci ad tenebras?*
Ere. 36. v. 24. 1. Cor. 3. v. 16. & c. 6. v. 19. &c. & probè dicuntur Christiani *ferre vasa Domini*, cùm ferant corpora sua baptismo sanctificata, quæ vt alibi Paulus idem affirmat, sunt templum spiritus sancti, & illic vers. 16. *Qui autem consensus Dei viui, sicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus:* & è vestigio sequitur: *Propter quod exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos.* Itaque vbi Paulum adepti sumus interpretem, frustra (ne quid amplius dicam) alium requiramus. Nam qui dixerit Apostolum non interpretari locum, aut adducere sensum litteralem, sed nescio quem alium, ei, vt id pro-
100. bet, valde erit laborandum. Et verò qui istud docet: sensum litteralem Isaiæ esse de populo Hebræo admonito è Babylone, ne contaminaretur, excedere nobis ex parte fauet, qui contendimus esse sermonem de populo Gentili ad fidem translato, & transuersè respici illum excessum. Quod sequenti periodo ampliùs exponitur.

101. Sed interea considera hoc loco, vt à Paulo
Societas malorum fugienda. explicatur, quantopere pestilentium hominum societas vitanda, & fugienda sit: aduerte, quantâ vi, & contentione, quàm iterato, ac repetito id monitum, seu imperium detur: *Recedite*, inquit, *recedite*: neque contentus Vates, Deúsve, duplicato imperio, addit: *exite inde*: neque hîc quiescit: *pollutum nolite tangere*: contactum solum timet, & prohibet: respicit ad ritum legis Mosaicæ, in quâ immundorum tactio polluebat: sed hîc de tactione, de contactu, & consensu morali agitur: denique Deus quasi solicitus, & anxius de periculo suorum, si hæreant apud scelestos, vrget ampliùs, & iam quintò impellit, & cogit, dicens: *Exite de medio eorum.*

Huius rei est expressa imago Genes. 19. vers. 102.
16. Vbi, cùm Loth vrgeretur ab Angelis exire Sodomâ, *dissimulante illo, apprehenderunt manum vxoris ac duarum filiarum eius, eo quòd Dominus parceret illi. eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem.* Videlicet, ne ignis iaculandus in illos flagitiosissimos homines, attingeret familiam Loth innocentissimi. Sed magis Deo est curæ & cordi, ne bonos contingat ignis vitiorum, quàm suppliciorum. Idcirco seuerissimè cauit, ne Israel intromissus in terram promissam fœdus, aut vllum coniugium iniret cum Chananæis, aliisque populis similis farinæ, sed eos ad internecionem deleret, ne contactu inquinaretur: Exod. 23. vers. 32. cap. 34. vers. 15. Deuter. 7. vers. 2. Non enim tam facilè pecus morbida pecudem sanam contagione inficit, quàm corrumpunt bonos consortia praua. abstineo à loco valde communi, sed eum attingere præsens coëgit. *Peius inuolui vitiis, quàm suppliciis impiorum.*

Vers. 12. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fugâ properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.

TAntum deest ad clariorem intelligentiam nota comparationis in medio hemistichio, scil. hæc: *vt ex Ægypto*, sed conuenit inter expositores Hebræos, & Catholicos, debere subintelligi: *Non in tumultu exibitis, nec in fugâ properabitis*, vt olim egressi ex Ægypto, sed refert plurimum, quibus id Deus promittat. Hebræi, & nonnulli Catholici, Iudæis seruientibus in Chaldæâ: plerique iudicant, id promitti hominibus sequentibus Christum: & hoc pro certo retinendum. Sed adhuc ij diuiduntur, vt suprà, dum alij de Apostolis sermonem producunt, alij de grege fidelium, quod nobis plusculum placebat, vt nu. 99. habes. & sane allusio ipsa satis approbat. 103.

Tumultum & fugam properam Israelis excedentis ex Ægypto prima capita Exodi describunt: & præcipuè ritus comedentium Agnū indicat Exod. 12. v. 11. *Sic autem comedetis illum: renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter; est enim Phase (id est transitus) Domini.* Fuit ergo discessus similior fugæ, quàm profectioni. Cuius trepidæ fugæ voluit Deus extare monumentum perpetuum Deuter. 16. ve. 3. *Non comedes in eo* (scil. Phase) *panem fermentatum: septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Ægypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ.* 104. *Profectio ab Ægypto cum tumultu.*

Adnotat probè Oleaster, dictiunculam, *quoniam* non reddere caussam proximi antecedentis, i. *afflictionis panem*, sed superioris; *comedes absque fermento, quoniam in pauore*, hoc est, in festinatione, *egressus es de Ægypto*, adeò vt tibi non 105.

licuerit

fermentata, quod Exodi cap. 12. vers. 34. A … certè *Vrgebantque Ægyptij populum de terra exire velociter dicentes, omnes moriemur. Tulit igitur populus conspersam farinam, antequam fermentaretur: & ligans in palliis posuit super humeros suos.* Ad retinendam igitur memoriam istius festinæ profectionis iussit Deus Hebræos singulis annis eodem recurrente mense abstinere a pane fermentato, diebus septem. Quæ iussio & prouisio, ne id in obliuionem abiret, indicat, eximium fuisse Dei erga illum populum beneficium, & alterius maioris faciendi fuisse præmonstrationem.

106. Quod beneficium præmonstratum Deus hic loco per Isaiam promittit. *Non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis*: & vt certior appareat allusio, Isaias vtitur eodem verbo, quo Moyses Deuter. 16. vers. 3. *in pauore egressus es*, בחפזון *bechippazon*, quod interpres hic reddit, *in tumultu*. Itaque quamuis illa egressio Ægyptiaca fuerit figura, & imago huius alterius, sed hæc ab illa differet, quòd illa fuerit tumultuaria, festina, præpropera, trepida, fuga potiùs formidine plena, & metu, ne Pharao cum suo populo facti, & indultæ licentiæ pœnitens persequeretur, id, quod euenit. At liberatio per Christum, & egressio ex Ægypto, idest, seruitute Diaboli futura prædicitur quieta, tranquilla, solicitudine, & metu vacans: egredientur enim veri Israelitæ, iuxta sui nominis etymologiam, auxilio Dei præualidi, potentes, non instar fugitiuorũ, sed vt fortissimi & nobilissimi victores, hostibus prostratis, & accisis, quos à tergo insequentes timere non possint. Cuius rei ratio idonea subiicitur à Vate iis verbis.

Egressio ex Ægypto spiritualis est diuersa ab alia.

107. *Præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.*] Protrahitur allusio, & cõmemoratio historiæ, & exitus Ægyptiaci, in quo præcedebat populũ egressum, & progredientẽ colũna nubis diu, & colũna ignis noctu, & sũmum, Angelus vtrique præsidens, & ex hominum genere Moyses. At populũ Christianũ egressum e densissimis & plusquam cymmeriis tenebris idololatriæ præcessit Christus ipse, *in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter* Quo præside, ac duce, nihil timendum ab hostili odio, furore, & vi: nihil non certò sperandum prosperum, faustum, & fortunatum: *Congregabit vos Deus Israel*: id abundè expositum ca. 40. vers. 11. à num. 262. vbi etiam de hac typicá egressione de Ægypto num. 281.

Vers. 13. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.

108. QVi censcant hinc caput quinquagesimum incipere, potes legere apud Sanctium. hoc esse principium noui vaticinij facilè credo, & apud Ariam video. Certè hosce tres versus esse eiusdem omnino argumenti atque sequens caput, & ex se perspicuum, & nemo dubitat: & ferè nemo ex Christianis autoribus item esse de Christo. Dixi, *nemo fere*, quia Hugo Cardinalis sic inducit Andream, quem passim citat, exponentem de populo Hebræo, vt nescias, an Andreas ita senserit, an Iudæorum expositionem duntaxat recensuerit. hoc demto scriptore, qui

Andreas, an [illegible]

de alio, quàm de Christo interpretetur, adhuc Catholicum vidi neminem. imò Lyranus ait antiquos Rabbinos idem consensisse, & targumicos doctores, quorum autoritati apud Hebræos non obsistitur. Ergo ab hoc versu Sanct. Thomas & Hugo nobiscum erunt.

Ecce intelliget seruus meus.] Cur & quatenus Deus Pater Christum seruum appellet, alibi declaro c. 42. n. 11. 15. Quæ sit intelligentia, hic dicendum. Hebr. ישכיל *iascal* verbum plurium sensuum, prudenter agere. 1. Reg. 18. v. 14. *in omnibus quoque viis suis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo.* 109.

Intelligentia Christi.

Prospere rem gerere; vt placet multis Hebraicè scientibus: & sic exponunt hoc loco, B & isto altero 1. Reg. citato. redduntque rationem, cur vtraque sit verbi notio: quia felicitas pendet e prudentiá, & maturá rei gerendæ consideratione. Felix, ac prosper euentus ex illá in agendo prudentiá, & intelligentiá subiectus exponitur.

Prosper euentus ex prudentia.

Ex altabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.] Hæc tria nonnulli nimis subtiliter, & disserte interpretantur, in primis, Arias, qui ex vi ipsá verborum Hebraicorum docet, ad diuersa valde pertinere: apud autorem videre est facile cupido eiusmodi distinctionum: certè mihi non probat obseruanti aliter aliàs atq; ille vult verba ista vsurpari. Credo igitur esse synonymiam C & expolitionem linguæ sanctæ, & scripturæ familiarem: vnde LXX. ad duo tantùm verba contrahunt: *exaltabitur, & glorificabitur.* 110.

Hanc exaltationem interpretes frequentes accipiunt, Christi gloriam & famam post passionem & resurrectionem. cùm discipulis cernentibus est eleuatus in cœlum, & sedit ad dexteram Patris superior omnibus Angelorum ordinibus He. 1. v. 3. *sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tãto melior Angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hereditauit.* & inde misso in Apostolos Spiritu sãcto, & Euangelio disseminato per omnes mundi nationes, Christi nominis D fama fuit vbique celeberrima clarissimorum miraculorum multitudine, & magni morum mutatione nobilitata. 111.

Christi gloria post mortem.

Quam interpretationem quis non ex contextu ipso verborum arripiat. Sed consideret lector, an illam quoque verba suscipiant: nempe; vt inuoluatur his crucis mentio: animaduerto enim Christum Dominum, cùm de morte sua prænunciaret solitum fuisse vti hoc verbo *exaltandi*. Ioann. 3. vers. 14. cap. 8. vers. 28. capit. 12. vers. 32. quem suspicor non eo solùm consilio fecisse quòd in crucem actus, ac proinde à terrá eleuatus esset moriturus, sed etiam, quòd mors illa ei futura fuisset decori, & ornamento, non modò caussaliter, & efficienter, E sed etiam vt verbo scholarum vtar, formaliter. Quoniam apud Deum, & Angelos, & apud homines benè cordatos & diuinitus illustratos passio & Crux Christi fuit gloriosissima. Huius loci est illud August. Psal. 142. vers. 3. *Exaltatus in Cruce, cùm humiliaretur, sed humiliatio illius non potuit non alta esse.* Itaque cùm inimici conantur humiliare Christum quam maximè, tunc ignorantes illum exaltant, & sublimem efficiunt. 112.

Mors ipsa Christo gloriosa.

August.

Quanta fuerit in humili ipsá Christi passione sublimitas, describit egregiè S. Hilarius in libr. 10. post med. de Trinit. verba transcribo ex 113.

S. Hilarius.

parte

parte: *Triumphus planè est, quari ad necem, & offerentem se non sustineri, stare ad sententiam mortis, sed sede consessurum a dextris virtutis, configi clauis, sed pro persecutoribus orare: acetum potare, sed sacramentum consummare, deputari inter iniquos, sed paradisum donare: eleuari in lignum, sed terram tremere: pendere in cruce, sed solem, ac diem fugare: exire de corpore, sed reuocare animas in corpora: sepeliri mortuum, sed resurgere: demum secundum hominem pro nobis infirma omnia pati, sed secundum Deum in his omnibus triumphare.*

114. *Christus plus extorquet moriens, quàm viuens.* Vnde moriens, vt olim Samson eius typus, plures hostes vicisse, & subdidisse sibi, videtur, quàm viuens. Matth. 27. versiculo 54. *Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terra motu, & his, quæ fiebant timuerunt valde dicentes: Vere Filius Dei erat iste.* Marc. 15. vers. 39. *Videns Centurio, qui ex diuerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. Vere hic homo Filius Dei erat.* Luc. 23. vers. 48. *Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.* Vides, quantum mors ipsa ante resurrectionem ab animis obstinatis extorserit: quamque fuerit Christus in ipsamet Cruce sublimis, & exaltatus; *palàm triumphans illos* (sc. potentissimos & violentissimos principatus) *in semetipso.* Ergo Crucis ignominiam cum gloriâ ac decore coniunctam hoc loco Isaias prædicit, & idem vrget sequenti sermone. Huc attinet titulus regis Cruci affixus: REX IVDÆORVM, quam Pilatus rogatus noluit refigi. *Ioan. 19. v. 22.*

Vers. 14. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.

115. PErsonæ mutatio subita nihil est, quod turbet, crebra quippe in vatibus, stupor iste & admiratio ad gloriam pertinet, orta è dignitate, doctrinâ, miraculis Christi, quæ sæpe ab Euangelicis traditur. Ergo docet Vates gloriam & ignominiam in Christo alternatas? *Gloria & ignominia alternant in Christo.* quod videre licuit, vt alia sileam in die Palmarum, & in die Passionis: cùm inter vtrumque quatriduum tantùm excurrerit. lege apud Euangelij Scriptores Saluatoris ingressum è Bethphage in Vrbem: & egressum eiusdem ex Vrbe in Caluarium, & intelliges hunc locum Isaiæ, si de famâ Christi & Infamiâ apud eosdem homines accipi debet. Quod si respectu diuersorū, ad Euangelia adijcere Acta Apostolorum, & ceteram historiam Ecclesiasticam: in quibus non secus ac in speculo cernes obstupuisse super Christum, eius amplitudine & gloriâ captos quam plurimos, & apud alios etiam multos fuisse inglorium eius aspectum.

Vers. 15. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebūt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati sunt.

116. *Aspersio olim, quid.* ASpersio ista respicit aspersiones veteres rituales, quibus aut profana consecrabantur, aut polluta emaculabantur, quæ aspersiones fiebant interdum aqua lustrali, interdum sanguine: sed in figura fiebant.

Sic Christus *asperget gentes multas* & sanguine, & aquâ, quæ duo e latere pendentis e Cruce, & iam mortui effluxerunt: vt sacramenta Nouæ legis significarent: cuius ianua, esset Baptismus, & supremus gradus, ac perfectissimum sacramentum, esset Eucharistia, & communio veri sanguinis Christi. *Sanguis & Aqua è latere Christi. Sup. 43. 11.* *Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat, ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti?* *Heb. 9. v. 13. Sanguinis Christi efficacitas.*

Quod vero ait: *Gentes multas*, accipe omnes, more S. Scripturæ, vel multas quoad efficaciam: nam re ipsa non omnes gentes, sed multæ sunt aspersæ a Christo, siue quoad vocationem ad fidem & baptisma, siue quoad coronationem gloriæ interpreteris. 117.

Super ipsum continebunt reges os suum.] Gestus est suspicientis, & admirantis. LXX. *Mirabuntur gentes multæ super eos*, vnde idem quod antea: *Obstupuerunt super te multi.* Admirationis mater est nouitas: ergo recte: *quia quibus non est narratum de eo, viderunt*: indice intento Vates demonstrat Gentiles: quibus nullæ erant, vt Iudæis, de Christo venturo prophetiæ, itaque Gentibus inopinatus fuit nuncius faustissimus de Saluatore generis humani ad quem nuncium obstupuere præ nouitate, magnitudine, altitudine rei: quidam vt rem incredibilem respuentes, quidam, quorum Deus corda tetigit, vt incomprehensibilem & inuestigabilem Dei beneficientiam ac dignationem intimis visceribus suspicientes. Paulus Rom 15. versiculo 21. id allegat agens de populis, quibus ipse primum Euangelium attulit. *Christus admiratus inopinatus Gentibus.* *Act. 17. v. 32. 34.*

Ad calcem huius capitis, & ante principium sequentis, quod totum est de honorâ & decorâ Passione Christi, libuit transferre partem sermonis 8. S. Leonis de cære, quâ propositum illustrat, sic enim ait: *Exaltato igitur, dilectissimi, per Crucem Christo, non illa tantum species aspectus mentis occurrat, quæ fuit in oculis impiorum, quibus per Moysem dictum est. Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die, ac nocte, & non credes vitæ tuæ, isti enim nihil in Christo Domino præter facinus suum cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides vera iustificatur, sed quo conscientia iniqua torquetur. Noster vero intellectus, quem spiritus veritatis illuminat, gloriam Crucis, cælo, terráque radiantem, puro, ac libero corde suscipiat, & interiore acie videat, quale sit, quod Dominus, cum de Passionis suæ loqueretur instantia, dixit. Venit hora, vt clarificetur Filius hominis*, & paucis interscriptis addit: *O admirabilis potentia Crucis! ô ineffabilis gloria Passionis! in quâ & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est Crucifixi,* lege plura, si plura desideras, de hâc gloriâ & sublimitate Crucis, eodem in sermone. 118. *S. Leo. Christus honoris, & inhonoris. Deut. 28. v. 66.*

PROPHE

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPUT QUINQUAGESIMUMTERTIUM.

1. QVis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? A

2. Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum:

3. Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum

4. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. B

5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

6. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

7. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. C

8. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum.

9. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.

10. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. D

11. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorũ ipse portabit.

12. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Vers. 1. Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

SI quod est caput, aut vaticinium in toto nostro Vate, in cuius argumento consentiant interpretes, & qui aliud agentes allegant, certe est præsens. Adeò, vt Hugo Cardinalis historicæ alioquin & Rabbinicæ expositionis genus amans, hæc verba scripta reliquerit: *Andreas ad litteram exponit hoc capitulum secundum Iudæos de populo captiuato: quorum fabulam ponemus improbando magis, quam approbando.* Quæ verba Hugonem absoluunt alicubi accusatum, vt somniantem hic quoque aliquid Babylonicum. Sed nihilominus ei fuisset autor, vt quam Iudæorum fabulam, vt ipse dicit, ponit, sepeliuisset, & ne ad improbandum quidem, graphio contigisset: præsertim cùm amplius non improbet. 1. *De Christo exponitur ab omnibus.* *Hugo Card.*

Lyranus eidem Andreæ ex Catholicis, & R. Salomoni ex Iudæis hoc commentum ascribit: Origenes prope finem lib. 1. contra Celsum ait, cùm ipse aliquando vteretur hoc vaticinio contra quosdam Iudæos pro doctis habitos, eos respondisse: agi in eo de populo Iudaico affligendo, sub nomine vnius viri. Sed rursus Lyranus Rabbinos priscos, & D. Moysem ad cap. 29. Genes. de Messia fuisse interpretatos affirmat. Sed habemus firmiorem, & certiorem autoritatem, videlicet Apostolorum, & Euangelistarum, quæ in Euangeliis, in Actis, in suis epistolis varia ex hoc capite testimonia reponunt, & de Passione Saluatoris ad litteram exponunt, quod in progressu patebit, & simul qui Proceres è doctoribus Ecclesiasticis idem efficiant. 2.

In vita Isaiæ, quam cõmentario prioris voluminis præfixi, docui num. 18. eum appellari à Patribus Euangelistam: si quis cur ita sit, scire amplius cupit, legat attentè hoc vaticinium & componat cum Euangelio narrante passionem Domini, & cùm tantam inter vtramque consensionem animaduerterit, fatebitur sibi videri Isaiam non tam futura prædicere, quàm narrare præterita. Vnde videri posset satis expositum hoc caput apud quatuor Euangelistas, & si quid alterutrobi desideraretur, e pia cuiusque & priuatâ commentatione potius quàm e commentario fuisse petendum; nihilominus tamen & ad clariorem notitiam, & ad illam salubrem & piam meditationem fouendam & irrigandum e fontibus præcipuè veterum Patrum nonnulla opportuniora deriuabimus. 3. *Isaias dicitur Euangelista.*

Quis credidit auditui nostro?] *Auditus* hoc loco, passiue capiendus, i. quis credet iis, quæ à nobis audierit? & interrogatio prodit raritatem credentium: vtrumque sumitur ex citatione Ioannis in Euangelio, & Pauli in epistola ad Romanos. Quorum prior 4. *Auditus passiue. Interrogatio indicat raritatem.* Ioan. 12. 37.

c.12.v.37. Hæc habet: *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini, cui reuelatum est.* Ergo *credere auditui*, est credere in Christum, credere Euangelio, & habere fidem eius prædicatoribus. Vnde Isaias hoc loco, non tam suâ quam Christi, & Apostolorum persona loquitur, & queritur paucos Iudæorum credituros esse, & fidem habituros Euangelicæ prædicationi. De solis Iudæis id accipi debet, & citatio Euangelistæ, & euentus ostendit: nam ex Gentibus innumeri crediderunt: & Ecclesia ex ipsis ferè solis constitit.

Aug. 2. de consen. Euang. c.1. & de vnit. Ecclesiæ c.7.

5. Vnde allegatio Pauli Rom. 10. v.16. de solis etiam Iudæis est intelligenda, vt sentit Chrysost. & plerique interpretum Pauli, licèt alij dissentiant, & intelligant vniuersim de omni hominum genere accipi. Sed reuera si attentè consideretur Apostoli propositum, & situs eo in loco, quo de vocatione populi Gentilis, & de repudiatione populi Iudaici disputat, constabit citati hoc Isaiæ testimonium, vt appareat, iam olim hoc ab eo præuisum, & prædictum, è Iudæis paucos, comparatione contumacium, fuisse Euangelio obedituros. Consule interpretes, præcipuè Chrys. & nostrum Iustinianum.

6. Idem sentiunt Maldon. & Toletus in Ioan. cit. & posterior obseruat; hoc nomen *Domine*, omissum in Latina & Hebraica, vt nunc est, editione, quod LXX. præfigunt, & vterque Apostolus retinet, fuisse in vero & incorrupto olim textu Hebræo; & hanc esse Christi D. vocem, & querelam alloquentis Patrem, atque adeò, pronomen, *nostro, quis credidit auditui nostro?* ad vtrumque referri, i. Quotus quisque Domine fidem habuit iis, quæ audiuit à nobis? Non iam displicet interpretatio tanti doctoris etsi S. Hieronymus affirmat in Hebræo non esse, *Domine*, sed addi a LXX. Neque huic officit, quòd Paulus agens de suâ, & Apostolorum prædicatione istud asseuerit, nam Apostoli nihil aliud prædicabant quàm Christum, veluti eius interpretes, atque legati: vnde Apostolis fidē denegans Christo docenti nō credit.

7. *Et brachium Domini cui reuelatum est:*] *Brachium* pro robore, & potentia capi non modò plurium gentium sermo, sed etiam natura rerum astruit: vis enim, & fortitudo corporea hominis in brachio residet. Inde transfertur ad Dei potentiam significandam, quatenus est toti Trinitati communis, interdum verò & non infrequenter ad designandam secundam personam, nempe verbum, Filiúmque, *Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: per quem fecit & secula: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portánsque omnia verbo virtutis suæ.*

Brachium pro fortitudine. Euseb. demonst. li.6. c.24. Leo Serm. 8. de Nat. Ioan. 1. v.3. Hebr.1. v.2.

8. Quibus locis præpositio *Per*, non operam instrumentalem, vt perperam Ariani, sed causam principem, & eandem non secus atque Patrem, vt rectè orthodoxi declarant, adsignificat. Dicitur autem verbum, Dei brachium & virtus, quoniam in eo sunt, & relucent, quippe quæ sit Patris imago, rerum omnium exemplaria efficiendarum, & mundi totius præoccupata ab æterno delineatio, & descriptio, à quâ habuit rerum vniuersitas vt in suâ actuali natura consisteret.

Præpositio per, non semper est instrumenta. Brachium Dei pro Christo.

E[x] quo apparet vna inter alias ratio, & conuenientia, ob quam decuit verb[um] potius, quam aliam personam diuinam, carnem assumere: vt in quo erat exemplariter descripta mundi, hominisque creatio, eiusdémque collapsi restitutio; ab eodem redigeretur & exponeretur in opus, effectumque præstitutum. Quo fortasse consilio & respectu S. Ioannes cum in principio sui Euangelij decreuisset quasi pro scopo totius operis & tractationis, [...] mysterium incarnationis, & esset in eius [...] secundam Trinitatis personā vno, aut altero vocabulo significare, omissis aliis, selegit istud, sc. *Verbum. in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c.* vt deinde [...] v.14. *Et verbum caro factum est* [...] Huic nostræ coniecturæ [...] Cardinalis Toler. Annot.8. in Ioan. 9.

Cur decuit filium incarnari potius quàm aliam personam. S. Th. p.3.q. 3. ar.8. Ioan. c.1. Cur Ioannes appellet filium, non verbo in initio Euangelij.

At quamuis Dei Filius, verbumque per se conuenienter, vt patuit, Dei brach[iu]m appel[la]tur, sed conuenientius eidem incarnato hoc idem cognomen [...], Deus enim per [...] stum, qua homo est, tanquam per brac[hium] sibi coniunctum & vnitum pe[rsona]liter, mundum reformasse, atque restaur[asse] [...] telligitur, & dicitur, quam Pater per Filium [...] per verbum suum eundem [...] [...]se: non brachium propriè ad[...] & [...]catur ad efficiendum ab [...] [...] quod neutiquam conuenit [...] respectu Patris; at probe comp[...] eodem Filio personaliter assumto, atque [...] Filio incarnato. 10.

Hoc enim Deus tanquam brachio fortissimo, & potentissimo vsus tandem effecit, perfecitque facinus illud memorabile [...] vniuersa sub cœlo, & supra cœlum, quod antequam brachium istud assumeret, & exerceret, confici commodissime non potuit. Certe Deus confici noluit. Hoc brachio etsi molli, videlicet, carneo Deus vicit mundum, & domuit [o]rbem, ac perfregit vectes ferreos inferni. Hoc brachium fuit præostensum illo lapide absciso sine manibus de monte, *qui comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum.* Hoc brachium carneum est virga ferrea, de qua Psa.2.v. 9. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Dan.2.v.40. *Et regnum quartum erit velut ferrum, quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc.* 11

Dei verbum incarnatum confecit omnia. Dan.2 v.34. 45.

Brachium vsurpari pro potentiâ in litteris nostris notum est earum notitiâ tinctis: vnde cùm alicuius vires debilitari dicuntur, brachij confractio eleganter ponitur. Ezec.30.v.21. *Fili hominis, brachium Pharaonis regis Ægypti confregi: & ecce non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis, vt recepto robore posset tenere gladium. Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti, & comminuam brachiū eius forte, sed confractum, & deiiciam gladium de manu eius.* Ergo, quia brachio gladium & alia telorū genera gerimus, & vibramus in hostesque brachio potissimum præliamur, & luctamur, idcirco pro fortitudine præcipuè bellica sumitur. 12.

Brachium i. potentia.

Quamobrē, cùm Dei Filius humanā naturam induerit, vt bellum gereret, vt præliaretur, vt gladium arriperet, acueret, vibraret vt fulmen, vt igne, ferroque cuncta debellaret, Diabolum, mundū, carnem: quo de bello, quā de victoria & ipse Dei Filius in Euangelio, & eius discipuli 13.

Dei filius venit vt bellaret.

... in ... Apost ... passim. Nolite arbitrari, quia ... mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. ... Luc. ... 49. ... veni mittere in terram, quid volo, nisi ut accendatur? ... quidam interpretantur. At vibrans ... mucronem, quo cuncta diuideret, & ... ad vibrandum, & iactandum ignem, quo mundus totus conflagraret, opus ... Brachio ... & invicto.

13\. Quod bellum, & victoria quoniam illo ... quod Deus quondam in Ægypto pro ... tot patrasset miraculis, inflictis plagis, & ... ad internecionem ... deletis, ... in ea narratione Exodi ... celeberrima Brachium Dei ... extenti, & excelsi: vt vel hoc vocabulum nobis ... & ... Verbum ... Vide supr. cap. 40. ... num. 141. ... Hieronymum ad cap. 52. vers. ... scribentem: Hoc brachio eduxit Dominus populum Israel de terra Ægypti. Vnde de typo dicitur, Sap. 18. vers. 15. Omnipotens sermo tuus e regalibus ... in mediam exterminij terram ... gladius acutus ... insimulatum imperium portans, & ... morte replenis, & vsque ad cælum attingebat stans in terra. S. Gregorius homil. 34. in Euangelia, obseruat: Angelis in ... codicibus ... quos ab ... & muneris, ... in Michaele, & Raphaele declaratur, ... Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur, ... quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est.

14\. Eodem vergit, quod à Paulo Christus, & Euangelium nominatur Dei virtus Rom. 1. v. 16. & 1. Cor. 1. v. 18. 24. & alibi: nam virtus Dei quid aliud est quàm brachium eius, & brachiū quid aliud quam virtus & fortitudo? Quid autem hoc loco Brachium spectet ad fortitudinem, affirmat hic Hieronymus, & supra c. 9. v. 6. at c. ... multa colligit testimonia, quibus Christus dicitur brachium Dei, quod eo Deus vtitur ad edenda facinora.

15\. Ex quo inscienter & impiè Sabelliani (vt tradit Aug. in Ioan. tract. 53.) colligebant, Patris & Filij vnum & idem esse suppositum, quia brachium non diuiditur supposito ab homine. Nam in his locutionibus metaphoricis nō debent omnia esse similia: & vnus homo alterius dicitur esse brachium, vt aduertit ibidem Augustinus, non quòd sit eadem persona, sed quòd per eum res gerat: eadem ratione & comparatione Christus appellatur brachium Patris, quod si vlterius aliqua alia conuenientia quæritur, ea possit afferri, quòd sicut e corpore brachium, sic Filius e Patre procedit, vnam, & eamdem cum illo naturam habens. Sed ratio & similitudo princeps ac præcipua, est assignata, quòd Deus medio Christo potentiam suam exseruerit & facinora admirabiliora patrauerit, quam essent ea, quæ per alios administros effecisset.

16\. Vnde Moyses eiusce rei præscius cum vrgeretur a Deo ad assumendam virgam illam typicam, manúque tenendam, vt esset instar brachij Dei ad efficienda prodigia, & se ipse agno-scerct inidoneum audaciùs dixit Exod. 4. v. 13. Domine mitte quem missurus es. LXX. ... δυνάμενον ἄλλον, ὃν ἀποστελεῖς. i. Prouide alium potentem, quem mittes. Hebr. ... hoc est: mitte in manu, vel per manum, quem mittes. Chald. mitte per manum eius, quem decet mitti.

17\. Quibus verbis a Moyse postulatam fuisse missionem Messiæ autores sunt multi e Patribus, quos sequuntur Lippomanus & Cornelius a Lapide, & verò præter tantam Patrum autoritatem, fauet verbum: Mitte mittendum, quod est Christi etiam pronocabulum Genes. 49. v. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Hebraic. idem שלה siloh.

Ex quo meliùs intelligitur; quam appositè Christus vocetur Dei manus, aut Brachium, nam cùm ad aliquid faciendum adhibetur, mitti ... faciente dicitur: Emitte manum tuam de alto, & eripe me: Psal. 143. v. 7. & generatim Mittere manum, idem est, quod manum mouere, ad aliquid efficiendum applicare. Genes. 3. v. 22. Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ. Hinc Hispani: hechar mano de vna cosa. 18.

Ergo, vt ad locum Exodi, & ad Moysem recurramus, cum ... prædoctus sciret, Deum aliquando missurum suum ipsius brachium, verbum suum carne indutum, & obuolutum, & hoc solum esse potens & idoneum ad liberandum populum, ad edendam stragem hostilis exercitus ... tot, & tam stupenda prodigia efficienda, vt istam suam manum dexteram Deus tandem mitteret importunus licet, & nimis recusans impositum munus postulauit præscius quidem venturi & mittendi Messiæ, sed nescius præmittendi sui, qui illa virga & manu sua extensa portenderet Brachium Domini non eo tempore, sed opportuniori mittendum. 19.

Euseb. lib. 6. Demonst. ca. 24. ab hoc brachio docet liberatum fuisse Israelem ex Ægypto: qui autor si velit docere, eum, qui Moysi apparuit eique gubernacula populi tradidit, fuisse Dei Filium, idque ex ea opinione descendat, quā creditum est a veteribus multis, Græcis præsertim apparitionibus veteris testamēti solū Filiū esse visum, qua id probabilitate sit creditum, in priori tomo ad c. 6. disputat. Sin malit Euseb. dicere: Patrem Filio vt administro demandasse eiusmodi liberationem exequendam, manifestus est Arianismus, cuius expers omnino Eusebius fuisse non creditur. Sed obiicis Iudam in suà Canonicà v. 5. ita asserētem. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum suum de terra Ægypti saluans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit: Sed hunc locum expedio c. 51. n. 54. addo, in prototypo esse, κύριος i. Dominus, quod placuit Latino translatori reddere, Iesus, quoniam institutum Iudę erat, ostendere Iesum Christum esse Deum, & rerum omnium effectorem, contra hæreticos id pernegantes. 20.

Sed ista suffecerint quoad rationes, ob quas Christus appelletur brachium Domini: si quis plus autoritatis aut explicationis desiderat, legat S. Gregor. lib. 32. Moral. cap. 7. ad illud Iob. 40. vers. 4. Et si habes brachium sicut Deus. Aug. Psalm. 97. v. 1. Athanas. lib. de communi essentiā trium personarum. 21.

Ll 2 Illud

Spiritus liberatio de Ægypto brachio ... liberatum.

Greg.

Dei virtus, & Christus.

Sabellianus impium dogma, Patris & Filij esse vnum personam. Locutio metaphorica non debet esse ... capienda.

Christus præmonstratus.

Christus Dei brachium.

Christo reseruata est victoria de Diabolo.

Eusebius explicatur.

Iudæ v. 5.

Illud verò, Dei Filium dici *Brachium*, & Spiritum Sanctum dici *Digitum Dei*, quia vt istud
22. ex humero, sic hic ex brachio procedit, etsi habet autorem S. Augustinum 2. Trinit. c. 15. subtilius tamen existimo quam solidius, si sensus litteralis spectetur locorum Exod. 8. vers. 19. & Luc. 11. v. 20. vnde id sumitur, nam vtrobique *digitus Dei* pro diuina potentia ponitur, atsi sensus mysticus attenditur, & quia id placet multis, & quia Trinitatis mysterio fauet, non est reiiciendum. Vide Iansen. in concordia c. 49

Digitus Dei an pro Spiritu Sancto.

Delrius Adag. 69.

23. *Cui reuelatum est?* Hoc loco, *reuelare*, non est idem, quod prædicare, & docere, nam cùm præcedat, *Quis credidit auditui nostro*, i. auditis a nobis, sumitur, Euangelium fuisse prædicatum, non tamen creditum, & acceptum, oblatum, non tamen intellectum & perspectum. Itaque hæc interrogatio est admirantis & quærentis fuisse paucos, quibus hoc Dei brachium fuerit detectum, & reuelatum, fuisse raros, qui eius vim & potestatem agnouerint, quod de Iudæis est intelligendum, vt supra monui nu. 4.

Reuelare quid.

Interrogatio admirans.

24. Sed & aliò possit pertinere interrogatio; vt non tam paucitas, quàm qualitas credentium designetur; *Quis credidit, cui reuelatum est*, vt sit reticentia cum admiratione, vel ex admiratione: & sit intelligenda, & supplenda responsio, is credidit, ei reuelatum est brachium Domini, cui nemo crederet fore reuelandum, nemo suspicaretur; nimirum, abiecto, iacenti, infirmo, sordido, impetito, paruo. Hunc locum Isaiæ videri possunt nobis exposuisse, & reuelasse idem brachium Domini Christus apud Matt. 11. v. 25. cùm ita Patri suo gratulabundus ageret gratias, *Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terra: quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Quin hæc oratio, si non quoad Christum, certe, ex se plena sit admirationis non est, cur dubitemus, auget eam particula secuta, *ita Pater*, Græca ναὶ ὁ maioris energiæ, quam Latine vix explices, & Christus addens, *quoniam sic placitum fuit ante te*: ostendit rem esse reconditam, & supra captum humanum, supra omne meritum. Pendére ex solo Dei beneplacito illico docet, *Et nemo nouit Filium nisi Pater: neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

Quis, cui, ad qualitatem pertinet.

Euangelio credunt non nobiles, sed obscuri.

25. Ad hanc cynosuram, *Quis credidit auditui nostro*, Num *sapiens*, num *Scriba*, num *conquisitor huius sæculi*, *Et brachium Domini cui reuelatum est?* Num Principibus, num potentibus, num nobilibus huius mũdi, num diuitibus, eo quòd iis ornamentis & præsidiis essent præcellentes, nequaquam. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*; *Abscondisti*, obuelasti, brachium tuum obiecisti tectum, quod non positiuè, sed negatiuè est accipiendum, id est; non reuelasti *sapientibus & prudentibus* suo & mundi iudicio, sed reuelasti paruulis, humilibus, abiectis apud se, qui de se non superbè sapiebant.

1. Cor. 1. v. 30.

Matt. 11. v. 25

26. Eiusdem ordinis est quod Paulus 1. Corinthior. cap. 1. versic. 18. reliquit scriptum: *Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est, scriptum est enim perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam & quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes, quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei fortius est hominibus.*

Cuius longioris sermonis scopus est (ne ad singula verba extra suum locum descendam) docere: Euangelium, & Christi mysterium fuisse mundo obuelatum, & reconditum; iisque solùm innotuisse, & fuisse retectum, quos Deus vocasset: vocasse autem non qui opibus, nobilitate, potentia, aut doctrina superbirent, ac proinde in humilitatem Christi, vt in lapidem offensionis incurrerent: sed vocasse eos qui modestè saperent, qui suam imbecillitatem & inscitiam agnoscerent, qui sibi suorum peccatorum morborumque conscij medicum desiderarent, aut saltem oblatum diuinitus non reiicerent. 27.

Huius fuisse census & ordinis, qui crediderunt auditui Apostolico, & quibus Brachium Domini fuit reuelatum, & visus est Christus Dei virtus, & Dei Sapientia, statim Paulus edocet v. 26. *Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Consule c. 49. n. 87. 28. *1. Cor. 1. v. 26.*

Cui explanationi satis connectitur oratio & prædictio subsequens, quæ tota versatur in Passione, & Cruce Domini describenda: vt idcirco vates præmiserit, hoc Brachium etsi ex se fortissimum, humana tamen carne & infirmitate inuolutum non omnibus promiscuè euoluendum & nudandum, sed quibus arrogantiæ cœcitas & prosperæ fortunæ blãdientis illecebra non obstitisset, quominus in Christi paupertate diuitias, in humilitate gloriam, in Cruce decus, in infirmitate robur & fortitudinem agnoscerent: quibus velum carnis humanæ nullo fuisset impedimento, quominus esse Domini Brachium intelligerent. Apud Procopium, responsio sumenda dicitur ex cap. superiori 2. v. 10. vbi ait: *Parauit* (legit ille ex LXX. *reuelauit*) *Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium*: Hoc est; non est reuelatum Iudæis, sed Gentilibus. Non abit multum hæc expositio à nostrâ modò traditâ. Nam Iudæi multum sibi arrogabant, & efferebantur ob legem diuinam, & despiciebant Gentiles populos, & habebant pro immundis, & indignis, qui inter homines numerarentur. Lege Paulum Rom. 2. v. 17. & ibi Chrys. hom. 6. Ergo aiunt Apostoli cum admiratione, & non sine sensu doloris: *Domine quis credidit auditui nostro*, &c. Nam Iudæi, qui debuerunt maximè credere, multis, magnisque de caussis, non, sed Gentiles, qui procul a fide aberant: & quibus crederetur Euangelium, iudicabantur à Iudæis prorsus indigni. 29.

Verf. 2.

Vers. 2 Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum.

30. PRimùm de lectione, quæ variat admodum apud antiquos. LXX. transferunt: *Annunciauimus quasi paruulum in conspectu eius: quasi radix in terra sitienti.* Hæc translatio fertur Vaticanis codicibus Xistianis Græcis, & Latinè redditis; reperitur in S. Hier. & refertur à Patribus. Eusebio, Tertull. Orig. Cypriano, tametsi apud aliquos nomen Paruulus est in primo casu: *Annunciauimus quasi paruulus*, &c. Græcè ὡς παιδίον, ex quo tollitur ambiguitas nominis Latini: quod est commune rebus multis paruulis: ergo apud LXX. est *puer*. Cyrillus legit non παιδίον, cũ diphthongo, sed πεδίον, i. agrũ, seu cãpum; sed pro lectione corruptâ habẽda est hæc.

31. Theodorioo: *Ascendet ὡς θηλάζων, vt is*, qui lactat: Aquila: passiuè reddidit: *vt is qui lactatur* aut nutritur: Quæ duæ postremæ translationes viam aperiunt ad indagandam caussam diuersitatis inter Latinum & Græcum interpretem: nam Hebr. est יונק *iónech*, à verbo ינק *ianách*, quod est *lactare*, seu *sugere*: quid cõmune pueris, & plantulis: quia vt isti lac, sic hæ sugũt humorem è terra: ex quo verbo ducitur nomen *ionech*, id est *sugens*, quod modò infanti, modò arbori teneræ, & recenter enatæ tribuitur: vnde Græcus *Paruulus*, seu *puer*; Latinus *virgultum* transtulit, neque solus Latinus, sed & Symmachus, κλάδος, id est, *ramus*, intellige, *tener*. Quare in sententiâ nulla est dissensio. Explicato nomine, veniamus ad vim & rem quæ nomini subnectitur.

32. *Virgultum quare de Christo.* *Et ascendet sicut virgultum coram eo.*] De Christo Domino dici non est dubium: est verò dubium cur ita dicatur; cur *virgultum* appelletur. Mitto qui e Græco *puerum* exponunt, & ad Saluatoris infantiam referunt: & terram sitientem, vel arentem, vt vertit Aquilas, intemeratam virginem Mariam intelligunt, nullo humano semine sed diuino spiritu fœcundatam: vt prius prædicatur Christi ortus, dein D passio & occasus. Hoc sensu dimisso, commune sanctorum Patrum, & interpretum indicium est, pertinere hoc ad totum tempus statúmq; mortalitatis, vel certe ad postremũ vitæ spaciũ, qui tot ac tãta pati non fuit dedignatus. *Christi humilitas.*

33. *Virgultum*, non autẽ arbor procera, & ramosa appellatur, ad adnotandam exiguitatẽ humanæ naturæ, & habitum externum minimè floridum: eodem spectat additio hæc: *Sicut radix de terra sitienti*: plantæ enim in terrâ aridâ minus habent vigoris, & decoris: cui rectè adiungitur: E *Non est species ei, neque decor: & vidimus, & non erat aspectus, & desiderauimus eum*: Hoc de tota periodo, & sententia, sed separatim verba quædam expendenda.

34. *Coram eo*: quæritur, quis hoc pronomine contineatur: triplex est apud autores: apud quosdã populus, qui in eum non credidit, scil. Israel: apud alios, Deus vidẽs, & permittẽs: apud alios ipsemet Christus; vt *coram eo*, sit *corã se*: vel ad faciẽ eius, i. in speciem: species eius erat vt virgulti, &c. E tribus prima declaratio plus arridebat, quia cohærentior: nam reddit rationem superioris illius, *Quis credidit*, hoc est, credet, *auditui nostro? Et brachium Domini cui est reuelatum? Et ascendet sicut virgultũ coram eo, &c. non est species ei, &c.* vbi dictiuncula, *Et*, ו *vau*, more Hebraico, est caussalis: Itaque visus est Dei Filius, quasi esset merus homo, quia Dei brachiũ & virtus induit carnem humanam fragilem, & flaccescentem, & sub eâ latuit; idcirco parum oculati, seu cœci Iudæi, & alij gentiles non crediderunt prædicantibus Christum esse Deum.

35. *Iudæi qualem Regem exspectabãt.* Expectabant enim Iudæi Messiam, Principem præcellentem opibus, potentiâ, splendore, autoritate, & dignitate seculari; nam quæcumque Vates in hoc genere rerum spiritualiter B promiserant, illi vapore carnales carnaliter accipiebant, cuius erroris vel discipuli Domini nõ fuerunt prorsus expertes: nam illi duo qui ipso die resurrectionis Dominicæ cum ipso Domino rediuiuo, & nondum agnito colloquuntur, hoc produnt Luc. 24. v. 21. *Nos sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel*, scil. à seruitute Romanorum, vi quidem & potentia regia.

36. Quâ falsâ opinione cõmuniter fuisse imbutos & discipulos, & Apostolos satis sumitur ex illâ interrogatione Act. c. 1. v. 6. *Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnũ Israel.* Græcè τῷ Ἰσραήλ, *regnum Israeli*; regnum iniuriâ & tyrannide ereptum Israeli restitues ne hoc tempore? regnũ C temporale eos cogitasse non est dubium: neque dubitant id esse à Christo restituendum, sed solùm quærunt de tempore. Quæ restitutio regni antiqui, & auiti, quale floruit sub Dauide, & Salomone, fieri nũ poterat (iudicio certè tã carnaliter de potẽtia & regno Christi iudicãtium) sine opibus, præsidiis, sine armis & militibus.

37. *Iudæos in Christo quid fefellerit.* Ergo qui hoc errore præoccupati Regem & Messiam opulentissimum, & florentissimum affuturum fore sperabant, & optabant, vbi eum viderunt coram se eâ specie, quâ *virgultum*, quâ herbula aliqua assurgit è terrâ sicca, arenosâ, sterili, fidem habere noluerunt prædicantibus, & annunciantibus sub eâ ariditate latere virorem eximium, & sub eâ radice siccâ & marcescente subesse virtutem immensam, & arborem adeò ingentem, & extensam, vt in eius ramis omnes cœli volucres possent nidificare.

38. Itaque translatio *virgulti & radicis* in speciẽ aridæ, potest ad duo tendere: alterum, vt sit caussa, ob quam multi non crediderũt in Christum: quia vltra illam speciem & formam externam, quippe qui hebeti acie, prospicere non potuerunt: ij sunt, quibus Crux Christi, & lignum, arbor illa floridissima, & feracissima, visa fuit *virgultum* aridum, radix inutilis, ac sterilis, scandalum, vel stultitia: alterum, quo translatio tendit est vt, quemadmodum è radice tenui, & & specie tenus, aridâ, & virgulto paruo, exili, despicabili procedit arbor ingens, opaca, ramosa, florida, frugifera: sic è Christo, primo aspectu, paupere, tenui, humili, abiecto proditura erant, & emicatura immẽsa quædam autoritas, dignitas, vbertas, maiestas, gloria, denique apparitura & emicatura ipsamet Diuinitas. *Ex humilitate Christi prodiit gloria immensa.*

Quam dignitatem & gloriam quia quidã boni erant humiles & mites, minimè pertinaces, & cõtentiosi crediderunt sub specie illâ seruili & formâ, vt sub radice occultari, & inde posse erumpere, ideo fidem habuerunt auditui Apostolico, & eis *brachium Domini reuelatum est*.

Qualis sit natura radicis, & quam fœta, doceo ad c. 11. v. 1. & v. 10.

39. Hanc medullam includi in hâc radice eo libentius arbitror, quo certius obseruo Isaiam in hoc capite non solum loqui de passione Saluatoris, & ignominia, sed etiam de eius glorificatione, honore, & fructu, vt liquebit v. 8. 9. & deinceps, imò ideirco exorditur dicere de passione, & morte, vt ostendat, qua via, & ratione ad tam sublimem honoris gradum peruenerit, & tantum humano generi bonum pepererit: quod optimè metaphora radicis exprimit, quæ quo altius demittitur, & inferius deprimitur, eo fortior, & procerior assurgit in stipite, & plus fructificat in ramis: quare hoc loco *radicem* Heb. *sores*, & Græcè *ῥίζα* propriè acceperim: quæ ascendere dicitur, quia reliqua arbor illi innixa procedit, & ascendit; ab illa succum, vitam & omnia recipiens: Aug. l. 1. 48. v. 15. *In radice vigor fructus, opulentia. Vita nondum est in radice, sed radix non aruit. similis arescenti est, sed tempus venit, vestitur honore suo, fœcundatur fructibus suis.* & illud: *Non est species ei, neque*

40. *decor*, trahere licet ad id quod præcedit videl. ad *virgultum*, & ad *radicem in terra sitienti*: vt hæc omnia sint similitudo: *Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti*, cui *non est species, neque decor*: at quæ sequuntur, sit accommodatio similis: *Et vidimus eum, & non erat species*, quo exponendi modo vtatur tautologia, *non est species ei, neque decor*: *non erat aspectus*; nam *species*, & *aspectus*, paronymia sunt, etiam Hebraicè. Græcè verò idem nomen *εἶδος* vtrobique: ergo si distribuas, & vnum radici, alterum Christo des, nihil erit vacans. At quo sensu dicitur, *desiderauimus eum*? nam qui tam erat inornatus, tam deformatus, de quo adduntur plura illico, non erat desiderabilis. Plerique censent, suppleri debere è phrasi Hebraicâ, negationem præcedentem: *Non erat aspectus, & non desiderauimus eum*: exempla, quibus id firmetur, abundant. Alij supplent: nihilominus *desiderauimus eum*, scil. prophetæ, iuxta illud, *Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt*. Luc. 10. vers. 24. Huc concedit Dionysius, nec discedit Adamus.

41. Sed si vis verbi Hebraici sit eadem, atque Latini, sine supplemento habebit commodum explicatum: nam *desiderare* dicimus ea, quæ desunt, & adesse deberent vt, in te elegantiam, pulcritudinem desidero, id est, non video, vellem esset: hoc sensu rectè dicitur: *desiderauimus eum*, appositè ad antecedentia: i. *desiderauimus* in eo speciem: vel non agnouimus eum eo quòd tam esset fœdatus: Hisp. *hechamoule menos*.

42. Postrema quæstiuncula: quinam hoc & sequentia dicant: sed non videntur omnia posse ab iisdem hominibus proficisci: quædam enim pietatem, quædam verò impietatem continent: quædam dubia & media sunt, ad finem vers. 3. *vnde nec reputauimus eum*; impiorum videtur esse vox: statim in principio vers. 4. *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*, & sequentia, oratio est piorum, agnoscentium Christi innocentiam, & caritatem, qui homini debitas pœnas luere voluit. Alia possunt esse communia & dici tam a bonis, quàm à malis. Atsi attentè consideretur orationis tractatus, & contextus, ab vnis & eisdem sermo proficisci sine dubio iudicabitur, & ita est censendum.

43. Vnde assero, vocem esse prophetarum, vt sentit S. Hieronymus cum aliis; vel vocem esse Apostolorum, vt ferunt non pauci interpretes; & hoc iudico probabilius: quia prima illa vox *Quis credidit auditui nostro*: vulgo tribuitur Apostolis, & qui illic loqui cœperunt, orationem sine interruptione producunt saltem vsque ad versiculi sexti finem. Ad illud autem, quod modò opposui, videri esse vocem impiorum istam vers. 3. *vnde nec reputauimus eum*, aio, videri quidem, sed non esse: sed loqui Apostolos ex sensu, ac iudicio communi humano: ac si dicerent: talis apparuit, vt nemo eum intuens reputaret: nimirum, quia vulgus hominum secundum faciem & habitum externum iudicat & censet vnumquemque ex visu, cui expositioni mirificè fauet translatio Græca: *οὐκ ἐλογίσθη*. impersonaliter, *non fuit reputatus*, scil. vulgò, & communiter. Deinde: *nec reputauimus eum*, potest explicari; non agnouimus eum: adeo erat deformatus.

44. Dubitationem eam, qui dicatur Christus fuisse sine vllo decore, & specie, cùm Psal. 44. v. 3. idem appelletur *speciosus forma præ filiis hominum*, tractare non liber: quia locus non cogit de corporeâ Christi pulcritudine disserere: Isaias eo non opponitur, nam vel in Psal. non tr[a]ditur fortasse pulchritudo corporea, sed spiritualis, quod si ista quoque scribitur, hoc loco Isaias agit de tempore Passionis, quo tempore fuit magnâ ex parte deminuta: aut hîc nō tam agitur de venustate corporis fœdatâ, quàm de ipsa cōditione, & habitu, de ipso vitæ genere, quod erat iudicio mundi abiectum, & penè sordidū: cùm in Christo, neque in illius familia vllæ essent diuitiæ, deliciæ, laoitiæ, neque vllus splendor: sed omnia saperent asperitatem, inopiam, humilitatem, & proinde vilitatem apud vulgum, qui hæc despicit, & contraria solùm suspicit: itaque *species*, *aspectus*, *decor*, & alia talia, quæ Christo defuisse dicuntur, ego non retulerim ad faciem, corporisque formam, sed, vt dixi, ad qualitatem, & conditionem vitæ, quam statum appellare consueuimus: quæ conditio humilis cum eximia corporis forma, & pulcritudine stare potest. *Aug. de cōsensu Euang. lib. 1. c. 31.* *Ciril. Christi humanitas iudicio mundi abiecta.*

Vers. 3. Despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum.

45. TOta Christi vita, sed præcipuè vltimus eius actus, nempe passio & mors laboribus ac doloribus, & præterea probris & ignominiâ fuit suprà quam dici, aut cogitari queat, plena, & referta: quæ duo humanæ naturæ sunt tolerati acerbissima: vt vita, & fama sunt maximè cara, & ab ipsâ naturâ homini summopere commendata. Vnde Christus Dominus quoties Passionem suam commemorat, cùm cruciatu iungit ignominiam. Marc. 9. v. 11. *Quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur*: Matth. 20. v. 19. *Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* *Vita Christi laboriosa, maximè in fine, & probrosa.* *Dolor cum dedecore iungitur in Christo.*

Porrò

46. Porrò si rectè rationem ineas, nullum in Christi passione cruciatum inueneris, qui non sit cum magno dedecore coniunctus. Sap. 2. ver. 19. *Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum.* Quem locum Patres consentienter de Christo Domino exponunt: cuius mors fuit acerbissima, & probrosissima: quod vtrumque breuiter hoc versu perstringit Isaias: *Despectum, & nouissimum virorum: virum dolorum, & scientem infirmitatem:* in sequentibus magis explanaturus.

47. *Vir dolorum.* *Virum dolorum.*] Etsi videri possit esse idiotismus linguæ sanctæ, idem, atque *vir dolens*, tamen, quia ex euentu constat: Christum plurimis & maximis doloribus fuisse affectum, afflictumque debemus peculiarem vim agnoscere in hoc loquendi modo: *Virum dolorum*: qui nunquam caruerit doloribus: vnde L X X. ἐν πληγῇ ὤν, in plagâ existens, quod temporis continuitatem, & perpetuitatem significat. Et ita res habuit: nam instanti conceptionis anima Christi sanctissima, vt interim corpus omittam, doloris maximi nunquam fuit expers, qui multiplici ex caussâ nascebatur: ex peccatis hominum præteritis, præsentibus, & futuris, quæ peccata semper habebat ob oculos, & vt Dei erant iniuriæ grauissimæ, & vt erant hominum verissima mala, ac proinde, cùm Deum, & propter Deum diligeret supra modum homines, non poterat non inde capere dolorem maximum, & assiduum.

Doloris caussa Christi.

48. Caussa altera dolendi: pœnæ & calamitates tam æternæ, quam temporales, quas homines erant subituri propter sua peccata, nam qui valde, & sincere amat, quouis malo eius, quem amat, dolet. Sed speciatim dolebat interitum spiritualem, & verò temporalem populi Iudaici, vide apud Luc. 19. vers. 41. *Videns ciuitatem fleuit super illam.* Tertia caussa: Passio & mors tot acerbitatibus, cruciatibus, probris, ignominiis plena, semper præuisa, & ante oculos obuersans, & ab ipsomet Christo cogitatione, quo plures haberet caussas patiendi, amore Dei, & hominum quasi præoccupata. Nam licet impendente, & imminente iam passione, hic dolor, ac mœror ex eius obiectu, ac prospectu creuerit, vt accipimus ex illis verbis: Matth. 26. vers. 38. *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, & vers. anteriori: *cœpit contristari, & mœstus esse.* Sed verosimile fit eam tristitiam, etsi non adeò vehementem, toto vitæ mortalis tempore fuisse continuam, si excipias illud breue spatium, quo fuit transfiguratus, quo tempore videntur fuisse induciæ inter Christi humanitatem, & labores: & tamen vel eo loci noluit omitti mentionem de morte: quod aduertit Lucas cap. 9. vers. 31. *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Ergo verissime *vir dolorum* dici debuit, qui ne in ipsa quidem breui gloriâ transfigurationis futurorum dolorum sermonem omisit.

49. *Et scientem infirmitatem.*] Tametsi alicui videri queat, esse idem omnino, quod superius, *Virum dolorum*: ego tamen existimauerim, esse eius caussam: nam inde potuit dolere, quia habuit naturam doloribus obnoxiam passibilem, hoc est, infirmam: nam si Dei Filius non fuisset homo factus dolere non potuisset, ergo hæc *scientia infirmitatis*, est eius experientia, & susceptio. Hebr. 5. vers. 8. *Et quidem cùm esset Filius*

Scire infirmitatem, quid.

A *Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam.* & cap. 4. vers. 15. *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine, absque peccato.*

Sed obseruandum: *infirmitatem* bifariam accipi: aliquando, vt opponitur viribus, ac robori: interdum vt est sanitati contraria, morbusque dicitur & vtramque notionē patitur vox Græca & Hebræa. Deinde in Christo non fuisse infirmitatem significatam posteriori; sed priori: quatenus vt homo habuit naturam non immortalem, non impassibilem, & ab omni dolore, vel labore exemtam, sed mortalem, doloribus, laboribus, ærumnis obnoxiam: quę algeret, æstuaret, esuriret sitiret, fatigaretur, laboraret, B doleret, cruciaretur, tristaretur, vulneraretur: Quæ omnia citra morbum, qualis à medicis describitur Christo euenerunt. 50.

An Christus Dominus laborauerit aliquo morbo in vita, vel in morte, Scholastici Doctores cum S. Thoma in 3. p. aut cum Magistro sentent. in 3. disputat & communi consensu statuunt partem negantem: & noster Suarez to. 1. disp. 32. sect. damnat temeritatis, contrariæ opinionis assertores. In ratione afferenda, cur Dei filius in illam naturam humanam, tot, tantisque aliis incommodis & acerbitatibus propositam, & obiectam passus non fuerit morbū incurrere, variant autores. Athanas. lib. de in- C carnatione eam affert: ne si decumberet, nihil videretur habere amplius ceteris hominibus. Mihi vna illa ex multis probabatur maximè, quod, cùm morbus oriatur ex intemperie & discrepantia humorum, quæ bonæ corporis constitutioni aduersatur, quæ intemperies, & dissensio humorum, vndecumque accideret, Christum maximè dedeceret, neque tamen esset opportuna ad finem redemtionis: cùm satis fuerit assumere quidquid reperitur molestiæ, & asperitatis in ægritudine, scil. labor, & dolor. 51. *Morbus an in Christo.*

Hæc verò immunitas à morbo fuerit ne orta ex caussis naturalibus, an supra ordinem naturæ ex prouidentiâ Dei speciali, quæ auerterit, & impedierit ea, è quibus languor, & ægritudo naturaliter oritur, in quæstionem addi posset, & in partem vtramque disseri: sed id ad locum supra citatum scholasticis tractandum relinquo propendens in partem posteriorem. 52. *Non fuit æger.*

Et quasi absconditus vultus eius, & despectus.] Variè legitur, seu redditur hæc pericope: & non minus variè exponitur. Sed *absconditus vultus* sic debet exponi, vt conueniat cum sequentibus bis: *& despectus, vnde nec reputauimus eum.* itaque absconsio vultus pertinet ad ignominiam, & pudorem: nam pudoris sedes est vultus, seu facies. Neque placent ij, qui vultum E absconditum attribuunt non Christo, sed intuentibus, ac si alij faciem a Christo absconderent, hoc est auerterent, aspicere dedignati. Hęc enim interpretatio repugnat Latinæ, & Græcæ translationi, neque vllo modo ab Hebraico textu fulcitur. 53. *Vultus absconsio, quid.* *Pudor & ignominia.*

Fuit ergo Christi *vultus quasi absconditus*, hoc est, non videbatur vultus eius, fuit eiusmodi, vt non agnosceretur: non enim videbatur esse *speciosus illa forma præ filiis hominum*, seu quia in vultu principe corporis parte totum corporis habitum, & vitæ conditionem Vates intelligit, siue quia vultus plus ignominiæ, probris, & ludi- 54. *Non agnosc.*

ludibriis fuit affectus:in eum enim alapæ, sputa,&alia id generis dedecora incurterunt:quæ valde fœdarunt, atque deformarunt, vt aliua quàm Christi vultus esse posset existimari:quo eum rectè connectitur, *vnde reputauimus eum*, scil. esse qui erat : *desconocimos le* : Facies enim eo consilio consueuit abscondi, aut tegi, ne quis agnoscatur.

55. Quare cum facies sic immutatur, deformatúrque, vt a propriá specie, formaque multum differat, vixque possit agnosci, ea rectè dici potest esse *abscondita*, hoc est, non agnita, non eadē apparens. Hæc explanatio plus habet verisimilitudinis, quàm ista: vt Christus prædicatur absconsurus ipse faciem suam præ pudore.

Non pudebat Christum pati. Neque Apostolos. Act. 5 v. 41

Nam præterquam quòd parum hæret ante, & post positis, non videtur id cadere in Christum, qui probrosissima quæque ita pertulit, vt inter perferendum amore Dei, & hominum non pudore, sed gloriatione potiùs afficeretur. Si enim Apostoli & Christi discipuli *ibant gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati* itaque verberibus ad ignominiam cæsi, & aliis probris onerati non modò non erubescebant, non modò non abscondebant faciem, sed etiā ostendebant, ostentabant, & se contumeliá affectos pro nomine Iesu iactabant, & gloriabantur.

56. *Cur non pudeat Christum pati.* Nam etsi videbant se apud homines impios & insipientes fuisse dedecori, & ignominiæ, id nihili pendebant simul videntes se, apud Deum, eius Angelos, & apud homines probos, & cordatos esse gloriosos. Meminerant enim illius moniti Matth. 5. vers. 11. *Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Vide apud Luc. 6. vers. 22. si ergo Apostolos, Martyres, aliósque viros sanctissimos non solùm non pudebat talia pati probra, & ludibria, sed gaudio, exultatione, decore, gloriá cumulabat: porrò non fit eredibile, Christum cùm hæc pateretur, fuisse pudore victum, ita vt faciem absconderit. recurrito ad capit. 50. num. 80.

Vers. 4. Verrè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.

57. *Languores Christi, qui.* L*Anguores*, vero modo capiendi sint adhuc ambigitur: morbi an sint corporales, an verò spirituales: ex quo pendet altera dubitatio quoad modum, quos istos morbos tulerit, nam si spirituales languores esse statuimus, quemadmodum eos tulerit, planum est; non in se suscipiendo, id enim fieri neque decuit, neque potuit, fuit enim Christi anima impeccabilis sed auferendo, & dimittendo. Sin autem molestias corporum interpretamur, & cruciatus, doloré́sque, cùm istos & in se admiserit, & ab aliis depulerit, alterutrum, vel vtrumque possit intelligi.

58. *Euangelista & LXX. videntur sibi ad vers. Matt. 8. v. 17.* Quod attinet ad priorem dubitationem, S. Matthæi Euangelistæ allegatio cap. 8. vers. 17. & quasi interpretatio, & L X X. translatio sibi in speciem aduersantur: Nam hi transferunt. *Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet*: ille sic scribit: *Et eiiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.* Vbi imprimis obseruandum, Euangelistam non afferre lectionem L X X. quam sequi solet, sed Hebræam. Itaque Matthæus reponens Græcè *ἀσθενείας καὶ νόσους*, & affirmans, tum, cùm sanauit morbidos, adimpletum fuisse hoc vaticinium, perspicuè ostendit se apud Vatem ægritudines corporeas videre: at Græca editio, quæ fuit in Ecclesia pro Canonicâ & vulgatâ ante Hieronymum, sine vllâ varietate habet: *Iste peccata nostra fert*: quâ igitur ratione litem componimus?

59. *Quidam sensum accommodatitium induxerunt.* Non desunt nobiles interpretes apud Matthæum, qui doceant, ab eo non sensum litteralem exponi, sed accommodatitium tantum induci. Vide Iansenium capit. 28. & ibi rationem, cur id Euangelista faciat, quem secutus est Maldonatus. Sed iam aliàs sæpe ostēdi ob quam causam minus probem hanc opinionem de sensu accommodatitio, quippe qui eneruet vim innumerabilium testimoniorum, & eorum germanam intelligentiam.

60. *Alij plures sensus litterales.* Reliqui alij interpretes confugiunt ad asylum commune de pluribus sensibus litteralibus: docentque vatem vtrosque languores & animi, & corporis prædicere a Christo fore curandos. Alij; primò & directè loqui de languoribus animi, secundariò & indirectè de languoribus corporis.

61. *Auctoris sententia litteralis est sensus.* Ego in hac sententiarum varietate quid sentiam, distinctè proponam, & per partes. Primùm non dubito à Sanct. Matthæo sensum litteralem adduci, hoc est contra ductores superiori numero marginali nominatos.

Codices Græci non vbique incorrupti. Euangelista & Græca lectio non pugnant. Secundò: si constaret citationem Euangelistæ contrariam esse translationi Græcæ, de fide & integritate huius, non de illius autoritate fuisset controuertendum. Non enim præstamus codices Græcos, vt à L X X. viris prodierunt, durare vbique incorruptos; imò probabile est, ne dicam, certum alicubi esse vitiatos.

Tertiò: posse facile componi Græcam editionem cum allegatione S. Matthæi, cùm vaticinium ab eo allegatum, & ab illis translatum duas habeat partes: atque adcò vna queat ad morbos animi, altera ad morbos corporis pertinere: nam reuera vtrosque sustulit Saluator, & sæpe ab iisdem ægrotis.

62. *Christus morbos animi, & corporis sanauit.* Ergo cùm prędicit Isaias: *Verè lāguores nostros ipse tulit*, ad peccata quin referamus, & cùm addit: *& dolores nostros ipse portauit*, ad morbos quin restringamus, nihil impedit: quæ est ipsissima LXX. Græcorú interpretatio: *Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet*. S. verò Mat. docet impletú fuisse hoc vaticinium in curandis male habentibus quoad posteriorem eius partem, scil. *& dolores nostros ipse portauit*. Neque enim est insolens citari ab Apostolis integra testimonia, quorum vnâ, aut alterâ parte indigeant, & vtantur ad rei propositæ confirmationem. Quòd si LXX. hanc posteriorem partem: *dolores nostros ipse portauit*, aliter videntur accipere atque S. Matthæus, qui exponit, Christum abstulisse, & depulisse, non tanti est, nam aut Græci voluerunt dicere: *pro nobis dolet*, i. nobis condolet ægrotis, & condolendo dolet, tollitque

dolores

d[illegible] & non rarò traditur ab Euangelistis Christum mirerum ægrorum, restituisse eis sanitatem: aut verbum סבל *Sabal*, *portare* vtrumque fert, & ferre, & auferre, vt Latinum *tollere*: vnde alterum Græca editio, alterum Euangelica citatio sumsit. est quibus manet vtraque difficultas expedita. Neque impedit, S. Matthæo reponi primo loco: *ipse infirmitates nostras accepit*, quod nos peccata exponimus, nam v. 6. vbi dicitur, *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*, videbimus quemadmodum sit accipiendum. Tertul. 4. Marcio cap. 8. agens de curationibus Christi ait: *ipse est Christus Esaiæ remediator valetudinum, hic, inquit, imbecillitates nostras aufert & languores portat: portare autem Græci pro eo solent ponere quod est tollere.* Hæc ille qui vtrumque membrum morbis corporis aptat, id videlicet id istic agebat. Magis aliene Orig. Roman. 15. vers. 1. *debemus nos firmiores infirmitates infirmorum sustinere*: illuc contrahit.

63\. *Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humiliatum.*] Hæc videntur postcere, vt superiora intelligantur de doloribus à Christo non ablatis, sed perlatis, & toleratis: at non est cur retexamus explicatum paulo antè traditum. Eo enim immoto, licebit commodè reliquum versiculi præsentis exponere. Nam hoc loco Isaias repræsentat vulgare hominum iudicium, non verò suum, de doloribus & cruciatibus Christi: cùm enim homines à Deo sæpius digna factis soleant recipere, inde fit, vt qui laboribus, ærumnis, & aliis incommodis exercetur, & premitur, is Deo inuisus, atque adeò scelestus exsistimetur. Ex hoc capite orta est tota illa expostulatio & opprobratio amicorum Iobi, cùm sibi persuadere non possent, virum iustum a Deo percuti, & affligi.

[illegible] vulgi. Aerumnosi creduntur [illegible] Deo.

Liber Iob amicis Iob [illegible] hoc errore.

64\. Hunc errorem, quem tres illi viri alioquin non imperiti, neque irreligiosi imbiberant, & iactabant aduersus Iob, docet Vates etiam contra Saluatorem innaluisse, ita vt eum propter propria peccata puniri arbitrarentur vulgus hominũ: quem errorẽ vnà aut alterà ratione confutat: prior ratio est: *Vere lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit & nos putauimus eum, quasi leprosum*, &c. acsi diceret; quid tam inconueniens, aut absurdum, quàm, cum ipse abstulerit morbos nostros & animi, & corporis, exsistimari nihilominus a nobis quos pertulit dolores, eos a Deo illi immissos ob propria peccata? itaque in hoc explicatu dictiu: *Et nos*, est emphatica, *& nos* adeò inepti, & stulti, adeò impij *putauimus eum leprosum*, &c. Induit, vt dixi, propheta personam communem, & vulgarem. Altera confutatio est: *Nos putauimus eum quasi leprosum, & c. ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras*, &c. itaque postrema pars huius quarti versus iungitur sensu cum succedentibus.

Error duplex [illegible].

65\. Quod verò ait: *quasi leprosum*: diuersè admodum ab aliis interpretibus transfertur, sed in sententiâ fere nulla est diuersitas: omnes enim translationes eò tendunt, vt a Deo castigatum, & punitum indicent. *Lepra* nominatim pœnam quidam translatores antiquiores Hieronymo, ab eo citati agnoscunt quæ translatio conuenit cum aliis duobus verbis, scil. *percussum à Deo, & humiliatum*: nam quos Deo fuit olim propositum humiliare, soliti sunt leprâ percuti. Leprosi enim vbique semouentur à societate, ne alios contaminent, sed speciatim apud Hebræos erant horrori, exoli, & vt immundi vitabantur: quo possit pertinere hoc appositum: *Putauimus eum quasi leprosum*: vel, ad indicandũ, verberibus, plagis, atque cruciatibus eius corpus ita fuisse laceratum, vt leprosi speciem referret. Caro enim liuida plagis exulcerata habet speciem lepræ.

Leprosus pro vulnerato, [illegible] pro [illegible].

Et quoniam siue vere leprosus, siue verberatus flagrisque conscissus despicitur quidem & contemnitur, quia in vtroque grauis culpa præsumitur cur sit a Deo, vel ab hominibus tam acerbâ & probrosâ pœna multatus, idcirco vt quid consequens adiuitur: *& humiliatum*. Nam & si quæuis ærumna & calamitas deiicit, & humiliat, id tamen est maxime proprium plagæ supradictæ. Ergo Christus vt homo percussus fuit a Deo, vt ducent alibi sanctæ Scripturæ, sed vt sons, & reus, sed vt sponsor, & [illegible], qui se vadem pro sonte obtulerat: quod magis aperit versus insequens. 66.

Christus [illegible] vt sponsor.

Vers. 5. Ipsè autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus.

DEfenditur fortiter, & expeditè Saluatoris innocentia, si quidem aliena, non quæ ipse contraxerit debita, persoluisse traditur. Itaque est refutatio superioris falsi & vulgaris iudicij. *Nos putauimus eum quasi leprosum*, &c. At planè errauimus tale quid putando, nam & si reuera percussus, & in speciem leprosi exulceratus & vulneratus est, & si attritus, & penè cõscissus est; nihil tamen ipse mali gessit, nihil commeritus erat: sed pœnas luit alienis sceleribus debitas. Suis vulneribus vulnera nostra sanauit: & suo liuore, & sanguine medicatus est nostris morbis peruicacissimis. 67.

Saluator non patitur vt [illegible] sed pro aliis.

Disciplina pacis nostræ super eum.] *Disciplina* Heb. *musar*, correptio, castigatio, ex eo more sic dicta; quòd pueri nihil fere sine verbere addiscant. Quare sensus planus verbera, pœnæ, quibus nos oportuit erudiri & emandari, in eius terga receiderunt: Deus in filiũ sæuiit, obsequẽtissimum & carissimum, vt seruo malè morato & cõtumacissimo parceret vt omnia nobis immeritis bona concederet (hæc enim *pacis* nomine continentur) proprio filio innocentissimo non pepercit. 68.

Disciplina, quid.

Sed dum Vates incumbit ad tuendam Christi domini innocentiam, videtur detrahere diuinæ iustitiæ, quæ insontem pro sonte, iustum pro reo puniuerit. Iusti Principis enim officiũ est, quemque pro meritis accipere, & afficere, probos præmio, improbos supplicio. At in aditu est responsio, nec à Vate cautissimo prætermissa vers. 7. *Oblatus est quia ipse voluit*: à vade etenim; & sponsore iudex iure id omne exigit cui debitor erat obnoxius. Itaque tantum abest vt etiam iacturam fecerit iustitia Dei hâc in parte, vt potius fuerit singulariter commendata: quippe quæ tam graues iniurias passa non fuerit remanere impunitas, sed satisfactionem æqualem inuenerit, & exegerit (Christus enim satis, 69.

Obiectio. Num pater iuste Christum cruciet.

A sponsore iuste exigitur debitum alienum.

Dei iustitia, & misericordia [illegible].

satisfecit de toto vigore iustitiæ) & tamen simul infinitam clementiam exercuit erga homines peccatores, dum ob Christi merita condonat eis admissa peccata: *ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras*, quas ipse vltrò expiandas in se susceperat.

70. Hoc argumentum quod est in Christianâ Theologia præcipuum, versat luculenter Apostolus multis in locis & cum primis 2. Cor. 5. vers. 20. *Obsecramus pro Christo*, ait Paulus, *reconciliamini Deo. Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Qui non nouerat peccatum*, quoad vsum, & admissionem, qui nihil omnino peccauerat, *eum pro nobis peccatum fecit* Deus. quod varie & commode exponitur; primò: *hostiam* pro peccato, ita inter alios S. Augustinus contra epist. Pelagia. libr. 3. cap. 6. & tract. 41. in Ioan. & serm. 48. de verbis Domini, quibus locis docet in veteri lege sacrificium pro peccato appellari *peccatum*, probatque ille e cap 4. Leuitici, quo iubetur sacerdos manum ponere super peccatum, i. super victimam quo cap. 4. Leuitici, licet in Latina Vulgata id non sit expressum, est tamen in Hebræo codice: versicul. 33. nam vbi Latina habet:

71. *Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato ouem scilicet immaculatam, ponet manum super caput eius*: Hebr. dicitur: *ponet manum super caput peccati*. quæ videtur fuisse lectio vulgata temporibus S. Augustini. cui testimonio aliud addere licet è capite 5. Leuit. vers. 17. vbi pro Latino: *Cur non comedistis hostiam pro peccato*, habet Hebræus: *Cur non comedistis peccatum?* Tritius est illud Ose. 4. vers. 8. contra Sacerdotes: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.*

72. Secundò explicatur hæc propositio: Deus Christum *pro nobis peccatum fecit*, i. *in similitudinem carnis peccati*: sic idem Augustin. citatus, qui allegat hoc Pauli testimonium ex epist. ad Rom. 8. vers. 3. Ex parte Augustinum describam è tractat. 41. in Ioann. *Vides*, ait, *in Domino carnem mortalem, non est caro peccati, similitudo est carnis peccati: Vera caro, mortalis caro, sed non peccati caro. Misit enim Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne.* Post pauca Augustinus. quærit: *Si ergo similitudo erat carnis peccati, non caro peccati, quomodo, vt de peccato damnaret peccatū in carne?* Respondétque. *Solet & similitudo nomē capere eius rei, cuius est similitudo. Homo dicitur verus, sed etiam si pictum in pariete ostendas, & quæras, quid sit, respondetur, homo. Peccatum ergo appellata est caro habens similitudinem carnis peccati, vt esset sacrificium pro peccato: dicit idem Apostolus alio loco: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.*

73. Cúmque nonnihil interiecisset Augustinus iterum admirans rogat: *Quid est hoc fratres, si diceretur, fecit in illum peccatum, aut fecit illum habere peccatum, intolerabile videretur, quomodo toleramus quod dictum est, fecit eum peccatum, vt Christus ipse sit peccatum?* Quod asperè, specie tenus, dictum temperat, & diluit Augustinus docens peccatum poni pro sacrificio, vt antea teruli.

74. (Chrysost.) Tertiò. Chrysostomus pressiùs exponit: *fecit eum peccatum: i. quasi peccatorem condemnari permisit, & quasi maledictum mori, maledictus enim pendet in ligno.* Respicitur Deuter. 21. vers. 23. & Paul. Galat. 3. vers. 13. vbi qui superioribus est valde affine: *Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum: quia scriptum est, maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Itaque non solum asperum acerbum mortis genus suppliciumque sed etiam execrabile, & infame ad tempus subire voluit Christus, vt illud æternum a nobis auerteret. Ergo *factus* est *pro nobis maledictum*, id est, pro maledicto, & detestabili homine est habitus, falsâ videlicet hominum æstimatione.

75. (Nazianz.) Vnde S. Gregorius Nazianzenus homil. in cap. 19. Matthæi ad initium sic: *Peccatum etiam ipsū, & maledictio ipsa, tametsi falso, nominatur. Quo enim modo peccatum esse queat, qui nos etiam a peccati seruitute in libertatem asserit? Quomodo maledictio, qui a legis maledicto nos redemit? Nimirum vt tanto humanitatis edito argumento nos ad animi demissionem instituat sublimitatis parentem.* Ergo & caritatis & humilitatis eximiæ fuit argumentum voluisse pro homine noxio probrosum atque crudele crucis subire supplicium.

76. (S. Hilar.) S. Hilarius libr. 10. de Trinit. hunc Isaiæ locum, & hoc idem institutum apposite edisserit: *Ipse autem*, ait, *vulneratus est, sed propter iniquitates nostras. Nam quamuis sit vulneratus, non tamen iniquitati suæ vulnus est, & quidquid patitur, non sibi patitur. Non enim sibi homo natus est, nec ex se iniquus est. Testatur Apostolus causam dispensationis istius dicens: Orantes pro Christo, reconciliari Deo, eum, qui non cognouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Peccatum enim in carne per peccatum condemnaturus, peccati licet expers, factus est ipse peccatum. id est, per carnem peccatum in carne condemnans, carnis quidem peccati nescius, sed pro nobis caro factus, carnis similitudo peccati est: & idcirco propter iniquitates nostras est vulneratus.*

77. Et Psalm. 68. vers. 27. ad illud: *Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt*, ita excurrit: *Percussus ergo est Dominus peccata nostra suscipiens, & pro nobis dolens, vt in eo vsque ad infirmitatem crucis mortisque percusso sanitas nobis per resurrectionem ex mortuis redderetur. Percussum autem se ipse testatus est, communem faciens discipulos dicti huius: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Sed & Apostolus dicti huius significationem haud dissimiliter confirmat dicens: Qui filio suo dilecto non pepercit. Non pepercit itaque dilecto filio suo, quem & colonis vineæ non ignarus quod occisuri eum essent, destinauit:* & post pauca, *Hoc igitur ita a Deo percussum persecuti sunt, super dolorem vulnerum dolorem persecutionis huius addentes, pro nobis enim secundum prophetam dolet, & idcirco esse in doloribus æstimandus est.*

78. (Christus verè cruciatus est & dolens) Sed vt tuenda est Christi Domini innocentia, & impeccabilitas; quod hactenus fecimus: sic etiam defendenda est vera eius passio, hoc est verè doluisse, verè fuisse tristatum, verè fuisse cruciatum: quod S. Hieronymus è voculâ illâ: *Vere, verè languores nostros ipse tulit* affirmat, verè, non δοκοῦντως, i. *putatiue* cruciatus fuisse perpessum. Sed Hieronymus refellit hæreticos Cerdonianos, qui vt ait S. August. libr. de hæresibus, hæresi, 21. *dogmatizarunt, Christum ipsum neque natum ex fœmina, neque habuisse carnem, nec vere mortuum, vel quidquam passum, sed simulasse passionem.*

Sed omisso hoc tam absurdo errore, obseruandum

uandum est, S. Hilarium lib. 10. de Trinit. ante A medium, dum incumbit ad propugnandam diuinitatem Christi, eò inclinare, vt neget vere timuisse, vere tristem fuisse, vere doluisse. At Ps. 139. vers. hæc habet loquens de Christo, dominum secundùm eam, qua in se fuit generis prius naturam Dei, videlicet, atque hominis non modo in Euangelijs, sed etiam in prophetis ita coaptatus ad vtrumque dictus locutus est, vt dum diuinitatis sua impassibilem, atque immutabilem virtutem docet, infirmitatem quoque naturæ corporeæ non taceret. sursumque cùm ex suscepto carnis, infirmitatis in eo sermo esset præconium quoque mox non infirmandæ ex aliquo diuinitatis assisteret. Quod enim Deus est, naturæ sua est: quod autem homo fuit natura nostra, B assumptio est. Loquitur itaque in Psalmo ex infirmitates nostra, quam assumpsit, affectu, cum traditorem suum nouit, &c. cum licet ex infirmitate corporis anxius sit, non solum tamen se relinquendum in die passionis meminerit.

(S. Hilarius [illegible])

79.

80. Ex hoc posterioris loco ille alter fuerit in molliorem explicatum inclinandus. Et verò mos est S. S. Patrum, dum hæreticos vrgent acrius, aliquid tacere, quod contrariam hæresin videatur astruere. Ergo ex his Isaiæ versibus apertè sumimus Christum fuisse culpæ totius expertem, & veri doloris participem: prius habuisse ex se, posterius suscepisse propter nos.

Vers. 6. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum.

81. BReuiter & appositè pingit hominum peccata, pro quibus Christus pœnas exsoluit: *Omnes nos, quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit.* Similitudo capta ex ouiũ errore nobis multa ponit ob oculos. In primis hominum insipientiam, & fatuitatem: nam D ouis pro fatuo capitur autore Origene tomo 11. in Ioannem. vnde probe hoc loco Haymo; *Ouis vt innocentiam, sic mentis hebetudinem significat.* Neque est vllum inconueniens, vnam & eamdem rem per comparationem in diuersa trahi. Leoni enim Christus, & Diabolus etiam assimilatur. Et quia error est ignorantia, quæ ex hebetudine nascitur: omne enim erratum, & peccatum ab ignoratione non seiungitur: cauto verbo Vates vtitur: *Errauimus*, quo & culpa, & radix eius exprimitur: nisi enim iudicium aberret, voluntas, quæ istud sequitur vt vata biuiam, non peccat. Vnde cùm ouibus sit innata fatuitas, rectè errans cum illis componitur hìc in re: *Omnes nos quasi oues errauimus*: i. vt E brutæ, vt stolidæ, aut fatuæ animantes, quibus nulla inest à naturà calliditas, nulla prudentia. Et verò in sacris voluminibus nomina sunt pæne paria *peccator, & stultus.*

Orig.

82. Ex hac hebetudine ouium oritur, vt facilius quàm aliæ pecudes, aberrent, citiùs dispergantur, ac segregentur, difficiliùs ac tardiùs reuertantur in caulas. De qua re lege cap. 40. numer. 263. Si vllus est grex, qui pastoris custodiam, ac prouidentiam requirat, sunt sanè oues: quæ curâ, & præsentiâ pastorali destitutæ procul admodum, & valde periculosè palantur, & ab- A errant: vnaquæque quò libido rapit, auulsa, & abstracta: hunc vagum & plenum periculo errorem transfert aptè Isaias ad homines *vnusquisque in viam suam declinauit*: varia hominum studia, sed omnia praua ante Saluatoris aduentum, post primi parentis erratum, varia consilia, diuersa vitia, scelera, flagitia, dissidentes sectæ, distracta iudicia, sed omnia in eo contentientia vt essent turpia, & falsa, significantur hac idoneâ similitudine: *vnusquisque in viã suam declinauit*, seu deflexit, & aberrauit: quod enim ouibus ne errent, Pastoris ductus; id est hominibus Dei ductus, & magisterium: quo qui carent, in absurdissimos errores, & in execranda vitia & in præcipitia incurrant, est ne- B cesse.

83. Ex quo tertium malum erranti pecori ouili nascitur: vt procul à custodia & tutelà pastorali, fiat valde obnoxium & propositum lupis, alijsque feris, quippe quod ouile pecus sit reliquis infirmius, & incautius. Quo de periculo multa ad ca. 40. vers. 11. Quàm male, quàm miserè habeant oues errabundæ, sine pastore disces ex eodem Pastore Christo apud Matth. 9. vers. 36. *Videns autem turbas misertus est eis; quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.*

84. Neque solùm misertus fuit ouium erranti, C & pereuntium, sed dimissis iis, quæ erãt in ouili, & in tuto, sese accinxit ad quærendas oues deuias, & eas inuentas imposuit suis humeris, ac lætabundus inuitauit qui sibi gratularentur pecoris amissi inuentionem: nam quia *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*, voluit ipse ouem perditam inuentam supra dorsum suum imponere, & ad ouile referre: qui ex Psalm. 128. v. 3. possit dicere: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores; prolongauerunt iniquitatem suam.* Peccata enim omnium hominum ligno Crucis a Deo Patre sunt imposita, pondus quidem immensum, vt Christus crucem portans, peccata quoque portaret, & extra portam, & extra vrbem patiens peccata exportaret, & procul abiiceret ab humana societate.

Heb. 13. v. 12.

85. Huc se conuertit S. Petrus vbi scripsit 1. epist. cap. 2. vers. 24. *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis.* Quid si Vates olim Nathan hoc Christi dorsum etiam prospexerit, cùm 2. Reg. 12. vers. 13. Dauidi dicenti: *Peccaui Domino*, statim edixit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*; scil. in dorsum filij sui, vt pro eo pœnas luat *non morieris*: quia ille moriturus est: *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Nam vt tunc Deus contentus fuit morte infantis innocentis, & parenti Dauidi pepercit: Sic Deus filij sui morte placa- E tus, aliis mortem animæ condonauit.

86. Eius rei typus erat Hircus ille emissus extra castra in desertum, de quo Leuit. 16. vers. 21. ita cauetur: *Et positâ vtraque manu super caput eius confiteatur* (sc. Aaron) *omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta, atque peccata eorum quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in desertum.*

***

Vers. 7.

Vers. 7. Oblatus est, quia ipse voluit, & nõ aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.

87. RVrsus Christi innocentia asseritur; oblatum fuisse & obiectum cruciatibus, & doloribus, non quòd eos pati meruerit, sed quòd eos pro nobis subire voluerit. Eum non culpa, sed amor hominis fecit obnoxium pœnæ. Hic non cogimur disputare, an acceperit Christus præceptum moriendi, quod alias fecimus, nam huic præcepto non aduersatur præsens oratio: *Oblatus est, quia ipse voluit*: nam tantum indicat, oblationẽ fuisse voluntariam, promtam, & alacrem, minime coactam. quod amplius exprimit sequens comparatio.

88. *Et non aperiet os suum.*] Patiẽtiæ, & mansuetudinis indiciũ: est enim prouerbialis locutio ad ostendendũ, nihil omnino obstitisse, nihil contradixisse, abesse cõmotionẽ, abesse querelam, abesse omne impatiẽtis aut amari animi signum. *Qui cum malediceretur, non maledicebat: & cum pateretur, nõ cõminabatur, tradebat autem se iudicanti iniustè.* 1. Pet. 2. v. 23. & vt Apostolus ostẽderet vnde hæc sumeret, statim adiecit, *qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum*: itaque & versum anteriorem, & huc explicõt. Sed Christi in ipsa passione, & in ipso inimicorum fremitu silentium adeò fuit admirabile, vt S. Matthæus de eo ita scripserit cap. 27. vers. 13. *Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? & non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer.*

89. Sed mirari quis possit præsidem non indignatum, sed admiratum fuisse, ob Christi silentium, cùm non solum aduersariis, sed etiã præsidi ipsi, & iudici interroganti non respondent. Vnde ergo sine indignatione admiratio? quia videlicet videbat Pilatus in Christi vultu sereno & imperturbato tranquillitatem cordis, & altitudinem animi incredibilem, & illud obfirmatum silentium nõn oriri ex iracundia suppressa, aut ex peruicaciâ, seu contumaciâ, vt plerumque euenit in aliis, sed ex singulari, & plusquam humanâ patientiâ, & mansuetudine, quâ tot, ac tantas calumnias, & contumelias perferret immotus, & ne hiscens quidem, quasi altissimo loco positus ab hisce incommodis & turbulentiis inferioribus attingi non posset. Id
Luc. 23. v. 9. mirabatur homo ethnicus, sed non imprudens: prudentior Herode Iudæo, seu proselyto, qui quòd simile silentium tenuisset coram se, eum spreuit, & illusit. Tacuit ergo Saluator, & os non aperuit ad se defendendum coram præside Gentili, coram rege Iudæorum, & coram summo Sacerdote Caipha, & concilio, vt habes Matt. 26. v. 63. vbi primùm à falsis testibus cœptus est accusari.

90. Abundè igitur expletum fuit & Isaiæ, & Dauidis maioris natu vaticinium Psal. 37. vers. 13. *Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. & factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Quem locum de Christo nonnulli exponunt, in quibus Augustinus in hæc verba: *Quasi non esset, quod illis diceret, quasi non esset, vnde eos argueret. Nonne iam antea multa increpuerat, multa dixerat?* &c. *Tamen quando passus est, nihil horum dixit: non quia non habebat quid diceret, sed expectabat, vt complerent illi omnia, & implerentur omnes prophetiæ, de illo, de quo dictum erat: Et sicut ouis coram tondente nõ aperuit os suum. Oportebat ergo vt taceret in passione non taciturus in iudicio. iudicandus enim venerat qui postea iudicaturus veniret: & ideo cum magna potestate iudicaturus, quia cum magna humilitate iudicatus.* Aug.

Habemus ex causis vnam, ob quam sit Do- 91.
minus oui comparatus, quia hæc pecus cùm tondetur, cum laceratur, cum deglubitur, non aperit os; cùm denique rapitur ad sacrificium, ad cultrum, obmutescit, occiditur, & tacet. Quæ quam aptè in Christum conueniant, non est opus dictu, sed meditatu.

Est præterea naturalis ouibus innocentia & 92.
simplicitas: animal inerme, innocuum. hęc quoque proprietas ad rem est. Denique obseruauit antiquitas plus quàm oportuit, superstitiosa, in offerendis victimis, si restiterent, si eluctarentur, aut nimij obluctarentur, non esse bonum omen, quasi illa hostia Deo minùs esset grata: exempla huius superstitionis apud poëtas & historicos satis multa; ad qua colligit noster Sanctius: ad quem ritum respici potuit, cùm est dictum: *Oblatus est, quia ipse voluit, non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur.*

Sed citius ego crediderim respici Psalmum 93.
39. vers. 7. *Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi: holocaustum pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce venio: in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Victima hæc succidanea melior, & maior est cæteris, quarum loco, & vice succeditur. illæ omnes ad hanc vnam portendendam mactabantur, & quidquid in illis fuit expiationis, quod fuit valde pertenue, id totum ab hac vna hostiâ precariò præceperunt. Vnde tam voluntaria hostia, & tam spunte se offerens non erat cur inter occidendum obganniret. Matth. 26. vers. 46. *Surgite, eamus: ecce appropinquat qui me tradet.* sc. impiis Sacerdotibus mactandum, sed futurũ Patri meo Sacrificium in odorem suauitatis, & humano generi in eius scelerum expiationem.

At si quem iuuet scotire vates interdum tan- 94.
gere morem gentilicum, vt quoniam non solis Patri assignat mores gentilium.
Iudæis, sed æquè, aut potiùs gentilibus sua scripta destinabant, ex iis, quibus erant assueti facilliùs diuina caperent, non inuitus addurar, vt exsistimem, Isaiam hoc loco alludere ad morẽ se deuouendi. Deuouere enim se dicebantur ii, qui se periculo certo, aut etiam morti obiiciebant ad placandum numen iratum, & auertendum imminens malum publicũ. Decium se pro populo & exercitu Romano deuouisse tradit Liuius libr. 8. Decad. 1. iis verbis: *Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit: ac se in medios hostes immisit. Conspectus ab vtraque acie aliquanto augustior humano visu: sicut cælo missus piaculum omnis deorum iræ, qui pestem à suis auersam in hostes ferret.* Valerius Maximus libr. 1. c. 5. enumerat alios qui se pro publico bono procurando, & pro malo amouẽdo alacres se morti obtulerint, séque deuouerint.

Deuouere se quid. Qui se deuouerint. Liuius.

Ad

95. Ad hanc consuetudinem possit esse aliqualis respectus, cum ait Vates: *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*; nempe, expiandam & cladem auertendam: *oblatus est, quia ipse voluit*: deuouit se pro toto humano genere, non pro vno, aut altero populo, neque irrito, sed certo & felici successu. Vnde scite Orig. Rom. 5 v. 8. aliquos se deuouisse pro patria liberanda: sed neminem dictum abstulisse omnium peccata: verba Origenis Latinè reddita hæc: *Quomodo autem Christus pro nobis mortuus sit, & quomodo cùm sit Agnus Dei, tulerit peccatum mundi, & infirmitates nostras portauerit, & pro nobis doluerit, sæpe a nobis dicta sunt in aliis locis, vbi adhibuimus & ea, quæ in sæcularibus historiis leguntur: quod etiam apud ipsos nonnulli pestilentias, vel turbines, aliáque his similia perhibentur morte sua obeundo repulisse, & patriam vel gentem suam imminentis cladis excidio liberasse: quæ quidem quàm verè scripta sint, vel quid rationis habeant, si vera sunt Dei est nosse solius: nullus tamen ipsorum de quibus ista narrantur, ne ficto quidem sermone, totius mundi peccata absoluisse perhibetur, nisi solus Iesus: qui cum esset in forma Dei non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, & secundum voluntatem Patris formâ serui susceptâ, obtulit victimam pro vniuerso mundo, tradens sanguinem suum principi huius mundi secundùm sapientiam, quam nemo principum huius mundi cognouit.*

Christus solus expiauit peccata. Orig.

96. Ergo hic est vnicus ille homo; vnicè deuotus, de quo Caiphas nesciens prædixit: Ioan. 11. v. 49. *Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius dixit eis: vos nescitis quidquam nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit sed cùm esset pontifex anni illius prophetauit: quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnũ.* Hic est, qui verè Dei iras iustissimas in genus humanum intentas sedauit, & impendentes pœnas in se vnum conuertit, & admisit, & à nobis auertit: vt enim victima aliorum piacula expiat, sic Agnus ille Dei innocentissimus abstulit peccata mundi, coram tondente, & occidente non aperiens os suum.

Christus moritur pro omnibus.

Vers. 8. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum.

97. Locus celebris, nec minùs impeditus & varietate Græcæ ac Latinæ editionis, vtriusque legitimæ, probatæque & diuersitate interpretationum. Sed quia conemur editiones componere, & verborum ac loci sensum expedire, ac exponere, euitare non possumus. Prius ad posterius accedimus, posterius ad prius, vt spero, tempestiuiùs accessuri.

98. *Expositio 1.* Qui Latinam translationem elucidant, variè admodum primam huius carminis partem (de hâc enim præcipua est dissensio) accipiunt: ego breui referam, quo quisque modo.

Prima sit interpretatio; vt iam Vates incipiat agere de gloriâ Christi secutâ passionem, itaque verbum: *Sublatus est*, faustè exponitur, liberatus est, victor, gloriosus euasit: & τὸ *de iudicio*, peiori ex parte capitur, pro iniquo & impio. Huius expositionis antesignanus est sanctus Hieron. priori loco (nam posteriori aliam affert) sequuntur S. Thom. Hugo, Lyranus, Dionys. Haymo, Adamus, Rupertus, Pintus.

99. *Expositio 2.* Contraria pœnè huic est altera; vt adhuc Isaias in tractandâ Christi passione duret, doceatque, iniustè, temerè, per seditionem, atque tumultum, non seruatâ iuris formulâ, non inquisitâ veritate esse de medio tollendum. Hanc secundò idem Hieronymus ponit, & hanc reliqui interpretes approbant in commune, licèt separatim alij aliter exponant prima illa duo nomina, *de angustia, & de iudicio*.

100. Quidam enim propriè capiunt, i. post angustiam & iudicium sc. iniquum sublatus est, occisus est: sic Didacus Aluar. Alij, non vtcúque sublatum, sed in altum, in crucem actum significari existimant, ita Sanch. Alij *de angustia*, Hebraicæ voculæ hærentes, de cœtu, seu concilio exponunt, huc Forer. it, neque Leo Castrius abscedit. Arias carcerem esse voluit, idem Pagninus & Vatablus, iuxta quos explicatum eadem sententia exsistit, scil. è custodiâ & vinculis statim raptum fuisse ad supplicium, præcipitatum fuisse iudicium, captum simul & occisum, huc etiam accedit Mariana noster, & Vatablus habet in scholio, *statim postquam vinctus est, & condemnatus à Pilato, actus fuit in crucem. Angustia*, locus angustus, pro carcere, & custodia, pro vinculis, probè supponitur, & Heb. עֹצֶר *hotsèr*, à verbo עָצַר *hatsar*, quod est *claudere*, & colligere, *claustrum*, seu clausura potest exponi.

101. Quæ elucidatio non malè adhæret superioribus, nam ouis sacrificanda vbi capitur, & vincitur, rapitur ad occisionem. Quam verò præpoperè, quàm temerè, quàm seditiosè, & tumultuariò, quam sine formâ legitimi iudicij fuerit Dominus condemnatus, legenti Euangelium omnino patescit. Nam etsi testes producti sunt, sed manifestè falsi, & sibi inuicem contrarij. Accusatores & testes iidem, adeò irâ, & odio traducti; coecique vt ipse Iudex Pilatus semel, iterùm, tertiò, & eo amplius iudicauerit, & pronunciauerit coram infinitâ multitudine, eos nullam habere caussam accusandi, nullam imaginem legitimæ probationis; Christum esse insontem, iustum, sanctum, postremò Matth. 27. v. 24. *accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis.* Et tamen idem miser, metu victus damnauit: ô iudicium! ô iudicem integerrimum.

102. Neque ab hâc receptâ expositione dissidet translatio Græca, *In humilitate iudicium eius sublatum est*: nam vt Cyrillus, & alij Patres Græci exponunt, is est sensus, ac si esset vilissimum caput, sic eius causa acta est in iudicio: visus fuit illis Christus homo abiectissimus, inde eum è vestigio facilè & temerè damnarunt. Nam hoc est iudicum ingenium, vt si reus sit nobilis, & potẽs, eius causa accuratè, & maturè tractetur, at si sit plebeius & obscurus, sine vllo fere examine cõdẽnetur, itaque *in humilitate*, ex vi Græci nominis ἐν τῇ ταπεινώσει explicari debet, in abiectione, & depressione;

Iudices personam respiciunt.

i. tamquam hominis abiecti, obscuri, & ignobilis iudicium peractum est. Id quod suprà ad versicul. 3. numer. 45. monui in Passione Domini cruciatum cum dedecore vbique coniungi.

103. *Nexus.* *Generationem eius quis enarrabit?*) Hæc est altera pars, quæ non tam est explicatu, quam connexu difficilis: aut enim explicatur de origine, & generatione æternâ ipsius filij, aut de generatione spirituali & temporali fidelium: sed cur huius aut istius hoc loco mentio adhibeatur, habet quæstionem. *Cyrill.* Cyrillus modò à nobis num. superiori adductus, qui ibi docet, Christum in iudicio tractatum fuisse vt hominem humili loco natum, apte committit: scil. Vatem, vt eum errorem submoueret, addidisse: Sed *generationem eius*, qui ita vilis est habitus, *quis enarrabit*? Quis poterit dicendo consequi eius generis, ortusque claritudinem, dignitatem, excellentiam: qui est *splendor Patris, figura substantiæ eius, Deus de Deo, lumen de lumine, genitus, non factus, consubstantialis Patri, qui cum in forma Dei sit, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* qui *ex vtero* eius *ante luciferum* est genitus? Itaque est breuis quædam defensio dignitatis Christi: quæ stare etiam potest cum expositione communi illa, de Christi causâ per seditionem & tumultum actâ, de quâ num. 99.

104. *Christi generatio diuina & humana.* Christi generationem diuinam & æternam hoc loco ab Isaiâ commemorari consentit ferè Patrum senatus: Euseb. libr. 1. hist. capit. 1. & libr. 5. Demonstr. capit. 1. innuit Tertullian. libr. 3. contra Marcio. capit. 7. docent aperte Cyril. hic, & libr. 2. dialog. de Trinit. Basil. libr. 1. contra Eunon. Augustin. tract. 31. in Ioan. & de Symbolo libr. 1. c. 5. Leo de Natiu. serm. 3. 9. tu. Chrysol. ser. 62. Maximus homil. 1. de Natiu. Bern. ser. 1. de Pent. Hieronymus hic. Athanas. in epist. ad Epictetum contra hæreticos in expositione fidei. Leontius & Theophylact in Ioan. 7. v. 27.

105. *Alij vtramque asserunt, alij alteram.* Sed ex istis Augustinus, Hieronymus, Leo diuinam & humanam generationem à Vate dici ineffabilem affirmant: alij solam humanam intelligunt, sed ita vt non submoueant diuinam: itaque de priscis scriptoribus alij Verbi processionem è Patre: alij Verbi incarnati ortum ex virgine inexplicabilem verbis, intellectu incomprehensam esse, sub hac prophetica interrogatione contineri sunt persuasi: alij denique vtramque natiuitatem: præter nominatos Cyrillus hic, S. Thomas, Rupertus: quibus plerique modernorum subscribunt: & iure non solùm, quòd vtraque origo sit inenarrabilis, alia magis, alia minùs: sed etiã quòd vtriusque cõmemoratio sit ad rem: cùm enim Christus tractaretur ab aduersariis, acsi esset homunculus, ac si nullo ordine, & loco esset, intererat Isaiæ asserere, & vindicare dignitatem & claritudinem Christi, qui quoniam è duplici genere, & natali, atque stirpe constabat, vtramque defendi, & commendari oportuit: quod facit tribus vocibus Vates sapientissimus: rogans. *Generationem eius quis enarrabit?* ac si diceret, is, qui nihili sit, quis sit, quo loco natus, quale, ac quantum eius genus, vtrãlibet ex parte, siue vt Deus, siue vt homo spectetur, nemo mortalium, nemo immortalium satis sit ad exponendum. Ea quibus liquet, non extra chorum saltitasse, vatem eùm inseruit hanc pericopem.

106. *Nexus Hugonis.* Hugo Cardinalis aliam reddit caussam insertæ interrogationis: scil. quia de morte egerat videbatur ab eo exigi posse Christi epitaphium: id excusat, à nemine posse effici affirmans. Hæc ratio quanti sit, aliis censendum dimitto.

107. *Expositio 3. de prole Christi spirituali.* Idem Cardinalis in expositione mysticâ, quę propria est autoris, (nam litteralis, vt ipse initio capitis præscribit; ascribenda est Andreæ) præter duas enumeratas interpretationes de duabus Christi generationibus refert & probat etiam aliam tertiam, de generatione Christi, vt ita dicam actiua, spirituali, quâ ipse generauit Ecclesiam, prolem nobilem, & copiosam; hanc expositionem Lyranus præfert aliis, & vt videtur Sanchez noster; præfert etiam Pintus, Dionysius & Adamus sine prælatione conferunt. Sentit idem Cornelius Iansen. concord. cap. 75.

108. *Nexus huius.* Cui steterit hæc interpretatio, alius nexus quærendus est: & is foret aptus, si iungatur hæc interrogatio cum sequentibus, *quia abscissus est de terra viuentium*, &c. Nam Christus Ecclesiam acquisiuit sanguine suo. & quia hoc granum cadens in terram mortuum fuit, idcirco plurimum fructum attulit, & prolem genuit numerosissimam & clarissimam: vnde & ad numerum, & ad nobilitatem referri possit: *Generationem eius quis enarrabit?* imò & ad modum, quo quis renascitur ex aquâ & Spiritu sancto, qui modus Nicodemo Magistro in Israele non solùm admirabilis, sed incomprehensibilis est visus Ioa. 3. v. 3. Vide Christi cum eo eâ de re dialogum. De quâ generatione & sobole dicturi sumus plura ad v. 10. qui est istius propositi: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.*

109. *Generatio pro resurrectione. Non probatur.* Apud vnum Pintum lego, *generationem* hoc loco posse etiam sumi pro *resurrectione*. Alibi ita sumi non est cur Pintus probando laboret; hic ita esse, id vnum fuit ei probandum; quod sola affirmatione præstitit: quódq; nequaquam probo. Et quidẽ in S. Scripturis resurrectio potiùs regeneratio dicitur quàm generatio etsi alicubi simplici verbo traditur, vt Psal. 2. vers. . *Ego hodie genui te*; præterquam quòd à nõnullis id negatur, vide Riber. ad Hebr. c. v. 5. nu. 31. Vasquez 1. p. disput. 18. c. 2. si, inquam, ibi ita exponi debet, ideo est, quia Pauli auctoritate frãgimur ex Act. 13. v. 33. & tamen quos modò nominaui graues autores Pauli autoritas non cogit concedere Psalmum accipi de resurrectione, sed de generatione diuina & filiatione Christi, quæ sit per resurrectionem ostensa & comprobata. Quare cùm nihil tale hoc loco appareat, hæc notio inducenda non erit, infrà numero 126.

110. *Ariæ opinio.* Arias quoque solus it: ponit enim pro generatione *structuram*, & subobscuriùs exponens eò, nisi fallor, intendit, vt prophetæ sit sensus: cur & quemadmodum homo innocentissimus, & sanctissimus fuerit damnatus: esse cognitu difficillimum: itaque *generatio* erit vitæ Christi series, ordo, cursus, ac meta. Ergo omnes interpretes *generationem eius* quantumuis variè capientes, ad Christum referunt, de quo totus est sermo superior, & inferior.

111. *Opinio Forerij minùs probabilis.* Vnde minùs similiter verò Forerius exposuit *generationem eius*, generationem illam seculum illud, i. homines illius tẽporis & mores perditos

perditos, à quibus Christus est damnatus, *quis enarrabit*: Nam omisso omnes contra sentire, excepto Pinto, & Didaco Aloarez secutis Forerium, pronomen *eius*, retuncit: id enim nisi ad Christum reuocari nequit: cum quo non bene componitur, si *generatio* sumitur pro hominibus: tantumdem enim esset, ac, si diceretur: homines perditos Christi quis enarrat? quare Forerius cum hoc videret inconcinnum vocem *eius* vertit in *illam*: Sic enim scribit: *Cum enim a turba populi, & ab ipsis Magistratibus, &c. Christum damnatum & morti addictum dixisset, non potuit non admirari generationem illam, si illum eliud, mores hominum illorum, qui talia ausi fuissent.* Atqui fas est expositori ita scripturam inuertere, vereor, vt quid sanum esse possit. Maneat igitur rata lectio vulgata, & intelligentia communis.

Scriptura non inuertenda.

112. *Quia abscissus est de terra viuentium.*] Autores tertiæ expositionis, qui *generationem* Christi actiuè sumunt prolem nimirum eius spiritualem, facilè hoc annectunt: nam quia mortuus est, ideo innumeros viuificant per fidem & gratiam, vt attigi nu. 108. & diffusius tractabo ad vers. 10.

Nota.

113. Iuxta alias duas declarationes de generatione passiua quâ genitus est Christus siue vt Deus, siue vt homo; interrogatio illa vt parenthesis accipienda est, & vt defensio dignitatis Christi, vt n. 103. & hæc præsens pars cum illâ antepositâ fuerit continuanda hoc modo: *De angustia & de iudicio sublatus est, quia abscissus est de terra viuentium*, & satis conuenit: nam vt prior pars significat iudicium properum, ac præceps: sic posterior notat immaturam, violentam & iniustam mortem Christo illatam.

114. Aut si hic modus connectendi minùs placet, en alius: modò particula *quia*, non sit caussalia proprie, sed eadem, atque Latina: *quodsi*, seu *siquidem*, quod Hebraice scientibus nō videbitur nouum: itaque est occupatio Patris: Quod si iātus homo, quippe qui etiam Deus, *abscissus est de terra viuentium*: nemo mireтur, *propter scelus populi mei percussi eum.* Asseritur identidem Saluatoris innocentia, & generis humani morbus grauissimus. cui sanando necessaria fuit tanti hominis vulneratio, & mors ipsa.

115. Obserua: hunc versum 8. & 7. superiorem esse locum quem Act. 8. v. 35. legebat in suo curru *Æthiops Eunuchus potens Candacis reginæ*, cùm ei Philippus Diaconus admonitus à Spiritu sācto obuiam factus est, quéque locum sibi à Philippo petiit exponi iis verbis: *Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suū, & incipiens à Scriptura ista euangelizauit illi Iesum.* Voluit ergo Spiritus Sanctus, vt occasio prædicandi & Euangelizādi Iesum Gentilibus primo quoque tempore esset noster Isaias: cuius vaticinium quoniā erat clarissimum, & planissimum de passione Domini iam expletâ, faciliùs fuit ex eo illum gentilem conuertere. Lege in Act. cit. eius conuersionem admirabilem, qui vt graues tradunt autores, extitit suæ gentis Apostolus, ac demum nobilis Martyr: quod Isaiæ lectioni acceptum referre debuit. Vide vitam Isaiæ num. 15. tomo priori in initio.

Hunc locum legit ab Eunucho, Et occasio prædicandi Christum gentilibus.

116. Nota deinde: illam pericopem: *generationem eius quis enarrabit*, & Iudæis & hæreticis fuisse occasionem errandi: illis, quòd inde colligerēt,

Occasio Iudæis errandi.

Messiæ natales, patriam, & parentes ignoratum iri: Ioan. 7. v. 26. *Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus, vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit, vnde sit.* Aug. tract. 31. *Ad hoc enim & isti dixerunt, Christus cùm venerit nemo scit, vnde sit, quia hanc illis opinionem generauerat quod per Esaiam dictum est: generationem eius quis enarrabit?* hoc idem insedit Leontio, & Theophylacto, nostro Toleto, & Iansenio c. 75. *Aug.*

117. Quod si verum est, Iudæos inde adductos fuisse ad opinandum, Christus vnde esset, sciri non posse; vtut illi Isaiam intellexerint, seu de patria, seu de parentibus, id certè ex hac opinione colligimus, caput istud, cuius partes omnes iugatæ sunt, & connexæ, de Messiâ in Synagoga olim accipi solere, & hunc intellectum in vulgum ipsum emanasse: nam qui hoc apud Ioannem loquuntur populares erant.

Vaticinium hoc olim de Christo est intellectum

Quare malo animo sunt Rabbini qui hoc vaticinium aliò detorquent: & peius ferè faciunt Catholici illis assensi: de Andreâ loquor ab Hugone citato.

118. Quod attinet ad hæreticos abusos hoc loco S. Hilar. in libro de Synodis aduersus Arianos scribit, cùm Catholici docerent, Filiū esse Patri æqualem, ac consubstantialē, indéque probarēt quòd esset à Patre genitus vere & propriè, atq; naturaliter: vt hoc fortissimū argumentum eluderent, Arianos dicere contrà: istud tradi non debere: *quòd nec in diuinis scripturis contineatur; & quod superbi hominis scientia sit, nec quisquam possit natiuitatem filij narrare, de quâ scriptum est: generationem eius quis enarrabit? scire autem manifestum est solum patrem, quomodo genuerit filium suum, & filium quomodo genitus sit a Patre.* Hæc

S. Hilar. Hæretici Arriani detorquent.

119. erat Arianorum responsio tam friuola, quàm impia: nam si fatetur hæreticus, neminem scire, quomodo Pater genuerit Filium, cur ipse profitetur se scire, cum docet, genitum fuisse inæqualem: Abstineat saltem à definiendo modo, & dicat se nescire, sit æqualis, an inæqualis, nā si ipse non impeditur ab Isaia, quominus possit asserere; filium generari minorem; multominus impedietur orthodoxus, vt affirmet, gigni æqualem: cùm generatio ex se postulet, & afferat æqualitatem naturæ.

Retorquetur Arianorum detorsio.

120. Deinde si solius est Patris, & Filij hanc edicere natiuitatem, audiat Arianus Patrem Psal. 109. v. 3. affirmantem: *ex vtero*, i. de mea substantia, *ante luciferum genui te*, audiat & Filium dicentem: Ioan. 10. v. 30. *Ego & Pater vnum sumus*: quæ tam aperta est consubstantialitatis & diuinitatis assertio, vt Iudæi rogati à Christo, cur vbi hoc dixisset, vellent eum lapidare, responderint: *quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Itaque quid asseruisset, non dubitarunt: sed cœci nō crediderunt asserenti, vnde magis cœci sunt Ariani, qui Filio sine ambiguitate affirmanti se æqualem esse Patri non assentiuntur, cùm sint professi, solum Patrem & Filium nosse, qualis sit generatio, & natura ipsius Filij. Fatemur ergo ingenuè, & vere, generationem verbi esse inenarrabilem præsertim ab homine mortali, de quo Vates: & nihilominus esse credibilem, credique debere talem, qualem Pater, Filius, & Spiritus sanctus nobis reuelare dignatus est, in veteri testamento tectiùs, in nouo verò multo planius, & apertiùs, reuelarē, inquam per fidē non inueniendā elate obiicere,

Generatio inducit æqualitatem naturæ.

quod ad cœlestem beatitudinem pertinere certissimum est.

121. Ex hoc etiam Arianorum errore ducimus, in Ecclesia priscâ hunc locum de generatione verbi communiter accipi, alioqui neque hæretici eum apponerent, neque Catholici in eo sensu admitterent, & eum ex vera exponerent; sed illico responderent, de ea generatione ibi non agi. Et sane in exponenda sacrâ Scripturâ, plurimum interest cognoscere, quæ fuerit Ecclesiæ antiquæ communior existimatio, quam eam ab Apostolis manasse est valde verosimile.

Hic locus olim de generatione verbi.

Sensus antiquorum plurimi sit.

---

*Vers.*9. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.

122. PRius membrum obscurum est: cui tripliciter admouetur lumen ab interpretibus. Ac principio statuendum, personam verbi, *dabit* siue *dabo*, vt aliqua exemplaria Græca ferunt, esse Deum Patrem: quo statuto, prima expositio sumit in benigniorem partem: id est Deus ob passionem Christi innoxij dabit illi impios Gentiles, & diuites Iudæos, à quibus conuersis colatur.

Expositio 1.

Altera interpretatio capit verbum *dabit* in peiorem significationem, id est, *dabit* in interitum impios Iudæos, eo quod tam innocentem & sanctum occiderint. Vtraque hæc sententia suos nacta est approbatores; prior, Hugonem, S. Thom. Adamum, Dionys. Sa. Posterior plures, & in iis antiquiores Euseb. lib. 3. Demonst. c. 2, Chrys. Cyril. Procop. Eutymium, Rupertum, Lyranum. Vtramque probant Hieronymus, & Sanctius.

Expositio 2.

123. Sit tertio loco sententia non agi de conuersione ad fidem, neque de supplicio Iudæorum, sed de sepultura Christi; sed & hoc variè exponitur moriturum in Caluario, vbi impiis, sed à diuite Ioseph inferendum in suum sepulcrum, id excogitauit Vatablus, secutus est Pintus: in speciem fauet historia, sed re non fauet: nam è conuerso fuerat dicendum: *Dabit impios pro morte sua, & diuitem pro sepultura*, vt benè Sanchez aduertit: sed ne hoc quidem pacto cõsisteret oratio: vt enim demus, commodè dici: *Dabit diuitem pro sepultura*, i. qui illi sepulturam accommodet; non tamen aptè diceretur: *Dabit impios pro morte sua*: i. morietur vbi impij supplicio afficiuntur. Alij aliter, de quibus mox.

Expositio 3.

Refellitur.

124. De aliis duabus expositionibus superioribus vix habeo exploratum, quid possim censere vtriusque autoritatem adesse, ab extrinseco video rationem firmam non video: sed potiùs in vtraque verbum *dabit* extra consuetudinem exponi, & suppleri: in alterâ: *Dabit impios*, i. in seruitutem, vt illi seruiant: in alterâ, econtra, *dabit* in supplicium: deinde illud aliud: *pro sepulturâ, & pro morte suâ*, in posteriori expositione minus cõmode explicari hoc modo: eo quòd illũ sepelierint, & occiderint, nam vt taceam priorem esse necem, quàm sepulturam, & ab homicidiis non fuisse Christum sepultum, sanè particula *pro* Græcè, *ἀντὶ*, eam vim habet, vt commutationem significet, ita, vt is qui dat, aliquid acceperit pro eo, quod dat.

Expositio 1. *&* 2. *examinantur.*

125. Dices: sic hîc se res habet: Pater enim accepit a Christo mortem & sepulturam, quia Christus vt Patri gratificaretur, mori voluit, & sepeliri: rursus Pater dedit Filio vltionem inimicorum: vltus est eius homicidas. Tametsi videtur satisfacere responsio: sed nondum quiescit animus. Nam Christus non eo fine suum obtulit patri passionem & mortem, vt acciperet suorum aduersariorum vltionem: immò Patrem in Cruce precatus est, vt illis parceret: illis singularibus verbis: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*, & Vates noster in fine capitis: *& pro transgressoribus rogauit*. Vnde & si tandem Iudæi perditi sunt eò quòd Christum occiderint, sed dici nequit, id datum fuisse Christo quasi pro pretio mortis, aut præmio, quod indicat particula *pro morte sua*. Quare illa prior expositio de conuersione impiorum magis conuenit, quia re ipsâ Christus accepit à Patre mundi conuersionem veluti stipendium militiæ exercitæ, partæque victoriæ, & quasi pretium pro sanguine profuso: nam vere Ecclesiam acquisiuit & cõparauit sãguine suo, & idcirco Redemptor dicitur, & eius passio est propria Redemptio, quia dedit ipse pretium, & quasi ex contracto & pacto accepit homines sui cultores, vt in Psal. 2. vers. 8. *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Obiectio.

Christus non optat vltionem.

Luc. 23. v. 34

Christus quasi stipendium Patris [illegible]

126. *Postulare*, verbum est forense, ius ad poscendum includens, & nomen *hæreditas*, & *posse*ssio *terminorum terræ*, rem debitam dandam esse significat: sed vnde debitum & ius? suprà, vers. 6. *Ego autem constitutus sum ab eo rex super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius*. Prædicauerat præceptum & suo sanguine obsignauerat: emerat mundum: sequitur: *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te*: quod Paulus Act. 13. vers. 33. ad approbandam Christi resurrectionem allegat: vt tetigi supr. num. 109 Ergo Christo passo, mortuo, ac demum rediuiuo, ac proinde ei, qui promissum sanguinis sui pretium exsolueret iure dicitur: *Postula a me*, ex inito pacto, *& dabo tibi gentes*, &c. Redi ad cap. 49. num. 118. vbi hunc versum Psalm. latiùs ad idem ferè propositum edissero.

Postula, est verbum forense.

Christus heres eorum.

127. Itaque hæc ex parte prima illa expositio hæret: aduersatur autem nomen *sepultura*: quæ quia fuit post mortem, & post peractum negotium redemtionis, sine vllo sensu doloris corporis, aut animæ, non videtur pertinere ad pretium, & operam eius. Sed possit id dilui, si dicatur: sepulturam hoc loco poni pro nece ipsâ, vt id, quod est valde consequens, & coniunctum, vel secundò, licèt tum cùm sepultus est Christus, non meruerit, quia iam erat vltra statum merendi, potuisse in sepulturâ præuisâ cùm viueret, mereri, quatenus illa fuerit passionis, mortisque complementum: mortis obitæ certissimum argumentum; ad salutem humanam conducens mysterium: vnde S. Thomas 3. part. quæ. 51. art. 1. ad 2. ait: *Sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam & eius sepultura*. & adducit in id glossam ordinariam huius loci. Sed in sancto Thomâ dictio comparatiua, *sicut*, accipi debet, proportione quadam, & accommodatione: ita tamen vt sepultum aliquo modo pertineat ad redem-

Sepultura pro morte.

Sepultura Christi quomodo potuit esse meritoria.

S. Th. p. 3.

redemtionem, eique possit vt operi responderet stipendium, nimirum impiorum viuificatio, qui consepulti cum Christo in baptismo, inde emergunt & resurgunt ad vitam spiritualem & cœlestem.

128. Sed in hoc tractu explicationis, difficilè aptatur alterum membrum: *& diuitem pro morte sua*, cur enim quos modò vocauit *impios*, è vestigio vocet *diuitem*, seu *diuites*, vt habet Græcus vix occurrit quod expleat. nam *impios* esse Gentiles, & *diuitem* esse populum Iudæum, diuitem lege diuina id longe petitum est neque apparet vlla oppositio, aut appositio vtriusque nominis quod si senseris, vnos & eosdem Gentiles appellari impios & diuites, multo minus idoneam rationem tam differentium appositorum inueneris.

129. *Auctor hæsit. sed propendet in expositionem de sepultura.* Vnde non verear ingenuè confiteri, me esse incertum adhuc, quid sibi hoc loco voluerit Isaias: eò tamen inclinabam, vt quidquid illud sit, spectet nominatim ad sepulturam Domini. Mouebat me in primis nomen ipsum expressũ קֶבֶר *chéber*, quod aliò trahi non potest nisi ad sepulcrum, idem Græcè *ταφὴ*, neque abusiuè & synonyme positum esse pro morte vnquam crediderim. Deinde, cùm tam singularis, & eximia fuerit sepultura, funusque Saluatoris, tot, tantisque circumstantiis excellens, & tam accuratè, támque disertè ab Euangelistis fuerint litteris consignata, quis credat ab Isaiâ, qui toto hoc capite non tam prophetam, quam historicum agere videtur, prætermissum fuisse sepulturam?

130. *Tertul.* Hic agi propriè, ac separatim de sepulturâ Domini vetus est opinio, vt constat è Tertull. lib. 3. contra Marcionem. c. 13. Cyrillo & Procopio hic. Tertulliani verba: *Et dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet subreptum eum asseuerauerant, & locupletes pro morte eius, qui scilicet & a Iuda traditionem redemerant, & a militibus falsum testimoniũ cadaueris subrepti*, & aduersus Iudæos c. 10. *Nam mortem eius & passionem eius, & sepulturam vnâ voce Esaias dicit: a facinoribus inquit, populi mei perductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, quia facinus non fecit, nec dolus in ore eius inuentus est.*

131. *Antiqua sententia.* Hæc antiquissimus Tertul. contra hæreticos & contra Iudæos, cuius apud omnes magna est autoritas in explanando sensu litterali sanctarum scripturarum: ex quo liquet, eius tempore, scitum fuisse, apud Isaiam memorari sepulturam Domini seorsum à morte, hoc idem sumitur ex Eusebio lib. 3. demonstr. c. 2. & ex Cyrillo hic, ex Aug. ad Psalm. 37. v. 13.

132. *August.* Quod attinet ad intelligentiã, quã ponit Tertul. sequitur Cyril. & Procop. & Aug. modò citatus ad illud Psa. *Et dolos tota die meditabantur*, sic ait: *Nostis quanta falsa testimonia dicta sunt in Dominum, antequam pateretur, nostis quanta falsa testimonia dicta sunt etiã cùm resurrexisset. nam illi milites custodes sepulcri, de quibus dicit Esaias: Ponam malos pro sepultura eius; mali enim erant, & veritatẽ dicere noluerunt, & mendaciũ seminauerũt.*

Matt. 27. v. 57. Idem S. Doctor hom. 36. latius hoc ipsũ explanat, & *impios*, seu *malos*, vt ille legit, eosdem milites intelligit, qui corrupti à proceribus Iudæorum mendacium vendiderunt. Sed *diuites* exponit Iosephũ ab Arimathæa, qui petiit audacter à Pilato Christi corpus adhuc in cruce pẽdens, & piè admodum sepeliuit, cui expositioni consonantior est Latina & Hebræa lectio, habens: *diuitẽ*: sed alij Patres sumunt, vt vidimus, *diuites* pro iis, qui pecuniâ corruperunt custodes sepulcri, vt mentirentur se dormientibus, a discipulis corpus fuisse surreptum.

133. *Auaritia Iudæorum principum.* Porrò, S. Cyrillus *impios* & *diuites* eosdem esse docet, Iudæos scilicet, *impios*, quòd Christum occiderint, *diuites*, quòd milites custodes sepulcri subornarint; vt falsum testimonium dicerent: seu quòd hæc omnia sint machinati, vt ipsi ditescerent, alioquin non futuri diuites, si Christi religio susciperetur, & templi lucra, quæstusque e victimis & oblationibus cessarent. Itaque auaritia principum Iudæorum carpitur, quâ excœcati Christo viuo, mortuo, sepulto, & suscitato sunt calumniati.

134. Quorum technæ, aut calumniæ apertáque mendacia eo sunt detestabiliora, & grauiori supplicio digna, quo magis Christus, cui illa structa sunt, longiùs aberat ab eiusmodi artibus & fraudibus.

Eo, quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.] Nam & si nusquam probari debet dolus, & fraus: at cùm struitur aduersus dolosum & fraudulentum, minùs fœda existimatur: cùm verò contra simplicem, & ab omni vafritie abhorrentem excogitatur, tum maximè eius turpitudo apparet, & indignationem excitat etiam apud eos, quos non attingit. *Fraus in fraudulentum minus odiosa quàm in innocentem & simplicem.* Vnde hæc ratio reddita: *eo, quòd iniquitatem non fecerit neque dolus fuerit in ore eius: iniquitatem* Heb. חָמָס *chamas*, quæ est etiam falsitas, vt patet Exod. 23. ver. 1. *falsum testimonium*, ergo hæc ratio videtur ostendere, id quod ante damnatur, fuisse dolum & fraudem, ac proinde probè aptatur calumniatoribus dominicæ sepulturæ, mentientibus cadauer Domini à discipulis ablatum clanculum, vt possent impunè in vulgus spargere, à mortuis resurrexisse.

135. *Opes opportunæ struendæ calumniæ. Diues pro calumniatore.* Et quoniam opes, & diuitiæ opportunæ sunt ad parandas fraudes & calumnias, nam pecuniæ obediunt omnia, diuites pessimè audiunt apud scriptores diuinos, & interdum pro insidiosis, & calumniatoribus supponuntur. Psal. 9. v. 7. Secundi ordinis: *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor, & dolor. Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem*: quo loco pro, *cum diuitibus*, aliis, licèt aliud conuertant, sed rectè viderunt LXX. esse ædes & palatia potentium, ac principum, quæ sunt officinæ insidiarum, & calumniarum: exemplorum satis in omni historiâ, diuitibus ac pecuniosis adesse semper mille falsos testes ad omne facinus & crimen impinguẽdum: adesse innumeros fraudum, & technarum architectos, plures, & promtiores quàm ad machinas bellicas contra vetos hostes excogitandas. Itaque opulenti & iniqui cùm non vbique vi possint assequi quod cupiunt, fraudem & calumniam adiungunt, eodem Psal. v. 9. *insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua*: fraus & insidiæ sunt, se abscondere in spelunca; violentia verò diripere, laniare. Hæc eò allata sunt, vt appareat, quamobrem *diues* hoc loco ab Isaiâ in malam partem accipitur: & vt est nobilium autorum opinio, pro Iudæo calumniatore Dominicæ sepulturæ & resurrectionis. Additio prima ad Lyram, refellit expositionem ipsius, quæ est secunda posita numero 122. & exponit autor ille:

impios datos fuisse testes pro sepulturâ, scil. milites custodes: & diuitem Iosephum item testem pro morte, aduersus hæreticos, qui erant negaturi passionem & mortem Christi. Hoc autor ille: quod posset probari, si *dare* absolute, esset dare testes.

Vers. 10 Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.

136. PRius colon affine est versui quinto, & sexto inde petenda maior explanatio, cur Dominus voluerit conterere, & consumere in infirmitate ac doloribus Christum. Voluntas hæc exponenda est pro permissa, vel si propriè, quà pœna fuit a Christo tolerata, non verò quà fuit homicidarum scelus. Quo etiam modo debemus intelligere illud e superiori vers. 4. *Percussum a Deo, & humiliatum*: & e vers. 8. *Propter scelus populi mei percussi eum.* Et e nouo testamento consimiles locutiones Rom 8. v. 32. *Qui etiã proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, scil morti, vt exponit Chrys. & est necessaria expositio, & videri possit acceptum ex illo Saluatoris effato: Ioan. 3. v. 16. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*: quod si addubitas, quid sit dare filium, lege quod præcedit: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis*: ergo Deus dedit filium suum exaltandum in cruce, *vt omnis, qui credit in illum non pereat sed habeat vitam æternam.* Tradidit filium suum vnigenitum morti, vt seruis perditis & ingratissimis afferret vitam.

Pater quomodo filium morti tradiderit.

137. Est locus cum loco præsenti satis conueniẽs: vt enim Christus apud Euangelistam indicat caussam principem, & vnicam, ob quam Pater Filium suum morti tradiderit, illo verbo: *Sic Deus dilexit mundum*, quo excludit necessitatem omnem, impotẽtiam, infirmitatem ex parte diuina: meritum & dignitatem ex parte hominis, & reuocat ad totam Dei voluntatem, & dilectionem liberalem atque gratuitam: sic apud vatem idem præstatur simili verbo: *Et Dominus voluit conterere eum*: Hebr חפץ *chapets*, quod est *valde placere*, cupere. Dominus sic appetiit, sic amauit, & cupiit sanare genus hominum ægrotum, vt non dubitarit ferire, & atterere filium, vt ex eius plaga fieret medicina hominibus.

Deus ex sola liberalitate redemit hominem.

138. At ne videatur, dum est in seruum clementissimus, fuisse in filium crudelis: quàm fœliciter euenerit filio illa in speciem paterna inclementia, & asperitas, illico dicitur.

Pater in seruum hominem clemens, non est crudelis in filium.

Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.] Transfert se ordine Vates Euangelicus postea quam egit de grano frumenti cadente in terram, mortuo, & sepulto, ad agendum de vbere eius fructu, & messe. *Si posuerit*, quare conditionaliter eloquitur, cùm certò sciret Vates id euenturum? idem possis quærere de Christo vso simili conditione Ioa. 12. versic. 31. *Et ego si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum: hoc autem dicebat significans quâ morte esset moriturus.* Numquid non certissimus erat Dominus suæ futuræ exaltationis à Cruce, quorsum ergo vtitur hypothesi, eamdem adhibuit in eodem argumento, eodem cap. versic. 24. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Non dissimiliter Isaias: *si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*: itaque quoties agitur de fructu Passionis Domini, toties particula conditionalis adiicitur.

Ioa. 12. v. 24

139. *Cur dictio conditionalis, Si.*

Sanctus Augustinus tract. 52. propè finem, in Ioan. soluit obiectum: *Sed si exaltatus, inquit, fuero à terra, hoc est, cùm exaltatus fuero: non enim dubitat futurum esse quod venit implere. Hoc refertur ad illud, quod superius ait: si autem mortuum fuerit granum, multum fructum affert.* Hæc Augustin. Ergo dictioncula, *Si*, non perpetuò est conditionalis, sed alicubi significat tempus. Et quidem de Hebraicâ אם *im*, huc loco scriptà facilè ostendero è cap. 38. versic. 9. Genes. nam vbi Latinus: *Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram*: Hebræus habet: *si ingrediebatur*, i. *Cum ingrediebatur.* Eodem modo accipit noster Vates cap. 4. versic. 4. *Si abluerit Dominus sordes filiorum Sion*: quod intelliges è versu 2. *in die illa erit germen Domini*, &c. Vide etiam Ioan. 14. v. 3.

140. *Aug.* *Particula Si non semper est condit.*

Vnde: *si posuerit*, idem erit, ac: cùm vel vbi *posuerit pro peccato animam suam.* Iam si velis exprimi causam, non repugno: imò quoddam quasi pactum inter Patrem ac Christum, vt hic animam poneret, darétque, & ille pro precio, præmióque redderet *semen longæuum*: vt ex prædestinatione Dei, & ex fœdere inito non aliter, non ante suscepturus esset Christus istud nobile, & longæuum semen, quàm posuisset pro peccato animam suam. Quem explicatum visus est idem Dominus attulisse Ioan. 12. vers. 24. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Atque adeò particula *Si*, non contingentiam euentus, sed conditionem pacti certissimè implendi significat. Vide infrà num. 159.

141 *Pactum inter Patrem & Filium.*

Ponere animam: videtur idem esse quod amittere, idem quod mori: quæ enim ponimus, a nobis separamus: sic dicimus benè Latinè *ponere* metum, librum, vestem, & alia quæ tenebantur: vnde *ponere animam*, siue alteram hominis partem intelligas, siue vitam, quæ in coniunctione corporis & animæ consistit, nihil aliud esse queat, quam amittere vitam, seu mori.

142. *Ponere animam quid.*

Sed mihi probabile fit, aliquid esse penitius; non solùm, sponte vitam profundere, citra vim, & coactionem, sed ita ponere, vt vestẽ, iterum sumendam, & induendam. Quod quasi interpretatum à Christo agnosco apud Ioa. 10. v. 17. *Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso: & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam*: En duo: alterum spontè *poni animã*: *Nemo tollit eam à me*: scil. inuito: suprà: *oblatus est quia ipse voluit*; alterum, poni animam non in perpetuum, vel in longinquum tẽpus, sed perbreui resumendam: *Ego pono animã meam, vt iterum sumam eã*, vt non præcise finẽ, sed consecutionẽ signat: ita, vt *iterum sumã eam*: ita prorsus hoc

143. *Quid penitius.*

hoc loco: *Si posuerit animam suam*, vt arbiter, autórque vitæ suæ, quam ponit quando vult, &

144\. *Mors voluntaria aliter in Christo atque in Martyres.* resumit quando vult; quod homini meru non conceditur: nam licet possit libenter mori, & læto animo mortem siue naturalem, siue violentam ferre, & se illi propter Deum, offerre: vt Martyres multi fortissimi diuina gratiâ suffulti fecere: tamen accedente causa mortis, anima quasi vi pellitur e corpore: nec est in potestate morientis, vbi corpus ad vitam est inhabile, animam amplius retinere. At anima Christi nó sic est a corpore seiuncta: sed quia Christus, homo quippe simul & Deus voluit, abscessit; à corpore quidem, non a verbo diuino, à quo neque corpus fuit desertum, vnde Christus inter omnes maximè propriè animam posuisse dicitur.

145\. *Pro peccato.*] Hebr. אשם *asam*, nomen & peccatum ipsum propriè, & hostiam pro peccato mactari solitam significans; vt apud Latinos *piaculum* interdum id quod expiatur, interdum id quod expiat. Vtrolibet pacto id acceperis, quid interest?

146\. *Semen.* *Videbit semen longæuum.*] Tametsi est satis intellectum e sacris litteris, *Semen* sumi pro prole, quod inde corpus humanum efformetur: sed materia illa hoc nomen est mutuata a plantis, quæ e paruo semine sato & gremio telluris accepto sensim adolescunt: & simul semen eiusdem conditionis ferunt, e quo rursum aliæ, & aliæ processu quodam interminabili arbores enascantur. Tale semen Deus olim Abrahæ ex vno filio Isaac promisit, par numero arenis maritimis, nobilioris seminis Christiani præfiguratiuum.

147\. Hæc similitudo & metaphora ex agriculturâ desumta a Vate elegantissimo contingitur: *Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuum*: quod planiùs a Christo exponitur in Euangelio iam allato: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* *Semen, dum perit, augetur.* Bella, & multigenæ significationis, atque medullæ comparatio: granum non viuit, nisi moriatur: hoc non est idem: moriendo vitam recipit, germinat, pullulat, adolescit, producit spicam multiplici granorum ordine instructam, & nonnunquam ex vno grano spicæ multæ generantur: ex his aliæ successu innumeræ; ita vt ex vno grano primùm sato immania horrea compleantur. Quod totum aptatur Christo passo, mortuo, humato, resurgenti, & mundum vniuersum fide suâ viuificanti est adeò promtum & facile, vt scriptoria operam non desideret.

148\. *Debuit pati Christum, vt esset Saluator.* Itaque Christus etsi non cecidit in terram, id est, non venit in mundum, neque mortuus est vt viueret, habebat enim vitam vt Deus, & vt homo: oportuit tamen eum mori, & resurgere, vt aliis plurimis vitâ impertiret: *qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit.* Granum nisi mortuum, hoc est, resolutum, & in aliam quasi naturam mutatum non germinat: sed non talis fuit in Christo necessitas, potuit enim, si Deo ita visum fuisset, citra mortem, imò quin granum decideret in terram, quia Deus de cœlo descenderet, & homo fieret, saluari genus humanum: tamen isto modo fieri fuit necesse, quia Deus ita decreuerat: & Deus ita decreuerat, quia hic modus maximè decuit.

149\. *Exponitur Paulus.* Adeamus Paulum diuini consilij bonum interpretem, qui Hebr. 2. vers. 10. *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummare.* *Decebat* πρέπει, non est absoluta necessitas, sed ex decoro, ex conuenienti, & quasi ex officio, *Decebat enim eum, propter quē omnia, & per quem omnia* nēpe Deum Patrē, *qui multos filios in gloriā adduxerat*, adducere, in quá statuerat, *autorem salutis eorum*, videlicet, Iesum, *per passionem consummare*, τελειῶσαι, perficere, perfectissimè glorificare: efficere, vt & ipse esset gloriosissimus, & ab omnibus agnosceretur vt talis à quamplurimis saltem coleretur. At quæ ratio decori ibi inuoluitur: *Autorem salutis eorum per passionem consummare*: nam cùm fideles & filij Christi per labores essent adducendi in gloriam, decuit parentem, & caput eorum laboribus etiam defungi: vers. 17. inferiori idem Paulus. *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad eum, vt repropitiaret delicta populi.* Act. 14. v. 22. Heb. 2. v. 17.

150\. *Debuit per omnia fratribus assimilari*: quasi ex officio, & statu, cùm esset Pontifex fidelis, Mediator Dei & hominum, debuit esse Deus & homo, & homo patibilis, passioni & morti obnoxius, *per omnia fratribus* similis: fratres enim & si alij maiores natu, & dignitate, alij minores, omnes tamen eiusdem naturæ sunt: vers. 14. *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.* Heb. 2. v. 14.

151\. *Caro, & sanguis, quid.* *Caro & sanguis* hoc Paulino loco mihi non solùm insonant humanam naturam, sed eam patibilem, mortalem, non secus atque apud eúdem Apostolum 1. Corin. 15. vers. 50. *Caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.* Vide cū istic, agit enim de códitione corporis hominis iusti post resurrectionem: vers. 53. *Oportet enim incorruptibile hoc induere incorruptionem*, &c. Nam & si caro & sanguis futurus sit in homine iusto suscitato, & glorioso: tamen quia caro & sanguis ex se, secluso dono supernaturali, sunt fragilia, & violatu facilia, cum sine addito alio, in paginis sacris iunguntur, pro naturâ humanâ fragili, & patibili capiuntur.

152\. *Christi humanitas cur debuit esse patibilis.* Vnde cùm ait Apostolus: *Quia pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem.* causam dat, cur conuenerit, Christi carnem fuisse patibilem: quod magis explicat aduerbium, *similiter*, id est, simili modo, atque illi particeps fuit carnis & sanguinis, nimirum, mortalis, & infirmæ.

153\. Quæ eo disserta sunt, vt appareat vis translationis *seminis* ab Isaiâ positæ, & à Christo, vt ego censeo, expositæ apud Ioann. allegatum; nam quæ istic est explicita negatio: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*: hoc loco est implicita, & latens sub hac affirmatione: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*: nam hîc continentur ista altera: *Si non posuerit pro peccato animam suam, non videbit semen longæuum*; quoniam ita Deo placuit, & ita placuit, quoniam ita decuit. sedi serro numer. 148.

154. Sub eâdem conditione patiendi,& moriendi ptoponitur ab eodem Domino passionis & mortis eius copiosissimus, & vberrimus fructus Ioan. 12. vers. 32. *Et ego,si exaltatus fuero à terrâ,omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat,significans, quâ morte esset moriturus.* i. oportet me exaltari, vt *omnia traham ad me ipsum:* hoc sensu intellexerunt auditores,qui responderût: *Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis?* Imo Toletus putat, id verbis expressis dixisse Christum Ergo,quoniam exaltatus fuit in cruce,*omnia* traxit ad se: *Omnes* legunt aliqui Græci codices, sed meliùs Latini, *Omnia*; quod quemadmodum sit accipiendum, leges apud expositores Ioannis;sed vtcumque intelliges,valde commendatur & extollitur vtilitas & vbertas è Christi passione consecuta; *Semen* videlicet *longæuum* ab Isaiâ prædictum,

155. *Ecclesia copiosa & diuturna.* In semine,vt patuit, multiplicitas & copia Ecclesiæ Christianæ includitur: in longæuo diuturnitas;Hebr. *Et protrahetur in dies*; alluditur ad semen Abrahæ,ad Synagogam,quæ longinqui temporis non fuit: quæ ad breue spatium fuit destinata,& substituta. Eodem consilio appellatus est Christus ab eodem Vate cap. 9. vers. 6. 7. *Pater futuri seculi*: vide nos illic:& ad sequens carmen 7. *Multiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis:super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio,& iustitiâ,amodo,& vsque in sempiternum.* Tum & aliàs sæpe de Ecclesiæ Christianæ frequentiâ, & perpetuitate ad finem vsque mundi est à nobis tractatum.

156. *Et voluntas Domini in manu eius dirigetur*] Clara sententia:& ab eodem Christo in Euangelio sæpius clarior reddita;vbicumque profitetur, se ad aliud nihil incumbere, quàm ad Patris sui voluntatem faciendam: & opus à se absolutum fuisse & consummatum,quod fuerat à Patre demandatum.

Lectio Græca L X X. cùm tam discedat à Latinâ,&ab Hebræa,valde vereor,ne sit saucia: quod si sana sit,& sanum sortiri sensum possit, non tamen instituto prophetico accommodatum. id licebit lectori expendere apud Hieronymum, Cyrillum & Procopium exponentes eam lectionem,

---

Vers. 11. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos,& iniquitates eorum ipse portabit.

157. *Christus cupidus salutis nostræ.* Videtur esse superioris sententiæ iteratio (quia maximi intererat) aut amplificatio: nam verbum,*saturabitur*, plerique autorum accipiunt de fame & siti metaphoricâ Christi, quâ in vitâ mortali esuriit, & sitiuit salutem animarum:cuius studij, & auiditatis, verbo & opere multa & magna edidit documenta: vt cum discipulis iubentibus ad prandium ad puteum Sichar. Ioan. 4 vers. 31. *Rabbi manduca*, respondit: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*:& cùm discipuli putarent loqui de cibo corporeo;ille: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius,qui misit me, vt perficiam opus eius.* hoc idem sitiebat pendens è cruce, & agens animã cùm dixit: *Sitio* Ioan. 19. vers. 28. Nam etsi veram & naturalem sitim habuit,sed aliam multo vehementiorem simul voluisse significare quid obstat? Vide inter alios Salmeronem nostrum tom. 10. qui est de passione Domini tra. 44. de hoc verbo: *Sitio*.

158. Quare secundùm hanc mentem, prædicitur laboribus Christi & sudoribus in colendo agro mundi responsurum esse fructum vberrimum: annonam abundantissimam, summam saturitatem: explendum fore eius studium quod habuit,dum esset mortalis,trahendi ad se omnia; excolendi & saluandi homines: nam *in scientiâ suâ iustificabit ipse iustus seruus meus multos*; Et vt suprà, translatio capitur è semine, quod satum crescit; sic ex eadem agriculturâ capitur hæc altera translatio, sed ex agricolâ, qui cùm est gnauus,industrius, ac labori nulli parcens, abundat annonâ, & saturatur. Prouerb. 14. versic. 4. *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes,ibi manifesta est fortitudo bouis.* Bos,animal natum ad aratrum, laboris rustici patientissimum, cibo leuissimo, fœno contentum. *Bos aptus aratro. Ager benè cultus est ferax.* Ergo qui assiduus est in admouẽdis bobus ad arationem, qui vnâ cum illis laborat fortiter,& perseuctanter: qui terram altè proscindit,& alios agriculturæ necessarios labores non recusat: huic proueniunt *plurimæ segetes*: hic *saturabitur*. Prou. 21. vers. 5. *Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est*, pro *robusto* Hebr. *charuts*, solicitus, & quoniam agricolæ pauperes solent esse magis soliciti sui agri colendi, quàm diuites, quippe qui è suo labore victitent: ideo Prou. 13. vers. 23. asseritur ex Hebræo; *Multi cibi in noualibus pauperum*, etsi in Latino est, *in noualibus patrum*: Sed vtroius textu; ager benè cultus, & magnis laboribus procuratus dicitur esse feracissimus, & abundantissimus ciborum, & vt constet, agricultoris officium ex vno ferè labore constare, obseruo apud nos Hispanos vocari *labradores*, quasi *laboratores*, & ipsam agriculturam, *labranza*. Vide c. 45. num. 142. *Pauper melius colit agros. Agricultura est labor proprius.*

159. *Fructus è labore Christi.* Ergo ex hac similitudine planiùs percipitur quid velit hæc oratio: *Pro eo, quòd laborauit anima eius, videbit, & saturabitur: videbit* suis oculis vberes fructus, copiosam annonam, abundantiam frumenti, vinei, & olei: semen longæuum, Ecclesiam frequentem,toto terrarum orbe diffusam: & *saturabitur* eius fames, ac desiderium, quo tenebatur, & cruciabatur, dum vitam ageret mortalem & laboriosam, dum araret,dum sereret,dum alios labores rusticos exantlaret.Nam vt fructus agrorum sine laboribus agricolæ non proueniunt: sic neque salus mundi nisi Christus in eo excolendo laborasset, vnquam extitisset: itaque *pro eo quod laborauit*, exponi debuit vt illud: *si posuerit pro peccato animam suam*: conditio ex suppositione necessaria,de quo num. 141. 148.

Sed hæc saturitas & expletio latiùs patere possit,& produci ad ea omnia quæ Christus suâ vitâ laboriosâ, passione, & morte promeruit,scil. gloriam corporis,exaltationem & gloriam nominis,gratiam & gloriam hominum.

160. Quòd verò non solùm hoc postremum, sed etiam illa alia duo priora fuerint merces, fructúsque passionis Christi,docet apertè S. Thomas

mas 3.p.q.49.art.6. & non minus planè S. Paulus ad Phil.cap.2. versic.8. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Locus loco vt hamus hamo nectitur: *Humiliauit semetipsum,* &c. *propter quod & Deus exaltauit illum: Pro eo, quod laborauit, saturabitur:*

S. Thom. Christus quia se humiliauit, ideo fuit exaltatus.

161. vtrobique expressio est operæ, & mercedis, meriti, & præmij: neque enim est sola consecutio rei, vt alibi, sed propria causa, *pro eo quod laborauit, propter quod & Deus,* &c. quia ille se *humiliauit factus obediens vsque ad mortem*: ideo *Deus exaltauit illum*, resoscitans eum ab inferis, a mortuis: præclara antithesis: & quia ille passus est nomen suum in cruce obscurari, & blasphemari; idcirco *donauit illi nomen, quod est super omne nomen,* &c.

162. Neque est impedimento, naturæ humanæ Christi hęc fuisse debita ob vnionem Verbi; cùm possint aliqua deberi pluribus titulis ac nominibus. Hoc docere visus est Dominus Lu.24.v.26. alloquēs duos discipulos abeuntes Emaus: *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Oportuit eo, quo declarauimus modo no. 148. *intrare in gloriam suam*, non animæ, nam in hanc ab ipsa incarnatione intrauerat: ergo in gloriam corporis, nominis, regni, hoc est inire possessionem eius: nam etsi ad istud habebat ius titulo diuinitatis vnitæ, nam hoc respectu dixit: *in gloriam suam*: sed Deus ipse statuerat vt Christus quà homo regnum istud gloriosissimum propriis meritis etiam sibi cōpararet, & acquireret: quo esset honorificentior & illustrior eius possessio. vt cùm quis & iura hæreditario, & bello iusto, nobilique victoriā regni alicuius possessionem occopat. Hæc est vis illius orationis: *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* nam quamquam in Græco deest particula, *ita*, doctè tamē additur à Latino, & retinetur ab Ecclesiâ: quia magis exprimit ordinem & nexum passionis & gloriæ in Christo: *Nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*: & sibi & aliis. Itaque debuit antecedere humiliatio, vt sequeretur exaltatio: debuit præcedere passio, vt succederet regnum & gloria. Oportuit è decreto Dei, & ex decoro, *pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.*

Christus pluribus titulis adeptus est Regnum.

163. Hoc ipsum S. Petrus ab Spiritu sancto edoctus obseruat 1.ep 1.vers.11. loquens de priscis vatibus & prædictoribus rerum Christianarum: *Scrutantes*, inquit, *in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* Itaque Prophetę non modò prędixerunt Christi passiones, & glorias, sed etiam præscripserūt seriem, & ordinem: priùs passurum, deinde glorificandum; quem ordinem quia illi duo discipuli euntes ad castellum Emaus non intellexerant, acriter à Christo sunt increpiti Luc.24.v.25. *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?*

164. Vnde enim discipuli occasionem acceperāt diffidendi vers.21. *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel,* &c. quia scilicet eorum iudicio, qui esset crucifixus id nō posset, inde Christus sumit argumentum ad probandum, eos tum maxime debere sperare redemtionem Israelis maiorem & meliorem opinione suâ: quoniam ita vates prædixerant, & ita oportebat, vt passiones regno præcederent.

Quod si oportuit *hæc pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*, suam quidem tot tantisque nominibus, qui conuenit, vt nos confidamus citra passionem nos intraturos in gloriam, vt minimum dicam, nō nostram, in gloriam Christi? si enim ille in *suam*, in gloriam sibi omnino debitam, & connaturalem ex vi, ac titulo Vnionis hypostaticæ intrare noluit nisi priùs eamdem sibi præclarissimis & honestissimis laboribus, ac doloribus peperisset, quis erit Christianus adultus adeò insanus, aut impudens, qui sine vllo dolore, aut labore eam sibi audeat promittere? 165.

Nos pati debere, vt glorificemur.

Respondet spiritu hæretico & diabolico afflatus, & inflatus; iam Christum cùm sibi, tum nobis eam meruisse; aut etiam, vt plura vno verbo peccet; non sibi, sed nobis eam meruisse: ac proinde superuacaneum esse, imò Christo iniuriosum nostrum meritum. Hæc stulta, & impia responsio à Doctoribus Scholasticis in materiâ de Gratiâ, & de Incarnatione, satis fortiter, & euidenter eiicitur. Nos perbreui dicimus: diuinâ gratiâ, & merito Christi, cui eam gratiam referimus acceptam, non tolli, sed adiuuari liberum arbitrium ad bene agendum, & patiendum ad supernaturaliter promerendum. neque enim decebat infinitam Dei sapientiam, prouidentiam & æquitatem, vt hominem iam iudicio & consilio suo vtentem, tanquam instrumentum aliquo irrationali ipse solus ageret, & ad gloriam fruendam, citra illius liberam cooperationē, arriperet: aut, quod magis horrent aures, malè meritum, & flagitiis adhuc inquinatum ad castissimos beatificæ visionis & vnionis amplexus admoueret. Est enim Beatorum societas, & ciuitas purissima, quam decet omnis munditites. Apoc. 22. ver. 26. *Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in ea aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium.* & ca. 21. v. 15. *Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium.* 166.

Hæretici negantes necessaria esse propria merita refelluntur.

Cùmque Lutheranus, & Caluinianus sit is maximè, qui amat, & facit hoc mendacium, contra quos dissero, is erit potissimè foris, procul à portis cœlestis Ierusalem: cuius portas intraturus, præter Christi merita, quæ principem locum obtinent, debet secum afferre, si sit adultus, bona opera propria: quod manifestè præscribitur Apoc.c.22.cit.vers.12. paulo ante: *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundùm opera sua.* Vbi cùm ait Christus (eius enim est vox) *Merces mea*, suum meritum indicat, cùm addit: *reddere vnicuique secundum opera sua*, nostrum laborem exigit. Quo de loco plura edissero ad c.40.n.141.152. 167.

Ad illud verò, quod speciosè opponere sibi videtur hæreticus quasi Christi dignitati prospiciens, respondeo, tantum abesse, vt nostrum meritum Christo promerenti detrahat, vt eum magnificè ornet, & honoret: cuius tanta est vis & efficacitas, vt nostra opera ex se vilia, nihili æstimari

æstimanda, ex illius sanguinis quasi contactu, & eius gratiæ infusione tantum pretium accipiant, vt sint elatâ Dei visione, & æternâ felicitate condigna. Vnde non Catholicus qui summum tribuit honorem, & valorem passioni, & merito Domini, sed hæreticus ei hunc derogans, est iniurius Christo.

Ex quibus expedite capitur, vt debeat accipi quod instat.

In scientiâ suâ iustificabit ipse iustus seruus meus multos] Quæ *scientia* est doctrina Euangelica, quam per se, & per Apostolos aliósque succedentes mundo tradidit: Matt. vlt. vers. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes*, &c. *docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis*. Itaque neque solum Christi meritum grandes natu iustificat; neque sola scientia, & fides, requiritur, & supponitur vt fundamentum, sed et debet inniti præter spem diuinam, etiam caritas, & obseruatio mandatorum: mediâ hâc scientiâ practicâ, & visuali Christus per suum sanguinem iustificat: & quos baptismo intingit, fide purificat, & caritate, eorum portat, *iniquitates*, id est, peccata dimittit, aut etiam pœnas debitas, eas humeris suis portandas imponens, & suâ passione luens. Reduc te ad vers. 4.

Vers. 12. Ideo dispertiam ei plurimos & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

168. LEctor praeproperus fortassis opponat, quorsum hæc, cùm eadem sint proximis versibus tradita? At cuiuis satis esse debebit, hæc, autore Deo fuisse conscripta, vt credas non vacare: & præterea ratio apparet. Suprà ex agricultura petita fuit analogia, & conuenientia, ob quam oportuit Christum copiosa multitudine fidelium esse comitatum, & ornatum: hîc è re bellicâ, & militari ratio desumitur, vt magis eluceat Christi in debellandis hostibus fortitudo, & eiusdem victoris gloria nobilisque triumphus. Deinde adduntur hoc postremo versu duæ notabiles passionis, & prælij circumstantiæ; altera, quòd passus sit & crucifixus vnà simul *cum sceleratis*, & cum eis *reputatus*: altera, quòd in cruce: *pro transgressoribus rogauit*: quorum hoc caritatis, illud patientiæ fuit documentum singulare.

169. *Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia.*] Hebr. dispertire, & diuidere, idem est verbum: Ego, inquit Pater, *dispertiam ei plurimos*, scil. subditos: subiiciam ei homines omnes: velint, nolint: bonos, voluntarios malos, inuitos: vt in alios misericordiam quippe obsequentes, in alios seueritatem, vtpote contumaces exerceat: in omnes vniuersim imperium. Psal. 109. vers. 1. *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*: vniuersè, *inimicos tuos*; Dæmones, quos Deus supposuit vt scabellum pedibus Christi: non eodem pacto vtrosque: Dæmones quidem omnes inuitos, ac reluctantes subiecit magnâ ex parte, post passionem, quoniam eis imminuit nocendi potestatem, subiiciet omnino, & alligabit in die iudicij, quia ampliùs nocere non poterunt: hominum verò alios volentes, ac lubentes Deus Christo subdidit, subdétque vsque ad finem seculi: alios rebelles, & peruicaces, siue infideles, siue malos fideles subiugabit, ita vt agnoscant, & fateantur coacti licet, eum suum Dominum. Philip. 2. vers. 9. *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur*, accómoda distributione; *cælestium*, voluntariè: *infernorum*, coactè: *terrestrium* partim voluntariè, partim coactè.

Christi lata imperium in omnes etiam Dæmones.

Non secus hoc loco: *dispertiam ei plurimos*, 170.
nempe post bellum ab eo fortiter gestum: omnes, qui erunt plurimi, ei supponam, vt victori victos, vinctósque penes quem sit summa potestas, qui sit Dominus vitæ, necísque, ac pro deditione, vel contumaciâ in alios seueritatem, in alios clementiam adhibeat. Hanc eamdem potestatem, iusque in omnes sibi datam professus est idem Christus post mortem obitam, & resurrectionem initam, partámque gloriosissimè victoriâ Mat. vlt. v. 18. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra: euntes ergo docete omnes gẽtes*. Vnde particula illatiua, *ergo*, valde suo loco est collocata: tanquã ediceret: Est iam mihi ius in omnes & in omnia siue in terris, siue in cælis: quod ius bello legitimo, & iusto, ac meo sanguine acquisiui, ego vos, quos duces, & administros delegi, ite cum hac potestate à me communicata & subiicite mihi per veram fidem *omnes gentes*, & meam illis notam imprimite, meũmque characterem indelebiliter per baptismum inurite: quo, si quando eorum malo contigerit à meis castris abscedere, transfugæ esse agnoscantur: *Baptizantes eos
in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: vt quas 171.
ego leges seruandas dixi, eis palàm edicite: *docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis*: nam victori est victis imperia indicere. Hoc idem de subiiciendo mundo per Apostolos Dauid Psalm. 109. vers. 2. citato etiam prophetauerat. *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion: Dominare in medio inimicorum tuorum*. Et opportunè additur: *Dominare*, ne, cùm antea esset dictum: *sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*: Quis perperam crederet, ad Patrem solum id spectare, quòd Filio deesset potentia: consimiliter & hoc loco, vbi Pater dixit: *Dispertiam ei plurimos*, proximè adiecit: *& fortium diuidet spolia, pro eo, quòd tradidit in mortem animam suam*.

Festum Trinitatis.

Baptismus est nota Christiani.

Itaque Christus ad subiugandos omnes ini- 172.
micos, & hostes suos, volentes, aut nolentes, ad detrahenda spolia, ac diuidenda habet summam potestatem, acceptam licèt, vt homo à Deo, vt Deus à Patre: vt homo minorem, & inferioris ordinis, quippe creatam, sed quanta à nobis possit cogitari maxima, maiorẽ: vt Deus verò æqualem & eamdem omnino cum Patre; & verò cùm hæc sit Patri, Filióque communis potestas, iudiciaria tamen facultas, aut certè eius vsus & exercitium Filio incarnato seorsum attribuitur. Ioan. 5. vers. 22. *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit
Filio*: quod etsi in speciẽ apparet inconueniens, 173. S.Th. lect.
si tamen introspicitur, conuenire intelligitur.
S. Thom. lect. 4. ex August. explicat de iudicio
visibili

visibili [illegible] est, de eo in quo iudex à iudicandis [illegible]: cumque generale iudicium pertineat ad bonos electos & ad malos reprobos, & ab his Deus in propria natura videri nequeat, nam aliquin eos bearet: sequitur, vt ab omnibus promiscuè solus Filius qui simul est homo, videri possit; ac proinde ipse sit iudex omnium conspicuus, habitu, gestu, formâ, vt ita dicam, forensi, & strepitu iudiciali, qui cadat in sensus omnium iudicandorum: quomodo non *Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit*
174. *Filio*. Quem explicatum S. Augustinus 1. de Trinit. c. 13. censet omnino necessarium, nec posse intelligi verba Christi de potestate iudicandi diuinâ, & increatâ, quæ est communis Patri, & Filio: de qua dici non posset: *Neque Pater iudicat quemquam*: confirmatque S. Augustinus è vers. 27. sequenti: *Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est*: Puto, subiicit ille, *nihil esse manifestius. Nam quia filius Dei est, æqualis Patri non accepit hanc potestatem iudicij faciendi, sed habet illam cum Patre in occulto. Accepit autem illam, vt boni & mali eum videant iudicantem, quia filius hominis est. Visio quippe filij hominis exhibebitur & malis.*

175. Sed & alio modo fas est interpretari hoc iudicium proprium esse Filij: quia cum exerceatur per humanam naturam, quam solus Filius assumsit cùm Pater iudicat; iudicium hoc exercet per instrumentum seiunctum, & extraneum: at Filius per instrumentum coniunctum, intraneum, hoc est, in sua propria naturâ, & personâ subsistens, atque adeò ex hac potestate, quæ sedem habet in humanitate Christi, licèt actiones Trinitatis ad extra sint communes, aliter iudicat Pater, & aliter iudicat Filius: & posteriori modo exposito, neminem iudicat Pater, *sed omne iudicium dedit Filio*: quia ipse solus est simul Deus, & Filius hominis.

176. Nunc iam redeamus ad Vatem, & ad rem. Cum ait Pater, *dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia*: Sensus esse possit: Ego dabo ei omne iudicium, id est, ius & iudicium in omnes; & ipse hoc exercebit; ac, vt partem eius iudicij non contemnendam, *Fortium diuidet spolia*.

Sed propiùs examinandum, quid sit *Fortium spolia diuidere*. Neque ambigitur, simile esse mutuatum è re bellicâ, pugnâque militari. nam parta victoriâ solent imperatores spolia hostium, quos vicerunt, militibus victoribus diuidere ingenti cum lætitiâ. sup. cap. 9. vers. 3. *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta prædâ, quando diuidunt spolia. Diuidunt spolia*, Hebr. idem verbum, & nomen. Fortes à Christo superati, ac victi, Dæmones debent intelligi: de quibus Christus Matt. 12. vers. 29. *quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem: & tunc domum eius diripiet*. Planior est allusio ad hunc locum in Luca 11. vers. 21. *Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum; vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet*. vbi certissimum est loqui de Diabolo, vt constat è contextu, & consensu interpretum.

177. Cùm Diabolus *fortis* appelletur, quasi illius sit appellatio propria, in promptu est ratio quia eius potentia & vis sit maxima. Potestas & fortitudo Diaboli è sacris litteris, è ratione, & è Patrum testimoniis satis colligitur. Ratio: in Diabolo naturalia manserunt integra, vi intelligendi, & efficiendi; & verò est confessio, luciferum fuisse supremum angelorum; ergo eius potestas naturalis necesse est, vt sit maxima: si cuiusuis angeli facultas vel ad mouendum, vel ad intelligendum tantopere superat potentissimi & acutissimi hominis vires: quid de supremo angelo existimari oportebit? Ber. in Psal. 90. ser. 3. *ipsi rectores sunt tenebrarum harum astutissima versutia, & malitia Diabolica fraudulentia, vt sicut est ante venatorem bestia, sic ad eorum comparationem sit quilibet astutissimus hominum*. Adde viribus innatis & acumini tam longinquam & diuturnam experientiam rerum, & certaminum, quæ aduersus omne hominum genus vario euentu iniuit: & colliges fortitudinem & vim ad oppugnandum incredibilem, atque formidabilem.

Nam si initio mundi ante vllum congressum cũ homine ita de eo scribitur Gen. 3. v. 1. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus*: & sua calliditate decepit, vicitque mulierẽ & per mulierem Adamũ eo in statu sapientissimum, & fortissimũ, quantæ nũc sint Diaboli vires auctæ tam longo rerum, & præliorum vsu. Lege cap. 41. Iob, & ibi Sanct. Gregorium, vbi nomine Behemoth & Leuiathan, hæc Diaboli potestas egregiè pingitur, & ad finem vers. 24. hoc habetur: *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullũ timeret. Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ*. quæ postrema verba vix vllæ beluæ possunt conuenire propriè, cõueniunt verò aptissimè Dæmoni. Quo loco S. Gregorius: *Quamuis enim internæ felicitatis beatitudinem perdidit, naturæ tamen suæ magnitudinem non amisit, cuius adhuc viribus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum suorum deiectione subiaceat*.

179. Ad significandam eandem fortitudinem & robur, rabiemque appellatur alicubi leo rugiẽs. 1. Petr. 5. vers. 8. *Sobrij estote & vigilate: quia aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Leo*, vt fortis, *rugiens*, vt formidabilis, atque terribilis, *circumiens*, vt mirè solicitus & insidiosus, nobis proponitur: cui resistit aduersario tanto sobrius, vigilans, & fortis etiam in fide: itaque ad eludendam Diaboli fortitudinem exigit Apostolus fidei fortitudinem. Eamdem requirit coapostolus Paulus Ephes. 6. vers. 16. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*. Nota singula verba hæc: *omnia tela*, i. varietatem armorum, tentationum: *nequissimi*, malitiam, odium, rabiem: *ignea*, vim, potentiam, efficacitatẽ: nihil enim igne in corporibus actuosius. Ad hoc idem Diaboli fortissimi robur indicandum præmiserat vers. 10. *De cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*.

180. Mihi planè dispicienti varia S. Scripturæ testimonia vtriusque Testamenti, quibus affirmatur Dia

Marginal notes: 174 — S. August. (beside "nihil esse manifestius"); 175 — Expositio alia; 176 — Spolia fortium diuidere; 177 — Fortis cur Diabolus appelletur; 178 — Diaboli vires (beside "Nam si initio mundi"); Iob. 41. v. 24.; S. Greg.; 179 — Diabolo quis resistit; Eph. 6. v. 10; 180 — Locus notandus.

tur Diaboli vis,& potentia ex se (nam quatenus sit coërcita,mox) nullum esse videtur,quo magis exprimatur, quàm istud. Nam ad obsistendum Diaboli fortitudini, requirit in primis Apostolus, vt confortentur *in Domino, & in potentia virtutis eius*: quasi necessarium antidotum. Deinde id magis explanans,vt induãt
181. *armaturã Dei*,quã per partes inferiùs describit: v.14. Tertiò docet non esse *colluctationẽ aduersùs carnẽ & sanguinem*,hoc est,aduersùs hostes imbelles, aut imbecillos: quæ loquendi formula per negationem, & secundùm se, & præcipuè in litteris diuinis est significãtissima,& superat quamlibet affirmationem, & amplificationem. Postremò aduersatiua illa: *Sed aduersus Principes, & potestates,aduersùs mundi rectores tenebrarum harum,contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*; adeò plena est sensu, & extollit hanc potentiam,vt neque sit opus adiici,neque possequid, quam adiici videatur.

182. Diaboli potestas coercita. S.August. Nota. Sed hæc Diaboli tanta potentia,astutia, nocendique cupiditas libera,& soluta numquam fuit: sed vt ait S.Augustinus ad Psal.61 vers.12. *Diabolo potestas quædam est: sed plerumque vult nocere, & non potest: quia potestas hæc sub potestate est. Nam si tantum nocere posset Diabolus,quantum vult, non aliquis iustorum remaneret, aut aliquis fidelium esset in terra.* Diabolo non licere sæuire in hominem,nisi quatenus Deus illi nominatim permiserit,tradit idem S.August.contra Iulianum lib.4.cap.7.& Psalm.100. vers. 8, & Psalm.103 ver.21.& 26.quod alicubi horum locorum confirmat exemplo Iobi,quem lædere Dæmon nequiuit,nisi Dei permissu, & quatenus ei fuit concessum. Sed posset quis dicere, hoc peculiariter Deum concessisse viro sanctissimo Iobo:vt colligitur è verbis Dæmonis c.1. vers.9. *Nunquid ob frustra timet Deum. Nonne tu vallasti eum,ac domum eius, vniuersámque substantiam per circuitum?* Et S. August. Psalm. 77. versicul. 49. affirmat multo aliam esse Diaboli potestatem in homines impios, atque in bonos.

183. Verùm etsi omnino certò non colligitur ex illo exemplo Iob dæmoni nihil licere in homines generatim,nisi Deo sinente: tamen probabiliter inde etiã sumitur;& certiùs ex Euangelio,vbi Dæmonibus, nisi de Christi licentiã
Mat.8.v.32. non licuit intrare in gregem porcorum,& eum præcipitem agere in mare. Quod si ne animalia quidem hominum,quanto minus ipsos homines violare pro libidine valebunt?Deinde:si non in corpora sæuire sinuntur à Deo quantum possunt, & cupiunt,multo minus permittentur sæuire in animos, hoc est ad peccandum suis artibus, & tentationibus,quantá poterunt maximâ vi propellere, quod visus est nobis spondere Apostolus Dei vice 1. Cor.10, ver.13. *Tentatio vos non apprehendat,nisi humana; fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id,quod potestis,sed faciet etiam cum tentatione prouentum,vt possitis sustinere.*

184. Atque ita factu opus esse ratio & æquitas præscribit, cùm enim tanta sit diaboli potentia,& in hominem maleuolentia, si pro arbitratu posset agere,quis resisteret. ergo aut debuit cohiberi,detinerique,aut oportuit vires à Deo augeri homini,quibus possit, si velit,non succumbere, & hæc videtur esse mens sancti
Orig. Pauli. Nam ideo,obseruatore Orig. libr.3. Periarch.ca.2. non dixit vt sustineatis,sed *vt possitis sustinere*:quia Deus dat nobis, quo possimus vincere,& nos nostra culpa vincimur.

Ex quibus planè infertur, quantumuis diabolus sit fortis & valens, eius fortitudinem esse & fuisse etiam olim Dei inhibitione,quasi forti quadam catenâ alligatam vt se commouere, & efferere nequeat, nisi quatenus Deus laxauerit. Quod si ita res habuit ab orbe condito,& à casu ipsius diaboli;quomodo erit verum quod Christus tradidit apud Euangelistas supià propositum, *fortem* istum armatum à se fuisse alligatum, & eius vasa direpta,spolia distributa,& quod hic quoque prædicitur: *& fortium diuidet spolia.* 185.

Responsio non vna succurrit.Prima:sic Dæmonem detineri,vt non totas vires, & pestilẽs odium possit expromere,quod cùm sit quid supernaturale,in salutem hominum cautum & præscriptũ à Deo,id ante aduentũ Christi,eius meritis præuisis erit ascribendum;cõstat enim apud doctores,& inter quidem optimo, omnia genera auxiliorum, & mediorum ad salutem æternam pertinentium,quæ sint ablata diuinitus, siue post Saluatoris passionem, siue antè ab exordio generis humani saltem post peccatũ ex eius merito promanare. Vnde quandocumq; victus est Diaco iste direp úsque,à Christo id est passus. Opponis; ita tractari in Euangelicis & Apostolicis scriptis hanc victoriam,vt non præuisæ,sed actu exercitæ & obitæ passioni Christi tribuatur: quale illud, vt omittantur alia: *Nunc iudicium est mundi,nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Ioan 12.vers.31. 186. Diabolum quomodo Christus alligauerit. Occupatio.

Respondeo cum Gabriele Vazquez in 3.p. tom.1.disputat.77.capit.6. quia moriente Domino, solutum & repræsentatum fuit pretium redemtionis humanæ, quod fuerat promissum, & cuius certissimâ fide ac spe, quasi pecuniâ creditâ,prægressi homines fuerant exsoluti.idcirco, ac si tum primùm Diabolus de possessione expelleretur,in litteris sacris introducitur. 187. Responsio prima

Altera solutio: post mortem Christi habenas fuisse contractas potestati diabolicæ; vt ei minùs liceat in homines Christianos; qui Christi charactere & notâ per baptismum, quasi eius oues propriæ sunt notati, & insigniti:nam eis hoc nomine aliquid amplius concedi, quàm antiquis etiam fidelibus & iustis,non est alienum à ratione, sed cum æquitate cohærens: cùm excellentior multo sit nota & res ipsa baptismi, quàm circumcisionis, vel aliùs cuiuslibet sacramenti, quâ quis expuncto originali peccato,in populum Dei transcriberetur. Itaque decuit à Diabolo hoc impressum regium sigillum agnosci, & eo agnito retardari,& minui eius licentiam,& coërceri sæuitiam. 188. Responsio secunda. Diabolo in Christianos minus licet.

Sanct. Athanasius refert Sanct. Antonium narrantem, ad ianuam monasterii sibi apparuisse Dæmonem immani proceritate, ad cœlum vsque caput attollentem; & ex se quæsiuisse; cur illi maledicerent omnes populi Christiani: cúmque respondisset meritò id facere vtpote ab eo variis & frequentibus insidiis oppugnatos: subiecisse Diabolum: *Nihil ego facio, sed ipsi se inuicem conturbant. nam ego miserabilis factus sum. rogo, nonne legisti, quia defecerunt inimici frameæ in finem: & ciuitates eorum destru* 189. S. Athanas. in vita S. Antonij.

de trux sit ? en nullum iam habeo locum, nullam possideo ciuitatem: iam mihi nulla sunt arma. per cunctas nationes cunctasque prouincias Christi personat nomen: solitudines quoque ipsa Monachorum stipantur choris. ipsi se tueantur, & sine causa me non lacerent. Tunc ego, ait apud S. Athanasium S. Antonius. *Dei gratiam cum alacritate miratus sic ad eum locutus sum: non tua veritate, qua nulla est, tam nouam, & tam inauditam adscribo sententiam: nam cum fallacia caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Vere enim Iesus tuas penitus fabruit vires, & honore nudatus angelico volutaris in sordibus. Vix dum verba compleueram, & ille sublimis deletus est Dei nominatione.*

190. Ex quibus, minimùm, intelligimus post Christi passionem imminutam fuisse Diabolo potestatem insidiandi fidelibus, iudicio sanctissimi & expertentissimi Abbatis Antonij: cuius autoritas ea in re quanta sit, nemo eius, cũ Diabolo pugnatum conscius ignorat. Et verò augustissimum Iesu Christi nomen quàm sit Dæmoni formidabile, & eius sanctissimæ crucis signum, ex ecclesiasticis narrationibus passim accipitur. Sed est mirãdum valde quod S. Gregorius lib. 3. cap. 7. Dialogorum affert: Quidam & natione, & professione Iudæus iter agens & noctis tenebris oppressus quo diuerteret, non adeptus iuxta templum Apollinis pernoctare constituit: séque horrore loci, Crucis signo, sine Crucis fide communiuit. Nocte verò intempestá vidit malignorũ spirituum turbam, quasi in obsequium cuiusdam præpotentis præcuntem & illum principem in medio illo templo vbi consedisset, aliorum Dæmonũ circumstantium acta exquirentem; quas quisque videlicet tetendisset insidias, qualique successu. Quæ omnia cùm Iudæus pauore perculsus cerneret, concilij illius præses iussit, vt viderent, quisnam esset homo ille, qui in eo templo iacére fuisset ausus.

Quem maligni spiritus (iam S. Gregorij verba ipsa reddo) *pergentes, & subtilius intuentes, crucis mysterio signatum viderunt, mirantésque dixerunt: Va, va, vas vacuum, & signatum. Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit.* Hæc apud S. Gregorium.

191. Iam si Dæmones Crucis benedictæ sigillum in homine infideli, & alieno à Christo tantopere reuerentur, quid existimari sit necesse vbi in Christiano istud agnouerint? S. Augustinus ad Psal. 77. vers. 49. aliam esse Diaboli licentiam in malos, & aliam in bonos iis ipsis verbis exponit: *In filiis vero diffidentia tanquam in suis mãcipiis operatur, quemadmodum homo in pecoribus suis: & illic tamen, quantum iusto Dei iudicio sinitur. Sed aliud est, quando potestas eius etiam suis, sicut ei placet, tractandis maiore potestate prohibetur: aliud, quando ei potestas etiam in eos, qui ab illo alieni sunt, datur. Sicut homo de pecore suo humano capiti facit quod vult, nec sane facit, si prohibeatur a potestate maiore: de alieno autem pecore vt faciat, expectat sibi potestatem dari ab illo, cuius est, ibi ergo potestas qua fuerat, prohibetur: hic autem, qua non fuerat, tribuitur.*

192. Ex qua S. Augustini assertione, & dissertione, quam credo probatum iri lectori, ego ad rem assumo, cùm status & conditio fidelis Christiani sit nobilior, & excellentior multo quàm fidelis olim Iudæi, aut proselyti: quippe sit status noster filiorum, *in quo clamamus* ad Deum, *Abba Pater*, & ille fuerit status seruorum, quod liquet e Scripturis, satis decuit filios minùs obnoxios esse Diaboli sæuitiæ, quam seruos magis eximios, minus vectigales: libertas enim filios adoptiuos etiam contingit: quo loco non infitiamur veteres iustos fuisse filios Dei, cum habuerint eamdem gratiam sanctificantem in corde diffusam: Sed status differentiam constituimus: quæ satis sit, vt minus in vnos, quam in alios Diabolo licuerit. Facit S. Hieronymus huc scribens hoc loco de Dæmonibus: *qui fortes erant antequam Christus corpus humanum assumeret.* Quasi humana natura, ea quo in Christo fuit exaltata, Dæmonis vires reciderit.

Denique & sit postrema responsio, & explicatio dubitationis propositæ. licet daremus, Diabolo per Crucem Domini nihil detractum fuisse de pristina licentiá, seu potestate; tamen cùm multum sit additum gratiæ diuinæ fidelibus: fit inde, vt quo Christiani fortiores & valentiores euadunt ad repugnandum, fiant Dæmones debiliores ad oppugnandum: quod probè cognoscitur è dictis superioribus num. 179. quibus Christiani subarmãtur armaturá Christi, fortiori, quam fuerit vlla per antiqua. 193.

Vnde relinquitur probatum, & explicatum; temporis esse Euangelici hoc Christi elogium militare: *Et fortium diuidet spolia*: quod cum illo Dauidico Psal. 67. v. 13. mire concinit: *Rex virtutum, dilecti, dilecti: speciei domus diuidere spolia*, (quem Psalmum quoniam proprio commẽtario exposui, suo tempore edendum, eò differo lectorem) & cum altero effato Euangelico: de quo supra num. 176. *Et spolia eius distribuet.* 194.

Sed cùm tam amplè explicauerimus, quis sit *Fortis* Euangelicus, seu *Fortes* prophetici: dicendum concisiùs, quæ sint spolia: dico ex illo Psalmi commentario: Quæcúmque erant in potestate Dæmonis, & ei Christi virtute sunt detracta: infideles, fideles peccatores, corpora iustorum, animæ Patrum veterum quatenus detinebantur in limbo, ne lucem æternam aspicerent: templa, idola, Prouinciæ, opes, metalla, & alia multa ad impium & execrandum cultum applicata, quæ in sincerissimam Christi religionem conuersa sunt. Nam fana plurima sunt Deo vero consecrata: simulacrorum metalla vel in pauperum vsum distributa, vel in vasa sacra conflata sunt. S. August. de consensu Euang. lib. 1. capit. 31. ad finem. *Nempe iam in hæreditate possidet multos, & fortium partitur spolia, cùm ea, quæ Diabolus & Dæmones possidebant per Ecclesiarum suarum fabricas, & quoslibet necessarios vsus, illis expulsis distribuit.*

Inter cognomina Messiæ, & quasi stemmata hoc numeratur à Vate nostro suprà 8. versic. 3. *Voca nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prædari*: quem locum relege. Pars non exigua victoriæ, & quasi totius belli vltimus actus, & scena videri possit spoliorum distributio. Erat enim multum cum ratione, & æquitate conueniens, vt qui innocens omnino, & sanctissimus tam ignominiosè quo ad hominum iudicia fuisset occisus, is gloriosissimè de suis hostibus rediuiuus triumpharet, & eorum spolia palam, publicéque diuideret, Colos. 2. versiculo 15. *Et expolians principatus &* 195.

potestates traduxit confidenter, palam triumphans in semetipso.

196. *Pro eo, quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est.*] Pars prior huius textus explicatur versiculo 10. *Si posuerit pro peccato animam suam*: altera pars exponitur ab ipso Christo apud S. Lucam cap. 22. versic. 37. vbi prædicens passionem suam Dominus ita loquitur: *Dico enim vobis, quoniã adhuc hoc, quod scriptũ est, oportet impleri in me: Et cum iniquis reputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me scripta finem habent.* Sed quoniam ex hoc testimonio id tantùm accipitur, pertinere ad passionem Saluatoris, Marcus capit. 15. versiculo 27. magis explanauit: *Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris eius: & impleta est Scriptura, quæ dicit: & cum iniquis reputatus est.*

197. *Dominus vnà cum sceleratis damnatur, & occiditur.* Circumstantia notabilis mortis Domini, crucei affigi vna cum sceleratis, & non quibuslibet, sed latronibus, quod scelus, & crimen vbique gentium est infame: & crucifigi medium inter latrones duos, quasi sceleratorum principem, certè, vt vtroque peiorem: vbi non est solatio, sed dedecori, & incremento supplicij socios habere pœnarum. *Pilatus obsequio fauens Christo, eum latronibus adiecit.* De causis quibus Pilatus adductus iussit Christum suffigi vnà cum latronibus, videndus est Maldonatus Matt. 27. versiculo 38. & alij Euangeliorum interpretes. *Crucis ignominia cedit in maius decus Christi.* Vndecúmque tamen id euenerit, ad augendam ignominiam necis pertinuisse est certissimum; ac proinde ad promerendam maiorem nominis gloriam, famámque. Intererat enim æquitatis diuinæ: vt qui pro Dei nomine extollendo, cùm esset ipsa innocentiâ innocentior, inter duos latrones fuisset actus in crucem, extremæ tunc infamiæ supplicium: is resurgeret, & fieret apud omnes gloriosissimus, eiusque famæ omnium hominum sermonibus, omnium Angelorum laudibus mundo, ac cœlo toto crebresceret, & vsque ad inferos penetraret. Quæ est Isaiæ nostri prædictio: *Ideo dispertiam ei plurimos, &c. pro eo, quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est.*

198. *Et ipse peccata multorum tulit.*] Hoc explicatum est versiculo 4. 5. 6. quibus omnibus versibus idem asseritur: toties, quia maximi referebat benè intelligi Christi innocentiam, & erga homines amorem: quorum vt maculas peccatorum elueret, valuit eis debitas pœnas ipse luere: vnde *peccata tollere*, vt alias dictum, dupliciter accipi potest: & auferre, ac dimittere: & pœnas suscipere, vt peccata sint pœnæ peccatis debitæ.

199. *Et pro transgressoribus rogauit.*] Pendet ex illâ causali: *pro eo, quòd*, cui causali religantur omnia subsequentia, quare, quòd Pater Christo dispertiuerit plurimos, quòd ipse Christus fortium spolia diuiserit, hoc quoque fuit in causa, quia *pro transgressoribus rogauit*. Egregia clausula narrationis propheticæ de Passione Dominica.

Christus rogat pro hostibus. Quando autem *pro transgressoribus* Christus morti vicinus *rogauerit*, S. Luc. 23 versiculo 33. exponit: *Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum: & latrones vnum à dextris & alterum à sinistris: Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.* Vnde apparet, quàm accuratè, quam verè prophetiæ responderit euentus, cùm ea, quæ Vates prædicendo coniunxit, scil. *cum sceleratis reputatus est, & pro transgressoribus rogauit*; hæc eadem Lucas vt vnum post alterum effectum narrauerit. Simul ac Cruci suffigitur, orat pro transgressoribus, ex quo Lucæ loco probè colligunt expositores Euangeliorum, hoc fuisse primum è septem verbis Saluatoris in Cruce quod est obseruandum & admirandum: antequam curet rem discipuli carioris Ioannis, antequam curet rem matris carissimæ, procurare rem inimicorum, imo priusquam spiritum suum Patri commendet; eidem causam inimicorum commendat neque solùm se precatorem, sed etiam aduocatum exhibet: dum eorum culpam extenuat, & ignorantiam obtendit: *Pater dimitte illis*: hæ sunt preces, & cùm Patrem compellat, se filium subsignificat, cui paternus amor vix quidquam negare possit: *non enim sciunt quid faciunt*: peccatum eleuat; quia erratum: errabant enim non agnoscentes quis esset is, quem crucifixerant: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*: hæc licèt ignoratio culpæ non fuerit expers; detraxit tamen de malitia. 100. *Prima vox Christi in Cruce pro inimicis.* *Christus excusat inimicos.* 1. Cor. *Ignorantia eleuat ex parte culp.*

101. *S. Bern. pulchre.* S. Bernardus in illo egregio opusculo de præcepto, & dispensatione tractat hunc locum hoc modo: *Hi quoque qui Dominum crucifixerunt, magni quidem peccatores, sed pusilli æstimatores: etsi ex vno iram, numquid non tamen ex altero veniam meruerunt? Beati siquidem fuissent, si iuxta verbum Domini in ipso scandalizati non essent. Nunc verò quid nisi miseri? Sed tamen & miserandi. Probat hoc pia illa in cruce patientis, sed nihilominus compatientis supplicatio: Pater, inquit, ignosce illis. Et quasi quæreretur indulgentiæ ratio in tam horrendo facinore: sequitur, quia nesciunt quid faciunt eo digni veniâ, quo & pusilli scientiâ sunt, ideo ignosco, quia non agnoscor ab illis.* *Christus per tentis compatitur.*

Christus damnatus vt reus fit defensor reorum. Ergo qui tot, tantísque Iniuriis & contumeliis affectus, qui in Crucem actus erat, vt Actor potuit, ac ferè debuit esse & accusator, is factus est patronus & defensor reorum & inimicorum, & *dicebat*: *Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt*: verbum, *dicebat*; aut significat plura à Christo ad causam adiuuandam, aut hæc eadem pluries esse dicta. Admirabilis mansuetudo & opere exhibita, quæ fuerat verbo imperata Matth. 5. vers. 44. *Diligite inimicos vestros, benefacite eis, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: vt filij sitis Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* 201. *Inimicorum dilectio.*

Christus docet magis exemplo, quàm verbo. Quod cùm se præcepisse suis alumnis memor esset Christus in Cruce morti proximus, voluit tam memorabili loco & tempore, id suo exemplo firmare, & quasi in Testamento obsignare, ad quod fortasse respectans præfatur nomen *Patris*: *Pater dimitte illis*: ac si diceret: Non possum non orare pro meis persecutoribus, cùm sim filius tuus naturalis, & ipse meis discipulis & fidelibus mandauerim, vt hoc idem ipsi præstarent, quo possint esse filij tui adoptiui *Pater*, qui facis oriri solem tuum super bonos, & malos, super amicos & inimicos tuos.

101. *Trãsgressores.* Duo supersunt vestiganda, alterum qui sint *transgressores*, pro quibus Christus *orauit*, alterũ, an exo

[illegible] Apud [illegible] [illegible] [illegible] tas, & be- [illegible] [illegible] nibus [illegible] [illegible] pa- [illegible] uditur, [illegible], potius, [illegible] fuit m- [illegible] Pilati pec- [illegible] Domini comparatum [illegible] Iudæorum apparet [illegible] graue. Sic [illegible] Psalm. [illegible] vers. 4. *exacuerunt vt gladium [illegible] suas*, habet [illegible] *Non dicant Iudæi non occidimus Christum, etenim propterea eum dederunt Pilato, vt quasi [illegible] à morte eius viderentur immunes: nam cum dixisset eis Pilatus: vos eum occidite: responderunt nobis non licet occidere quemquam, iniquitatem facinoris sui in iudicem hominem refundere volebant: sed numquid Deum iudicem fallebant? Quod fecit Pilatus in eo, quod fecit, aliquantum particeps fuit; sed in comparatione illorum multo ipse innocentior. Institit enim quantum potuit, vt illum è manibus eorum liberaret.* Idem scribit ad Psalm. 56. vers. 5. sumitur ex Euangel. Ioan 19. v. 11. *Qui me tradidit tibi maius peccatum habet*: loquitur cum Pilato.

104\. *Obiectio.* Argumentaris, ex eo capite colligi non rogare pro Iudæis malitiosis & peruicacibus, sed pro ethnicis facilioribus & humanioribus, qui leuius peccarunt. *Responsio.* Sed occurro, & aio, non excusari Gentiles à Christo, neque eorum culpam minui, nam si id vellet, non ad excusandos ignorantiam, sed infirmitatem eorum afferret: *Pilatus peccauit [illegible].* nam vt ex narratione Euangelicâ constat, Pilati peccatum non ex ignoratione processit, sed ex inconstantiâ, & ex metu humano, & mundano. Sciuit enim, & professus est non semel palam Christi innocentiam, & sanctitatem, & idcirco enisus est tantopere eum liberare, aut à se causam amouere. sed demum, clamantibus Iudæis, si absolueret Christū, se ostendere inimicum Cæsari, veritus calumniam Iudæorum, & Imperatoris iram, manus dedit, & damnauit quem iudicabat innocentem, in quo nulla apparet ignorantia, sed sola imbecillitas, & incōstantia. *Pilatus an peccarit non agnoscendo Christum esse Deum.* Nam quòd peccauerit non agnoscendo Christum pro Deo: nusquam lego, neque videtur mihi esse verisimile, cum non videatur hæc veritas illi ad credendum satis sufficiēter proposita: nam quæcumque leguntur transacta cū eo, & à Christo affirmata, [illegible] cogebant eum cognoscere, Christum esse hominem sanctissimum, & innocentissimum: quod id vnū eum non latuit: idcóque grauiter peccauit; cùm deberet quiduis pati, quam Christum damnare.

105\. Ergo [illegible] Saluator: *Non enim sciunt quid*

[illegible] *Iudæi [illegible] Christo peccatum [illegible]* [illegible] Dominum [illegible] nt, & Act. 13. [illegible] in Synagoga [illegible] [illegible] *principes eius [illegible] ignorantes [illegible] que per omne sabbatum [illegible] impleuerunt, & nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum.* Et S. Petrus Act. 3. versiculo 14. *Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti*, &c. versiculo 17. *Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri.* Act. 3. 14.

Quæ omnia efficiunt valde probabile, transgressores, pro quibus oraturus ab Isaia prædicitur, fuisse Iudæos eius parricidas. In hoc consentiunt plerique interpretes huius loci, & illius Euangelici. Sed Rupertus hoc loco multo amplius orationis Christi sinus explicat, & ad omnes, omnis ordinis homines peccatores dilatat, quod nos possimus roborare ex vi nominis Hebraici: פשעים *peschim*, est enim generale vocabulum, *præuaricatores*, qui legem transgrediuntur, qui contra Deum peccant, & contra rationem. Vnde nihil cogit iam amplum significatum coërcere, neque Vates aliquid addit, quod restringat, neque enim dicit: pro transgressoribus suis, sed absolutè: *pro transgressoribus rogauit* Et vero est vero propius, qui pro omnibus vniuersim hominibus sanguinem, vitamque profudit, pro omnibus in Cruce preces ad Patrem, imò & lacrymas fudisse, nam qui sanguini, vitæque non pepercit, cur linguæ, vocique parceret? 106. *Ruperti sententia latior adstruitur. Christus orat in Cruce pro omnibus peccatoribus.* Heb. 5. v. 7.

Alterum dubium num. 103. excitatum non erit ex dictis semouere, seu sedare difficile, scil. an Christus orans Patrem exorauerit: dicendum est enim, si pro omnibus siue gentilibus solis, siue pro omnibus Iudæis suis persecutoribus solis, prout suprà dissero; siue pro omnibus promiscuè peccatoribus gentilibus, Iudæis, sui persecutoribus, & aliis cuiuscúmq; ordinis, & temporis, vt modò cum Ruperto docui, Christus orauit; eius orationem fuisse quoad aliquos, non quoad omnes efficacem. 107. *Christus quatenus exauditus.*

Quod enim de passione, & sanguine Domini docent S. Scripturæ, & Doctores, videlicet, quoad sufficientiam pro omnibus hominibus fudisse sanguinem, quoad efficaciam verò non pro omnibus hoc ipsum de eius oratione in Cruce dicere par est. Et quòd aliis futura esset reipsá efficax, & salutem afferens, aliis verò eorum culpâ & peruicaciâ futura esset sine fructu, statim effectu dispari fuit præmonstratum; nam cùm medius inter duos latrones orasset; alterum ex iis attraxit, alterum non attraxit. Pependit 108. *Christus non omnibus reipsâ salutem attulit, licèt pro omnibus sit mortuus.*

medius, vt vnum vno brachio, altero br[illegible] alterum ad se quasi traheret, trahit a[illegible] qui consentit, non traxit alium quia defendit & restitit. E[illegible] quo illud iam di[illegible] crimen cœpit lucere apu[illegible] Christi passionem, & [illegible] ne in fore efficacem apud alios qu[illegible] lu-ctu[illegible] unmodo sufficienter.

209. Hactenu[illegible] de ho[illegible] [illegible] seu [illegible] occupato Christi Euan[illegible] [illegible] ita [illegible] quod in Ioannes [illegible] lib. [illegible] cap. 14 [illegible] *caput ad [illegible] tem Christianum me[illegible] plus multa[illegible] apud illud per[illegible]* [illegible] reprehensione sint dig[illegible]

qui Hi[illegible] [illegible] quam ad Christ[illegible] [illegible] ent. S. Au[illegible] [illegible] ex h[illegible] *multa,* [illegible] Ch[illegible] *Iudei,* [illegible] *Hac de* [illegible] *antea ant præ dicta* [illegible] *est,* [illegible] *ligat qui* [illegible] F[illegible] ha[illegible] potius est, vt f[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tte minima [illegible]

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVMQVARTVM.

1\. Lauda sterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum, dixit Dominus.

2\. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende ne pareas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.

3\. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & semen tuum Gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.

4\. Noli timere quia non confunderis, neque erubesces: non enim te pudebit quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5\. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.

6\. Quia vt mulierem derelictam, & mœrentem spiritum vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectã, dixit Deus tuus.

7\. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.

8\. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.

9\. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltra supra terram: sic iuraui, vt non irascar tibi, & non increpem te.

10\. Montes enim commouebuntur: & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit mis[illegible] tuus Dominus.

11\. Paupercula, tem[illegible] con[illegible] absque vlla consolatione. Ecce ego [illegible] nam per ordinem lapides tuos & fund[illegible] bo te in saphiris.

12\. Et ponam Iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.

13\. Vniuersos filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filiis tuis

14\. Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi.

15\. Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.

16\. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas: & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum.

17\. Omne vas, quod fictum est, contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me dicit Dominus.

Verſ. 1. Lauda sterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum, dixit Dominus.

Principio statuendum quæ nam sit mulier hæc antea sterilis, & postea tam fœcunda: & an sit diuersa ab ea, quæ [illegible] bebat virum, quæ er[illegible] maritata. Eten[illegible] Hebræi & al[illegible]

alij eorum vestigiis insistentes existimant vnã, & eandem esse mulierem sic metaphoricè nominatam, nempe Ierosolymam, sub diuerso tamen statu, fuit namque sterilis in captiuitate, prole non aucta, sed imminuta: habuit virum & fuit fœcunda, antequam caperetur, & duceretur in exilium: denique habuit filios plures post reditum ab exilio, quam habuisset ante exilium. Hic est explicatus Hebræorum, & Hebraizantium: prorsus alienus, ne quid grauius dicam, a mente spiritus sancti. (*Refutatur.*) Constat enim hoc vaticinium attextum esse superiori, neque id Rabbini negant, ac proinde quàm est certum superius esse de Euangelio, propemodum tam est exploratum, hoc esse eiusdem argumenti: certè apud doctores Christianos id poni potest, cùm tam pauci sint, qui contrà sentiant, & quod maius est, cùm Paulus ex eo recitet principium & tribuat Ecclesiæ Christi, vt postea liquebit.

2. (*Ecclesia est pariens, è Gentibus conflata.*) Quo posito, mulier hæc metaphorica, est Ecclesia, & spiritualis Ierusalem, non triumphans & beata, sed militans & viatrix, neque contrarium docuit Forerius, sed hoc ipsum: sitne Ecclesia è solis Gentilibus, an verò ex his & Iudæis etiam coalescens, id video dissentire interpretes, sed conuenientior est prior interpretatio pluribus & antiquioribus arridens. (*Rationes.*) Rationes addo, primam: quia Gentilitas propriè appellatur *sterilis*, & *non pariens*: cùm ex eâ Deus, ante Euangelium, filios non tolleret: & hoc nomine interstinguitur à Vate nostro alibi. Adi c.35.v.1.c.49.v.20.

3. Sit ratio altera: quia aperta est hic comparatio duarum fœminarum, quarum vna esset sterilis, carens marito, & altera esset maritata: quæ posterior superanda sit à priori quo ad sobolem: neque aliter, nisi distortè, capi possunt ista verba: *quoniam multi filij deserta magis, quàm eius, quæ habet virum*: Hebr. *multi filij desertæ præ filiis maritatæ*: vbi clarè vna ab aliâ interstinguitur: & interstinctio est: vni fuisse virum, ac proinde fœcunditatem: alteri defuisse virum, ac proinde sterilitatem affuisse. Quod discrimen efficit, vt sterilis, & deserta intelligi debeat sola Gentilitas; at coniugata, & pariens filios sit synagoga: Ex quo liquet quod num. 1. quærendum proposui, & præterea quod sit huius capitis propositio, quódque vinculum cum superiori, scilicet Christo Domino ponenti pro peccato animam suam promissum est, *semen longæuum*, vt ibi vers. 10. exponitur: hoc loco, quale, quantum, & quemadmodum futurum sit explicatur. (*Propositum huius cap. & nexus.*)

4. (*Gratulatio Vatis.*) *Lauda sterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas.*] Gratulatur Vates nationibus Gentilium, easque inuitat ad gratias & laudes Deo agendas, quòd pristina sterilitas spiritualis mutanda sit in admirabilem fœcunditatem. (*Apta ob filios susceptos.*) Quam apta sit materies gratulando, ipsa filiorum in commune susceptio, & ortus; consuetudo gentium omnium ostendit: & natalitiorum annua festiuitas, & iucunda celebritas. (*Tunc maximè foetus gratiores.*) Cùm post sterilitatem expertam, & desperatam fœcunditatem filij nascuntur, tunc gaudiorum cumulus exsistit, lege apud Luc. 1. v. 58. quanta fuerit lætitia & gratulatio in orto S. Ioannis Baptistæ è matre sterili. (*Sterilitas fœminis onerosa.*) Quàm molestè ferant fœminæ carere prole, sanctarum alioqui coniugatarum exempla declarant Genes. 30. vers. 1. *Cernens autem Rachel, quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar.* Impotens sterilitatis amouendæ desiderium Rachelem ad stultam sententiam adducit, vt obseruat S. Chrysost. ibi. (*Rachel.* *Chrysost.*)

6. (*Anna Samuelis mater.*) Aliud est sanctissimæ Annæ matris Samuelis exemplum, quæ etsi ad id stultitiæ ad quod Rachel, non est adducta ex orbitate, ægrè tamen eam tolerabat, vt legis 1. Reg. cap. 1. vers. 5. & sequentibus. *Porro illa flebat, & non capiebat cibum, dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? numquid ego non melior sum, quam decem filij?* Et quamuis Annæ mœror & ægritudo cresceret conuitiis æmulæ Phenennæ, alterius vxoris Elcanæ, vers. 6. (*Annæ mæror vnde.*) Sed hæc mariti consolatio è sola sterilitate dolorem temperat, qui dolor neque Annæ, neque Rachelis gignebatur inde, vnde plerúmque nasci solet fœminis infœcundis, quòd, nimirum, putent se orbas liberis minùs caras fore maritis: (*Vxor sterilis minus cara.*) nam Scriptura S. testatur, duas dictas vxores steriles cariores fuisse, vnamquamque suo viro, quàm alias valde prolificas. Ergo, hoc semoto capite sterilitas est grauis, molesta, & odiosa: & fœcunditas habet omnia contraria, maximè cùm præcedit illa, & hæc proximè succedit: vt post inopiam copia, post morbum diuturnum, valetudo, post tempestatem tranquillitas, & post quamlibet ærumnam & cladem prospera, & blandiens fortuna. (*Prospera post aduersa, sunt gratiora.*)

7. (*Rachel prole iubilat.*) Gestientem lætitiam Rachelis, vbi se matrem agnouit, historia sacra non tacuit Genes. 30. vers. 22. *Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius, quæ cõcepit & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum.* En mœroris originem in sterilibus saltem apud Iudæos, quod essent probro, quasi Deo exosæ: (*Sterilitas probrosa.* *Proles Dei donum.*) & verò filios esse Dei donum, ac beneficium etiam philosophi Gentiles intellexerunt.

8. (*Canticum Annæ propheticum.*) Annæ verò postquam peperit, quale quantúmque fuerit gaudium, ipsamet spiritu afflata diuino in illo suo, vt vult Augustinus 17. Ciuit. cap. 4. prophetico carmine prædicat, & hoc aliud maius gaudium Ecclesiæ è Gentilibus efformandæ, ac pariturae prædicit, simulque sterilitatem eius æmulæ Synagogæ, quæ ab olim erat fœcunda.

9. S. Augustinus loco nominato disertè exponit totum Annæ canticum illúdque accommodat Ecclesiæ Christi, cuius Anna figuram prætulit, vt sibi persuasit, & cunctis persuaderi debere affirmat ille: & perueniens ad verba aptiora nostro proposito, ista nimirum vers. 5. *Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est*: (*1. Reg. 2. v. 5.*) sic commentatur: (*S. August.*) *Gentes autem, quibus lex non erat data, posteaquam per nouum Testamentum ad eloquia illa venerunt, & multum esuriendo terram transierunt, quia in eis non terrena, sed cœlestia sapuerunt. Et hoc, velut quæreretur causa, cur factum sit, quia sterilis, inquit, peperit septem, & multa in filiis infirmata est. Hic totum, quod prophetabatur, eluxit, agnoscentibus numerum septenarium, quo est vniuersæ Ecclesiæ significata perfectio. Propter quod & Ioannes Apostolus ad septem scribit Ecclesias eo modo se ostendens ad vnius plenitudinem scribere. Et in Prouerbiis Salomonis hoc antea præ-*

A *figurans: sapientia ædificauit sibi domum, & suffulsit columnas septem.*

10. Augustin. Gentilitas sterilis. Hoc Augustinus apponit, quia sequitur editionem Græcam LXX. & Hebrææ conformem: *Donec sterilis peperit septem, & multa in filiis infirmata est*: sed pergit ille: *sterilis enim erat in omnibus Gentibus Dei ciuitas, antequam iste fœtus, per quem eam factam fœcundam cernimus, oriretur. Cernimus etiam, quæ multa in filiis erat, nunc infirmatam Ierusalem terrenam, quoniam autem quæ filij liberæ in ea erant, virtus erat eius. Nunc verò quoniam ibi littera est, & spiritus non est, amissa virtute infirmata est.*

11. Hunc sensum Cantici præmissi siue litteralem propheticum, vt præ se fert S. Augustinus, B siue mysticum, vt alijs placet, & præfigurationum alij autores sunt assecuti, aut certe secuti.

S. Gregor. Anna figura Gentilitatis, Phenenna Synagogæ. S. Gregor. ad illud 1. Reg. 1. versiculo 2. *Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna: Quid per Phenennam nisi Synagoga exprimitur? & quid per Annam, nisi sancta Ecclesia signatur? Phenenna quippe filij fuisse referuntur, quia cùm Redemptor noster in carne apparuit, per legem quam dederat per prophetas, quos miserat, editos in fide filios in Synagoga inuenit. Anna autem non erant liberi, quia nouitia tunc, & cælesti sponso nuper coniuncta sancta Ecclesia, prædicando adhuc nequaquam pariebat;*

Cantic. *vnde vt ei eiusdem sponsi voce in Cantico dicitur:* C *Soror nostra paruula est, & vbera non habet: vel certè, non pro inæqualitate ætatis filios non habuisse dicitur, sed per infœcunditatem sterilitatis.* Et tribus verbis interiectis non rei nostræ, addit: *Sed notandum, quia Phenenna, quæ prius parere dicitur, vxor secunda nominatur. Prius quippe Synagoga in fide filios edidit, sed tamen dignitate Sancta Ecclesia, minor fuit. Secunda igitur vxor exstitit, non tempore coniugalis copulæ, sed inæqualitate prærogatiuæ.* Hæc S. Gregorius de more satis diserte.

12. Rupertus. Rupertus eodem loco lib. 1. cap. 5. addit ab Anna, & ab Isaia vnū & idem fuisse prædictum: cùm enim illud antecedens: *Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt*, sic D explanasset: *Famelici nos eramus gentiles, & Iudæi repleti panibus*, ita habet: *Ecquid? donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. In tantum dextera excelsi mutatio magna facta est in confractione fortium, & accinctione infirmorum, vt plurimos pepererit illa, quæ erat sterilis, vicissim infirmatâ illâ, quæ multos habens filios superbiebat: completâ prophetiâ, quæ per alium sic decantat: Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hymnum, quæ non pariebas*, &c.

13. Sed vt abstineamus ab eâ lite; an litteraliter hanc vicissitudinem numerosæ prolis Anna prophetauerit, & an Isaias illuc se vertat; certe hoc videtur non posse non concedi, historiâ E illâ, quasi quâdam imagine, & picturâ graphicè demonstrari commutationem, de qua agimus, & inter vtramque maximam intercedere analogiam: quam ipse non persequar vtpote lectori oculato conspicuam. Adiri poterit Franciscus Mendoza noster in locum 1. Reg. cit. in expositione litteræ num. 30. Nos Vatis nostri verba enucleemus.

14. Gentilitas cur sterilis. *Lauda sterilis, quæ non paris.*] Huius sterilitatis metaphoricæ caussa est ostendenda, quæ quidem proxima ea fuisse videtur, quòd non A haberet virum, hoc est Deum spirituali matrimonio coniunctum, à quo acciperet semen veræ doctrinæ ad concipiendum, & generandum filios. Hanc caussam attingit S. Gregorius adductus num. 17. & traditur ex hoc loco, in quo caussa fœcunditatis Synagogæ asseritur fuisse, habuisse virum. Quamobrem autem Gentilitas dignata non fuerit a Deo hoc spirituali coniugio, tot retro sæculis, altioris est inuestigationis, neque huic loco necessaria disputatio, de eâ nonnihil coniecto cap. 45. num. 51. cap. 49. num. 141.

Opponis: Si idcirco natio Gentilium non 15.
pariebat, quia non habebat virum, & vbi habuit, peperit plurimos, non fuit appellanda B sterilis ab Isaiâ: nam sterilis est, quæ etiam habens virum, non generat. Sed aduerte, hic *sterilem*, non ita presse & propriè capi, sed ita Sterilis, quæ.
vt sit eadem, atque liberis carens, vnde quasi id explanans ait: *Lauda sterilis, quæ non paris* Pagninus: *Quæ es vt mulier, quæ non pariebat*: itaque solùm proles excluditur, qualis, qualis caussa sit. Secundò: licet propriam sterilitatem tueri, si sentias, Gentilitatem, *donec venit plenitudo temporum*, donec Saluator aduenit, fuisse Galat. 4. v. 4.
sterilem, ineptam suscipiendo semini cœlesti, inhabilem partui, inidoneam conceptui, imò & coniugio innubilem: ac proinde verè, & C propriè infœcundam: de caussis huius infœcunditatis egi locis numero superiori citatis quam Christus suo aduentu sustulit, quia fecit *habitare sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Psal. 112. vers. 9. Nam, vt antea dixi, iucundior multo accidit fœcunditas sterilitati succedens: & præter exempla posita, Sara testis, quæ filiū vocauit Isaac, id est, *Risum*, gaudium ad ostendendū gaudij & lætitiæ magnitudinē.

Ideo Ecclesia e Gentibus hoc loco monetur 16.
laudare Deum, decantare laudem eius, & etiam Iubilum quid.
hinnire, quod est genus quoddam effusæ & exultantis lætitiæ: vnde emendanda aliqua vetera exemplaria habentia: *decanta laudem, & hymnum*: fortasse visum sit ita describentibus D minus decere hoc loco *hinnitum*: sed non est nouū, neque indecorum, ab animantibus transferre ad homines aliquam proprietatem.

Quoniam multi filij deserta.] Quæ suprà *steri-* 17.
lis, & non pariens, iam *deserta* dicitur: quod vo- Psal. 106. v. 35.
cabulum videri possit lectori acuto minus conuenire, quàm illud aliud, *sterilis*: nam deserta mulier in re, de qua agitur, existimanda est à viro derelicta, siue repudio, siue quouis alio pacto: quod in populum Gentilicum non cadit. Neque omnino effugeris, si pro *deserta* verteris cum aliis *desolatam*: nam eodem ferè reuolueris: cùm hoc quoque nomen indicet priuationem & absentiam eius, quod aderat.

Sed respondendum est primùm, desertum 18.
E quid bifariam dici solere, vel quod aliquando Inf. c. 61. v. 4. num. 206.
cultum, desierit coli, & hoc priuatiuè est desertum: vel quod nunquam fuerit cultum, sed ab initio neglectum, hoc est, negatiuè desertū: & vtroq; modo loca appellamus deserta. Quo posteriori modo Gentilitas deserta, seu desolata dicitur, quia eam Deus non curabat, & colebat. De hac Gentium desertione Paulus Act. 14. v. 15. *Annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terram, &*
mare, & omnia, quæ in eis sunt: qui in præteritis Sup. c. 42. n. 100.
generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

Ioan. I. cap. 17. vers. 20. *Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus.* Deus igitur, Deus ignorantiæ despiciens A est, neglegens Deus: quod comparatiuè est in eptum dictum, nempe Deum non æquè consuluisse Gentibus, atque Iudæis, non quod iis denegaret auxilia necessaria ad salutem, sed quod Iudæos magis excoluerit, & prouexerit, addens legi & lumini naturali lumen legis & doctrinę cœlestis: quod quia Gentibus olim non immisit, eos despexisse, & dereliquisse dicitur.

Gentiles olim fideles. Secundò autem Gentiles priori pacto, id est, priusquam legem acciperent, quia in illo maiores illorum ad fidelem Dei, & ad veram religionem pertinuerunt, à qua paulatim desciuerunt, & degenerauerunt: quod ex historia Geneseos intelligitur.

19. *Magis, quam eius, quæ habet virum.*] Altera pars collationis, quâ Synagoga postponitur Ecclesiæ quoad prolis spiritualis multitudinē: in qua hoc est explicandum, quid sit, *habere virum.* Quidam Deum exponunt: plus placent, qui legem: Dei Verbum, quod probe dicitur semen, quo proles spiritualis editur. Et quidem D. Paulus Roman. 7. vers. 1. legem Moysis cum marito componit, & inde deducit, quàdiu lex illa viueret, videlicet non potuisse Synagogam citra crimen adulterij, ab ea discedere, & alteri nubere: at lege illa, vt marito, mortuâ, liberam & solutam manere ad coniugium legitimum cum Euangelicâ lege, vt cum alio viro ineundum. S. Augustinus Psal. 112. vers. 9. citans hunc locum, *Multi filij eius, quæ per gratiam in senectute concepit, quàm eius, quæ ab ineunte ætate legis vinculo maritata fuit.* Et ego dico, *in senectute concepit*, intuere Saram matrem nostram in uno Isaac, quæ per omnes gentes mater filiorum vocatur. Sed nō est omittenda hæc animaduersio: Hebr. esse בעולה *b. hulah*, quæ vox coniugatam, & subiugatam significat, id est, vxorē sub potestate mariti: vt significetur status Synagogæ, qui fuit seruilis, & subindicetur status Ecclesiæ, qui est filialis, ac proinde ingenuus, ac liber, & homine libera iter educato dignus.

Virum habere, quid.

20. Huc collineauit Apostolus Galat. 4. v. 21. vbi sic: *Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancillâ, secundum carnem natus est: qui autem de liberâ, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ est nunc Ierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus.*

21. Adepti sumus ergo Paulum interpretē Isaiæ, & egregium explanatorem, qui sine vlla ambiguitate docet, sterilem, quam Vates ad lætitiam & iubilum inuitat, ob fœcunditatem diuinitus acceptam esse Ecclesiam collectam è Gentibus, & eam, quæ habebat virum, esse Ecclesiam veterem è solis Iudæis constantem, ac proinde minùs prolificam. Sic explicat dissertè inter alios Chrysost. Et quamquam hoc duntaxat videatur esse Isaiæ propositum, prædicere auctiorem multo fore multitudinem fidelium Christianorum, quàm fidelium Iudæorum: tamen quia vox illa Hebræa *behulah*, vt numero superiori adnotaui, subiectionē & seruitutem subinsinuat, repetitiuus quoq; est Apostoli sensus allegoricus, & typus, quem adducit.

Nam Agar ancilla & serua concipiens ex Abrahamo præfigurauit bellè Synagogam, quę ex Deo, sua ex lege concepit, & genuit filios, sed statu atque conditione seruili: nam proles sequitur ventrem. At Sara, quæ re, & nomine est Domina ac libera, præmonstrauit Ecclesiā Christi, quæ ex Deo, seu ex Euangelio peperit filios ordine & censu ingenuos ac liberos omnino. Itaque vt soboles e Sara fuit numerosior, & nobilior: sic soboles Ecclesiæ excellit & vincit Synagogæ filios nobilitate, ac numero. Vnde appositissimè Paulus versiculo 26. *Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris*, &c. nam cùm dicit: *quæ est mater nostra*, fœcunditatem; cùm ait: *quæ sursum est, libera est*, dignitatem commendat: neque cœlestem & triumphantem Ecclesiam intelligit, sed militantem, quæ reuera de cœlo descendit. 22.

Proles sequitur ventrē.

Ecclesia excellit Synagogæ.

Cur esse sursum Ecclesia Christi asseratur à Paulo, cum sit adhuc in terris, varias rationes Cornelius noster colligit. Ego ex Apocalypsi. 3. versiculo 12. & capit. 21. versiculo 2. confirmari posse existimo, vbi meo, & aliorum iudicio, Ecclesia militans describitur. Quod si nactus ero lectorem morosum, qui Synagogam & Ecclesiam veterem contendat quoque esse sursum & cœlestem, cùm fides, spes, & caritas, quibus illa quoque fuit ornata, è cœlo similiter essent delapsæ; ab eo lectore tenaci quæram, quamobrem hoc nomen *Regnum cælorum* sit attributum Ecclesiæ Christi, & post Euangelium excusum, ac frequentatum: cum in veteri Testamento fuisset inauditum; & quam mihi rationem attulerit, ex eâ ego illum reuincam, esse aliquid amplius cœleste, & supernum certè in Ecclesia, quod non fuerit in Synagogâ. 23.

Ecclesia Christi cœlestis etiam in terris.

Regnum cælorum, verbum est Euangelicum.

S. Ioannes Chrysostomus in epist. ad Galatas, Ecclesiæ dignitatem supra Synagogam non solum elicit in illa Apostoli allegoria e dignitate matris, quòd Sara fuerit nobilior, quam Agar, sed ex modo etiam generandi, quòd hæc genuerit secundum carnē, illa secundùm Dei promissionem: quæ differentia portendebat, nobiliori modo generandos fore ab Ecclesia Christiana filios, quàm fuissent geniti à Synagoga: quæ gignebat suos liberos per circumcisionem, quasi per stigma seruile in seruitutem, quo ad statum, & in spiritum timoris, qui est proprius seruorum: Ecclesia verò generat filios suos per baptismum, per aquam & Spiritum sanctum, veluti per insigne filiorum in libertatem, & ingenuitatem, & in Spiritu dilectionis, vt possint clamare: *Abba Pater.* Ioan. 1. versiculo 12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* 24.

Ecclesia excellentia.

Fideles olim ceusti ut serui.

Filios Dei fieri.] Scilicet adoptiuos, non solùm conditione, sed etiam statu, quod posterius defuit iustis antiquis: fuit enim in lege veteri 25.

Iusti antiqui statu inferiores.

iustus, filius quidem Dei, sed vt ingenuus paruulus sub actoribus & tutoribus, qui non est omnino liber, qui non potest liberè agere, & contrahere, donec veniat tempus definitum a patre. Sententia hæc est, & propè sermo diui Pauli Gal. 4. v. 1. *Dico autem quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit Dominus omnium. Sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad præfinitum tempus a patre. Ità & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.*

26. Si *hæres*, si *Dominus omnium* paruulus est, ergo est vere, & proprie filius, nam seruus non potest esse dominus, neque hæres necessarius: & tamen vt ait Paulus Apostolus, & Paulus iuris consultus, & vt iura decernunt, nihil differt à seruo, quoad liberum rerum suarum vsum, & dispositionem: vnde est sentiendum; esse filium quidem conditione; seruum verò statu: donec ad iustam ætatem peruenerit, in qua illis vinculis exsoluatur. Hoc idem euenit populo Dei prisco, ac proinde Paulus continuc: *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui erant sub lege, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Fuit lex Moysis loco tutoris, & actoris, & vt alibi idem Paulus, pro pædagogo, hunc Christus amouet, successit adoptio filiorum non quoad conditionem, nam hæc iam erat, sed quoad statum: quia homines exsoluti sunt illis vinculis legalibus, & seruilibus. *Quoniam autem estis filii*, addit Paulus, *misit* Deus spiritum *filij sui in corda vestra clamantem, Abba Pater. itaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per Deum.* hæres, i. maturus hæreditati adeundæ. De hoc discrimine filiorum Dei, veteris ac noui Testamenti vide Toleti nostri ad c. 1. Ioan. adnot. 35. valde eruditam, nostræque consentaneam, & iis, quæ adnotauimus ad ca. 1. v. 2. *Filios enutriui*, &c. n. 61.

Galat. 4. v. 4.

27. Sed & aliunde possumus excellentiam, & materiam lætitiæ in Ecclesiam transcribere, quòd eius sponsus, eius vir, ex quo citra virginitatis suę dispendium, sit prolem innumerabilem conceptura, & enixura non sit moriturus, aut ad senectam infœcundam, effœtamque deuenturus: quod incommodum accidit Synagogæ, quæ nupsit viro eiusmodi, idest, sermoni, legique quæ veterasceret, deficeret, essétque moritura. At Ecclesia desponsata est verbo Dei, eiúsque Euangelio testamento nouo, & æterno, quod numquam antiquabitur. Quod argumentum disputat egregie Paulus Rom. 7. ve. 1. & v. 4. colligit: *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi* (i. vobis mortua est lex, maritus vester) *vt sitis alterius* (sponsa) *qui ex mortuis resurrexit.* non ampliùs moriturus, neque in se, neque in sua lege: nam lex Euangelica per aliam legem non est antiquanda, sed per eam boni fideles in beatissimam Dei ciuitatem & æternam intromittendi. Et hoc quoque discrimen videtur attingere Vates Isaias hoc loco, cùm præponit Ecclesiam olim sterilem & desertam Synagogæ, quæ *habet virum*: tamquam ea, quæ non sit eum aliquando habitura. Adi Orig in c. 7. epist. ad Roman. lib. 6. qui cùm hoc Isaiæ vaticinium recitasset, ait: *Ponitur ab Apostolo homo sub lege constitutus vt mulier: quæ sub viro viuat. Virum autem ponit sermonem legis, quem virum mortalem dicit, qui est secundum litteram sermo legis.*

Alia Ecclesiæ excellentia.

Lex Euangelica perpetua.

Orig.

Vers. 2. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.

28. MVltiplicatá sobole, & familiá, laxari & amplificari ædes opus est. At cur habitaculum vocat tentorium, & tabernaculum? Primum, vt sit allusio ad tabernaculum & tentorium illud antiquum & insigne, in quo Deus commoratus est, antequam haberet templum: cuius tabernaculi forma describitur Exod. 36. quódq; fuit symbolū Ecclesiæ militantis, vt Tēplum fuit figura Ecclesiæ triumphantis. Quare eleganti locutione tropicā prædicitur Ecclesię Christianæ in terris amplitudo futura cū iubetur dilatare locum tentorij sui, & pelles tabernaculi sui extendere, longioresque facere funiculos: eiusdem verò stabilitas & firmitudo postremis his vocibus ostenditur. *Et clauos tuos consolida.*

Tentorium cur hic.

29. Tametsi *tentorium* substitui potuisset pro domo, quia principio homines in tētoriis habitare cœperunt, & aliquæ nationes in præsens hunc morē retineant: sed potiùs eò propendeo: vt credam attendi vsum communem, & cōsentaneum tentorij, quod est accommodum viatoribus & militibus; quorū vtrique cum vno loco nequeāt consistere, indigēt habitaculis mobilibus, quæ facilè frigātur, & refigātur. Quod vtrumque conuenit fidelibus mortalibus: nam & sunt viatores, & militant: vnde nomen tractum. *Ecclesia militans, Ecclesia castra*, & similia multa, quæ præ se ferunt, fideles omnes simul bellum, itérque facere: atque adeò non posse in ædibus fixis, sed in tentoriis translatitiis habitare.

Fideles hic sunt viatores, milites.

30. Esset aliud genus hominum incolentium tabernacula, nempe pastores, de quo frequens mentio in paginis sacris, & nonnulla in Vate nostro cap. 38. vers. 12. *Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum.* Quæ notio non minùs congruit Ecclesię, quàm superiores duæ: cùm quicumque sunt intra Ecclesiam, aut sint Pastores, aut grex, eiusdē conditionis, atque naturæ, gradu duntaxat, & ordine differentes, ac proinde habitatione eādem indigentes. Ergo cùm viatorum, militum, pecudum, pastorumque nimiopere augendus esset numerus, eâ proportione laxari, & dilatari tentorium & tabernaculum oportuit, quo neminem sese istuc recipientem præ angustiis excluderet. Nam priscum tabernaculum cùm ad solam capiendam Synagogam solius Iudææ finibus conclusam esset erectum, & statutum, seu potiùs substitutum, amplum esse non fuit opus. Ad illas igitur angustias attendens Isaias ait: *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende* (regebantur enim tentoria pellibus ad arcendam cœli intemperiem) vt possis nouam & multam familiam accessuram admittere: sed viatoriam, sed militarem, vnde non eis sedes immotas, sed tentorium mobile, moneo, vt appares, & laxes.

Ecclesia pastorum.

Patrias

[illegible] x [illegible] qui[illegible] Dei populus [illegible] sten [illegible] di- [illegible] nicuit, quod [illegible] S. A- [illegible] Hebr[illegible] loquens [illegible] Abraham: *Fide demoratus est in terra repro- m[illegible] tanquam in aliena [illegible] cum Isaac [illegible] cohæredibus [illegible] Expectabat enim fundamenta habentem ciui- tatem, cuius artifex & conditor Deus. Demoratus est, [illegible] incola [illegible] in taberna- culis [illegible] quibus quippe [illegible] arte humana factis opp[illegible], ciui- tatem [illegible] fundamenta, cuius artifex est ipse Deus,* & [illegible] vers. 13. *[illegible] confitentes quia pere- grini [illegible] super terram, qui enim hoc di- [illegible] cant se patriam inquirere.*

Ergo quibus non ad manendum palatia, non ædes, aut sedes stabiles, fixæque, sed ad incolendum tentoria plicatilia, tabernacu- la [illegible] & mobilia apparantur, necesse est [illegible] Sanctorum hominum veterum, ac re- [illegible] exemplo, se incolas, peregrinos, ac [illegible] : & habentes alimenta, & qui- bus tegantur, iis contenti abstineant se à car- nalibus desideriis militantibus aduersus ani- mam: arma & cibaria necessaria portantes ab- iiciant reliquam sarcinam, qua non adiuuan- tur, sed opprimuntur, ne iter facere, & bel- lum gerere possint.

Omnes nos esse peregrinos docui ad c. 14. num. 68. Quo respectu S. Petrus epist. 2. c. 1. versiculo 13. 14. dixit: *Iustum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione, certus quòd velox est depositio ta- bernaculi mei*. siue Petrus corpus mortale vocet tabernaculum, siue habitationem terrenam, præsentemque peregrinationem donec hoc oo- mine. Quare quamdiu sumus in mundo, non requiem & sessionem meditemur, sed viam & motum: non pacem, sed militiam & bel- lum: ideo enim Ecclesiam ingredientes in ten- toria recipimur.

3[illegible] Tentorium singulare & tabernacula in plurali. Illud verò, quod *Tentorium* sit singulare, & *Tabernacula*, plurale, an esset dignum obser- uatione, dubitabam, sed quoniam per se est vtile, & à graui obseruatore profectum, a Be- nedicto, inquam Aria, referre placuit. Ecclesia vna in variis ordinibus hominum. videlicet prius nomen pertinere ad vnitatem Ec- clesiæ, quæ in articulis principalibus Fidei nunietatur: posterius ad distinctionem gra- duum, quales sunt Apostoli, Prophetæ, alii- que notissimi. Nam vt Arca nauisque Noë vna fuit & in varia tabulata, in diuersa recepta- cula affabre est descripta, & distributa: sic Ec- clesiæ vnitati non repugnat graduum & ordi- num distinctio.

34. Ecra vacat. *Ne parcas.*] Nisi penitiùs inspiciatur, vi- deri possit otiosum monitum. Aliqui sup- plent: labori, i. ne parcas lab[illegible], aut sumptui, in dilatando tent[illegible]. [illegible] hoc modo exposi- Forer. tum non vacat Forerius quia verbum Hebræũ est *cogitare*, putat reddendum: *Ne cogites*: & ex- ponendum: ne dubites, nam cùm quis audit rem insolitam, & admirabilem, solet cogitare, Pag. Vat. & dubitare. Alii vt Pagninus & Vatablus ver- tunt *Ne prohibeas*: quæ versio si admittitur, si- Lucius in- ter. mulque intelligitur haberi sermo cum Ecclesiã nuperã ex Hebræis collecta, existet sensus non Supr. 46. v. 6. absimilis ei, qui traditus cap. 43. vers. 6. *Dicam*

Aquiloni da [illegible] noli prohibere [illegible] meos de [illegible] procul. E[illegible] undum est le- ctori.

Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. [illegible] 5. Claui ten- torij.
sion, pa[illegible], hos vocat *claues*, [illegible] delig[illegible] tam, q[illegible] pluries [illegible] stincam. itaque [illegible] met[illegible] tam, & idcirco [illegible] longiores [illegible] debere funiculos, q[illegible] est multo maius. Neque est quod qui [illegible] tum in singulis partibus mysteria [illegible] dum in scirpo quærat, quod alias in conti[illegible] genere est monitum. Quemadmodum [illegible] ta- bernaculum a Moyse, Dei iussu, & descriptione Iosephus factum desigeretur, firmareturque, scribit Io- sephus lib. 3. Antiquit. c. 5. nempe præacutis columnarum basibus desigi solitum, deinde ex annulis bases ambientibus clauis cubitalibus, & funibus fortissimè religari. Vnde patet allu- sio manifesta ad priscũ Tentorium, quod cum fuerit quadrilaterum, & vnum quodque latus respiceret vnam ex quattuor plagis mundi, cer- nitur expressior typus Ecclesiæ, ad quam vndi- que futurus esset concursus, supra c. 43. v. 5.

Denique quia tabernaculum construitur & 36. fit ad protectionem, & ad requiem, & vtraque reperitur in Ecclesia, minor quidem in militan- ti, maior verò in triumphanti, tabernaculum vtrique signandæ seruit hoc loco, militanti, & ca. 33. vers. 20. triumphanti, vt illic expono, vbi neque claui vnquam reuellendi, neque funes rumpendi prædicuntur.

Vers. 3. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: & semen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates desertas in- habitabit.

SAnctus Augustinus lib. 1. de consensu Euan- 37. S. August.
gel. cap. 32. *in dexterã* bonos, in sinistrã ma- Dextera & sinistra pro,
los accipit. Verùm etsi Ecclesia præsens cum quoque ver-
grano paleas, & cum tritico zizania habet, & sus.
tolerat peccatores scilicet fideles, id tamen nũc non agitur, sed quoquo versus, & in omnem mundi partem & plagam fore propagandã Ec- clesiam significatur: nam dextera & sinistra ali- bi etiam vniuersalitatem designat. Vide Genes. 13. v. 9. *Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tene- bo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Vbi terram vniuersam diuidit in dexteram, & sinistram, sub eis comprehendens alias duas partes, anteriorem, & posteriorem. Vnde Isaias videtur vaticinari, quoquo versus producen- dos esse fines Ecclesiæ.

At quoniam dextera pro rebus prosperis, &
læua pro rebus aduersis frequentiùs sumitur, 38.
& hic Ecclesiæ progressus & accretio descibi Prospera & aduersa Ec-
tur, quæ inter vtramque fortunam cursum te- clesiæ prouti.
nuit, & afflatu, ac reflatu ventorum promota & producta est, non fuerit absurdum in hanc sen- tentiam exponere: *ad dexteram, & ad leuam penetrabis*. certè hac vicissitudine rerum, & quasi varietate tempestatum Ecclesiam adole- uisse nihil est certius. Cui interpretationi vnus affauet Haymo: neque non Hebraicum verbum

verbum [illegible] *parats, rumpere*, seu perrumpere, & Latinum, *penetrabis*, quo subnotatur ali[illegible]a resistentia. quare apte Vates proxime min[illegible]it *lauæ*: Ad de[illegible]eram, & ad læuam penetrabi[illegible], per rumpes, obstantia quæque & [illegible] peruinces: illud ipsissimum: *Portæ inferi non præualebunt aduersum eam.* Matt. 16. vers. 18. [illegible] quo cap 41 num 153.

39 S Paulus, qui non minùs, quam qui maxime, in Ec[illegible]esia Christi propaganda laborauit, hanc phrasim nobis visus est exponere 2 Corin. 6. v. 7. [illegible]am cùm antea dixisse[illegible] vers. 4. in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros in multa patientia, &c. addit: *per arma iustitiæ a dextris & à sinistris: per gloriam [illegible] ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces*: annectitque alia vicissim prospera, & improspera, docétque Euangelicos satores, & agricultores, Ecclesiæ edificatores, & magistros per vtraque æqualiter incessuros, neque rebus secũdis elatos, neque aduersis deiectos, sed vbique erectos, iustitiæ arma vibrantes.

2 Cor. c. 6 v. 7.

40. *Et semen tuum gentes hæreditabit.*] Si hæc oratio dirigeretur ad Christum, si ad Ecclesiam constantem initio ex solis Iudæis, nihil esset inconcinnum; at cùm paulò ante docuerimus, dirigi ad Ecclesiam collectam è Gentibus, nam hæc sola dici potuit sterilis, non pariens, carens viro vers. 1. qui conuenit nunc ei dicere, *semen tuum gentes hæreditabit*? si semen eius nihil aliud sunt quam Gentes, quomodo Gentes hæreditas erunt gentium?

41. Interpretum nobiscum sentientium neminem video hærere in hoc: ego quidē hæreo, & vix me extrico; scribo tamen quod in præsens occurrit, quò aliis dem occasionem meliùs extricandi.

balibra.

Ponendum: hîc ab Is[illegible] prædici principaliter vocationem & accessum Gentilitatis ad fidem, obliquè verò Synagogæ repudium: illis verbis vtrumque. *Multi filij desertæ magis quam eius, quæ habet virum*: quo subobscure dicitur, quæ erat sterilis, fore fœcundam, & quæ fuerat fœcunda, fore sterilem. Deinde obseruandum *hæreditare Gentes*, seu esse hæredem Gentium, esse aliud nihil, quàm eas Christo per fidem acquirere, Christum immittere in possessionem earum, quod dicebat, faciebatque Paulus: *Pro Christo legatione fungimur: reconciliamini Deo.*

Hæreditare Gētes, quid.

42. Quibus expositis: quod fuerat promissum semini Abrahæ carnali, si staret promissis, & pactis: fore vt hæreditaret vniuersas Gentes, id est, ad fidem, & Euangelium attraheret prædicando Messiam sibi missum, & à se toto, totis visceribus admissum; id, quia manus misit in Christum, & tam inexpiabile scelus admisit Isaias vaticinatur esse transferendum in *semen* spirituale Abrahæ, in Gentes, vt ipsæ seipsas veram religionem docerent, & aliæ alias ad Christum adducerent. Nam Gentiles à paucis Apostolis, & discipulis eorum Iudæis edocti orbem & nationes vniuersas Euangelio repleuerunt: vt in massâ magnæ molis vna pars modica fermentata reliquas fermentat.

Gentiles alij alios docuerunt.

43. Vnde habet suam vim pronomen *tuum*, *semen tuum*, ac si apertius: non æmulæ tuæ synagogæ, ad cuius semen, nisi exstitisset ingrata, & repudio digna, pertineret hæc hæreditas, sed *semen tuum Gentes hæreditabit*: in locum illius exhæredatæ tu substitueris: tu, nō illa, per reli-

Typus Gentilitatis.

gione[illegible] do[illegible] sibi H[illegible] m præ[illegible] S[illegible]ra, [illegible] & nomine [illegible] *ra* Hebraice est *[illegible]ncep[illegible]* [illegible] rauit [illegible]anto, [illegible] p[illegible]ulat [illegible] 1. v. 10 *[illegible] ancillam* [illegible] *me[illegible]* [illegible] *enim erit hæ[illegible] [illegible]ius ancillæ cum filio meo [illegible]*

Quod cum [illegible] al[illegible] [illegible]uiter accepisset, Deus iussit il[illegible] & [illegible]tu[illegible] est il[illegible]s [illegible] cibus: *Q[illegible] [illegible] I[illegible] vocabitur tibi [illegible]en.* Hoc totum fuisse a[illegible] go[illegible] & typ[illegible] in qu[illegible]is pe[illegible]le agno[illegible] ex euen[illegible]. Sed [illegible] placuit [illegible] vt id Paulus Apostolus [illegible] Gal[illegible] v. 22. 30. qui inter euoluendi[illegible] rum verborumque vmbr[illegible] hunc Isaæ [illegible]. *Lauda sterilis* [illegible] mer. 20. p[illegible]t subiicit: *Nos autem fratres secundum Isaac, filii promissionis sumus*: cum [illegible] tentionem inter Isaac & I[illegible]maelem retulisset, quæ portendebat pugnam futuram inter Iudæos, & Gentiles, & verba e Genesi rec[illegible] posuisset, quibus I[illegible] ab hæredi[illegible] pe[illegible]tur, finit caput illud Apost[illegible]us: *Itaque fratres non sumus ancillæ filij sed liberæ: qua libertate Christus non liberauit.* 44

Gal. 4. v. 28.

Non insulse alicubi S. Augustinus [illegible] Apostolū consulit, & præ[illegible] [illegible] tuito: ita: *Paulum recito idoneum iuris [illegible] [illegible]sultum: nam & causidici habent hodie Paulum dictantem iura litigatorum, non Christianorum.* Ergo Paulus Apostolus iuris d[illegible] peritissimus, & ciuilis non ignarus, ingenio[illegible] [illegible]gumentatur: filios ancillæ quippe seruos, [illegible]am proles sequitur ventrem, non debere esse hæredes, sed filios liberæ, vtpote ingenuos: nam hoc iura & æquitas statuunt: & Deus ita faciendum decreuit, iudicauitque cùm Abraham & Sara de eâ re litigarent, & ille vellet Ismaëlem ex ancilla natum ad vncias aliquas hæreditatis admittere: hæc verò contra fortiter contenderet, filium suum Isaac, quippe solum ex se liberâ susceptum fore hæredem ex asse: & Ismaëlem vnà cum matre pellendum è domo: quibus ad hunc modum litigantibus, Abrahamo dixit Deus: *Nō videatur asperum super puero, & super ancilla: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen.* 45.

A[illegible]

Filius ancillæ est [illegible]

Gen. 21. v. 12.

Quæ cùm ita sint, sitque hæc typica, & Agar prætulerit personam Synagogæ, & Sara personam Gentilitatis, inde consequitur Synagogæ filios vt seruos exhæredandos, & à domo, ab Ecclesiâ pellendos. Gentilitatis verò liberos totius hæreditatis fore Dominos, & possessores. hic totus fere est Pauli Apostoli excursus, & ratiocinatio. Quibus sic intellectis, facile intelligitur Vates noster hoc loco: cū alloquens Gentilitatē cui gratulatur sterili præponendam fore maritatæ, & fœcundæ, affirmat: *Et semen tuum Gentes hæreditabit*: exstinctis enim Apostolis, aliisque paucis Iudæorum ad Euangelium aggregatis Ecclesia Christi mansit in Gentibus: quæ Ecclesia quoniam occupauit mundum vniuersum, & eius iugum suaue, quippè iugum Christi prudentes & volentes subierunt omnes nationes, & gentes, probè ex stylo S. Scripturę prędicitur hęreditatura gentes, id est, eis imperatura legesq; dictura: vt quod dictum est ad Christum à Patre 46.

Ps. 2.

Psalm. 2. versiculo 8. promittitur dici Ecclesiæ nuper enatæ e Gentilibus, tunc paruulæ: *Postula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea*, &c. Et verò hanc tam amplam posses-

47. sionem, tamque infinitam non adiuit Christus Dominus in Ecclesia e solis Iudæis constanti, neque in eà, quamdiu vixerunt Iudæi fideles: sed multo post eorum obitum in Ecclesiâ è Gentibus, vt patet ex historia Ecclesiastica. Hæc est hæreditas, hoc regnum quod Christus minatus est auferendum Iudæis, & conferendum *Genti facienti fructus eius*. Matth. 21. v. 41. & Psalm. 11 . vers. . *Virtutem operum suorum annunciabit populo suo, vt det illis hæreditatem Gentium*. vbi Genebr. *Tacita est vaticinatio de conuersione Gentium*: etsi illa addit: *per Apostolos*, nam id facile intelligitur, scil. mediatè.

48. Quare, si semel statuerimus, Ecclesiam Christi absolutè coactam esse, & constare e Gentibus, qui olim vniuersè, & vt alterum membrum, opponebantur Iudæis, quod certe SS. Patres statuunt, quia pauci ex Iudæis crediderunt, planum fit quemadmodum promittatur Gentilitati, eius semen, seu filios fore imperaturos vniuersis populis, vno verbo, Regnum Christi, quod est eius Ecclesia, præualiturum esse reliquis regnis eisque iugum impositurum. Hoc est argumentum illius memorabilis insomnij, & visi, quod Deus immisit Nabuchodonosori, quodque per Danielem exposuit capite 2. vbi versiculo 40. *Et regnum quartum erit velut ferrum, quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc.*

49. *Ecclesia Romana prin. ... asseri.* Denique si hoc generale vocabulum, *Semen tuum*, placeat alicui aptare Ecclesiæ Romanæ, Sedique Apostolicæ, quæ est Princeps, regina, atque caput aliarum Ecclesiarum id faciet non inuito doctissimo Alcazare in totâ suâ Apocalypsi, & facilior erit explicatus, & adiuuabitur à S. Leone summo Pontifice serm. 1. de Natali Apost. Petri & Pauli, qui Romam alloquens ait: *Isti sunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta latius præsideres religione diuinâ, quam dominatione terrenâ. Quamuis enim multis aucta victorijs, ius imperij tui terra, marique protuleris: minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quàm quod pax Christiana subiecit.*

Ergo Gentilitatis hoc *semen*, vt est expositum, quem non valuit ferro perdomare mundum totum, ligno Christi perdomuit.

Et ciuitates desertas inhabitabit.] Ciuitates vastas, & deuastatas spiritualiter, per idololatriam, & alia scelera inde consequentia. Vel vaticinatur Orbis noui inuentionem, & possessionem eiusdem a Principibus Christianis adeundam. *Orbis noui inuentio.*

Vers. 4. Noli timere quia non confunderis, neque erubesce: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

QVominus ista Ecclesiæ Gentilitiæ conueniant, *viduitatis* nomen obstat, iudicio 50. *Difficultas. Gentilitas quomodo vidua.*
multorum, quorum aliqui cum eo non demouentur a vera sententia, quæ Ecclesiam ea gentibus constanter agnoscit, disquirunt quomodo *vidua* appelletur, quæ si propriè dicta sit *Solutio.*
non habere virum. Sed me ea difficultas non implicat, qui nullam maiorem video in vocabulo, *vidua*, quam in vocabulo, *deserta*: quare quemadmodum expliçui numer. 18. Gentilitatem dicendam esse *desertam*, sic explico hîc eam dici *viduam*; quia in suis primis parentibus Deum coluit, habuitque pro sponso & viro, a quo deinde discessit, & a quo est derelicta. Cuius apostasiæ & repudij quia eam pudere posset, ac deberet, Deus solatur, seu Vates Dei nomine hoc præsenti sermone promittens ita pristina flagitia & peccata tollenda, vt eorum etiã memoria penitus deleatur, vel apud ipsam gentilitatem: indicium perfectissimæ remissionis, & in melius mutatæ fortunæ. Nam vt ingens sterilitas succedens in Ægypto caussa fuit, *vt obliuioni traderetur cuncta retro abundantia*: ita vicissim magna rerum copia & felix conditio obliterat, & obliuionem inducit superioris miseriæ: id vaticinatur Isaias futuræ Ecclesiæ gentilium. *Ge. 41. v. 30. Fortuna contraria succedens obruit memoriam antecedentis.*

At quoniam constitit, quæ fuerit eius *viduitas*, videndum restat, quæ sit *adolescentia* inhonora, atque pudenda. Ita enim ait: *Non te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris: & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.* Itaque quoad materiam cõfusionis, & probri cõparat, & æquiparat adolescentiã & viduitatem: quod est captu difficile. nam viduam esse expositam probro, & ludibrio haud mirum, quippe solam, & derelictam: vnde Deus in S. Scriptura se patronum ac defensorem nõ minus viduæ, quam pupilli & orphani profitetur, ob vtriusque parem solitudinem obnoxiam iniuriæ. At fœmina adolescens, virgo nobilis, & nubilis solet plures habere procos, & amatores, a quibus colitur, expetitur & petitur in matrimoniũ: atque adeò non modò non est adolescentia probro, & pudori, sed magno potiùs decori, & honori. 51. *Adolescentia gentilitatis.* *Viduitas obnoxia iniuria.* *Defenditur à Deo.* *Virgo nubilis quæ probro.*

Sed hæc ipsa obiectio allatura est nobis commodam solutionem. nam virgo adolescens, matura connubio, si nullum habeat procum & amatorem, probrosa, & inhonora efficitur, quia creditur nihil ei inesse, cur diligatur. Et hoc accidit gentilitati, ex quo degenerauit, vsque ad tempus Saluatoris, qui Æthiopissam fœdidissimam & turpissimam voluit ducere sponsam, cùm eam suo sanguine dealbasset, ornassétque. Ergo eius temporis, longique tractus, quo ab vnico amatore, & sponso Deo fuit neglecta, & despecta: (recurre ad num. 18. & ad e. ibi citatum) & ipsa, prò dolor, & pudor! vltrò quæsiuit turpissimos & probrosissimos amplexus, se prosternens vt meretrix cuiuis idolo, neque ab eo pretium operæ meretriciæ recipiens, sed potiùs ei dona offerens huius adolescentiæ, recordatiu omnino delenda promittitur; ac proinde coniugium honorabile, thalamus castissimus, & sanctissimus, pulcritudo amabilis, hæc omnia habet promissa obliuio *confusionis adolescentiæ*. 52. *Gentilitas probrosa à Christo honorata.*

Opprobrabat quondam Synagoga nupta fœditatem & fuscedinem gentilitati innuptæ, & ob eam iudicabat indignam, quam Deus in coniugium admitteret. Eius rei habes figuram 53. *Iudæi despiciebant gentium.*

Num,

Typus Christi ducentis Gentilitatē sponsam.

Numer. 12. vers. 1. vbi Maria & Aaron nomine totius populi Iudaici, indigne ferunt à Moyse fratre suo ductam fuisse in matrimonium Æthiopissam, hoc est, vt in typo, à Christo ad fidem & sponsalia, quæ fide mediâ fiunt, admissam fuisse Gentilitatem idololatriâ, & præputio fœdam, & fuscam. Quæ in Canticis c. 1. v. 5. modeste se tuetur & vindicat aduersùs inuidia, & calumnia Synagogæ æmulæ, *Nigra sum sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sim quia decolorauit me sol.* Nigra sũ, ex me, fateor, a natura quippe Æthiopissa; sed nihilominus, formosa ex gratiâ sponsi, qui me indignam suo dignatus est coniugio, qui me suo sanguine purpurauit, & ornauit. Sicut tabernacula Cedarena, foris fœda, intus splendida: nam *omnis gloria filia*, & sponsæ *regis* Christi *ab intus.*

Aug. serm. 201. de Tempore.

Ps. 44. v. 14.

54. *Viduitas & adolescentia in Gētilitate.* Ergo quæ ex fuscedine & turpitudine natiuâ transiuit ad tantam pulcritudinem & dignitatem, meritò obliuiscitur confusionis præteritæ, & opprobrij. Sed adhuc superest adolescentiam a viduitate distinguere, & ostendere quæ fuerit vnaquæque in Gentilitate. Citò me expedio, asserens, vnum & idem fuisse tempus vtriusque conditionis & status: nam etsi in ipsâ proprietate rerum id non accidit, sed præcedit in fœminis adolescentia, in quâ sunt nubiles, & aptæ connubio, deinde succedit ipsum connubium, quo fiunt matresfamilias: postremò si mors priùs maritum occupet, remanent viduæ: tamen in eâ metaphorâ, quam Vates ducit, & in re significata per illam: adolescentia probrosa Gentilitatis, in quâ a Deo, qui solus esse poterat eius sponsus, negligitur; eadem reputatur vt viduitas, quia caret viro, non secus, ac si illum amisisset: nam quoad prolem suscipiendam, de quâ præcipue nunc agitur, tantumdem est carere marito, eo quòd non sit, qui velit cõtrahere matrimonium, ac esse viduum: quoad probrum verò ex orbitate filiorum, maius est in muliere nubili cùm maritum non inuenit, quàm in viduâ. suprà c. 4. v. 1. *Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.*

55. *Opprobrium nostrum*: duplex: vnum sterilitatis, orbitatis liberorum: alterum, nos negligi à viris, manere innuptas, quòd nemo nos ducere velit vxores: & si hoc ipsum erat probrosum, à fœminis viros ambiri, & postulari in matrimonium. Ergo ad rem nostram, *Adolescentia*, nubilis & innuptæ, *Viduitas*, & sterilitas pro vno & eodem sumitur hoc loco: & inde natam infamiam obliterandam esse omnino promittitur Ecclesiæ è Gentilibus colligendæ.

Vers. 5. Quia dominabitur tui qui fecit te: Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.

56. VErbum futuri, *Dominabitur*, vt adnotatũt, & vertetunt iam multi, est etiam idem, quod *maritabitur*, seu *maritus erit*, neque officit id Latinæ versioni, cum maritus sit Dominus vxoris, Genes. 3. versiculo 16. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*: id indictum est fœminæ, quæ ex viro facta est, e costa lateris, quasi æqualis: at toti genti, toti populo Gentili, quasi vni mulieri quæ non ex Deo, sed à Deo facta est, nunc prædicitur: *Qui fecit te dominabitur tui*, vt maritus, sub eius potestate eris. Vir tuus futurus est, *Dominus exercituum nomen eius*: potens auferre opprobrium sterilis adolescentiæ, & viduitatis tuæ: quare confidito, ne dubita te prole promissa augẽdam. Cognomenta Dei accumulata *Dominus exercituum, Redemtor, Sanctus Israel, Deus omnis terra*, ostendunt rem promissam esse magnam, sed certissime efficiendam De singulis cognominibus aliàs sæpe dictum.

Vers. 6. Quia vt mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus.

HÆc videri possint explanata versiculo 4. & versiculo 1. num. 18 ex adnotatis enim vtrobique cognoscitur, quemadmodum Deus dereliquerit Gentes, ad tempus: & eas rursus in coniugium spiritale reduxerit. Sed si cui placuerit vnà cum Aria Montano, nomen *mulieris derelictæ* protendere, vt complectatur vniuersam naturam humanam, quam post Adæ peccatum Deus quadamtenus dereliquit (nam opem sufficientem ad salutem nunquàm subtraxit) & postea in Christo dixit, duxitque coniugem: non repugno, sed eum mitto ad cap. 49. vers. 14. 57.

58. *Gentilitas prior Synagogâ.* At iuxta eam intelligentiam, cui insistimus, *mulier derelicta & mœrens*, eadémque *vxor abiecta ab adolescentiâ* est Gentilitas prout opponitur Synagogæ, quæque est tempore prior, nam Synagoga, seu populus Israeliticus, aut Hebræa Respublica (quæ omnia nomine, non re differunt) cœpit ab Abrahamo, eodémque tempore ortus est Gentilismus, hoc est, reliquæ Gentes à vero Numine, eiusque cultu delapsæ, ad varias superstitiones, spuriasque religiones digressæ sunt. Quod dissidium populi colentis Deum verum, & aliorum diuertentiũ ad idola videtur accidisse paulo post diluuium generale: nam ante hanc diem, etsi *multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*, non tamen apparet peccatum idololatriæ quod ad c. 46. num. 4. ex S. Cyrillo confirmo.

Idololatria initium.

Gen. 6. v. 5.

Paulo post diluuium ortam fuisse idololatriã fit valde probabile, vt ibidem videor ostendere: atque adeo ex eo tempore cœpisse Gentilismum. Videndus est noster Iacobus Salianus in suis Annalibus, an. mundi 250. numer. 8. 9. & schol. 7. vbi eruditè hoc, vt alia, tractat, refellitque sentientes idolorum originem esse coæuam Enos, tertio ab Adamo quæ opinio falsa manauit è versu vltimo c. 4. Genesis perperam interpretato.

59. *Ætas adolescentiæ mundi.* Ergo post eluuionem Noëticam incepit repudium Gentilitatis, quod tempus respectu mundi, & humani generis vocari potest *adolescentia*: nam aliis aliter ætates mundi [illegible] partientibus, & ordinantibus, conuenit inter omnes, primam

p[illegible] ab Adamo [illegible] ad N[illegible] [illegible] a [illegible] ad Abraham [illegible] prima æt[illegible] puertia, [illegible] [illegible] ol[illegible]centia [illegible] chr[illegible] [illegible] quo Gentilitas d[illegible] *vxor [illegible] ab adole[illegible]*.

60. Quod si *adolescentia* Gentilitatis non co[illegible] spectu dicitur, potest [illegible] ætas florida, non fœmina [illegible] abiecta in senectâ marcidâ, rugosa, & [illegible] non [illegible], neque [illegible] nim[illegible] derelinqui in iuuentâ & adol[illegible] [illegible], viridi & florenti, in ea ætate qua solent mulieres esse gratiosiores, & amabiliores, [illegible] probrosum [illegible], vt explicat num. 52. illud vers. 4. *Confusionis adolescentiæ suæ oblivisceris*: ad quem locum [illegible] melius capiendum oportebit aduertere [illegible], vt fœmina adolescens, pulchra, florens, & per se amabilis, vitio solius [illegible] derelicta, & abiecta; quod cum euenit, fœminæ est non dedecus, sed miseria: at cùm [illegible] non possit viro, vxorem deserere, omne probrum & dedecus in eam recidit; & creditur eius adolescentiam ex se commendabilem, tot malis, & incommodis esse vitiatam, vt maritum coëgerit abscedere. Id omnino accidit Deo respectu Gentilitatis, quæ cum in adolescentia, id [illegible], post diluuium, & post tam generale, & tam acre supplicium deberet esse melior, honestior, Deoque gratior, cautior in agendo; se potiùs fœdissimis flagitiis contaminauit, & non modò erga virum suum, nempe Deum amisit caritatem, sed etiam spem, & fidem diuinam prodidit, seque ad dæmones, & idola transtulit vt vile prostibulum, & infamis adultera: quam quia Deus abscedere permisit, eamque suis donis & ornamentis supernaturalibus exspoliauit, idcirco vocat Vates *derelictam*, & *abiectam*: Dei enim tanta est benignitas, vt numquam deserat nisi priùs se deserentes, & non abiiciat nisi eos, qui diuinæ gratiæ renunciant. L X X. negationem præponit hoc modo: *Non vt mulierem derelictam, &c. vocauit te Dominus; neque, vt mulierem ab adolescentiâ odiosam*, &c. Contrario omnino sensu: quem Leo Castrios enititur componere, affirmans, in Hebræo esse interrogationem talem: *Non vt mulierem, &c.* quę habet vim negationis, expressam a L X X. hæc Castrius, qui hic peccat affirmando audacter dictionem [illegible] *chi*, esse hoc loco notam interrogationis, ex eo, quod alibi sit: & quod grauius est, tacite reprehendendo Latinum interpretem, qui id non viderit, & contrarium sit secutus. Sed iam lis hæc æstimata est, vbi ita Græca lectio dissentit a Latina, vt cõciliari nequeant; credendum Græcam laborare.

61. Sed qui non derelinquit nisi derelictus, neque abiicit nisi desertus [illegible] vltrò desertores, & perfugas abiicit & ad [illegible] sine violentia [illegible], id in versu sequenti.

Vers. 7. Ad punctum in modico dereliqui te: & in miserationibus magnis congregabo te.

Vers. 8 In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.

E Superiori commentario [illegible] quod *punctum*, qu[illegible] *modicum*, [illegible] *momentum indignationis*, in quo [illegible] Gentium [illegible] miserationem magnæ, & [illegible] dem [illegible] tempus a diluuio, & vocatione Abrahæ [illegible] aduentum Saluat[illegible] Gente per viscera misericordiæ [illegible], & sempiternæ.

Præsens versus est [illegible] superioris, quo Deus [illegible] comparauerat mulieri derelictæ, & [illegible] ab adolescentia abiectæ. nam illud vers[illegible] *[illegible]cauit te*, & alterum, *dixit*, idem est [illegible] uit te vt talem mulierem. Nunc verò [illegible] qualis fuerit illa derelictio, & abiectio, [illegible] breuis, ad punctum, ad momentum tam breuis, vt pro nulla æstimari possit. 62.

Ex quo melius poßemus conciliare Græcum interpretem cum Latino in versu 6. superiori, si diceremus, quia derelictio fuisset ad punctum, idcirco Græcum dixisse: *Non derelinquo*; & quia etsi non diuturna, quia tamen fuisset derelictio, idcirco Latinum ex incorrupto codice Hebræo dixisse: *Dereliqui te.* 63. *Conciliatio Græci cum Lat.*

Sed obuersatur statim ob oculos, quemadmodum sit verum, hanc derelictionem fuisse momentaneam: cum nos, & passim auctores accipiant spatium interiacens inter Abrahamum & Christum, quod bis mille, & amplius annos continet. *Longum tẽpus apud Deum est punctum.*

Velificari sibi videri hoc loco Iudæorum studiosos ait S. Hieronymus, quòd hæc Ierosolymæ, & non alij conueniant, sed non explicat S. Doctor, quomodo ij auctores adaptent, id est, de quo tempore intelligant; eos tamen redarguit asserentes modicum tempus dici, alioquin longum, comparatione æternitatis: scil. desertum esse populum Iudaicum, vt Deus eius misereatur in aduentu Saluatoris: quòd si Iudæi, & Iudaizantes, ait Hieronymus, hoc longum tempus dici modicum volunt, cur nobis non licebit similiter interpretari, & spatium, quo deserta fuit gentilitas, etsi longum per sese, comparatione tamen æternitatis punctum fuisse appellatum asserere. 64. Hieron.

Quæ S. Hieronymi argumentatio videtur refellere millenarios, vt planiùs docet ad vers. 1. qui in fine mundi Christum per mille annos in terris regnaturum splendide, & opulentè cũ iustis sunt fabulati: & similiter Iudæos, quî aduenientè Messiâ commentitio, existimant se a Deo iterùm, vt filios recipiendos, & tractandos. 65. *Millenariorum error*

Aduersus verosuis fortis est ratio adhibita, sed non ita aduersùs eos, qui sentiunt modicum hoc tem[illegible] esse illud, quo Iudæus captiuus fuit in Babyloniâ, annorum scilicet septuaginta. Q[illegible] respondendum est, hoc & alia adiuncta repugnare illi tempori, & statim post solutam eam captiuitatem; nam quamuis reduces ab exilio Hierosolymam [illegible] no fue[illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] des[illegible] [illegible] [illegible] te. Deinde [illegible] esse [illegible] [illegible]. Postremò, contextum [illegible] apit & 66. *Reduces ab exilio Babylonico non valde floruere.*

Oo cum

cum superiori nexum id omnino respuere.

Sed miror Millenarios hoc loco abusos fuisse, ex quo Deus misericordiam promittat non [illegible], sed sempiternam, & quia tempus [illegible] a primo aduentu Saluatoris vsque ad secundum non possit dici punctum, & momentum comparatum cum annis mille.

67. Sed in quauis expositione longum temporis [illegible], minimum septuaginta annorum appellatur a Deo *punctum*. Quod si id tempus *Obiectio. Deus clemens.* esset lætabile, & iucundum, nihil mirum videri coram Deo breuissimum; at cum sit laboriosum, asperum, & ærumnosum, qui fieri potest, vt tam clementi & dulci Domino suorum etsi nequam seruorum labores graues & diuturni videantur, instar momenti transiisse. Deo *enim proprium est misereri semper & parcere*, & punire *alienum opus eius, peregrinum opus ab eo.* supr. 28. v. 11. quomodo derelictio & indignatio iuxta Iudæos minimum, septuaginta annorum, iuxta veram sententiam, duorum millium annorum, quomodo, inquam, apparet, & asseritur instantanea?

68. Sed necessariò est adhibenda responsio vulgaris, nec alia est idonea, id ita nominari respectu æternitatis, & laborem diuturnum & etiam grauem comparatione beneficij, & præmij sempiterni videri, & dici posse momentaneum, & leuem. Si tempus cum æuo infinito metiaris, id facile perspicitur, & in sanctis litteris affirmatur. Psal. 89. v. 4. *Quoniam mille anni in conspectu tuo tanquam dies hesterna, quæ præterijt.* Nam quæ est proportio inter quanta permanentia, eadem est inter quanta succedentia: sed *Magnitudo rerum est respectiua.* terræ & aquæ globus per se tantus, sex millia leucarum continens suo circuitu, comparatus cum cœlo præsertim supremo iudicatur à Mathematicis instar puncti: vnde duratio quantumuis longingua, modò finita sit, composita cum æternitate quæ est interminabilis, vix instantis vnius rationem obtinebit.

69. Hoc ipsum S. Petrus 2. c. 3. v. 8. repetit: *vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suã,* &c. Inde S. Petrus probat breuem esse tractum inter vtrumque Saluatoris aduentum, quòd anni mille apud Deum sint veluti dies vnus.

Solutio obiectionis. Ad id verò quod contrà ponitur n. 67. Deum esse infinite clementem, ac proinde diuturnam pœnam ei non posse videri breuem; respondeo non apud eum esse breuem, quòd sit pœna, sed quòd duratio eius tempore sit dimensa, & finita, quæ duratio collata cum eius duratione est veluti punctum. Vnde ait.

70. *Ad punctum in modico dereliqui te.*] Inspectâ *Gentilis quatenus derelictus à Deo.* editione Latina liceret diuidere *punctum* a *modico*, vt prius attineret ad tempus, posterius verò ad modum, & rem: id est: *Dereliqui te* breui, & non omnino, sed modicè. Dereliqui, quia non dedi, vt Israëli legem scriptam, [illegible] circumcisionem, & alia ad salutem [illegible]: *in modico dereliqui,* quia reliqui [illegible] a-[illegible], [illegible] me posses ab [illegible] S. [illegible] Rom [illegible] *o dereliqui te,* [illegible] em, [illegible] [illegible] ell [illegible] galem [illegible] uare, & [illegible] superna [illegible]

rale præsidium, vt veram salutem [illegible] Hanc modicam, temperatam [illegible] derelictionem vt apparet, Paulus exponit Act. 14. v. 14. *Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia, quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Dimisit, permisit, vt eques equum permittit, cùm illi laxat fræna, cùm non coercet: sic *Explicatio.* Deus quia nouis legibus quasi [illegible] gauit, dimisisse Gentiles dicitur, quò vellent, excurrere, & suis cupiditatibus ferri. In derelictio, sequitur modificatio: *Et quidem non sine* *Act. 4.* *testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda nostra.*

At attentâ lectione Hebræâ, & Græcâ, & *punctum,* & *modicum* ad tempus spectant: [illegible] *in puncto* קטן *caton parno*, vt opponat ei: *& in miserationibus magnis congregabo te*: quare גדולים *gedolim*, magnæ miserationes non solùm ad qualitatem & intensionem, sed etiam ad extensionem, & diuturnitatem appon[illegible]ndam propositæ sunt: quod versus sequens magis explanat. *Et in misericordia sempiterna misertus sum tui,* [illegible] vt istud: *in momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te,* est prorsus idem quod superius: *Ad punctum in modico dereliqui te,* quod enim in vno hemistichio est *punctum,* in altero est *momentum*: & quod in priori est, *in modico,* in posteriori est *parumper,* ancipiti significatu, vel temporis, vel modi, vt sup. n. 70. Ergo *miserationes magnæ,* & *misericordia sempiterna* sunt vnum & idem: similiter, *congregare* & *misereri*: nõ secus ac *derelinquere,* & *faciem auertere,* quam ob rem hos duos versus interpretando iunxi.

Illud duntaxat est absque antistropho in 71. versu 8. nomen, *indignationis*: tametsi latens est in verbo, *Dereliqui te*: Deus enim nisi iratus & succensens peccatis nostris non derelinquit nos. Hæc indignatio est, quam in Deo *Deus non derelinquit nisi lacessitus.* *Homo post diluuium cùm deberet esse melior, factus est deterior.* excitauit Gentilitas post diluuium, quæ cum memor, & memorans Dei vindices iras, deberet abstinere a flagitiis, ob quæ mundus inundatus fuerat, non solùm nõ abstinuit, sed etiam impleuit mensuram patrum & maiorum suorum. Nam soboles postdiluuiana peccatis carnalibus, ob quæ sacra Scriptura tradit, genus hominũ fuisse aquis obrutũ, adiecit superbiã, rapinam, auaritiam, & quod caput est omnium vitiorum, pro cumulo, idololatriam: quod vnum scelus suprà omnia, & plusquam omnia scelera, Deo indignationem & iram expressit: ob quam, suam faciem abscondisse, & dereliquisse ad tempus Gentilitatem hoc loco asseuerat. Nam antequam vocaret Deus Abraham, & ex eo populum Hebræum allegeret, nullaque esset distinctio Iudæi, & Gentilis seu Græci, [illegible] batur Dominus [illegible] vtrumque populum curare, & [illegible] que vtpote nondum d[illegible] [illegible] fulcere at [illegible] dare cœp[illegible] tus, De[illegible] est [illegible] [illegible] sincer[illegible] & ad [illegible] a [illegible] eum po[illegible] qua [illegible] abiec [illegible] a [illegible] ea que [illegible] d[illegible] [illegible] a [illegible]

[illegible] quam [illegible] Gentibus [illegible] mul[illegible] quam fuerat Iudæis, mi[illegible] cordia [illegible] amplissima, [illegible] in [illegible] amplius [illegible] hæc est summa *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.*

74. *Dixit redemptor tuus Dominus.* Fiet ita: Misericordia hæc præstanda Ecclesiæ Christi erit sempiterna, & irreuocabilis, nam illa alia præstita Synagogæ fuit temporalis, & mutabilis: de hac differentia vtriusque misericordiæ passim in sacris paginis, & nos ex eis alias nonnulla retulimus, sed selectus est locus e Psalm. 88. a vers. 18. *Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ: in æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. & ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit.*

75. *Discrimen [illegible] populi.* Itaque hoc inter Ecclesiam antiquam, & nouam, inter populum Iudæum & Christianum: quòd priori ob peccata, maxime ob parricidium Christi, ablatum sit regnum, ablata sit religio; ille populus vtrumque regnum temporale, & spirituale amiserit: at Ecclesia Christiana durabit vsque ad finem mundi: quod si eius aliqui fideles peccauerint, punientur illi quidem, pro qualitate criminum, ea tamen crimina nunquam Deum adducent, vt quemadmodum Iudæos repulit, repellat aliquando Christianos: hoc enim nouum testamentum, quod processit de labiis ipsius Dei, ex ore Christi, non debuit fieri irritum. Quantacumque enim fuerint peccata, & scelera hominum Christianorum, vbi Pater aspexerit Arcum illum symbolum, & autorem pacis, Filium suum Christum, misericordiæ suæ recordabitur, & placabitur, ne iterum inundum eluuione perdat, ne rursum repellat hanc plebem suam, & repudiet hanc secundam sponsam quam pro synagoga obiecta sibi quæsiuit, & filij carissimi sanguine, comparauit. hoc in sequenti carmine.

Pax perpetua [illegible] Ecclesiæ. [illegible] Pater placatur. *Gen. 9. v. 13.*

Vers. 9. Sicut in diebus Noë istud mihi est: cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltra super terram: sic iuraui, vt non irascar tibi, & non increpem te.

76. *Metus [illegible].* CVm Ecclesia è Gentibus cerneret synagogam turpiter repulsam, ac repudiatam, meritò licèt, ob scelera admissa, metuere poterat, ne sibi aliquando idem contingeret. Et verò Paulus Rom. 11. vers. 19 hoc metu & terrore proposito nititur continere in officio Gentiles ad fidem allectos sic: *Dices ergo, fracti sunt rami, vt ego inserar. benè: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei. in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur, potens est enim Deus iterum inserere illos.* *Rom. 11. v. 19.*

77. Ergo non sine ratione gentiles conuersi potuerunt timere, ne accideret alia vicissitudo, vt Deus offensus eos reiiceret, & iterum Iudæos aduocaret; vt Ecclesiam synagoga mutaret. Huic timori occurrit Deus hoc loco, polliceturque numquam fore eam permutationem: confirmatque & testificatur id iam sibi à principio fere mundi, certe a principio mundi innouati per diluuium fuisse promissum, & iureiurando roboratum: cùm iurauit ipsi Noë, à se vltrà non mundum totū fore aquis obruendum: quantumcumque homines peccassent, sed viso in nubibus arcu, temperaturum iram. Cuius promissionis & figuratæ locutionis is est sensus: a Deo suum populum semel, vti mundum priscum immergendum, semel abiiciendum. alterum verò populum nouum ex Christo, vt ex Noë, vero consolatore propagandum, numquam fore totum eluuione mergendum, numquam fore vniuerse repellendum. Sicut enim fuit vnicum generale humani generis, mundique diluuium: sic vnum duntaxat est futurum populi Dei generale repudium, quod iam euenit Synagogæ: vnde secura esse potest Ecclesia Christiana.

Deus promittit Ecclesiæ stabilitatem vt Noë mundi firmitatem.

Vnicum diluuium, vnicum repudium.

78. Hæc est vna conuenientia petita ex diluuio. altera verò est: vt Deus recordaretur pacti de non mergendo iterum mundo, statuisse, vt imminente periculo imbrium appareret iris, arcus in nubibus Genes. 9. v. 13. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. cùmque obduxero nubibus cœlum apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuenti, quæ carnem vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendum vniuersam carnem.*

79. *Iris est mystica.* Hunc arcum cœlestem esse mysticum, & aliquid amplius quam serenitatem aëream portendere, constare video inter scriptores, & ex ipso verborum tenore potest colligi: non enim Deus sine caussa dicit: *Arcum meum ponam in nubibus, & apparebit arcus meus:* cùm tam disertè, semel, & iterum, dicit: *Arcus meus,* aliquid, præter lumen reflexum in aëre nubilo vult nobis innotescere. Rupertus adeò huc inuolat, vt existimet, litteraliter intelligi debere illud pactum non quod Deus cum Noë, sed cum homine media incarnatione verbi firmauit. *Rupert.*

80. *Iris portendit Christum.* Sed ne quid nimis: non enim destruenda est historia, & litteralis sententia. quod facit sæpe Origenes, sed substinenda, vt ei spiritualis & mystica insistat: talis est præsens: itaque Deus vtrumque pactum init, & illud cum Noë, & genere humano, de non inundando amplius orbe, & aliud excellentius cum populo Christiano, de non submouendo à suo cultu, & religione, sicut submouerat populū Iudaicū, & quasi aquis immerserat, saluis paucis animabus. id est, Apostolis, aliisque nonnullis, ex quibus innouaretur genus hominū, vt in pluribus vmbra cū veritate conueniat.

quâ etiam de causâ, Iris quam Deus pro signo & monumento fœderis initi assumsit, portendebat Christi passionem, & sanguinem, siue verbum incarnatum, nam in hoc variant autores, sed nulla rei iacturâ, quo arcu cœlesti viso, Pater iras poneret ex hominum culpis collectas, & nubes vltrices pœnarum apparatas, & aggestas disiiceret. Cerne viuo colore depictū Gen. 9. v. 14. *Cùmque obduxero nubibus cælum,* (quasi iterum imbribus deleturus orbem, ob peccata habitantium) *apparebit arcus meus in nubibus,* (filius meus expansis manibus in Cruce, & rubeum, atque sanguineum colorem, simúlque cæruleum, cœlestem ostentans) *& recordabor fœderis mei vobiscum, &c. & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuersam carnem,* quo consilio retinuit vulnerum stigmata in corpore glorioso.

81. *Noua Noemo sibi promissa fecunditatem.* Obseruanda postrema verba: *ad delendam vniuersam terram:* quibus nobis cautum est à generali diluuio, non à particulari vnius, vel alterius prouinciæ, & gentis. Ita Deus promisit à se non repudiandam in vniuersum Ecclesiam cū qua promissione non depugnat, quòd hanc, vel illam prouinciam & nationem patiatur abscedere a fide, & ab Ecclesiâ deficere: quod

82. *Fides demigrat.* est particulare repudium. Videmus enim quibus in terris, populisque olim florebat Christi religio, vitæque sanctitas, ab eis nunc exulare fidem: cuius rei, diuinæque derelictionis plura, quam vellemus, exempla suppetunt. Quam floruit quondam Ægyptus morum integritate, vitæque sanctimonia. Quot agmina ibi Monachorum angelicos mores imitantium! Quanta in tota fere Africa religio! Quanta in Asia! vbi nunc vix vestigia cernuntur auitæ religionis; nam qui sunt alicubi Christiani, ex alia sunt noua propagine. Quot in nostra Europâ, hæreseon turbo teterrimus prouincias abstulit Christo? Sed iis particularibus Ecclesiis pereuntibus, ac repudiatis, manet Ecclesia Catholica Christiana, & perseuerat stabilis, & cōstans, nūquam submouenda, & repudianda: imò de suâ sponsi benignitate, quod in antiquo orbe deperdit, in nouo acquirit: quò possimus applicare illud è vers. 3. *& ciuitates desertas inhabitabit:* quæ enim magis desertæ ciuitates, quam India occidua, & orientalis? quô nostro hoc, aureo seculo penetrauit Euangelium *ad dexteram & ad læuam,* vt ibidem fuerat prædictum, illatum à religiosis ordinibus, in quibus Societas nostra Minima IESV aliqualem operam posuit, verbo, exemplo, stylo, & sanguine, & iis omnibus armis pugnat in Europæis regnis, vt fidem & religionem auitam restituat, neque irrito ictu. Multi enim transfugæ à nostris admoniti & conuicti ad castra Sanctæ Ecclesiæ quotidie supplices redeunt.

Fidei in noua resarcitur Orbis noui conuersio.

Societas Iesu laborat in vtraque India excolenda nec sine fructu etiam in Europa.

83. *Ecclesia Christi tota nunquam repudianda.* Quare vt sit particulare diluuium vitiorum, & suppliciorum, vt sit peculiare repudium nationalium Ecclesiarum: generale tamen timendum non est, nam securos nos reddit, tutosque promissio Dei expressa, & iuramento confirmata his verbis: *Sicut in diebus Noe istud mihi est,* scil. statutum, decretúmque Hebr. *in aquis Noë,* eodem sensu: *Cui iuraui, ne inducerem aquas Noë vltrà supra terram:* singulæ voces ponderosæ. *Cui iuraui,* non solùm promisi, quod satis esset, sed etiam *iuraui* viro iustissimo, fidelissimo, sed vt in typo à iterius Noë, veri consolatoris (nam id est Noë) *ne inducerem aquas Noë;* id est, generale diluuium: id enim duntaxat excipitur: & ab eo securitas præstatur non à particulari.

Voces singulæ ponderosæ Noë i. consolator.

Ex quo satisfit loco S. Pauli obiecto numer. 76. nam ibi Apostolus terret Gentiles, & in modestiâ eos tenere vult minitans, si superbè sapiant, & arroganter insultent Iudæis, fore, vt ipsi peculiariter repudientur, non verò vt Ecclesia Christi repudium subeat: cui perpetuitatem, atque securitatem Deus iuratus pollicetur iis verbis. 84. *Sancti S. Pauli.*

Sic iuraui, vt non irascar tibi, & non increpem te.] Et quoniam plurimi referebat, hanc pollicitationem vt immobilem suscipi, eam Deus ampliùs firmat v. 10.

Vers. 10. Montes enim commouebuntur: & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus.

CO nditionalis assertio: citius *montes commouebuntur, & colles contremiscent,* quam *misericordia mea* decedat a te, *& fœdus pacis meæ* moueatur, qui modus eloquendi & componendi vnam rem cum aliâ impossibili, & præponendi, familiaris est vatibus profanis, & sanctis de quo cap. 49. vers. 15. num. 195. cap. 51. num. 48. Illic alia difficilima seu ex iis, quæ fieri natura non patitur adducuntur, & dicuntur ante euentura: hic montium, colliumque immobilitas in comparationem affertur: quos naturalis & immanis grauitas, pondusque facit constantissimos, & immobiles: vide Psalm. 113. v. 3. 4. pro ingenti miraculo traditur commotio montium: *Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.* 85. *Conditionalis assertio.* *Montes immobiles.*

Obiectas: hoc esse aduersarium dictis: nempe, montes esse inconcussos: sed soluo facilè, si dicam, esse eorum eam naturam, & cùm ponuntur immoti, intelligi naturaliter: at Deum esse supra omnem naturam, & vniuersa illius nutui concedere, quare vbi pro magno miraculo narratur, montes fuisse commotos, ostenditur eorum naturalis firmitas, & constantia, vt in Psalmo adducto. Hic verò ab Isaia perhibetur, citiùs montes per sese vi suâ esse loco mouendos, quàm Deus suam misericordiam sponte submoueat. 86. *Obiectio.*

Vers. 11. Paupercula, tempestate conuulsa, absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris.

PRius hemistichium refert statum & conditionem Gentilitatis antequam vocaretur ad Euangelium: quo sibi minus arroget ex dignitate collatâ per sponsum, quā deinceps describit. Hic sensus mihi plus placebat, quàm vt Ecclesia persecutionibus exercita intelligatur, 87. *Gentilitas misera ante Euangelium.*

tu. Nam illi pristinæ inopiæ, & instabilitati, quam habuit Gentilitas ante fidem admissam, melius respondent ex aduerso opes, & firmitas quæ hoc loco promittitur vel com ... no-tas, & admirabilis adnotatione. *Ecce ego sternam*, &c. Itaque *Paupercula*, est carens diuinis opibusque cœlestibus: virtutibus, donisque Spiritus Sancti, quæ vere hominem ditant, & locupletant: quòduis comparatione argentum, aurum, gemmæ sunt stercora, sordes, & lutum: *Tempestate conuulsa*, siue iactata, probe capitur, quomodo fuerit natio infidelium ante Christum: scil. turbinibus & fluctibus turbulentissimis errorum, concupiscentiarum, & vitiorum exagitata, & ad scopulos syrtésque fa... rum sectarum impacta: atque dilecta: & apte doctrinæ vanæ & falsæ cum ventis in diuersum flantibus componuntur. Ephes.4.v.14. *Vt non iam simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutiâ ad circumuentionem erroris.*

Diuitiæ verae, Sap.7.v.9.

Infideliun status turbulentum, Ephes. ... plurimis.

Naufragio ... ante... perit.

Nauis exarmata, sine armamentis, rebusque necessariis, ventorum diuerorum flatibus & furoribus exposita: gubernatore destituta quem euitum sit fortiora quis non videt? ideo ad finem additur: *absque vlla consolatione*: fine lege, sine prophetis, aliisque solatiis, subsidiis quibus fuit Synagoga suffulta. ... illi esse respectu ad nauem Noe, cuius præcesserat mentio: nam Noë idem, qui consola... qui Deo innixus gubernauit Arcam in illa terribili tempestate, eámque seruauit incolumem.

Gentilitas desolata.

Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris.

Vers.12. Et ponam iaspidem propugnacula tua & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.

88. DEmtis Iudæis, & paucis eorum asseclis, qui hanc tantam gazam intra ambitum terrenæ vrbis Ierusalem frustra nituntur includere, cæteri scriptores metaphoram agnoscunt, qua spiritualis Ierosolyma, id est, Ecclesia depingitur. Sed vtra, quæres, militans an triumphans, sint, quibus hæc videatur, sed non bene: Ecclesia enim peregrinans suis notis exprimitur, neque in hac oratione est aliquid, quo cogamur ad cœlestem transferre, nam etsi Apoc.21. v.10. ciuitas illa superna & beata è lapidibus pretiosis extructa scribitur, in quibus *Iaspis*, & *Saphirus* numerantur, non tamen id impedit, quominus Ecclesia in terris agens dici possit iis gemmis ornata & ædificata: nam pleraque dona & ornamenta sunt vtrique ædificio communia, licet alij minus splendida, alij verò splendidiora.

Locus pertinet de Ecclesia.

89. Sed accedamus iam ad significationem horum lapidum. loquutus est Vates de natione Gentilium, antequam coaluisset in Ecclesiam, cœtúmque Christianum, vt de nauigio exarmato, fœdâ tempestate disiecto, & iactato, & ad triste naufragium exposito. De eâdem verò Gentilitate per fidem collectâ, Euangelicis legibus astrictâ, & sacramentis instructa agit velut de quodam ædificio firmissimo, & pulcherrimo. Paupertati priori & sordibus opponit

Gemmarum significatio.

... opes & splendorem gemmarum: iactationi & instabilitati firmitudinem & constantiam fundamenti: mœrori, & squallori lautitiam & lætitiam.

Quæ quemadmodum interpretanda sint in commone, vt est facile intellectu: sic, si velis per partes, & dissectè exponere, erit opus vastum, implicatum, imò & lubricum, quod in quouis argumento huius ingenij est verum, & alias à nobis sæpius admonitum, sed potissime locum habet, cum de lapidibus preciosis agitur, quorum vocabula sunt ancipitia, varietatique translationum obnoxia, naturæ ipsæ quoque gemmarum parum cognitæ, atque adeò ad accommodationē difficiles. Quod lector experiri poterit vel hoc loco, si legat translatores varios. 90.

Disputatio est lubrica de natura, & significatione gemmarû.

Ego certè, non vt laborem fugiam, sed vt lectori tædium submoueam ab examinandâ minutiùs notione omnium istorum abstinebo: quia non iudico ex eâ examinatione accuratâ sensum dependere. 91.

Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.] *Per ordinem.* Heb. פוך *bapuch*, quod L X X. *carbunculum*, alij veteres translatores, affirmatore Hieronymo, *stibium* transferunt: moderni verò aliqui, *fucum*. Vides in vno vocabulo quanta sit diuersitas. Sed cùm constet id, quale, quale sit, esse metaphoricum, & ad elegantiam ædificij spiritualis pertinere, cur in exquirendâ nominis proprietate diu laboremus, lege Forer. Certè 4.Reg.9.v.30. Iezabel *depinxit oculos stibio*, Heb. *puch*, ex quo sumitur aut esse propriè *stibium*, aut aliud genus fuci. & 1.Paral.29.ver.2. inter ea quæ Dauid apparauerat templo construendo, numerantur *lapides puch*, & redduntur a Latino stibini, seu *quasi stibini*.

Apud Latinos quid sit stibium disserte scribit Plin lib.33 c.6. *in iisdem*, ait ille, *argenti metallis inuenitur, vt proprie dicamus, spuma lapis candida, nitensque non tamen translucens, stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrum, alij larbason. Duo eius genera mas & fœmina, magis probant fœminam, horridior est mas, scabriórque & minus ponderosus, minúsque radians, & arenosior: fœmina contra nitet friabilis, fissurisque non globis dehiscens. Vis eius astringere, & refrigerare, principalis circa oculos: namque ideo plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos.* 92.

Stibium. Plin.

Dioscorides lib.5.c.49. *Stimmi optimum, quod splendidissimum est, modóque micedularum emicat, confractu crustosum, nihil terræ, aut sordidi habens, fragile, quod stibi appellarunt, alij platyophthalmon.* Deinde proprietates, & commoda refert nihilo ad ædificium. Sed satis mihi est, vt credam ad id esse vtile, locus ille Paralip. vbi necessariò est sentiendum, aut ipsum *puch*, siue *stibium* accommodum fuisse ad structuram templi, aut certe lapides aliquos ita appellatos, quod stibij referrent colorem, & nitorem quod præ se fert Latinus interpres dum vertit: *lapides quasi stibinos* quomodo licet interpretari hoc loco. *sternam lapides tuos* quasi *stibinos*, id est, colore stibino.

Dioscor.

Lapides stibij ad structurá tépla.

Sed accusas Latinum translatorem hîc qui pro hoc ponit: *per ordinem*: *sternam per ordinem lapides tuos*: at ego facilè defendo: affirmóque τὸ *per ordinem* non esse versionē *bapuch* i. *in stibio*: sed verbi Hebraici *marbithi* quod est, *accubare*, seu *iacere faciam*, sumtâ metaphora 93.

Interpres vindicatur.

à gregibus se humi sternentibus, & suis quasi ordinibus collocantibus: illud verò *bapuch*, quia vidit interpretes dubium, & ad ornatum lapidum attinere, omisit contentus generali vocabulo; reddens: *sternam per ordinem lapides tuos*, supple nitidos, ac politos.

Vox Hebraica duci potest ad pigmentum. Notio Hebraici verbi: *Marbitz*, *accubare facia*, & quasi *accubare lapides tuos*, trahit nonnullos existimare non hic agi de pauimento ex silice, nam alioqui hæc collocatio locum non habet: id sequitur Chaldæus: *sternam in stibio lapides pauimenti tui*, idque probat Sanctius.

94. *Antiqua structura. Stibium formatur in pastillos.* [illegible] multo afferam lectoris studio[s]q[ue] meam coniecturam. Scribit Dioscorides lib. 5. cit. ca. 49. solere stibium carbonibus incensis vri, & vstum nigrescere. Addunt alij stibium vstum solitum formari in pastillos: imo est credibile, in tesseras, nam legitur apud Hippocratem στίβι τετράγωνον, *stibium quadratum*, ergo vt olim pauimenta lautiora sternebantur tesseris nitidis vario ex lapide efformatis, hodiéque est in vsu, & ad hunc ornatum laterculi tinguntur e luto, fuco diuersicolore affuso, & fornace cocti durentur: quos *Azulezos* Hispani vocant a colore cæruleo: sic fit probabile ex stibio tesserulas ad ornanda pauimenta formari consueuisse. Vnde cùm ait: *sternam in stibio lapides tuos*, nihil aliud est, quam, elegantissimum, & splendidissimum erit pauimentum tuum. & cùm addit.

95. *Æ lisicium elegans, & splendidum.* *Et fundabo te in sapphiris.*] Tua fundamenta erunt sapphirina: non e saxo rudi, non è lapide vili, & vulgari, vt alia, sed e gemmis peregrinis pretiosissimis. quod siue intelligas de fundamento infosso, siue de extante super aream, ad rem, & sensum nihil interest. Materiale huius nominis idem est apud omnes, *Sapphirus*, nam est origine Hebræum, & inde in alias linguas transiit. De naturà huius gemmæ seculares scriptores, & Ecclesiastici tractant: sed quoniam virtus & laus præcipua gemmarum petitur e colore, & splendore, vbi is oculis vsurpatur, vix fit necessaria eiusmodi tractatio. Sapphirus certè colore est cæruleo, siue cœlesti.

96. *Fundamentum Ecclesiæ est cœlitus demissum.* Quocirca, quidquid sit de significatu Saphiri alijs in locis S. Scripturæ, hoc loco intelligere possumus commodissime Ecclesiæ fundamentum fore cœleste cœlitus demittendum. Nam fundamentum Ecclesiæ primum, atque primarium solus est Christus Dominus, 1. Cor. 3. v. 11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Hoc verò fundamentum quam sit cœleste nihil opus est dicere *Christus de cœlo.* 1. Corinth. 15. versic. 47. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.* & Ioan. 3. versic. 13. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo.* & Ephes. 4. versic. 9. *Quod autem ascendit quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia.*

97. *Christus descendit fundaturus Ecclesiam: cuius cœlestis Apostoli etiā fundamenta Ecclesiæ.* Ex quibus, aliisque consimilibus sumitur, Christum ideo descendisse de cœlo, vt in terrà fundaret Ecclesiam, i. ciuitatem quandam cœlestem, quæ tali innixa fundamento & fundatori assurgeret, & pertingeret ad cœlos: ac demum trasferretur in sedes supracœlestes.

Huius Ecclesiæ fundamenta secundaria, & vicaria sunt Apostoli, vt scribitur Apocal. 21. versiculo 14. *Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.* Quæ quidem fundamenta vicaria Christi primi & principis fundamenti fuerunt etiam cœlestia: non enim vt homines terreni, & filij primi hominis terreni fundant, & sustinent Ecclesiæ ædificium: sed vt homines cœlestes, vt regenerati & nati ex secundo homine cœlesti, Christo. Vide *Petrus [illegible]* Matth. 16. versic. 17. Cùm designat Petrum primum inter Apostolos & præcipuum fundamentum, præmittit illud. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quod etsi Petro vt capiti & supremo Ecclesiæ Pastori id datum est, ad cæteris proportione quadam concessum fuisse par est credere, vt priùs quàm Ecclesiæ fundamenta fierent, de cœlo fortitudinem & alia ad id necessaria dona reciperent. Luc. 24. versic. 49. *Vos autem sedete in ciuitate, quoad vsque induamini virtute ex alto.* *Fundamentis [illegible] firmitas.* Fundamento nihil potius requiritur, quam firmitas & constantia: hæc promittitur a Christo Apostolis, hæc datur abeuntibus per mundum ad fundandas Ecclesias, *virtus ex alto* [illegible] cœlestis, quæ apposite significatur [illegible] *Sapphiro est [illegible].* *phiris*, nam hæc gemma & colore cœlum repræsentat, & duritie ac fortitudine imitatur adamantem: *Sapphir*, ait hoc loco Arias *Arias.*, *lapis & natura firmissimus ac solidissimus [illegible] tur, vtpote qui vel ante purum est Adamas, vel Adamantis congener forma.*

98. *Lissu.* *Et ponam iaspidem propugnacula tua*] E recentioribus multi vertunt *fenestras* loco propugnaculorum, secuti tantum etymologiam, quòd Hebraic. a sole, quasi *solaria*, siue solis admissiones nominentur, incerta coniectura, nec certior illa Cornelij, esse propugnacula orbicularia solis radijs collucentia, quasi quosdam soles: non enim omnia propugnacula collucent, sed ea, quæ ex materia splendidà & ad id aptà constructa sunt. *Propugnacula.* Vnde cùm hoc vocabulum hoc loco solùm reperiatur, & LXX. ac Vulgata [illegible] conuerterint *propugnacula*, bis concedant necesse est nuperi translatores, & verò cùm de Ecclesià tractetur tanquam de quadam vrbe, ei aptiùs *propugnacula* attribuuntur quam fenestræ: nam hæ sunt ædium & domorum, non verò totarum vrbium. *Vox hoc solo loco. Vulgata retinenda.* Neque huic translationi repugnat etymologia à sole ducta: nam propugnacula indigent aperturis, per quas tela emittantur in hostes: & per quas lumen admittant, quæ ab hoc munere nominari potuerunt, licet prius munus sit princeps.

99. *Propugnacula Ecclesiæ qua.* Quæ autem sint Ecclesiæ sanctæ propugnacula, quilibet, summoto interprete, per se intelligit. Cùm enim Ecclesiam oppugnent errores & vitia, qui [illegible] se opponunt, & resistunt, ij sunt propugnatores & propugnacula: nempe boni, doctique Prælati, & Magistri imò & sancti Monachi, *Prælati, doctores qui Boni Monachi.* qui vitæ exemplo, corporis afflictione, & precum assiduitate Ecclesiam defendunt, & eius hostes summouent. Quod si hoc verum est, quid de Martyribus dicam, *Martyres.* qui & animos & corpora fortiter [illegible]

libus

... odi... unt, & suo sanguine hebetant. A
... qui ... est in Ecclesia Christi vir bonus, vtque Christianus, qui quadantenus non ... propugnaculum. Quod ex lapide iaspide bene constructum, lapide turri, & vario, pulcro: virtutum nam hoc est ingenium, vt non solitariæ, sed sociatæ, & intertextæ procedant: & communione hac sunt valentiores.

100. Iam si Propugnacula placeat secernere a propugnatoribus, nihil moror ... esto illa, vel sacra volumina, vel Sacramenta, vel vtraque simul, vnde cum boni milites Christi & arma ... capiunt, & strenue eiaculantur in aduersariorum agmina. Pro iaspide alij Margaritas, alij B ... gemmas substituunt: quæ varietas oritur ex eo, quòd lapidum nomina Hebræis parum cognita sint: vnde re dubiâ quis editioni ab Ecclesia receptæ non magis fidat? Præterea tametsi nomina gemmarum cum delectu adhiberi in sanctis Scripturis ... possit esse dubium, tamen non vbique earum proprietates omnes ad significandum assumi est certissimum. Ergo hoc loco non est necesse de singulis & singularibus istorum lapidum virtutibus disserere. Sed satis fuerit in commune asserere, quæ ... ia in ædificio quæruntur, sc. firmitudinè, commoditaté & pulcritudinem, ea omnia probè describi: lapis enim sua natura est firmissimus, C & solidissimus, qui si sit splendidus, si sit gemma, est ad pulcritudinem efficiendá aptissimus: denique si sit ordo, & conueniens dispositio, exsistit commoditas, & opportunitas, quæ est finis ædificationis præcipuus, quæ tria comprehendit illa superior pericope: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. Sternam per ordinem*: ad commoditatem habitandi: *lapides tuos*: ad firmitudinem habitaculi: *fundabo te in sapphiris*: ad pulcritudinem, & magnificentiam: quo etiam spectant *portæ è lapidibus sculptis, & omnes termini è lapidibus desiderabilibus*. Præter quæ si quis voluerit plura & distinctiora inuestigare, aditu non interdi- D cam; sed neque ei fuerim ductor, aut autor ob ea, quæ num. 90. sum causatus.

Vers. 13. Vniuersos filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filiis tuis.

101. Filios Synagogæ, fideles veteris testamenti scimus fuisse doctos à Domino: fides enim diuina, doctrina est Dei supernaturalis & infusa, vna ex virtutibus Theologicis, quâ Deo credimus per se reuelanti, obscure licèt: nam Ecclesiæ externa propositio rerum credibilium E nobis est non ratio credendi, sed sola conditio: assentimur enim ipsi Deo, vt primæ veritati infallibili dicenti & docenti, siue cùm de se, suisque mysteriis, siue cùm de aliis nos edocet. Quod si hoc est fidei diuinæ ingenium, & hæc fides fuit eadem priscis fidelibus, quid peculiare promittitur filiis Ecclesiæ Christianæ, cui dicitur: *Vniuersos filios tuos doctos in Domino*.

102. S. August. lib. de gratia Christi capit. 13. disputans contra Pelagium, qui dicebat legem ac reuelationem diuinam, quâ liberum arbitrium edocetur, quid bonum, quid malum sit, A esse Dei gratiam, & præterea nihil, sic habet. *Hæc gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, vt altius, & interius eam Deus cum ineffabili suauitate credatur infundere, non solum per eos qui plantant, & rigant extrinsecus, sed etiam per se ipsum, qui incrementum suum ministrat occulte, ita vt non ostendat tantummodo veritatem, verumetiam impertiat caritatem. Sic enim Deus docet eos, qui secundum propositum vocati sunt, simul donans & quid agant scire, & quod sciunt agere. Vnde & ad Thessalonicenses sic Apostolus loquitur, de caritate autem fraternitatis non opus habetis vobis scribi: nam ipsi vos a Deo didicistis, vt diligatis inuicem. Atque vt probaret eos a Deo didicisse, subiunxit: etenim facitis illud in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Tan- B quam hoc sit certissimum indicium, quod a Deo didiceritis, si id, quod didiceritis, feceritis. Illo modo sunt omnes secundum propositum vocati, sicut scriptum est in prophetis, docibiles Dei. Qui autem nouit quidem quid fieri debeat, & non facit, nondum à Deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem: non secundum spiritum, sed secundum litteram.*

103. Hæc tot non piguit ex Augustino transcribere, vt lectori pateret, quomodo tantus doctor Isaiam exponat, & doctrinam Euangelicam doctrinæ legis Mosaicæ præponat. Verum in hac expositione & prælatione illud est difficile, imò à vero longe dissitum, omnes filios C Ecclesiæ esse doctos à Domino, siue docibiles Dei, eo, quem tradidit Augustinus, modo, fide scilicet, & dilectione simul: vt præteream, neque hoc esse proprium legis Euangelicæ; cùm in lege veteri fuerint quamplurimi Patriarchæ, & Prophetæ, & iusti, qui ab ipso Deo acceperint, & lumen, quo viderent quid esset agendum, & gratiam, auxiliumque quo id agerent. Vnde Augustinus non locum Isaiæ nobis explicat, sed magis implicat.

Difficultas ex Augustino non tollitur

104. Christus Dominus Ioan. 6. vers. 45. creditur vulgo citasse hunc locum, vbi dicit: *Et scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei*. nam quod ait *in prophetis*, pluraliter id non obest: D cùm possit esse idem quod in vno prophetarum, vt secernat à lege, & à Psalmis: ad hæc enim tria capita solet Dominus reuocare S. Scripturas: vel ideo dixit pluraliter, quia alij quoque Prophetæ eamdem sententiam accinunt. Ierem. 24. vers. 7. Ezech. 11. vers. 19. Ierem. 31. vers. 34.

105. Sed perspici oportet, quo consilio & instituto Saluator alleget verba proposita; præcedit hoc: *Nemo potest venire ad me: nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: & erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audit a Patre, & didicit, venit ad me.* Itaque ad probandum, trahi homines à Patre ad Christū, inducitur hoc testimonium: E quæ tractio non debet intelligi fieri solâ fide, quod indicat Maldonatus, sed additâ caritate, quod ipsemet Christus ostendit, cùm addit: *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die*, nempe quem traxerit Pater: quæ resurrectio accipi debet fauorabiliter, alioquin si sit communis bonis ac malis quid singulare Christus promitteret iis, quos ad se Pater traxisset? ex quo fit agi de prædestinatis etiam ad gloriam: quod negat contra Augustinum Maldonatus, sed ad id, quod agimus & controuertimus, satis est agi de venientibus ad Christum non solâ fide, sed etiam caritate.

Explicatur locus superior Ioan.

106. *Obiectio.* Non enim omnes fideles sunt iusti, & caritate in Deum animati: cur ergo Christus agens de iis qui vtroque pede, intellectu, & affectu ad eum accedunt, citat hoc tam generale vaticinium; *Et erunt omnes docibiles Dei?* itaque quod obiecimus contra expositionem S. Augustini, idem possumus obiicere contra Saluatoris allegationem. Quare necessariò sentiendum est alterutrum: aut *doctos a Domino*, hoc loco,

Responsio. accipi de solâ doctrina fidei: nam quicumque sunt intra Ecclesiam, fidem habent: aut, quia hoc parum est ad tam magnificam promissionem, & citationem Christi, si ad fidem accessura sit caritas, accipi cum quadam restrictione: *Vniuersos filios tuos doctos a Domino*: non distributiuè, vt apud Augustinum in Ioan. quòd ex singulis ordinibus & gradibus aliqui doceantur: sed quòd omnes, quantum in ipso Deo est, sint docendi: non secus atque illud Ioan. 1. vers. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: vt sol omnes & omnia ex se illustrat, nisi quid interiiciatur, & impediat: si hoc loco natura & conditio legis Euangelicæ exprimitur, quæ ex se ad omnes pertinet, omnibus proponitur, quod non habuit lex Moysis, quæ fuit vnius populi, & certi temporis. Vnde Latinus interpres apud Ioannem vim verbi Hebraici לִמּוּדִים *limudim*, & Græci διδακτοὶ benè expressit, *docibiles Dei*, quod est plusquàm dociles, & minus quàm doctos, i. aptos docendo, & reipsa docendos, nisi per ipsos stet.

Διδακτοὶ, Docibiles qui.

Differentia inter fidem vtriusque status. Ex his patet responsio ad id quod num. 105. opposuimus de conuenientia doctrinæ diuinæ in vtrâque lege veteri & nouâ: nam licèt ratio interna assentiendi Deo reuelanti, docentique sit eadẽ quia vtrobique eadẽ fides diuina: tamẽ quoad propositionem externam est discrimen nuper assignatum. Et quidem quia multo affluentiùs & excellentiùs in Ecclesiâ fideles docentur, & ad agendum adiuuantur, quibusdam videtur dici *docibiles Dei*, siue *doctos a Domino*: faciunt aliquo modo loca prophetarum citata numer. 104. vide ea, & Maldonatum Ioann. 6. vers. 45.

107. *Alia expositio nõ placet.* Hæc interpretatio huius loci mihi aptior est, quàm illa: vt olim fideles docti fuerint à Moyse, à vatibus, Christiani verò à Christo, vero Deo, vt Hebr. 1. vers. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimè diebus istis locutus est in nobis in Filio:* nam allegatio Isaiæ apud Ioannem, vt vidimus, Patri tribuit locutionem & magisterium, atque adeo toti Trinitati: vnde non de externâ prædicatione Euangelij, sed de internâ illuminatione, & motione est sermo: ad id enim allegatur à Christo: *Nemo potest venire ad me*, ait Christus, *ad me*, scil. docentem & vocantem, *nisi Pater qui misit me, traxerit eum*: (nempe, illuminando, & mouendo interiùs) & illico addit. *Est scriptum in prophetis; & erunt omnes docibiles Dei:* ergo ista doctrina est præter illam publicam & externam, quã Christus proponebat iis etiam, quibus denunciauit idcirco non credere, quòd eos Pater non traheret ad credendum. Vnde discrimen istud, quòd legis veteris autor sit homo Deus, huic loco non est aptum: in quo non de externâ legislatione tractatur.

108. *Hæresis Li-* Neque hic locus ita interpretatus fauet Snuẽckfeldio, & libertinis hæreticis affirmatibus illud dũtaxat habendum pro verbo Dei & doctrina diuina, quod Spiritus sanctus priuatim vnicuique in corde loquitur: quem errorẽ refert Bellarminus Cardinalis tom. 1. lib. 1. de Verbo Dei cap. 1. & refellit cap. 3. eorum obiectionem captatam e locis Sanct. Scripturæ detortis: quos miror hunc quoque Isaiæ locum non detorsisse. Sed fuisset expeditum in eos retorquere, cùm hæc doctrina a Domino, vt sit interna necessariò ex interpretatione Christi, inducat fideles ad habendam fidem doctrinæ externæ a Christo propositæ, & traditæ, nam doceri a Domino, quod est in Isaiâ, interpretatur Christus, trahi a Patre & moueri ad credendum verbis & prædicationi ipsius Christi: quod iugulat errorem suprapositum. De quo errore, quia stultissimus est, & ab aliis etiam hæreticis nedum a Catholicis reiectus, supersedeo dicere; & etiam prætereo, in quod vltimum fiat resolutio fidei diuinæ, quia spinosa sit disputatio, propria scholasticorum, neque huic loco necessaria, præsertim iuxta eam explanationem, quæ nobis collibuit. Maldonat. Iere. 31. vers. 33. 34. existimat esse idem propositum huius, & illius loci: *& non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens: cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me a minimo vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius*. itaque excellentia Euangelij supra legem veterem exprimitur, quòd illud magis spiritu, quàm litteris constet.

bertinorum non hinc adiuuatur, sed refellitur.

Tametsi fideles omnes docti à Domino appellari possunt, debéntque ob ea quæ dixi: sed nihilominus aliqui peculiariter hoc cognomine condecorantur, & à Græcis feliciter voces iungentibus θεοδίδακτοι nominantur, ij videlicet, qui præter lumen fidei, scientiarum lumen citra magisterium humanum, à Deo infusum acceperunt. S. Augustinus in prologo lib. 1. de doctrinâ Christiana S. Antonio litterarum imperito sanctarum scripturarum & memoriam & intelligentiam datam fuisse diuinitus affirmat. Idem fertur datum fuisse S. Bernardo: aliis alias disciplinas. De hoc genere doctrinæ possit exponi illud Sap. 7. vers. 7. *Propter quod optaui, & datus est mihi sensus: inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ*: *Sensus* aptè ad scientias naturales, quæ naturaliter sensibus acquiruntur: *spiritus sapientiæ*, ad disciplinas supernaturales, ac diuinas: quę inspiratione accipiuntur: illas optat, has vt accipiat, inuocat, quod est plus. 109.

Declaratur.

Pater noster S. Ignatius de Loyola, qui hoc ipso anno 1622. quo hæc commentabar, est in Sanctorum numerum ascriptus, *Doctus à Domino*, θεοδίδακτος dici quoque potest: qui suæ conuersionis initio dũ in se minor esse sæuit, & vitæ præteritæ culpas acerrimis corporis afflictionibus eluit, varia cœlestia lumina recepit, & inter alia sic edoctus est subitò Trinitatis mysteriũ, vt vir idiota tũc volumẽ de eo argumẽto iustum scripserit tantâ verborum affluentiâ, & quoad patitur res perspicuitate, tantâ tamque apta similium copia, quanta si Theologiæ diu studuisset, non posset scribere. Nempe plusquã facile est Deo homunculum ad Angelicæ scientiæ & cognitionis fastigium puncto temporis attollere. 110. *S. Ignatius theodidactus de Trinitate scribit luculenter.*

Ergo quærens compendia discendi, Deo fideliter, & strenuè se dedat, se ipsum agnoscat, *Disciplinæ compendium Sanctitas.*

sua

ius ... ea deploret, oretque frequenter, & fi- A
denter Deum Eccl. 39. vers. 6. de sapiente viro: *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit spiritu intelligentiæ replebit illum.* Alibi fine conditione: *Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam, & Dominus præbebit illam tibi.* capit. 1. versic. 33.

111 Quantum verò intersit inter *doctos à Domino*, & doctos ab homine illorum est scire: qui experti sunt. Nos eam differentiam ex libris colligere possumus, quòd scientia accepta ab homine plerumque sit arida, sicca, ieiuna, & vt ait Apostolus, inflet: at scientia ab ipsomet Deo B hausta sit pinguis, succi plena, satians: illa lucerna lucens, hæc lucerna lucens & ardens, illa solo intellectu circumscripta, hæc permanans ad affectum: illa fere speculatiua, hæc practica, & actuosa: illa scientia doctorum, hæc, vt Sap. 10. vers. 10. *Scientia Sanctorum*, quæ efficit sanctos, seu *Scientia salutis*, de qua Zacharias in suo Cantico Luc. 1. v. 77.

Interest inter doctos à Deo, & ab homine.

112 *Et multitudinem pacis filiis tuis.*] *Pacis* vocabulum in litteris quid ferat, præsertim vbi de rebus Euangelicis agitur, aliàs non semel est explicatum, nimirum, bonorum spiritualium quasi aceruum & cumulum, cui vocabulo si addatur nomen aliud augens, & amplificans, qua- C le est præsens, *multitudo pacis*, extistet quædam exaggeratio admirabilis: & hic tantus fructus, atque felicitas videtur nasci ab illa causa præcedenti: *Vniuersos filios tuos doctos a Domino*, scil. ponam & proinde, *multitudinem pacis filiis tuis*: nam quos Dominus per se docet quo explicui modo, non possunt non esse in beatitudine. Psalm. 93. vers. 12. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum.* Quem versum præclare sanctus, & doctus Cardinalis Bellarminus iis ipsis verbis exponit. *Hoc sequitur ex versiculo superiori: nam si cogitationes hominum vanæ sunt, quas minirum ex se habent: certè sequitur vt ille solus beatus sit, id est, non vanus, seu* D *inani vento distentus, sed plenus veris & solidis bonis quem Deus erudire dignatur, id est, cui Deus oculos aperit ad ea, quæ verè bona sunt, aspicienda: atque vt ad ea perueniat, de lege sua docet eum, id est, intimè illi persuadet obedientiam legis diuinæ toto affectu mentis amplexandam esse: non enim didicit propriè legem Dei, qui solùm nouit quæ sint, & quot legis diuinæ præcepta, sed qui per diuinam illustrationem, & caritatis infusionem ita affectus est erga legem Dei, vt libentissime illam impleat amore iustitiæ, non timore pœnæ, & sit illi eadem lex iugum suaue, & onus leue. Illud, de lege tua, in Græco est, ex lege tua, ex Hebræo posset verti, à lege tua, siue ex lege tua, siue de lege tua. Sensus igitur est: Beatus est,* E *quem tu Deus docueris ex lege tua, quasi dicat, ex libro tuo: vt non solùm Deus sit doctor, sed ex libro suo doceat, librum legis suæ ipse explanet, & illam ipsam legem obseruandam esse ei, qui verè beatus esse velit, intus per gratiam loquendo persuadeat.*

Pax quid.

113 *Bellarm.*

Eruditus à Deo, quis.

Huc vsque Bellarminus noster, quem fuisse vnum ex iis doctis à Domino legem diuinam eius sanctitas, & doctrina multis prodita testimoniis, & etiam miraculis, satis ostendit: & eius commentarius in Psalmum, pro luculento Scholio nostri vatis haberi debet.

Vers. 14. Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi.

CONsueuit Scriptura sancta quod per translationem obscure & inuolute est elocuta, 114
dein verbis propriis & perspicuis exponere. vers. 11. dixerat: *fundabo te in sapphiris*, nunc clare: *in iustitia fundaberis*, in omni genere virtutum: malo enim amplè capere iustitiam quàm strictè pro ea, quæ reddit cuique suum ius, & est quasi legum humanarum arbitra: vt hoc loco fundamentum ciuitatis Dei, Ecclesiæ Christi sit integra & generalis iustitia, quæ reddit in primis Deo, dein sibi, postremò & proximis quæcumque debentur, atque adeò in omnibus legibus humanis & diuinis custodiendis est occupata.

Obscurè dicta solet S. S. eloqui apertius.

Iustitia integra.

Ecce de procul à calumnia, quia non timebis.] 115
Videntur LXX. hoc exposuisse: *Abstine*, inquiunt, *ab iniusto, & non timebis: & tremor non appropinquabit tibi.* itaque *recede procul a calumnia*, accipiunt, actiue, inferenda: quam expositionem non desunt qui amplectantur: sed altera quæ capit passiuè, mihi fit probabilior, & est Latinæ vulgatæ conformior, & Hebraicæ editioni: in qua, *quia non timebis*, est ratio & caussa prioris membri, *recede procul à calumnia*, atque ideo, intelligi debet, à calumnia, ab iniuria accipienda: itaque promittit Deus Ecclesiæ suæ securitatem, tutelam in periculis, in rebus aduersis.

LXX.

Ecclesia spondetur tutela.

Nam innocentia vitæ & si aliquo modo tuetur seipsam & defendit, quod ille cecinit.

Integer vitæ, scelerisque purus
Non eget Mauri iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.

Innocentia tuta.

Horat. Ode 22. l. 1. carm.

Sed non vbique id verum: interdum enim innocentes, & sancti sunt magis obnoxii, quàm violenti, & iniuriosi, & qui singulariter sunt improbi persequûtur probos, eo nomine quòd probi sunt. Lege Aug. Psalm. 90. vers. 5. Quare qui abstinet ab iniquo, ab iniuria facienda, non en ipso tutus est, sed sæpe accipiendæ propior: quippe qui prospicitur non vlturus acceptam.

Innocentia iniuriarum obnoxia.

At si Deus præstet, nos procul fore à detrimento accipiendo, securi esse possumus: quod 116
facit hoc loco. Sed id accipe spiritualiter, vt superiora bona promissa.

Dei defensio securitatem omnimo affert.

Vers. 15. Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.

IN principio huius capitis videor mihi ostendisse firmiter, Ecclesiam, quam Deus, seu vates alloquitur, esse è Gentilibus lectam: hoc nunc nobis fortiter aduersatur: nam *accola*, & *aduena*, qui accessurus esse prædicitur, non videtur posse esse alius, nisi gentilis, atque adeò Ecclesiæ è Iudæis coactæ, nam comparatione huius dicebatur *aduena*, siue Græcè *proselytus*.

Ecclesia è Gentibus.

Difficultas.

Pauci

117\. Pauci sunt interpretum, qui hanc difficultatem perviderint: & certe facessit negotium iis etiam, qui Ecclesiam agnoscunt è Iudæis & Gentibus simul compositam: nam quoties res aliqua e duobus diuersis coalescit, quidquid alteri duorum simile est, extraneum dici non debet: adde Ecclesiam maximâ ex parte constitisse e Gentibus: quare qui e Gentilismo noui accederent, *aduenæ, & proselyti* nominarentur parũ propriè, cum accederent, & eorum quibus accederent, eadem esset omnino ratio, & conditio.

118\. *Cyril.* *Aduena pro Iudæo veniente ad Euangelium.* *Ratio.* Vnus S. Cyrillus, vir sanè oculatissimus, & sui simillimus, qui Ecclesiam e Gentibus supra intelligit, visus est id animaduertisse, cum exposuit *aduenam*, Iudæum, qui ad Euangelium se, se aggregaret. Proba, & ingeniosa expositio, & sententia digna nostro Vate elegantissimo. Nam vt in veteri lege, quia Ecclesia constabat e solis Israelitis, si qui pauci ex aliis nationibus sese ad religionem veri Numinis applicabant, vocabantur *aduenæ & proselyti*, & *hospites fidei*: sic contrà in lege noua, quia Ecclesia coaluit fere ex Gentilium variis nationibus; qui pauci e Iudæis Euangeliũ essent admissuri, *aduenæ & accolæ* dici potuerunt. Aduena enim, vt hospes, est nomen respectiuum, & mutuum. *Hospes, nomen anceps, & mutuum* hospes enim est qui recipit, & qui recipitur alter alteri vicissim hospes: sic proselytus, & extraneus vnde ad Gentilem populum dicitur *Aduena quondam tuus adiungetur tibi*: i. hospes tuus, apud quem tu peregrinabaris olim, mutatis rebus & vicibus ipse apud te erit hospes & peregrinus: tu prius ad Euangelium *Iudæus à Gentili admittitur in Ecclesiam.* admissus, & illius loco, tanquam ramus defractus, insertus, & quasi iam naturalis effectus, Iudæum rursus accipies. quod non debet intelligi de primis Iudæis, sed de iis, qui post fundatam Ecclesiam, in eam sunt cooptati, & maximè propriè quadrabit in Iudæos, qui in fine mundi sunt conuertendi, quos Paulus vocat reliquias Israelis. Ro. 9. v. 27. Vide sup. 10. v. 22.

119\. Tametsi idem Cyrillus Gentiles quouis tempore accedentes ad fidem ait posse dici *proselytos*, sed pòst, secundo loco affert illud de Iudæis, quasi non acquiescens in priori interpretatione.

120\. *Osor.* Osorius in suâ paraphrasi exponit de iis, qui ad Ecclesiam fictè erant accessuri, & fraudulenter, vt veris Christianis insidias struerent. Fortasse Osorius ducitur Hebraicâ lectione, *Lectio Hebræa.* quæ si verbum è verbo exprimitur, sic habet: *Ecce peregrinans peregrinabitur, non ex me: qui peregrinabitur tecum, contra vel iuxta te cadet.* Vererer, vt hæc expositio vera sit: quod vere accidisse Ecclesiæ vetustissimum est. 2. Cor. 11. vers. 26 *periculis in falsis fratribus.* Vnde ne isti falsi fratres *Gal. 2. v. 4. Christiani ficti.* fallere possent, & vt veri fratres admissi inficerent alios, aut proderent, inuenta est a Christianis tessera peregrinorum, & deinde litteræ formatæ. *Tessera peregrinorum, & litteræ formatæ.* Vide de iis Baronium tom. 1. anno Domini 75. num. 15. Quod & hæreticis aptari posset, qui se maxime omnium simulant Christianos, & si diis placet, etiam pastores, & ad gregem *veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* *Hæc ratio similis. Matt. 7.* Sed tales accolæ, aduenæ, & vere a fide peregrini non nocebunt Ecclesiæ, Deo prouidente, & pericula auertente; imò tibi irrito voto, & consilio cadent. nam Ecclesia procul est futura ab omnibus calumniis, & insidiis Sed, vt monui, hunc sensum & si vtilem, non puto esse germanum, sed quem Cyrillo dedi. *Sensus non germanus, etsi vtilis.*

Vers. 16. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas: & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum.

Vers. 17. Omne vas, quod fictum est, contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus.

SI paucis libeat sententiam complecti promittit Ecclesiam fore tutam ad omnes ictus & fraudes hostiles; eo quòd hostes eorum industriæ, machinæ & instrumenta bellica, diuinæ subiaceant prouidentiæ, & potestati. *Paraphrasis. Ecclesia tuta* Primo versu, *faber sufflans in igne prunas, proferens vas in opus suum, interfector ad disperdendum*: & versu altero: *Omne vas, quod fictum est*, ad vim, ad ictu, ad impetum apertum, & ad bellum indictum pertinent: at verò: *Lingua resistens*, vel *insurgens contra te*, ad calumniam & fraudem spectat: ergo siue vi palam, siue dolo clam oppugnetur Ecclesia; siue à Dæmonibus, siue eorum instinctu à Tyrannis, à falsis Christianis, ab hæreticis impugnetur, non modò non oppugnandam, non opprimendam fore, sed potius victricem euasuram & gloriosam hisce vltimis verbis prænunciat Isaias. *Vi & callidi contra Ecclesiam tuta.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVMQVINTVM.

1\. OMnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.

2\. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

3\. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

4\. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem Gentibus.

5\. Ecce

5. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel quia glorificauit te.

6. Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.

7. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.

8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.

9. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.

10. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti:

11. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

12. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13. Pro saliunca ascendet abies & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

Vers. 1. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.

1. *Argumentum ad Euangelium.* Catholicorum interpretum nemo ferè est, qui hoc caput non sentiat spectare ad Euangelium: ac proinde *sitim* & *aquas*; *vinum* & *lac* non accipiat metaphoricè, & quamuis alius aliter, sed non ea est differentia, vt dici ... diuersa docere. Nos singulis opportunis ... addemúsque quæ præmeditati fuimus ... Dei auspice

Hebr. *Omnes sitientes venite ad aquas.*] Mirum, à Latinis ... Hebraicum הוי *hoi*, i. *heu*, interiectionem ... solent ... alii, vocan... aptius hoc loco, qui ... est exponit duo vocabula, ... aquas, quæ diximus ... naturalibus desideriis nullum ... quam sitis, nullumque ... expletur, excrucians. Tol-

A ... in quoius sermone ... exempla, vt ... non sit opus.

At quæ sitis, quæ cupido, quam sedare ... sint passi si ad aquas occurrant hoc loco ... Tametsi Arias ... ponit ... & cupidos, & alios laudab... sitis ... tes: apud alios tamen ... hæc sint prophetica male audit, & in ... exponitur. Quam ... tatem, duo confirmant: alterum, ... ticula *heu*, indicans, eos ... dolendi ... alterum, q... *Sitis* ... *prima.*

B *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate* ... vitiosa sitis, laborque in eâ explenda ... consumitus reprehendi ... idetur.

Ergo ... cupi... male sitientes petunt iam, voluptatem, honorem; concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, sine honorum, ... *sitis* nomine appellatur, sitis vrens, sitis inexplebilis, itud rebus cupitis pastis, quasi suo pabulo, instar ignis aucta. Auaritia enim pecuniarum aggestu nô extinguitur, sed incenditur vt ignis aceruo lignorum. 4. *Malæ cupid.* *Cupido erroris explenda* *Ambitio nusquam expleta.*

Voluptas rerum voluptuosarum perceptione non sedatur, sed magis irritatur. Quid de ambitione sentiendum sit oculis vsui pare quotidie licet: cui nullus tam altus est gradus, in quo illa sibi insistendum esse existimet.

C Isti, quos tam dira sitis vrit, cruciatque semper inexpleta, Deus inuitat ad *aquas*, quarum haustu duntaxat possint satiari. Vt enim sitis naturalis non sedatur cibo, non somno, non alio, quàm aquâ verâ: Sic sitis metaphorica, sic animæ humanæ desiderium non expletur creaturâ vllâ, sed solo Deo. Vnde *sitientes* possumus interpretari, homines cuiusuis generis & ordinis, & id habet textus: *Omnes sitientes*, seu Hebr. *Omnis sitiens*; quia omnes naturaliter sitiunt, & cupiunt esse beati: éstque cuique hominum hoc desiderium adeò innatum, vt quoad specificationem, vt aiunt Scholastici, sit omnino necessarium; neque possit vllus hominum velle non esse beatus. S. Aug. 1. Confess. cap. 10. *Nónne ipsa est beata vita quam omnes volunt, & omnino, qui nolit eam, nemo est.* 5. *Simile.* *Desiderium hominis non expletur alio quàm Deo.* *Cupiditas beatitudinis innata.*

D At quia quicumque alieni à Deo eiúsque vera religione, abutebantur hoc desiderio naturali bono, quod Deus sapientissime impressit illis, vt eo incitatentur ad ipsum Deum quærendum, & alibi quàm in Deo beatitudinem suæque sitis sedationem, errantes miserè circa fines bonorum, & malorum frustra ne captarent, idcirco hos Deus miserans excitat hoc loco dicens: *heu omnes sitientes*, ne occurratis ad cœnum, sed *venite ad aquas*: sitis enim nisi aquis satiari nequit: vos autem hucusque quidquis aliud, quàm *aquas* hausistis. 6. *Homo abutitur bonis.*

E Hæc explicatio mihi citiùs probatur, quàm illa altera communis de siti, & cupiditate vitiosâ: quia illa minus hæret naturæ rerum, quas scriptura sancta & sapientissima vsurpat ad significandas alias ex similitudine: *sitis* enim non est quoduis desiderium, sed eius, quo tolli & sedari potest, scilicet, aquæ: vnde cùm ait, *Sitientes venite ad aquas* ... aptè exponitur: sitientes ... tia, *venite ad aquas*, venite ad gratiam diuinam, quam minimè sitis aptissime 7. *Explicatio tenenda.*

... ro Q ... est, ... em, venite ad Euangelium ... te ad Deum, in quo solo est beatitudo. S. August. 10. Confess. ca. 23. *Et cum amant beatam vitam, quæ non est aliud, quam de veritate gaudium, vtique amant etiam veritatem: nec amarent nisi esset aliqua notitia eius in memoria eorum. Cur ergo non de illa gaudent? cur non beati sunt? quia fortius occupantur in alijs, quæ potius eos faciunt miseros, quam illud beatos quod tenuiter meminerunt.* Itaq; non damno, sed laudo sitim, ait Deus, desiderium adipiscendæ felicitatis in communne probo, sed doleo vos cœcutire, & errare circa viam & medium, quæ eo conducunt: sititis, cupitis aquas, sed pro aquis lutum, cœnu accipitis, beatitudinem in ijs, in quibus nullo modo est, collocatis: vnde sitim numquam expletis. S. Aug. 10. Conf. c. 23. *Beata quippe vita est, gaudium de veritate. Hoc est enim gaudium de te, qui veritas es, hanc vitam beatam omnes volunt: hanc vitam, quæ sola beata est omnes volunt, gaudium de veritate omnes volunt. Multos expertus sum, qui vellent fallere, qui autem falli, neminem.*

8. Quam sitierint homines consequi beatitudinem, e diligenti philosophorum & assiduâ inquisitione finis, & vltimi boni, in quo illa consistit, satis cognoscitur. Quantopere verò a vero scopo, & fine bonorum aberrauerint, ex ipsorum scriptis, & aliorum, qui sententias varias colligunt, perspici potest. Legendus est Tullius, qui libros quinque neque admodum angustos de hoc argumēto, hoc est, de finibus, bonorum, & malorum eleganter conscripsit, in quibus ad quattuor capita reuocat omnes opiniones philosophorum, & disciplinarum discrepantium in statuendo eo bono, quo hæc naturalis sitis beatè viuendi omnino sedaretur.

Tullius de finibus.

9. Alij enim senserunt id bonum esse voluptatem: & quidem corporis, non vt homines, sed vt bruta, & muta animalia æstimantes, eius sectæ autor & princeps Epicurus. Alij ab iis non valde dissimiles censuerunt eos, qui nihil dolerent, esse beatos: itaque in ipsâ doloris absentiâ, quam indolentiam appellauerunt, humanæ vitæ beatitudinem collocarunt, huius sectæ auctor fuit Hieronymus quidam Rhodius: Res per se explosa, & refutata. Istis è diametro se se opposuerunt Stoici philosophi, qui in vnâ honestate, atque virtute beatam vitam consistere iudicarunt: ita vt quamuis alia omnia vitæ præsidia & adminicula deessent, vna virtus, quæ à sapientiâ disiungi non potest, satis esset ad benè, beatéque viuendum. Inter hos dissidentes philosophos quasi arbitri honorarij assedere peripatetici, & conati sunt eorum discordiam tollere: asserentes, ad felicitatem humanam requiri in primis virtutem & sapientiam, sed non esse satis, adiungique debere & bona naturæ, vt ingenium, valetudinem, sensuum integritatem, & etiam bona externa, vt opes, & dignitatem, amicitias, & id genus alia: sine quibus beatitudo suis omnibus partibus absoluta non posset existere.

Opiniones de vltimo bono & fine: qui varias. Voluptas Indolentia.

Honestas & virtus.

Virtus & sine quid bona natura.

10. Quarum sententiarum quæ sit magis cum ratione, & veritate consentanea, statim apparet: illa scilicet stoicorum: sed & hæc in eo peccat valde, quod existimet illam ... probitatem & sapientiam, ... po... hominem suis sibi viribus & a...us acquire...

Opinio tertia vera, sed non vt tradita à suis autoribus.

... itaque ... in ipsâ natura ponebant, nihil de ... naturali Dei gratia cogitantes: tamersi tot quotidie impedimenta, & offensiones experirentur, tam in bene agendo, quam in ... rè intelligendo, vt iis admoniti ... agnoscere se infirmos, se ignorantes se ad beatitudinem consequendam suæ naturæ viribus ineptos: & licet sine fidei lumine vnde hoc malū nasceretur, non valerent videre; tamen cùm ipsum experti sentirent, & se simul impares ad ... operandum, & ... mouendum, de... ... ad ... generis humani principem & ... decatorem Deum, quem vnum ex hoc ... spectabili agnoscebant, oculos attollere, & medicinam huic malo postulare. Quod si fecisset & legi naturali obtemperassent, Deus illis præ multitudine, & dulcedine misericordiæ suæ, & in quo beatitudo consisteret, & qua ad eam peruenireretur, ostenderet, & simul quo possent peruenire, concederet.

Natura humana ... datur. Gratia diuina necessaria experta.

D... de ... qui ... sibi esse ... deesse.

11. Sed cum nec vulgò homines, ne philosophi quidem, & eruditi hoc præstarent, sed hi potiùs in suis cogitationibus euanescerent, & ... dicantes se esse sapientes, stultiores in ... fierent, & communiter omnes errorum, ac vitiorum tenebris & pondere obruti iacerent, ... lumque naturali illâ sibi cuperent esse be... satiati; Deus eos miseratus ad eam, quam ignorantes sitiunt quietem & beatitudinem vocat & allicit, dicens: *Heu sitientes venite ad aqu...* ... tit enim Deus ab homine sitiri, vt ... S... Gregorius Nazianzenus dixit in orat. in sanct. ... baptisma indicatus à Leone Castrio, cuius ... ne opera laudanda est in aduocandis sanctis Patribus ad Isaiam illustrandum.

Rom. 1. 22.

Dei ... Leo Castrius ... Pa... ad ...

2. Possit esse alia expositio *sitis* qualis à me fuit adhibita cap. 41. vers. 17. *Egeni, & paupere quærunt aquas, & non sunt:* vt quærere, & sitire dicatur ij, qui indigent, vt terra pluuiam postulare dicitur, cùm indiget. vide locum cit. num. 22. Iacobi 1. vers. 5. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, &c.*

Expositio ... Terra ...

13. *Et qui non habetis argentum properate, emite Aquæ*, ex dictis, sunt Dei gratia copiosior post Christi passionē, virtutes, gratiæ comites, spiritus sancti charismata, cœlestis doctrina, quæ probè aquis cōparatur: adde Sacramēta, præcipue Eucharistiam, quæ est etiam potus: aquas Baptismales posse intelligi, si alia non excludas, nemo neget. Hæc omnia dari, & acquiri gratis, certissimum: nam vt argumentatur Paulus, perit vis & natura gratiæ, si sit ex merito, nam tunc esset merces. Neque hæreticus tamē istinc liberum oppugnet arbitrium: idcirco enim etsi nō habentibus *argentum* (id est, p... ... & meritum æquale promittitur) adiec... :*Properate, emite*; vt aliqualis industria & ... exigeretur necessaria ad compar... tiam.

Aquæ quæ.

Gratia natura, vt detur post ... liberum arbitrio.

4. *Emere*, aut est idem quod acquirere, ... pro genere; quia notissimus modus acqu... est emtio: sicut contrà nos Hispa... genus ... trahimus ad speciem, *comparare* ... *emere* ... mus enim, *comparar*. Rectè ... P... per... *emite* quasi inuitentur ... potissim... ad ... tum certi temporis, qu... sit occasio m... ... *minum dum inueniri potest inuo... ate e... m,* ... p... est ... tate ea... ... et ... a ... ... pa... tur moras.

15. *Aqua esculenta. Aqua vnde commuts.* *Emite, & comedite.* Sic vertit quidam, & audit, *& bibite*, sed probius *comedite*, nam præter quam quòd aquæ non soleant esse venales, oportuit intelligi, has aquas non minus esse esculentas, quam potulentas. Psalm. 22 vers. 2. *Super aquam refectionis educauit me.* Doctrina cœlestis, est cibus, est potus animæ. Eccl. 15. vers. 3. *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum.*

16. *S. Ambros. Doctrina cibus.* S. Ambros. Psalm. 118. versic. 50. *Eloquium tuum viuificauit me.* Sic exponit, *hoc est anima nostra vitalis substantia, qua alitur, pascitur, gubernatur. Nec quidquam aliud est quod viuere faciat rationalem animam quam alloquium Dei. Sicut enim augetur sermo Dei in anima nostra, dum suscipitur, dum intelligitur, dum comprehenditur; ita et ipsa vita eius augetur: & quemadmodum alloquium Dei deficit in anima nostra, ita & vita eius deficit.* Lege plura, si pluta quæris; & S. Gregor. Moral. cap.. qui ex diuersis locis S. Scripturæ probat Verbum Dei esse cibum & simul potum, & citat inter alia hunc locum.

Greg. Doctrina potus.

17. *Doctrina cibus.* Ex quibus ampliùs patet necessitas veniendi, & properandi ad has aquas: vt enim vita naturalis sustineri nequit sine cibo, & potu, sic nec spiritualis sine his aquis, quæ alunt, & potant, quæ sunt alimonia, & eius vehiculum: hoc enim est munus potionis, nam aqua non nutrit, sed seruit nutritioni, coquendo cibo, & huc, illucque transferendo. Quæ omnia munera potionis & cibi facit vna sapientia diuina, & multo plura, & ob id non solùm appellatur *aqua*, sed *vinum & lac*.

Potus officium.

18. *Dona gratuita.* *Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.*] Iterat, gratis dari, sine vlla compensatione hoc tantum bonum, & quas modò nominarat *aquas*, subitò conuertit in *vinum*, & in *lac*. De naturâ vini, & lactis differunt philosophi, & magis ex officio, medici. Sed vtraque satis est nota vsu & experientia, & in sacris litteris expressa, si dispicias solerter quo hæ naturæ traducuntur. Aquam, vinum, lac, vocari Euangelium, quæ omnia sunt potabilia, ideo suspicor, vt inde discas, esse facile ad accipiendum, & sumendum, imò delectabile, modò si sit sitis, & absit satietas: nam quid sicco, & sitienti, ac æstuanti iucundius, quàm frigidæ haustus? quid lasso & exanimato dabis, quod eum magis citiúsque recreet, atque reficiat, quam vini generosi poculum? quid denique haustu suauius quàm lac? quis cibus sumtu facilior? Aliæ enim escæ duriores frangendæ, mandendæ sunt, quod fit aliquando cum labore; at verò lac sorbetur, bibitur, hauritur. Sic doctrina diuina facilè, sine molestiâ capitur.

Aqua, vinum, & lac quid proponant. Euangelium facile, & suaue. Sicut nihil dulcius haustu frigidæ. Vini, & lactis potus delectabilis.

19. *Vini virtus.* Vini virtus & qualitas præcipua, est exhilarare. Psalm. 103. versiculo 15. *Et vinum lætificet cor hominis.* Prouerb. 31. versiculo 6. *Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt corde: bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.* Quàm proprium sit hoc munus diuinæ sapientiæ, & ipsa sacra testantur eloquia, & multo penitius experiuntur qui hauriunt Sapient. 7. versiculo 11. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam horum omnium mater est.* & cap. 8. versic. 16. *Intrans in domum meam conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam, & gaudium.*

Sapientia diuina exhilarat.

20. *Non enim coxima Satum vel ut medio tormentorum læta Philosophia id compraestat, sed gratia Dei.* Docebat Stoicorum secta, suum sapientem, quem cogitatione sua finxerat non opere exsculpserat, adeo fore vna sapientia beatum, vt in grauissimis doloribus, in maximis æstumnis, in Phalaridis tauro gauderet, generique: quòd vna sapientia obtueret omnes illas molestias & dolores. Fuit quidem hæc stultorum philosophorum arrogans professio, cum id tribuerent humanæ doctrinæ, & virtuti naturali: at quid mirum si id præstet, efficiatque diuina, vt in exilio, in paupertate, in fame, in siti, in frigore, in nuditate, in morbo, & dolore corporis, in ignobilitate, & in infamia, aliisque calamitatibus, vir iustus & sapiens sit animo alto, securo, & læto, oblitus nimirum egestatis, & doloris sui, quippe quem conspicit ebrietas ista cœlestis. Ergo huius vini officium est lenire ægritudinem, & parere lætitiam in Domino, Cantic. 5. v. 1. *Bibi vinum meum cum lacte meo; comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi.* Pro. 31. v. 6.

21. *Lactis proprietas.* Lactis haustus etiam est soporis concilians, ac proinde sensum doloris auferens, non secus atque vini. Quare Iahel petenti Sisaræ, potum aquæ illis verbis: *Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde*, profugerat enim e prælio victus, & pedes: at Iahel *aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere & operuit eum*: & paulo pòst sopitum interemit clauo trabali in cerebrum impacto. Itaque vinum & lac in eo conueniunt, vt somnum afferant, sensum auferant: ita vinum & lac diuinum saporem, & torporem ingenerant, sensum hebetant, quoad carnalia, & terrena: vt animus in se retractus, collectusque liberiùs & acutiùs possit contemplari cœlestia. Ergo hæc ebrietas veram parit sobrietatem. Hoc sibi vult sponsus cum ait: *Bibi vinum meum cum lacte meo.* non vacat *Meum*; *Vinum meum*, proprium mei quod ego expressi, & propino, non commune illud, & prophanum, excerebrans homines. Et quia Christi anima sancta expers est inuidiæ, non sibi soli hoc tantùm bonum epulúmque vult retinere, alios ad id inuitat, *comedite amici & bibite*, lac & vinum, *& inebriamini*, hoc est, alienamini à sensibus, & sensibilibus, obliuiscimini cuncta mortalia, intra vos conditi sempiterna meditamini: inebriamini, vt sitis sobrij. *Ebrietas felix*, (ait Cassiodorus Psal. 22. v. 5.) *satietas salutaris, quæ quanto copiosius sumitur, tanto sobrietate mentibus donare dignatur.*

Iudic. 4. v. 19. Sopit. Sapientia sensum lenit hebetat. Ebrietas sobria. Cant. 5. v. 1. Expositus. Alienatio à sensibus vtilis. Cassiod.

21. *Interpretatio è proprietatibus verbi, quatenus.* Porrò, licèt hoc genus interpretationis quod ex naturâ ac proprietatibus rerum pro symbolis appositarum sumitur, sit anceps, & lubricum, quippe sit incertum, qua proprietates Spiritus sanctus voluerit exsculpere: tamen non idcirco prorsus est omittendum, sed, vt in aliis locis obscurioribus, sic in his animtendum, vt quod apparet verisimilius, id eruamus: præsertim vbi coniectura, vt non sit loco nata,

est quidem per se moribus vtilis, & apposita.

23. Ergo de hoc vino, & lacte ampliùs coniectandum, neque enim frustra, vt alibi, sic hoc loco iuncta fuisse credibile est. Colorem vix ad rem nostram considerem: etsi candescit lac & rubescit vinum: & candor doctrinæ diuinæ conuenit ob puritatem, & quia est lux, seu candor lucis æternæ: ob quam proprietatem etiá cum argento puro, & purgato componitur, neque rubor disconuenit, quatenus est ignis, incendens, inflammans, argentum ignitum, seu aurum rubescens. Sed vt dixi, colorem prætereundum existimo.

Vinum & lac cur iuncta. Color non ita facit ad rẽ.

Ad gustum & ad interiorem alimoniam venio. Vinum gustato est austerum, acre: lac verò dulce & suaue, vinum tenue, subtile, lac crassum, & præpingue; vnde LXX. hoc loco, σ' ap, adipem, i. lactis secum pinguiorem, Hispan. *La nata*. Lac facilè in stomacho coquitur, & in alimoniam vertitur: vinum non item, vnde natura infantibus alendis lac maternum apparauit, imò, & aliis quadrupedibus. vinum pueris minus commodum esse monent medici, senibus verò esse aptius docet prouerbium: *vinum lac senum*.

Gustus potior, & aptr. Lac facilè concoquitur. infantio op um. Vinum senectuti aptius.

24. Hæc sapientiæ cœlesti aptare est facilè, & fructuosum. Est enim doctrina Euangelica; & quæuis alia diuina partim austera & acris, mordens, pungens: partim dulcis & suauis, mulcẽs, leniens: modò terrens, modò alliciens: modò minans, modò promittens: *dulcis & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquẽtibus in viá*. Psalm. 24. v. 8. vt dulcis lac præbet, vt rectus vinum propinat: attemperans se variis hominum ingeniis, quorum aliqui faciliùs dulcedine alliciuntur, alij verò meliùs seueritate refrænantur, quin & iidem modò pungendi, modò mulcendi fuerint.

Doctrina partim austera, partim suauis. Alios timor, alios amor, continet.

Quod vtrumque egregiè obit doctrina diuinitus tradita, quæ similiter est accommoda paruulis, & senibus. hoc est, incipientibus, & prouectis in Christo, rudibus & eruditis, tardis & ingeniosis, nullum genus, nullam ætatem, nullum gradum & ordinem hominum omittit, omnes omnino admittit, educat, alit, prouehit, & ad perfectum, quantum est in ipsa, perducit.

Doctrina diuina est accommoda omnib.

25. Disce hoc ex nobili doctore, & nutritore 2. Timoth. 3. vers. 16. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*, *vtilis ad docendum*, suauiter vt lac, *ad arguendum, ad corripiendum* acriter, vt vinum, *ad docendum* mites & humiles, *ad arguendum* duriores, & *ad corripiendum* petulcaces.

Vinum lacti iungendum.

Lac in arcano sermone substitui pro doctrinâ paruulorum & imperfectorum idem sanctus Paulus tradit 1. Corinth. 3. versic. 2. & Hebræor. 5. versic. 12. *Et facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus*, &c. Ergo ad alendum paruulos *lac*, ad roborandum adultiores, & ad perficiendum *vinum* opus est, quod est lac prouectorum, seniorum.

Lac doctrina incipientis.

26. Sanctus Dionysius in epistola ad Titum hoc argumentum versat, magistri sui Pauli vestigiis insistens, duplicem cibum spiritualem distinguit, *Recte igitur*, inquit, *sapientissima, benignissimaque sapientia a scriptis diuinis laudatur, quod & mysterij plenum crateta ponat, & sacrum eius poculum profundat, & magis quod ante hæc sermos solid que cibos apponat, & cum excelso præconio ipsa eos, qui se egent, inuitet. Duplicem ergo cibum diuina sapientia apponit, alterum firmum & stabilem, alterum liquidum, atque profluentem. Et paulo pòst, Sed quis est solidus, quis liquidus & fluctuans cibus. Hos enim quod det, atque prouideat diuina laudatur sapientia. Solidum quidem cibum significare arbitror mentis participem, stabilemque ac eodem in statu manentem perfectionem, quâ diuinarum rerum participes sunt sensus illi mentis per stantem, potentem, singularem, indiuiduamque scientiam, quibus diuinus Paulus à sapientia acceptum reuera solidum cibum communicat. Liquidum autem, fluxionem, quæ vim habet diffusionis, & foras excurrere studet, variisque etiam ac multis, & diuiduis eos qui educantur pro captu, & modo suo ad simplicem stabilemque Dei scientiam benignè deducit.*

Ano. Duplex cibus solidus alius, alius liquidus quid vterque.

27. Quin ad locum Pauli ad Hebræos allegatum sanctus Dionysius aspiciat, non est dubium, qui statim adiungit: *atque & rot aqua, & lacti, & vino, & melli diuina, & spiritualia scripta comparantur, similiaque dicuntur esse, propter vim quam & procreandi vt aqua, & augendi, vt lac, & recreandi, vt vinum, & purgandi pariter & tuendi, vt mel habent. Hac diuina sapientia dat iis, qui ad ipsam accedunt, ipsis abundantiam, & perpetuorum commissorum affluentes suppeditans, profundens ue copias. Hoc quidem est bene epulari, & bene habere, ob eamque caussam laudatur, quod & generet simul & educet paruulos, & restaurer, & perficiat. Ex hac autem sacra commun interpretatione ipse etiam bonorum omnium auctor Deus ebrius esse dicitur propter redundantem, & quæ mentem superet, tanta epulationis, aut, vt veriùs dicam, bona habitudinis Dei, omnino perfectam, incredibilémque immensitatem. Vt enim in nobis, in malo ebrietas est: sic etiam in bono in Deo ebrietas nihil aliud est intelligenda, nisi redundans secundum causam, præexsistens in eo omnium bonorum immensitas. quin etiam dimotio mentis & sensus, quæ ebrietatem comitatur, Dei excellentia, quæ omnem mentem superat, accipienda est.*

Liquidior pro sermen. Sapientia diuina multiplex ebrietate. Ebrietas bona, & in Deo.

28. Hæc ex tanto scriptore transcripta etsi multa non sunt fastidienda, nam explanant locum illum Pauli ad Hebræos & alterum Canticor. 5. quæ nos allegimus, & quam aptè possit tribus ebrietas spiritualis bonis viris, indicat Dionysius, cùm ipse exponat, quemadmodum cadat in ipsum Deum. Denique quia dat aquæ vim generandi, lacti vim nutriendi, vino vim restaurandi, & recreandi; & hæc tria iunctim in hoc Isaiæ loco reperimus, fas est arbitrari, S. Dionysium eò oculos conuertisse, apud quem *aquæ* sint Christi baptismus, qui spiritaliter gignit, facitque Dei filios, *lac & vinum* sint alia sacramenta, vel quia ille hæc omnia effecta tribuit sapientiæ diuinæ, *aqua* sit fides iustificationis initium, & quasi fons, *lac*, donum sapientiæ, *vinum*, donum consilij & prudentiæ,

Dionysius visus aspicere Isaiam. Aqua, lac, vinum, quid.

prudentiæ, qua homo ad benè, & fortiter, & alacriter agendum instruitur.

29. Sed omnium optime nostrum Vatem apparet expositum fuisse à S. Petro 1. cap. 2. vers. 2. aiente: *Sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus.* Cum Isaias vocat ad *aquas* gentilem populum, & Iudaicum, vocat ad Euangelium, vt Christum recipiant per fidem, & per baptismum ... vt iam in Christo genitis offert *lac & vinum*, vtrumque potabile, vtrum ... facile, & ... Sanctus Apostolus Petrus ... in Christo generatos, & hortatur ... paruulos, vt mammas Christi, & matris ... appetant, & ... *rationabile*, λογικόν, lac rationis & doctrinæ, lac animæ rationali conueniens, lac sincerum, non adulteratum, non corruptum, non vitiatum, *sine dolo*, ἄδολον, ac si diceres, infraudulentum, sine fraude, & fuco erroris finis & effectus lactis illius; *vt in eo crescatis in salutem*. Hunc locum aliud agens exposui cap. 40. num. 163. ex eo aliquid opportunum adduci possit. addit Sanctus Petrus: *si tamen gustastis quoniam suauis est Dominus*: id est, siquidem, quandoquidem *gustastis* suauitatem lactis diuini, illud ... appetite, & repetite eius vbera: accipite lac cum vino, vt illa lactis pinguedo, quæ posset fastidium parere vini acrimonia, & austeritate temperetur, ac diluatur, & sic suauius gustata fiat.

Lac & vinum ... permiscenda.

30. Quòd si hoc est ingenium diuinæ sapientiæ sacræque Scripturæ, vt aliis sit cibus liquidus, aliis solidus, aliis feculenta, aliis ... prout eis quo opus est: necesse est, Doctor Ecclesiasticus, qui huic spirituali conuiuio præest, vt architriclinus, sese captum, necessitati, & interdum palato conuiuarum attemperet, cuique vtiliora & salubriora proponens, quod pertinet ad munus prudentis, fidelisque dispensatoris.

Doctor attemperet eis, quos docet.

31. Orig. in Leuit. homil. 4. fere ad medium sic scripsit: *Obseruandum est, quod alias indumentis vtitur sacerdos dum est in sacrificiorum ministerio, & alias cum procedit ad populum. Hoc faciebat & Paulus scientissimus Pontificum, & peritissimus Sacerdotum. Qui cùm esset in cœtu perfectorum, tanquam inter Sancta Sanctorum positus, & stola perfectionis indutus dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi, neque Principum huius mundi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio Dei absconditam, quam nemo Principum huius mundi cognouit. Sed post hæc tanquam ad populum exiens mutat stolam, & aliâ induitur longè inferiori, quam illa. & quid dicit? Nihil aliud iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Vide igitur doctissimum Sacerdotem quomodo indutus sit. Cùm est futurus inter perfectos, velut in Sancta sanctorum, aliâ vtitur stolâ doctrinæ, cùm verò exit ad eos, qui incapaces sunt, mutat stolam verbi, & inferiora docet: & alios lacte potat, vt paruulos, alios oleribus nutrit vt infirmos, aliis verò fortes præparat cibos, iis scilicet, qui pro possibilitate sumendi, exercitatos habent sensus ad discretionem boni, vel mali.*

Orig. Typus.

Doctrina non eadem perfectorum & imperfectorum.

32. Hæc per occasionem vini, & lactis, quæ vt rudioribus & paruulis in Christo Vates offert, obseruata sunt, & ad doctores translata, quibus eiusdem generis alia monita suggessimus c. 50. nu. 5. 66. De ... accommodare ad doctrinam dixerit fuse Clemens Alex. lib. 1 Pædag. ...

S. Hieronymus affirmat in Ecclesiis Occidentis sua adhuc ætate fuisse morem præbendi lac & vinum renatis in Christo, & indicat ex hoc loco Isaiæ manasse. & istum morem esse typicum, vt lac significet vitæ candorem, & puritatem, & vinum sit symbolum sapientiæ diuinæ: quod si ita sit, vires acquirit ea opinio quæ in *aquis* intelligit Baptismum: cùm venientes ad Christum vbi mersissent aquis, eos lacte, vinóque potarent. Verùm quamuis S. Hieronymus in hoc Isaiæ commentario id factitatum fuisse tradat, non tamen ex hoc loco id sumptum affirmat. Vnde consto in sententiâ, vt aquæ significent generalius, vt nu. 13. doceo. Procopius tradit cum corpore & sanguine Domini præberi solitum lac recèns baptizatis: vnde vinum quod addit, S. Hieronymus, fortasse, consecratum & versum in sanguinem Christi intelligit.

Lac & vinum præbebatur recèns baptizatis in mysterio
Sup. c. 7. v. 15. num. 20. infr. c. 66. v. 11. nu. 41.

Vers. 2. Quare appenditis argentum non in panibus? & laborem vestrum non in saturitate? audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

Quemadmodum suprà doluerat Deus fueratque miseratus vicem eorum, qui valde sitirent, & nullibi sitim explerent, eo quòd alieno loco aquas quærerent: sic nunc dolet eosdem & eodem modo, scilicet esurientes, ac fame pereuntes, eo quòd & sumptus, & labores, in comparandis cibis male ponerent. Hoc habet prius hemistichium: *Quare appenditis argentum non in panibus?* i. pretium datis, & panes non accipitis: *& laborem vestrum non in saturitate*, laborem præter pretium impenditis, vt fami subueniatis, & nihilominus esuritis. Vnde duplicatur miseria, nam & fames premit, & labor ac pretium tibi perditur. Et vt superiori versu Deus hos miserè sitientes inuitauit ad aquas gratuitas, ad gratias suas, sic hoc loco inuitat ad comedendum, & fruendum id epulum, quod delectet, & satiet, quare sententia non differt. Verba aliqua fuerint premenda, quo succus sit expressior. 33.

Deus miseretur laborantium sine fructu.

Appenditis: pretium venditori bifariam traditur, aut enim numeratur, aut appenditur: nam cùm certum sit cuiusque monetæ pondus, eodem excerunt numerare pecuniam, & appendere: vnde aliud apud alias gentes fuit vsitatius. Sed vt certior, & fidelior est ratio pendendi, quàm numerandi, sic & communior; id ex Hebræis intelliges vocabulis, & ex Latinis etiam, apud quos diu fuit rude & infectum metallum pro nummo. Plinius lib. 33. cap. 3. *Seruius primus signauit as, antea rudi vsus Romæ Romanus tradit. Signatum est nota pecudum: vnde & pecunia appellata.* & paulò ante: *Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. Librales, vnde nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur asses.* 34.

Pretium bifariam aut appenditur aut numeratur.

Pendere est certior mensura.

Plinius.

Pecunia à pecude.

Argentum signatum post captum Romæ.

quare æris granis pœna dicta, & adhuc expensa in A *rationibus dicuntur: item impendere, & dependere; quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ, custodes, libripendes dicuntur, qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipij sunt, nunc libra interponitur.*

Stipēdium vnde.

35\. Ratio numerandi pecuniam expeditior.

Sed quia pluris operæ erat pecuniam appendere, quippe lancibus, & ponderibus indigens, vsus numerandi vt facilior, instrumento librandi minime requisito, videtur admissus, præsertim vbi pauca esset tradenda pecunia. At vbi plurima, compendium est, cùm expenditur: & hic mos obtinetur à locupletibus mercatoribus, & nummus argenteus maximus nunc Hispaniensis, qui vncialis est vulgò *Peso* B dicitur: valétque octo regales argenteos. Ergo cùm Vates noster ait: *Quare appenditis argentum*; pretium ingens, & valde magnum fuisse pondus argenti, pecuniæque significat: summum pretium datum: & nihil venale receptū: *& non in panibus*: ne panem quidem cibarium quo vita sustentetur, malo enim simpliciter accipere, quam ea tropo, pro quouis obsonio: etsi hoc modo alibi capi non ignoro: quia hîc maior est energia, si pro pane solo capiatur, & eodem modo capio alterum membrum eiusdem formæ, & sensus: *Et laborem vestrum*, (appenditis, largè insumitis) *& non in saturitate?* neque tamen accipitis vel quibus ventrem impleatis, quibus famem sedetis, ad quod non C opus est epulis, & exquisitis escis, sed satis est cibus quiuis parabilis, & vilissimus, Luc. 15. v. 16. de filio illo iuniore: *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*, quod melius ita esse cognoscitur ex oppositis sequentibus: *Audientes audite me, & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra* (*crassitudo* pro escis pinguibus, medullatis, delicatis, quæ & famem auferunt, & voluptatem afferunt.

Nummus argenteus maximus Hispanus.

Compra a peso de plata, a peso de oro.

Panis, cibus vilis.

Fames quomodo cibo pellitur.

Sub hoc epulo pingui, ac delectabili nihil diuersum latere existimo ab eo quod sub vino & lacte contineri exposui; & hanc famem inexpletam eandem esse quam sitim ibidem expositam. D

Sententia eadem, quæ suprà

36\. At quid est, *Argentum & laborem appendere non in panibus*, i. frustra? Dico, esse studium, operam, laborem, diligentiam, industriam, conatus, molimina hominum, adde si libet, quæuis alia, in quærenda animi quiete, in quærenda tranquillitate, & vita beata, collocare quoties alibi quàm in sincera Dei religione, & dilectione, quam in verâ sapientiâ quæritur iuxta ea, quæ fuse sunt disputata in vers. primo, quia nihil satiat, nihil explet infinitam propemodum humani pectoris amplitudinem, nisi ipsemet Deus conditor, & largitor, tritum illud: *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Simile similiter vul- E gare: Acus nautica affricta magneti quamdiu non est obuersa septentrioni, inquies est: sic anima humana Dei contactu, & eius similitudine affecta in alio, quam in ipso Deo non consistit; extra illum, vbique fluctuat, æstuat, turbatur, angitur. Fingit sibi, imò somniat paradisum & requiem in variis studiis, rebusque & ad ea cōprehendenda homo delusus, anhelus annititur: quæ sæpius non assequitur, & si quando assequitur: nihilo secus manet ingluies, & ieiunus, ac si non esset assecutus:

Oleum & opera perdita cū Deus non quæritur.

Nisi Deus, nihil satiat. Simile

A hic appendit *argentum non in panibus: & laborem non in saturitate.*

Repete recordatione præteritorum temporum heroas, quos nobis venditat cæca Gentilitas, Hercules, Vlysses, Achilles, Alexandros, Annibales, Scipiones, Cæsares, Pompeios, Themistocles, Epaminondas, Xerxes, Cyros, aliosque innumeros, & considera eorum pericula, labores, dolores, vigilias, curas, ærumnas, & molestiarū immensum pelagus; quæ omnia eò appendebant, & referebant, vt inanem humanæ laudis auram apprehenderent: videbisque quam apte cadat in eos præsens obiurgatio. *Quare appenditis*, &c. Nam ne id quidem sunt assecuti quod tot laboribus & sumptibus B emebant, vt laudarentur in vulgus; eo quòd bellica & alia præclara facinora admistis vitiis & peccatis pl[illegible] sissimis obscurauerint, & fœdauerint, quod erat consequens ii[illegible], qui cœlesti lumine destituti in agendis rebus [illegible] ipsos non Deum quærebant. Adnotata vitia fœda reperies ab iis, qui eos maxime laud[illegible] Sed demus cursum vitæ sine his offensionibus tenuisse, & ad famæ optatæ metam peruenisse: num hæc eorum famem expleret: sitim bene viuendi extingueret non magis quàm epulæ in insomnio visæ, aut aquæ Tantali. 37

37\. Labores inanes heroū.

Heroes præclara fœdarunt vitiis.

Conquisita, & [illegible] nō explēt.

Possem hoc confirmare testimoniis multorum, qui imperia, regna, opes, & gloriam [illegible] cuti confessi sunt, se in iis non modò non C quiescere, sed cruciari. Sed vno fuerim exemplo & testimonio contentus Dionysij tyranni Syracusani, Ciceronis verbis exposito: *A[illegible] cum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negarétque vnquam beatiorem quemquam fuisse: Visne, inquit, ô Damocles, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? [illegible] se ille cupere dixisset: collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto: abacósque complures ornauit argento, auroque cælato. Tum ad mensam* D *eximia forma pueros delectos iussit consistere, illósque ad nutum illius intuentes diligenter ministrare, aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores: mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus, itaque nec pulcros illos administratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam: iam ipsæ defluebant coronæ, denique exorauit tyrannum, vt abire liceret, quod iam beatus nollet esse.* Hæc ille. 38

38\. Dionysi Tyrannus Cic. Tu'c. 5.

Delicia, & luxus.

Solicitudo, & metus turbat felicita.

Sed esto, non omnibus istius conditionis E hominibus is terror impendeat: certè illa omnia possessa non implent; foris sunt, onerant, non ornant, tædium, non verum gustum pariunt. Bona sunt corporis, non animi, non hominis: phaleræ, & peristromata, quæ promiscuè homines, equos, & parietes etiam adornāt.

39\. Possessa foris non implent intus.

Vnde laus & gloria ob hæc exhibita, immerita est, & ridenda: nam laus soli solidæ virtuti debetur: & hæc virtus extra veram religionem non est. Ex quo fit, vt omnes infideles, siue id, quod sequebantur, nō sint, siue sint assecuti, eos frustra laborasse, quiduis il-

Laus vera vnde.

Extra Religionem nulla virtus.

lud

[illegible] quod [illegible] vel po- [illegible] [illegible] [illegible] aderat, [illegible] [illegible] [illegible] Iam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

40. [illegible] paulo verius [illegible] *Quare appenditis argentum non in panibus* [illegible] Hebræum, אלו, *belo, in non panem, vel aliquam in pane*, in quauis [illegible] alia [illegible] in cibo coquendo perpe[illegible] [illegible]. *Panis* est nume[illegible] hac interpretatione, stat pro [illegible] & [illegible], quæ sola saturitatem [illegible] est [illegible] Qua[illegible] comparando [illegible] communis qui solus [illegible] Vnde hac expositio a su[illegible] pari [illegible] & vtramque volo, vt [illegible] locupletet. S. Augustinus in Ioan. [illegible]

41. *Videtur mihi quomodo Dominus Iesus in hoc loco magnum quiddam insinuare volens intentis, & intendere capacibus, incapaces autem excitare ad studium, vt nondum intelligentes bene viuendo capaces fiant: insinuans nobis animam humanam, & mentem rationalem, quæ inest homini, non vesci, non vegetari, non beatificari, non illuminari nisi ab ipsa substantia Dei, eamque animam facere aliquid per corpus, & de corpore, atque habere subiectum corpus, & per corporalia mulceri posse sensus corporis, vel offendi, & propter hoc id est, propter consortium quoddam animæ, & corporis in hac vita, atque complexum, delectari animam leniter, vel contristari offensis corporis sensibus, beatitudinem tamen eius, qua fit beata ipsa anima, non fieri nisi participatione illius vitæ semper viuæ incommutabilis, æternæq; substantiæ, quæ Deus est: vt quomodo anima id, quod ipsa inferius est, hoc est corpus, facit viuere, sic eamdem animam non facit beate viuere nisi quod ipsa anima est superius. Superior enim anima, quam corpus, & superior quam anima Deus. Anima vt præstet aliquid inferiori, præstatur illi à superiori: seruiat Domino suo, ne conculcetur à seruo suo. Hæc est religio Christiana quæ prædicatur per totum mundum, horrentibus inimicis, & vbi vincuntur, murmurantibus; vbi vero præualet, sæuientibus. Hæc est religio Christiana, vt colatur vnus Deus, nō multi dij, quia nō facit beatam animam nisi vnus Deus. Participatione Dei fit beata, non participatione sanctæ animæ fit beata infirma anima, nec participatione Angeli fit beata sancta anima: sed si quærit beata esse infirma anima, quærat, vnde beata sit sancta anima: non enim beatus efficeris ex Angelo tu, sed vnde Angelus inde & tu.*

Anima Deo [illegible]

Angelus non bea. homine.

42. Quod si extinguere famem rationalis animæ, & explere eius famem, nihil aliud est, quam esse beatam: & nullius rei creatæ communione, aut adeptione potest esse beata nisi solius Dei participatione: profectò constat, quidquid laboris aut studij impenditur in creaturis obtinendis, potiendisque omisso creatore, nequicquam impendi: eisque eatenus vti debere hominem quatenus ad Deum summum bonum, & beatitudinis vnicum autorem conducunt: & eatenus abstinere, quatenus abducunt. nam cùm creatura quæritur, & diligitur in Deo, tum magis creator, quam creatura quæritur, & amatur. Vnde, cum ad victum, & vsum vitæ huius mortalis necessaria ac opportuna curantur, eo quo diximus

Quidquid [illegible] non impenditur, perditur.

Creatura vtendum: Creatore fruendum.

[illegible] impediunt, & [illegible] Deo [illegible] [illegible] [illegible] S[illegible] *[illegible] primum [illegible] iustitiam eius, & [illegible]*

Quod vero [illegible] Deus sit [illegible] vitæ, & [illegible] de beata [illegible] Augustinus [illegible], verius [illegible] dicitur.

Vers. 3. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternū; misericordias Dauid fideles.

43. PArs prior explanata est in superiori commentario, altera pars de *Pacto* sempiterno est explicanda.

Nexus.

Quoad nexum, S. Cyrillus, & probe, indicat cùm promiserit Deus vitam beatam, hoc est, bonorum omnium affluentiam, sub nominibus *aquarum, vini, & lactis*, nunc docere, quemadmodum hoc promissum sit exhibendum: *Et feriam vobiscum*, &c. Itaque particula, *Et*, Hebr. ו ve, more Hebræorum fuerit causalis. *Nam feriam*, &c. neque enim est adiunctionis & additionis nota: cùm enim dixerit, *Audite & viuet anima vestra*, hoc est, erit beata, bonis omnibus plena, non recte adderet: *Et feriam vobiscum pactum*: nam pactum feritur, vt quid medium ad aliquem finem assequendum: vnde fine vltimo, qui est beata vita, posito, pactum non habet locum. ergo ait Deus: *viuet anima vestra*, nimirum, beate, quia ego *feriam vobiscum pactum sempiternum.*

Particula & est causalis.

44. Hoc *pactum sempiternum*, esse nouum & æternum Testamentum a Christo institutum, certius est, & tritius, quam vt probari sit necesse: & *misericordias Dauid fideles*, esse misericordias Messiæ, aliqui etiam Rabbini apud Lyram confitentur. Quare, quale sit hoc pactum, & cur dicatur sempiternum, id erit explicandum.

Pactum sempiternum, est nouum Testamentum.

45. *Pactum*, in commune, quid sit, scitum: scilicet cum vtrinque conuenitur, transigitur, & promittitur, id enim est apud Latinos Iuris consultos *Pacisci*: ex quo obligatio mutua nascitur. & pactum est varium pro varietate rerum, ac negotiorū, quæ transiguntur. Sed si etymon verbi considetes, a Pace videbitur ductum: quasi Pacem sciscere, id est, statuere: quod proprie fit à discordantibus: atque adeò reuocatur ad fœdus: & alicubi vtrumq; in litteris sacris promiscue ponitur. Dicitur autem feriri pactū, percuti fœdus, aut quid simile, quia olim Romani, vt est apud Liuium lib. 1. cæso porco seu porcâ animali fœdo pacis fœdera inibant. à qua locutione non absunt Hebræi dicentes: vt hoc loco: *ferire pactum*: nam כרת *charat, cædere & ferire.* Vide ne fuerit attineat ad hunc ritum

Pactum, quid.

Pactum à pace.

Pactum, & fœdus pro eodem.

Fœderis Romanorum ritus.

46. illud Genes. 15. v. 10. cum Deus paciscens cum Abrahamo de terra possidenda [illegible], & ab eius liberis e Sara sublatis, iussit eum immolare vaccam, capram, & arietem. *qui tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit.* & vers. 18. *Et apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. in illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham. Pepigit* [illegible] in Hebr. eadem, quæ hic verba, *feriam pactum*: Vide ibi Perer. & ad

Deus & Abraham fœdus feriunt.

c.Ose.

Perer. Rib. Maldon. c. Ose 10. Riberam nu. 9. & Maldon. [illegible] cem. 34. v. 18. apud que[m] Vatem hæc Deus: *Dabo* [illegible] *qui prævaricati sunt* [illegible] *meum, & non obse[r]uauerunt* [illegible] *rba f[œ]deris, quibus assensi sunt in conspectu meo* [illegible] *italum, quem conciderunt in duas partes,*

Mos percutiendi fœderis. Imprecatio paciscentium.

& transierunt inter diuisiones eius. Quo loco Rabbini aliqui [illegible] tradunt ex illo Abrahæ exemplo manasse apud Hebræos morem percutiendi fœderis, cæso vitulo, & in duas dissecto partes: quasi paciscentes imprecarentur sibi talem a Deo d[iuisi]onem, & interitum, si fœdus fregissent. Et quidem hoc factitasse, & dictitasse Romanus inter ineundum fœdus, Liuius citatus ostendit recitans hæc verba fœcialis:

Liuius. Verba fœcialis.

Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die Iupiter populum Romanum sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam, tantóque magis ferito, quanto magis potes, pollesque. id vbi dixit, porcum saxo silice percussit. Sua item carmina Albani, suumque iusiurandum per suum Dictatorem, suósque sacerdotes peregerunt fœdere icto, &c.

47. Ex Hebræis Gentes alia sumunt.

Hęc Liuius lucē afferentia locutioni Hebraicæ, & consuetudini fœderis: quod si ab vna gente in aliam fuisse deriuatum hunc ritum est credendum, cùm tanto antiquior fuerit Abrahamus populo Romano, vter ab altero acceperit, non est incertum.

Fœdus Heb. vnde.

Fœdus Hebraicè ברית *berith* nominatur, idem quod *scissio*, aut *sectio*, ab eo more iam exposito: itaque apud Hebræos, & Latinos conueniunt rebus nomina quæque suis.

48. LXX. pro fœdere Testamentum.

L X X. interpretes vbique ferè, notante Hieronymo & in traditionibus ad Genes. c. 17. & 10 epist. ad Galatas, c. 3. pro *berith*, id est, *fœdere*, seu pacto, conuertunt *διαθήκη*, quod *testamentum* a Latino redditur: cùm Græce sit quid generalius, scil. *dispositio* communis pactis, conuentis, fœderibus, vt ait Budæus

Budæus pag. 629. Testamentum cum pactis & conditionibus.

Ar quia testamentum propriè sumitum plerumque habet conditiones, & pacta inita cum hærede, quæ, si velit hæreditatem adire, cogitur implere: ideirco ei nomen *berith*, & fœderis aptari potest, & vicissim per catachresin nomen testamenti transferri ad fœdus significandum,

Testamentum pro fœdere.

vt sit Psal. 82. v. 7. *Simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.* Hebr. fœdus percusserunt, iisdem, quibus hic verbis.

49. Fœdus Dei inter, & hominem dissimile.

At quàuis aliis pactis, fœderibúsque hominnes inter factis hoc nomē *διαθήκη seu testamentum* nequaquam conueniat, fœderi tamē, quod Deus ferit cum hominibus, conuenientissimum est. Nam eo fœdere, eáque dispositione Deus homines instituit hæredes suorum bonorum, certis appositis conditionibus, & legibus, quas ipsi sint seruaturi, vt ad possidēda bona succedant. Quo respectu LXX. interpretibus licuit pro *fœdere*, pro *berith*, transferre *διαθήκη*, *testamentum*. Quomodo meliùs defenditur editio LXX. quàm eo, quem vsque ad tædium

Castrius sugcensit S. Hieron.

Leo Castrius hoc loco prosequitur succensus S. Hieron. quòd dixerit locis citatis Hebraicè *berith* sonare *pactum, non testamentum*: quod ita habere nemo nisi Hebraicè ignarus pernegarit.

Hiero. Galat. c. 3. v. 15. Defenditur D. Hieron.

Cùm verò S. Hieronymus rationem afferat cur S. Paulus testamentum maluerit quàm fœdus, aut pactum nominare, non videtur arguendus. Sed quia illa ratio S. Hieronymo red[i]ta non quadrat vbique, & vt sit idonea, est illius loci peculiaris, à nobis allata sit gene-

50.

tal[is] [illegible] alia poss[illegible] sed con[illegible] apud E[b]hnicos, q[illegible] pturas euulgaba[illegible] tem [c]um hom[illegible] figere, non vero e[illegible] dere, hoc est, bo[illegible] vt filiis non nat[illegible] tal[illegible] te ad adop[illegible] *διαθήκη*, quo il[illegible] tuo [illegible] ad vtrumque, a[illegible] mentum, & [illegible] vt obie[cit] Bud[æus] pag. 19. [illegible] riorum, & cum [illegible] plurali numer[o] [illegible] Sed L[XX] [illegible] translatio numero et [illegible] Apostolicis *testamentum* vbi [illegible] iam in Ecclesia [illegible] est [illegible] & [illegible] uisio sanctæ Scripturæ in Vet[us] & [illegible] *testamentum*: qu[illegible] Scr[illegible] tur, firmanturque De[i] [illegible] reditas legatur hom[illegible] certis tamen cond[it]ionibus, & [illegible] sitis: vnde non minus pacta, & [illegible] possunt. Et quia homines omnes in A[illegible] mo parente, in quo eo[illegible] a [illegible] eerunt, [illegible] omino, [illegible] plurimis titu[li]s sunt obligati, & De[us] [illegible] suo testamento, si se agnouerint [illegible] scriptas custodierint, in pristinam gr[atiam] amicitiam redituros esse pol[l]icetur [illegible] vtrumque [illegible] potuit [illegible] appel[l]ari [illegible] tum cum illud vetus tot victim[is] [illegible] sisque sit pactum: & nouum vna hostiá [illegible] mactataque, quæ infinité superat illas prist[in]as, & cuius illæ fuerant figuræ, vmbræque, & nec ista princeps & vnica succederet, quasi su[c]cidaneæ.

Ex quo ferè perspicitur quid sibi velit Deus cùm ait: *Feriam vobiscum pactum sempiternum.* addit enim *sempiternum*, vt secernat à pacto illo temporario, quod pepigerat cum populo Hebræo, duraturo quamdiu hoc aliud non feriretur. De vtriusque discrimine apud Ierem. 31. 31. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die quâ apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terrá Ægypti: pactum, quod irritum fecerunt* [illegible] *ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel, post dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum & in corde eorum scribam eam & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum Et non docebit vir vltrà proximum suum, & vir fratrem suum dicens: cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor ampliùs.*

Pactum [illegible] in [illegible] staditur Pactū nouū melius.

52. Vates sibi inuicem interpretes.

Prophetas sibi inuicem esse interpretes ex hoc & aliis locis accipimus *Fœdus nouum*, LXX. *Testamentum nouum*, i. Euangelium: cuius verò comparatione sit nouum, statim ostendit: *non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum*, Diuersum ab illo: quæ differentia multiplex proponitur.

Differentia[e] [illegible] Testamenti. [illegible] 1. [illegible] 2. [illegible]

Prima: quòd illud prius non erat perpetuum, sed fœdus ex se [so]lubile, quod tamen Iudæi ex parte sua præoccupauerunt soluere: *pactum, quod irritum fecerunt*: sed non impune, *& ego dominatus sū eorū, dicit Dominus*: hoc est, potestatē & seueritatē herilē exercui in eos: vbi

[illegible] *Lex enim iram operatur* nouu[illegible] [illegible] *meam in [illegible] cordibus eorum [illegible] eam* [illegible] lex [illegible] vetus, vtpote data [illegible] de [illegible], & [illegible] esse te[illegible], imo [illegible] lapid[illegible], quæ po[illegible] quo [illegible] Deus pac[illegible] & ei [illegible] pactu[illegible] Euange[illegible] ingen[illegible] [illegible] ter[illegible] [illegible] cordi[illegible] & [illegible] im[illegible] [illegible] *quod ep[illegible] [illegible] non [illegible], non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.*

A[illegible] Apost[illegible] historiam Exod 31. vers. [illegible] *Dedisque Dominus Moysi, completis huiuscemodi [illegible] monibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei.* opponi[illegible] legi [illegible] que legē Euangelicam non in la[illegible] perduro, vt illam veterem, sed in corde [illegible] molli debere scribi, illam scriptam fuisse *digito Dei*, hanc *spiritu Dei viui*: quasi aliquid amp[illegible] significetur in Spiritu Dei viui, quam *in digito Dei*. nam digitus quid ex se externum est, at spiritus internus est. ergo illa lex carnalis [illegible], hæc spiritualis, illa timoris & rigoris: hæc am[illegible], & lenitudinis. Et quia *caritas Dei, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*, est magistra, doctrixque legis [illegible], nam *plenitudo legis est dilectio*, & vnctio est quæ maxime docet hominem; inde alia [illegible]oque differētia elicitur, & a Deo per Ieremiā [illegible]ponitur; *Et non docebit vir vltra proximū suum: & frater proximum suum, dicens, cognosce Dominū: omnes enim cognoscent me a minimo vsque ad maximum*, idem atque illud c. 54. v. 13. *Vniuersos filios tuos doctos a Domino.* Ergo filij Synagogæ, vtpote conditionis seruilis docti a seruis, a Vatibus, ab Isaia, Osea, Ezechiele & Ieremia ac reliquis: at filij Ecclesiæ quippe in libertatis statum asserti, docti a Filio, à Domino & ingenue eruditi & educati. Quare Christum præcesserunt Vates publica autoritate conscripti, quibus docentibus assentiri populus debuit: Christum verò nulli eiusmodi subsecuti sunt, post tantum doctorem minime necessarij: imò post eius Apostolos & vicarios, ipsius personam singulari modo repræsentantes, nulli sacri & Canonici scriptores extiterunt: quòd non sit opus, vt doctos a Domino frater, seu proximus illa, qua olim Vates autoritate diuina doceat.

4. Quare Euangelium recte *Pacti m sempiternum* appellatur, quo subolescit ditur, alte[illegible] superius fuisse temporale. S. Cyprianus serm. de Pentecoste expendens [illegible] Moysis, qui priores tabulas lapideas diffregit, hæc scripsit [illegible] ponendum, quod ille posuit, posteriores scriptas fuisse digito Moysis quæ positio nitum textui sacro: *Fa[illegible]um est* (ait S. Cyprianus) *mirabili dispensatione iudicij superni, vt lex, quam sanctus [illegible] literas spiritus delerctur, & quam manus humana restituit, in posterum teneretur. Quod ea ratione potest credi sic a[illegible]tum, vt populus prior secundum carnem ambulans, & venens spiritualibus mandatis ostenderetur indignus;*

A *nec [illegible] mente p[illegible] percipere, nec intelle[illegible] [illegible] empiternum te[illegible] [illegible] etiam ela[illegible] veritas [illegible] prolata, ina[illegible] stabilis [illegible] auto[illegible] oblatam [illegible] S. Cyprianus, in illo tract. d[illegible] Christi card[illegible] [illegible]ibus, tunc quis al[illegible] contenti[illegible] dus. Supr[illegible] per[illegible] [illegible] aliqua, quæ sub[illegible] [illegible] & pacto quasi [illegible] nunquam [illegible] eidem [illegible] successurum, quod magis verbis succedentibus explicatur.

55. *Misericordias Dauid fideles.* Fideles, Hebraicā plurali [illegible], perpetuas. Hebræi enim hoc vocabulo נאמנים *neamanim*, per certitudinem & constantiam rerum etiam inanimatarum exponunt. Exod. 17. v. 12. vbi Latina editio: *factum est, vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis*, Heb. *et manus essent fideles*, i. *firmæ*, immotæ. 1. Reg. 25. vers. 28. Abigail benè precans Dauidi: *Faciens enim faciet Dominus tibi Domino meo domum fidelem*. hoc est, manentem, perpetuam: & Psalm. 88. vers. 38. de iis ipsis misericordiis: *Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Vbi, vtcumque componas, & exponas, *fidelis*, est idem, atque constans & permanens. hoc eodem significatu suprà cap. 33. vers. 16. *aquæ eius fideles sunt*: i. perennes, non deficientes: & apud Ierem. 15. vers. 18. e contrario: *Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium*: He. eodem nomine, *lo neamanim, non fidelium.* Analogia non est obscura, nam homo fidus, fidelisque stat dictis, & immanet promissis: ex quo ad res diuturnas inanimes vox trahitur.

56. Vnde *misericordiæ fideles*, sunt permanentes, firmæ, & immobiles: eædem quæ *pactum sempiternum*: de quo supra: dicuntur autem *misericordiæ*, nequis ex vocabulo *pacti* sentiret arrogantius, sibique plus tribueret, Deum arbitratus sibi esse deuinctū ex fœdere. Itaque natura huius fœderis nihil detrahit de vi & conditione misericordiæ quia Deus liberè, liberaliter & gratuitò pactus est, & promisit homini hęc tot, ac tanta dona, & bona: Misericordias Dauidi præostensas, & in eu vt in typo Christi prænotatas: vnde si Deus obligatur, sibi obligatur, & siqua inde erga hominem exoritur, & pullulat obligatio, ex clementiā & misericordiā liberalissima habet originem: quare pactum & misericordiæ apud Deum bene fœderantur.

57. Voluit autem Spiritus sanctus, pluraliter dicere, *misericordias*, quia quamuis vna sit verbi diuini incarnatio, & humani generis reparatio, inde tamen bona secuta & mole sunt immensa, & multitudine innumerabilia: ac proinde de his singillatim dicere, operis esset infiniti: quæcumque vero sparsim de Christo, deque Euangelio, & de Ecclesiā dicuntur, ad has *misericordias Dauid fideles* existimare debemus attinere. De quibus interim totus est Psal. 88. ad quem visus est quibusdam autoribus Isaias allusisse: nam initium Psalmi est: *Misericordias Domini in æternū cantabo*: & quoad diuturnitatē vers. 36. *Semel iuraui in Sancto, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta, testis in cælo fidelis.* Quòd verò [illegible]cordiæ & pactū semper

Marginal notes (left): [illegible] — Digitus Dei [illegible] — [illegible] — Cap. 54. v. 13. Synagoga docti a seruis [illegible] à Filio [illegible] Christum [illegible] — Tabula posteriores scriptæ a Moyse. Cypr. — [illegible] dum carne [illegible] indignos.

Marginal notes (right): Pacto æterni præcedebant temporale. — Fidelis Heb. quid. — Aquæ infideles. — Misericordiæ fideles, i. firmæ. — Pactum in Deo non detrahit misericordiæ. — Obligatio in Deo quatenus. — Misericordia Dei in homines innumera. — Psal. 88. respicitur ab Isaia.

Misericordia & pactum, idem. *ternum sint eadem, ex vers. 34. summus, mi, ericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Heb. pro testan cito *berith, pactum.* ex quo elucet allusio.

58. L X X. pro *chasdim*, i. *misericordias*, vertunt ὅσια, *sancta, fidelia*: sensu non diuerso: siue *sancta* sumpseris propriè, siue ex etymo & verbo *sanciendo*, pro rebus sancitis & stabilitis, nam vtraque notio cadit in Euangelium, & pactum Dei cum Ecclesia Christi sempiternum. Neque allegatio huius loci ex versione Græca apud Paulum Act. 13. vers. 34. nobis debet facessere molestiam, & si id afferat Apostolus ad probandam Christi resurrectionem: nam si quæ Deus Christo & eius Ecclesiæ promisit, debent esse *Sancta, fidelia*, id est, constantia, immuta, atque perpetua, inde certò efficitur vt Christus deberet existere ab inferis rediuiuus, & immortalis: vnde & Paulus suum propositum firmat, & expositionem nostram germanam & communem non infirmat.

Vers. 4. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem Gentibus.

59. *Iudæorum opinio falsa.* TEstis iste Iudæis est Zorobabel, aut Iesus summus sacerdus, aut Esdras, aut Neemias, aut quiuis alius, ne modò sit Christus. Hugo Cardinalis in sensu suo litterali hoc ponit, in mystico exponit de Christo Domino: vnde quamuis ipse dixerit priorem expositionem esse secundum Iudæorum fabulam, quia tamen eam prosequitur, vt litteralem, & aliam de Christo seorsum vt mysticam, non bene audit. *Thomæ, & Ariæ opinio refellitur.* Thomas, quicumque ille sit, & Arias hunc testem esse volunt Dauidem cuius mentio præcessit. Sed si hoc nituntur argumento, non firmo nituntur. Nam aut Dauid hoc loco vt aliis pluribus substituitur pro Christo, aut si stat per se ideo fit, quia illi facta est promissio de Christo, qui futurus erat ex semine Dauid secundùm carnem: quod satis est, vt cohærenter agi posset de Christo, & dici à Deo Patre: *Ecce testem populis dedi eum*: quem explicatum reli-*Opinio vera, communis.* qui autores acceperunt.

60. *Christus cur testis.* *Testis officium.* Cur verò Christus appelletur *testis* datus à Deo, id variè exponitur Quia testatus est mundo Dei voluntatem, ita Vatab. Quia testis officium sit, quæ viderit audierit, certò cognouerit, ea referre. Sic Forer. vtrumque præstitum a Christo, Euangelia firmant. Ioan. 15. vers. 15. *Omnia quæcumque audiui a Patre meo nota feci vobis* capit. 3. versicul. 11. *Amen, amen dico vobis, quia quod scimus, loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.* & alia id generis plura. Itaque hic tantus testis a Deo Patre immediatè accepta non solùm per doctrinam vt homo, sed per naturam & generationem vt Dei Filius & Deus enunciat: quæ ipsemet viderit vtroque modo, ea testatur. ergo testis auritus, & oculatus, & vtrouis modo, æque locuples, & fide dignus: qui neque falli, neque fallere possit: cùm sit omnis homo mendax, hoc est: mentiendo obnoxius, modò volens, modò nolens: nam etsi nemo est, qui falli velit, est tamen qui sponte fallat, & interdum etiam qui fallat inuitus, hoc est priùs ipse

Falluntur multi sed nemo vult falli. *Christi testimonium locupletissimũ.*

falsus. Vnde homo nullus [illegible] est testis nisi homo [illegible] Deus, qui [illegible] peccare, sic neque errare potuit, aut [illegible] induce re. Quare qui huic [illegible] non [illegible] necesse est, v[illegible]

61. hac interpretatione [illegible] hærent [illegible] *ducem ac præceptorem Gentibus*, quæ qui[illegible] per appositionem annectuntur: [illegible] *em populis dedi eum, ducem, ac præceptorem*, ost[illegible] dum esse [illegible] generis. itaque testis, & præceptoris est tradere veritatem, sed hoc di[illegible] crimine, quod [illegible] affirmet id quod vidit, quod ipse per se cognouit at præceptor & quæ ex ali[illegible] quomodo edoctus est: ob id [illegible] hoc nomine Christum insigniri [illegible] putetur pertinere ad doctrinam. Facit h[illegible] lud eiusdem Saluatoris ad Pi[illegible] Ioan. 18. [illegible] 37. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.* *[illegible] differunt.*

62. *Pactis interfuisse.* At quia Deus promittit se pactum sempiternum esse percussurum, & iis firmat[illegible] aliqui interesse, vt feciales apud Ro[illegible] alij apud alias gentes, Christus hui[illegible] pacto [illegible] teruenit vt interpres, & Mediator, & v[illegible] Et verò quæuis etiam minora pacta, & [illegible] uenta testibus adhibitis transiguntur [illegible] cum Laban & Iacob pacis fœdus i[illegible] li essent, præter domesticos vtrius que [illegible] qui possent, vt testes interesse pactioni, [illegible] uatis lapidibus tumulum extruxerunt, v[illegible] testium [illegible]: *quem vocauit Laban, Tumulum [illegible] stis, & Iacob, aceruum testimonij. dixit[illegible] Tumulus iste erit testis inter me, & te hodie.* Quasi vix pactum absque teste possit intelligi. *[illegible] pro teste.*

63. Ne ergo fœderi, quod Deus ferit cum humano genere, ista solennitas quasi iure G[illegible] rium introducta deesset, voluit testem adhibe[illegible] vnum omni acceptione, & fide maiorem, qui simul esset Mediator Dei, & hominum: *Ecce*, inquiens, *testem populis dedi eum*: ne fieret min[illegible] solenne, & authenticum sine testibus pactum. August. in Psalm. 88. vers. 29. *In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi*, sic habet: *Propter ipsum mediatum est testamentum, ipse mediator testamenti, ipse fideiussor testamenti, ipse testis testamenti, ipse hæreditas testamenti, ipse cohæres testamenti.* *Aug. Officia varia Christi.*

64. *Testamentum eget testium.* Quod si natura pacti exigit testes, multo magis natura testamenti, quæ vt nomen ipsum [illegible] dicat cognationem habet magnam: [illegible] nde cum pactum Dei cum homine *testamentum* sit, & à Græcis LXX. interpretibus Ecclesiæ autoritate probatis vbique appelletur, fit inde, vt pacto firmando rectè, ritéque testis admoueatur. *Sup. nu. 49*

65. *Officium testium.* *Christus iudex & testis.* Testis vsus, officiúmque non minùs est in iudicio publico, siue ad liberandum, siue ad damnandum. Ergo Christus datus est a Patre populis non solùm vt Iudex, sed etiam vt testis, quia ille vt liberet, vel damnet non indigebit alieno testimonio, sed suo erit contentus & ille apud Patrem vel probabit bonos, vel reprobabit malos suo vnius dicto testimonio.

66. *Mat. 10. v. 32.* Cui explicationi aptissimum est illud Christi assertum apud Matth. 10. vers. 32. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum, coram patre meo, qui in cælis est.* Conferri hoc loco *Confitentia testificatio.*

exponi,

c… sit … procum, ac cum nunc homini er… … & Christo erga hominem, debet exponi … Ergo qui … nireu honorem, inquit Saluator, testimonium dixerit coram hominibus, me pro Domino, pro Magistro agnoscens, & liberè, imò & gloriantèr cófitens, hunc ego vicissim agnoscam pro seruo fideli, & pro discipulo, & pro eo testimonium dicam coram Patre meo, qui est in cœlis, cuius est præmia distribuere: iuxta illud: *Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Nam etsi Christus futurus est iudex omnium, se hoc loco, vt testem inducit, vt belle Maldonatus obseruat, & quia natura testimonij est, vt sit publicum, Christus id exigit fieri pro se coram hominibus, & pollicetur se facturum pro hominibus coram Patre suo, *qui in cœlis est*, ac proinde coram Deo, & coram Angelis Dei, quod expressum est Luc. 12. v. 8.

Christum … hominibus … quomodo. — *Patri … testimonium tribuere.* — Matt. 20. v. 23 — *Christus … testem … profitetur.*

67\. *Confessor, quis in Ecclesia.* Ex quo loco manauit priscum & nobile in Ecclesia nomen *Confessoris*, eius scilicet, qui coram tyranno, & infidelibus palam, & liberè testabatur, & confitebatur se esse Christianum, nulla tormenta veritus: qui si maneret incolumis, hoc glorioso nomine donabatur apud fideles: sin necaretur ob fidei confessionem, iam Græcè *Martyr*, hoc est, *Testis* vocabatur: *Martyr quis.* qui testimonio vocis testimonium sanguinis addiderat: qui suo sanguine testimonium obsignarat.

68\. *Christus est Martyr.* Quare ne ab hoc quidem significatu alienus est Christus, qui quod sermone tradidit, quod exemplo roborauit, id etiam chirographo sui sanguinis obsignauit: itaque sociata tria cognomina, *testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem*: distinctum habent quodque suum significatum, & ordinem seruant dignitatis: nam primas sortitur Testis, i. Martyr, qui sanguine, secundas Dux, qui exemplo, tertias præceptor, qui verbo firmat veritatem. Vnde primo quoque tempore Christus, octauo videlicet die, effuso sanguine, & accepto nomine Iesu docet: dein factis, vsque ad trigesimum ætatis suæ annum: demum sermone: de quo Act. c. 1. v. 1. *quæ cœpit Iesus facere, & docere.*

Testis, Dux, … differunt. — *Circumcisio Domini & sanguis. Exemplum. Doctrina.*

69\. *Ex … alitur … .* Tametsi hoc hactenus aptari possit, vt non omnino dissideat, tamen ad doctrinam pertinere existimo, ad prædicationem Euangelicam, ob quam Apoc. 1. vers. 5. dicitur: *Et à Iesu Christo, qui est testis fidelis*: qui fidelissimè, & constantissimè testificatus est quæ eius continentur Euangelio, qui *quod vidit & audiuit, hoc testatur.* Ioan. 3. vers. 32. De quo testimonio exponitur à multis illud Pauli 1. Tim 6. vers. 13. *qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem*: scil. cùm dixit Pilato: Ioan. 18. vers. 37. *Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Sed, vt aliis videtur, quòd suo sanguine obsignauerit, quo possit aptissimè dici *Testis*, & *Martyr*. *Vide Ioan. 3. v. 11.*

70\. *Christiani pro modestia … abnuebant appellari Martyres.* Quod illustrissimum cognomen adeò Christi proprium Christiani in principio rebantur, adeóque illi vni conuenire, vt ab aliis sibi tributum non auderent admittere. Id probo ex autore locupletissimo Eusebio in historia Eccl. l. 5. c. 2. vbi hæc lego descripta ex epistola quam Ecclesia Lugdunensis (cùm eius esset Episcopus S. Irenæus) & Ecclesia Viennensis ad alias Ecclesias Asiæ, & Phrygiæ scripserunt de suis *Eusebius.* Martyribus. *Referuntur adhuc* (ait Eusebius *in ipsa epistola quædam etiam de humanitate & mansuetudine beatorum Martyrum, quæ dignum puto ad hæc sua sermonibus sicut cætera sociari. Qui … atum, ad imitationem Christi, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo in tanta gloria positi, & simul, atque iterum, & frequentius Martyres facti post bestias, post ignes & laminas, neque se ipsi Martyres dicebant: neque aliis ita se appellantibus indulgebant sed si forte aliquis nostrum vel in epistola, vel in sermone eos Martyres nominasset, increpabant acrius dicentes, quod hæc appellatio, ob Christo debetur, qui solus fidelis veritatis est Martyr, & qui primogenitus est ex mortuis: & autor vitæ æternæ: vel certe illis solis aptum hoc esse vocabulum, qui post bonam confessionem de hac vita discedere, & pergere meruerunt ad Deū. Nos autem (aiebant) humiles & egeni optamus vt ipsa saltem in nobis confessio tuta permaneat, ac quod etiam cæteros fratres cum lacrymis obsecrabant, vt pro eis Dominum precarentur, quò perfecta confessionis signaculum Martyrii mererentur accipere.* Eadem refert Nicephorus lib. 4. cap. 18.

Martyrum tormenta. — *Martyrii appellatio soli Christo … .* — *Martyrum humilitas.*

Vnde quid sonat hoc nomen *testis*, seu Græce *Martyr*, & quam sit Christo conueniens, affirmatur. LXX. pro *teste testimonium* μαρτύριον, sed Aquila & Symmachus μάρτυρα *Martyrem* reddunt, sed cum testimonium nihil aliud sit quam quod à teste proficiscitur, & asseritur, eodem redeunt vtræque notiones. Neque maioris est discriminis, quod pro *duce* Principem substituunt iidem interpretes LXX. nam Principis est ducere suos, præire exemplo, quo magis edocentur & incitantur subditi, quam vllis verbis & præceptis. de quo cap. 1. vers. 5. num. 148. & cap 50. num. 20. 71.

Versio varia. — *Exempla plus mouent.*

Vers. 5. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te.

Apertissimum vaticiniū de vocatione Gentium, re, & nomine: *Ecce Gentem, quam nesciebas, vocabis*: Pater Christum alloquitur: *Vocabis*, per Apostolos, & eorum posteros. Matth. vlt. vers. 19 *Euntes ergo docete omnes Gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vocare ad fidem, ad baptismum, ad Ecclesiam admittere. Quod antè in parabolā Matth. 22. vers. 3. *Misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire*: scilicet, Iudæi: *Tunc ait seruis suis* (Apostolis): *Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni; ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias.* Itaque vocatio & inuitatio aptissimè dicitur non modò vt intelligatur esse libera, ac liberalis ex parte Dei; sed etiam, vt pateat, nullam ex parte hominis præcedere cōdignitatem, nullum bonum meritum, quo Deus alliciatur, sed suá infinitá liberalitate allicere, & inuitare ad suæ gratiæ & gloriæ conuiuium. Id continet verbum, *Nesciebas: Gentem, quam nesciebas vocabis*: quam scil. non probabas, quam vt à te alienam, vt tibi iniuriam & inuisam, quasi à tuis oculis amandaueras, & subm… 72.

Gentium vocatio. — Mat. 22. v. 3. — *Liberè venitur ad fidem.* — *Vocatio Dei gratuita.* — *Gentes non … vocantur.* — *Deus nescire, quæ … dicitur.*

ras, hanc vocabis, & ad tuum conspectum, & gratiam admittes. Itaque *nescire*, cum Deo ascribitur, metaphorice est interpretandum, nam alioquin nihil est quod Deus nesciat.

73. Alterum colon: *Et Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current*: etsi de iisdem effertur, propriè tamen debet accipi. Estque hæc ignorantia, effectus prioris nescientiæ: ni malis dicere caussam. Nam qui Deum non cognoscunt vllo modo, vt infideles, vel qui cognoscunt, & vt par est, non colunt, vt mali fideles, ii nesciuntur à Deo: nam fatuis virginibus, hoc est, malis fidelibus est dictum à Domino: *Nescio vos*: & ab Apostolo 1. Cor. 15. vers. 38. *Si quis autem ignorat, ignorabitur.*

Peccatum vel reatum iustificatorum.

Ergo Dei cognitio salutaris actiua, & passiua à diuina liberalitate, & misericordia ducit initium, a vocatione Dei, vocatus enim, si fuerit assensus, fidem accepit, & caritatem, qua Deum cognoscat, & diligat, & tum a Deo scientiâ illa approbationis agnoscitur.

Improbitas parit ignorantiam Dei.

Ignoratio verò Dei item actiua & passiua ab improbitate hominis oritur: quâ fit vt Deus ignoretur vt autor gratiæ, & interdum, cùm crescit improbitas, vt autor etiam naturæ, ac proinde, vt Deus hominem ignoret, hoc est, improbet, & habeat inuisum.

Deus liberè, & misericorditer vocat Gentiles.

Gentes igitur quæ Deum ignorabant luminibus captæ ob errores, & vitia; & quæ vicissim à Deo ignorabantur, à Christo esse vocandas, & vtraque cognitione contrariâ illi ignorationi, donandas fore, præsens vaticinium profitetur. Non dissimiliter in Osea eiusdem ætatis Vate capit. 2. vers. 23. *Miserebor eius, quæ fuit absque misericordia: & dicam non populo meo; populus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu.*

Oseas & Isaias contemporanei.

Priori parte *nō populo meo*, idem quod hic; *Gentem, quam nesciebas*, quam nō numerabas in tuis: *dicam, populus meus es tu*, id est, vocabo ad me; hîc, *Vocabis*: apud Oseam, & ipse dicet: *Deus meus es tu.* hîc, *Et Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current.* Vide Paulum Rom. 9. vers. 25. *Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam.* i. quam nesciebam, sciam, quam oderam, diligam.

74. *Ad te current.*] Studium feruórque accurrentium ad Christum opponitur lentori Iudæorum, & excusationi nolentium venire ad conuiuium.

Gentiles obsequentiores quàm Iudæi.

Suprà cap. 2. vers. 1. *Et fluent ad eum omnes Gentes*: fluere, & currere aquarum est: nam *aquæ* &c. *populi sunt, & Gentes & linguæ.* Apoc. 17. vers. 15. suprà 2. vers. 3. *Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini.* Ecce accursus & concursus.

Gentilium feruor.

75. *Propter Dominum Deum tuum sanctum Israel, qui glorificauit te.*] Christum à Deo glorificatum nolim strictè accipi, pro gloria tantùm resurrectionis, sed latissimè, pro gloriâ, quam ei pepererunt sanctitas, sapientia, virtutum omnium documenta, miracula ab ipso edita: & his omnibus non paria, sed similia certe ab Apostolis exhibita: quæ omnia ita commonerunt orbem terrarum; vt ad Christum colendum, spretis idolis, homines agmine facto accurrerent: vt ipse præcecinerat: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Ioan. 12. versic. 32.

Christus glorificatur à Patre, varie.

Frequentia venientium ad Christum.

Vbi *trahere*, est facere, vt ad ipsum homines accurrant sine violentiâ tracti. Cantic. 1. v. 3. *Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Trahere, quid.

76. Hæc tractio est Vocatio quæ hic suo vocabulo exprimitur: *Gentem, quam nesciebas, vocabis*: quam vocationem, quoties est efficax, sequitur assensus humanæ voluntatis, & cursus ad Deum: vnde precatur: *Trahe me*, scil. fortiter, efficaciter: *post te curremus*, non iam ego tantùm, sed vnà cum aliis multis, quos inuitabo, *post te*: tuis vestigiis, exemplísque insistens: *in odorem vnguentorum tuorum*:

Tractio est vocatio.

Cantic. explicatur.

Odor Deo tributus videtur significare eius notitiam suauem inhærentem, & quasi euaporantem ex diuinis operibus tam naturalibus, quàm supra naturam editis. hîc: *Et gentes, quæ te non cognouerunt* (huc vsque) *ad te current propter Dominum, qui glorificauit te*: qui te gloriosissimum fecit, & mundo effecit innotescere. Vnde Ioan. 12. paulo antè quàm diceret Christus: *Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*: dixerat: Pater clarifica nomen tuum. *Et venit vox de cælo; & clarificaui, & iterum clarificabo*; Ergo quia Pater Christum clarificauit, & glorificauit, propterea Gentes quæ non cognouerant antea ad eum cucurrerunt. nam vt idem Saluator; *Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum.* Ioan. 6. vers. 44.

Odor in Deo pro notitia.

Ioan. 12. v. 28.

Vers. 6. Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est.

77. Cuius hæc sit adhortatio, Dei, an Vatis, aut etiam alius, id minus interest: illud est ad rem cuius sit temporis, & quid sit Dominum quærere, ac inuocare, *dum inueniri potest, & prope est.*

Quis hortetur, & ad quid.

S. Hieronymus ab Isaiâ credidit incitari populares suos sui temporis vt quando pactum illud sempiternum nollent recipere, se per pœnitentiam respicerent, & dum vita duraret, ad Deum redirent. Adamus sic intelligit S. Hieronymum, vt hortetur sui temporis ciues: & ipse S. Doctor præ se fert, dum ita loquentem facit Isaiâ, *Moneo vos populares meos ego propheta, atque contestor: dum tempus est*, &c. At si pactum illud est apud S. etiam Hieronymum Christi Euangelium, quomodo Iudæi ætatis Isaiæ potuerunt respuere? & ob id sceleris admoneri de pœnitentiâ?

Hier. expositio de Iudæis.

78. Vnde, ne sibi dissentire tantus Doctor conuincatur, non de Iudæis coætaneis Isaiæ accipi debet, sed de futuris tempore Saluatoris: nam verba illa, *Moneo vos populares meos*, non tempus definiunt, sed personas & nationem: & prophetis fas est hortari etiam futuros. id sentire videtur Haymo, Forer.

Hieronymus exponitur.

Vates hortantur etiam futuros.

79. S. Cyrillus, Procopius, & alij ad gentiles existimant esse adhortationem, qui nacti sunt tempora aurea Euangelica ne tantam gratiam oblatam negligant, sed ad eam accipiendam sese parent.

Cyril. expositio de Gentilibus.

Alij vtrosque & Iudæos & gentiles admoneri volunt de opportunitate salutis instantis. Sic Arias, Osorius, Sanchez, & Cornelius; quod idem alij sequi videntur, quatenus sine restrictione loquuntur: & hoc apparet probabilius.

Expositio tertia de vtrisque probabilior.

80. Quid verò sit *quærere Dominum*, subinde explicat vers. 7. *Derelinquat impius viam suam*, &c. de quo mox. Illud verò, *dum inueniri potest*, aliqui cum S. Hieronymo ad spatium vitæ accommodant,

Dominum quærere, quid.

modant, quia dum viuitur, Deus inueniri potest, non verò post vitam. Sed hoc licet ex se verum, huic tamen loco non accommodum, vbi agitur de Euangelio, & additur: *inuocate eum dum prope est*, quod est idem.

81. *Euangelici temporis opportunitas.*

Quocirca melius ab aliis exponitur, de tempestiuitate & opportunitate temporis Euangelici, quo factius multo, quam vllis vnquam retro seculis licuit hominibus inuenire, & inuocare Deum, palàm & visibilem, atque contrectabilem offerentem sese oculis, & sensibus, nedum luminibus internis. Vnde clamat Apostolus 2. Cor. 6. vers. 2. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* & vero præmiserat: *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.* quod translatum est de cap. 49. ver. 8. ubique fuit explanatum. Quod verò ait Paulus: *ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, & si quidam interpretantur, *gratiam* pro fide, vt non solà fide sint contenti, sed adiungant bona opera: mihi tamen plus placebat altera interpretatio, vt hortetur Apostolus, ne gratiam oblatam negligant, ne auxilium eiectans in vacuum, in vanum offerri patiantur, sed oblatam amplectantur. Quæ interpretatio præterquam quòd idoneos habet autores, quos videris apud Iustinianum, firmatur è sequentibus: *ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in tempore salutis adiuui te*: vbi, vt ibi explano, occasio, & opportunitas ostenditur, quæ non sit amittenda: est enim occasio fronte capillata, & occipitio calua.

Gratiam Dei in vacuum recipere.

Occasio non vbique.

82. Non secus hic quærendus Dominus edicitur, *dum inueniri potest* dum est facilis inuentu, quamdiu est obuius, & vltrò procedens, quamdiu est *propè*: ne si hæc occasio emittatur e manibus, postea Deus ne non inueniatur, procul abeat, etiam inuocatus obsurdescat. Prouerb. 1. vers. 24. *Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam & non fuit, qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum id, quod timebatis, aduenerit.* & mox. *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me: eo quod exosam habuerint disciplinam & timorem Domini non susceperint.*

Deus interdum obsurdescit.

83. *Talionis pœna.*

Æqualis pœna criminis, vt qui Deo vocanti occludit aures, rursus Deum inuocans non exaudiatur, scil. efficaciter, quia oblatam opem spreuit diuinã. At quomodo sustinebitur Theologorum sententia, & quidem bene fulta rationibus, & autoritate sanctarum Scripturarũ; qui docent auxilium sufficiens nunquam à Deo subtrahi peccatori quantumuis obstinato, dum viuit, si verum est ex testimonio Prouerbiorum recitato, & ex hoc Isaiæ, Deum inuocatum, quæsitúmque aliquando non inueniri.

Auxilium sufficiens omnibus, neque obstat Isaias.

84. Verùm difficilis non est responsio: Deum inueniri quoties quæritur, & adesse quoties inuocatur, vt par est: *Dominus enim prope est omnibus inuocantibus eum*: Psalm. 144. vers. 18. & quasi Psaltes audiret obiectantem: sæpe inuocari, & non adesse Deum: addidit: *omnibus inuocantibus eum in veritate*: in veritate, ex corde, vt cor ori consonet. Ergo qui non in veritate quærunt, qui non in veritate Deum inuocant, habent quidem opem Dei sufficientem, sed non efficacem: & ideo quærunt, sed non vt oportet, atque adeò non inueniunt. Nam vt inueniri possit, Sapientia audienda est Sap. 1. vers. 2. *In simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum.*

Deum quærendum vt oportet.

85. *Opponitur.*

Sed iterum opponis, hoc Dei decretum, & institutum, vt nulli deneget auxilium sufficiens, neque omnibus donet efficax (vndecumque proueniat efficacia) esse cuiusuis temporis, ante aduentum Christi, & post aduentum: vnde, si hoc modo Isaias elucidetur, nihil tradi peculiare temporis Euangelici, atque adeò recedendum esse nobis ad elucidationem Hieronymi, quam reliquimus, quà moneatur mortales, dum viuunt, pœnitentia compuncti Deum quærere. Etenim si agitur cum hominibus Iudæis, iuxtà ac Gentilibus, vt lucem Euangelicam oblatam, Christumque suscipiant, videtur superuacanea illa particula, *Dum*, tempus finiens, atque circumscribens, si non ad vitæ cuiusque spatium refertur: nam lux hæc Euangelica, & ita noua vt possit inueniri, nullis certis spatiorum terminis clauditur, sed vsque ad finem mundi semper erit obuia, & oblata.

Deus an æquè sit facilis inuentu, in quouis tempore.

86. *Solutio prima ex LXX. Solutio secunda ex vulgata.*

Possem cumprimis soluere nodum à translatione LXX. quæ est: *Quærite Dominum, & cum inueneritis eum, inuocate. cum appropinquauerit, derelinquat impius vias suas.* Sed nolo ad alia, quam ad Latina vulgata exemplaria appellare: interpretata tamen commodè: ex ipso autographo, quod ad verbum sic habet: *in inueniri suo*, seu eius: & rectè exposueris: quia inuentu est opportunus, facilis: & similiter: *dum propè est*: *in esse prope eum*, i. quia propè est. quod probè admodum conuenit in tempus Euangelicum, in aduentum Saluatoris. Itaque particula Latina *Dum* non tempus contrahit, sed tempestiuitatem quærendi indicat, & ad eam captãdam inuitat, & gerit vices causæ. Hunc Vatis locum mihi certè visus est explanasse S. Ioãnes Baptista apud Matth. 3. vers. 1. *In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*

Dum, quid ferat.

Baptista exponit Isaiam.

87. *Locus loco tempori mo:*

Vterque postulat pœnitentiam: Isaias infrà vers. 7. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas.* vterque inde hortatur, quia propinquum sit regnum Dei, hoc est, Euangelium. hoc idem Christus septuaginta duobus discipulis ad prædicandum dimissis iniunxit publicandum Luc. 10. vers. 9. *dicite illis: appropinquauit in vos regnum Dei.* ergo in Vate nostro: *dum inueniri potest: dum prope est*, idem atque siquidem, quandoquidem inueniri potest, & propè est.

88. *Oleaster non placet.*

Hoc suspicor magis arrisurum esse lectori, quàm illud Oleastri: vt Vates alloquatur homines, qui Christum nacti sunt in terris agentem: quod ideo mihi non arridet, quia etiam è terris excedens inueniri potuit qui si alicubi minatus est, ac denunciauit: *Quæretis me & non inuenietis*: Ioan. 7. vers. 34. solis Iudæis sibi infensis denunciauit, & quemadmodum accipi debeat, variè explicatur; & fortasse sensus est: etiã si me quæsieritis, non inuenietis: quia citò hinc abiturus sum: & hoc indicat addens: *Et vbi ego sum, vos non potestis venire.*

89. *Expositio alia reiicitur.*

Neque magis probo alteram eiusdem Oleastri interpretationem, vt sit sermo ad Iudæos tempore ipsius Isaiæ, quibus Deus dicatur inueniri posse, & esse propè, ob templum Ierosolymi

lymitanum: addatúrque particula, *Dum inueniri potest*, quia Deus minatus fuerat se faciem absconsurum, Deuter. 32. vers. 20. Ose. 5. vers. 6.

Non benè exponunt. Sed neutro locorum agitur de submouendo templo, in quo erat prope; sed manente templo præmonet Deus se non esse inueniendum, ob illorum hominum peccata. Et verò sublato templo, & amotis eius victimis successurum erat Euangelium, & Eucharistiæ sacratissimum mysterium, in quo Deus est propior, magisque propitius, atque inuentu facilior. Vnde ea sententia non aptè diceretur Iudæis: *Quærite Dominum, dum inueniri potest*: aptissimè verò dicitur

De Gentilibus probè accipitur. Gentilibus, quibus Deus erat procul, & inuentu difficilis, eis ipsorum culpa; sed ubi que appropinquauit, & se quasi prensandum obtulit. nam Iudæorum genti per legem erat propior.

90. S. Iacobus Apostolus in illo cœtu Act. 15. v. 14. sic orditur sententiam: *Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo: & huic concordant verba*

Amos 9. v. 11 *Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gẽtes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.* Sumit Iacobus ex Amos 9 ve. 1 . non tam voces, quam sententiam: in quâ notandum illud: *Vt requirant cæteri hominum Dominum*; videlicet, quia Iudæi iam requirebant.

91. Quo eodem respectu Paulus alloquitur Ephesios, cap. 2. vers. 13. è gentilismo conuersos: *Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis propè in sanguine Christi.*

Gentiles procul à Deo. & versic. 17. *Et veniens euangelizauit* (Christus) *pacem vobis, qui longe fuistis, & pacem iis, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem.* Vide capit. 49. numer. 135. & infra capit. 59. versicul. 19. Itaque antequam Dei Filius in mundum descendisset; longe aberant ab eo Gentes: neque de eo quærendo cogitabant, sed indies longiùs abscedebant.

92. Nam etsi Deus erat præsentissimus, seséque in his naturæ operibus admirandis reddebat conspicuum, ita vt essent homines inexcusabiles, qui illum non agnoscerent, Sap. 13. vers. 1. & Rom. 1. vers. 20. & erat diuinæ voluntatis, vt ait idem Paulus Act. 17. versicul. 27. *quærere Deum si fortè attrectent eum aut inueniant, quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrûm: in ipso*

Gentiles cur Deum non agnoscerent. Incarnationis consiliũ. *enim viuimus, & mouemur, & sumus*: tametsi, inquam, hoc ita esset: homines tamen vitiis, ac flagitiis immersi hoc lumen vultus diuini in creaturis exsplendens non videbant: neque si vidissent maximè, illud erat satis ad salutem: vnde infinitæ Dei misericordiæ consilium fuit, vt Deus in carne ad homines carneos accederet, & se magis attrectabilem, & faciliorem inuentu præberet. quare subdit Paulus Act. 17. v. 30. post illud: *Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus* (despiciens, propriè, i. ex alto prospiciens, & miserans) *nunc annunciat hominibus, vt vbique pœnitentiam agant*: hoc est, vt Deum quærant; quod Isaias exponit in sequentibus.

Vers. 7. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quia multus est ad ignoscendum.

Explanat quid sit quærere Dominum: vno verbo, id quod postulat Euangelium, *Pœnitentiam agere*: vitam superiorem male textam retexere. *Via* in libris sacris pro vitæ in- 93.

Via quid. Vitæ honestæ partes duæ. stituto ponuntur. exempla passim. Vitæ honestæ partes duæ: declinare à malo, & facere bonum, Psalm. 33. versicul. 15. *diuerte à malo, & fac bonum*: eadem hoc loco: *Derelinquat impius viam suam, & reuertatur ad Dominum*: in peccato duo insunt; Auersio à Deo, & conuersio ad creaturam: in pœnitentia alia item duo contraria. Auersio à creatura, & conuersio ad creatorem. Motus quiuis inter duos contrarios terminos fit: quorum alter derelinquitur, & alter acquiritur. Vnde ridendi hæretici qui ad veram pœnitentiam non requirunt melioris vitæ propositum: qui enim te pœnitet admissi sceleris, si illud non detestaris, & in posterum cauere non statuis?

Illud verò verbum, *Reuertatur ad Dominum*; non euincit pertinere ad Iudæum solum: non enim necessariò infert, eum, qui reuertitur, aliquando fuisse cum Deo; sed reuerti est, a viâ mala, quam inibat, recedere. idem quod resipiscere, pœnitere: quod non est necesse sit eius, qui antea sapuerit: sed solùm est, derelinquere errorem, & culpam. Præterea, si quoties quis peccat grauiter, auertitur à Deo, quoties verè resipiscit, reuertitur ad Deum. Denique Gentilis in suis maioribus quondam fuit per verum cultum Deo coniunctus, à quo pòst recessit per idololatriam: vnde propriè monetur, vt fidem diuinam, Euangeliúmque suscipiens reuertatur ad Dominum. 94.

Reuerti, quid. Pœnitentia est reuersio ad Deum. Gentes olim Deum nouerant.

Quatenus verò sit in potestate hominis impij derelinquere viam suam, & reuerti ad Dominum, & quatenus eius vires id superet: hoc est, quid Deus, quid homo conferat ad iustificationem, disertè tradit Concilium Oecumenicum Tridentinum session. 6. capit. 5. 6. & quid sit ipsa iustificatio capit. 7. & ita accuratè, vt nihil accuratius tradi possit: quod Concilium cùm sit ad manum, eò mittendus est lector, à quo ea orthodoxæ fidei docentur, quibus & Pelagiani, qui gratiæ diuinæ, & Lutherani, qui libero arbitrio sunt iniurij, facillimè refelluntur. & vtrosque hæreticos noster etiam Vates perstringit: Lutheranos, cùm dicit: *Derelinquat impius viam suam*: exigens cooperationem, & bonorum operum exercitium: Pelagianos, dum Dei misericordiæ, & indulgentiæ tribuit iustificationem: addens: *Et miserebitur eius, quoniam multus est ad ignoscendum*: ergo nisi Deus misereatur, & valde liberè, ac liberaliter ignoscat, frustra in acquirendâ salute & gratiâ liberum desudet 95.

In conuersione quid Deus, quid homo. *Pelagianorum & Lutheranorum refellit hic Vates.*

det arbitrium: & nisi liberum arbitrium A assentiat (loquimur de adulto) gratia sola non saluat.

96. *Et vir iniquus cogitationes suas*] Vt *impius*, & *vir iniquus*, pro eodem sumuntur, ita pro eodem existimari possint, *Via*, & *cogitationes*: vt sit vtraque expolitio, & iteratio, frequens quidem in sancta Scriptura. At fas sit, hæc duo discriminare ita vt *via* sit vitæ institutum, propositum, *cogitationes* sint consilia eo ducentia: nam hunc finem, scopumque præfixum, hoc est, intentionem consequitur deliberatio, electióque eorum quæ ad assequendum finem videntur aptiora. Et quia eiusmodi electio ex præcedentis consideratione, disquisitione, atque cogitatione fit, idcirco cogitatio pro electione, vt caussa pro effectu substituitur: vnde L X X. *βουλὰς*, i. *consilia* vertunt, quod nomen ductum à *βούλομαι*, quod est *volo*, indicat, in deliberando, & capiendo consilio, quanta sit intellectus voluntatisque communio: cùm quod est vnius facultatis munus, alteri ascribatur. Quare S. Thomas 1. 2. quæst. 13. artic. 1. probè statuit, etsi electio proprium sit voluntatis officium, admistum habere aliquid ab intellectu, id mutuatum videtur ex Aristotele libro 6. Ethic. capit. 2. assertore: *Electionem esse appetitum deliberatiuum.* Ergo *Cogitationes* meritò capiuntur pro consiliis, & electionibus.

Via & cogitationes differunt.

Electio, cur misit facultatum.

97. Et verò quemadmodum bona cogitatio & C sancta est initium pœnitentiæ, & iustificationis. Trident. session. 6. cap. 6. *Disponuntur ad ipsam iustitiam, dum excitati diuinâ gratiâ & adiuti fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse quæ diuinitus reuelata & promissa sunt: atque illud in primis, à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu: & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo in* D *spem eriguntur fidentes Deum propter Christum, sibi propitium fore, illúmque tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam agi ante baptismum oportet.*

Cogitatio 2. da initium conuersionis.

98. Vt ergo sanctæ cogitationes sunt, vnde iustitia, & vitæ laudabilis institutio nascitur: sic ex aduerso malæ cogitationes sunt semina & initia omnium vitiorum, & flagitiorum: quare Deus vt à sedibus, & fundamentis flagitiosæ vitæ ædificium euertat, & eruat, iubet impium & scelestum priscas suas cogitationes derelinquere: quibus derelictis, & abiectis, necesse sit viam prauam, hoc est, vitæ prauæ institutum derelinquere: ex quo, E quia homo nequit esse sine aliquo proposito, & studio, consequatur omnino, reuerti ad Dominum: est enim anima humana instar materiæ primæ, quæ non potest carere omni formâ substantiali: vnde vbi vna discedit, alia succedit: vbi cogitatio impia & iniqua eiicitur, illico pia & sancta admittitur: & subinde bona voluntas, atque adeò vitæ melioris electio, & exercitium.

Cogitationes mala semina peccatorum.

Anima non est sine aliqua forma instar materiæ.

99. Itaque hanc ipse gradationem & processum agnoscebam: primus sit gradus: *Derelinquat vir iniquus cogitationes suas*, sistat, deseratque mala consilia: secundus passus: *Reuertatur ad Dominum*: pulso peccato & diabolo, quia sine fine, sine aliquo Domino esse non potest, ad Deum verè pœnitens, & suppudens accurrat: tertius processus: *Deus miserebitur eius*, illum filium prodigum vt pater clementissimus recipiens; denique illi peccata condonabit, ea penitus delebit: *quoniam multus est ad ignoscendum*, quantus quantus est, totus propendet ad veniam pœnitentibus dandam.

Processus vitæ bonæ.

Dei clementia.

Quoniam multus est ad ignoscendum.] Quòd 100. B verò sit sermo de remissione peccatorum, claret: id L X X. clariùs: *valde multum ...*, *dimittet peccata vestra*: quare minus laudo vertentes, *Multus est ad procedendum*, nam id verbum possit trahi ad condonationem pœnæ solius: at verò *ignosco* respicit proprie culpam. Quam multus verò sit Deus ad ignoscendum, ipse solus penitus nouit: ex parte nouit etiam expertus. Sed & sanctæ Scripturæ affatim publicant. Vide Ioël. capit. 2. versiculo decimotertio. Exod. trigesimoquarto versiculo sexto.

Vers 8. Non enim cogitationes meæ, C cogitationes vestræ; neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.

ANtecedentis esse caussam consentiunt 101. Doctores, & patet è particula, *Enim*, quæ legitur in omni contextu: sed caussam non eodem modo omnes exponunt. S. Hieronymus, Cyrillus, Procopius, Dionysius, Adam. Olot. Haymo, Pintus, Arias, Castrius, & ab eo citatus Theodoretus, existimant, ne quis diffideret saluandas esse gentes tot scelerum maculis notatas, quasi elui non possent, ideo Deum dicere, esse cogitationes suas multùm diuersas ab humanis: itaque hæc caussa D respicit proxima verba antegressa: *Et miserebitur eius, quoniam multus est ad ignoscendum*

Nexus.

Sed cùm diffidentia ista de salute impiorum 102. posset oriri e duplici radice: aut quod Deus putaretur non posse, aut quòd putaretur nolle: interpretum quidam aiunt asseri & affirmari Dei potentiam; eóque afferri sequentem similitudinem de altitudine cœli supra terram. Alij verò iudicant, stabiliri Dei misericordiam, & ad saluandum, condonandúmque procliuitatem: in eóque constitui discrimen inter cogitationes diuinas, & humanas: quòd hæ tendant ad retinendum odium: illæ verò ad po- E nendas & obliuiscendas iras. Prioris opinionis assertores Hieron. Cyril. & Procop. posterioris verò Thomas, Arias, Oleaster.

Expositio varia.

Ego, quoad hanc partem, facilè accesserim 103. iis qui putant hic solùm agi de voluntate Dei, nam vox ipsa: *cogitationes*, etiam Hebraicè expressæ non potestatem sonant, sed voluntatem, multo magis vt à LXX. redditæ: *βουλαὶ consilia*, à verbo *βούλομαι*, vt sup. num. 90. dicitur. Itaque si Deo stetisset, suá potestatem asserere, vsus esset alio vocabulo, non isto, quod omnino pertinet ad consultationē: quæ consultatio suopte ingenio versatur in iis, quę sūt in potestate

Expositio posterior, melior.

consultantis: nemo enim de re sibi impossibili consulit. Quare cùm Deus asserit non sunt *cogitationes meæ, cogitationes vestræ*: non probat, sed innuit id sibi licere, quidquid illud sit, seque multo aliter atque homines sentire, & decernere. Adde, simile adiunctum de sublimitate cœli melius multo facere ad declarandam altitudinem & excellentiam consiliorum Dei, quàm ad ostensionem potentiæ: quod ex se liquet, & ex aliis locis S. Scripturæ non dissimilibus.

104. Ps. 77. v. 19. Denique est hominum valde perditorum vox illa, *Numquid Deus poterit?* perditorum verò & summe insipientium, vbi agitur de venia danda, & condonanda offensa: quis enim ita deliret, vt dicat, Numquid Deus poterit misereri, & ignoscere mihi? Dubitare verò de eius voluntate, ac dicere: *Num volet?* humanæ fuerit imbecillitatis, suorum scelerum multitudinem, & magnitudinem considerantis, & Dei ingenium ex humano metientis. Cui pusillitati animi, malignóque de diuina benignitate iudicio Deus occorrens opportune potuit dicere: *Non cogitationes meæ*, &c.

105. Idem Hieronym. nec non vt videtur, etiam Cyrillus affirmant hoc quoque spectare ad affirmandam Dei constantiam in eo, quod semel promiserit, atque adeò ad faciendos certos homines de suâ salute consequenda, quam fuit proximè pollicitus, huic expositioni auxiliatur altera similitudo versiculo 10. apposita de imbre, & niue efficaciter a Deo demissis. Quâ in expositione, dissimilitudo in eo consistit: quòd hominum consilia & proposita facile mutentur, Dei verò sint immutabilia. Verùm huic proposito non congruit similitudo propior & vicinior de cœli altitudine: nam ad constantiam significandam nihil iuuat: non enim quòd corpora sint sublimia, ideo sunt constantia: imò quo sublimiora, eo mobiliora, & quo humiliora, eo stabiliora; vt videre est in elementis, & in cœlis etiam, si demseris supremum, vtpote sedem & domicilium Beatorum, quod oportuit esse firmissimum.

106. Noster Sanchez, quem Cornelius etiam noster citat, & non improbat, componit hoc cum illo: *Derelinquat impius cogitationes suas, & vir iniquus viam suam. Cogitationes enim meæ non cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ.* Ac si Deus diceret: vt possimus conuenire, necesse est impius mutet cogitationes, cùm tam sint diuersæ, & distantes à meis: hoc ipsum senserat Pintus dum ait: *Derelinquite cogitationes vestras & vias, quia a me longissimè distant.* Sed non est visus in eo acquiescere, cùm ad illam superiorem expositionem de misericordiâ Dei statim accesserit.

Consiliorum Dei altitudo. Neque ego in hoc sensu conquiesco: ob eam, quam nuper rationem attuli ex altitudine cœli petitam: nam hæc similitudo ad sapientiam & excellentiam diuinorum consiliorum explicandam est aptissima, quam homo humi reptans assequi nequeat. Vnde ego eò inclino, vt ea sistimem dici à Deo: Quamuis vos fugiat, quemadmodum genus hominum tot vitiis, f[illegible]ceribus, error[illegible]us implicatum, tantis tamque immedicabilibus in speciem morbis obsessum possit ad sanitatem adduci, nihil miremini: *Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ*: vt valeatis vos ad eas capiendas assurgere.

Vers. 9. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.

107. Consilia Dei cum ... terra quibus humanis. QVæ comparatio fit cœli, terræque, eadem initur inter cogitationes diuinas & humanas: at cœlum & terra cùm possint quoad multa inter se comparari, non comparantur, nisi quoad altitudinem, tantumque, quòd cœli siti sint celsissimo, supremo loco, terra vero infimo: & quod cœli a terrâ distent intercapedine longissimâ. Ergo hac etiam in parte componuntur cogitationes diuinæ & consilia cum humanis: quòd hæc sint humillima; illa autem altissima, profundissima. Quæ diuinæ sapientiæ & prouidentiæ sublimitas induci solet ad frænandam temeritatem humanæ curiositatis & sapientiæ, quæ nimis acquiescit in consiliis Dei, cùm ea hominis captum præteruolant.

108. D. Paulus Rom. 11. versicul. 33. cùm versaret arcanum Prædestinationis, Iudaicæ Synagogæ repudium, & eius loco Gentilitatis sponsalia, vt compesceret quæ possent inde nasci murmura, & querelæ, exclamat: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Ratio, quæ rationem & excursum humanæ mentis in officio & sobrio iudicio continet: nam ratio naturalis docet a Deo quam plurima, imò infinita cognosci, & effici posse, quæ homo ne suspicari quidem possit. Vnde quidquid a Deo fieri videt, etsi eius rationem non assequatur, debet credere esse conuenientissimum: & quidquid Deus promittit, etsi quemadmodum ad exitum possit adduci, non intelligat, debet id numerare in effectis, neque curiose de modo & ratione disquirere. Deus ... efficere quæ ... a homine ... potest homo.

109. Curiositas compescenda erga diuina. Huius propositi est monitum Ecclesiastæ capit. 5. versicul. 1. *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui.* Decet hominem modestè sapere, & sapere ad sobrietatem, quippe quem humi iacentem, & instar formicæ reptantem: præsertim cùm de rebus, consiliisque diuinis agitur: quæ non temerè sunt perscrutanda; sed religiose & humiliter veneranda. *Deus enim in cœlo* sedet sublimis, excelsus, non potest homellus eò pertingere. Si enim, Sap. 9. v. 16. *Et difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis.*

110. Promissis Dei fidendum firmissimè. Itaque hæc diuinæ sapientiæ & prouidentiæ inaccessa sublimitas submouet ea omnia, quibus mens humana posset retardari, quominus hæreret constanter promissioni Dei de

saluandis

Gluandis Gentibus; seu quia de benignitate ac liberalitate Dei nimis bene existimaret, seu quia circa modum, quo id conceden essent, curiosius angeretur: nam quamuis de re ipsâ præstanda non dubitetur Deo pollicente, inlet interdum solicitum & anxium animum reddet modus & ratio, cum plerumque sunt occulta.

111. *Theodoreti expositio excluditur.* Ex suprapositis excluditur illa expositio Thodoreti apud Leonem Castrum, *Toto cælo distamus: Vos, inquit Deus, me odistis, ego vos diligo: vos fugitis, ego vos voco*, &c. hæc enim huic loco non hæret: Non enim Deus culpat cogitationes vitiosas hominum, vt alibi, sed affirmat, naturalem humanæ intelligentiæ captum esse valde exiguum: quod est valde obseruandum, ad obtinendam illius loci sententiam: nam quæcumque his cogitationibus vitium ascribit, alienum est ab hoc loco: vt illa: *Expositio alia aliena.* Vos vlciscimini iniurias, ego condono: *non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ* quæ est prima apud Forerium expositio. Illa altera apud eumdem autorem, vt hæc caussa retrotrahatur ad versicul. 3. *Feriam vobiscum pactum sempiternum*: nisi tam longinque reuocaretur, non esset aduersa nostræ positioni, & expositioni: nam idem est ferire illud *pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles*: & Deum impijs misereri, & ignoscere. Sed si vtrumque est idem, cur omisso proximo antecedenti, retrahas ad illud longe dissitum?

Vers. 10. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare facit, & dat semen serenti, & panem comedenti.

Vers. 11. Sic erit verbum meum, quod procedit de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

112. *Promissio Dei infallibilis. Verbum procedens de ore Dei, quale.* HÆc ad certitudinem ingenerandam animis, & diuinæ promissionis infallibilitatem asserendam pertinere quid attinet probare, aut dicere? quare id solum explicandum quod nam sit *Verbum* quod Deus ait de ore suo procedere. Triplex explicatio; vna de Verbo Dei Filio: altera de Euangelio: tertia de promisso proxime superiori de liberando homine, & sanctificando.

113. *Dei Filius.* Prima est Ambrosij iuxta citandi, Procopij, innuit Cyrillus, est Castrij, Haymonis, Forerij: eam Hieronymus vocat anagogicam. Est aliquo modo probabilis: quia Filius verè est Verbum ex ore Dei egrediens: & fecit quæcumque Pater voluit, & prosperatum fuit in his, ad quæ misit illud: atque adeò non est reuersum vacuum ad Patrem: descendit etiam in *Incarnatio.* terras, & in vterum Virginis sensim illapsum est, instar niuis: cuius niuis descensus mollis, & sine strepitu describitur Ecclesiastici 43. versiculo 19. Sed cùm cætera in Verbum Dei

substantiale conueniant, hoc vnum disconuenit *quod egreditur de ore meo*: quod futurum significat, aut vniuersè, Verbum quodcumque egredietur de ore meo: idque habet Hebræa pagina, & Græca LXX. editio apud S. Hieronym. *Sic erit verbum meum quod exierit de ore meo* & vt legit in exemplari Græco [illegible], *quod, si exierit ex ore meo, non reuertetur ad me vacuum*. S. Ambros. de symbolo cap. 9. legit, *Ambros.* *Verbum quodcumque exierit de ore meo, non reuertetur ad me vacuum*: tametsi ipse nihilo secus de Dei Filio allegat.

Sed reuera hæ locutiones repugnant Verbo 114. Dei æterno & interno, quod naturaliter, ne- *Verbum Dei pro Euangelio, vel promissione Dei.* cessariò, & semper ex Patre procedit. Vnde aptandæ sunt Euangelio, quod faciunt S. Hieronymus, & Cyrillus secundo loco, & Pintus: vel promissio cuiuis Dei, quod sequuntur reliqui interpretes, Arias, Vatablus, Thomas, Osorius, Adamus, Oleaster, Cornelius, Sanctius, & Dionysius, qui vltimus cùm retulisset tres dictas Verbi notiones, hanc postremam dicit esse litteraliorem, & hoc *Autoris sententia de promisso Dei.* idem mihi maxime placet, quia plurium autorum: quia aptiùs hæret proximis: quia includit illud de Euangelio, & protenditur ad alia Dei promissa, estque generale fulcimentum promissionis fideique diuinæ, rebus multis opportunum.

Et illuc vltra non reuertitur.] Si philosophi- 115. cè, & meteorologicè rem consideres, videbi- *Obiectio. Meteora.* tur ociosa adiectio: cùm enim nix & imber corpora sint grauia, esset contra naturam, referri sursum. Neque satis feceris respondens, redire in æthera hæc corpora in vapores resoluta: nam vapor e niue ascendens non est nix, neque vapor ex aqua est imber; vnde non est sensus: *illuc vltra non reuertitur*, scil. manis, quia iam irrigauit terram, &c. Sed est sensus, quem Sanchez est assecutus è prouerbiali S. Scripturæ locutione, in qua *reuerti*, est fru- *Non reuerti, quid.* strari effectu, irritum esse conatum, & *non reuerti*, est rem propositam effici. Vide quæ ille affert exempla, & adde Ezech. 7. versiculo 13. *Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur* לא ישוב *lo iasub*, vt hic: *non reuertetur*: vide ibi Hieronymum, & alios interpretes, qui exponunt: non erit irrita prophetia. Vnde verò hæc locutio sit nota apud He- 116. bræos, res est coniecturæ. Pradus Ezech. no- *Locutio, vnde.* tato loco, à sagitta quæ quoties ferit aliquid prædurum, quoties non infigitur, resilire solet, hoc, si placet, fulci ex 2. Reg. capit. primo versiculo vigesimosecundo. *Sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.* Alij ex eo quòd qui non efficiunt, aut non obtinent id, ad quod iuerant aliquò, statim redeunt eò, vnde dimissi, aut discesserant. Sic columba emissa à Noë *Gen 8. v. 8.* ex arca ad explorandum, an cessassent aquæ, citò reuersa est, & iterum dimissa redijt ferens ramum oliuæ. tertiò emissa *non est reuersa vltra ad eum*: versiculo duodecimo, scil. quia inuenit terram discoopertam aquis, atque adeò pabulum, locúmque conuenientem, quem quærebat.

Ergo siue inde, siue aliunde hæc loquen- 117. di ratio sit profecta, certe nihil aliud significat, *non reuerti* in cœlum vltrà niuem & imbrem, quàm non frustra descendere: etsi quid

aliud in eo quæras, erit nodum in scirpo, aut in iunco quærere, idque statim magis aperitur, vbi additur *Sed inebriat terram, & infundit eam*, &c. est enim hæc explanatio eius quod præcessit: *illuc vltra non reuertitur*, nam moris est S. Scripturæ quod per negationem est elocuta, hoc idem per affirmationem iterare, aut contra.

118\. At loca non debui cognoscere, cur Spiritus sanctus verbum suum quoad efficientiam; potius cum niue, & imbre, quam cum aliis rebus componat, locus latissimus philosophando, & arguendo. Ego paucis premam quæ sentio. Principio, quia hæc duo nix, & imber valde arua fœcundant, imo sine his sunt prorsus sterilia & effœta. quæ fœcunditas satis fuse describitur a Vate: *inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti*: itaque omnium, quæ terra fundit, auctrix, & altrix est pluuia. Quanta vis & efficacitas sit pluuiæ, quantosque Deus in eâ dispensandâ appareat, videre potes apud Iob. capit. 36. versiculo 27. & deinceps. Præterea nix & pluuiæ molliter, & sensim descendunt, Eccles. 43. versiculo 19. Vide supra cap. 45. num. 56. quæ de roris descensu dixi, ex parte aptanda pluuiæ. Demum nix & imber quemadmodum terræ fertilitatem & vbertatem ingenerent, vix aduertitur, aut intelligitur. Agri enim compluti, & humefacti nescio quomodo paulatim & inopinatò germinant, & vernant, & cùm vna sit natura pluuiæ & aquæ innumeras accipit in arboribus ac plantis irrigatis formas, & valde differentium fructuum naturas procreat. Ob has ego conditiones, vt interim aliàs sileam, hanc similitudinem niuis & pluuiæ adhibitam fuisse ad Verbi diuini efficaciam adumbrandam existimo. Alia & aliter differi facile esse perspicio: quare nemini præiudicium affero.

Dei Verbum cur niui, & imbri comparatum.

Pluuia fœcundat.

Pluuia procreat varias species.

119\. Illud: *& dat semen serenti*, vt accipiendum sit, facile est dictu, non quòd nix aut pluuia naturaliter semina arborum, aut segetum terræ ingeneret: aqua enim est nutrix, non genitrix seminum: sed quòd efficiat ita feracem agrum, vt afferat cultori frumentum, & annonam ad vitam in præsenti sustentandam, & quòd possit reseruare serendum, iterùmque multiplicandum, vt nunquam desit, vnde viuat. Cuiusmodi est illud 2. Corinth. 9. versiculo 10. *Qui autem administrat semen seminanti; & panem ad manducandum præstabit*: Quo vtroque loco aduerte, triticum, ordeum, & id omne, ex quo panis pinsitur, esse nihil aliud quàm semen, in aliis enim fructibus agrorum etsi inclusum est semen, vt Deus iussit Genes. 1. versiculo 11. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum; cuius semen in semetipso sit super terram*: in plerisque tamen semen à fructu distinguitur: non verò in frumento: vnde quicunque dat panem, i. triticum comedenti, dat semen serenti, & vice versâ.

Panis fit à semine.

Semen à fructu inuolutum, quo differt.

* *
*

Vers. 12. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

Vers. 13. Pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

Nisi superiora resisterent, possemus Iudæis permittere, vt hæc de egressu ex Babylonia acciperent: sed quia illa id non patiuntur, de egressu ex Babylonia metaphorica sunt interpretanda, è seruitute Diaboli, et tyranni de peccati. non secus a que illud c. 52. vers. 11. *Recedite, recedite: exite inde: pollutum nolite tangere, exite de medio eius*: quod eo loco, Iudæis inuitis, de ista spirituali egressione consentientibus omnibus fere Catholicis, sumus interpretati, & accinit loco locus; nam ibi subiungitur: *quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.* 120.

Iudæorum doctrina interpretatione.

Sup 52. v. 12.

Et vt istic, vbi dicit, *non in tumultu exibitis, nec in fugâ properabitis*; est allusio manifesta ad exitum Israelis de Ægypto: ita hic respicitur egressio eiusdem populi de Chaldæâ: qui fuit *in lætitia, & in pace* deductus: illa quidem lætitia, & pax mediocris & breuis tempore fuit, sed alia longè effusior & diuturnior expromitur quâ perfusus fuit mundus, cùm posuit errores & flagitia, quibus misere deseruiebat, & in veram Christo vindice fuit libertatem assertus. 121.

Allusio ad duo quasi exitus.

Libertas vera.

Quoad nexum, vimque illius dictiunculæ caussalis, *quia, quia in lætitia egrediemini*, variè disseritur. Quidam cum S. Hieronymo ad proxima referunt, *Et prosperabitur in his, ad quæ misi illud*: vt hæc lætitia & pax sit effectio Verbi Dei missi: & quidem, si Verbum sit Christus secundum primam interpretationem numero 113. id bene nectitur: neque minus bene, si sit verbum Dei creatum, secundùm secundam, & tertiam expositionem ibidem. 122.

Nexus.

Alij aduocant ad similitudinem imbris, quo efflorescunt, ridéntque. ita Sanchez. At Cyrillus, quia vitia, quibus quisque assueuit, cum mœrore consueuit relinquere, Deus præstat hoc loco, non ita fore in accedentibus ad Euangelium, sed contrà cum gaudio prauam consuetudinem ponendam. Vel secundò ait idem Cyrillus, conuersis ad fidem esse lætandum, cùm viderent se magnis erroribus liberatos, error enim libenter ponitur: & nemo volens fallitur.

Vitia inueterata relinquuntur cum molestia.

Ego hæc omnia probo, addóque hanc mihi videre quasi clausulam & epilogum totius capitis, quare ad cuncta superiora retulerim: ad parænesim illam: *Omnes sitientes venite ad aquas*, &c. ad promissionem de pacto feriendo versiculo tertio, ad monitionem de derelinquendis cogitationibus & viis iniquis versiculo septimo, & demum ad proxima de similitudine niuis, & imbris, cum omnibus enim iis probè hæc clausula

Epilogus capitis.

[illegible] eam componunt [illegible] singuli.

114 Ergo Deus infinite sapiens, & salutis humanæ cupidus, vt mortales erroribus impeditos; & variis criminibus obstrictos ad Euangelicam fidem & [illegible] nouam illiciat, eis lætitiam proponit, spondetque simul & pacem, quibus nihil est humanæ naturæ suauius, nihil optabilius: ad quam obtinendam, fruendam que omnium hominum curæ, consilia, studia, labores, industriæ, interdum & pericula diriguntur, plerumque in vanum: quia in quo sitæ sint, inani imagine delusi [illegible]. Deus verò qui solus est earum autor, [illegible], nunc [illegible] inueniantur, & quomodo [illegible] prehendi possint, ostendit: mirum [illegible] ibus [illegible] ceptis.

Libertas, causa lætitiæ. *In lætitia egrediemini.* Imago & delineamentum huius lætitiæ fuit illi Israelis egredientis è Chaldæa, Psalm 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion;* cum Dominus nos, antea captiuos, fecit liberos in patriam: *facti sumus sicut consolati* Heb. *sicut somniantes,* i. præ magnitudine lætitiæ videbamur nobis non videre reditum, sed eum somniare. *Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Neque nobis solis vila est materies effusæ lætitiæ, sed & reliquis populis. *Tunc dicent inter gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis. Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes,* & versiculo 6. *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Deest nota comparationis supplenda: vt mittentes semina ibant flentes: reuertentur vt reportantes post messem manipulos suos. Quâ similitudine vsus est Vates noster ad gaudium conuertentium se ad Christum, exprimendum c. 9. v. 3. *lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe:* quæ messis eo iucundior, quo fuit sementis laborio sior. Sic quo ærumnosior est & tristior captiuitas, eo sit lætior & dulcior libertas: quæ ex se & semper possessa est dulcissima; recuperata supra quàm dici possit, oblectat. Valetudo post morbum, post tempestatem malacia, post inopiam opia: post seruitutem libertas gratior. cò respicit Maro in Ecloga 1.

Nam læta, videntur somnia.

Dolebus læta, accedat.

114. Lætitia messium.

Prosperitas dulcior post aduersa.

Virgil.

> *Libertas, quæ sera tamen respexit inertem,*
> *Candidior postquam tondenti barba cadebat,*
> *Respexit tamen, & longo post tempore venit.*

125. Seruitus spiritualis tristior. Post diuturnam, post ærumnosam, post sordidam seruitutem, & ignominiosam quid potest cogitari lætabi'ius libertate? Quanto verò sit tristior, & miserior seruitus spiritualis, quâ seruitur Diabolo, peccato, & cupiditati, quam quæuis corporea, qua homo homini seruit, facile cognoscitur, & ad capit. 41. numer. 12. & capit. 49 num. 122. ex parte videre potes.

Vnde quibusuis peccatoribus, sed speciatim Gentilibus miserrimam seruientibus Diabolo seruitutem promittitur verè: *In lætitia egrediemini:* e carcere tenebricoso, & fœtido: ex ergastulo & vinculis grauissimis, è seruitute pro-

Gabr. Aluarez in Isaiam Tom. 2.

A brosissimâ, & asperrima, e morte egrediemini ad auras vitales, [illegible] lumen.

126. *Et in pace deducemini.* Non satis est egredi è statu calamitoso, non [illegible] est bene incipere, sed [illegible] est, pro [illegible] h[illegible] quoque [illegible] ad [illegible] egredi [illegible] ne [illegible] pit. 8. vers. 22. [illegible] *Erubui petere a Rege auxilium & equites qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate:* & versiculo 31. *Manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via.*

Auxilia humana minuunt spem.

B *Montes & colles cantabunt coram vobis laudem: & omnia ligna regionis plaudent manu.*] Tametsi claris autoribus, quales sunt Cyrillus, & Hieronymus, vt alios minores iis hærentes omittam, visum fuit in *montibus & collibus* Angelos superiores, & inferiores intelligere: aliis verò, vt eidem Cyrillo, & Procopio, Doctores Ecclesiæ maioris & minoris scientiæ: & in *lignis* plebem fidelium exponere: aliis generatim bonos omnes, vt Hieronymo, Haymoni, & Emmanueli Sa: ac demum Castrio, *in montibus & collibus* reges & principes, & in *lignis* populos, & sua polleet qualiscumque vnicuique interpretationi probabilitas cottogari: C tamen mihi verosimillimum est, hanc esse hyperbolem elegantissimam, & prosopopœiam significantissimam lætitiæ effusæ & gestientis, nascituræ ex Euangelio, & conuersione mundi.

127. Montes pro Angelis.

Pro Doctoribus.

Autoris opinio Prosopopœia.

128. Hæc est sententia Thomæ, quam posteriùs vt meliorem ponit, Foreriı, Ariæ, Oleastri, Adami, Pinti, Sanctij, & Cornelij: qui duo postremi sentiunt innui morem Iudæorum nunciantium res prosperas è montibus & collibus, in quibus collocabantur speculæ: sed cùm non secus res asperas, atque prosperas speculatores annuntiarent, dubia est hæc coniectura. Illa certior Ariæ: quia egit D de egressione è seruitute, è quâ Christus homines eripuit ac liberauit, victo Diabolo, & parto triumpho gloriosissimo, & solet victoria celebrari gratulationibus & plausibus, idcirco hæc attribui montibus, collibus, & arboribus: ad maiorem ostentationem publicæ lætitiæ, cuius ne distantissima à ratione & sensu, qualia sunt dicta, futura essent expertia.

Victoria est festiua.

129. Prophetas & Poëtas moltis loquendi & sentiendi generibus esse congenetes aliàs fuit monitum; vsusque gaudere prosopopœijs iamdiu est obseruatum ab iis, qui eos versarunt. Sanchez adducit carmina ex Eclogâ Virgilij, quæ montibus lætitiam, & tristi-E tiam affingunt. Aliæ aliis rebus inanimis personæ impositæ non ineleganter passim apud alios poëtas occurrunt. Vates diuinus Dauid non vno loco eâ dicendi figurâ ludit, Psalm. 95. versiculo 9. sic: *Lætentur cæli, & exultet terra: commoueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie Domini, quoniam venit, quoniam venit iudicare terram.* Iudicare, regere, de primo Christi aduentu plerique exponunt, & per hyperbolem: etsi alij piè quidem Angelos, &

Prophetæ & Poëtæ frequentes in modis.

 homi

homines: sed id demus, modò sit sensus mysticus, fortassis eiusdem ordinis sit versus quartus Psalmi 113. *Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.* sine præ lætitia, sine præ reuerentia & metu, quod accidit *in exitu Israel de Ægypto*, qui fuit typus egressionis præ[illegible]entis.

130. *Coram vobis laudem.*] Canent laudem non vobis, sed *coram vobis*, vobis testibus, [illegible] & [illegible] laudes & plan[illegible] [illegible] post illam [illegible] & co[illegible] m[illegible] *Non nobis Domine, non nobis sed nomini tuo da gloriam.*

Genebr. *Non [illegible]is* Genebrardus exp[illegible] *qui etiam [illegible] mirifice & potenter eduxisti c[illegible] & populo ha[illegible], de tuis miraculi glorios[illegible]. sed tibi. Coram [illegible]*, vt vos doceant, excitent ad laudandum Deum: vt vobis laudis diuinæ materiam obijciant, vobis voce p[illegible] LXX. pro, *plaudent manu*, habent, p[illegible] qui a nomen Hebræum [illegible] si addatur vna littera ת, sit ramus, vel quia ramus est veluti manus arboris: & arbor, agitatis ramis, quasi complosis manibus plaudat.

Vers. 13. Pro saliunca ascendet abies & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

131. Fastidiosus admodum fuerit lector, quem non expleat quoad priorem partem huius versiculi, commentarius S. Hieronymi, Cyrilli, & etiam Theodoreti, quem posttremum reponit Castrius: nam hi tres tanti Scriptores hoc loco conspirant, tradúntque signati, aduenientе, & docente Saluatore, admirabilem esse futuram morum, vitæque mutationem in melius: vt pro fœdissimis, & sordidissimis, atque abiectissimis moribus, & vitiositatibus nascantur nobilissimæ, & generosissimæ, atque celsissimæ virtutum plantæ, nec non & odoratissimæ. Animaduertitque signatè Hieronymus, aliter licèt alij interpretes transtulerint, vocatintque has plantas, id non morosè curandum cum pro certo sit, quæcúmque sit earum natura, & notio, sensum esse modò expressum. Itaque si quid nominatim *saliunca*, quid *vrtica* quæ pro vilibus numerantur, quid è diametro *abies*, quid *myrtus*, quæ pro nobilibus censentur, significent, velimus reuocare ad examen, parum vtilis, & fortasse putida procedet examinatio. Simile quid habemus capit. 41. versiculo 19. & ibi simile quid, & alibi mo[illegible]neo.

Mutatio mirabilis ad aduentum Christi.

Arborum natura hic non morosè inquirenda.

132. Del. Adag. 794. Istud non videor debere omittere: etsi Plin. lib. 21. cap. 7. nobilissimum odorem attribuat saliuncæ, eius tamen odorem hoc loco non considerari, sed humilitatem, oppositam proceritati abietis: *pro saliunca ascendet abies*, vbi & verbum *ascendet*, (non enim dixit, nascetur, aut quid cognatum) signat proceritatem, & excellitatem: saliunca verò non ascendit, sed potiùs iacet. *Saliunca quidem foliosa est, sed breuis & quæ nelli non possit,* verba sunt Plinij, & sequentia Maro is [illegible] log[illegible].

Abies & saliunca oppositio.

Plin. Ma[illegible].

Lenta [illegible] quantum pallenti [illegible],
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

Qui Vates secularis & a[illegible] tenui[illegible] cem præfert Vati nostro diuino. Primo, quod [illegible] claros componit cum arboribus nobilibus & inferiores cum [illegible] u[illegible], & dep[illegible] Secundò q[illegible] n hac compa[illegible] [illegible] tim [illegible] unc[illegible] numerat in pl[illegible] [illegible] breuibus.

Idem [illegible] esto iudi[illegible] [illegible] [illegible] 133.
tica, & [illegible] [illegible] [illegible] enim eam P[illegible] n. [illegible] nom[illegible] & [illegible] val[illegible] e procera, [illegible] putetur, & depr[illegible] tur. Q[illegible] ca & *myrto* [illegible] [illegible] & pretii[illegible] [illegible] 18 in hoc genere [illegible] 794. e P. tribu[illegible].

E[illegible] erit Dominus [illegible] quod non au[illegible] tur. [illegible] *Et erit Domin[illegible] delebitur [illegible] minus in nomen [illegible] fuset.*

Tantæ tamque inauditæ c[illegible] rum omnium [illegible], vt [illegible] solitudines [illegible] vbi virtu[illegible], ip[illegible] [illegible] nobilissimæ, & [illegible] nouissimæ arbores [illegible] rentur; tantæ, ac tam memorabilis vi[illegible] qua Tartareo Dæmonum, ac Furiarum, exercitu profligato, captiui mortales, libe[illegible] eg[illegible] suut cum lætitia, & cum pace deducti [illegible], inquam, tantorum facinorum vni Deo Domino constabit, eique soli gloria ascribet[illegible] quam vt nulla in posterum obscurar[illegible] [illegible] obliuio, signum ac monumentum, [illegible]que trophæum sempiternum erigetur, cui [illegible] rum successura series nullam audeat [illegible] moliri, ne dum inf[illegible]rre. Hæc est meo [illegible] ius loci sententia, & verò plurium. [illegible] partes fuerit dissetendum quod integr[illegible] prop[illegible] suimus.

Deo [illegible]

Et erit Dominus nominatus.] Scil. ad laudem, & gloriam: nomen Domini [illegible] ore cunctorum, ac sermone celebrab[illegible]. *[illegible] minatus* enim & apud autores bo[illegible] Lat[illegible] est idem qui valde gloriosus, sicut & *nom[illegible]* apud eosdem pro nobili fama sum[illegible]tur. Vi[illegible] Virgil. Æneid. 2. vers. 82. & vers. 89. vbi de [illegible] Æneas modestè:

Nomen pro fama 058 no

---Et nos aliquod noménque decúsque Gessimus. Virgil.

Sed antiquior multo est hæc nor[illegible] lo[illegible]quendi, quippe scriptum legi[illegible] [illegible]. 11. v. 4 iactasse illos surperbos arc[illegible] [illegible]os Babylonicæ turris, famæque cupidos: *c[illegible] nostrum antequam diuidamur in [illegible] terras.* Hebr. *faciamus nobis nomen*: & [illegible] sæpe *nomen* pro celebri fama [illegible] A[illegible] uiē Romanū nobilem Sc[illegible] [illegible] esset, Vulgatū nost[illegible] L[illegible] [illegible] beꝛ fungi munus, c[illegible] qu[illegible] est apu[illegible] Hebræ[illegible]: 136.

E[illegible] erit

[illegible] *Domino in nomen*, [illegible] *nominis*, [illegible] *Et erit Dominus nominatus* [illegible] in hanc mentem accip[illegible] A[illegible]as, Leo Castrius, Ol[illegible], Vat[illegible] [illegible].

S.Hieronymus interpre[illegible] Græcam versionem [illegible] *Et Dominus in nomen, & in signum æternum* [illegible] de nomine, [illegible] Christi [illegible] & de signo Crucis [illegible]. Pro op[illegible] *Et Dominus erit in nomen* [illegible] neque in Hebræo, neque in Græco [illegible] re-peritur [illegible], & qui [illegible] explicans [illegible] Sed [illegible] erale, [illegible]

[illegible] *Et erit Dominus nominatus in signum æter-* [illegible] cóp[illegible] exponit: *Erit Dominus nominatus*, i. celebratus, [illegible] in bo- nam partem: & tertium debet verbum, *Et erit in signum æternum*; scilicet in signo æterno: vbi *signum*, non est signum miraculi, sed vexillum, ad quod debeant confugere homines, vt supra capit. 11. ver. 10. quod fefellit nonnullos, sed est signum demonstratiuum, & memoratiuum: quasi trophæum, & quoduis aliud rei gestæ monumentum.

Quare cùm tractentur res bellicæ, res fortiter gestæ armis non carnalibus, sed spiritualibus potentibus; cum Prouinciæ, nationésque mundi debellatæ, fusi, fugatique hostes acerrimi, & infensissimi, principes nimirum tenebrarum, cùm denique parta sit victoria omniū superiorum, inferiorúmque temporum gloriosissima: Victoris nomen decuit esse celeberrimum, & eius memoriam aliquo illustrissimo

A monumento, [illegible] indelebili apud posteri[illegible] tem conseruari. Hoc autem [illegible] *nomen æternum*, quod *non auferetur*: & [illegible] in Hebræo [illegible] *quod non delebitur* [illegible] interpretati sunt [illegible] bilem [illegible] characterem, qui non in materia fragili & peritura, sed in anima immortali insculpitur, perpetuo duraturum, quo signo homo Christi peculium [illegible] & cl[illegible]ra [illegible] tur.

Et [illegible] fidelis, Chr[illegible] ac pro[illegible] anus, q[illegible] tertiusque, in hunc ex[illegible] sententia [illegible]

B [illegible] de [illegible] Crucis, [illegible] & [illegible] & [illegible] genuè & sine [illegible] in fronte, [illegible] pudoris [illegible].

Ex quâ sign[illegible] con-sequitur, vt [illegible] Domino, ab eo possint nom[illegible] dici: nam Domini [illegible] lam sua

C nomina solent [illegible] sigilla, suus annulos [illegible] in res quaslibet suas aut imprimere, aut attexere, & inserere, [illegible] hæc omnia conditionis, vt possint [illegible], aut alia ratione, & casu amitti signa. verò quod Deus Ecclesiæ, & possessæ rei suæ imponet, non auferetur, sed æternùm testabitur, ad quem spectet illa possessio. In explicatione tituli Psalm. 80. S. Augustinus hæc habet: *Titulum in limine legimus, & in hic prædiis, quid sibi velint, intellexmus: iam si*

D *placet etiam ipsam domum operis, id est, ipsius torcularis interiora videamus.* Vnde sumi videtur, in limine villarum inscribi solere, cuius, & quorsum prædia pertinerent. Sic Dominus notaturus, & signaturus suos prædicitur, quo eius esse peculium, & quo fine intelligatur.

Character baptismi. in anima impressus

[illegible] nota [illegible]

Crucis signo quæ.

In fronte [illegible].

Aug. in Ps. passim 140.

Serui à domino nomen mutuatur

[illegible] ex ille [illegible] quo [illegible] dominus

Titulus in limine domus

PROPHETIÆ ISAIÆ
CAPVT QVINQVAGESIMVM SEXTVM.

1 HÆc dicit Dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur.

2. Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud: custodiens sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum.

3. Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus a populo suo: Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum.

4. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint

A fœdus meum.

5. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

6. Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum.

B 7. Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.

8. Ait Dominus Deus, qui congregat

 dispes

dispersos Israel: Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.

9. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus.

10. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia.

11. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, a summo vsque ad nouissimum.

12. Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

Vers. 1 Hæc dicit Dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iuxtà est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur.

1. Hiero. Procop. Opiniones diuersæ. QVibus hæc dicat Dominus, est principio statuendum, quò melius quæ dicat, cognoscantur. Quidam putant dirigi ad fideles, tempore Isaiæ viuentes. alij tempus protrahunt, vt pertineat ad Iudæos ab ea ætate, vsque ad Saluatorem: qui generatim docere muneri Israelem Sic Cyril. Haymo, Castrius & alij. Alij verò generatim existimant pertinere ad omnes Iudæos, iuxta ac Gentiles, qui quemadmodum se comparare debeant ad excipiendum Christum, admonentur.

Adam.

2. Auctoris opinio. Cæterùm partitione opus esse videtur: nam hæc prima, & secunda pericope ad Israelem solum attinet, vt cum Cyrillo, Hieronymo, Procopio consentiunt alij; à versu etiam octauo ad finem, de solis Iudæis est vaticinium, vt conuenit inter omnes. Versus interpositi de vocatione Gentiu sine ambiguitate loquuntur.

3. Ratio. Quod verò hoc capitis initium solum Israelem attingat, illud mihi persuadet: quòd iubeat, *custodire iudicium, & facere iustitiam*, vt possit ignoscere Saluatorem, & excipere, quod Gentilibus non video quomodo adaptetur nā vt possent custodire iudicium, & facere iustitiam opus erat lumine fidei, ope supernaturali Dei, quæ illis Christus attulit: at Iudæi ante Christi aduentum, erant adepti legem Dei, eius fidem, habebántque alia diuinitus concessa præsidia, quibus poterant custodire iudicium, & facere iustitiam. Iam si vt Adamo, & alijs arridet, Isaias hoc loco, non secus ac Baptista longo pòst tempore, Præcursorem Domini agit, & hæc concio non est diuersa ab illâ, *pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum*: & scimus Ioannem apud solos Iudæos fuisse concionatum, sentiendum erit, apud eosdem nunc Vatem agere: & eos præuertere, & præparare ad accipiendum Messiam: non aliter atque cap. 40. versiculo 3. vbi Baptistam audiuit clamantem: *Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri*, quod non est aliud, quàm quod hic exigitur *custodire iudicium & facite iustitiam*. sicut idem vtrobique promittitur: illic, versiculo 5. *Et reuelabitur gloria Domini*: hic, verò, *Iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea vt reueletur*: quibus vocibus opacantes legis vmbræ subsignificantur.

4. Sensus. Sed iam dispiciamus, quid sit *custodire iudicium & facere iustitiam.*] Licet Hieronymo, Thomæ, Lyræque *iudicium* stricte capiatur, prout iudicis officium satius tamen est, vt videtur Cyrillo, & plerisque generalius capere, itaque *iudicium custodire*, idem est quod altero membro repetitur, *iustitiam facere* aut si quod intercedit discrimen, illud est: vt iudicium ... munus intelligentiæ, & prudentiæ indicantis recte ac vere de rebus agendis, docentisque quid vitandum quid sequendum sit in vita: *iustitiam* verò facere sit officium voluntatis amplectentis id quod prudentia præscripsit. & cæterarum facultatum quarum partium est exequi. Sic passim accipitur, Psalm. 105. versiculo 3. *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore* Genes. 18. vers. 19. Deus de Abrahamo: *Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini & faciant iudicium & iustitiam.* ... vtroque loco cum partes omnes iisdem ... ponantur, certum esse debet, bene ... recte dirigendi, & ... gendi officio ... mihi planum, aliud quiduis sub... solidius videbitur L X X. pro *iustitia*, ... misericordiam: idem fere.

Iudicium & iustitia non differunt.

5. Christus dicitur Salus. *Quia iuxta est salus mea, vt veniat.*] Catholicorum plurimi, Christum agnoscunt: qui est vera salus hominum, & ab ea nomen in Circumcisione accepit, per Angelum prænunciatum Iosepho: Matth. 1. v. 21. *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum*, L X X. τὸ σωτήριόν μου: i. *salutare meum*: quod magis accedit ad rem significatam: vt Luc. 2. v. 30. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium, lumen ad reuelationem gentium.* Quo de cognomine Christi ad cap. 40. numer. 98. nonnihil.

6. Tempus inter Isaiam & Christum. P. 89. v. 17. Non puto commonendum esse lectorem particulâ, *iuxta*, *quia iuxta est*: tametsi octingenti ferè anni ab Isaiâ vsque ad Saluatorem intercurrerint, edoctum alibi, annos mille apud Deum esse instar vnius diei. Vnde olim Vatibus licuit aliquando dicere: Christum esse procul, aliquando verò, esse propè: imo simul interdum vtrumque dici legimus. Abac. 2. v. 3. *Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, exspecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.* Quo in vaticinio, quamquam multi, & notæ autoritatis interpretes istud *non tardabit* exponant, vltra condictum, sed cum Vates ibi nullum tempus edixerit, præfinieritve, sed indefinitè dixerit: rem venturam (vt de hoc, quale sit, cùm necesse non sit ad rem, non disputemus) esse procul, non videtur conueniens oratio hæc: tempore a Deo præfinito veniet: ista verò apta est ratio, & elegans oppositio: procul & prope res abest: procul respectu vestri, & propè respectu Dei.

7. Quâ ratione, & diuisione S. Petrus 2. epist. capit. 3 occurrit iis qui erant dicturi: versiculo 3. *Vbi est promissio, aut aduentus eius? ex quo enim*

... dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Vnum vero hoc, inquit Apostolus, non lateat vos, charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissiones suas, ... tardam existimant. Vbi aliquatenus respicit ... vaticinium & si respicit, explanat.

Quia addit ... venias, iuxta est, vt veniat: inde Origenes apud Castrium ... salutem hanc esse animatam, vtpote progredientem, esse Christum: acutum id vt Origenis ... sed ... Motus enim progressiuus & ... quam plurimis rebus inanimatis a... tur.

8. *Et iustitia mea, vt reueletur* subaudi *iuxta est.* ... persuadeat, hoc loco, *iustitiam* esse idem atque suprà *salutem*: crebertimè enim litteræ diuinæ vnam & eandem rem bifariam efferunt. Sequor in hoc S. Hieronym. Cyril. Haymonem, Lyram, Vatablum, Forerium. Iuuat additum. *vt reueletur*: quod de Christo frequentius scribitur. supra 40. vers. 5. Luc. 2. vers. 30. *Iustitiam* poni pro Christo, habes cap. 41. num. 17. & num. 147.

Iustitia pro Christo.

9. Adamus, cui assentit Sanchez, sumit pro fide, pro fidelitate, quam Deus præstitit, promissis efficiendis. Non assentio ob ea, quæ modò dixi. & quia cùm Scriptura vult significare istud, alio consueuit vti vocabulo, quale est, *verax, fidelis*, L X X. certè illud non intelligunt, cum ..., *misericordiam* transferunt: quod nomen æque aptari potest Christo, atque iustitia: quia *per viscera misericordiæ Dei nostri, visitauit nos oriens ex alto.* Luc 1. vers. 78. Vbi enim ampliùs elucet Dei misericordia quàm in Christo, quam in Dei Filio misso ad saluandum hominem. Tit. 3. versiculo 4. *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit* (i. cùm est reuelata) *Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit*, &c.

10. Quoniam Christi sacramentum olim latebat in figuris, ac vaticiniis, idcirco cùm exhibetur, propriè reuelari dicitur. Psalm. 97. vers. 2. *Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam*: quod attinet ad fidelitatem, & constantiam in promissis, seorsum, alio vocabulo enunciat, vt nuper monui: ait enim: *Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel*, scil. fidei datæ. Opacabant vmbræ, figuræ obuelabant, Prophetæ obscurabant, & occultabant Christi mysterium: sic enim tunc factu fuit opus: vbi aduenit opportunum tempus lucis ac veritatis: vbi Sol ortus est, vmbræ, & nubila discesserunt. Hoc illud Ioan. 1. versiculo 17. *Quia lex per Moysem data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*: quod ex parte fuit explanatum capit. 45. num. 83. cap. 51. num. 41.

Sup. 28.

Christi mysterium olim tecta.

11. Sed quanta, & qualis est caligo oculis Iudæorum offusa, qui ad hanc lucem tam apertè reuelatam, & effulgentem cæcutiunt! qui adhuc hanc salutem opperiuntur! qui hanc iustitiam exspectant! Oranda est eadem lux, vt exorata tam miserabiliter errantibus sese offerat misericordiur, & lumen efficaciter immittat: vt subsequentis beatitatis ne sint expertes.

Cæcitas Iudæorum.

Vers. 2. Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendit istud: custodiens sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum.

Explanat amplius quid sit supra præscriptum. *Custodite iudicium, & facite iustitiam*, & addit præmium dandum: & ab hoc inchoat. 12.

Beatus vir. Beatitatis notio, & mentio quantopere alliciat, & ad laborandum incitet, vitæ quotidianæ vsus, & exempla vulgo spississima nos dehortantur de hoc themate verba spargere, de quo sparsim in hoc opere nonnulla.

Præmium alliciens.

Illud quod non nemo obseruat, viderit lector, an probet: nempe, pro *viro* Heb. poni *Enos*, nomen ductum a calamitate, & miseria, vt onomastici volunt: vt quid homo a natura, quid à Dei benignitate babeat, clariùs constet, ego quidem simplicius capiebam.

Fore:

Qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendit istud.] *Hoc* & *istud*, referri potest ad superiora, scil. *Custodite iudicium, & facite iustitiam*, vel ad inferiora: *custodiens Sabbatum*, &c. *Filius hominis* synonymum est *viri*, vnde apparet nihil peculiare illo nomine efferri: sed solam hominis naturam, quæ ex sese fragilis est, & obnoxia. Verbum, *apprehendere*, principe Hieronymo, multi obseruant positum esse ad designandam & exigendam constantiam benè suscepti tenacem. Castrius verò reuocat ad apprehendendam, retinendamque salutem, de quà versiculo 1. quia in Hebræo est: *qui apprehendit eam*: genere fœminino. Forerius quoque ad Christum refert. Ego verò ad sequentia refero, quòd mihi videatur id poscere nexus verborum. Et verò sequentia, & antecedentia sensu sunt eadem: *facere* enim *iustitiam* superiùs positum suas habet partes cùm sit generalis virtus, vt n. 4 cuius duæ partes, præcipuæ hoc loco explicantur: Religio, & Innocentia: prior virtus Deum, posterior proximum respicit. 13.

Apprehendere, est constans.

Religio custodiendo Sabbato, specie adbibitâ pro genere, exprimitur: Innocentia, quę cauet, ne quid detrimenti afferat aliis, claris item vocabulis describitur, iis videlicet: *Custodiens manus suas, ne faciat omne* (i. vllum) *malum*, proximo, quibus duabus præceptionibus cuncta Decalogi mandata clauduntur, & *tota lex pendet, & Prophetæ.* Addita sunt quondam legi naturali præcepta cæremonialia, & iudicialia: illa ad Dei cultum procurandum: ista ad iniuriam à proximo magis amouendam ordinata.

Religio, virtus.

Vers. 3. Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus à populo suo: Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum.

Filius aduenæ.] Id est, *aduena*, vt filios hominis pro homine: vt non persona, sed natura, genúsque indicetur. Aduena, *qui adhæret Domino*, fide 14.

Aduena, seu Proselytus, quis.

no: fide ac religione: qui cùm esset genere Gentilis, fiebat professione legis Mosaicæ Iudæus, is dicebatur Græce *Proselytus*: qui est idem qui aduena, quoniam aliunde, quam e populo Israelitico accedebat, & adueniebat Domino, & eius cultui. Hebraice consimiliter appellabatur a גור *gur* quod est *peregrinari*, peregrinus. 1. Paral. 22. versiculo 2. Ezechiel. 14. versiculo 7. itaque traductus e gentilismo ad Iudaismum, ex infidelitate ad fidem, is apud Iudæos vocabatur *aduena*, aliquando præcise, vt locis notatis, aliquando cum addito, vt hic: qui adhæret Deo, vt secerneretur ab aliis peregrinis gentilibus, qui non colebant Deum, licet versarentur inter Israelitas. De proselytis clara fit mentio Matth. 23. versiculo 15. & Act. 2. versiculo 11. vnde constat, ad Christi vsque tempora durasse in Synagoga consuetudinem studiumque transferendi gentiles ad sua sacra, fidemque diuinam. Matth. 23. versic. 15. *Circuitis mare, & aridam vt faciatis vnum proselytum.*

Aelius conuersionis.

Quocirca admirationi locus relinquitur, cur Iudæi facti Christiani, cùm viderent ad Euangelium gentiles accedere, tantopere mirarêtur, vt constat Act. 10. v. 45. *Obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro*, &c. & nonnunquam inuiderent, vt ex aliis locis sumitur.

15. *Iudas plus fibi tribuit. Lex Euangelica æquat omnes. Famulus antiquior est carior.*

Quoniam ergo erat hæc inueterata opinio apud Iudæos & Gentiles, longe diuersam esse conditionem Iudæi & proselyti; ei euellendæ Deus nunc attêdit, atque. Ne dicat, causetur ve gentilis: non æque bene tractabit me Dominus, atque Iudæum; famulum antiquissimum, seruum vernaculum, domi natum, domi educatum, ex Abrahamo, Isaac, & Iacob genitum: nam hunc tot nominibus commêdatum habebit carissimum, & ornatissimum, & splendido cuique muneri, ac officio adhibebit: me verò vt aduentitium, & insititium, minimi æstimabit, & sordido addicet ministerio. Ne tale quid cogitet *filius aduena*, se *separatione* esse *separandum*, se multum à Iudæo quoad dignitatem, & alia vitæ diuinioris commoda, superandû: quia apud Deum, quidquid prisco seculo euenerit, *non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.*

Ro. 10. v. 12.

16. *Proselyti valde distabant à Iudæis*

Nulla deinde erit in Ecclesiâ diuisio, nulla separatio: diruenda est maceries & paries diuidens vnos ab aliis. In Synagogâ adeò separatione diuidebantur à Iudæis proselyti, vt alio etiam nomine compellarentur tum, cùm de ipsomet cultu Dei & religione agebatur, in quâ omnino conuenerant. Id discrimen nominum traditur Ps. 113. v. 11. vel 19 si viris egregiè doctis fiditur. nam cùm dixisset Vates: *Domus Israel sperauit in Domino: Domus Aaron sperauit in Domino*: quibus diuisit in laicos; & Ecclesiasticos Synagogam; addidit: *qui timent Dominum sperauerunt in Domino*: quo tertio membro nullos alios videtur notare nisi *Aduenas* fideles. deinceps eadem diuisione vtitur: *Benedixit domui Israël, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus, qui timent Dominum.* Expositio nitens seipsâ.

Vocantur timentes Dominum.

Sed exstat testimonium apertius, Act. 13. v. 17. Paulus sic Synagogam salutat: *Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite*; particula, *&*, sine dubio separat, additque. at quos mihi in Synagoga præter Israelitas dederis, nisi proselytos ergo *qui timent Deum*, ij sunt, & hoc vocabulo diuiduntur a Iudæis.

17. *Iob. 1. v. 1. Iob an fuerit proselytus.*

Quid, si scriptura sancta, eos qui Deum verum colerent extra gentem Iudæam, & extra Synagogâ, hoc vocabulo insignit distinguitq; à Iudæis: Porrò cùm de Iob enunciat: *Erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum*: videtur huc spectare. Nec non & illud aliud de Cornelio centurione, Act. 10. v. 2. *religiosus, ac timens Deum cum omni domo suâ.* nam plerique doctorum sentiunt iam, tum antequam Petrum conueniret, fuisse fidelem ac iustum.

Act. 10. v. 2. & v. 35.

18. *Proselyti cur vocantur timentes Dominum.*

Quamobrem, etsi id potuit omnii, quærere est visum, cur Proselyti hoc *timentium Dominum* nomine donarentur, & eo ab aliis fidelibus separarentur. Res tota, vt apparet, est coniecturæ aut diuinationis: ergo diuinare libet, inde tractum nomen, quòd Gentiles plerûmque ad Iudæorum religionem & sacra se se adiungerent timore Domini impulsi: cùm animaduerterent quam grauiter Deus eius populi & religionis hostes percuteret.

Coniectura.

Timor ducit ad Deum.

Vnus nobis sit testis pro plurimis Iosue 2. versiculo 9. Raab meretrix exponit exploratoribus Iudæis, vnde sit adducta ad credendum, eorum Deum esse verum. *Noui quòd Dominus tradiderit vobis terram, etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum Regibus, qui erant trans Iordanem: Seon, & Og, quos interfecistis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum.*

19. Ergo, quia timore Diuinæ potentiæ & Maiestatis trahebantur Gentiles, vt Deo crederent, eique vt vero & vnico Numini honorem haberent potuerunt à Iudæis, & ab Scripturâ *Timentes Deum* appellari, & eo cognomine à cæteris fidelibus distingui. Separabantur præterea officiis, ac muneribus non modò Ecclesiasticis, quod est certum, quòd hæc à solâ Leuiticâ Tribu obirentur. Sed etiam ciuilibus multis, quod sit valde probabile, à multis functionibus politicis, præsertim honoris, ac potestatis fuisse seclusos. Vnde, cùm esset tanta occasio dicendi: *Separatione diuidet me Dominus à populo suo*, Deus præuertit; iubétque eum abstinere ab hoc timore, & curâ: *Ne dicat filius aduena*, &c.

Proselyti non admissi ad omnia officia.

20. *Eunuchus pro quo.*

Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum] *Eunuchum*, hoc loco & propriè capio cum Vatablo, & impropriè cum Cyrillo & Lyra, pro sterili, pro infœcundo: quia neuter est habilis gignendo, vtérque sicut lignum aridum ad ferendum fructum. Quàm probrosa esset in Synagogâ sterilitas, intellectum est è multis locis sacri codicis. Recurre ad c. quinquagesimum quartum, versicul. primum. *Lætare sterilis*, &c. Cur autem talis *eunuchus* non debeat ægrè ferre suam orbitatem, statim ostenditur.

Infœcunditas probrosa. Sup. 54. v. 1.

* * *

Vers. 4.

Vers. 4. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum.

21 *Conuenit Pelagius Sabbatum, quale* — DIcit leges, & conditiones seruandas ab Eunucho, quominus ei obsit, immò quo prosit esse Eunuchum. Leges interpretatione vix egent. nam custodia Sabbati quid his requiratur, super exposuimus, num. 14. & aliunde facile intelligitur. Est enim feriari ab omni opere seruili, & Deo colendo vacare. Quod sancti Patres producunt, & protrahunt, ille vere custodiat Sabbata, qui abstinet se ab omni peccato: tale enim opus vere est seruile, & sordidum, Deumque offendit: alia verò opera laboris ex se Deo odiosa non sunt. sed oportuit statis diebus interdici, quo meliùs animus quiescente corpore, possit ad Deum assurgere. *Velut non dormient, sunt.* Ergo, vti Deus cessauit die sabbati, nam inde nomen ortum, ab omni operatione, absoluto mundo: sic homo cesset, vacetque à labore molesto, & multo magis à noxio. Alioquin, si peccandum sit ex occasione otij, & vacationis diei festi, minus malú esset fodere, vt ait Aug. *August.* Psalm. 32. concio. 1. *Obserua diem Sabbati non carnaliter, non Iudaicis delitijs, qui otio abutuntur ad nequitiam. Melius enim tota die foderent, quam saltarent. Sed tu cogitans requiem in Deo tuo, & propter ipsam requiem omnia faciens abstine ab opere seruili. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati, & vtinam hominis, & non peccati.* Consule eumdem August. in Ioan. tract. 3. & in Gene. lib. 4. c. 13 in serm. de tempore. 136.

22. Quæ Sabbati obseruatio tam ampliter accepta includit etiam ea, quæ sequuntur.

Et elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum.] Hæc sane sonant Euangelium, & quadamtenus opponuntur veteri Testamento: nam istud: *quæ ego volui*, aut vt in Hebræo: *dilexi*, adamaui, indicat, hæc sibi ex se cordi fuisse, illa vetera non item, sed ad tempus, & propter hæc ipsa. Abi hinc ad cap. 1. vers. 11. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus: holocausta, &c. nolui.* Heb. לא חפצתי *lo chapáscti*, i. *non volui*, & verbum *volui*, vtrobique ipsissimum. Alterum verò *Et tenuerint fœdus meum*, non secus oppositionem refert: *Euangelium fœdus.* Euangelium enim esse proprium Dei fœdus cum hominibus superiori cap. 55. vers. 3. constituit: & verbum, *Tenuerint*, quod est tenacissimè apprehendere, constanter tenere, hoc ipsum demonstrat, pactum nunquam desiturum. Ergo Eunucho seruantissimo fœderis Euangelici promittuntur sequentia.

Vers. 5. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

23. *Eunuchus hoc loco, qui.* POsui suprà vers. 3. Eunuchum hoc locu sumi pro eo, qui prolis ferendæ est impotens, citatis, qui id sentirent, autoribus. Nunc id disentiendum, nam sunt neque pauci, neque tri-

A uiales Magistri docentes, eum debere pro Virgine, pro eo Eunucho, qui se ipse castrauit propter regnum cœlorum, de quo Christus Matt. 19. vers. 12. id docent S. August. tom. 6. de Virginitate cap. 23. & cap 24. S. Ambros. de Institutione Virginis capit. 6. & in tract. de exhortatione ad Virginitatem, paulò post principium. S. Gregor. 3. Pastor. cap. 29. S. Basil. de vera virginitate multò post medium. Hieronymus, & Cyrillus, atque Procopius: secundo loco, Haymo, Osorius, Foreirius.

24 Et quidem ex allegatis August. fusè, & diserte hunc locum versat, affirmatque non posse vllo modo intelligi de spadonibus, quòd iis factum sit, si fortiantur æquale præmium cum coniugatis pudicis. B *Nam illis*, inquit c. 23. *quibus virile membrum debilitatur, vt generare non possint, sicut sunt eunuchi diuitum, & regum, sufficit vtique cum Christiani fuerint, & Dei præcepta custodiunt, eo tamen proposito fuerint, vt coniuges haberent, si possent, cæteris in domo Dei coniugatis adæquari, qui prolem benè pudicéque susceptam in Dei timore nutriunt, docentes filios suos vt ponant in Deo spem suam, non autem accipere meliorem locum, quam est filiorum, atque filiarum. Neque enim vxores animi virtute, sed carnis necessitate non ducunt. commendam sanè qui voluerint de his Prophetam spadonibus hoc pronunciasse, qui corpore abscisi sunt: iste quoque error causæ, quam suscepimus suffragatur.* *August.*

C *Errorem* vocat Augustinus non more scholastico, & censorio, sed vsu Latino, id est, falsam loci intelligentiam. & eam suffragari docet suo proposito, quod erat; ostendere Virginitatem excellere coniugio: probatque hoc modo: Eunuchis propriè sumptis datur locus melior quàm coniugibus, ergo multo magis dabitur iis, qui se continent & seruant virginitatem: nam quod illi faciunt necessitate naturæ, isti faciunt animi virtute. hæc est argumentatio Augustini aliis ab eo verbis exposita, hæc Isaiæ expositio. *Aug. argumentatio pro virginitate.*

25. In quo toto excursu S. Doctor sumit apud Vatem nostrum, promitti locum excellentiorē eunuchis quàm aliis coniugatis, quia ille legit: D *dabo locum nominatum, meliorem multo quàm filiorum, atque filiarum*: & intelligit, meliorem quàm habebunt coniuges generantes filios.

At verò nos etsi lectionem non recusamus, nam est eadem ferè, atque Latina, sed valde secus intelligimus: scil. Dabo eis aliquid maius, quàm esset illud, quòd à propagatione filiorum posset accedere. Si feraces fuerint bonorū operum, & virtutum, filiorum orbitatem æquo animo ferēt, generis posteritatem nō desiderabūt. *Secus atque Augustinus, sentimus.*

26. Vnde cùm hæc sit consolatio, & ad ea, quę in lege Moysis eueniebant, allusio, videtur necessariò sentiendū, esse aliquo modo triste, & improsperum id, cui molliendo & leniendo hæc adhibetur oratio: & vt illud superius de Aduena erat in Synagoga asperum, prout num. 15. E exponitur: sic hoc de Eunucho, qui cum Aduenâ coniungitur vers. 3. *Non dicat*, i. queratur, *filius aduena*, &c. *& non dicat Eunuchus*, &c. aliquid habere debebit acerbitatis. At, si vsurpatur pro eo, qui sponte colit virginitatem toto vitæ tēpore, & vt Deo liberiùs vacet, abstinet à coniugio: cuius propositi scimus fuisse aliquos in lege veteri, talis Eunuchus non modò nō erat probrosus, sed etiā in pretio & honore, vt Helias, Ieremias, Daniel, & alij Vates, qui nō solùm non

non summouebantur, sed aduocabantur, & colebantur à populo. Ergo horum mœrorem nihil est cur Deus soletur, aut solitudinem leuet.

27. Eunuchus verò propriè, id est, ademitæ virilitatis, quamuis genere Iudæus esset, arcebatur ab ingressu Ecclesiæ, Deuter. 23. versiculo 1. his verbis: *Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, Ecclesiam Domini.* Vbi quoquo modo *Ecclesiam Domini*, interpreteris, quod video diuerse fieri, illud est certum, ab alicuius rei commodæ communione submoueri cum probro, & dedecore, eámque legem Iudæis & proselytis communé fuisse mihi persuadeo; quia id non est vitium gentis, aut generis, sed personæ, quod æque deturpat indigenas, ac alienos: & quia aliæ leges superiùs, & inferiùs positæ, quæ vitia personalia damnant, promiscuè de Iudæis & aliis feruntur. Porrò huiusmodi exiectus, tali notæ censoriæ obnoxius consolatione indigebat, & in eum rectè cadit: *Ne dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum:* quod vt dixi, laxandum est, vt capiat quemuis effœtum, & a naturâ sterilem, eo quòd licèt diuersâ ex causâ, similiter tamen ineptus sit ad prolem: quo nomine etiam apud Iudæos dedecore non carebat infœcundus.

Ecclesia Domini quid.

28. Quod si versu 3. *Eunuchus* non sumitur pro Virgine, sed pro sterili, & ad generandum inhabili, certe hoc quoque versu pro eodem sumi debebit: nam cum vno & eodem Eunucho vtrobique Deus loquitur, & quem istic iussit supersedere querelis, eumdem hic promittit à se honorandum & amplificandum multo meliùs & magis, quàm si multos suscepisset filios, quemadmodum *filius Aduena*, eundem habet significatum in vtroque versu: nam quibus leges indicuntur de officio, eisdem par est, præmia promitti, & concedi.

29. Scopus igitur istius orationis propheticæ est, in Ecclesiâ Christi Euangelicâ multo secus ac in Synagogâ, & populo Hebræo censum ciuium incundum fore: ab Ecclesia nullum genus, nullum ordinem, nullum statum, & conditionem arceri: nullum vitium natalium, aut naturæ, nullum defectum corporis, & iacturam obesse: absint vitia animi, quæ verè sunt deformia, & probrosa: adsint virtutum decora, & ornamenta: vers. 4. de Eunuchis: *qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum.* & infra versiculo 6. de Aduenis: *qui adhærent Domino, vt colant eum: & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos, omnem custodientem sabbatum, ne polluat illud, & tenentem fœdus meum:* reliqua omnia non ventura in lances, & examen: è vitiis aut virtutibus quemlibet esse æstimandum; generis, aliarúmque conditionum in neutram partem vllum pondus esse futurum. Gloriabantur enim Iudæi, vt notat hoc loco Cyrillus, se Abrahamo genitos, & alios omnes vel nothos, ac spurios, vt ignobiles, incircumcisos, & inquinatos ducebant, ac ferè traducebant. istam gloriationem, & iactantiam Deus deprimit eùm prædicit, fidei in posterum, & pietatis, duntaxat haberi debere rationem: sublato Iudæum inter & Gentilem quouis alio discrimine.

Scopus orationis. Ecclesia latiores fines.

Virtus tegit defectus naturales.

Quisque è vitiis vel è virtutibus æstimandus: non aliunde.

30. Ipsorum etiam Ethnicorum quidam acerbius notabantur, & ab Ecclesiâ olim excludebantur; alij ad longinquum tempus, alij in perpetuum. Lege cap. 23. Deuter. Hi limites in Euangelio submouētur; & interdicta, vbi æquè patet omnibus aditus, alienigenæ, ac indigenæ: debili, ac sano: non secus obscuro, quam nobili: pauperi quàm diuiti: spurio, quam legitimo: barbaro, quam sapienti, modò sapiat fidem, atque probitatem. Quibus positis, & obseruatis, promtum fuerit, quid quæque voces afferant, perspicere.

Ecclesia æque omnibus admissa.

Dabo eis (scil. orbis filiorum, sed bonorum operum feracibus) *in domo mea, & in muris meis locum.*] Nonnulli Scriptores, ij præsertim, qui ad virgines adaptant, de quibus pòst agam, *in domo & in muris* sedes cœlestes considerant: Basil. & Gregor. citati num. 23. Cyril. Procop. & Lyra. Sed necesse non est, in aliud seculum differre, cùm facile sit in Ecclesia militanti id agnoscere, modo nuper exposito: in quâ tales Eunuchi, & liberis orbi, virtutibus verò circumdati locum habent, *& nomen melius a filiis & filiabus*: quanto soboles spiritualis nobilior & præstantior est sobole carnali. 31.

At quid sibi vult post *domum*, mentio murorum *in domo meâ, & in muris meis*: cum contra debuisset disponi: *in muris meis, & in domo mea:* nam non est intra domum quisquis est intra muros: est tamen intra muros qui quis est intra domum. Primùm: non cogimur fateri, hæc duo hoc loci separari, sed esse idem possumus tueri: domus enim constat muris, siue parietibus: & Ecclesia modo spectatur vt domus vna, modò vt ciuitas: quòrum vtrumque vt significetur, post domum adduntur *muri*. Deinde, ad demonstrandum, hanc domum Dei esse tutam, & munitam, habere muros dicitur. & verò domus Regum, & principum mœnibus circumseptæ esse solent. Demum, si placeat omnino secernere, non repugno: *in domo* Ecclesiasticam communitatem: *in muris* ciuilem accipito, assentiente Forerio. Nam Christiani egregiè boni, & sancti in vtraque locum habent, & honorem, licèt careant prole, est enim allusio ad morem Synagogæ, in quâ erant hoc nomine inhonori. Pro *loco dabo locum*, autographa habent יד *Iad, manum*: non *manū*, vt vult Forerius, pro vice & sorte incipiendi, quod accidit in ludo, & apud Hispanos vulgò dicitur; *tener la mano*: sed pro potestate, & imperio, quod est multis linguis commune: quia manu omnis ferè res cogitur. Quæ expositio eo conuenientior fuerit, si verum sit apud Hebræos, interdici omni magistratu Eunuchos. Vulgaris est etiam locutio Hispanis, *tener mano*. i. esse potentem. quod nihil obstat Hebræis idē valere: nā & voces & locutiones Hebraicas retentas fuisse in Hispania passim obseruamus ab eo tēpore, quo Hebræi in ea fuerūt frequentes. 32.

Muri quid.

Vocabula Hebraea in Hispania.

Apud alias gentes Eunuchi non solum non fuerunt ignobiles, sed in honore potiùs ac potestate: quod tradit Tacitus l. 5. ab excessu Aug. agens de Parthis: *Proximus huic Abdus ademta virilitatis, non despectum id apud Barbaros, vltróque potentiam habet*: & Curtius libr. 3. de Medis & Persis: *spadonum grex haud sanè illis Gentibus vilis.* facit huc Act. 8. vers. 27. *Ecce vir Æthiops, Eunuchus, potens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius.* Vbi *Eunuchum* quidam 33.

Eunuchi non inhonori.

Tacitus.

Curtius.

quidam nolunt esse *eunuchum*, sed poni pro Principe, & Satrapa. Porro aliubi [illegible] nomen tribui viro non castrato Sanctius in Daniel. proleg. 2. num. 9. unde colligit, quod Gene. 39. v. 1. Putiphar dicitur Eunuchus Pharaonis & [illegible] 41. v. [illegible] ut Ioseph duxit illius in matrimonium filiam Putipharis sacerdotis. Sed cum plerique int[illegible] non negent eundem Putipharem, [illegible] inde fit [illegible] & ad id, quod agitur, non necessaria. [illegible] contendunt, eunuchos fuisse ap[illegible] nationes [illegible] dignitate & potentia quos [illegible] biblio a Regum, [illegible] & [illegible] & c[illegible] Danielis. In his enim [illegible] sæpe leguntur [illegible] imp[illegible] ti aulæ [illegible] grandi R[illegible], & inter familos [illegible] ipsi princ[illegible] ad interiora & fidelissima ministeria ad[illegible].

Eunuchi principibus grati.

34. Qu[illegible] ita sit, quid impedit quominus ad hunc [illegible] possit [illegible] conducitur. *Dabo eis in domo mea & in muris meis locum*: Hebr. *manum*, [illegible] ra, ac fidelo [illegible] mea pr[illegible]; & aduerte E[illegible], סריס *Saris*, q[illegible], *Princeps*. Itaque in Ecclesia Christi [illegible] Eunuchi, boni viri, liberis carentes [illegible] virtutum prole abundantes sunt Principes, & nobilitatis decora.

35. *Et nomen melius a filiis & filiabus.*] Hoc ferme expon[illegible] præpositio, a explicanda est per notam comparatiuam, i. nomé melius, quàm possit proficisci *a filiis & filiabus*. Per *nomen*, famam, gloriam, & alia commoda nasci solita a filiis accipio; præsidium, solamen, & alia humanæ vitæ necessaria, aut opportuna. Præter filios filiæ recensentur, ad indicandam sobolem numerosam: nam vbi sunt filij & filiæ, certior est proles & posteritas.

Particula a est comparatiua.

Commoda ex filiis.

Filij & filiæ indicant copiosam sobolem.

Quanti fieri soleant in Repub. ciues prolifici, hoc est, numerosæ sobolis, præsertim masculæ, historia testis est, & iura ciuitatum, ac principum. quæ in illos congerunt fauores, ac priuilegia. Parentes trium liberûm immunes sunt a legationibus. l. 1. C. *de legationibus*, lib. 10. Quinque liberis muniti, liberi sunt à muneribus personalibus, l. [illegible] & l. fina. C. *De his, qui numero liberorum, vel paupertate excusationem meruerant*. lib. eodem decimo. At qui duodecim, immunes fiunt a muneribus patrimonialibus. l. *Si quis decurio*, 24. C. *de Decurionibus*. Qui vero sedecim filios susceperant, omnibus muneribus vacant. l. *Semper* ff. *de iure immunitatis* lib. 2. §. *numerus*, adiuncta leg. 8. *De vacatione munerum*. Vide Aristot. 2. Politic. capit. 7. ad medium, agentem de legibus Lacedæmonium.

Proles numerosa in Rep. se plurimi.

Priuilegia in rore ciuibus.

36. Præter ea commoda, quæ manant à legibus, & a ciuitatibus, quæ procreatione liberorum stant, sunt & alia præsidia parentibus a multa & valida prole, vsu quotidiano comperta, & experta. Cæterùm nihil est, quod pluris

37. mortales æstiment, quam in secula successura perpetuam nominis famam celebrémque memoriam. Nam cùm intelligant se diu, quippe mortales, & breuis æui homines manere in vita non posse, producta serie sibi succedentium liberorum immortalitatem aucupantur. Aristoteles 1. Oecon. capit. 2. hanc vidit caussam, cur parentes tantopere filios optent.

38.

Sub. liberis operantur ad memoriam nominis in posterum.

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

Quanto bono sint boni [illegible] patribus, è certiori, [illegible] puro fonte licet haurire. Eccl. 30. versiculo [illegible] *Qui docet filium suum laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum in zelum mittit inimicum & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se, in vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis, reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.* Eodem vergit Psalm. 126. versiculo 3. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filij mercis, fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum*, [illegible] vexatorum, vt exponit Gerardus, *Beatus qui impleuit desiderium suum ex ipsis* ([illegible] et [illegible]is) *non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta*, i. in iudicio & in litibus. Lege Psal. 127. sequentem totum de hoc argumento. 39.

Boni filij sunt parentibus commoda.

At quantæuis sint opportunitates à liberis, non est quòd mæreant steriles & orbi, si bonarum actionum sint fœcundi, feracésque, cùm nacti fuerint Deum in hæc verba promittentem quasi e formula stipulatoria. *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quod verò imaginem habeat stipulationis forensis è versu 3. sumere mihi videor, vbi Deus: *Ne dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum*: quo Deus suam fidem obligat compensandæ orbitati, si ille habeat se fœcundè in actibus bonis: vnde quasi interrogaretur Deus quid ita promitteret, nunc veluti stipulatus ait: *Dabo eis*, &c. Et quia, vt consistit in posteritate quæritur potissime immortalitas nominis, idcirco addit: *Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quod a filiis & filiabus carnalibus ne carnaliter quidem vllus homo præstare possit. Nam longissima propago generis, seriésque liberorum vltra annos octingentos notata non procedit. At verò stemma nobile, numénque familiæ clarum quod Deus promittit liberorum orbis, & operum sanctorum feracibus, simpliciter est immortale. 40.

At quærat iam ex me hoc loco lector, quamobrem illam sanctorum Patrum expositionem submouerim, quá in Eunucho Virginem agnoscunt, cùm tam impense suffragetur Virginitati. Cur ego à sensu literali exclu[s]erim, a numero 25. nitor ostendere, & nisi me fallit animus ostendo. Patres verò allegatos numero 23. non sum certus agere literaliter si vnum Augustinum exceperis: nec si agerent, isto modo esset mirum secus interpretari, quàm poscat acoluthia, cùm seorsum tractent: quod obseruat generatim accidere sanctis Patribus sanctus Gregorius in Prologo Moralium. Quod attinet ad Virginitatis encomium & excellentiam, si Scriptura non ferat, non fuerit vera laus ex falsà interpretatione petita: neque desunt alia clariora testimonia, quibus Virginitas coniugio præponitur. Quin & ex hoc ipso loco, prout a nobis exponitur vnà cum multis, sua laus castimoniæ constat, quod benè aduertit sanctus Augustinus: nam si tot ac tanta 41.

Patres intendũ aliquãdo à literali sensu abeũt.

Virginitati sua laus stat.

R 2 dona

dona spondentur Eunuchis corporalibus, hoc est prole carentibus licet à natura prouenniat, si boni viri sint, quanta maiora præmia manebunt eos, qui sponte se castrauerunt propter regnum cœlorum, si cum virginitate alias
42. virtutes coniunxerint? Itaque plus prospicit & in [illegible] causa commentium in hac, quam in illa altera expositione. Referat se lector ad S. Augustinum num. 24. repræsentatum qui dicere ait, & probat hanc quam ille reprobat interpretationem de Eunuchis proprie [illegible] suo suffragari propositi, quod [illegible] in eo libro & loco, Virginitatem [illegible] matrimonio præferre. De Virginitatis [illegible] plurimi plurima & egregia [illegible] hic congerere, esset pro[illegible]. & minus [illegible] tunum, nobis præsertim qui modo [illegible] interpretamur. Quantum verò melior sit proles animorum, hoc est virtutes, quam corporis, eleganter disputat sanctus Hilarius ad Psalm. 127. versiculo 3.

Proles spiritualis quàm carnalis est melior

Vers. 6. Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbatum, ne polluat illud, & tenentem fœdus meum.

43. Dvobus hominum generibus querulis, aut qui querimonias texere, & obtendere possent, proposuit Deus obuiam ire, seu satisfacere; *Aduenis*, videlicet & *Eunuchis*. Suprà versiculo 4. prioribus sit factum satis, nunc posterioribus fit: & ab eis in primis certæ conditiones requiruntur non dissimiles ab illis Eunuchorum: quare eas iterum exequi opus non est. Vnum duntaxat adnotarim; cum dicit: *Et diligant nomen eius*, videtur mihi subindicari discrimen bonorum aduenarum ab illis priscis, nam Aduenæ admissi in Synagogam timebant Dominum, & hoc vocabulo nuncupabantur; & ab Israelitis discernebantur, quod habes ostensum numero 16. & deinceps: at Aduenæ, Gentiles recepti in Ecclesiam Euangelicam diligunt nomen Domini & seipsos vicissim & eo nomine ab aliis internoscendi: *in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem*. Ioann. 13. versiculo 35. Lex enim Moysis fuit lex timoris: lex verò Christi, lex amoris.

Spiritus querelis superioribus.

Aduenar. genus duplex.

Vers. 7. Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.

44. SI conditiones requisitæ ab Eunuchis districtæ non sunt te ipsa, & sensu ab iis, quæ requiruntur ab aduenis, vt vidimus, certè præmia promissa ab his differre non debuerunt. Quare a[illegible]is, atque a[illegible] verbis [illegible] bona continentur.

Adducam eos.] Gratia D[illegible] p[illegible] commons: simulque liberum [illegible] tium, qui educi sunt, qui non [illegible] auxilium efficax, quod absque [illegible]

Gratia præueniens.

45. *In montem sanctum meum*] Nescio quam ob rem Hieronymus *montem* hunc exposuerit aut fidei dogmata, aut ipsum Dominum, ad quem [illegible] gentes plurimæ confluent, nam alibi commentatus [illegible] Hieronymus. L[illegible] 12. [illegible] nobis probatur quod [illegible] Christi [illegible]: eadem [illegible] *orationis* sequens, vt supra versic. 5. [illegible] *muri*, [illegible] vrbs, pro eodem ponuntur [illegible] enim proprietates, & dotes, quæ vno vocabulo nequeunt commode explicari [illegible] vocabulis [illegible]. Est ergo Ecclesia [illegible], ob eminentiam, ob securitatem, ob [illegible] moda montibus [illegible], & *Mons* [illegible] stabilis, firma, immota. nam id [illegible] *sanctum*, seu sanctum: & montes [illegible] mole sunt constantes, Prouerb. 8. vers[illegible]. Denique Mons D[illegible]: [illegible] *montem* [illegible] nam quæcumque Dei esse d[illegible] esse debent [illegible] & speciosa [illegible] Dei, vt sit allusio ad templum [illegible] num inædificatum in monte Sion, [illegible] mo, idque amplius explanatur in [illegible]

Mons Ecclesia.

Analogia montium.

Montium propria.

Et lætificabo eos in domo orationis meæ.] [illegible] *mum orationis* suæ vocat Deus, in qua [illegible] adoratur, & oratur, vbi preces audit [illegible] plet, prout expedit.

46. Respicitur Templum Ierosolymitanum, quod vbi fuit a Salomone absolutum, ded[illegible] tumque, quæ ab eodem fusa est ad Deum [illegible] ceptis verbis oratio, 3. Reg. cap. 8. vers. 28 [illegible] loco: *Sed respice ad orationem serui tui*, vsque [illegible] versic. 53. qua precatione longissima nihil [illegible] videtur Salomon petere, quam vt Domus illa domus esset orationis, in quâ Deus oraretur, & exoraretur, cùm esset offensus, quam pr[illegible] cationem Deus admisit cap. 9. sequenti versiculo 3.

Oratio [illegible] quæ.

47. At quoniam illud templum præmonstratiuum fuit alterius domus orationis, n[illegible] Ecclesiæ Christi, in hâc Pater hoc loco spondet à se lætificandos filios Aduenæ, [illegible] tes sui nominis cultores, id est, è Gentilismo traductos ad Christum. Opponit quodammodo Synagogam Ecclesiæ Christianæ, & templum illius vnicum, extra quod sacra obiri fas non erat, religioni, cultuique Euangelico, qui vbique liberiùs multo exercetur. Porro hoc est illud, quod Christus dum mulierem Samaritanam instruit, nos omnes edocuit. Ioann. 4. versiculo 21. *Mulier, crede mihi: quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate: nam & Pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus est Deus & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.*

48. Quando hoc Christi assertum non ex destinato, [illegible] ex oc[illegible] tractamus, n[illegible] est cur à nobis eius plena interpretatio exigatur, & submotio falsarum opinionum, quæ ex eo

[illegible] perperā [illegible] ēns ot[illegible], quasi om[illegible] cultus cæteri [illegible] vbique [illegible], atque templorum [illegible] & [illegible] igio & adoratio interna [illegible] ibi [illegible] à Christo sit traditum, sed hac fuit vel [illegible] hæreti[illegible]orum abutentium hoc loco: quos bene sancti Patres præoccupauit [illegible] docentes, quemadmodum [illegible] veritate, debeant intelligi verba Christi. Adeat lector Maldonatum, & [illegible] ad [illegible] num.

Summa hæc est [illegible] legis [illegible] [illegible] Dei [illegible] propè [illegible] & vmbræ [illegible] diuini [illegible] spiritualem, [illegible] & spiritualem [illegible] corporis sa[illegible], ac [illegible], quæ [illegible] tem[illegible] attemperata [illegible] ad [illegible] per[illegible] modum orandi, & adorandi crudirentur. Hæc [illegible] Saluatoris [illegible] verbis expressa.

49. Et eodem incumbat prætium prædicatio: *lætificabo eos in domo orationis meæ* [illegible] domus [illegible] non [illegible] domus vera orationis, sed vmbratilis, & ibi non orabatur *in spiritu, & veritate*, sed in vmbris, & figuris: eo quod [illegible] acta in tempore [illegible], & [illegible] pollent, ac [illegible] fide, ac caritate, tamen à Deo præcipue erant instituta, vt essent figura, & vmbræ, ac proinde vt implerentur aliquando perfectiori quodam cultu succedente, eoque impleto omnino cessarent.

Vnde sicut Deus multis locis docet non sibi placuisse hostias veteres, ac ideo [illegible] aliena respuit: ita hoc loco domum illam orationis antiquam æstimat pro non suâ, comparatam cum Ecclesiâ: quo sensu ego capio verba illa: *in domo orationis meæ*.

50. Sed lubet, priusquam hinc abeo, quærere, quid caussæ sit, quod Deus promittat *in domo orationis suæ* se lætificaturum *filios aduenæ*. & nihil aliud. Possem respondere: nomine lætitiæ omnia bona concludi, nam qui lætus est, quietus est, beatus est; nihil requirens: sua sorte contentus. Probabile responsum.

Sed malo aliquid peculiare accipere, nempe effectum maxime proprium orationis diuinæ, qui est lætitia & alacritas animæ, quæque est eadem, aut inde proximè oritur, deuotio, & ad quoduis officium quamlibet difficile, quod Deo cernitur gratum, & honorum, promtitudo & vera fortitudo.

51. Hoc esse pulcherrimum orationis Dei germen experitur quicunque ea, vt par est, vtitur. [illegible] fuisse virum pi[illegible] ac religiosum, qui diceret, se cùm esset tristis, non aliu vti solere solatio, quam si cella sua inclusus Deum per aliquod non breue spatium attentus oraret; eo remedio omnem [illegible] tristitiam ex animo eradi. Sed firmo hoc idem auctoritate & exemplo firmioribus. 1. Reg. 1. v. 12. Anna mater Samuelis, ante eius partum, cum esset sterilis, & ab æmula Phenenna altera vxore mariti Elcanæ sæpe ac duriter opprobraretur, ac illa intimè doleret, ac mœreret, cùm aliquando in Templo *multiplicaret preces coram Domino*, [illegible] eas animam effudisset in conspectu Dei, ab eâ oratione sic animata, & recreata discessit, vt cùm antea præ mœrore cibos respueret, hæc verba historicus faceret ascripserit versiculo 18. *Et abiit mu-*

lier in [illegible] & comedit [illegible] illius non sunt amplius in diuersa mutati. [illegible] fuit amplius tristis.

Hæc est ceteris germanior expositio [illegible] vt patet ex Hebræo *non fuerunt ei amplius acies*, seu *vultus*, [illegible] torui, aut tristes. Nempe vt sol tenebras, [illegible] aquilo nubes, sic fauor Dei [illegible] obtentus fugat ex animo ægritudinem. Iacob. cap. 5. versiculo 13. *Tristatur aliquis in vobis, oret*.

Christus D[illegible] cuius auctoritas, & exemplum sit instar omnium, cum Passioni proximus *cæpisset contristari & mœstus esse, tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic & vigilate mecum, & progressus pusillum procidit in faciem suam orans & dicens*, &c. Vide quo vtatur remedio in tanto mœrore. non vt sibi medeletur, [illegible] vt nobis viam exemplo præiret: quo eodem consilio, vt [illegible] fructum palam faceret [illegible] ab oratione surgens ait: *Surgite, eamus, ecce appropinquauit qui me tradidit* versiculo 46. qui antea timebat, qui mortem deprecabatur, si fieri posset, nunc alacer ei obuiam procedit, & quodammodo præoccupat, vt quid e precatione diuina soleat defluere, aperte declaret. Eodem refero quod narrat Lucas cap. 22. versic. 43. apparuisse Christo oranti Angelum de cœlo [illegible] nobis quoque prodesse ad docendum [illegible] ab Angelis in oratione roborari, & exhilarari collapsos & tristes.

Quod si cùm docemus orationem esse fontem lætitiæ spiritualis, per id nomen, meditationem rerum diuinarum etiam includimus, latissimus & lætissimus patebit campus propositio ostendendo. Lege Psalm. 118. v. 16. vbi pro eo, quod Græcus & Latinus habet: *In iustificationibus tuis meditabor*, est apud Hebræum: *Delectabor*, nam sicubi, istic quidem sunt veræ deliciæ, in eodem Psalm. versiculo 70. *Coagulatum est, sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum*. Hebr. *ego lege tuâ sum delectatus*: idem versic. 77. 92. velut meditari diuina, Deum conuenire, & alloqui, idem sit quod delectari. De hoc suauissimo fructu orationis exponit S. Bern. illud Cantic. 2. versic. 3. *Sub vmbrâ illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, gustum contemplationis significans, quem obtinuerat per amorem suauiter subleuata*, ait Bernardus ad finem serm. 48. Vide Psalm. citat. 118. versic. 103. 162. Psal. 91. versic. 5. Et sanè qui attentè, piéque considerat cœleste numen adesse homini, ac rebus humanis non quoquo modo, sed singulari, vt Sapient. 12. v. 18. promitur. *Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magnâ reuerentiâ disponis nos, subest enim tibi cum volueris, posse*: tantamque Maiestatem reuerenter adorat, orat, suppliciter implorat, non potest non esse benè animatus, alacer, fidens, atque adeò lætus in quouis rerum statu, & euentu. Respiratur mala voluptas, consolatio carnalis & [illegible]dida, adeatur Deus per preces pias, & non deerit liquida oblectatio. Psalm. 76. versiculo 3. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.*

54 *Gaudium ex Euangelio.* Præter hæc, spiritus Euangelicus affluet mi[illegible] *tis*, qui [illegible] spiritus gaudij, & lætitiæ, [illegible] enim datorem diligit Deus : sed maxime in statu Euangelico: vnde Paulus eius *Phil. 4. 4.* status [illegible] *gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* Nam vt status legis priscæ fuit [illegible], ac proinde timoris, sic fuit etiam [illegible] contrahit a[illegible] diuersus quia status [illegible] Euangelij [illegible], & amoris, est proinde iucunditatis & gaudij : amor enim dilatat cor, & exporrigit, ac exhilarat faciem.

55 *Holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo.* Vnus est Procopius etiã propter hoc intelligens, & Iudæi [illegible] aptas, antequã sacrificia legis abrogarentur. Sed valde dilucidius hoc a filio prophetæ [illegible] totum est de *Holocausta spiritualiter.* Ecclesia Euangelica. Ca[illegible] spiritualiter accipiunt holocausta, & victimas pro [illegible] actionibus, quibus colitur Deus, & vbi [illegible] offensus, redditur propitius. Videor mihi huic vaticinio [illegible] apportare ex Paulo Hebr. 13 versic. 15 *Per ipsum* [illegible] *per Christum* [illegible] *ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Promeretur*, Græce εὐαρεστεῖται, complacet, ac proinde placatur : sic hoc loco *placebunt mihi*. Hebr. *le rasôn*, Hispan. *Seran de magusto*. Vnde dixit *Victimæ antiquæ non placent Deo* *eorum, victimæ eorum*, respectu[illegible] debet ac[illegible] non secus ac si diceret. *victimæ eorum*, non vt Iudæorum, *placebunt mihi super altari meo*. Veteres enim hostiæ explere animum meum non poterant.

56 Alibi etiam Apostolus Christianæ religionis hostias exigit, & obsoletis illis antepõnit. Rom. 12. versiculo 1. *Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Primum discrimen, *Expositur.* & excellentia : *hostiam viuentem* : nam olim illæ mortuæ erant omnes : non enim animalia nisi occisa & mactata erant hostiæ. Altera prærogatiua : *sanctam* : quasi illæ id non haberent, sed tantum in typo. Tertia differentia: *Deo placentem*, εὐάρεστον *beneplacentem* : veteres enim victimæ non bene placebant : vt centies est repetitum. Postrema laus : *rationabile obsequium* : vbi completur ratio, & natura holo*Holocaustum quid.* causti, cum corpus & mens Deo offertur, & per cultum, veramque obedientiam quasi mactatur [illegible] que homo in Dei honorem absumitur. Hæc sunt holocausta de pecoribus *Gen. 8. v. 20.* & volucribus mundis, quæ spiritualis Noë offert super altare : & quorum odorem suauitatis odoratur Dominus : quocirca probe hoc loco : *Holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo* : quod videlicet non

57 e lapidibus, aut ex auro, sed ex pretiosiori ædificabitur. 1 Petri 2. versic. 5. *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.* Ergo bonus filius *Christiani quodam sacerdotes sunt.* Adiecit [illegible] bonus Christi alumnus est Sacerdos, est victima, est templum & altare, super quo fit sacrificium : hæc omnia spiritoaliter [illegible] & me[illegible] prisc. quæ in vnum & idem [illegible] Ad figuratum &

A excellentiam huius spiritualis [illegible] ad-
dit sanctus Petrus in[illegible] versiculo 9. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Cum quibus re- *Reges esse sacerdotes non iidem.* gibus non iisdem licuit esse sacerdotibus ; qua itaque dignitas genere ac [illegible] discriminabatur: at Christus his [illegible] atque conceditur, vt sint reges & sacerdotes, & [illegible] idcirco bis tacto [illegible] Christianæ, priùs [illegible] baptismo, vbi Christum [illegible], & iterum in confirmatione. De hoc regio sacerdotio, & regno sacerdotali præclare S. Leo in [illegible] 3. [illegible] die [illegible]

B ni, suæ ad Pontificatum [illegible] recitasset sancti [illegible] verba, adiecit *Omnes enim in Christo regenerato crucis* [illegible] *sancti* [illegible] *rat sacerdotes, et præter istam* [illegible] *nostri ministerij* [illegible] *rationales* [illegible] *se* [illegible] *consortes. Quid* [illegible] *subditum Deo animum suo* [illegible] *& quid tam sacerdotale quam vouere* [illegible] *puram, immaculatas* [illegible] *altari* [illegible].

58 Ex autoribus opinantibus [illegible] notari Virgines, & per filios Ad[illegible] perniscuit fideles, nomine [illegible] victimas [illegible]

C commode [illegible] Virgines [illegible] alij vero [illegible] Deo tradunt, alij se diuidunt [illegible] partim [illegible], & coniugio [illegible] te Paulus id docuit 1. Corinth. 7. vers. [illegible] *Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.* Ergo virgo & cælebs, præcipue qui in Ordine religioso Deo vouit castitatem, vnà & paupertatem & obedientiam, sese totum dedicat, corpus & animum, interna & externa a se præcidit impedimenta salutis & perfectionis, verus spiritualis Eunuchus & Euan-

D gelicus effectus; legitimum holocaustum gratissimum offert. Sed Deus benignus [illegible], & conscius humanæ fragilitatis non omnia ab omnibus requirit : non solum illud absolutissimum sacrificium, cùm totum in eius laudem incenditur, vnde est nomen holocausto, recipit, sed & alias minores hostias admittit, cùm quis se continet in coniugio & in officio, cùm præcepta diuina custodit, illa altiora licèt non teneat consilia, *Victimæ quoque eorum* ait humanissimus Princeps, *placebunt mihi super altari meo* : etsi non æquè ac holocausta, idcirco enim locus prior con- *perfectior.*

E ceditur his, & posterior victimis. Præstantior enim multo est cælibatus connubio quantumlibet obganniant hæretici impudici. Hæc dicta sint à nobis secundum [illegible] qui Eunuchos ita interpretantur [illegible] nos [illegible] sentimus num. 10. Sed hic sensus pro mystico poterit admitti, & constabit laus sua Virginitati.

59 *Quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.*] *Vocabitur*, qui est Hebraica [illegible] idio[illegible] in verbum, *Erit*, [illegible] est [illegible] antiquo Dei [illegible] impositum non patebat [illegible] cunctis populis Na[illegible] erat [illegible] perpetuum

peruium Gentilibus; alia interiora eis erant interclusa: eò retorquetus oculos, & prædicitur in Ecclesiâ Christi, nullum fore discrimen, æque fore vt pateat aditus cunctis nationibus.

60. *Obiectio* Huic tot commentationi moram facessere videtur Christus Dominus apud Matt. 21. v. 13. vbi, de templo electis vendentibus, & ementibus & euersis mensis nummulariorũ adiecit: *scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum:* ex nostro Vate, & ex Ieremiâ cap. 7. versic. 11. componens sententiam: ac proinde docens hoc Isaiæ assertum de illo templo intelligi. Maldonatus in Matth. ait Christum non fuisse interpretatum Vatem, sed accommodasse vaticinium ad eos homines. Fuit hæc Maldonati opinio, & à Christo, & ab Apostolis solere adhiberi sensum accommodatitium: de quo alibi dissero: durum enim mihi semper est visum, id admittere, cùm scriptura Sancta adducitur contra aduersarios: vt hic loco citato à Christo Domino, nam si id Prophetæ non agebant; facile fuisset iis, qui inde coarguuntur, eludere, ac dicere: non de nobis hæc Vates loquuntur: aliò tendit eorum sermo.

61. *Abusus pro vsu.* S. Hieronymus scribit: Christum abusum fuisse hoc testimonio cùm è templo vendentes eiiceret. Quo verbo *abutor*, cùm vtitur S. Doctor, dubium reddit lectorem de sua sententiâ, nam in primis certum est, non voluisse dicere, Christum fuisse abusum, vt vulgo capitur, id est, non bene visum: quid ergo vult Hieronymus? num aliò inclinasse prophetieum dictum? At S. Doctor illam vendentium expulsionem mysticè accipit, nempe eorum qui spiritus sancti dona diuendunt: quod peccatum Simoniæ quia intra Ecclesiam admittitur; è sententia Hieronymi *Domus orationis* non pro templo Ierusalem, sed pro Ecclesiâ Christi stabit. Sed ait Hieronymus in templo illo sub nomine columbarum vendi solere Spiritus S. dona, quare Hieronymi sententia semper manet dubia.

61. *Brugensis.* Vnus Lucas Brugensis in Matth. loco citato rem & nodum contingit, & soluit ad hunc modum: *Propheta non loquitur propriè de templo Iudaico, sed sub illius typo, de Ecclesiâ Christi, ex Iudæis & Gentibus in vnum Dei templum spirituale coagmentandâ; quemadmodum sub typo holocaustorum, victimarum, & sabbati de adoratione, cultùque Dei in veritate, quod ergo de prototypo Propheta præcipuè prædixit, id de typo Saluator cuanit: necesse est enim, vt quidquid illud est, typo priùs tametsi perfectius prototypo, congruat, cæteroquin non foret typus, quo a prototypo dissideret.*

Hæc ille, & probè: cui eo gratia maior habenda, quòd suppleuerit officium interpretum Isaiæ, qui hanc quæstionem meo iudicio necessariam omiserunt. Loquor de iis, qui in hoc vaticinio Euangelium aspiciunt; nam qui non vident, eos suus alius sensus ab hac omissione liberat.

Claudius. Claudius Guilliaudius in Matt. docet Isaiam loqui de Ecclesia Christi, quæ verè est Domus orationis; sed quia & templum illud erat orationis domus, minus licet perfectè, non debuisse profanari mercatu, ideóque benè in eam ca-

A dere propheticum testimonium. Sed hic auctor accommodatitium non verbis, sed re sensum admittit: quo nomine minus placuit.

Theophylactus aliò collineat: sensit enim ille: illa eiectione vendentium, & euersione rerum venalium & sacrificabilium fuisse à Christo prænotatam Iudæorum expulsionem, repudiúmque & sacrificiorum abolitionem: ac proinde admissionem Gentium: hoc licet posterius Theophylactus non exprimat: sed cùm ait: *Simul autem & translationem sacrificiorum significans*: id innuit: nam μετάθεσις, quo ille nomine vtitur, *translatio*, ex vno in alterum demutationem significat. *Ex quo*, addit ille, 63. *Theophyl.*
B *ouem boues, & columbas, prædicauit, non amplius esse opus animalium sacrificiis & mactationibus, sed oratione: Domus enim mea, inquit, domus orationis.* *Theophyl.*

Huic Theophylacti lineamento licet addere; quoniam pro illis victimis erat sufficiendus cultus alius nobilior, & spiritualior, ideo dixisse Dominum: *Domus enim orationis, domus mea vocabitur*, seu erit deinceps: quoniámque non solis Iudæis, sed etiam cunctis mundi hominibus communis futurus erat ille cultus, imò præcipuè Gentibus, obstinatione Iudæorum, ob id addi: *cunctis populis*: quod fortasse Christus etiam recitauit, & omisit Euangelista: vel Christus omisit, eo quod esset etiam dum odio-
C sissimum Iudæis: quamquam alias idem eisdem denunciarit. Sed demus illo Christi facinore eiicientis venditores, & euertentis venalia id fuisse præmonstratum, quod vult & ingeniose Theophylactus, & nos adiecimus; numquam tamen mihi quisquam probarit, non ad id, quod palam agebatur, sed ad id, quod occulte significabatur, adductum fuisse à Christo testimonium: nam eo fine adducebat, vt factum suum defenderet, & illorum abusum coargueret. Vnde aut in nullâ, aut in illâ Brugensis sententiâ est conquiescendum. Leo Castrius asseuerat quidem ille citationem Christi esse germanam, & propriam, sed non difficultatem expedit. S. Cyril. cap. 60. versic. 7. vbi L X X. ha- *Quo fine Christus citet Isaiam.*
D bent: *Domus orationis mea glorificabitur*: pro *domus maiestatis mea*, putat à Christo illud citari.

Vocabitur cunctis populis.] Hinc certiùs 64. somimus, hoc non posse intelligi de templo Ierosolymitano, quod soli populo Israelitico fuit Domus orationis. Permissum erat Gentilibus istic orare, vt colligitur ex 3. Reg. 8. vers. 41. *Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum*, &c. *Cum venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cælo*, &c. & quod Salomon præuidit euenturum, euenit, Ioan. enim
E c. 12. v. 20. scribitur: *Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo.* & Act. 8. versiculo 27. Eunuchus Æthiops baptizatus à Philippo redibat è Templo, in quo Deum adorauerat sine dubio Gentilis. E quibus liquet, fas & morem fuisse Gentilibus orare in Templo, licèt de loco & parte ipsius Templi ex sacrâ Scriptura non constet, est tamen ipsi consentaneum fuisse diuersam, & diuisam ab ea parte, in qua Iudæi etiam dum laici orabant. Accusatur enim Paulus Act. 21. versiculo 28. a Iudæis, *insuper & Gentiles induxit in templũ, & violauit* *Gentilibus licebat orare in templo Salomonis*

sanctum locum istum. Quæ accusatio inde orta: *Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt, quod in templum introduxisset Paulus*: Ex quo accipimus: non licuisse Gentilibus eò penetrare, quò Iudæis: idque disserte tradit Iosephus lib. 15. Antiquit. c. vltim. ad finem: dum atria, & septa Templi ab Herode instaurati describit, & fuisse addit inscriptionem, quâ vetabatur alienigena interius procedere pœna capitali proposita: qui locus patens Ethnicis, pro Templi parte non videtur existimatus: nam si in eo constitisse Trophimus crederetur, non accusaretur Paulus, quòd Gentiles induceret in Templum: quare cùm accusator eo nomine, ostenditur ille locus Gentilibus peruius & permissus non permisisse ad Templum. Vnde absolutè & præcise Domus orationis Ierosolymitanæ non dici potest patuisse cunctis populis: sed verè, & propriè domus orationis Christiana, Ecclesia, inquam, Christi non habet has angustias, respuit hanc atriorum, personarúmque diuisionem, & omnes pariter accipit, capitque, *quia domus mea*, inquit Dominus, *domus orationis vocabitur cunctis populis. Domus orationis*, in qua orandus, in qua exorandus, & propitiandus sum: extra quam nulli erit salus.

Iosephus.

66. In illâ domo veteri erat inscriptio interminans mortem infidelibus irrumpentibus, in hâc est inscriptio contraria denuncians interitum animæ æternum non intrantibus, & non hîc adorantibus: quia hîc, & non alibi est incolumitas. Marc. vltim. versiculo 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Ianua huius domus est baptismus: ideo cùm Christus baptizatur, cœlum aperitur, notatore Augustino in serm. 29. de Tempore. In hâc domo ad interiora & ad penetralia vsque fas est omnibus accedere, Leuitis, laicis, indigenis, aduenis: nam etsi est ordo, & distinctio graduum, & census accuratissimè, & sapientissimè in ea descriptus; vtpote in Monarchiâ perfectissimâ; sed quoad internam sanctimoniam nemini cancelli sunt positi, omnes quidem Christiani spiritualiter sunt sacerdotes, imò & reges, vt vidimus nu. 57. atque adeò omnibus fas est ingredi Sancta sanctorum, hoc est, morum integritate comite, & duce, ad intimam cum Christo familiaritatem penetrare, quod fit potissimum mediâ oratione.

Differentia Synagogæ & Ecclesiæ.

Baptismus ianua.

Euangelij perfectio patet omnibus.

67. Verbum istud, *vocabitur*, quamquam, vti monui, ex Hebræa proprietate, videri possit esse idem, quod *erit, exsistet*: tamen quia agitur de æde sacrâ, & quasi sacrandâ, nihil habet incommodi, si propriè interpretemur, de Titulo & Inscriptione *Domus*, id est, Domus ista dicabitur orationi meæ: cultui meo: pars enim præcipua religionis, quæ est oratio, pro tota religione ponitur; vel quia in omni actione & functione religionis oratio quodammodo includitur.

Ecclesia domus orationis.

68. Vnde perspicitur, quicumque in hac Ecclesiæ Domo versantur, religiosis actionibus addictos esse debere: secúsque institutos esse tantâ, támque angustâ domo prorsus indignos.

Fideles vacent cultui Dei.

Quod si *oratio* hoc loco, seu Latinè, seu Græcè, seu Hebraicè vocem verses, cultum etiam externum inducit, & continet, & ex citatione Domini tractata num. 60. certiùs id intelligitur; & Ecclesia Christi ab eo appellationem & nomenclaturam recipit; qua fronte nostri sæculi Sectarij omnem prope cultum externum ab Ecclesia summouent; viri videlicet religiosissimi, & maximè spirituales, qui ab omni corporis concretione, & contagione semoti solius mentis functionibus oblectantur. Sed non arduum cognitu, quid hoc erroris dogmate sibi prætendant, nempe, quia omnis boni operis sunt expertes, forisque mali, & intus peiores, ne possint ex operibus deprehendi, & coargui, ab iis actionibus, quæ sole patent iudicio humano appellant ad eas, quæ a nemine mortalium cognosci possunt, quippe quæ latent in imo cordis. Sed nos Christiani & Orthodoxi non quam nobis obtrudunt hæretici regulam, notámque dignoscendi bonos à malis, sed quam tradidit Christus, sequimur, cùm dixit: *ex fructibus eorum cognoscetis eos*: certè *ex fructibus*, ab actionibus externis, non ab internis, quæ non subiacent humanæ cognitioni.

Oratio pro cultu.

Sectarij reiiciunt cultum externum.

Vafrities Sectariorum.

Vers. 8. Ait Dominus: qui congregat dispersos Israel: adhuc congregabo ad eum congregatos eius.

69. Ratio redditur superioris promissi: *Domus orationis vocabitur cunctis populis*: q. d. ne dubita: quia hæc pollicetur Dominus, cui facillimum est colligere dispersos, & quantumlibet discretos moribus & institutis, copulare: Psalm. 67. vers. 7. *Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.*

Dispersos Israel.] Id est, ex Israele. *Israelem* plerique interpretum sumunt propriè, & absque tropo, pro Israelitis, posteris Abrahæ, quos Deus promittit se conducturum ad Euangelium vt ex iis, & è Gentilibus vnam Domum ædificet, & Ecclesiam vnam, vnumque ouile componat. Hæc expositio est valde consentanea superioribus: nam vbi ait: *Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis*: non Iudæos remouet, imò illis, & aliis etiam nationibus communem esse docet domum, vtrisque ex æquo peruiam. Deinde iuuat vox Hebræa, quæ redditur Latinè *dispersos*, propriéque significat, *expulsos*, è patria electos: quæ notio vt mirè congruit Iudæis, vix aptabitur Gentilibus. Denique particula & pronomen sequens: *adhuc congregabo ad eum*: hoc inquam, *ad eum*, nisi Israelem propriè intelligas, non habes, cui des; nam quod Haymo & Castrius exponunt, i. ad Christum, nemini, credo, probabunt, cùm nihil antecesserit, cuius gratia ad Christum referri possit: ergo referendum est ad Israelem, qui præcessit: atque adeò ad populum Iudaicum: nam si Israelem sumis metaphoricè pro populo Gentili, idem erit is, ad quem congregantur, & ij, qui congregantur: vnde, ne cogamur hoc admittere absurdum, debemus vnos ab aliis secernere, ac proinde dicere: alteros esse Iudæos, alteros esse Gentiles: hos esse qui congregantur, illos ad quos congregantur

Israel, qui.

gantur; quod quemadmodum sit accipiendum, mox indicabo.

70. *Dispersi Israel*, seu expulsi dici possunt decem tribus in Assyriam abactæ, 4. Reg. 17. vers. 6. & cap. 18. vers. 10. quæ in ciuitatibus Medorum collocatæ fuisse traduntur ibidem. Has decem tribus nunquam in patrium solum postliminio reuertisse est multo probabilius, & ferè certum è 4. Reg. 17. vers. 27 vbi sic: *translatusque est Israel in Assyrios, vsque in diem hanc:* Vide supra tom. 1. cap. 11. num. 128. Vnde, si hæc congregatio dispersorum intelligatur propriè de reditu ab exilio, non potest accommodari decem tribubus. Sin autem intelligatur spiritualiter, id est, cogendos esse in Ecclesiam, id licebit, non communiter, sed viritim: non enim hæ tribus communiter ad fidem conuersæ sunt, quod sciamus, sed è singulis multos fidem excepisse est pronum credere. In tribus enim millibus Iudæorum, quos S. Petrus prima concione in die Pentecostes traxit ad Euangelium. Act. 2. v. 41. quis dubitet fuisse multos e decem tribubus: Certè S. Lucas id satis indicat cap. 2. vers. 9. vbi ipsimet Iudæi censum ineunt regionum, ex quibus Ierosolymam conuenerant, in quibus numerât Parthiam, & Mediam, & quidem in vrbibus Medorum decem tribus fuisse distributas apertè historia Reg. 4. suprà relata scribit. Ex qua prouincia & regione Medorum, in quam primò à Salmanasare rege impositæ sunt ad alias prouincias & nationes paulatim irrepsisse, aut cómigrasse est multum vero simile Esth. 3. vers. 8 *Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & a se mutuò separatus:* hæc Aman dicit Assuero de Iudæis. Vnde facilè adducor, vt existimem in illo euentu Actuũ Apostolicorum, è singulis decem tribuum quàm multos coiuisse, & ex eis aliquos traductos ad Christum: qui ad sua domicilia reuersi alios suorum affinium, & contribulium conuerterint. Idem dixerim de iis, qui deinceps Ierosolymis lumen Euangelicum admiserunt. Iam cùm Apostolis sortiti prouincias mundi eò penetrarunt, vbi erant Israelitæ dicti dispersi, quis non crediderit eorum aliquos recepisse Euangelium? Certè ex Actis Apostolicis scimus, licèt sæpe Iudæi obstiterint prædicationi Apostolicæ, tamen multos ei collum subdidisse.

Tribus decẽ non redierunt.

Decem tribus dispersa.

Iudæi vndique conuersi.

71. At quid coniecturas venamur, & indicia, cùm nacti simus clarum S. Iacobi Apostoli assertum, qui suam sic inscribit epistolam? *Iacobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi seruus duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate: fratres mei, cum in varias tentationes incideritis scientes, quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur.* ex quibus verbis vltimis constat, fuisse, cùm scriberet, Christianos; & ex reliquâ epistolâ. Cùm ergo disertè duodecim tribus compellat, decem includit, & eas esse in dispersione testatur.

Iacob. 1. v. 1. Sup. c. 11. nu. 29.

72. Quæ cum ita sint, hoc Isaiæ dictum: *Qui congregat dispersos Israel*: de tribubus decem ex parte congregandis in vnitatem fidei Christianæ possit non incommodè explicari. Sed totor fuerim ipse lectori, vt toti Israeli, sine vlla tribuum secretione attribuat. Nam & duæ quoque reliquæ tribus Iuda & Beniamin fuerunt dispersæ, & in Chaldæam translatæ: & licèt postea à Cyro permissæ redire: sed non omnes redière tribules: sed pars fortè maior remansere.

A Quare his etiam duabus tribubus dispersionis nomen conuenit. Certè Iacobus, vt vidimus, communiter inscribit: *Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem:* & eosdem ex omnibus tribubus Iudæos creditur Petrus epist. 1. cap. 1. salutare, cùm ait: *Electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ.* Nam *Aduenæ* hic non sunt iidem qui *proselyti*, i. e. Gentiles ad Iudaismum versi, sed sunt qui aliunde profecti regionem incolunt, Latinè diceres *incolas*: tales erant Iudæi in Ponto, & in Galatia, &c.

1. Pet. 1. v. 1.

Qui populus Hebræorum quia sæpe è suis sedibus eductus ex Ægypto, à Deo in posB sessionem legitimam traditas insedit, coactus est sæpius in alienas emigrare; hanc exilij multam poscentibus culpis, ideo dispersionis, & expulsionis vocabulum veluti hæreditarium ac proprium obtinuit. Sic Psal. 146. vers. 2. Ædificans Ierusalem Dominus: *dispersiones Israel congregabit:* Hebr. vt hic: נדחי *nidche dispersos, seu, expulsos Israel.* & 2. Machab cap. 1. vers. 27. *Congrega dispersionem nostram, libera eos, qui seruiunt gentibus, & contemtos, & abominatos respice.* Vide Tobiæ 14. vers. 6. Iudith 5. v. 23. Esth. 3. v. 8. & passim in Ieremia, & in Ezechiele. 73.

Iudæi cur aduenæ.

Quod si cui videatur è re, hoc exponere de congregatione corporali, & de restitutione in C patriam, non arbitror id esse absonum, & ab instituto alienum, si de duabus tribubus abducẽdis in Babyloniam, & inde reducendis in Palæstinam intelligatur & Deus id afferat ad confirmandum aliam pòst futuram congregationẽ ad fidem & Ecclesiam. Nam quia prior congregatio, & reductio è Babylone multo prior erat futura, cùm esset oculis spectata & experta, poterat esse argumento ad credendam & spectandam alteram congregationem & conuentum multo pòst futurum in vnam communem omnibus populis religionem. Mos enim est diuinæ sapientiæ per vnam prophetiam priùs explendam viam sternere, & fidem conciliare alD teri posteriùs exequendam. 74.

Expositio alia probabilis.

Prophetia expleta viã sternit ad explendã.

Ergo hoc loco duo sunt promissa: alterum de Israële colligendo disperso apud Babylonios, & reducendo: alterum de populo Gentili colligendo & aggregando Iudaico, vt ex vtroque vna confletur Ecclesia, & vna spiritualis domus ædificetur. quod posterius posteriori hemistichio promittitur.

Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.] Particula *adhuc* Heb. עוד *hod, amplius*, rem notat tempore posteriorẽ, dignitate priorem. aliquã congregationem maiorem & nobiliorem efficiam. Quod verò ait: *congregabo ad eum*, citra dubium, ad Israelem carnalẽ, vbi ille spiritum filiorum per Christum acceperit, *congregabo conE gregatos eius*, id est, collegas eius: videlicet, prout temporum iam ratio postulet, Gentiles, qui antea, vt seruiretur tempori, erant segregati. Dicit verò, *congregatos*, ex præterito, vel ob præscientiam Dei, vel ob certitudinem rei. sic Ioan. 11. vers 52. iidem per præoccupationem vocantur filij Dei: *quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnũ.* Qui ab Isaiâ nominantur congregari, ab Euangelistâ tãto pòst, dicuntur dispersi, sed iidẽ, Filij Dei, etiã dũ essent Diaboli mancipia: quia certò erant cõgregandi, & transferendi in statum filiorum Dei. 75.

nidche, Adhuc.

non secus verò:quia certissimè erant congregandi, appellantur *congregati*.

76. *Occupatio.* Sed vnum supercile video quod possit in hac expositione displicere, quod Gentiles ad Euangelium translatos Iudæis Christianis factis adlegam, & aggregem, quasi Iudæi fuerint Ecclesiæ Christianæ capita, gentiles membra adiuncta, & annexa: Iudæi fundamentis, & gentiles impositi & additi lapides. Verùm si res recte penletur, vel ad id fuerit probanda interpretatio, nam ita rem habere est certissimum. *Ecclesia capita Iudæi. Vnà fundamenta Ecclesiæ.* Ecclesiæ enim capita sunt Apostoli, qui omnes Iudæi: fundamenta huius domos iidem Apostoli, & si altiùs ea fodere cu Paulo liber, sunt etiam quadamtenus Prophetæ: Pauli enim est illa assertio: Ephes. c. 2. ve 19. *Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Ecclesia dicitur inniti veluti fundamento Apostolis & Prophetis, quia illorum doctrinæ innititur: quæ est vna & eadem, & vtrosque nectit Christus vt lapis angularis, quia vtrique Christum prædicant, Prophetæ vt affuturum, Apostoli vt præsentem, ad quos aggregantur quicumque Christum agnoscunt: vnde Israelitæ gentilis accedit & sese illi adlegit, & aggregat.

77. Hoc idem docet S. Paulus aliâ eleganti metaphora in epist. ad Roman. ca. 11. vers. 16. *Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos, quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.* Res erat Apostolo cum Romanis, cum gentilibus Ecclesiæ ascriptis: quos edocet, Iudæos esse *delibationem*, Græce, *primitias* propter Patriarchas, vt vult Chrysostomus, & Propheras quorum fidem & bonitatem plebs participet. Alij autores volunt intelligi Patriarchas, Prophetas, & Apostulos, quos eosdem vocat radicem, aliâ similitudine, & minores fideles, efficit ramos, & horum nonnullis fractis ait in eorum locū suffectos & insitos fuisse Gentiles: ex quo colligit Apostolus, Iudæā gentē esse radicem, quæ sustinet omnes ramos naturales, & insititios, & vnde omnes succum vitalem exsugunt. Quā similitudine nihil accommodatius potuit excogitari ad id quod in præsenti docebamus; gētiles nimirum in Ecclesiā aggregatos fuisse Iudæis: ac proinde aptissimè Deum prædicere: *Adhuc congregabo ad eum congregatos eius*: i. quos oportuit Israelitico populo adiungi.

78. Leo Castrius ait in quibusdam codicibus Græcis legi: *Ait Dominus Deus ὀυ συνάγων*, hoc est, *non congregans dispersos Israel*. & sibi hanc lectionem non displicere. *Lectio emendata LXX.* Sed error est chalcographiæ; iam correctus, ablatione vnius litteræ, quæ irrepsit: estque sincera lectio: ὁ συνάγων, *qui congregat, vel congregās*. Proc singulariter per cōgregatos exponit proselytos, qui cū Iudæis aduenerūt e Babylonia. Expositio parū probabilis.

Vers. 9. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus.

79. QVoniam LXX. pro *Deuorare*, mitius verbum substituunt, *φάγεσθαι, comedere*, idq; refert Hebræum, Cyril. & Hieron. ancipitem significationē approbant: vt vel gentiles inuitentur ad cōuiuium epularum cœlestium, vel hostes incitentur ad deuorādū, & abolendum Iudæum populum, & ad mitiorem partem inclinat versio Aquilæ: *Omne animal, & omnia animalia ipsius*, sc. Dei, vt Procopio videtur. Gentiles vero bestiæ, & bestiæ saltus, nominantur, ob mores feros ante conuersionem. Sed hæc expositio tametsi quia benignior, diuinæque clementiæ consona, cuius est allicere citiùs ad accipienda beneficia, quam immittere ad inferenda supplicia, probari posset tamen quia verbum Latinum *Deuorare*, nam Latinæ editionis proprietatem vbique saluam esse oportet, *Vulgata tenenda.* difficilis, & quia, quod plus habet momenti, sequens oratio repugnat, grādia, & grauia populi Iudaici peccata commemorans; sciendum est procul dubio cum plerisque autorum, hoc loco, bestias agri, & saltus esse eos, à quibus vexati sūt Iudæi. *Autoris opinio.*

80. *Consecutio.* Consecutio egregia: postea enim quàm in ouile Dominicum congregatus est Israel Dei, ij, qui erant præordinati ad vitam æternam, in reliquos vt in hœdos & petulantes & petulcos, feræ siluarum sæuire permittuntur, aut verò sæuituræ immittuntur: de quo statim. Sed quinam hostes in his bestiis, & quæ hostilis vastatio nuteutur, id controuertitur. *Dubium.*

Hugo, & Lyra in secundis numerant expositionem de dæmonibus quas bestias agri, & saltus appellari satis conuenit eorum sæuitiæ, & verbum item *Deuorare*. circuit enim diabolus tanquam leo rugiens quærens quem deuoret. Sed hasce bestias à Deo in homines immitti, aut incitari, siue à Propheta, dedecet quammaximè, nisi fortè ad puniendum iuxta illud Psalm. 77. vers. 49. *misit in eos iram indignationis suæ: indignationem & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.* Alternis enim Deus vtitur Angelis, bonis & malis ad plectendum noxios. Sed nun credo hic malos Angelos ne ad vexandum quidem induci.

81. Hugo refert aliam sententiam, vocari sc. Medos contra Chaldæos. Sed hæc sententia cogitat prisca illa secula, non Euangelica. Præterea non considerat peccata sequentia, ad quæ vlciscenda bestiæ asciscuntur, non esse peccata Chaldæorum, sed Iudæorum.

Verior ergo interpretatio est omnibus ferè probata, hic prædici cladem Iudæis inferendam à Romanis, Vespasiano, & Tito imperatoribus, *Vera applicatio.* quod facilè probarim. Primùm: Hæc bestiarum deuoratio futura fuit post illam congregationem, quam supra vbertim ostendimus, esse Ecclesiæ Christianæ conuentum: sed nullam aliā plagam nisi Romanam Iudæi postea acceperunt: ergo aut significatur hæc, aut alia futura: *Probatur.* sed cùm habeamus certam, & iam expertam, non video, cur debeamus aliam cogitatione pingere futuram, & dubiam. Addo: adeò in præsenti esse Iudæos superstites malè acceptos, & adfectos, vt ad accipiendam nouam plagam & cladem sint inhabiles, vt aptare liceat illud de eisdem à Deo dictum cap. 1. vers. 5. *Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationē &c. à planta pedis, vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Dices in exitu mundi tum punientur acerbiùs. Sed nihil minus; nam Paulus nostrum Vatem exponens Rom. 11. vers. 25. illis eo tempore mitiora, & meliora promittit. *Nolo enim vos ignorare fratres, mysterium hoc, vt nō sitis vobis ipsis sapientes*

p[illegible] [illegible] parte [illegible] donec p[illegible] [illegible] ad [illegible] ut [illegible] quæ cre-piat [illegible] a l[illegible].

82. P[ræ]terea [illegible] subsequens pro[illegible] autore[illegible] [illegible]nt [illegible], quas Chr[illegible] & [illegible] uta est [illegible] in po-p[illegible]m, ob quam Iud[illegible] a[illegible]a est a Ro[manis]. Qu[illegible] debemus aptare va[illegible].

83. *O[mnes] [illegible] venite ad deuorandum.* [illegible] bestiæ no[illegible] est caus[illegible] qui [illegible] est [illegible], discerp[illegible], d[illegible] ide [illegible] tur. *Venite ad deuorandum* [illegible] hostes [illegible] euntur victores in [illegible]. Ps[al]. 52. ve[rs]. 5. *Qui deuorant ple[bem] [me]am [sicut] cibum panis.* Psal. 2[illegible] vers. 2. *d[um] app[ro]piant [su]per me nocentes, [u]t edant carnes meas.* [illegible] *querrian comer me a bocados* & ob i[illegible] [illegible] Scriptura S. assignat *Os, in o[r]e gladi[j]* [illegible] alibi. Sed hoc loco, cùm *bestias agri*, & *be[stias s]ilues*, i. agrestes, nullo modo [illegible] sed pot[ius] efferatas nominat, & [a]d deuorandu[m] [illegible] crudelitatem feram & immanem futu-ram prædicit.

[Marginal note, partly illegible:] [illegible] [illegible] [illegible]

84. At quo sensu vero vocat *omnes bestias*? Possit in pri[mis] iudicari hyperbole. Secundo: delectus & concio plurimarum gentium, quæ sese Ro-manis adiunxerunt in expugnauda Iudæa. Ter[tio]: quia Iudæos victo[s] & distractos per orbem omnes nationes inuaserunt, ac despoliarunt: hodiéque vbique terrarum sunt probro, in-iur[iæ] & prædæ obnoxij. Et hæc postrema ex-planatio est plenior, & planior. Itaque viola-tio gentis Hebrææ & deprædatio inchoata est a Romanis, & profecta est à cunctis alijs na-tionibus.

85. Verbum illud: *Venite*, imperatiui modi siue à Deo profectum, siue a Vate nihil continet incommodi, cùm agatur de pœnâ imponenda: etiamsi malo animo & consilio eam hostes im-missi imposuerint: nam quiuis satelles & car-nifex autoritate publica constitutus potest exi-gere iniustè quoad se iustissimas pœnas. Con-sule cap. 10. vers. 5. cap. 45. vers. 1.

Quàm crudeliter Romani, alioquin non in-humani vastarint Ierosolymam, & regionem circa, legimus apud Iosephum, qui bello vt pars non minima interfuit.

Apud Ieremiam 12. vers. 9. similis est inuita-tio ad perdendum: *Nunquid auis discolor hæredi-tas mea mihi: nunquid auis tincta per totum? Venite, congregamini omnes bestiæ terræ properate ad deuo-randum.* Auis discolor alias aues aduersùm se irritat.

Vers. 10. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dor-mientes & amantes somnia.

Vers. 11. Et canes impudentissimi nescie-runt saturitatem: ipsi pastores ignora-uerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum.

D[e] [illegible] [illegible] m[illegible] intel[ligi] [illegible] [illegible]rum, q[illegible] Scribæ, Pharisæi [illegible] per [illegible] eo nomine pro[illegible] [illegible] sunt [illegible] officia præ-cipua [illegible] pa[illegible], & cum in-stant, [illegible] qui [illegible] cæ-ci, & [illegible] fungen-tur [illegible] Specula-tori [illegible] nomen, est è loco [illegible] pro-spicere [illegible] oculis debent esse pe-cul[illegible]. *Spe[cul]at[ores] [eius] cæci omnes; ne-scierunt omnes.* Non vnus, aut alter cæcus: nam pot[erant] [illegible] integri speculari, & supplere partes [illegible]: sed omn[es] cæci vnde [illegible] populus [illegible], est nec[e]s[se] [illegible] ocu-l[illegible] mo. Officium canis est latrare, c[um] [illegible] dum latrone[m], aut lup[um] [illegible], frustra imp[illegible] ad custodiam. 86.

Mali docto-res depin-guntur. Scribæ, Pha-risæi. Pastoris offi-cium. Speculator. Canis officiū

87. [No]n *valente[s] latrar[e]* [illegible] quo-modo canes [illegible] muti non solùm non volen-tes, sed etiam non valentes latrare: cui hoc nō val[illegible] Sed vnde hæc impotentia [illegible] vers. 11. *Vnusquisque ad auaritiam [su]am:* hæc ossa [illegible] linguam præ-ped[illegible], ne posset [illegible] blicere. Cupidus orator, & doctor ab auditorio, & a d[illegible] captans & expectans, nun-quam liber in animum, ne dum in sermonem in-ducet, vt arguat, obiurget, exasperet: bona po-tius verba, mollia, d[illegible] quæret. Quâ de re dis-sero ad cap. 1. vers. 22. *Vinum tuum mistum est aquâ* & ex LXX [illegible] *miscent vinum aquâ.* Salium & ac[illegible] dictum contra princi-pem oratorem Græciæ, qui muneribus corre-ptus, ne qui[d] [su]aderet côtra regem Harpalum, collo obuoluto finxit se faucibus laborare: *Nō anginâ, sed argentanginâ laborare Demosthenem*, ia-ctatum fuit in vulgus.

Auaritia corrumpit. Doctor aua-rus non facit officium. Demosthenes salsè morsus

Sed quamuis absit auaritia & quæstus, si ad-sint alia vitia mala conscientia vocem includit. nam ne se ipse condemnet, ab alijs accusandis abstinet: ne audiat: *qui prædicas non furandum, fu-raris: qui dicis non mœchandum, mœcharis*, &c. Rom. 2. vers. 21. Ex hoc etiam capite potuerunt Magistri Iudæorum effici muti: sed existimo non inde eis hoc accidisse: nam tacere ex ista caussa, est aliquod pudoris indicium: at statim vocantur *canes impudentissimi*; vnde ad cæcita-tem, & auaritiam refero hanc taciturnitatem. Quæ duo sæpius Christus Scribis ac Pharisæis exprobrauit. Euangelica historia abundat his accusationibus. Quin & cæcitatem ipsam pos-sumus reuocare ad cupiditatem & auaritiam. Deuter. 16. vers. 19. *Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* Itaque munera aufe-runt oculos vel valde oculatis, hoc est, sapien-tibus, & extrudunt iustitiam à iustis, è sapien-tibus insipientes, ex iustis iniustos efficiunt. Et Eccl. 20. versic. 31. *Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.* i. sapiens muneribus præoccupatus abij-cit correptiones, non potest corripere, non po-test allatrare iis, à quibus dona accepit. Sed ad-uerte quam vocem Latinus reddit, *mutus*, Græ-cè esse, φιμὸς, camum, seu fiscellam ori bouis, seu alius animalis immitti solitam: vnde reddi pos-sit: *& quasi camus, seu fiscella in ore auertit correp-tiones.* Quia verò camo, seu capistro immisso quis mutus efficitur: nam à nomine φιμὸς exit 88.

Vnde Scribæ muti. Deu. 16. v. 19. Munera de-prauant. Locus expo-nitur. Lectio diuer-sa. 89.

verbum

verbū σιμίμαι, *obmutesco*, Latina translatio à sensu non recedit. Græca tamen, vt par est credere, Hebraicæ lectioni similior (quæ modò non extat) nobis est commodior: quoniam ex Isaiâ docemus malos doctores, vt canes infideles, immissione, & admissione donorum, non secus, ac capistrorum, vocem amittere: *Canes muti: non valentes latrare*, & quia cœci, & excæcati muneribus non vident contra quos debeant vocem tollere: & si maximè viderent, non possent, si maximè vellent, non valerent ore præpedito immissione donorum. Hæc est melior elucidatio Ecclesiastici, quam illa Lyrani: scil. hoc nomen *mutus* apud Latinos est genus ranæ, quæ canis ori admota vocem intercludat: Latini enim, quod ipse sciam, hanc significationem ignorant, & qui naturas animalium tractant hanc speciem ranarum. Certe vox Græca repugnat.

Lyra reiicitur.

90. Sanct. August. Psal. 81. vers. 4. & Psal. 67. vers. 24. bolce canes mutos exponit plebem Iudæorum, quæ passa est à Principibus occidi Christum. At quominus hoc probem, impediunt me alia adiuncta quæ plebi Iudaicæ minimè conueniunt.

91. *Videntes vana, dormientes, & amantes somnia.*] Hæc iam sunt extra comparationem, atque ita non sunt canibus & hominibus communia: sed peccata propria illorum doctorum, qui pra malitiâ: vel præ inscitia pro diuinis oraculis, visisque cœlestibus sua populo somnia, ac deliramenta venditabant. Affine est illud quod Deus similiter coarguit Ezech. 22. vers. 28. *Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: hæc dicit Dominus, cum Dominus non sit locutus.* Et quámuis tempore Saluatoris & Apostolorum, de quo tempore hæc accipimus, nesciamus fuisse falsos prophetas, qui vaticinia iactarent: tamen quia scimus fuisse sacerdotes, Scribas & Pharisæos, qui cùm profiterentur se esse legis diuinæ peritos, & interpretes, eam ipsam diuinam legem deprauabant, & ad sua commoda temporalia detorquebant, & suas peruersas expositiones & traditiones pro diuinis præscriptis supponebant, contra hos scripturæ sanctæ, legisque diuinæ corruptores hoc vaticinium intorqueri possit: *Videntes vana, dormientes & amantes somnia.*

Doctores in fide. *Legis periti malè docentes.*

92. Arias Montanus hæc quoque canibus aptat, cúmque eis componi existimat malos pastores: & verò canes somniare, somniisque variis exagitari ex moribus, vocibúsque submissis, quas edunt inter dormiendum, colligit. canes quidem somniare est credibile, & naturæ consentaneum: sed hæc illis tribui, & inde trásferri ad pastores vitiosos non iudico Latinæ translationi congruens.

93. Alij aliter trásferunt, & ad ignauiá, desidiam, torporémque pastorum, quorum intererat vigilare, traducunt. Vatablus ita: *Torpent, iacent, somno indulgent.* Quæ translatio canibus saturis aptari potest, & inde auaris Magistris & Pastoribus. Cui consentiunt sequentia.

Canes impudentissimi nescierunt saturitatem.] Canis propriam esse impudentiam experientiâ discitur, & oris rictu proditur. At quamobrem qui paulo ante vocantur *canes muti*, nunc dicuntur *impudentissimi*: Non latrabant, dicet aliquis, contra lupos, imò verò sunt in lupos rapacissimos & latrarunt impudentissime contra Pastorem, Principem pastorum Christum. Doctores Synagogæ inuerecundi dici potuerunt, quod publice peccaret, quippe quos pudor non auocaret à peccando; quicumque enim palam malè viuunt, neque Deum, neque homines reuerentur, quare necesse est, vt sint effrontes. Scribas & Pharisæos solere peccare publicè, ex eo colligo, quod Christus Dominus sapientia, bonitas, & prudentia summa eos de suis vitiis, de auaritia & superbia præsertim publicè admoneret. Auaritia deinde reprehenditur sequenti inciso.

Impudentia canis. *Theodor.* *Doctores impudentes.* *Scribæ & Pharisæi peccabant palàm.*

Nescierunt saturitatem.] Hoc est, eorum fames acquirendi erat inexplebilis, insatiabilis. 93.
Videtur Vates attingere fœdam consuetudinem canum, qui vomunt, & redeunt ad vomitum, ex quo natum est prouerbium: *Canis reuersus ad vomitum.* Huc te flectit Hieronymus. Itaque rapacitas & ingluuies simul ostenditur, & accusatur. Et quoniam ad hæc vitia consequi consueuit inscitia: fugit enim Minerua ventrem pinguem: additur.

Fames canina.

Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam.] Pastoris inter munia locum habet principem pascere, quod metaphoricè sumptum est docere Ephes. 4. vers. 11. vbi Paulus functiones Ecclesiasticas diuidit: hæc duo iungit: *alios autem pastores & doctores*, quasi indiuidua quod munus quo modo præstare possunt qui rerum docendarum nullam habent intelligentiam? Quod suprà exprobrauit, iterum aliis verbis exaggerat: supra. ver. 10. *Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi.* nam quod est in speculatore cæcitas, id est in doctore ignorantia.

Pastoris officium pascere. *Doctor ignorans.*

94. Porrò, quia vitia capitis in subiecta membra descendere solent, & afficere, ideo aptè nectitur.

Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum.] Via hoc loco, vt alias sæpe, est vitæ studium, & institutum viuendi ratio. pro, *declinauerunt* in Hebræo, *faciem obuerterunt*: vt quam inconsiderate, quam temere quisque viuendi modum susceperit indicetur: & viæ initæ prauitatem. Latinum verbum, *declinauerunt*, satis aptè significat. Cúmque consilia ex ratione, & æquitate pendere debeant, & ad hanc libram sint expendenda, illi nihil minus præstiterunt: sed ad auaritiam, seu ad suum commodum vt ad cynosuram in suis actionibus moderandis respiciebant, à summo negotio vsque ad nouissimum, vel omnes Iudæi, à maximo vsque ad minimum suis priuatim commodis seruiebant, boni communis obliti. Locus occurrebat opportunus, vt in malos pastores fieret excursus: sed quoniam de virtutibus, vitiisque Pastorum egi fusissime ad cap. 40. v. 11. illuc reuerti iubeo lectorem.

Capitis vitium permanat ad membra. *Consilia, qualia.*

Vers. 12. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate; & erit sicut hodie, sic & cras, & multo ampliùs.

95. LVxus & intemperantia Magistrorum, aut si mauis, etiam laicorum describitur, & quorum vnusquisque separatim suum vitæ studium, libidinémque sequebatur, vt modò fuit dictum,

Intemperantia

d[illegible] nec conueniunt ad ebrietatem &
i[illegible] qui ad eam mutuò [illegible]ntur,
dicentes [illegible] *[illegible] vinum, & impleamur*
ebrietate.i.eo, quod inebriat, Heb[illegible] *Et potabimus siceram*. Per nomina *Vini*, & *Sicera* omne genus voluptatis intelligi, quâ gula pascitur: immo omne genus luxus, & intemperantiæ, atque illecebræ sen[illegible]uum.

96. [H]æc enim imitatio parum ab [illegible]la est dissimi[illegible] Sap. 2. vers. 6. *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit,*
A *quod non pertranseat luxuria nostra.*

Et erit sicut hodie, sic [illegible] cras, & multo amplius.] Id ad continuationem & perpetuitatem [illegible] luxu pertinet: qu[illegible] & ad incre[illegible]n[illegible]um, *& multo amplius*: h[illegible] en[illegible] m[illegible] [illegible], vt [illegible]nde cœpit, ibi ne[illegible] [illegible], [illegible] & robur acquirat eund[illegible] [illegible] luxuria, [illegible] nunquam dicit [illegible] hoc [illegible] gula, & gastrimargia, quæ nes[illegible] [illegible] & [illegible] plenus est venter, cùm [illegible] cib[illegible] multitudine crepat stomachus procuratur vomitus more canino, vt rursus capiat alias epulas. heu, quò ducit turpitudinis hominem Angelis assimilem plus quàm belluina libido voluptatis.

Vita voluptuosa [illegible]

Turpitudo voluptatis.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEPTIMVM.

1. IVstus perit, & non est qui recogi-
tet in corde suo: & viri misericor-
diæ colliguntur, quia non est qui intelli-
gat: a facie enim malitiæ collectus est iu-
stus.
2. Veniat pax, requiescat in cubili suo
qui ambulauit in directione sua.
3. Vos autem accedite huc filij augu-
ratricis: semen adulteri, & fornicariæ.
4. Super quem lusistis? super quem
dilatastis os, & eiecistis linguam? num-
quid non vos filij scelesti, semen men- B
dax?
5. Qui consolamini in dijs subter om-
ne lignum frondosum, immolantes par-
uulos in torrentibus, subter eminentes
petras?
6. In partibus torrentis pars tua, hæc
est sors tua: & ipsis effudisti libamen, &
obtulisti sacrificium. numquid super
his non indignabor.
7. Super montem excelsum & subli- C
mem posuisti cubile tuum, & illuc as-
cendisti vt immolares hostias.
8. Et post ostium, & retro postem po-
suisti memoriale tuum: quia iuxta me
discooperuisti, & suscepisti adulterum:
dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum
eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu
aperta.
9. Et ornasti te regi vnguento, & mul- D
tiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos
tuos procul, & humiliata es vsque ad in-
feros.
10. In multitudine viæ tuæ laborasti:
non dixisti: Quiescam: vitam manus tuæ
inuenisti, propterea non rogasti.
11. Pro quo solicita timuisti, quia men-
tita es, & mei non es recordata, neque co-
gitasti in corde tuo: quia ego tacens, &
A quasi non videns, & mei oblita e[s].
12. Ego annunciabo iustitiam tuam,
& opera tua non proderunt tibi.
13. Cùm clamaueris, liberent te con-
gregati tui, & omnes eos auferet ventus,
tollet aura: Qui autem fiduciam habet
mei, hæreditabit terram, & possidebit
montem sanctum meum.
14. Et dicam: Viam facite, præbete
iter, declinate de semita, auferte offendi-
cula de via populi mei.
15. Quia hæc dicit Excelsus, & subli-
mis habitans æternitatem: & sanctum
nomen eius in excelso & in sancto habi-
tans, & cum contrito & humili spiritu:
vt viuificet spiritum humilium, & viuifi-
cet cor contritorum.
16. Non enim in sempiternum litiga-
bo, neque vsque ad finem irascar: quia
spiritus à facie mea egredietur, & flatus
ego faciam.
17. Propter iniquitatem auaritiæ eius
iratus sum, & percussi eum: abscondi à te
faciem meam, & indignatus sum: & abiit
vagus in via cordis sui.
18. Vias eius vidi, & sanaui eum, &
reduxi eum, & reddidi consolationes ip-
si, & lugentibus eius.
19. Creaui fructum labiorum pa-
cem, pacem ei, qui longè est, & qui
propè, dixit Dominus, & sanaui eum.
20. Impij autem quasi mare feruens,
quod quiescere non potest, & redun-
dant fluctus eius in conculcationem &
lutum.
21. Non est pax impijs, dicit Domi-
nus Deus.

Vers. 1.

Vers. 1. Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: a facie enim malitiæ collectus est iustus.

1. *Iustus, quis hic.* QVoniam *Iustus* sine vllo alio apposito ponitur, & præcessit mentio & obiurgatio principum & Iudæorum tempore Saluatoris; arbitrati sunt multi e grauioribus Patrum, húc *iustum* esse Christum: Iustinus contra Tryphonem, Tertul. 3. contra Marcio. cap. 22. & alibi. Augustin. Psalm. 81. vers. 4. Hieronym. Cyrillus, Procopius, Rupertus lib. 2. cap. 21. in Isai.

Quorum veterum vestigia terunt alij recentiores, Haymo, Hugo præter modernos, Lyra.

2. *Autoris iudicium.* Cęterùm, etsi libens amplector eas interpretationes, quæ Christum attingunt, quippe memor verbi Paulini; *finis legis Christus*: & hęc pręsens expositio vel sola asserentium autoritate sit valde probabilis, alterum tamē de iustis in cōmune mihi efficit probabiliorem contextio capitis, a cuius versu 3. vsque ad 11. accusatur populus Iudæus de peccato idololatriæ, quod peccatum abstulisse ab illo quo tempore Christus aduenit, est apud scriptores Ecclesiasticos certum. *Contextio.* Quare cùm sine vllâ variatione alloquatur Isaias in principio, & in progressu capitis, eosdem homines; & posteriora non cadant in tempus Christi, censendum est priora ad id tēpus non pertinere. Neque enim mihi scrupulum eximit quod Rupertus citatus scribit, accusari Iudæos temporis Euangelici ob scelera & idololatriam suorum maiorum; nam vt suo loco patebit, personalia crimina, non originalia & nationalia reprehenduntur.

3. *S. Gregorius amat sensum spiritualem.* Quæ cogitatio fortasse S. Gregorium lib. 5. Moral. cap. 28 adduxit, vt quam probamus de iustis in commune, interpretationem eligeret, virum satis alioquin interiorum sensuum amātem. Ergo hoc integro capite, & duobus proximè inferioribus Isaias non Prophetam, sed concionatorem, & doctorem apud suos ciues agit, *Isaias non hic agit Prophetam.* vitia eius tempestatis aperit, obiurgat, eis medicinam affert: quare minorem nobis moram facient hæc tria sequentia capita, vt possimus citius ad capit. 60. peruenire, vbi rursus sese reuocat Isaias ad Euangelij penetralia, & Prophetæ personam positam resumit. Quā in expositione habeo quos sequar, præter Gregorium nominatum, ex interpretibus Forerium, Arias, Vatablum, Osorium, Hugonem in sensu litterali, Adamum, Marianum, Cornelium a Lapide primoloco, & secundoloco, Sanctium, & Sa; Thomam, Didacum Aluarez, Antonium de Balenquem è nostris in suis locis communibus v. Mors c. 2. §. 1.

4. *Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo.*] *Iustus* singulariter pro iustis, quod alibi creberrime: vnde id non cogit Christo D. ascribere. *Perire* non puto hoc loco, esse aliorum odio & culpâ perdi, sed simpliciter interire, mori: quod vel inde probo, quòd altero hemistichio idem effertur: *Et viri misericordiæ colliguntur*: amat enim lingua sanctior eandem sententiam vocabulis distinguere: quare *perire*, & *colligi* pro eodem capiuntur: atque adeò, vt *colligi* nullam *Synonyma familiaris S. lingua.* alienam vim & iniuriam continet, sic *perire* citra eamdem est: idem, atque *iustus moritur*.

Et non est qui recogitet in corde.] Cur hæc inconsideratio, & incogitantia vt vituperabilis censeatur, videndum vnde id habeat. Primùm possit vituperari; non esse qui iustorum mortem recogitet, id est, nō esse qui doleat: cum sit maxime dolendum iustos de medio tolli, vtpote Reipublicæ lumina, & columina: quibus ablatis, necesse sit tenebras & ruinam succedere. 5. *Mors iustorum lugenda.* Quantopere communitatis intersit apud se habere viros iustos & Dei amicos, sanctarum Scripturarum monumenta pluribus locis ostendunt. Exemplo sit *Noe vir iustus, atque perfectus in generationibus suis*, quem Deus cum sua familia seruauit, pereunte mundo, & per eum genus humanum instaurauit, & eius gratia bene consuluit animalibus, id adnotante Moyse Gen. 8. vers. 1. *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.* *Gen. 6. v. 9. Iusti prosunt populo.*

6. Quod si Deus brutis animantibus propter hominem sanctum prospicit, quanto magis hominibus aliis eiusdem gratia parcet, & prouidebit: Propter vnum Ioseph fidelissimum & castissimum reliquis fratribus non adeo meritis bene consultum esse voluit. Vnus Moyses diffractis tabulis præ zelo & studio diuini honoris, grauiter Deum offensum populo placat. *Exod. 32. v. 10.* Psal. 105. vers. 23. *Et dixit, vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.* Quid fieret illo eodem populo, cùm sacrificauit Beelphogor, & publice scortatus est, nisi Phinees vir iustus & diuinæ gloriæ zelator tantum facinus manu vltus fuisset? *Nu. 25. v. 7.* Psal. 105. vers. 30 *Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio.* Vnus Loth iustus distinebat Angelum ne subuerteret Sodomā & finitima oppida. *Ge. 19. v. 22.* Gen. 19. vers. 22. *Festina, & saluare ibi: quia non potero quicquam facere donec ingrediaris illuc.* Quibus vrbibus omnino fuisset parciturus, si decem solùm iustos numerare potuissent. Sexcenta alia suppetunt exempla in libris sacris quibus clarum fit, paucos iustos multitudini fuisse saluti: ac proinde magnam esse Reip. cladem, cum ex ea tolluntur. Vide quæso Ierem. 5. vers. 1. & Ezech. 22. vers. 30. vbi patentius est, quantum Deus tribuat vnius iusti intercessioni, & autoritati.

7. *Ambros.* Sanct Ambros. libr. 1. de Abraham cap. 18. ad finem versans illud è Genes. 18. cùm Deus promittit se parciturum Sodomæ, si decem iusti reperiantur; *Vnde discimus*, ait, *quantus murus sit patriæ vir iustus, quemadmodum non debeamus inuidere viris sanctis, nec temere derogare. Illorum etenim nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Sodoma quoque si habuisset viros decem iustos, potuit non perire.* Notanda particula, *quoque* in Ambrosio: *Sodoma quoque potuit non perire*: *Iusti facundi plurimum prosunt.* itaque decem iustorum merita apud Deum pręponderarēt, & obruerent Sodomæorū ingentia & innumerabilia scelera atq; flagitia. S. Chr. id ipsū expēdēs hom. 43. *Didicistis quanta virtus sit eorum, qui virtutem exercent.* *Chrys.* Quo loco perspicaciter aduertit Sanctus Doctor, quòd peccandi genus fuerit exquisitum, & legibus naturæ vehementer exosum; ideo supplicium quoque fuisse insolitum, & exitiale: quod tamen decem iusti, si reperti fuissent, auertissent. Et post pauca ponderans,

ponderans, quanti fieri debeant iusti viri, citat illud ex Apostolo ad Hebr. 11. vers. 38. *Quibus dignus non erat mundus*: *Totus mundus*, inquit ille, *non est conferendus iis, qui in afflictionibus*, &c. *agunt propter Deum. Igitur dilecte quando videris virum externo habitu vili vestitum, interius virtute amictum, ne vili penderis quod apparet: sed animi diuitias disce, & internam gloriam, & videbis vndequaque fulgentem virtutem.* Ad id firmandum vtitur historià Eliæ Prophetæ induti pelliceà veste, potestatem tamen exercētis in cœlos, quos linguâ suâ, veluti claue clauderet, & aperiret: cuiúsque Deus adeò rationem haberet, vt mundum siti, faméque vexaturus, ne Vates in hoc commune supplicium incurreret eum emoueret procul: dicens, 3. Reg. 17. v. 9. *Surge & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te.* Sed multus essem, si vellem è singulis Patribus vel prælibare quæ de hoc argumento scribunt.

8. *Pauci tangit cura boni communis.* Quamobrem, cùm tantum sit momentum in vitâ iustorum, sanè mirum videri debet, eorum morte, & iacturâ mortales non commoueri, & tristari. Vnde quibus iusti cùm moriuntur sui desiderium non relinquunt, iis dum viuerent, non fuisse in pretio conuincitur. Quod vtrumque vitiosissimum est, & à Vate nostro reprehenditur iis verbis: *Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo*: scilicet quantum detrimentum Respublica ceperit: quia non est, quem cura coquat boni communis.

9. Alius sensus, aliúdque caput, vnde damnentur ij qui animum non aduertunt ad mortem iusti possit hoc esse: iusti & peccatoris occasum pari lance pensari, & vnum ab altero non secerni: quasi vtriusque vna & eadem sors esset. Itaque cùm vulgatur, obiisse virum sanctum, non secus accipitur, ac cùm auditur obiisse hominem scelestum: vtriusque eadem existimatur fuisse lucis vsura quid bonos, quid malos post occubitum maneat, nemo curat, nemo est *qui recogitet in corde suo*: vt benè viuendo se componat ad bene moriendum: ex quâ negligentiâ & incuriâ futuri post mortem status, fortisque omnia penè vitæ vitia pullulant. Qui enim cogitat, & recogitat in corde suo, qui *corde suscepit* vt Græcè est, aut, *ponit super cor*, vt Hebraicè, quàm dispar sit exitus iusti morientis, & iniusti, quæ illum præmia, quæ istum supplicia cōsequantur, is sine dubio iustè, sanctéque moritur, & æternum viuit: verissimè enim consultum est ab Ecclesiastico c. 7. v. vltim. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*, quod si memoria simplex nouissimorum tantum efficit, quid effecerit cogitatio & recogitatio, diligens, inquam, & assidua consideratio præmiorum iusto promissorum, & suppliciorum peccatori propositorum. Fortissimum est frænum timor gehennæ, si cogitetur & tractetur attentiùs: ingens calcar, spes gloriæ cœlestis, si admoueatur cordi: quo vtroque summoto, homo ad virtutes tardus, in vitia præcipitat.

Huc vergere Gregorius allegatus 5. Moral. cap 18. visus est, dum in huc loco Isaiæ istud intelligit, scil. iniquos rerum temporalium solùm appetentes, dum iustorum in præsenti labores intuentur, & illis decreta præmia non prospiciunt, actionis suæ pedem in profundum porrigere lucis diuinæ intelligentiâ destitutos.

Quod si *Perire iustum*, sit diuexari, premi, occidi, ab iniustis, quod satisfacit nonnullis, & placuit olim etiam Tertulliano 4. Marcio. cap. 21. & in Scorpiaco c. 8. cùm id exponit de Martyribus: culpa hæc, *non recogitandi*, qualis sit, ex se patet. Siue sit, non defendendi & propugnandi innocentiam: siue sit, non dolendi tantam iniquitatem & tantam bonis illatam iniuriam: nam vbi tam impunè, tam impudenter peccatur, & nullus quisque de tœdio tollitur ita, vt ne quærat quidē vllus, aut eum tanti sceleris cogitatio tangat, corruptissimus sit rerum status, atque peruersissimus, est necesse. Nam impunitas est plerisque magna peccandi illecebra: multo maior, quando ne verbo quidem peccans castigatur, aut tacito iudicio & priuato reprehenditur: tum enim profligatur ex animo omnis pudor, quo ooo pauci non veriti Deum reuocantur. 10.

Et viri misericordiæ colliguntur, quia non est, qui intelligat.] Si verum est quod posui num. 4. hoc incisum verbis, non reipsà differre à superiori, expositione oon indiget; nam *viri misericordiæ*, sunt iidem qui iusti, & colligi, tantumdem, ac perire, seu mori: denique *intelligere*, idem quod recogitare. Sed cùm hæc satis conueniant, istud valdè differt, quod in hac posteriore parte non dicitur, vt in priore: *& non est qui*, sed, *quia non est qui intelligat*: quasi causa, cur boni colliguntur, sit nō esse, qui intelligat. At id discrimen nolim attineat lectorem: adeat Græcos LXXII. qui reddunt καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ: *& nemo intelligit*, vnde Latinum, quia oon est est hoc loco causale, sed coniunctiuum, loco *&* siue, *cum*, nam Hebraicè ad verbum: *in nō intelligente*: i. cùm non sit, qui intelligat: respondetque Hispanismo; *sin hauer quien lo aduierta: nemine intelligente*; quæ est nota Ioannis Riberæ Archiepiscopi Valentini in margine Bibliorum, eius manu scripta. 11.

12. *Viri misericordiæ* à LXX. conuertuntur, *Viri iusti*: nam חֶסֶד *chesed* quæ est misericordia, ab illis plerunque redditur, *Iustitia*: generali significatione: quasi qui est misericors, non possit non habere alias virtutes, communione quadam innexas, ac proinde sit iustus. Hoc est illud Psalm. 111. versicul. 9. *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi.* Facit hoc ad commendationem misericordiæ & eleemosynæ, cui multum concedunt diuinæ litteræ, penè, vt ei iustificandi vim attribuant: quod cum mica salis accipitur, id est, dispositiuè, non est insulsum.

13. Placuit autem Deo, post generalem notionem iustitiæ, adhiberi peculiarem *misericordiæ*, quia qui cum hâc virtute præcellunt, hominum societati sunt vtiliores, & gratiores: vnde magis mirum, magísque vituperabile, eos, cùm è vitâ abeunt, non desiderari, eorum memoriam illico vanescere. In benè enim moratâ Republica locum haber Eccl. 44. versic. 10. sententia; *Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta, nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos vsque in æternū manent, semen eorū, & glo-*

via eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia. Itaque quos *misericordiæ viros*, id est, addictos operibus benignitatis, eosdem sapientes, eosdem gloriosos & memorabiles apud omnes esse debere Canonicus hic autor asseuerat, & hoc idem asseuerauerat cap. 31. versic. 11. *Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.*

14. Quod cùm ita sit, vbi *viri misericordiæ colliguntur, & non sit, qui intelligat*; non est qui ferat ægre, qui eos desideret, qui curet; qui id vel cogitet quidem, qui saltem vita functorum meminerit, ibi non videtur esse *Ecclesia sanctorum*, sed synagoga Satanæ: quæ quos in vitâ
Sap.3.v.11. habuit exosos, vt pote sibi contrarios, suorumque scelerum tacitos exprobratores; eos mortuos facile obliuiscitur.

Quod attinet ad locutionem, *colligi*, exercitatus in libris diuinis non est cur moneatur, inde dici, quod cadauera vnius familiæ solerent simul in eodem loco humari: hinc colligi, vel colligi ad populum suum congregari ad patres suos, frequentissimè legitur pro mori, quia mortem sequitur sepultura, qua media populo, vel patribus suis iungitur, & apponitur. Quare nihil est aliud quam mori aut saltem mori in pace, quod solet addi, & non fraudari funere, & sepulcro.

15. *A facie enim malitiæ collectus est iustus.*] Hic apertior est dictio caussalis, *enim*, quæ est etiam in Hebræo, & in Græco: sed in Hebræo præponitur hoc modo: *Non est qui intelligat, quoniam*, vel *quod à facie malitiæ collectus est, vel sit iustus*. At constructione potest hoc esse obiectum illius damnatæ inconsiderationis & ignorantiæ: i. iustum à facie malitiæ colligi, Deo ita prouidente, & neminem id intelligere. Quem locum expressit & ampliauit autor libri Sapientiæ, cap. 4. vers. 7. *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, & versic. 9. *Placens Deo, factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* & v. 14. *Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum, populi autem videntes & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia.*

16. Ergo impij, & stulti cùm vident iustos immatura morte corripi, nempe in ipso ætatis humanæ medio, cum ipsis improsperè agi existimant, & nihil minùs cogitant, quam Deum de ipsis quam optime statuere, cùm præripit cladibus, & occasionibus peccandi. Vtrumque enim potest significare hoc loco *malitia*: & loco Sapientiæ describo. Nam non rarò res aduersæ solent infringere animos, & ad peccandum inflectere:
Iob 1.v.10. neque enim sine ratione tantopere laudatur Iob, qui in summa euentuum acerbitate nihil peccauerit. Et Salomon Pro. 30. v. 9. vt refugiebat diuitias, ne insolesceret, sic & egestatem, ne furaretur, aut Dei nomen peieraret. Itaque eximi laboribus & calamitatibus; interdum est eximi peccatis. Vnde illud: *ne malitia mutaret intellectum eius*, hoc modo est accipiendum, ne calamitas & ærumna peruerteret. Deinde, vers. 17. *Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus*, videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. Satis locuples commentarius est nostri Vatis: cùm sit eadem sententia explanatior, & alicubi eadem verba, vt illa: non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia: & hæc posteriora: *non intelligent quid cogitauerit de illo Dominus.*

Itaque vtrobique accusantur homines mali, 17.
eo quòd in æstimandâ morte iustorum valde hallucinentur, & errent: nullo modo Dei consilium attingentes, cùm putent iustos esse in vitâ miseros, in morte miseriores, præsertim eos, qui citiùs excedunt e viuis. Ergo Dei consilium in colligendis & quasi præripiendis iustis duplex e locis tractatis apparet. Alterum, ne iusti dolorem capiant animo grauiorem suis oculis vsurpantes clades, calamitates, plagasque suorum: est enim id triste, & acerbum spectaculum. Vide supra, c. 1. vers. 7. *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.* Mathathias 1. Machab. c. 2. v. 7. dixit: *Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cum datur in manibus inimicorum.* Acriùs multo sanctissimus Iob c. 3. v. 3. *Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo*, &c. & v. 12. *Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.* Similis affectus & querimonia fuit Ieremiæ, 20. v. 14. & fini vers. 18. *Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?*

Quæ ex communi hominis sensu, ac iudicio 18.
ducta videntur, quo mors immatura vitæ miseræ, & ærumnosæ anteponitur. Eccles. 4. vers. 1. *Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos quam viuentes, & vtroque fæliciorem iudicaui qui nec natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt.* Solent enim vulgò homines miseriis
pressi malle non fuisse natos: *Ne forte obliuiscatur* Eccl. 23. v.
te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua 19.
infatuatus improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas.

Quæ maledictio diei natalis, vt sit sine 19.
culpâ, vt de viris iustissimis, quales fuerunt Iob, & Ieremias, existimare debemus, certè indicat tædium grande vitæ ex miseriarum experientia natum: quo hominum vulgus adactas mallent non fuisse in lucem editos. Ex quo etiam, vbi mentis error accessit, duxit originem, vt sibi homines mortem afferrent. In album sic errantium multos, clarósque olim viros, & litteris excultos referre possumus, qui sunt arbitrati, licere, ad finiendas vitæ miserias, sibi mortem consciscere. Quin Pli- Plinij error.
nius lib. 2. cap. 63. de veneno perperam philosophatur prouisum à naturâ scilicet, vt illo hausto, cruciatus vitæ miseræ intercipere-
tur. Autor est etiam Valerius Maximus lib. 2. Valerius.
cap. 6. num. 7. Massilienses, & Athenienses permisisse venenum cicutâ temperatum ei, qui caussas probabiles afferret, cur è vita deberet excedere. Probabilior caussa; vitæ tristioris impatientia. Vnde nihil tritius in vsua-
li sermone, quàm iudicare fœlices, quos 20.
mors præmatura exemit calamitatibus. Poëtæ in

in his,vt in similibus humanæ naturæ affectibus repræsentandis excellont. Poetarum facilè princeps in Latio, Æoei.lib.11.vers.159. fingit Euandrum ita fantem.

---Tùque ò sanctissima coniux
Fœlix morte tuâ, neque in hunc seruata dolorem.
Contrà ego viuendo vici mea vota, superstes
Restarem vt genitor: Troiùm socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem,
Atque hæc pompa domum me, non Pallanta referret.

Qoo Maronis loco doctissimus noster Ludouicus La Cerda alia similia confert à qoo illud solum mutuor ex Appollon.1.Argon.de Asooe patre Iasonis:

--- Certè illi esset
Satiùs, si prius funeribus solutus
Sub terra iaceret, malorum adhuc inscius certaminum.

21. Quæ omnia spectant illuc, vt liqueat, Dei beneficium esse iusto datum, præpoperam manumissionem è vitâ, ne cogatur in magnas ærumnas incurrere, aut eis licèt eximias, aliis illatas cum dolore conspicere. Viri enim valde boni plus alienis, qoàm suis cladibus anguntur. Iam si malis pœnæ mala culpę immisceantur, ex iis sensus acerbior iustis, & dolor grauior inuritur: quippe qui ortus ex iniuria Dei quem vt vnicè diliguot, sic grauiter læsum esse ferunt ægerrimè. Quà de re notabile habemus documentum & specimen 1. Reg.cap.4. versic. 15. Heli summus Pontifex solicitus & anxius de exitu prælij initi ab Israele cum Philisti in, timebat admodum, ne Arcæ Domini quid infaustum accideret, & cùm vlulatum & lamenta ciuitatis ob improsperam pugnam audiens, quippe caligans oculis, quæsisset, quis clamor ille, & tumultus, audissétque è nuncio hęc: *Fugit*
1.Reg.4.v.17. *Israel coram Philistiim, & ruina magna facta est in populo, insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni, & Phinees, & arca Dei capta est; cùmque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsùm, iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.* Itaque ægriùs multo passus est Arcam Dei ab hostibus captam, quàm populi, quàm filiorum suorum interitum. Ergo ne Dei offensas iusti compellantur cernere, ab ipso Deo interdum auferontur. Denique ne malis, asperísque rebus oppressi Deum ipsi offendant, præfestinâ corporis dissolutione submouentur, & extra omnem aleam peccandi in tuto collocantur: quos omnes explicatus capit istud orationis incisum: *A facie malitiæ collectus est iustus*: quibus omnibus sensibus sese astruit sequens.

Vers. 2. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua.

22. PRophetæ votom: & verò prophetia: *Veniat pax*, &c. Hebr. *Ingredietur pacem*, seu, *in pacem*, statum pacificum, ab omni bello, tumultúque, ab omni casu aduerso remotum; *requiescat in cubili suo*. Eodem sensu: sumtâ translatione ab iis, qui post operas, laboréśque diurnos noctu se domom referuot, & in cubile quieturi recipiunt. Psal. 103. v. 23. *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad*

A *vesperam*, quo Psalmi loco describit Dauid spatia dierum, noctiomque à Deo hominibus, belluísque distributa, atque diurna data esse bestiis ad quiescendum, nocturna ad quærendam prædam: *Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsâ pertransibunt omnes bestiæ siluæ, catuli leonum* Ps.103.v.20
rugientes, vt rapiant, & quærant a Deo escam sibi. Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, ad quietem, qui totâ nocte sunt escâ quærendâ defatigati. At contrà *exibit homo ad opus suum*, orto sole, & feris ab agro submotis, *& ad operationem suam vsque ad vesperam*. Quà vesperâ subeunte homo admonetur repetendæ cessationis & vacationis ab opere, & labore, vt se referat in domum & in cubile: vbi quies & securitas.

B Hæc sunt cubilia tutissima, & quietissima, de 23.
quibus in Psalm.149. v.5. *Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis*: nunquam ampliùs laboraturi. Hinc sumta, ex Isaia loquam, videri possit solemnis illa precandi formula Ecclesiæ: fidelium animæ *per misericordiam Dei requiescant in pace*. & illa altera, *Pax viuis, requies defunctis*. L X X. *in pace erit sepultura eius*. Porrò defunctis quietem precari, vsitatum, ac propè solemne est omnibus gentibus. Iacére enim in sepulcro quid aliud est, nisi quiescere: vnde Samuel pythonissæ artibus excitatus & apparens Sauli (quæcumque fuerit illa excitatio & apparitio) certè 1.Reg.28.v.15. sic scribitur: *Dixit autem Samuel ad Saul: quare inquietasti me, vt suscitarer?* ergo mortuorum propria est admodum quies, illísque optabilis: oon secus ac operariis finis operis, præ solis ardore æstuantibus vmbræ, Iob 17.v.2. *Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui*: Quibus quies eo dulcior accidit, quo plus laboris & sudoris præcessit: ex quo efficitur, iustis in altero seculo noo posse non accidere requiem suauissimam ingeoti laborum Iliade functis.

D *Vers.* 3. Vos autem accedite huc filij auguratricis: semen adulteri, & fornicariæ.

INcipit inoectiua Prophetæ. Asperè appellat suos ciues, filios augoratricis, qoam Ierosolymam, vel Synagogam augorio, aliísque superstitiooibus deditam licet interpretari; quæ eadem de adolterio & fornicatione coarguitur, quòd idolis, vt paulo pòst, apertiùs, honorem deferret. Cor idolomania dicatur à sacris scriptoribus fornicatio, expositum est aliàs, cap.1.v.21. refer te istuc. Quòd verò ait;
E *Semen adulteri, & fornicariæ*, seruat tenorem traoslationis, ac si diceret: ex genere paterno, & ex genere materno ea macola tibi adhæsit, *Idolatra de padre y madre*: oon quòd in iis, quos Isaias increpat, patrem à matre distinguere possimus, qooad hoc vitium: sed quòd respiciat ad naturalem propagationem, ad quam requiritur vterque sexus.

Verſ. 4. Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? numquid non vos filij ſceleſti, & ſemen mendax?

24. QVia hæc videntur certam notare perſonam, cui Iudæi illuſerint, iccirco ſuſpicor adductos fuiſſe quos nominaui interpretes numero 1. ad exponendum de Chriſto Domino. Sed id non compellit, cùm aptè exponatur de Vatibus, quos à populo Iudaico ſolere lodi, irrideri, atque exagitari ex aliis ipſis Vatibus accipimus, & ex noſtro vidimus c. 28. v. 10.

Tametſi hæc duo: *ſuper quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis?* queant inflecti non ad ludibrium, ſed ad ſaltum, ad plauſum, ad cantum, quibus idola coli, & celebrari conſueuerunt, idque ſubſignificat Forerius: nam *luſiſtis* Hebr. eſt, ענג *hanac, oblectari*: tertium tamen verbum: *& eieciſtis linguam*, hunc ſenſum excludit, nam eſt linguam porrigere, & ex-
25. ſerere, qui eſt manifeſtus geſtus irridentis. Vnde, ſi minus lectori inſideat interpretatio de Vatibus, aliiſque viris bonis irriſis: licebit ei accipere de Deo ab idololatris ſubſannato: quatenus cultus omnis idolorum ſit ſanna & conuicium veri Dei, aut fortaſſis, inter luſus, cantúſque feſtiuos ſimulacris exhibitos, vt coniectat Forerius, in Deum probra & conuicia iaciebant. Vt enim Elias ex vero 3. Reg. 18. verſ. 27. *illudebat* Baal, & Prophetis eius: *Cúmque eſſet iam meridies, illudebat illis Elias dicens, clamate voce maiori, Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur.* Sic idolis addicti Deum verum, cùm falſum eſſe exiſtimaſſent, potuerunt irridere. Et quidem Gentiles contra Deum conuicia & blaſphemias effutiuiſſe cap. 36. verſ. 18. cap. 37. verſiculo 4. patuit. Et ille Iudæus qui in ciuitate Modin, patens edicto Antiochi *accepit in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram*, quem Mathathias tam impium facinus indignatus trucidauit ſuper aram, cum aliquo Dei conuicio ſacrificaſſe eſt credibile. (1. Mach. 2. v. 23.)

26. *Semen mendax.*] Degeneres, qui vocamini ſemen Abrahæ, & eo vocabulo gloriamini, & tantoperè ab eius moribus, & ſtudio deſciſcitis. Ille relictâ auitâ culturâ idolorum, ad Deum verum ex corde venerandum ſe tranſtulit, illíque vbique extruebat aram, vt quâcumque poſſet ratione loca varia ei ſacraret, & quoquo verſus eius cultum immitteret: vos Deo ſpreto, idolis paſſim altaria erigitis, illíſque vos & veſtra ſacratis. Huc ducunt inſequentes verſiculi.

Verſ. 5. Qui conſolamini in diis ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus, ſubter eminentes petras.

HÆc reuocarunt ſanctum Hieronymum, vt aſſereret conuenire temporibus Iſaiæ, quippe certò intelligeret temporibus Saluatoris aptari non poſſe. Nam quantumlibet maiores adoraſſent idola, iſta in poſteros eius criminis omnino expertes iactari non potuerunt. Quod ſi iſta ab eo ſæculo ſunt aliena ſuperiora, quæ eodem tenore dicuntur, ad idem non pertinuerint, quod initio capitis num. 1. docui.

27. *Qui conſolamini in diis.*] Peculiaris ratio loquendi: ſtudium accenſum ad idola veneranda ſignificans, quaſi triſtes & ægri eſſent animo abſtinentes ab idololatriâ. Aut queat eſſe ſarcaſmus, & comminatio, tanquam diceret: Accedite &c. qui conſolationem nunc habetis veſtram, & ponitis in diis: erit tempus, cùm vehementer dolebitis in iis fuiſſe vos oblectatos. Non abſimile quod Chriſtus Luc. 6. verſ. 24. dixit: *Veruntamen væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Nam extrema gaudij luctus occupabit.

28. Hoc citiùs approbo, quàm quod Hebræis, & eorum ſtudioſis inſedit, qui pro, *conſolamini*, ſupponunt *incaleſcitis*, ſuſpicati apud Vatem non eſſe verbū נחם *nacham*; quod eſt, *conſolari* ſed יחם *iacham* in voce paſſiuâ, quod eſt *incaleſcere*: & exponunt de calore fornicationis ſpiritualis. Nam hæc coniectura vt parum firma, à ſenſu licèt non diſtet hæc verſio, vtque enim modo voluptas mala exponitur & L X X. cum Latino interprete verbum *nacham*, i. conſolandi agnouerunt: & plus habet leporis, quia poſtea prædicitur huic conſolationi ſucceſſura deſolatio. Iidem ferè illi qui ad calorem Veneris verbum trahunt, nomen אלים *elim, quercus* interpretantur: ſed placet nobis magis noſtra lectio: quia ſequitur: *ſubter omne lignum frondoſum.* Vnde non benè cohæreret: ſacrificatis in quercubus ſubter omne lignum frondoſum: aptiſſimè verò habet, vt eſt in noſtrâ vulgatâ. Quamobrem ad cultum idolorum deligerentur loca amœna & florida, dixi ad c. 1. v. 29.

29. *Immolantes paruulos in torrentibus ſubter eminentes petras.* Filios à parentibus, quod horret animus cogitare, fuiſſe dæmoni mactatos non modò à Gentilibus, ſed etiam à Iudæis autoritas eſt diuina, Pſalm. 105. v. 35. *Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis. Et effuderunt ſanguinem innocentem: ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan.* Satis maturè, & ſeriò ſatis Deus cauerat, ne Iſrael ſe commiſceret Gentibus, ne earum ſcelera condiſceret. Nefandum ritum mactandi hoſtias humanas pluribus nationibus fuiſſe à Dæmone perſuaſum ſcimus: ac morem immolandi filios nonniſi apud popolos profligatæ humanitatis, & à Diabolo miſerrimè deceptos legimus.

30. Semel Deus filium parenti vt ſibi ſacrificaret, iniunxit, vitæ, necíſque Dominus, & tamen alacri parentis voluntate contentus ab opere abſtinere iuſſit. At Dæmon crudeliſſimus non Dominus, ſed tyrannus, non contentus victimis pecorum, & hominum, adiecit & perſuaſit parentibus, vt teneriſſimos & cariſſimos

simos filios pro victimis offerrent, & quam illis vitam generando attulerant, sacrificando auferrent: & quæ viscera impertiuerant, eadem suâ manu discerperent, execranda crudelitas, amórque & ardor incredibilis gratificandi Diis, qui amorem parentibus à naturâ tam altè impressum in filios, ita euelleret, & extingueret.

31. De modo immolandorum paruulorum est dissensio. Quidam enim aiunt fuisse igne combustos; Idque sumitur e lib. 4. Reg. 16. vers. 3. vbi de rege Achaz: *insuper & filium suum consecrauit, transferens per ignem, secundum idola Gentium.* Hoc idem scelus 2. Paralip. 28. vers. 3. sic narratur. *& lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium*: Hebr. יַבְעֵר *iabeher*, *combussit filios suos in igne*: ex quo loco, vbi alibi dicuntur traduxisse per ignem, vt Manasses 4. Reg. 21. versic. 6. intelligi debet fuisse non solùm ambustos, sed combustos, igne sacrificatos, & absumtos. Sed adhuc quæritur, quomodo id fieret. Alij enim, vt refert Genebrardus ad Psalm. 105. versic. 36. putant combustos fuisse post immolationem, hoc est, occisos igni fuisse traditos. Alij, viuos inclusos in concauitatem idoli, & in idolo, succenso igne crematos. Alij, traductos partim à parentibus, partim à sacrificulis inter duos rogos, donec incendio absumerentur. Ex his tribus modis primus non est consentaneus sanctæ Scripturæ narranti fuisse cõbustos a patribus: quod narratur vt quid horribilius: at cremari cadauera nihil habet horroris: & mos fuit aliquarum nationum, omnes mortuos cremare, & in cineres redigere. Secundus modus videtur fictus à Rabbinis, & minùs decens, scil. incendi idolum, quod colebatur pro Deo. iam deberet esse fictum è metallo, quod igni resisteret. Ergo tertius modus relinquitur probabilis, & verbo S. Scripturæ conueniens, *Traduxit eum per ignem*, vel *transferens per ignem.* Dixi de modo immolandi, sequitur locus.

32. *In torrentibus subter eminentes petras.*] *Torrentes* pro fluminibus fortasse scripti: nam flumina apud Ethnicos vel sponte, vel poëtarum fictione diuinitatem aliquam obtinuerunt. Sed non aduerto in codicibus sanctis, ad alia idolorum sacra, & sacrificia solere quæri flumina, sed lucos, nemora, loca frondosa & opaca. Deinde hoc loco non quilibet torrentes nominantur, sed additur, *subter eminentes petras*, id est, decurrentes in locis depressis, in vallibus, vbi pro crepidine sint petræ eminentes, sint scopuli, atque adeò torrentes ipsi sint valde rapidi, & ferantur præcipites, multúmque sonuri ac murmure mulso. Quam loci circumstantiam putarim spectare eò, vt puerorum vlulatus, & fletos inter immolandum, seu comburendum, parentum aures non verberaret, & animus non emolliret. Nam ad eundem finem tripudiari, & pulsari tympana moris fuisse nónulli sentiunt, de quo cap. 30. vers. 33. ad verbum *sopheth*: quæ est vallis, & credita est ab strepitu, qui sistris, & tympano fiebat, dum pueri mactarentur, accepisse vocabulum. Ergo Iudæi erant *immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras*, vt torrentium rapidorum strepitus obrueret ploratum paruulorum, quo audito non poterant non valde commoueri parentes.

Sed vt inde aliquid eluceremur; si parentes filios carissimos, hoc est, viscera sua (quibus nihil natura carius, aut dulcius) diis imaginariis, quos miserabiliter delusi Deos putant, vt iis gratificentur, sua manu trucidant: quantum erit, si Deo vero, vt ei placeamus, iudicium, voluntatemque nostram, etsi carissima pignora, per obedientiæ, & humilitatis, fideique sacrificium alacriter immolemus omnes Christiani; sed in primis religiosi, qui ad id faciendum votis sponte nuncupatis nos obligauimus? Ergo nos demum aliquando pudeat, nos minùs Deo, quàm dæmoni paganos obsequio impendere.

Vers. 6. In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamen, & obtulisti sacrificium. numquid super his non indignabor.

IRrisoria apparet oratio: peruersum iudicium delectúmque condemnans eorum hominum; qui suam consolationem, suam fœlicitatem in offerendo sacrificia idolis ad murmur torrentium collocarant. Et obseruandum est, vno & eodem verbo נחל *nachal*, significari hæreditatem adire & torrentem: vnde Hebraice est lepida annominatio: nam *pars tua, & sors tua* pro hæreditate ponitur: tanquam diceretur per ironiam: Præclara tibi obuenit hæreditas, cui in partibus torrentis tota est substantia tua: hæc sunt tua latifundia, quæ ares, vbi feras, vnde metas, & victites. 33.

Nonnulli pro *Partibus* substituunt *lapides leues*, qui in torrentibus concrescunt, & continuâ aquarum decurrentium alluuione deteruntur, & læuigantur: hos Hispani *guijarros* dicimus, qui nisi sternendis viis & plateis, vix vsui sunt vlli, atque adeò lapides sunt vilissimi, pedibusque ad conculcandum suppositi. Sed quomodolibet interpreteris, sententia non mutatur, quæ est; Deum rebus sordidissimis & despicatissimis posthabere.

Heu, quæ pars, & sors impiorum, quàm deerrant in eligendo, & sequendo! sic Sapient. 2. versiculo 9. *Quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors.* Vide quæ antè nominent. *Pars* respicit hæreditatem, quæ diuidebatur in partes pro numero filiorum. *Sors* iactum funiculorum, quibus ager diuidendus definiebatur. Vnde *pars & sors* pro omni genere bonorum quæ vndecumque obuenire possunt, siue a parentibus, siue à fortuna, sumuntur. At quam aliud Dauidis iudicium, & votum Psalmo 15. versiculo 5. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Cyrillus aliter accipit *Pars tua, hæc est, sors tua*: i. Tu in eadem mala deduceris: quæ aliis parasti, tibi obuenient: tu quoque mactaberis. Sed si sermo sit de mactatione propria in sacrificio, non conuenit: nam viri ætate adulti non mactabantur. Vnde illa prior expositio tenenda.

34. *Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium.*] Dubium quò referendum pronomen, *ipsis*; videtur referri ad proximum nomen, scilicet *partibus torrentis*, & ne quis existimet subintelligi præpositionem præcedentem, *in*, iunctam partibus: hoc pacto: *In partibus torrentis pars tua*, & in *ipsis effudisti libamen*: ne quis, inquam, hoc putet, aduioneo, Hebraicè esse, להם *lahem*, quæ locutio clarè demonstrat esse dandi casum, & esse ea, quibus honorandis libamen offertur. Vnde necesse est sentiri, aut loca illa fuisse culta, vt loca sacra, & diuinitate affecta: aut referri ad Deos, qui superius sunt positi: versic. 5. *Qui consolamini in Diis*, &c.

35. *Effudisti libamen.*] Seruatur proprietas, nam licèt *libare* sit verbum promiscuum, & commune rebus sacrificabilibus tam esculentis, quàm poculentis, cùm sit degustare, seu leuiter gustare, vndecumque ducat originem, siue à Libero, i. Bacho, quod non placet, siue à Græco λείβω, quod magis probo, nam libare Diis dapes dixit Liuius: & libare pomum, seu libatum ponere ante Deum dixit Tibullus: imò ad non esculenta transtulit Ouidius dicens: *Thura libare Diis*: Sed fortasse Poëta respexit naturam thuris, quod Græcè dicitur λίβανος, à verbo λείβω, seu λείβω, libo, hoc est, fundo, stillo, nam Plinius (Li. 11. c. 14. Dio. cor. l. 1. c. 82.) tradit esse guttas arboris stillantis. Sed vtcumque trahatur, vertetúrque notio verbi *libo*, at libamen videtur retinuisse genuinam significationem, vt sit oblatio rerum fusibilium, sed in primis vini: & verò verbum ipsum libare frequentiùs apud Latinos vsurpatur de poculis & poculentis in sacrificio, quàm de esculentis.

36. Quòd verò *libare*, sit sacrificare merum, seu quid aliud simile in honorem diuinum fundere, & sit etiam degustare, & quasi primori labio præcipere, (nam & à *labio* quidam putant dici libo) inde suspicor euenisse, quòd prisci solerent prægustare dapes, & pocula, quæ diis saltem aliquibus sacrificarent. Cùm enim constet, *libo* verbum esse sacrificale, idque ex communi vsu, & aliquando sit idem, quod præcipere eibum, vel potum, sanè inde ritus iste rectè coniicitur. Quare in coniecturam venio, id voluisse Tibullum lib. 1. Eleg. 1. cùm ait:

Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricola ponitur ante Deum.

37. Facit ergo natura & notio libaminis quod effunditur, & sacrificatur torrentibus ad castigandam, & irridendam insaniam eorum mortalium, qui alueo fluminis rapidissimi committerent libamina, & irrequietis lymphis meraeos latices immiscerent, illico non modò diluendos, & resoluendos, sed etiam ex oculis abripiendos: itaque habet salem, & acrimoniam, *& ipsis*, nimirum *torrentibus* incitatissimis, & plenissimis veluti numinibus *effudisti libamen*: scil. *super transeuntes aquas*, (Eccl. 11. v. 1.) quod nunquam reuertetur ad te: oblationem fluxam fluxiori Deo obtulisti. *Libamen* quoque appellari queat, sanguis paruulorum innocuus effusus, & torrentium aquis immixtus, i. sanguine humano litastis aquis, hoc est, eas contaminastis.

38. *Nunquid super his non indignabor.*] Epiphonema declarās rei indignitatem. Hoc plerique, imò omnes ferè capiunt. Arias tamen vult non esse Dei, aut Vatis sermonem, sed patris immolantis filium, vertitque ille ex Hebræo: *An consolationem accipiam*: quasi sibi ipse pater leniat dolorem, quærátque leuamen. Sed cumprimis hæc intelligentia aduersatur lectioni Latinæ, Græcæque L X X. Deinde id esset valde abruptum à filo sermonis, si interponeretur hæc parentis sacrificantis interrogatio, quæ neque superioribus, neque inferioribus potest hærere: nam illa omnia sunt verba Dei, aut Prophetæ. Denique hæc nota interrogationis, *Nunquid non?* cum verbo, *indignabor*, vel, *an* cum verbo, *accipiam consolationem*, excludit hanc interpretationem: vtroque enim modo respuitur æquanimitas, & facti patientia: nam, vt quantumuis molliter vertas; *An super his consolationem accipiam?* modus iste quærendi valet idem qui negandi, & pernegandi, animúmque obfirmatum indicat ad numquam acquiescendum, séque consolandum: vnde iis filiorum mactatoribus non conuenit, qui sponte immolabant: neque enim legimus eos necessitate adactos immolasse, imò è locis supra relatis colligimus, voluntarios fuisse filiorum suorum sacrificatores. Quod verò Arias pro suâ opinione (Num. 19. & num. 31) affert, non esse minora scelera sequentia, atque adeò non pro illis antecedentibus debuisse apponi hanc indignationis demonstrationē, non valet ad rem tuendam. Nam grauius est multo filios mactare dæmoni pro sacrificio, quàm quiduis aliud superstitiosum ex iis, quæ sequuntur. Præterea nihil obstat, quin hæc indignatio Dei respiciat anteriora, & posteriora. Adi Psal. 105. v. 40. vbi post detestabile facinus immolandi filios, Deus ita repræsentatur (Psl. 105 v. 40): *Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hereditatem suam.* Ergo iustius multo Deus irascitur contra prolicidas, quàm illi contra seipsos, qui nullo cogente prolem interimunt. Fuerunt qui studio boni publici ex errore tamen, mactarunt filios; hos gentilitas laudat; religio vera non excusat nisi ea parte, quatenus ignorantia minuit culpam, aut etiam cùm vinci non potest, auertit omnino. de Iepte immolante filiam alia est controuersia, quæ me non contingit.

Vers. 7. Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias.

39. TRanslationem continuat de fornicariâ & meretrice Ierosolymâ, seu Synagogâ, maximâ ex parte: & translationem aperit, cùm addit: *illuc ascendisti, vt immolares hostias*: ergo, *cubile*, est locus sacrificiorum, quia sacrificare est meretricari. Loca excelsa & montosa fuisse delecta ad sacrificandum idolis, tota Scriptura veteris Testamenti prodit, cuius delectus causa alibi redditur. Sed aptè, & eleganter hoc loco Isaias accusat fornicariam, quod *super montem excelsum & sublimem*, posuerit cubile suum. Solent etenim vel impudicæ admodum, & nullius frontis meretrices fornicaturæ vitare publicum, 40. & captare latibula. Peruulgatum est piam

S. Abra

S. Abrahami Eremitæ stratagema, qui cupiens recuperare neptem, quæ se prostituerat, dissimulato habitu eam adiit, quasi in speciem ad congressum inuitans; cùmque illa annueret, finxit bonus senex & pudicissimus, rem habendam in publico, quod cùm illa alioquin impudica auersaretur, causareturque clam debere coire, vbi nemo eos aspiceret, inde sumsit Eremita occasionem deprædicandi, Dei oculos vbique præsentissimos, ac reuerendos quammaxime quo iniecto terrore, à meretricio ad castissimam vitam fœminam reuocauit. Ergo profligatæ pudicitiæ fuerit, in loco publico, in oculis omnium cubile sternere ad fornicationem. Hæc impudentia tribuitur Israeli in fornicatione metaphoricâ, in adoratione idolorum, & in sacrificiorum detestabilium vsu. Itaque non clam, non in latebris, non in penetralibus tantùm, sed palam, publice, in locis celsissimis, & patentissimis, in oculis solis colebat idola, & fœdissima illis offerebat sacrificia. ita pudorem abiecerat. Oleaster putat alludi ad vitulum adoratum in monte Sinâ. sed non fuit adoratio, nisi in radicibus montis.

Vers. 8. Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta.

41. NOn contentus populus publicis & popularibus idolis, priuatim quisque in suis ædibus alia habebat, & venerabatur. Augost. 4. ciuit. ca. 8. tres Deos nomerat præpositos ostiis domorum custodiendis, Foreulum, Cardeam, Limentinum, foribus, cardini, limini. *Post ostium & retro postem* posuisti memoriale tuum: hoc variam habet interpretationem: Cyrillus: in valuis & postibus sculptas fuisse Deorum imagines, ne eorum memoria, & recordatio abiret: idque narrari Cyrillus affirmat, sed neque locum, neque autorem nominat. *Narrant*, inquit, *Israelem in eum errorem impegisse, vt pro foribus, & in postibus formas idolorum inciderint, vt ea introeuntes, & exeuntes è domo viderent, & sempiternâ memoriâ tenerent.* At si hoc inualuisset erratum, alibi fuisset reprehensum. Vero propius quod tradit S. Hieronymus hoc loco, de diis penatibus, laribúsve. Verba sancti Doctoris etsi sunt ad manû, describo: qui cùm docuisset, post fores domorum idola posuisse Iudæos, quos lares domesticos appellabant, addit: *Hoc errore, & pessima consuetudine vetustatis multarum prouinciarum vrbes laborant. Ipsaque Roma, orbis Domina in singulis insulis, domibusque tutela simulacrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem aduum isto appellant nomine: vt tam intrantes, quàm exeuntes domos suas, inoliti commoneantur erroris.*

42. De diis istis domesticis, qui multigeuia fortiti sunt vocabula, nam dicti sunt Topici, quasi locorum indigenæ, Custodes, Tutelares, Lares, Penates, & id genus alia, apud autores Ethnicos, præcipuè apud Poëtas plurima mentio. Vide Gyraldum in sua historiâ Deorum. Cùm verò Vares air, istiusmodi simulacra poni solere *post ostium, & retro postem*, quod idem est, vult dicere, fuisse Deos domesticos proprios diuersos ab illis aliis publicis & communibus, collocatos in excelsis, & in montibus, & alibi propositos omnibus: vt hâc varietate, & multitudine Deorum Isaias prodat pruritum Iudæorum in adoratione sacrilega.

Deinde, loci circumstantia eadem, *post ostium*, indicat idola fuisse in aditu domus, in vestibulo, seu in atrio, fuisse ad manum, speciem enim habet adagij certe apud Hispanos, *tras la puerta*, vbi introieris, id offendes. Simile quid Genes. 4. vers. 7. *Nonne si benè egeris, recipies: sin autem malè statim in foribus peccatum aderit?* Et vero eo fine, vt in oculos incurrerent introeuntium, vel exeuntium, imagines Deorum istic fuisse positas, ex hoc eodem loco iure ducimus, vbi idolum dicitur *Memoriale: Post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum*: Chald. *memoriale idolorum tuorum.* Neque erat, quod moderni aliqui quicquam in hac versione notarent, nam vt demus, posse reddi, odorem, seu suffitum, de quo dubitat Pagninus in suo thesauro, & acclinat in contrarium, cùm certum sit, esse quoque huius notionis nomen, cur à Vulgata, cur à LXX, cur à Chaldæo discedatur? Idque sensu parum fœlici?

Plus sanè habet gratiæ & sententiæ viuidæ, si sit quasi index illius quondam Dei præscripti Deuter. 6. vers. 8. *Et ligabis ea* (præcepta diuina) *quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostiis domus tuæ.* Hebr. *Hal me Zuzot.* i. super postes, ideus vocabulû quod hic. Itaque Deum, eiusque iussa posthabebat, post tergum reiecerat, & idola, ne posset obliuisci vnquam, habebat ob oculos. Facilius Dæmon illudit impio, vt ad interitum sibi seruire meminerit vbique: quàm fœliciùs Deus persuadet pio homini ad salutem, ne sui vspiam obliuiscatur, nam *prudentiores, &* diligentiores sunt *filij huius seculi*, & mancipia Diaboli *in generatione* suâ, hoc est, ad malum, quàm filij lucis, & famuli Dei in bonum, Luc. 16 v. 8. hæc est hoc loco contra Israelem grauis, & acris accusatio. Sequitur alia circumstantia non leuis. 43.

Quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum.] Vxorem elam marito fornicari, etsi malum facinus, & turpe, est tamen solitum: at iuxta maritum, id est insolitum, inauditum, & omni supplicio inexpiabile, quod tamen flagitium Deus ascribit Synagogæ, vt coniugi, quæ adultero, i. idolo se, iuxta Deum, discooperuerit, illudque susceperit. 44.

Iuxta me.] S. Hieronymus: quia in templo, vbi Deus habitabat, vt domi suæ, simulacrum Baal collocarant. Idola in templo fuisse posita certissimum. Ierem. 7. v. 30. *Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus, posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam.* Clarius, cap. 32. vers. 34. *Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollueret eam.* De Rege Manasse 4. Reg. 21. v. 4. sic: *Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus: in Ierusalem ponam nomen meum. Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini.* & vers. 7. *Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini.* Quæ cùm ita sint, meritò Deus conquiritur: *quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: adulterum* enim vocari Deum alienum, Deum falsum non est dubium.

45. Quàm impium verò sacrilegium fuerit, in A templo illo sacratissimo & augustissimo, vnico in illa Ecclesiâ, simulacra Deorum inanium cōstitui, per se non difficiliter intelligitur. (1.Reg.5.v.2.) Nam si Deus grauiter tulit Arcam sui fœderis inferri in fanum Dagon, & iuxta idolum statui; & idcirco idolum pronum iacuit in terra ante Arcam Domini: & cum eius cultores non satis Dei iram agnoscentes, iterum in locum suum restituissent, *inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Si non passus, inquam, est Deus in alieno B templo *iuxta se*, iuxta Arcam suam stare idolum, sed illud prosternit, illud detruncat: quam graue illi acciderit facile est coniectu, in suomet sanctissimo templo Deorum collocari, & statui simulacra, quæ si non deiecit etiam num, non ideo minor fuit ira: cum dilatio pœnæ soleat esse grauior pœna. Locari in templo imaginem huminis per antonomasiam, *Abominatio* dicitur Dan.9.vers.vlt. *Et erit in templo abominatio desolationis*: quem locum Christus iterat Mat. 24. vers. 15. *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto*: vt est communis expositio: aliter licèt viri egregie docti exponant. (Maldon. Arias.) Sed & hæc paucorum interpretatio nobis magis arrideret; C nam si homines prophanos, gentiles sci. *stare in loco sancto*, in templo Ierosolymitano, est simpliciter *abominatio*, quanto magis erit abominabile, in eodem loco idola collocari? Ergo iustissima est Dei querimonia, & accusatio, *iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum.*

46. Hoc ipsum Elias coarguit 3.Reg.18.vers.21. *Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si autem Baal, sequimini illum.* Et non respondit ei *populus verbum*. eo quòd hęc ratio omnem responsionem interceperit. quæ enim conuentio potest esse luci & tenebris? Deo & Belial. Itaque quamuis in templo veri D Dei simulacra Deorum inanium non ponantur, si tamen quis cultui Dei superstitionem & idololatriam admisceat, vt admiscuerunt etiam Samaritæ illi, qui ex Assyria translati & suos (4.Reg.17.v.28.) Deos patrios, & Deum Israelis simul colebant, in eos intorqueri potest: *iuxta me discooperuisti.*

47. Hæretici quoque hoc imitantur, qui sibi idola, i. falsa dogmata cudunt, & ea in templo locant, dum esse Dei placita mentiuntur. Et vt isti contra quos nunc agitur, aiebant se venerari Deum, & simulacra Deorum simul, cùm Deum ex animo non venerarentur, sed essent infideles, apostatæ, & hæretici. sic nostri temporis sectarij se in Christum credere, eius Euangelium suscipere simulant, cùm nihil minus præstent; E nam etsi aliqua fidei dogmata amplectuntur vnà cum suis erroribus, & vtraque in eodem quasi templo, & cubili impudentissimè reponunt, volui dicere; vtraque Scripturæ sanctæ, & Ecclesiæ ascribunt, quia tamen ea vera, quibus assentiuntur, non ideo confitentur, quòd Deus ea reuelet, non ex fide diuinâ credunt, sed quia ipsis libent; inde fit eos esse merè & omnino infideles, atque hæreticos, totius veræ religionis expertes: neque enim religio, fidésque diuina admittit partiarios, diuisósque cultores, qui alia eius decreta suscipiant, alia repudient:

A qui iuxta Numen, iuxta Christum, iuxta Euangelium, vt adulteræ se discooperiant Luthero, Caluino, Zuinglio, aliisque turpissimis, ac sordidissimis scortatoribus. Nemo enim potest duobus Dominis, inter se præcipue iam discrepantibus seruire. nulla mulier duobus simul nubere maritis: nedum vni iungi vt legitimo viro, & alteri vt adultero. Nam etsi Deus aliquando permisit suis cultoribus, vt vnus it plures duceret vxores: numquam tamen vni fœminæ, vt plures haberet maritos: vt ex hoc decoro naturæ eluceret, quàm esset absurdum, ac detestabile, vnam animam velle se variis diis, ac religiosis cultibus subiugare. Vnde B ducta est præsens metaphora, vt plebs Iudaica sese idolis quoque mancipans vocetur fornicaria, & Deus falsus vocetur adulter: locus, vbi idololatria fit, cubile, lectus. quare commodè succedit.

Dilatasti cubile tuum.] Vt caperet adulterum: thorum legitimum, ac maritalem impudicissime cum adultero communicasti. hoc si suscipimus, est explanatio & amplificatio superioris dicti. Sed arridet magis expositio Vatabli: cubile amplius fecisti, vt plures scortatores admitteres, id est, non vnum, aut alterum idolum accepisti, sed plurima. 48.

Et pepigisti cum eis fœdus.] Latinus doctè addidit *fœdus*, cum Hebr. sit: *excidisti cum eis*: sed C כָּרַת *charat*, caedere est fœdus: *contraxisti*, ait, veluti, cum viris legitimis, matrimonium, tabulas pactorum connubialium confecisti: me dimisso ad adulteros, vt ad maritos te transtulisti. Scitum est, matrimonium esse contractum, & intercedere pacta quædam inter virum & vxorem. de quibus multa cauentur iure ciuili. (Franc. Molinaus lib.3. de Pactis in matrimonio.) Alluditur etiam ad fœdus, quod Deus pepigerat cum Synagogâ, & ad sponsalia, quæ cum illâ inierat, atque fuisse eam fœdifragam, & cum Dei hostibus coniurasse.

Dilexisti stratum eorum manu apertâ.] Hæc *manus aperta*, quid claudat, aperiendum. Quidā D pro loco *manum* sumi putant, & quia Hebraicè, pro *aperta*, est חָזִית *chazit*, *vidisti*, sic explicant, & supplent: vbicumque vidisti idolum, illuc ad venerādum accurristi. sic Vatab. inclinat Arias, & Mariana. Si hoc placeret, aliter ipse subornarem: *Manu vidisti*, i. vbi fuit oculus ad videndum idolum, illico manus ad colendum: oculum secuta est manus, vt vara biuiam. quod non pugnat cum Latina lectione: *dilexisti stratum eorum manu apertâ*: vbi vidisti, dilexisti: vbi dilexisti, manum aperuisti, porrexisti ad adorandum, libandúmque. Venisti, vidisti, sacrificasti: pingitur egregiè libido & luxuria idololatrandi. 49.

Sed quia durius apparet; *manum* pro loco E supponi, & id Psalm.103. vers. 25. *hoc mare magnum & spaciosum manibus*, non probatur: cùm illic manus sint sinus, *braços de mar*, vel maris latitudo, & extensio, vt in homine brachia: satius existimo, vt hoc loco, vt aliàs, *manus* sumatur pro opere: & quia sermo & metaphora tota est de fœmina proiectę libidinis, & frontis perfrictæ, totius pudoris exsortis: *manu apertâ*, sit opere, & meretricio publico; quod si libeat ex Hebræo reddere: *manu visâ*: i. re visâ, non modò non incómmodat, sed explanat: *a ozos vistas*, in oculis Solis, vt solet loqui S. Scriptura, & verò de hac ipsa re agens 2.Reg.12.vers.11. cum Da- 50.

uide

vide Deus per Nathan *Tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo: & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu solis.* Quod quemadmodum euenerit, scribitur infra cap. 16. vers. 22. *Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui, coram vniuerso Israel.* Ergo *manus aperta*, seu visa, res est publica, & manifesta. Demus si vis, sit manus liberalis, porrecta, vt manus contracta, est auara; & potuit dici *visa*, quia cum aperitur, videtur: cùm contrahitur, quid habeat, non cernitur. vnde probe Latinus pro *visâ manu* substituit *manum apertam*, extentam. quæ liberalitas potest referri vel ad congressum cum idolis, vel ad munera illis oblata: quæ duo redeunt eodem.

51. Dilexisti stratum eorum manu apertâ, oneratâ muneribus & libaminibus: hoc est, ambiisti stratum non acceptis, sed datis muneribus, emisti magni cubile adulterorum, quod est perditæ prorsus pudicitiæ, & intemperantissimæ libidinis: cùm scortis, & prostibulis soleat dari merces operæ turpissimæ. Tua verò procacitas & lasciuia eò peruenit, vt congressum coëmeres donis largissimis (hoc est, & quidem non incongrue) *manu apertâ*: fulciturque versu proximo inferiori: *Misisti legatos tuos procul.*

Vers. 9. Et ornasti te Regi vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos.

52. Mundus muliebris, seu meretricius depingitur: est enim valde familiare meretricibus, vngere se, faciem comere, pingere, & vario, ac multiplici fuco simulare, aut dissimulare, quò amasios illiciant. At quia iste Rex, cui vt placeret, se Iudaica natio ornauit?

3 Reg. 11. v. 5. Cum Sāo. Hieronymo multi docent, esse idolum Ammonitarum Moloch, quod Hebraicè Rex, aut regnans dicitur. Alij volunt esse Reges Gentilium, præcipuè Assyriorum, quibus Israel afferebat munera, & è quorum regnis referebat idola, & sacra sacrilega. Vtrumque probabile; & plus probabilitatis est in posteriori. Nam mihi non succurrit idonea caussa, ob quam Israel obiurgetur se ornasse Moloch idolo potius, quàm aliis, quæ non minus cupide colebat. Et ob istam rationem *Regem* non accipio solius Assyriæ, sed singulare nomen in plurale verto, Regi, pro Regibus interpretans: vt cōplectar Assyrios, Ægyptios, Philistinos, aliósque omnes, e quibus exstitit illa colluuies idololatriæ, & superstitionis ab Israele susceptæ: quam crebrò S. volumina memorant, & condemnant.

53. Sed nisi pigeat lectorem insolitæ interpretationis amantem audire aliquid nouæ, hanc expendat coniecturam: subintelligi notam similitudinis vt alias non rarò: hanc, *Sicut ornasti te*, vt *Regi vnguento*: quam coniecturam promouet

P'salm. 10. vsus Orientalium populorum, apud quos sponsæ vxores, vocabantur Reginæ, & vt tales ornabantur, coronabantur: ac proinde, quod erat necessariò consequens, sponsi & viri in apparatu, ritúque nuptiali, pro Regibus habebantur. Ergo cum ait: *Ornasti te Regi*, seu, vt supplemus, sicut *Regi vnguento*, significat, se pro legitima & pudica spōsa, pro regina gessisse, cùm esset fornicaria, & adultera probrosa, & scortum infame: *Ornasti te regi: para casār con hes.* quod Hebraice commodius habet לַמֶּלֶךְ *lamelech.* vbi לְ *la*, est articulus proprius linguæ, respondens Hispano *Al*, vel præpositioni, *Para*: ornasti te non secus, ac si esses nuptura Regi. Maritus, adulter, aut amasius dici solet a blandienti fœmina, mi Rex. Ps. 44. v. 3

Quæ essent nupturæ Regibus, virísque principibus, eas solere prius curare cutem, se comere, & polire ea historia Esther intelligitur ca. 2. vers. 9. 12.

54. *Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos.*] *Mittere legatos procul*; auctoritatis est regiæ, inde firmatur superius, se ferre Reginam, & principem fœminam. Sed mittere ad quærendum maritum abhorret à communi more omnium gentium, & est probrosissimum, procos à fœmina subornari, & ambiri: de quo capit. 4. versicul. 1. vnde sequitur: *& humiliata es vsque ad inferos*: quod non modò capio de violatione & constupratione metaphorica. sed etiam propriè, eo quòd ingens dedecus & ignominiam contraxerit alienos Deos adeundo, & alienos ritus corrogando, religionem peregrinam asciscendo.

Vers. 10. In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti: Quiescam: vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti.

Qui simplicem, ac rectam viam, imò regiam ingreditur & peragit viam non laborat: at qui multiplici, & tortuosâ pererrat, valde lassescit. Laboriosa & confragosa est omnis via vitiorum, quantumlibet appareat plana & iucunda incipientibus: apparet quidem incautis & temerè adeuntibus, vt fallat. Nulli testes locupletiores, & fide digniores quàm experti, qui contra se dicunt testimonium sibi inutile, aliis profuturum. Sap. 5. vers. 6. *Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* Hæc damnati serò sapiunt: proficiendum est nobis eorū pœnitentiâ sterili. illecebrosa sunt vitia, non prima facies eorum sed finis debet attendi: è contrario viæ honestæ non initium: sed finis & meta consideranda. Habes rei typum: proiecta à Moyse virga vertitur in colubrum; iubet Deus ab eo apprehendi non à capite, sed à cauda, paret ille: redit statim ad formam virgæ valentissimæ, & miraculorum effectricis. Ergo virtus spectata procul terret, apparet coluber: apprehensa per caput, per initium, nocitura, certe incommodatura videtur: Sed si tenetur ex cauda, ex fine, id quod est, repræsentatur, & ostenditur, virtus, vis, robur ad multa præclara patranda. Vitium verò est monstrum illud Horatianum, capite pulchrum, caudâ turpissimum.

55. *Via virtutis facilis: vitiorum laboriosa*

Vitium initio iucundū, in fine triste: contrà virtus.

Exod. 4. v. 3. Virga Mosis est virtutis symbolum.

Horat. de arte Poetica.

---Atrum

Desinit in piscem mulier formosa supernè.

Quod

56. Quod si hæc descriptio cadit in omne peccatum, multo aptius in infidelitatis vitium: quo qui laborant, laboriosissime vbique viuunt, & multipliciter aberrant totius sanitatis expertes, longissimè eatotres à salute, euerso & effosso fundamento spiritualis ædificij, quod est fides. Vnde conuenienter iis, quæ præcedunt, hoc quod ait: *in multitudine via tua laborasti*, ad idolorum multiplicitatem est referendum, quorum cultus non poterat non esse laboriosus, operosus, sumtuosus, corpori, & animo permolestus. LXX. aliter dispungunt, nam superiori inciso: *humiliata es vsque ad inferos*, iungunt hoc: *in multitudine via tua*: dein inchoant: *laborasti, & non dixisti: quiescam*, &c. Ex quo liquet, *multitudinem via*, spectare ad studium adorandi multitudinem Deorum.

57. Nec est superflua particula, *Tua, via tua.* nam quæ separatim sunt nostra studia, & non cum Deo nobis communia, ea sunt vitiosa, & nobis laboriosa. cùm nos nostra sponte, nostri, nō Dei causâ rē agimus, frustra cū labore agimus; vbi verò Dei intercedit nomē, & autoritas, minorē laborē maior sequitur merces. Vt cuique promtum & verum sit dicere: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* (Luc.5. v. 5.) Per noctem laborāt quicumque cum peccato operantur, sed præsertim infideles, idolis dediti, hæretici, Iudæi, lucis fidei exsortes, qui si conuersi ad Christum addant: *in verbo autem tuo laxabo rete*: concludent momento *piscium multitudinem copiosam*: *labores manuum suarum manducabunt* (Ps.127. v. 2.), eruntque *beati, & bene* illis *erit*. Contrà, qui sibi lucra quærunt, qui suo ductu, & arbitratu laborant, *Contritio & infælicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt.* Psal. 13. post vers. 3.

58. *Non dixisti: quiescam.*] Contumacia, & obstinatio, gentium infidelium, & hæreticorum, iudicio suo fidentium, alieno ne Dei quidem; sanctorum eius, & Ecclesiæ vspiam acquiescentium. Malunt enim peruicaciter multiplicem viam suam deuiam insistere, & quotidie ab vno errore, ab vnâ hæresi in aliam deflectere *fluctuantes omni vento doctrinæ* circumacti, quàm viam vnam veram ac simplicem, qui est Christus, inire (Eph.4. v.14.): in quâ solâ viâ quiescitur: *qui enim hæsitat* in fide, qui hæreticus est, *similis est fluctui maris, qui à vento mouetur.* (Iacob.1. v.6.)

59. *Non dixisti: quiescam*: non statuisti quiescere, quod dupliciter potest explanari: altero modo: non statuisti quiescere à multitudine viæ tuæ, in quâ laborasti, noluisti desistere, pœnitere. ita Hieron. Cyril. Procop. & communiter L X X. *non dixisti; desinam*, seu *cessabo*. Chal. *non dixisti, conuertar.* Et est sensus cohærens, & translatio ea viâ desumta producitur. altero modo: non statuisti in verâ religione, & fide quiescere, cùm alibi quies esse nequeat.

Sunt quidem hæc duo connexa, ab errore discedere, & ad veritatem accedere: hæresim relinquere, & fidem amplecti: sed tamen qualis sit fructus veritatis agnitæ, verbo *quiescendi* clariùs signatur; sicuti quàm sit malum stipendium erroris suscepti, vocabolo *laborandi* ostenditur. Itaque oppositionem agnosco, in hunc modum: Tametsi multiplici & anfractuosâ viâ deerrans laborasti, ne experientiâ quidem eruditus, & castigatus de requie quærendâ, quæ in solâ & simplici veri Dei religione reperitur, vnquam cogitasti.

A Porrò si omnes hæretici, nostræ præsertim ætatis, vellent secum seriò reputare labores, angores, æstus, fluctus animi quos patiuntur, quamque sit inquies, & inconstans eorum iudicium in quauis hæresi, & secta quam videntur externè mordicus tenere, suámque ipsi conscientiam consulere, & ex eius admonitu testimonium dicere, sine dubio testificarentur se à finibus veritatis exsulare. At quamuis pauci id ingenuè confiteantur verbo, reipsâ multi produnt, dū passim ex vnis castris hæreticis ad alia hæretica transfugiunt, & interdum ad ea, quæ deseruere, incredibili inconstantiâ reuertuntur. imò & ipsi duces sectariorum, quæ heri pertinaciter procurant, hodie damnant, aliaque B substituunt, cras vtraque damnaturi. Quorum cuiuis dici potest: *In multitudine via tua*, sectæ tuæ, *laborasti, non dixisti: quiescam*, scil. à nouandis erroribus. 60.

61. Hebraizantes pro, *Quiescam*, ingerunt, *Desperatum est*: Sed non cogimur vbique eorum habere rationem; cùm à publicâ lectione discedunt, suámque priuatim curant. Verùm hæc lectio nostræ non officit: nam vbi desperatum esse creditur, quiescitur: vnde Latinus probè transtulit: Forerius tibi similem locum indicat Ierem. 2. vers. 25. vbi est idem verbum, & redditur: *desperaui.*

C *Vitam manus tua inuenisti, propterea non rogasti.*] Si liberet per ironiam accipere, quod libuit primùm Forerio, dein Ariæ, & Cornelio, facilis esset explicatus, quoad priorem partem: sed non libet, quia redditur difficilior posterioris. Nam, si damus, esse ironicum: *Vitam manus tua inuenisti*, id est, mortem tu tibi quæsiuisti; alterum; *propterea non rogasti*: non potest esse quoque irrisorium: non enim Deum nō rogandi est caussa idonea, incidisse in pestem, in aduersa: sed potiùs hæc vna solet esse caussa improbis adeundi & orandi Deum. *Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine.* Psalm. 82. vers. 17.

62. D Ergo si seriò, & citra iocum dicitur: *propterea non rogasti me*, caussa debuit antecedere vera & apta istius neglectus, quæ non potest esse, incidisse in mala, in ea, quæ aduersantur vitæ. Dicis. Damna intelligit non corporis, sed animi. nam quæ Israel putabat sibi esse bona, ea erant pestis animi. Sic Forerius exponit ironiam: si hoc ita est; igitur *Vitam manus inuenire* est, bona temporalia acquirere, hoc docent reliqui interpretes, neque vlla est necessaria ironia: & finit minimè interrupta oratio: *Vita* enim ponitur pro victu, pro rebus commodis ad vitam traducendam: quarum copia & lautitia generat Dei obliuionem: idque connectitur aptissimè sequentibus.

E

Vers. 11. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.

63. PRo quo solicita timuisti.] Sine notâ interrogationis videtur legisse Hieronymus & dispunxisse, nam *pro quo*, exponit, propterea, idem facit Haymo, Adamus: etsi non omnes eamdem

caussam

causſam aſſignat. Adamus, propterea quòd me neglexeris, alios multos cogeris timere. Haymo, quia collexiſti diuitias, pro eis tuendis ſolicita times. Hieronymus, quoniam opibus affluens me rogare noluiſti, times plurimos, cum ad me tibi non ſit aditus. Hæ & ſimiles expoſitiones nobis placere nequeunt, quia nituntur eo fundamento, quod non ſtat, ſcil. *Pro quo*, eſſe cauſſalem. nam ex Hebræo, & ex Græco codice conſtat, eſſe notam interrogationis, neque aliud eſſe poſſe, quod mirum eſt, non aduertiſſe Hieronymum: idque aut ſumunt aut diſertè docent reliqui expoſitores, quos citare ex nomine, non eſt neceſſe. Hebr. eſt ואתי *veetmi*, quod eſt, *Ecquem*, vel, *Ecquid timuiſti*? Græcè *τίνα εὐλαβηθεῖσα*, &c. i. *ecquem verita*, &c. nam vt Latinè, *Ecquis, ecquem*, ſemper eſt interrogantis, ſic Græcò *τίς, τίνα* poſitum initio orationis. Et ſignum interrogationis habent iam recentiora & emendatiora exemplaria. Vnde cum hac diſpunctione exponi debet.

64. *Quem ſolicita timuiſti*, &c. Solicita in Hebræo eſt verbum eiuſdem ferè notionis quod *timere*. itaque ſenſus in communi eſt, quærere è plebe Iudaicâ, quem timuerit, cùm Deum neque ſit reuerita, neque recordata. Quæ rogatio poſſit attinere eò, vt demonſtretur, eam nullius habuiſſe timorem, aut reuerentiam. Vel eò, vt arguatur, Deo neglecto, timuiſſe inania ſimulacra. Vtrique cùm vnam ab altero parum diſtet, aſſentior. Quòd verò Deus increpat: *quia mentita es, & mei non es recordata*: ſimulatæ religionis, & hypocriſis eſt, peccatum nationi illi inolitum: quo de cap. 19. verſ. 13. *labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt a me*. & ſup. verſ. 8. *iuxta me diſcooperuiſti*. num. 47. vbi oſtenditur fictè Deum coli ab eo, qui vnà cum Deo ſimulacra colit gentilitia.

65. *Neque cogitaſti in corde tuo: quia ego tacens, & quaſi non videns.*] Dei patientia & longanimitas in ferendis peccatoribus, & prolatando ſupplicio, multis ignaris æſtimandi diuina conſilia fuit occaſio labendi. Ro. 2. v. 4. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quòd patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?* Ob hunc finē Deus ſæpe ſe gerit erga peccatores *tacens, & quaſi non videns*: vt ipſi dolēdo peccata deleant, Deóque eximāt obligationem vlciſcēdi. Sap. 11. v. 24. *Diſſimulans peccata hominū propter pœnitentiam*, Græce *παρορᾷς, non vides, propter pœnitentiā*, poteſt trahi ad cauſam efficientē meritoriam, & ad finem; & hæc poſterior eſt Græco conformior, *εἰς μετάνοιαν ad pœnitentiā*, vt detur tempus & occaſio pœnitendi. ergo homines beneficio abutuntur, & vnde reſipiſcere & meliores effici deberent, deteriores euadunt, medicinam vertentes in venenum.

66. Alterum Dei conſilium in tolerandis impiis eſt, vt piis benè conſulat. Vide parabolam Euāgelicam de zizaniis: quæ ſinuntur creſcere vſque ad meſſem, ne ſi ante euellantur, fortè cum illis eradicetur & triticum. Tertium Dei propoſitum in differenda malorum vltione, eſt, quod adnotauit San. Auguſtinus vt per malos exerceat, & proueheat bonos.

67. Quod diuinæ prouidentiæ ſapientiſſima & elementiſſima conſilia ſi improbi aſſequerētur: cùm Deus tacet, conniuet, & quaſi non videt eorum improbitatem, non inde occaſionem elicerent ampliùs peccandi, ſed reſipiſcendi: & non obliuiſcerentur Dei, ſed eum commendatione clementiæ, & ſapientiæ ſingularis, eius vbique recordarentur.

68. Hebræa charta habet: *An non ego tacens & ab olim? & me non timuiſti?* Tanquam ratio inducetur, ob quam Iſrael Deum non timuerit, nimirum, quòd eius ſcelera vlciſci diſtulerit. Latinus interpres ſenſum non variauit cùm reddidit: *& mei oblita es*: nam qui Deum non timet, eius obliuiſcitur: ex qua Dei obliuione, & neglectu, ac diuini timoris abiectione naſcūtur omnia genera malorum, & flagitiorum. vt enim timor Domini initium eſt ſapientiæ, radix iuſtitiæ, & ſanctitatis: ſic eius expolſio origo eſt cunctorum ſcelerum. Quid enim non audeat, qui Deum non metuit? Pſalm. 35. ver. 2. *Dixit iniuſtus in corde ſuo, vt delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos eius*. Non habet Deum ob oculos, perinde, ac Dei oblitus eſt. Quantorum, qualiúmque commodorum fons ſit iugis & pia Dei memoria, ſi eſſet dicendum fusè, implerentur plures paginæ, nec neceſſariò dictum fuit aliquid ea occaſione cap. 5. v. 12. cap. 17. verſ. 10. vbi, *Quia oblita es Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata*. Sępe enim Deus opprobrat populo ſuo hanc obliuionem, ingratiſſimi animi indicem, & ei euenientium damnorum ſcaturiginem.

Verſ. 12. Ego annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

69. LXX. HEbr. *& opera tua, & non proderunt tibi*. Græcè: *quæ non proderunt tibi*. Sed non eſt hæc ſola diſcrepantia, ſed alia maior in Græca editione, quæ exhibet: *Et ego annunciabo iuſtitiam meam, & mala tua, quæ non proderunt tibi, cum clamaueris, liberent te in tribulatione tua*. Ita exhibet Procopij textus, & Cyrilli. At Hieronymus in tranſlatione LXX. *iuſtitiam tuam*, habet, nec in commentario quicquam adnotat, quod ſolet facere, cùm Græca diſcrepant. Liber Complutenſis, *iuſtitiam tuam*, etiam legit.

70. Leo Caſtrius, cuius inſtituti videbatur eſſe propria hæc diſceptatio, hoc loco mutus eſt: & certe, Cyrillum, & Procopium facilè videre licuit, & diſſidium aduertere. Cæterùm cùm Hebræa habeant; *iuſtitiam tuam*, neque facilè potuerint corrumpi, & *tuam*, verti *in meam*, vt patet ex diuerſitate affixorum: & præter allegatam autoritatem, Vaticana exemplaria Xiſtina repræſentent lectionem Latinam, hæc fuerit retinenda, & menda quæ eſt apud Cyrillum & Procopium, emendanda.

71. Ergo, cùm Deus ait: *Ego annunciabo iuſtitiam tuam*: manifeſta eſt ironia, quam omnes adnotant, videtúrque reſpondere, ac diluere ſuperiùs: *Quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es*: ſiue; *me non es verita*. perinde ac diceret: ego qui tibi videbar aliquando nō videre quid ageres, annunciabo, & traducam non ſolùm quid egeris, ſed & quid cogitaris: & quæ apparebat eſſe iuſtitia, cùm me coleres, cùm mihi ſacrificares, oſtendam, quia corruptâ ex mente hæc opera procederent, fuiſſe impia facinora: itaque idcirco puto, dici *Iuſtitiam*, quia ex obiecto eſſent opera iuſta, & pia, imo imperata, niſi ex parte ſubiecti, ex affectu fuiſſent vitiata, ſuprà cap. 1. verſ. 13. *Incenſum abominatio eſt mihi*.

Quo

Quo pacto intelligi Psalm. 74. verſ. 2. *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*, quamobrem non poſſit, nihil video.

72. Quod ſi ea, quæ apparebant, eſſe rectè facta, tibi non vſui non fuerunt, ſed detrimento, *opera tua*, ex te, & tuo arbitratu detertimo ſuſcepta, L X X. *κακά σου*, mala tua, ſacrilegia tua quomodo prodeſſe poterunt? Allegare licebit ea apud Deos, in quorum honorem impendiſti, vt tibi vicem reddant, vt opitulentur. hoc quoque videtur infrà poſitis.

Verſ. 13. Cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura: Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem ſanctum meum.

73. QVàm infida & infirma ſint alia omnia præſidia & auxilia præterquam diuina, hæc oratio exprimit. *Congregati tui* aliis autoribus ſunt dij Gentium quos Iſrael adorabat confidens ſibi fore auxiliares in bello, & in quouis alio periculo. Aliis ſunt copiæ Regum quibus ſe ſociauerant, eodem conſilio. Aliis denique vtrique & Dij, & ſocij. Prima ſententia, quæ eſt plurium, eſt quoque propior vero: quoniam Vates, ſeu Deus per Vatem totus eſt in coarguenda ſtultitia idololatriæ; & alibi cùm vult oſtendere idolorum vanitatem, per ludum mittit Iſraelem ad ea petitum auxilium. Ierem. 2. verſ. 26. *Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & Reges eorum, & principes, & ſacerdotes, & Prophetæ eorum dicentes ligno, pater meus es tu: & lapidi, tu me genuiſti. Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicent: ſurge, & libera nos. Vbi ſunt dij tui, quos feciſti? ſurgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: Secùndum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda.* i. tot dij, quot ciuitates. Vides Deorum colluuiem; hoc vocat congregatos, collectos è variis nationibus: quia vt S Leo de Romà, magnam credebat religionem, ſi nullam reſpueret falſitatem, & ſuperſtitionem.

74. Cùm ergo Iſrael idcirco congregaret idola, & Deos a diuerſis populis aſciſceret, vt inde ſibi pararet auxilium, cum ſale, ſed acriter vrenti mittitur in tẽpore neceſſitatis ad ſuos Deos. Deuter. 32. verſ. 37. *Vbi ſunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Surgant, & opi ulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.* Quibus quàm ſimillimum eſt: *Cùm clamaueris, liberent te congregati tui: & omnes eos auferet ventus, & tollet aura.*

Quod irridetur & carpitur in his, qui nituntur idolis, poteſt portione pro quâdam irrideri, & carpi in illis, qui confidunt argento, & auro, qui diuitias adorant, qui in hominibus etiã ſpem ſuam collocant: nam hæc omnia conſilia & auxilia, Deo omiſſo, *auferet ventus, & tollet aura*: ſunt enim hæc omnia humana adiumenta, niſi Deo poriſſimum innitantur, inſtar fumi, qui quo altiùs attollitur, citiùs euaneſcit: quare iure illuditur is, qui cùm poſſit Deo fidere, rebus tam fugacibus ſpes ſuas alligat.

A *Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem ſanctum meum.*] Componit, opponítque inter ſe confidentes idolis; 75. & confidentes Deo cúmque de prioribus antea dixiſſet, quàm vanæ eſſent ſpes eorum: nunc de poſterioribus enunciat, quàm ſolidè ſit remuneranda illorum fiducia.

Promiſſio hæc, ſi cœptum expoſitionis curſum tenere volumus, Iudæis fit: nam principio capitis ſtatuimus, hic Iſaiam agere cum ſuis gentilibus non tam vt Prophetam, quàm vt concionatorem, & Doctorem, qui ſuadeat virtutes, & vitia inſectetur. Vnde bonis Iſ-
B raelitis, qui vanitate Deorum ſpretâ, ſibi vni fiderent, Deus promittit bona temporalia, hæreditatem terræ maioribus promiſſæ, & poſſeſſionem montis ſancti Sion, hoc eſt, habitationem pacatam Ieruſalem; vel continuandam: vel ſi inde pulſi eſſent, reſtituendam. Neque ab inſtituto diſſilit, ſi per nomina terræ, & montis ſancti poſſeſſionem Deus etiam ſpondeat terræ viuentium, & montis ſanctiſſimi, hoc eſt, cœleſtis gloriæ inamiſſibilem hæreditatem. Nam Iudaico populo, etſi plerunque promittuntur bona temporalia, tamen ſæpe & æterna.

C *Verſ.* 14. Et dicam: Viam facite, præbete iter, declinate de ſemita, auferte offendicula de via populi mei.

VIdeo Cyrillum, Hieronymum, Adamum, Ariam, & alios ad Euangelium acclinare hoc loco: ſed video etiam Foreriium, Sanct. Thomam, Hugonem, Vatablum, Marianam, Pintum ſentire, hæc de plebe Iudaicâ dici, ſeu communiter doceri, amatoribus virtutis, eius viam eſſe expedienam: denique aduerto, alios exiſtimare, agi cum Iudæis, & proſpici euentum Euangelicum, quo res cumulatius ſit præſtita: ſic noſtri Sancius, & Cornelius. 76.

D Et quidem, ſi de ſenſu typico agitur, quis repugnet, poſſe ad tempora & euenta Euangelica traduci? Sin de ſenſu litterali, & proximo quæritur, acoluthia reſiſtit. Vnde Rupertus profeſſus in illo ſuo huius Prophetæ commentario non inſtituiſſe continenter exponere omnia eius ſcripta, ſed ſeligere quæ pertinent ad Chriſtum & ad Euangelium, ab hoc loco tranſit ad capit. 60. affirmans iis interiectis capitibus contineri præmia bonorum, & pœnas, minâſque malorũ. itaque huic autori auido alioquin rerum Euangelicarum nihil tale affulſit in hoc loco, & in ſequentibus: quare
E mirari nemo debebit, ſi interpres litteralem in primis ſententiam peruestigans cum Ruperto conſentiat.

77. Ergo cùm Deus hæc profert: *Viam facite*, &c. facilem, planam & expeditam viam promittit generatim ſuæ opi fidentibus. Eſt enim redditio rationis & confirmatio eius, quod promiſerat: *Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram*; eam ego *dicam*, ego iubebo expediri viam, & aditum apparari. Aut particulatim exulibus pollicetur reditum facilem è Babyloniâ, quod ſcio placere pluribus: ſed ego cum paucioribus ſentio, quo latior ſit vtilitas, de facilitate & ſuauitate honeſtæ vitæ libentiùs expo

exposuerim; via enim quæ ducit ad [illegible] tem & ad [illegible] est asper[illegible] & [illegible] vtruque [illegible] à [illegible], in qu[illegible] angusta, [illegible] pla[illegible] nit[illegible] modo ardua, modo æquabilis: *iugum suaue, onus leue*, quæ non sunt, etsi superficie tenus, apparent dura. Sol[illegible] multi e[illegible] p[illegible]ibus qua[illegible], sed [illegible] S. Hier[illegible] mus[illegible] *peram nobis & insuauem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo, quæ si in alteram partem transferatur, inuenietur semita assidua laus*. Ergo nostro vitio virtus est ingrata [illegible] iucunda, & Deo [illegible] & offendicula submouente, iucundi[illegible] & facil[illegible]. Suprà vers. 10. *in multitudine viæ tuæ laborasti*: illi impiorum viæ laboriosissimæ opponit piorum, Deique sequentium viam expeditam, stratam, complanatam, & lætabilem. Consule istic num. 51.

78. *Viam facite, præbete iter*. Hebr. sternere, complanate, ex more præmuniendi vicis, & itinera principibus venturis. *Declinate de semita*: scimus solere præcedere Magistratibus lictores, aut satellites, qui submoueant turbas: & ex vrbanitate, minores maioribus de via decedere. Itaque his & talibus aliis locutionibus docetur, nullum fore iustis hominibus impedimentum, nullum offendiculum in progressu pietatis & sanctitatis, si sincere Deum colant, illique confidant.

Vers. 15. Quia hæc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito, & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum.

79. HÆc magnifica epitheta, quæ Deus hoc loco sibi induit, possunt spectare ad duos fines: alterum, vt nemo dubitet de promisso superiori. Consueuit enim Deus, cùm maiora bona promisit, illico sibi autoritatem parare, quo minor sit occasio diffidentiæ. alter finis potuit proponi, vt nimirum quàm idola & inania Deorum simulacra, ac ementita gentilium numina indigna sunt adoratione, tam dignus omni cultu Deus existimaretur, *excelsus, & sublimis, habitans æternitatem*: cum contrà dij aut sint Dæmones, inferis ac tartareis tenebris, atque cineratibus ob superbiam addicti: aut fuerint homunciones superbissimi, & sordidissimi.

80. *Excelsus, & sublimis*.] Attingitur Dei natura, duratio, & habitatio, ac denique studium, & quasi mos. hæc, *Excelsus & sublimis*, naturam referunt. *habitans æternitatem*, ad durationem pertinet: *in excelso & sancto habitans*, sedem Maiestatis diuinæ describit: *& viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum*, Dei quasi genium & institutum exprimit.

81. Dei Maiestas, & substantia non modò reliquis substantiis quantumlibet nobilibus nobilior, & maior, sed etiam ab omni alia natura [illegible] ac [illegible] dat ad nostrum captum exponit his vocibus *Excelsus, & sublimis*, i. tam altus, tam eleuatus, vt in Hebræo [illegible], vt est in se, mens nulla se ip[illegible] est ei tam supremilla & [illegible] natura omni intellectu creato supe[illegible] immensam. Vnde vere Theologorum [illegible] vix [illegible] decernit, [illegible] non posse [illegible] intelligentiam, cui [illegible] Deum in se cognoscere. De hac Dei [illegible] & incomprehensa vide Ecclesiast. c. quadragesimotertio, versiculo [illegible]gesimo, vsque ad finem capitis.

Ex qua naturâ infinitâ, improductâ, quippe quæ sit ex seipsa subsistens, non aliunde procedens, consequitur, vt sit immutabilis, ac proinde æterna, sine initio, & sine fine durationis, & æui: *habitans æternitatem*, Hebr. שכן עד *soquen had*, i. *habitans amplius*, i. perpetuò; semper, in sæcula sæculorum. Vnde neque Dei substantia & natura, neque subsistendi protensio [illegible] potest circumscribi similibus. Cui tam excelsæ, tamque incircumscriptæ Maiestati, locus licèt nullus queat adæquari, si qua tamen assignanda sit sedes, solúmve, in excelso cœlorum assignetur, est decens: & ita fit: *& sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans*: *Nomen* pro maiestate. 82.

Cur autem Deus, qui est æquè vbique definitiue, non circumscriptiuè, cùm sit immensus, perhibetur potius esse in cœlo, quam alibi, quærat lector suo loco, ad caput 66. versiculo 1. *Hæc dicit Dominus: cœlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum*, interim ex hoc loco condiscat, celsissimæ naturæ celsissimum debere attribui locum. 83.

Qua tantâ Dei excelsitate abusi quidam animum induxerunt, à Deo res humanas, & inferiores non curari: hinc illa stulta & impia vox: *Nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat*. Iob. 22. versiculo 14. & ante: *Nubes latibulum eius*: Tribuit Eliphaz hanc impietatem ipsi Iobo, à qua longissime sanctissimus & sapientissimus vir aberat, fuit tamen multorum Philosophorum, aliquorum ex capite assignato, quod crederent dedecere tam excelsam maiestatem hisce rebus inferioribus cogitationem & curam impendere: perinde Deus rebus humanis, mundauísque regendis distraheretur. Sed sunt viri alioquin ingeniosi, in hac re peruersè philosophati. Nam in primis supremam illam & infinitam mentem nihil poterat latere ex his quæ sunt, & fiunt vbique. deinde res humanas Deo esse notas, & ab eo negligi multo magis dedeceret, si fieri posset: sin eas administret, debere esse irrequietum, aut solicitum, ac proinde de eius fœlicitate detractum iri, qui ita iudicat de Dei maiestate, & excelsitate, malignè iudicat, ac proinde ex ea excellentiâ moueri non debuit, vt eâ subtraheret rerum humanarum prouisionem. Sed contra hunc errorem aliis locis disserui. Quo ne quis implicaretur audiens Dei altitudinem, & excellentiam, addit ipse Deus, & aperit suum ingenium. 84. Prouidentia Deo unde negetur.

Et cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum.] Tanquam Deus occurrat cogitationi, & occasioni 85.

modò dicti erroris: *Excelsus, & sublimis, habitans aeternitatem, & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans*, est etiã *cum contrito & humili spiritu*: hanc enim vim habet particula, &, *cum, & cum contrito*, &c. quæ resonat & iungit participium præcedens hoc modo: *in excelso, & in sancto habitans, &* enim habitans *cum contrito & humili spiritu*, perinde diceret. quamuis habitet in excelso, non desinit habitare in humili spiritu: nedum enim negligit. Asseritur ergo Dei cura rerum humanarum, sed præcipuè animarum humilium. Quod cœlestis Numinis ingenium alibi non semel traditur. Psalm. 112. versiculo 4. *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius. Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra? Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem.*

Deus [illegible] humilium.

86. *Quis sicut Dominus?* Admiratio, vt rei abditæ: illud verò: *qui in altis habitat*, &c. liber originalis nobis ad rem commodè porrigit: *Exaltans se ad habitandum, humilians se ad videndum in cœlis, & in terra*, quæ voces postremæ distribui possunt ita: *exaltans se ad habitandum in cœlis: humilians se*, & dimittens se *ad videndum in terra.* Neque enim altitudo est impedimento, quominus humana, ima, & infima prospiciat; neque horum prospectio; & procuratio, quominus sublimius sedeat, & excelsus. Sed & amplectamur Græcam & Latinam editionem, & humilia in cœlo & in terra, quæ Deus respicit lætioribus oculis, exponamus cum plerisque autoribus Angelos & homines humiles: nam superbos Angelos de cœlo, & superbos homines de paradiso deiecit. Prou. 3. versiculo 34. *Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam*, mansuetis Hebr. humilibus: vnde per *illusores* intelligit superbos: nam istinc sumserunt Apostoli Petrus & Iacobus illud axioma: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, 1. Petr. 5. versiculo 5. & Iacob. 4. versiculo 6.

87. Cur Deus infinitè altus & excelsus tantopere oblectetur humilibus & abiectis, disquiri possit, nam vt similes quisque naturâ diligit, & appetit, sic dissimiles refugit: vnde ab humilibus videri queat alienior.

Ad istam quæstionẽ liceret in primis respondere admirando & suspiciendo Dei propositum, & iudicium: & non sine lectissimi autoris exemplo, Christus enim D. Matth. 11. versiculo 25. cùm hoc Dei institutum expressisset, illis verbis: *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ; quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*: ad afferendam rationem huius delectus eùm accedit: *Ita pater*, inquit, *quoniam sic fuit placitum ante te. ita* Græcè, *ναὶ, certè*: asserentis, & insistentis particula, & quasi sistentis vlteriorem inquisitionem.

88. Sed quoniam quæ Deo placent, cum ratione, & decoro iunguntur quammaximè, nihilo quærendum minus, sobriè tamen, & humiliter, cur Deo adeò arrideant humiles, & contriti spiritu, vt cum eis & in eis, ferè vt *in excelso, & in sancto* habitare ipsemet hic profiteatur? Dicam paucis quod sentio, quódque dici posset plurimis. Humilis dum de se abiectissimè iudicat; se nihil æstimat, se ipse quasi euacuat, a se discedit, ad nihilum illud, vnde exstitit, se ipse redigit; ex quo fit, vt ad Deum, ex quo processit, se humiliando reducat, cumque creatura in Deo sit creatrix [illegible], quoad naturam [illegible] quoad mo[illegible] gen ere moris, vt loquimur [illegible], mens quæ per sinceram humilitatem ex[illegible] seipsam, & omnino vacuefecit, intimè Deo coniungitur, & valde a[illegible], et euadit similis. vnde haud mirum si sit eidem maximè cara, & amabilis: nam nihil est appensius suis similium quam natura diuina. Adi etiam capit. 40. numer. 361. 367.

Hinc potes agnoscere seriem orationis; suprà promisit Deus habitationem terræ, & mõtis sancti possessionem habentibus fiduciam sui: versiculo 13. nunc ostendit, vnde nascatur hæc fiducia, nempe ex humilitate: qui enim sibi omnino diffidit, Deo vni confidit: tali diffidenti, & confidenti promittit non solum habitationem dictam; sed etiam eum à se vti cœlum quoddam excelsum & sanctum fore inhabitandum. Humilis enim & iacet, & est sublimis: quà se introspicit, sibique diffidit, eatenus iacet, & abiectè cogitat: quà verò Deum suspicit, illique innititur, erigitur, cœlóque altitudine animi coæquatur, non enim magnanimitas cum humilitate pugnat, imò conspirat, & quo quis est humilior, eo est altior animo, & ad ardua aggredienda habilior, & promtior, non suas, sed Dei vires & præsidia considerans, sic ipse interpretor, & necto ista: *habitans & cum contrito, & humili spiritu*: qui in speciem appatet prorsus inutilis, & abiectus: *vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum*, vt eis vitam, vires, robur, animositatem, sensusque viuidos, ac vegetos infundat. LXX. *Pusillanimis dans μακροθυμίαν, longanimitatem.* 89.

Vers. 16. Non enim in sempiternum litigabo, neque vsque in finem irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.

Non me mea natura ducit ad irascendum, & vlciscendum, ad perdendum: cùm enim sim autor vitæ, non possum velle mortem & interitum peccatoris, sed potiùs, vt conteratur, vt se humiliet, vt conuertatur, & viuat. 90.

Hic locus tam variè exponitur, vt varietas interturbet, & obstrepat, quare non omnium modorum exponendi rationem habere volui, sed eorum, quos aptiores, & veriores iudicaui. Prior pars periodi clara est: solùm dubitatur, an causalis illa, *enim, Non enim in æternum litigabo*, referenda sit ad superiora: quasi ideo Deus sit a litibus & ab ira cessaturus, quòd hominibus humilibus, atque contritis sit incessurus, eorúmque spiritum viuificaturus: an verò referenda sit ad inferiora: *quia spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam*: sed hæc differentia tanti non est: vtroris modo, aut etiam vtroque perbenè construitur.

Deum positurum iras, ad incarnationis, & reconciliationis sacramentũ Atias reuocat sensu litterali, Sanctius mystico: quoad hunc non contradico. Verius tamen existimo in cõmuni agi de irâ Dei in peccatores, quam Deus non cupit 91.

... sse immortalem, sed cùm eam ... nostis ... ob eamque causam pœnitentiam suadet, & immittit.

Quia spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam.] Non desunt tam ex veteribus, quam ex recentioribus qui in *spiritu* Spiritum sanctum procedentem a Patre,& Filio agnoscant. Tertul. de Anima,cap.11. Hieron ... videtur hoc etiam admittere. Sequitur Haymo, Arias, Leo Castrius, Didacus Aluarez.

92. Hæc sententia non cohæret: primo, quia spiritus, & flatus similia sunt significatione hoc loco: sicut illa alia duo præcedentia: *Non litigabo, non irascar*: at si spiritus, est Spiritus sanctus, non occurrit quid possit esse, *flatus ego faciam*:quod consonet quidem. Deinde quorsum nunc processio Spiritus Sancti? Quis est qui dicit a facie sua egredi? Pater an Filius? Oratio enim superior, & inferior, quæ tota vincta est, non habet cur vni magis quam alij personę Trinitatis attribui debeat,sed ipsi Deo secundum se est communis. Denique cum animaduertam, Sanctos olim Doctores Athanasium, Basilium, Hilarium, aliósque perdiligenter quærere & diuinis codicibus testimonia ad asserendam & vindicandam Spiritus Sancti diuinitatem contra hæreticos, & alia colligere non satis certa, & perspicua, ab hoc tamen ... tinere, inde sumo eis nihil alluxisse hoc loco, quod Spiritui sancto posset accommodari.

93. Hieron. S. Hieronymus cùm suam exposuisset sententiam de anima humanâ addidit: *Alij autem Spiritum sanctum intelligunt*, cumque retulisset alia loca, ab illis, credo, autoribus allata,vbi Spiritus S. fit mentio, finit: *hoc solum dicimus, quod idem Propheta de hoc spiritu & flatu pariter sit locutus: Qui dat flatum populo suo, qui est super eam,& spiritum his,qui calcant eam*. Itaque quod attinet ad hunc locum, relinquit in medio, docétque illo alio loco capit. 42. versiculo 5. poni clarius spiritum pro Spiritu sancto, & flatum pro anima. Sed nos loco nominato,nisi fallimur, vi ... essicere, & flatum & spiritum sumi pro anima: ergo cùm e sententiâ Hieronymi hoc sit minus certum,quàm illud, pro anima vtrumque sumi debebit.

S. Augustinus quater reponit hoc testimonium ... Genes. ad litter.cap.3.epist. 146. & ... de origine animæ cap. 14. Psal. ... concio 18. fulum citat: *flatum omnem ego feci* ... his omnibus locis constanter docet capi pro spiritu humano, neque alibi quod sciam, & legi quidem peratiente omnia scripta illius, secus loquitur. Nam quod scribit libr. 1. de orig. animæ c.14. *Eadem ratione etiam quod dicit Deus:Spiritus a me exiet,& omnem flatum ego feci, de Spiritu quidem sancto accipiendum est, quod ait: Spiritus a me exiet: de quo & Saluator ait: à Patre procedit: sed quod dictum est,omnem flatum ego feci,de omni animâ dictum negari non potest*. hunc, inquam,totum Augustinus recitat a Vincentio Victore dictum, qui contendebat autoritate sanctarum Scripturarum ostendere, animam humanam non esse ex traduce,hoc est, nó educi è corpore: at Augustinus contra nitebatur, id non posse probari ex litteris sacris, minimè ex testimoniis à Vincentio citatis: vnde Augustinus cap. 15. sic incipit: *Cùm igitur Scri-*

A *pturarum testimonia, quæ commemorat,nequeat eam doceant id quod probare conatur, vnde omni ad hanc quæstionem attinet omnino non ... quid est quod dicit Animam ... non ex crimine, non ex traduce, ... datur? quasi corpus ex alio detur ... creatur, ex quo omnia,per quem omnia, ... omnia quamuis non de eius natura,sed ... opificio.*

Itaque S. Augustinus nullibi exponit Spiritum S. sed ponit expositum a Vincentio Victore isto loco, cumque inde colligeret, quia dicitur, flatus, i. animas hominum a Deo fieri, non fieri e supposita materia,id Augustinus refellit, nam corpora hominibus,inquit, à Deo dari,à Deo fieri dicuntur,& tamen fiunt è materia. Vide quæ diximus cap.42.v.5. num. 101. qui locus quoniam est huic simillimus,& est tractatus non indiligenter,huic possit esse pro commentario, cùm vtrobique sint eadem Hebraica vocabula pro *flatu*, & *spiritu*, & sit probabilius vtrobique pro vno,& eodem poni: certe de illo priori pronunciat August. lib. 1.de orig animæ cap. 14 citato:quòd si hic quoque spiritus & flatus est idem:cum istud *Et flatum ego faciam*,intelligi nequeat de processione Spiritus Sancti,illud anterius: *spiritus à facie mea egredietur*,non de Spiritu illo diuino,increato, sed de humano procreato debebit accipi.Procopius diserte negat accipi pro Spiritu Sancto,quia is factus esse dici nequeat,vnde sentit ille *spiritum*, & *flatum* indubie de eodem dici. Tert.contra Hermog.c.32.de véto exponit. 94.

B

C

95. Quódque ait,*egredietur*,de futuro,potest esse idiotismus pro præterito, vel habere vim præsentis,aut notare creabiles homines:tantundé, ac si Deus dicat: Videte quantum absim à litigando in perpetuum, & ab irascendo vsque in finem:vt sit mihi propositú,continenter vsque ad finem mundi homines de nouo creare, illú spiritum,illis vitam & inspirationem infundere:itaque paricula,*Quia*,Hebraice כי *qui*, est, vt *quin*, hac ratione:neque vsque ad finem irascar, quin *spiritus a facie mea egredietur*,supple, fugiet,*& flatus ego faciam*. Theod.citatus à Castrio, ait esse respectum ad primam hominis effor-

D mationem Genes.2.v.7. *formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ,& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*.placet respectus: nam cùm Deus scribitur inspirasse in facié hominis, videtur scribi, duxisse quodam modo ex intimo spiritum, quod sit idem, quòd hic;egredietur spiritus à facie mea,ab ore meo:*& flatus*, id est, spiracula vitæ *ego faciam*.

96. Sed alia possit esse allusio ad c.6.v.7.Genes. cùm Deus:*Delebo,inquit,hominem quem creaui,à facie terræ,ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cœli: pœnitet enim me fecisse eos*.

E Huic ergo iræ opponit Deus præsentem clementiam dicens, non modò non me pœnitet fecisse homines, sed etiam in dies quotidie aogebo,& perpetuò de ore meo egredietur spiritus non furoris,aot iræ, sed beneficientiæ, & amoris. & *flatus*, hoc est,animas subinde faciá, & identidé. Ad hunc locum crediderim aspexisse Paulum Act. 17.v.25.cùm ait: *Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam & inspirationem, & omnia*. pro *spiritum vitam* ponit, inspirationem pro flatu: Græcè πνοήν *pnoin*,quo nomine vtitur LXX.hoc loco.

Vers. 17. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: abscondi a te faciem meam, & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.

Vers. 18. Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.

97. APerta est sententia, & ratio antecedentis illius: *neque vsque ad finem irascar*: ad tempus iratus sum, exigente id iniquitate populi mei: sed efflagitante misericordia meâ, *vias eius vidi*, & misertus *sanaui eum*. itaque ad irascendum ab illo sum lacessitus: ad miserendum verò à me ipso sum commotus.

S. Augustinus Psalm. 76. versiculo 8. existimat Isaiam concinere cum Dauide canente illic: *Nunquid in æternum proiiciet Deus; aut non apponet, vt complacitior sit adhuc? Aut in æternum misericordiam suam abscindet a generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira misericordias suas?* Quæ norma interrogandi indicat, id fere fieri non posse, vt Deus non ponat iras cito. Deus ergo à se nequit obtinere, vt contineat in ira misericordias suas: quia sua naturâ est misericors, & malitia nostra iratus efficitur.

98. *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum.*] Arias intelligens genus humanum initio percussum, auaritiæ iniquitatem exponit, cupidinem pomi vetiti. Sine comite suam ille viam tenet. Cæteri & qui ad æuum Saluatoris aspirarunt, Iudæos populum interpretantur iniquitatem cupiditatemque retinendi regni sui: quod ne perderent, Christum occiderunt dicentes: *si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* Ioan. 11. versiculo quadragesimooctauo.

Sed nos nostrum seruemus filum explanantes de statu plebis Iudaicæ antiquo, de vitiis priscæ Synagogæ, in quâ inter cætera caput extulit auaritia. Hanc viuis coloribus expressit Psaltes diuinus Psalm. 54. versiculo 11. *Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.* Videtur esse prompta translatio ab obsidione hostili: vt iniquitas & iniustitia circumdederit & obsederit muros ciuitatis, & positis quasi militibus, ne ei posset subueniri, ne iustitiæ pateret aditus ad succurrendum; vel iniquitas circumdedisse super muros dicitur, quia eius aggeres, & machinæ, & turres, & castella ad expugnandum muros eius excederent: essent altiora, & superiora, id est, non posset eis vlla ratione, vllis viribus obsisti. Vnde sequitur, *& labor in medio eius, & iniustitia*: labor, clamor, gemitus, vlulatus oppressorum. Quæ si calamitas esset breuis, esset tolerabilior: sed est perpetua, *die, ac nocte circumdabit eam: & non defecit de platea eius de foro, de omni loco vsura & dolus*, vsura publica, fraus occulta.

99. Fuit auaritiæ peccatum nationi Iudæorum valde familiare, & quasi vernaculum: vt constat ex aliis Vatibus, & ex hoc nostro, & ex Euangelio, ex quo vitio, quoniam alia multa religantur, & oriuntur, dicitur hic *Iniquitas auaritiæ*, id est, iniqua, radix iniquitatis, *radix omnium malorum*, vt ait Paulus 1. Timoth. 6. vers. 10.

Auaritia etiam possit accipi latius, pro cupiditate quauis illicita, pro concupiscentia siue pecuniæ, siue voluptatis, siue honoris immodica: ad quæ tria capita B. Ioannes reuocat omnia mundi peccata 1. Ioannis 2 versiculo 16. *Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.*

100. *Iratus sum, & percussi eum*] Posterius expositio est prioris: nam Deus non affectu, sed effectu irascitur: tranquillus punit. LXX. *Modice paululum contristaui & percussi eum:* βραχύ τι, quod & ad tempus, & ad modum punitionis applicari potest. Et verò Deus vbique verberat citra culpam, & demeritum: vt è contrario benefacit vltra condignum. Hanc percussionem plerique sentiunt fuisse seruitutem Babylonicam. S. Thom. Hugo, Osorius, Forerius, Sancius numero sexagesimoprimo, Cumerus versiculo decimooctauo. Placet hæc opinio; quia omnia verba satis congruunt.

Abscondi a te faciem meam & indignatus sum.] Chaldæus: *Abscondi faciem meam ab eo, & [illegible]* [illegible] Hebraice, *Percussi eum abscondendo, &* [illegible] quod verbum *abscondendo*, etsi alij [illegible], optimè omnium Vulgatus ex[illegible] S. Scripturæ. Abscondit Deus [illegible], quamdiu eam minùs fauorabi- Sup. c. 8. v. 17.
[illegible] exorabilem homini ostendit, quamdiu [illegible], quamdiu affligi patitur.

101. *Et abiit vagus in via cordis sui.*] LXX. *abiit tristis*: in textu commentarij S. Hieronymi redditio ex Hebræo est: *Abscondi, & indignatus sum, & abiit mærens in via cordis sui*, ex qua, vt alias adnotaui, liquitur Ecclesiæ suum fuisse iudicium, delectum in accipienda versione S. Hieronymi, cum aliqua habeat secus atque ille vertere: Pro vago alij *auersum*, alij *rebellem*, seu *retractatorem*, reponunt. Sed hæc tanta varietas nominum non officit rei: cùm omnia culpent Israelem: nam etsi aliqui editionem, *abiit tristis*, clementiùs interpretentur, vt ad pœnitentiam spectet, sanè non benè possunt iungere cum illo: *in via cordis sui*: *abiit tristis in via cordis sui*: hæc enim certò studium illaudabile significant. itaque ingrauescit culpa & morbus [illegible], qui iratione & castigatione Dei deterior est factus. Vnde nisi Dei misericordia superabundasset, actum erat. Huc acclinato versum [illegible] etiam.

102. *Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum.*] Vidi eum ire præcipitem, misertus sanaui, & reduxi postliminio in sedes patrias: consolationes reddidi, quas amiserat. *Et lugentibus eius*. At qui sunt ij lugentes Israelis, quos Deus sit consolaturus? Exponi possunt Persæ, & Medi, qui miserti Iudæorum calamitatis eis permisere reditum. Possunt etiam intelligi qui è

qui e Babylonus redierunt cum Iudæis in Iudæam. Sancius vult dictiunculam, *&*, non esse causalem, sed expositoriam, nimirum, *lugentibus ex eis*, vt designet quibus Deus reddiderit consolationes, L X X. eius dictiunculæ non habuerunt rationem reddentes: *Dedi ei consolationem veram.*

Vers. 19. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui propè, dicit Dominus, & sanauit eum.

103. PAx fructus labiorum creatus a Deo, est Hieronymo, aliisque promissio Dei completa, & ad exitum adducta: atque adeò nobis erit libertas allata, & restituta Iudæis captiuis Babylone, quam Deus illis fuerat pollicitus per Prophetas. quæ euenit iis captiuis qui erant propè, sc. qui remanserant Ierosolymis, seu alibi propiùs exulabant, & iis, qui longiùs abscesserant.

Sed dicis contrà: Paulus Hebr. 13. versiculo 15. sic scribit: *Per ipsum ergo* (i. Christum) *offerimus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium Deo.* Vbi Paulus ad hunc Isaiæ locum intentus est. Respondeo non hoc se ubuertere Apostolum probóque autoritate eorum, qui texunt indicem locorum veteris Testamenti citatorum in nouo; in quo indice nihil tale est. Dein autoritate Riberæ viri doctissimi & Iustiniani, quorum ille Oseę 14. versiculo 3. affirmat inde sumere Paulum; & hic docet idem in epist. citata ad Hebræos: & sanè
104. sic res habet; nam Oseas citatus, inquit: *Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum*, apud L X X. *καρπὸν χειλέων, fructum labiorum*, quibus verbis Apostolus vtitur ad Hebræos solitus citare versionem L X X. Ergo creditu est pronum, Paulum ad Oseam, non verò ad Isaiam intendere Consulito Riberam Oseę 14. num. 8. & eius supplementum in epist. ad Hebræos.

Sed iam, si tibi concessero; Apostolo fuisse Isaiam ob oculos, nihil contrà obtinueris. Nã hactenus laudes Dei vocat *fructum labiorum, καρπὸν χειλέων*, quod procedant è labiis, vt fructus ex arboribus, quos Deo libari esset in consuetudine: quasi omnia verba, certè prima Deo consecrari deberent, tanquam primitiæ labiorum. Dei verò verba, quæ ex se sacrosancta sunt, multo melius nominari possunt fructus labiorum, quem Deus creare dicitur, cùm id quod promisit, exequitur. Quo sensu non nemo illud Oseæ explicat apud Riberam, id est, præstabimus, reddemus, vti vitulos, quæ labiis nostris vouimus, conuenienter Psalmo 65. vers. 13. *Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.* Heb. quę *aperuerunt labia mea* protulerunt, vnde promissa sacrificia, promissæ victimæ nominari possunt, *vituli labiorum*, quia princeps victima erat vitulus, & simul, *fructus labiorum*, quia vota, & verba nascuntur è labiis: quare cùm hoc loco Deus dicit: *Creaui fructum labiorum* (meorum) *pacem*: dicit, quam labiis meis distinxi, promisi pacem, eam creaui, de nouo feci, & exhibui, quem modum loquendi non interpretatus, sed imitatus Paulus (neque enim est incommodum aliquid per imitationem repræsentari monoit: *Offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium Deo*: id enim sacrificij genus ei promisimus, cum ei nos per fidem & baptismum consecrauimus.

Qua responsione si fueris vsus, verba sequentia, *pacem ei qui longe est & qui propè*, quæ idem Paulus Ephes. 2. v. 17. sic inflectit. *Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis, qui propè*: hoc est, vobis Gentilibus, & Iudæis, hæc inquam facilè expedies: 105.
nam Apostolus per imitationem & comparationem vsurpat, vt quemadmodum Deus quòdam Iudæis captiuis remotioribus & propioribus attulit libertatem; sic hominibus veram redemtionem, & iis qui longiùs, & qui propiùs aberant: nam & illa captiuitas, & illa libertas typica fuit. Nobis in expeditione assentiuntur Sancius & Cornelius, assentirique debebunt quicumque Isaiam de populo Iudaico exponunt, & Paulum huc respexisse non inficiantur.

Fructus labiorum Dei, esse potest opus Dei: nam Deus labiis, id est, dicendo rem efficit: *dixit, & facta sunt*, & Genes. 1. dicendo creasse res omnes narratur. Deinde; creaui fructum labiorum, pacem, i. quam per labia & ora Prophetarum, quæ sunt labia mea, promisi pacem, feci.

Vers. 20. Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.

Vers. 21. Non est pax impiis, dicit Dominus.

CRebra eloquendi norma est Scripturæ diuinæ, id quod affirmatione dixerat, negatione contrariâ confirmare; vnde vtriusque versus eadem est sententia. Affirmarat antea Deus se creasse fructum labiorum suorum *pacem*, per quod vocabulum sermo sanctus consueuit exponere, quidquid est prosperum, faustum, floridum, demum quidquid est optabile, eámque fœlicitatem propositam esse omnibus indifferenter, nam id potest ferre illa quasi prouerbialis formula: *ei qui longe est, & qui propè*: nunc puram illam propositionem & promissionem conditione afficit; modò ij, qui pacem eam volent, sint pij. Nam impij pacis istius & tranquillitatis sunt incapaces: non aliter atque mare feruens, & æstuans, violentérque a sedibus commotum quietis, & malaciæ est impatiens. Quod enim in mari sunt venti furentes, & turbulenti, id sunt in animo cupiditates vehementiores, & effrænatæ; vnde quas illi procellas excitant, ac tempestates horribiles, periculosas, naufragiorum effectrices miserabilium. easdem proportione suâ & sæuiores atque fœdiores commouentur ab tumultuosis & furibundis appetitionibus. 106. Aug. Psalm. 137. v. 2.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVMOCTAVVM.

1. CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. A

2. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt.

3. Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. B

4. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis & percutitis pugno impiè: Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester.

5. Numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino. C

6. Nónne hoc est magis ieiunium, quod elegi: dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.

7. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuā: cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

8. Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te D

9. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum, si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.

10. Cùm effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

11. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.

12. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis, & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem.

13. Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem.

14. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super latitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui: os enim Domini locutum est.

Vers. 1. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

SVmma capitis est, docere in quo sita sit sincera pietas, vera & casta religio: quo in genere multum allucinabantur Iudæi solà externâ rerum sacrarum, plerúmque functione contenti, & interioris affectus castitatem negligentes: imò quod erat omnino inexcusabile, pia opera exteriora aliis operibus malis etiam exterioribus contaminantes, vt liquebit in progressu capitis. (C) *1. Summa capitis.*

Clama.] De *Clamore* repete cap. 40. vers. 3. num. 54. *Clamare*, est vocem tollere, contendere, quod fit vario fine: modò, vt audiatur longius: modò ex indignatione, & irâ. De hoc vide capit. 42. numer. 57. Vtrumque potuit spectare Deus iubens Isaiam *clamare*: prius; vt inclamet Iudæis sui temporis, iis, qui aderant, qui erant in concione, qui hærebant Vati concionanti, sed procul aberant animis, studiis audiendi; vt clamorem intentissimum, & acutissimum ingerat auribus surdis, incircumcisis, obstructis. (D) Hoc consilio Vates Vatū Christus D. clamasse videtur apud suos auditores propinquos, ab eis requirens aures ad audiendum. Matth. cap. 13. vers. 9. Luc. 8. vers. 9. *Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi, audiat.* Et Ioan. 7. vers. 28. 37. Clamat, vt clamore perrumpat aures obturatas. Itaque modestissimus Dominus inter docendum sæpiùs clamasse refertur, neq; enim id dedecet concionatorem Ecclesiasticum suo loco, & tempore: imò, vt non decet esse clamosum, hoc est, clamoribus continuis obstrepere, sic oportet pro re natâ, interdum vocem attollere, & auditorem iniecto clamore percellere, & quasi lethargo oppressum à pestifero sopore excitare. Istud hoc loco iubetur Isaias facere: *2. Clamor quid, & vnde.* *Clamat Christus & cur.* *Clamare non dedecet Ecclesiasticum oratorem.*

Clamorem facere.

facere: *Clama*, In originali additur: בגרון *be garon, clama in gutture*: quod non ociosum credi debet: clamor enim licet nisi gutture edi non possit, tamen id exprimitur, vt liqueat clamorem non debere esse remissum: gutture pleno, ore pleno esse pronunciandum, Hispane: *a boca llena*: clare, distinctè: fauet quod sequitur.

3. *Clamor est prædicatio publica, & libera.*

Ne cesses.] Græcè: *ne parcas*, voci, labori, contentioni: Hebr. *ne obscures*: ne quicquam celes, dissimules, ne obscure proferas, sed dissertè, liberè: clamor enim etiam ad prædicationem liberam, publicam & audacem referri potest, vt explico cap. 40. vers. 5. num. 54. & vers. 9. n. 114. Clama libere, audacter, fortiter: ne timeas minas auditorum, ne verearis vel molestissima

2. Timot. 4. v. 2. Constantia Doctoris.

B prædicare: *ne cesses*, quantumuis illi ægerrimè ferant, vrge medicinam, licèt ægri manus chirurgi auersentur, itaque constantia in docendo suadetur.

4. *Tuba guttur.*

Quasi tuba exalta vocem tuam.] Similitudo accommoda; tuba enim idcirco excogitata, vt sonus latissimè funderetur: spiritus enim hominis ore emissus, & angusta buccinæ fistulâ recollectus fortiùs erumpit, & longiùs tenditur & est productior, vnde clãgor. Sed addubitare possis, vtro casu sit *tuba*, nominandi, hoc sensu: vt tuba exaltat vocem suam, sic tu tuam: an auferendi casu: hoc explicatu: exalta vocem tuam quasi quâdam tubâ vteteris, & hoc posterius est planum in Græco: ὡς σάλπιγγι. Vnde

Guttur est instar tubæ.

C videtur esse mens verborum hæc: *clama in gutture (ne cesses) vt in tuba*: i. infla guttur tuum, & intende, non secus atque tubam: & quidem S. Hieronymus affirmat, iuberi Vatem, iuxta Aquilam, & Symmachum, *vt guttur suum vertat in tubam*. Et verò guttur est simile tubæ, quippe sinuosum. Osee 8. v. 1. *In gutture tuo sit tuba*: Hier. istic: *sic exalta vocem tuam, vt tubæ similis sit: vt plurimi audiant, quia plurimi peccauerunt.*

Sed vtrouis modo composueris, propositum Dei monentis non variaueris, quod est, exigere prædicationem fortissimam, vehementissimam & liberrimam, quæ sanè non minùs exigitur ab

Prædicatio sit libera & vehemens.

D Euãgelicis prædicatoribus hoc æuo, quàm illo à Vatibus: cùm eadem & grauior sit ratio docendi & arguendi fortiter auditores Christianos quorum maiora & grauiora sunt officia, & non leuiora peccata. Ergo rostra Ecclesiastica oratores desiderant non segnes, non remissos, non oscitantes; sed impigros, acres, industrios, & spiritu feruentes, qui Christi, & salutis animarum caussam grauiter, & fortiter agant, neque minùs liberè, & fideliter, quouis humano respectu posthabito, vt de illis verè dici possit, quod verissimè Christo, etsi non bono animo, neque à bonis laudatoribus est dictum: Matth. 22. vers. 16. *Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum.*

5. *Prædicator acer.*

E Opus est igitur idoneo oratori sacro vis & robur, ardor, & contentio in dicendo: libertas & fortitudo in coarguendo, quæ sit tamen attemperata prudentiæ, vt cùm à Deo fuerit iussus clamare, clamet: vt ex præscripto caritatis diuinæ, & ex zelo Dei scelera traducat, & sceleratos compungat, non vt *canes* de quibus sup. c. 56. v. 10. *muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia.* Vide cap. 1. v. 22. Cyril. *Non occultè, inquit, loquere aliquibus, sed intensâ & elatâ voce potius vtere, & omni libertate delinquentes redargue.*

A

Et annuncia populo meo scelera eorum.] Exponit, ad quid clamore, vt tubæ, sit opus: vt scelera populi sui publicentur, quasi voce præconis. Posui modò, clamorem interdum ex indignatione procedere: quare, cum scelera annunciare iubeatur Isaias credibile fit, idcirco clamare iuberi, id est, cum indignatione, & stomacho reprehendere: peccatoribus irasci, & Dei minas intentare, cuius iustissimi clamoris, & iræ duplex causa attingitur in argumento prædicationis: *Annuncia populo meo scelera eorum*: altera causa petitur ex actione ipsâ, altera ex personâ: Actio, *scelera*: persona *populo meo*: scelera à quocunque fiant, Deo stomachum faciunt, & indignationem, ac proinde præpositis, Dei vices gerentibus: scelera à populo Dei admissa, cuius intererat Deum quàm religiosissimè suspicere, grauiùs multo diuinam excitant iram, vnde quoscumque Deus admonet ad huiusmodi scelera coarguenda, non potest eis clamores ex ira non indicere, & ex indignatione erumpentes. 6.

Prædicator irascatur, & cur.

Peccata clamorem exprimunt Doctori.

Peccata sic delicta Deo magis odiosa.

Porrò nihil est quod magis accendat oratorem Ecclesiasticum quàm zelus domus Dei, quam studium diuinæ gloriæ, ac proinde dolor eius spretæ, nihil, quod magis vrat, & ità sanctâ obarmet. Dauid Psalm. 118. versiculo 139. *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.* Non curat iniurias suas, quas ab inimicis acceperat, solùm dolet Dei offensas, & præ dolore, quia eas non potest impedire, tabescit. Christus Dominus qui se nobis ad exemplar mansuetudinis proposuit, dum videt templum Dei, atque adcò eius honorem negligi, zelo Dei ductus quasi inardescit, & profanatoribus irascitur, eosque præter morem suâ manu castigat. Vnde si ardeat prædicator igne, zelóque cœlesti, clamabit in tempore, indignabitur, irascetur, excandescet, ardebit, tonabit, fulgurabit, fulminabit, cœlum terræ miscebit. Sunt quippe Concionatores Dei nuntij, Angeli: de quorum ingenio Psalm. 103. versiculo 4. *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* 7.

Zelus Dei vrit bonum Doctorem.

Dauid non suas, sed Dei dolet iniurias.

Christi zelus.

Clamor in concionatore ex zelo Dei, & amore.

Ergo Doctores Euangelici moueant se celerrime, & secum cuncta commoueant, & sublimè ferant. Ignis terræ visceribus inclusus insanas moles ædificiorum, & ingentia montium pondera submouet, & attollit; quid de igne spiritus sancti, si fuerit altè visceribus conceptus, sentire debebimus? montes transferet in cor maris, omnia in melius interuertet, terram efferet, & cœlo miscebit.

Ignis vis.

Et domus Iacob peccata eorum.] Repetitio & auctio familiæ Iacob viri sanctissimi, & religiosissimi, qui passim aras Deo erigebat, & beneficiorum diuinitus acceptorum monumenta collocabat, & posteritati suæ quasi hæreditariam pietatem relinquebat. 8.

Degeneres valde culpandi.

Argumentorum exemplar prædicatori traditur, in primis peccatorum & scelerum clara, libera, & aperta demonstratio, ac reprehensio: quæ deinceps magis aperitur, & exponitur. Vnde qui pro suggestu vitiorum castigationem aut non attingunt, aut molli brachio tractant, Dei caussam, vt dicam, quàm mollissimè, produnt, & turpissimè præuaricantur. De quo officio prodito egi ad capit. 1. versiculo

Doctoris partes vitia carpere.

22, ad illud: *Argentum tuum versum est in scoriam, & vinum tuum mistum est aquâ.*

Scelera & peccata distingue, vt grauiora, & minùs grauia: contra vtraque clamandum, vt tubâ, quæ modò intentiorem, modò minùs intensum clangorem edit. Neque spernenda notula Procopij: *opportunè, vt contra hostes Dei sub a nomen vsurpat.* Ergo classicum canendum in vitia.

Hypocrisis.

Vers. 2. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt.

9. *Obiurgatio Israelis.* QVin hæc sit obiurgatio aduersus populum Hebræum, nullus addubitat: quid autem sit, cur obiurgetur, non ita certum. Cyrillus, & Procopius, eo quòd futuros euentus præsertim belli impendentis prænoscere cuperent, & curarent, cùm tamen ita viuerent, vt eis hanc prænotionem impertire non deberet: nam hæc iustis Deus impertit, itaque *scire vias meas volunt*, explicant ij Doctores, cōsilia mea, quid in posterum sim acturus, ipsi à me prædiscere tentant. Quod verò Deus sua consilia, quæ gesturus sit, non impiis, sed probis, & amicis Deus soleat prædicere, facile est è Scripturis astruere, Genes. 18. versiculo 18. Deus meditans exitium Sodomæ sic secum: *Num celare possum Abraham, quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, &c. Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam.* Ergo Dei finis in reuelandis talibus euentibus est, & iustis vt familiaribus se aperire, & per eos posteris prodesse. quare Iudæi & Abrahamitæ tam degeneres nihil erat, ob quod similem gratiam exspectarent. Amos 3. versiculo 7. *Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas.* Vnde cùm Iudæi, quibuscum Isaias, tam procul abessent à moribus Prophetarum, impudentes videri poterant, si sibi præostendi futura ambirent. Ad hunc modum suffulciri potuit hæc expositio, quam sine fultura sui autores reliquerunt.

Deus arcana cum amicis communicat.

10. Cæterùm quominus mihi probetur, duo faciunt. Vnum quòd hæc expositio sumat rem incertam: scil. hæc pertinere ad eos, quibus imminebat bellum & seruitus Babylonica: nam est probabilius, pertinere ad eos, qui viuebant tempore Isaiæ, vt suprà est dictum cap. 57. numero 1. Alterum: quòd non esset grande peccatum, velle præscire, quid sibi à Deo impenderet; neque enim sibi populus id proximè, sed mediis Vatibus, ostendi vellet, imò Deus iis mediis reuelauit Babylonicam captiuitatem, & alias ferè omnes clades: de quibus intelligitur locus citatus Amos 3. v. 7.

Futura velle ex Deo prænoscere non est ex se peccatum.

Ergo aliud peccatum grandius debemus agnoscere, & id agnoscunt reliqui fermè interpretes, scil. hypocrisim Deo multùm exosam: quæ, dum particulatim carmen istud secundum explanamus, apparebit.

Hypocrisis est Deo exosa.

Me etenim de die in diem quærunt.] *De die in diem*, non est, ex die diem trahere, procrastinare, sed vt Procopius exponit, καθ' ἡμέραν, *singulis diebus, quotidie me quærunt.* Mirum videbitur, hoc à Deo reprehendi (nam numer. 9. posuimus, esse reprehensionem,) quæ enim labes Deum quotidie quærere? nonnulli exponunt: simulant quærere me; me in speciem quærunt, simulatè nimirum. Non placet expositio, quoniam apponit de suo: & quoniam eadem simulatio, & fictio fingenda esset in aliis duobus verbis subditis: *Scire vias meas volunt; rogant me iudicia*: in quibus non erat sola species, sed res ipsa significata: Verùm quia nuda esse non debuit, ideo non probatur. Sicut nec ieiunium versiculo 3. quod tamen fuit reipsâ susceptum: neque enim caussantibus & quærentibus: *quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti?* respondit Deus: non ieiunastis, sed simulabatis vos ieiunare: non id respondit, sed admisso, eos ieiunasse, adiicit alia, quibus ieiunium corrumpebant: sic hoc loco, cùm ait: *Me de die in diem quærunt*, non in eo vitium ponit quòd Deum quærerent sed in alio, quod nunc inquirimus. 11.

Quærentes Deum cur reprehendantur.

S. Hieronymus sic commentatur: *Hoc propriè Iudæis conuenit, qui quotidie currunt ad Synagogas, & legem Dei meditantur, scire cupientes quid Abraham, Isaac, & Iacob, & reliqui sanctorum fecerint, & libros Prophetarum ac Moysis memoriter reuoluentes decantant diuina mandata.* Cùm autem qui ita frequenter, & diligenter versarentur in lege diuinâ tractanda, & peruestiganda oporteret eos sanctissimè agere: quia secus omnino agebant, idcirco Deus acerbè castigat, & exprobrat. Me quotidie in Scripturis quærunt, &c. *quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit.* Itaque hypocrisis in eo sita erat, non quòd Deum, hoc est, eius legem & iudicia simularent inquirere, & cognoscere, nam reuera quærebant, & cognoscebant, sed quòd, cùm viderentur eo fine quærere & cognoscere, vt ea custodirent, id nequaquam præstabant, sed transgrediebantur. Vnde subdit S. Hieronymus iis, quæ dixerat, eos frustra iactasse scientiam Scripturarum, cùm Dei præcepta violarent, cùm vitæ sanctitas non sit in notitiâ Scripturarum, sed in operibus sanctis. 12.

S. Hieron.

Hypocrisis in quo sita esset. Professio doctorum, & non colere est hypocrisis.

Hieron.

Quæ interpretatio est prope verum & autoritate tradentis, & scipsâ: nam germanè, & sine vlla vi singula verba exponit, & confirmari potest ex Paulo Rom. 2. versiculo 17. vbi exagitat Iudæos edoctos legem diuinam, & eam violantes. *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem confidis te ipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis, Deum inhonoras. (Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.)* 13.

Docti malè viuentes perperam.

Statui totum locum transcribere, quia totus est ad rem: illud, *Si tu Iudæus cognominaris,* 14.

Paulus expenditur.

& re

Iudaei iactant [illegible]. *& [illegible] in lege, & gloriaris in Deo [illegible]* sci[illegible] tem [illegible] di[illegible] iu[illegible] pe-riti [illegible] *Neque enim dixit. Tu Iudaeus es, [illegible] nominaris, & glo-riaris in Deo tanquam [illegible] adamatus atque [illegible] alios homines [illegible] vt videtur mi-hi illorum insolentiam [illegible] infaniam [illegible] amorem [illegible] licare, qui [illegible], non [illegible] sua prospice-rent, sed vt in [illegible] fur[illegible] erent, abuterentur.*

15 *Legis notitia [illegible] ad [illegible].* Quod [illegible] in lege, accusat Iu-dæum [illegible] leg[illegible] minæ non ita fuisse [illegible] t[illegible], [illegible] hil [illegible] curare. [illegible] *& nosse volun-tatem eius, [illegible] probas vtiliora*, [illegible] solum [illegible] le-[illegible], non [illegible]. Chrysost. *Atqui & hoc sine opere inferius [illegible] meritis, sed tamen videbatur esse superioris, quapropter & exacte vsus verbo; non enim dixit facis, sed nosti, & probas, non exequeris, aut agis, confidisque teipsum ducem esse cæcorum: neque hic item dixit: tu dux es cæcorum, sed cōfidis, vsque adeo ait gloriaris, intumescisque: magna enim erat Iudæorum insolentia ac fastus, ob quæ illa pro-pemodum verba enunciat, quæ ille iactantes sese vsurpabant.*

16. *Hieron.* Cui Chrysostomi in Apostolum commenta-tioni si adiungimus Hieronymi in Vatē scho-lion, plenior exsistet explicatio: *Frustra, inquit, legis iactant scientiam, cum sanctus non in notitia Scripturarum, sed in operibus glorietur dicens: viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilatasti cor meum.* Vnde cum Dominus hic expostulat: *Me de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit & iudicium Dei sui non* *Diligens le-gis cum [illegible] & negligēs [illegible].* *dereliquerit:* Iudæos eius peccati insimulat, quod Paulus expositus coarguit: quod cùm accura-tè diuina volumina euoluerent, legerent, au-dirent, edifcerent, adeoque præ se ferrent, ac profiterentur se ea Dei iudicia & iusta facere, exequi: è contrario violarent.

17. Quis enim cùm videret eos quotidie in Sy-nagogas conuenire, assidere, alios libros sacros euoluere, legere; alios diligenter exponere, alios quæ essent dubia sollicite quærere, omnes at-tente audire, neminem strepere, cunctos in ea sacrarum litterarum lectione, & interpretatio-ne acquiescere, & sibi vicissim gratulari, quod tanto bono propriè fruerentur, præ cæteris na-tionibus gloriari, & beatos se prædicare: Psal. 147. versiculo 10 *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*: quis, inquam, hæc videns non crederet, ea esse cordi, & ad effectum perducere ea, quæ tanto studio con-discerent, & talis esse conditionis, vt eum iudi-cio manus quoque operatrices exigerent? Ergo qui in scholis sacris benè docerent, & discerent, foris male agerent, iure à Domino hoc lo-co grauiter accusantur.

18. *Audiētes verbi diuini, & non fa-ctores.* Hoc traducere ad fideles ætatis nostræ promtum & vtile: qui quotidie in quadrage-nario ieiunio, reliquo anni orbe, diebus fe-stis ad Ecclesias accurrunt, sedent, audiunt Dei verbum cum silentio, plurimi attente, probant vtiliora, fugienda & sectanda con-discunt; videntur eo animo excipere, vt ope-re compleant. Sed è templo digressi contraria tradiis & auditis efficiunt, ii quoque fal-lunt, professione externa in Ecclesia boni fi-deles, foris verò degeneres Christianismi tem-plum speciem sancti: in foro & locis non sa-cris ipsa profani.

19. *De die in diem.*] יום יום *iom, iom*, vt exposui, A quotidie, ex qua prouerbio dici explicatum, [illegible] ecclesiam quotidie, in [illegible] singulis diebus ad au[illegible] sodas [illegible] Scripturas conuenient in Synagogas. Nam in Euangelio, & in Actis Apostolorum, [illegible] hi [illegible] doctrinæ [illegible] sabbatum [illegible] nominatur. Marc. 1. versiculo 21. *Et statim sabbatis ingressus in Synagogam docebat eos.* Luc. 4. versiculo 31. *Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, & ibi docebat illos sabbatis, & in synagoga erat homo ha-bens dæmonium*, &c. Matt. 12. versiculo 9. *Venit in Synagogam eorum & ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes: si licet sab-batis curare: vt accusarent eum.* Luc. 4. versiculo 16. *Venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit* *In locali [illegible] sacra [illegible] conueniens, non solo sab-bato. Pars poste-rior proba-tur.*

B *secundum consuetudinem suam die sabbati in Sy-nagogam, & surrexit legere: & traditus est ei liber Isaiæ Prophetæ.* Ibi, & aliis locis pluribus dies, quo Christus in Synagoga docuisse scribitur, sabbatum nominatur, aliis verò vbi vmittitur, dies alius non exprimitur: ex quo videtur effi-ci, eo solùm die solitum fuisse doceri in Syna-gogis. Deinde in Act. disertiùs id apparet tra-di cap. 13. vers. 14. *Et ingressi Synagogam* (Pau-lus & Barnabas) *die sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis & Prophetarum miserunt principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dici-te.* cap. 15. vers. 21. *Moyses enim a temporibus an-* *Sabbatis di-cit Christus in Synago-ga.*

20. *Lectio S. Scripturæ sabbatis.*

C *tiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædi-cent in Synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.* Cui finitimum aliud è cap. 13. vers. 27. *Hunc ignorantes* (Iesum) *& voces Prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur.* Quibus duobus poste-rioribus testimoniis cum propositum sit osten-dere quam frequens esset lectio legis & Pro-phetarum in Synagogis, vt ignorantiæ excu-sandæ non esset locus, si fuisset quotidiana, non diceretur *per omne sabbatum*, sed quotidie Moyses & Prophetæ leguntur. Denique non est credibile, singulis diebus plebem con-fluere ad doctrinam excipiendam, & feriari à suis negociis; sed duntaxat sabbatis, quibus diebus ex præscripto legis vacabant. Hæc ex D hac parte. *Lectio S. S. non videtur fuisse nisi sabbatis.*

Ex altera parte occurrit locus præsens de hac quotidiana inquisitione, ac perscrutatio-ne Scripturarum à S. Hieronymo, & ab aliis interpretatus. Præterea eiusdem Hieronymi au-toritas id disertè affirmantis: *Hoc propriè Iu-dæi conueniunt, qui quotidie ad Synagogas currunt, & legem Dei meditantur*: quem sanctum Doctorem eiusmodi rerum scientissimum nō lateret quid moris esset: neque si nesciret, aut dubitaret, tam clarè id assereret. Quotidianum fuisse hunc conuentum etiam videtur colligi ex Act. 17. versiculo 2. *Venerunt ad Thessalonicam, vbi erat Synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem au-tem Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria dis-E serebat eis de Scripturis.* Quæ disseratio osten-ditur fuisse continua, *per tria sabbata*, id est, per tres dies vnius hebdomadæ: nam sabbatum po-ni pro hebdomada est certum ex Euangelio: & poni interdum pro aliis hebdomadæ diebus est opinio aliquorum. Et certè si disputatio illa Pauli fuisset tamdiu intermissa, vt per tres heb-domadas, semel in singulis disputaret, multùm de vi & feruore remisisset, ergo credendum est fuisse perpetuam. Deinde ex versu 5. colligitur, non potuisse tres hebdomadas Thessalonicæ 21. *Pars prior probatur. Quotidie in Synagoga docebatur.* 22. *Sabbati si-gnificatione varia.*

manere

manere propter turbas & tumultum quem zelantes Iudæi concitauerunt aduersus Apostolum: vnde vers. 10. dicitur: *Fratres verò confestim dimiserunt Paulum & Silam in Bœream.* Sed verem in tuto collocemus, addamus verba proximè supposita: *Qui cùm venissent* (scil. Bœream) *in Synagogam Iudæorum introierunt. Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.* Quotidie *scrutantes Scripturas*, videtur intelligi in Synagogâ, loco ad id ex more destinato: ibi enim asseruabantur, & exponebantur diuina volumina. Præterea eodem c. 17. Act. vers. 17. de Paulo Athenis: *Disputabat igitur in Synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro per omnes dies ad eos, qui aderant*, quo loco, istud: *per omnes dies*, non est cur restringatur ad nomen, *in foro*, sed est commune Synagogæ, itaque disputatio erat assidua, & quotidiana, cum Iudæis & proselytis in Synagogâ, quia illoc alij ordines hominum nõ conueniebant, in foro promiscuè cum omnibus qui aderant.

Act. 17. v. 10.

23\. Pars vtraque nititur fundamento probabili, sed non certo: quare ad vtriusque probationes respondebo. Ad primam prioris num. 19 propositam: illa quidem effici, diebus sabbatinis, id est, vltimis hebdomadæ solere doceri in Synagogis, non tamen alios dies excludi à doctrinâ. Ad loca ex Actis num. 20. obiecta: Si verum sit, quod multis insedit, sabbatum sumi interdum pro quolibet die hebdomadæ, illud: *per omne sabbatum*, probè exponeretur, quotidie, vnde hæc testimonia officerent potiùs citantibus pro se: sed quoniam id est incertū, sumamus, quod est certum, poni solere pro hebdomada: vnde *per omne sabbatum*, est per omnem hebdomadã: quod non arctari debet ad sabbatum propriè: & ad consilium Apostoli admonentis excusationem ignoratæ Scripturæ, satis erat, si constaret in commune per singulas septimanas legi, licèt non exprimeretur quoties in quâuis septimanâ id fieret: tantundem, ac diceret: saltem semel singulis hebdomadis legitur: nam id erat

Pars vtraque probabilis. Argumenta prioris soluuntur. Sabbatum ... pro die quolibet.

24\. statum atque perpetuum. Ad 3. licet demus, nõ conuenisse Iudæos singulis diebus, tamen inde non concluditur, conuenisse solis sabbatis: potuit enim esse inter duo hæc extrema medium, vt postea dicam.

Sed obuerto stylum, & contrariæ sententiæ rationes labefacto, ad locum hunc Isaiæ cuius occasione suscepta est disputatio, dico: *de die in diem*, Hebr. *die, die*, non significare omnino, singulis diebus, sed frequenter, quod Hispani dicimus: *vndia y otrodia*, sic Genes. 39. v. 10. dicitur solicitasse Iosephum hera impudica, יום יום *iom, iom*, quod Latinus reddit *per singulos dies*: i. sæpe: eodem modo possumus explicare Hieronymum asserentem quotidie currere Iudæos ad Synagogas, hoc est, frequenter.

Argumenta posterioris partis soluuntur. Quotidie, i. frequenter.

25\. Illud Act. 17. versiculo 2. de dissertatione Pauli *per sabbata tria*, etsi interpretes prætereunt, fortasse, vt facile, difficultate non caret; sed nihil impedit, quominus accipiamus propriè, tribus sabbatis disseruisse in Synagogâ, quia illic fortasse mos non erat conueniendi aliis diebus, neque quæ contrà opponuntur, sunt firma: nam illa intermissio & discontinuatio disputationis fuit necessaria: & commotio illa Iudæorum, & festina Pauli profectio accidit, posteaquam animaduersa fuit conuersio multitudinis magnæ colentium & gentilium, vt traditur vers. 4.

26\. Quod verò narratur eodem capite versic. 11. de quotidiana perscrutatione Scripturarum Bœræensium, non cogimur intelligere, fuisse in Synagogâ, sed aliàs, priuatim, in suis ædibus collatione habitâ. Illud denique quod Athenis est factum, commodè distribui potest, vt in Synagogâ sabbatis, aut aliis etiam festis apud Iudæos diebus, in foro autem quotidie disputaset. Quamobrem liberum est nobis vtram libuerit sententiam admittere. Sed & potest vtraque attemperari, hoc temperamento: vt singulis quibusque sabbatis, postremis nimirum hebdomadæ diebus, qui dies erant in illâ Rep. & Ecclesiâ festissimi, faustissimi & celeberrimi, ob caosam satis tritam, & alibi expositam, quibúsque omnino vacabatur ab omni opere seruili, iis diebus doceretur in Synagoga ex officio, ac debito, quod traditio & consuetudo antiquissima introduxisset, & hoc sumitur ex Iacobo Act. 15. vers. 21. *Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.* Quæ verba officium indicant, & consuetudinem, qua tenetentur, idem alia illa verba c. 13. v. 27. *Voces Prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur*: vt ex officio, ex vsu, quem omittere non liceret, quæ nisi de sabbato propriè sumto nunquam ipse intellexerim.

Act. 17. v. 11. Vtraque sententia conciliatur. Sabbatis docetur ex officio, aliis verò diebus ex pietate.

27\. Sed præter hos dies statos, non dubito aliis diebus licuisse conuenire in Synagogis ad lectionem, & explicationem sacratum Scripturarum: nam quominus id liceret nulla ratio excogitari potest: cùm hæc esset actio tam pia, tã religiosa, tam vtilis, & ipsismet Scripturis tam consentanea, quæ sui lectionem & commentationẽ assiduã aut imperãt, aut certè cõmendãt.

Licuit conuenire in Synagogis præter Sabbata.

28\. Quod si licuit, & decuit, pronum est credere, ita factitatum aut vbique aut multis in ciuitatibus, hoc est, in nobilioribus, & religiosioribus Synagogis, in quibus frequentiores, aut rariores fierent conciones, & conuentus, prout temporum, rerúmque occasio posceret, & Archisynagoga videretur. Quã in re ratiocinari licet, vt in conuentibus & concionibus Ecclesiæ Christianæ, in cuius particularibus Ecclesiis, & templis docetur ex more, & præscripto veteri, in aliis rariùs, in aliis frequentiùs, pro varietate locorum, & commoditate doctorum, & aliarum circumstantiarum. In quarum plerisque conciones & prædicationes habentur certis omni diebus ex officio, ac debito: aliis pro arbitratu, & iudicio pastorum.

29\. Hoc visus est existimasse Isidorus Clarius Episcopus Fulginas oratione 21. in Lucam, explicans illud: *Et descendit in Capharnaum, ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis: sabbatum*, inquit, *Hebræa vox quietem significat, siue cessationem. Decernebatur ergo ille dies diuinis audiẽdis lectionibus & Scripturæ sacræ interpretationi; nõ quòd aliis quoque diebus non sint eadem pro viribus tractanda, nam in Deuteronomio sic præcipitur: Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & loqueris de eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere*, &c. Sed ne qui excusarent negocia, & alias domesticas occupationes, cautum est, vt sabbato ab his abstinerent: quo die vacui curarum Iudæi adibant Synagogas

Isidor. Clarius.

nagogas iudæus Scripturas, & earum interpretationem. Quod si aliis præterea diebus placere [illegible] nitte, non solum non vetabantur, sed laudabantur. Non dissimiliter Côcilia aliqua iubent Dominicis saltem diebus haberi conciones Ecclesiasticas; quæ cùm adducunt, talem ostendunt, si aliis etiam diebus habeantur, fore melius.

30\. *Philo.* Id quod coniecturâ & ratione probabili ducti docebamus, Philo tradit diserté l. 3. de vita Moysis, vbi ait: *Mos erat certis temporibus, præcipue sabbatis operam dare sapientiæ studio,* &c. & in legatione ad Caium: Iudæos habere oratoria & conuenire in ea, maxime septimo quoque die, vbi docentur patriam philosophiã publicè.

Quæro significationis anceps. *Quærunt.*] Vt apud Latinos *quæro*, duplicis est significationis, nam & est etiam rogare, vnde quæstio: sic apud Hebræos verbum דרש videtur esse similiter anceps: & LXX. reddût, ζητεῖν, vnde ζήτησις, quæstio: quare hoc loco exponere licet: *Me quærunt*, me interrogant, nec sine auctore idoneo nam Vatablus exponit: *Me consulunt* & subdita verba id firmant *& scire vias meas volunt*: id est, mea sensa, mea consilia, mea iussa. Planiùs infra hoc eodem versu: *rogât me iudicia iustitiæ.* שאל *saal*, interrogare, petere: ista enim tria incisa eundem sensum afferunt.

31\. *Quasi quid. Interrogatio simulata.* *Quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit*] Particula, *quasi*, est, non secus *acsi* quæ habet vim negationis, i. ita me consulunt in Scripturis, ita meam sententiam, & voluntatem exquirunt, ac si eam vbi agnouerint, essent executuri, cùm hucvsque nihil minùs fecerint: vnde tametsi reipsa scripturas intelligere curant, & earum sensa perquirunt, tamen hoc studium ad actionem honestæ vitæ se dirigere simulant, & in hac simulatione finis & propositi docui sup. n. 11. sitam fuisse Iudæorum hypocrisim. Vt enim legis ille peritus de quo Luc. 10. v. 25. verè & simulatè interrogauit Dominum dicens: *magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?* verè, quia reipsa id è Domino quæsiuit: ficte, quia non quæsiuit animo faciendi quod Christus præscriberet, idcóque id adnotans Euangelista ait, *Ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum, & dicens*: cùm verò secundò quærit vers. 29. *Et quis est meus proximus?* quidam seriò, & animo discendi quæsiuisse putant: alij, suam simulationem dissimulandi & tegendi, idque docuisse Euangelistam scribentem: *ille autem volens iustificare seipsum dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?* nam videbatur controuerti. Eiusdem farinæ sunt, & fermenti, quod est hypocrisis, aliæ multæ scribarum & Pharisæorum quæstiones Christo propositæ, quasi hominum custodientium Dei iudicium & iustitiam.

32\. *Iudicium, & iustitia quid differãt.* *Iustitiam fecerit, & iudicium*] Quamquam liceret eo vsque iustitiam à iudicio secernere, vt prius, quod indicat nomen, ad notitiam rerum agendarum, posterius ad voluntatem & vsum earumdem traduceretur, satius est, simpliciùs pro eodem capere, nam illico: *rogant me iudicia iustitiæ*, i. iustitia additur.

Appropinquare Deo volunt.] Eodem modo exponito, vt illud: *scire vias meas volunt*: nam per cognitionem & intellectionem Scripturarum sciendo vias Domini ei appropinquamus, etsi non perfectè, si desit affectus: sed illi dum scrutando scripturas accedunt, simulant se velle per affectũ, & bono opere accessere. Vatabl. inuertit, *appropinquare sibi Deum volunt*: si hoc esset, esset referendum ad superius. Quasi gens quæ fecerit iustitiam, appropinquare Deum sibi volunt.

33\. *Appropinquare est forense.* Sed præ cæteris placet, vt sit verbum forense, i. cum Deo congredi, manum conserere, ad iudicium accedere non dubitãt: sic suprà Deus c. 41. v. 1. *simul ad iudicium propinquemus*: conuenit id cum sequentibus: *Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti*: quæ aperta est expostulatio, & querimonia: cui Deus respondet: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra*: ergo lis & contentionis formula exprimitur. Hunc explicatum attulit Dionysius, secutus est Arias, Sancius, postremò Cornelius.

Vers. 3. Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.

34\. *Deo lis intenta.* QVasi pacti violati Deo lis intẽdiiur: Deus enim sæpe promiserat se misertum eorum, qui se ieiunando affligerent. Ioel. 2. v. 12. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu.* Hanc calumniam Deus facilè submouet exponens, quale ieiunium exegerit. De ieiunio plurima est mentio in veteri testamento, vbi per *affligere animam*, plerumque exponitur: quia molestum est corpori, & parti sensitiuæ.

Ieiunia varie indicta. In Synagogâ alia erant ieiunia imperata à Deo, alia introducta iure humano, aut vsu, alia suscepta ex voto, alia denique liberè omnino exercita. primi generis Leuiti. 16. v. 29. secundi ordinis Zach. 7. v. 5. tertij Num. 30. v. 14. quarti 2. Reg. 12. v. 16. Ergo quæri potest, quænam ex his ieiunia hoc loco commemorent, voluntariane, an debita?

35\. *De quibus ieiuniis hic.* Arias indicat, in quouis anno semel à Deo iniunctum fuisse ieiunium, & de hoc hic agi. Non probo hoc posterius ac quantum videri posset meritũ, semel in anno ieiunasse per diẽ, vt eo nomine, vt ipsemet etiam exponit, causam in iudicio aduersus Deum susciperent, & quererentur sui ieiunij à Deo rationem nõ esse habitam? Itaque generalius existimo Iudæos loqui, & quæuis ieiunia obiicere, siue spontaneè, siue ex officio vsurpata. Imò procliuior sũ, vt putem loqui de ieiunio voluntariè suscepto in aliqua necessitate, & periculo, quâ in occasione fuit ferè mos gentium Deum abstinẽtiâ & afflictatione corporis placare, in annalibus sacris exempla occurrunt crebra. de Niniuitis historia est notabilis apud Ionam Prophetam c. 3. *Ieiunia in periculis. Gentilium.* *Liuius.* Liuius decad. 4. lib. 6. sic: *horum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex senatus consulto decẽ viri cùm adissent, renunciarunt ieiunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno seruandum.*

36\. *Querela vnde.* Ergo cùm ieiunando, & abstinendo à cibo corpora macerassent, animas humiliassent, & afflixissent, portionem videlicet sensitiuam, vltrò sibi pœnas infligentes, & in se ipsi sæuiẽtes, vt Deus à punitione tẽperaret, idque neutiquam fecisset, videbantur sibi iustã & legitimam

Deum non aspicere, nescire, quid. mā causā esse nacti conquerendi & expostulādi apud Deū dicētes. *Quare ieiunauimus, & nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti?* Deū *nō aspexisse, & nescisse*, quemadmodum sit intelligendum, rudis admodum Theologiæ esset, qui docendus fuisset: constat enim esse, Deum non fauere. Neque verò est credibile hanc querelam fuisse ortam ex eo errore, quo Deus existimaretur non videre corporea, eo quòd sit spiritus simplicissimus: atque adeo non posset aspicere ieiunia; neque item valeret introspicere cordis intima consilia, atque adeò nescire humiliationem animarum. *Error circa Dei prouidentiam.*

37\. *Arias sententia non probatur.* Hæc interpretatio, quam vnam vnus sequitur Arias, non mihi probatur. Quoniam tam crassum, & tam absurdum errorem non debemus credere fuisse in illo populo vulgarem, & communē: idque satis euincitur ex iis, quę scribimus à n. 11. de scientiā & peritiā legis diuinæ. Deinde, vt demus ita cæcutisse: quā cæcitatem nisi in hominibus profligatissimis non legimus fuisse: quam plerique inficiantium prouidentiam Dei, non quòd Deus humana non posset cognoscere, sed quòd nō curaret, ita existimarunt. Sed vt ponamus, Iudęos ita sentire: si Deus nequit ieiunia videre, si nequit humilitatem cordis aspicere, etiā si maximè cupiat, quid queri possent quòd non viderit? Dicis ideo est iniusta querela. Sed hæc expositio non solùm facit Iudæos cōmuniter impios, & stultissimos, omnisque diuinæ, atque humanæ philosophiæ, ac doctrinæ expertes: sed etiam omnino mente captos: nam nemo qui non sit eiusmodi in alio accusauerit, id quod certò scit esse necessarium & ineuitabile. Ergo isti queruli non Deo adimebant scientiam & notitiam rerum etiam occultissimarum, non facultatē subueniendi, sed solam requirebant voluntatem: id vnum querebantur, quòd cùm videret eorū periculum & laborem, simulque voluntariam à se susceptam vexationem corporum, possétque facile liberare, non curasset. hæc est communis & vera explicatio. Cui querelæ Deus facit satis: quæ etiam satisfactio indicat, id vnum eos fuisse conquestos. *Querela quæ.*

38\. *Querela quo nitatur.* *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.*] Actio aduersariorum fuit quasi ex pacto, & ex contractu: conuenerat inter nos, inquiūt, si ieiunaremus, te aspecturū in tēpore: *ieiunauimus & non aspexisti*, teneris ergo ex pacto rupto. *Refellitur.* Deus vt infringat hoc telū, & fallaciā argumētationis aperiat, vtitur exceptione, & explicatione pacti, quòd diminutè illi protulerāt: cōuenerat quidē, me aspecturū, & subuēturū, si ieiunaretis, nō quoquo modo, sed sācte, & iustè, atqui non hoc modo ieiunastis, ergo pacti ruptor non sum reus. Itaque status causæ in est, àn ne ieiunauerint, prout oportuit: non ieiunasse Deus affatim probat: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.* *Status causa.*

39\. *Et* verba clara, notat: est ata: *in die ieiunij vestri*, quo die ieiunatis, non alio tēpore, quod posset etiā esse satis ad eludēdū meritū ieiunij, sed in ipso tēporis articulo, cū iactatis vos abstinere, cùm dicitis affligere animas vestras, vestris cupiditatibus cōtrà irresistēre, in ipsomet tēpore vestris cupiditatibus, prauisque volūtatibus obsequimini: vnde hoc ieiunium non est meū, sed vestrū, quandoquidē quo die illud suscipitis nō meā, sed vestrā sequimini volūtatē, suāmque *Infrà n. 50.*

habēt illa pronomina *vestri* & *vestra*: *in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.* Hoc quod generatim est obiectū, particulatim opprobrat.

40\. *Petere quod debetur cur peccatum.* *Et omnes debitores vestros repetitis.*] At quod peccatum, debitorem repetere, hoc est, petere debitum? adde in Hebræo esse: *labores vestros repetitis*. hoc est, quod labore vestro acquisiuistis, & aliis credidistis, id repetitis, vel mercedem operæ & laboris vestri exigitis, quis hoc culpet vel in die ieiunij?

R. petere, quid. Sed nota, verbum *repetere*, Hebr. נגש *nagas*, esse propriè & aspere exigere: vnde exactor, qui nimium premit debitorem. Et pro LXX. in pro schulio. *Omnes subiectos vestros* ὑποχειρίους, i. *obnoxios vobis* ... *suppungitis*: quod magis infra exponit. *Et percutitis pugno impie.*

Vers. 4. Ecce ad lites & cōtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè: Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester.

Dies ieiuniorum, quibus conueniebant ad exigenda debita, quasi nundinæ expetebantur. Ieiunij finis. Abusus. ECce ad lites, & contentiones ieiunatis. Vide enim feriari ab aliis omnibus rebus, vt tota litibus vacetis, cùm econtra à me sit indicta abstinentia, & ea suo ingenio dirigatur ad affligendum corpus proprium, non ad vexandum proximum. Iactatis: *humiliauimus*, afflximus *animas vestras*, & quiescimus atque quærimus. *quare non aspexisti*: ego respondeo, & obiecto vobis: quia potius animas debitorum, quàm vestras affligitis: exigentes inhumanè credita à debitoribus. Et forsasse plus exigebant, quam crediderant: vt sentit glossa interlin.

41\. *Debita clementer exigenda.* Curæ fuerat Deo cauere, ne asperiùs à paupere debitū exigerent. Exod. 22. v. 25. *Si pecuniā mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei: ipsum enim est, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam, quia misericors sum.* idem ferè cauetur Deut. 24. v. 10. vbi vetatur creditor ingredi domum debitoris ad capiendum pignus, sed iubetur stare præ foribus, & accipere quod debitor obtulerit. Hæc acerba crediti exactio olim vetita, hoc loco damnatur, & eo ampliùs, quod exerceretur eo tempore quo vt Deum propitium sibi redderent, ieiunabant, ac proinde quando deberent esse clementiores, magisque misericordes, vt Dei misericordiam promererentur, & experirētur. *Inclementia creditorum.* Nam qui in alium est inhumanior, quomodo audet diuinam clementiā petere, aut expectare. Qui ab alio etiam soluendo impotenti austerè debitum exigit, quo ore Deum rogat, vt debita omnino remittat, culpam submoueat, & pœnā auertat? Ergo isti erant impudentissimi, effrontes, ore ferreo, qui cùm ieiunarent, Deúmq; sibi ignoscere precarentur, tum maximè pauperes debitores excuterent, vexarent, & affligerent, vel eos, qui soluendo non essent. Sed quoniam Deus consueuit, quā quisq; mēsurā mensus est aliis eādē ei remetiri: qui ne differre quidē vult debiti exactionē, is frustra vel ieiunās Deū solicitat, vt sibi debita remittat, & supplicia impēdētia submoueat. Huc omnino spectat parabola eius, qui cū à Dom. suo supplex impetrasset decē millē talētorum condonationē, inuenit conseruū debentem *Inclementi à Deo non impetrat. Ieiunium inclementis non placet. Luc. 6. v. 38. Matt. 18. v. 24.*

debentem sibi centum denarios, cœpitque [illegible] prenere, angere, & tenens suffocabat eum [illegible]: Redde, quod debes. cumque [illegible] haberet, *misit in carcerem, donec redderet debitum*, pro qua crudelitas ei magnitudinem [illegible] Dominus id intelligens quæ condonarat de eo [illegible] repetiit, vt sit locu. Ps. 17. v. 27. *Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.*

Talis cum in clementibus.

42. *Et percutitis pugno impie.* [illegible] fuit explicatū. Asperis verbis iniuriosa facta adiunguntur. Vel proprie capito, vt sup. c. 3. v. 15. *Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis?* nam potentes & iræ impotentes solent pugnos tenuioribus impingere, vel per [illegible] posito, vt illud modo allatum ex parabola: *tenens suffocabat eum*, adagio vulgari apud Hispanus: *quertale sacar los ojos*. Sic Ioan. Ribera Pattriarcha allegatus in nostris marginalibus. Illud, *impie*, cur additur? cùm [illegible] hæc violatio? *impie* pro improbe, vt alias. vel quia in die ieiunij quæ est res religiosa, ac Deo sacra, id facere esset impietatis species.

Pugno percutere. *Die ieiunij malè agere, est impium.*

43. *Vt audiatur in excelso clamor vester.*] Respōdet querimoniæ, *humiliauimus animas nostras & nescisti*: quominus clamor ieiunantium subeat cœlos, impeditur crudelitate, & inclementia: iniuriā, oppressione: & clamor oppressi ascendit celerrime, & prouocat Dei iram contra oppressorem, & calumniatorem. Exod. 22. v. 2[illegible]. *Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum*: De eo loquitur à quo seuerius debitum exigitur, sup. num. 41.

Clamor crudelium non auditur à Deo, sed oppressi.

Clamor autem rectè, ac ritè ieiunantiū quàm sit sonorus, quámque celeriter cœlos penetret ostendit historia, & salus Niniue, cui Deus præsentissimum intentarat exitium: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, quo audito Rex indicit generale & inauditum ieiunium hominibus, bestiisque promiscuum: v. 8. *Et operiantur*, addidit, *saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum.*

Bene ieiunantium cœlos penetrat. *Ion. 3. v. 4.*

44. Qui fieri posset, vt Dei viscera non commouerentur, & colliquefierent hoc ieiunio, quo abstinebatur a cibis, & à vitiis? vers. 10. *Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* Ergo qui vult clamorem suum in excelso audiri, sic ieiunet. *Neque enim in sola inedia, ciborúmque delectu verā inueniemus ieiunij gratiam, neque ab iis tantummodo abstinentes sancti, & mundi omnino erimus, sed illa ex animo exercentes, ob quæ est instituta medicina ieiunij.* Reddidit Cyrilli sententiam ex hom. 1. & 13. cui consonant Cassia. lib. 5. c. 21. 22. S. Leo serm. 4. Quadrag. Seuerius docet Ambr. tom. 5. ser. in Domin. 3. Quadrag. illis verbis: *Quidquid enim aliud præter mandatum Dei feceris, quamuis abstineas, non ieiunas. Hoc est enim saluare ieiunium, vt sicut abstinetur corpus ab epulis, ita & anima refrenetur a vitiis.* Quod verò ait: *non ieiunas*, accipe, vt oportet, ad meritum. quod Deus carmine subdito explicat. De ieiunio hoc & abstinentia a peccatis adi Origen. in Leuit. c. 16. homil. 10.

Deus flectitur ieiunio vitia fugiente. *Ieiunium à vitiis purum.* *Cyril.* *Cassian.* *S. Leo.* *Ambr.*

* * *

Vers. 5. Numquid [illegible] est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino. *Leu. 16. 29. Eccl. 2. v. 11. Mat. 6. v. 16. 17.*

DEscribit Vates pol[illegible] ieiunij antiqui ad[illegible] iuncta, & qu[illegible] ostentationem [illegible] te sola Deu non [illegible] & [illegible] na par[illegible] nendum. *per diem* [illegible], tu de præcepti, siue mori [illegible] aduenieme nocte, itaque [illegible] ab ortu solis vsque ad occasum abst[illegible] lib. contra Psych. cos. 8. c. 16. [illegible] Iudæus ieiuni[illegible] ante ortu stella, a quibus Mahometani fortassis acceperunt, hodie [illegible]. In Ecclesia olim Christiana sub vespera soluebatur ieiunium, semelque capiebatur [illegible], imò alicubi saltem, nisi cum capiebatur cibus, non sumebatur potus, nam apud Prudentium S. S. Martyres, Augurius, Eulogius, & Fructuosus, quorum Fructuosus fuit Episcopus Tarraconensis, alij eius diaconi, cùm inter tormenta eis fuisset pro leuamine potus oblatus, non admiserunt causati, eo die ieiunium esse. Carmen Prudētij repræsento, ad hoc probādum insigne: 45. *Ieiunij adiuncta. Quamdiu.* *Vsque ad noctem.* *Tert. in Psychic. c. [illegible] Chr[illegible] Gen. ho. 4. Ambro[illegible] 118. v. 62.*

Quosdam de populo videt Sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes:
Ieiunamus, ait, recuso potum.
Nondum nona diem de[illegible]nat hora,
Nunquam conuiolabo ius dicatum,
Nec mors ipsa meum sacrum resoluet.
Sic Christus sitiens crucis sub hora
Oblatum sibi poculum recusans
Nec libare volens sitim peregit.

Affligere animam suam.] Hebr. verbum idem quod antea redditur, *humiliare*: vers. 4. *humiliauimus animas nostras*: & quo vtitur Moyses Leuiti. 16. v. 29. 31. c. 23. v. 27. 29. [illegible]1. & alibi: quibus omnibus locis, *affligere*, seu *humiliare animam*, intelligitur ab Hebræis & ab aliis, esse, ieiunare, abstinere à cibo, potuque, vnctione balneo, & ab aliis delectabilibus, vnde anima aut est pars sensitiua, aut ponitur pro toto homine, quia rerum dictarum abstinentia totum hominem affligit, sed præcipuè partem animalem: quā communicamus cum reliquis animalibus. 46. *Humiliare, & Affligere animam, idem & quid.*

Nunquid contorquere quasi circulum, caput suū? Exprimitur gestus ieiunantis, seu ostentantis ieiunium: qui est capitis demissio, & inclinatio; inclinatur enim aliquando caput ex debilitate, vt videre est in senibus, & in infirmis: aliquādo nō necessitate, sed volūtate, vt cùm quis se Deo aut alteri se inclinat adorabundus. Ergo qui apud Iudæos ieiunabāt, & præcipuè hypocritæ, cōtra quos hæc suscipitur disputatio, vel vt debilitatē ex inedia, vel vt humilitatē & cōtritionē cordis simularēt, & ostentarēt, caput demittebant, flectebantq; colli, ferè vt circulum imitarentur: neq; enim id ad amussim est examinādum, præsertim, cùm sit additū, *quasi*, quasi circulum, i. instar, in speciem circuli. Vt vitiū notari id non dubito, non secus atque illud apud Matt. 6. v. 16. *Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes, exterminant enim facies suas, vt* 47. *Capitis demissio, gestus mœstitiæ.* *Caput torquere, quid.*

appareant hominibus ieiunantes, itaque nonnulli, [illegible] exterminabant faciem, natiuum colorem corrumpebant, obscurabant, vt ex Græco *ἀφανίζουσι*, intelligitur, vt apparerent hominibus ieiunantes: in [illegible] Græco est elegans annominatio, *ἀφανίζουσι ὅπως φανῶσι*, quæ vix Latine repræsentetur: [illegible] tamen sic: faciunt non apparere faciem suam, vt appareant ieiunantes: per antithesin. obscurant vt appareant. Non secus hic detorquent caput, & collum, vt appareant ieiunantes, [illegible] vultum a suo habitu, sic ille collũ a suo statu naturali dimouebant [illegible] deprauabant, vt recti & iusti viderentur [illegible] & est laboriosa [illegible] & hyp[illegible]. Pro, *scirpo*, in Complutense codice [illegible], *circulum* [illegible] Arias. Sed *circulum* [illegible] ipsum in [illegible] sed etiam in commentario S. Hier. & in editione LXX. *κρίκον*: vnde nulla est suspicio mendæ, sed germana lectio antiqua.

48. Dionys.

Qui autem *contorquere caput*, exposuere, rotare, circumagere, præterquam quòd id esset fanaticum, vt recte Sanchez aduertit, non aduertere, Vatem addere, quasi circulum, non verò dicere, in circulum, quod esset dicendum, si ad [illegible] sensum attenderet: itaque caput seu collum fiebat vt circulus, nam caput circumuoluebatur ita vt designaret circulum.

49. Sacci, & cineris vsus in luctu.

Et saccum, & cinerem sternere.] LXX. planiùs, *ὑποστρώσῃ*, substernere: ex quo liquet, sterni: vt iaceat, cubet. Duplex vsus sacci & cineris in luctu: alter, vt saccus induatur, & cinis supra caput spargatur: alter, vt vterq; pro lecto molli, & splẽdido sternatur. Prior vsus sacci pluries commemoratur: posterior tamen alicubi, 3. Reg. 21. v. 27. *Itaque cum audisset Achab sermones istos minaces Dei ex Elia, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.* Demisso capite, curuato, arcuato: fortasse non ordinario ieiunio, sed extraordinario, & in casibus vrgentioribus adiungebatur. Hæc mœroris signa, collum demissum, & stratum cilicinũ, atque cinereum. Apud Ioel. [illegible] ver. 13. *Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificiũ, & libatio. Sanctificate ieiuniũ*, &c. vtrobique saccus stratus ad cubandum comes est ieiunij. Ex quo sumitur, cùm ieiunabatur, certe cũ austeriùs, exigente id temporis necessitate, submoueri quæcumque mollia & delicata, & suauia a mensa, à cultu corporis, a lecto, & strato. Quem laudabilem morem vtinam Christiani ieiunantes sequerentur, & illud vanum studium placendi Iudaicum defugerent.

Sacrus induitur, & sternitur.

50. Opera bona malo animo facta non prosunt.

Numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino] *Istud*, scilicet, externa enim opera, etiam ex obiecto pia, vt abstinentia & eleemosyna, si non animo pio, & bono fiãt, Deo non placent, Deus no accipit, non refert in acceptis. Zach. [illegible] *Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & [illegible] per hos septuaginta annos, numquid ieiunium [illegible] mihi? & cum comedistis, & bibistis, numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis*, i. vestrâ, non meâ caussâ abstinebatis, vana videlicet gloriâ ducti: vestrâ perinde, non mea caussa soluebatis abstinentiam, non [illegible] mihi [illegible] teris, & valetudinẽ, [illegible] vt voluptati seruiretis: itaque [illegible] vestris ieiuniis nihil [illegible]. Nemo en[illegible] operæ, quæ [illegible] caussâ

A ne [illegible] vnde [illegible] in [illegible] laboribus [illegible] sequitur inde [illegible] eo remunerationem [illegible] e diuerso pœnam.

Vers. 6. Nonne hoc est magis [illegible], quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.

51. Ieiunium quale Deo gratum.

ADiuncta laudabilia [illegible] & [illegible] duobus [illegible] capo[illegible] priori, multa omnia [illegible] in [illegible] misericordia [illegible] vocanda: *Frange esurienti panem tuum*, &c.

Dissolue colligationes impietatis] [illegible] c ab interpretibus soluuntur istæ colligationes. LXX. *πάντα σύνδεσμον ἀδικίας*: *Solue omne vinculum iniustitiæ*. i. omnẽ obligationem iniusta. quod ad tabulas, & syngrapha iniusta, quibus [illegible] aliũ teneret obnoxium sine dubio intelligitur. vno verbo: rescinde inique cõtracta, & cõ[illegible]. Itaque ad omne genus conuentionum & contractuum iniustorum, vndecumque iniustitia accederet, hoc est referendum: nam voces Latinæ Græcę & Hebraicæ id exigunt. Scripturæ enim publicè, vel priuatim subscriptæ, & obsignatæ vincula sunt, & ligamina, quibus quisque constringitur, & obligatur:

Verba ligant homines, (ne dum chirographa) *taurorum cornua funes.*

Vnde Hispani eiusmodi scripturas appellamus, *Obligationes*. quæ si sint iniquæ, ratio naturalis præscribit, nemine postulante, aut iudicante, conscindi debere.

52. *Solue fasciculos deprimentes.*] [illegible] eius [illegible] argumẽti nemo ferè ambigit: plerique esse [illegible] omnino. Sed nihil impedit aliquatenus differre, vt prius sit omnino iniustum, scilicet ex obiecto, quòd contractus esset contra iustitiã, hoc posterius sit iniustum ex modo, quòd res debita exigeretur indebitè, hoc est, austerè, vt supr. [illegible] *Omnes debitores vestros repetitis*, vide istic. Clarè nobis hunc sensum offerunt LXX. *Dissolue suffocationes violẽtarum cautionum*, quibus verbis iniquitas non ponitur in cõtractu, sed in exactione debiti. Cum enim debitores suo chirographo, & cautione essent obnoxij, & præ inopiâ impotentes reddendo, premebantur a creditoribus: idcirco dicuntur *deprimentes fasciculi*: fasciculi, quia Scripturæ cùm plures sunt, solent in fasciculos colligari, ne dissipatæ intercipiantur. quo etiam modo exponi possunt *colligationes impietatis.*

Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.] Obnoxij, & debitores, liberi non sunt, sed obligati, & constricti suis chirographis & cautionibus quasi vinculis ferreis, sup. n. 51, hos vinctos, & inopiâ pressos Deus præcipit dimitti liberos, & onere leuari æris alieni. Debita enim, quibus quis tenetur, vt sunt vincula, sic & pondera, vnde ære alieno pressi, & grauati bene Latinè dicuntur.

53. Ex qua materiâ essent Scripturæ publicæ, & priuatæ forenses, apud Iudæos, de quibus Scripturis hoc loco agitur, incertum, credibile fuisse ex eadem, quæ ad Scripturas sacras adhibebatur, quæ quia volui [illegible] euolui, reuolui passim dicuntur, earum materiam non fuisse ligneam, aut aliam ri[illegible] sed lentam

fen am,& [illegible] bilem probe [illegible] qua- [illegible] est libe [illegible] rrex a[illegible] m mbrana,& [illegible] *membranarum* meminit [illegible] 2.Tim.4.v.13. [illegible] B. tom 10.1.Annal [illegible]

Omne anni di [illegible] dam rete[illegible] Au[illegible]

Vers.7. Frange esurienti panem tuum, & egenos, v[illegible] que in domum tuam . cum vide[illegible] nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

54. Q[illegible] madmodu[illegible] [illegible] non dissociantur [illegible] quam affect[illegible] atque adeò ieiun[illegible] opera cardinalia fœdus indissolubile [illegible]cunt : & quidquid aggrediuntur, expugnant. Hic *funiculus triplex di[illegible] le rumpitur* Hac triga nihil velocius: hac tri[illegible] de nihil locupletius : Tob.12. v.8. *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam.* & v. 12. *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Eccl.4.v.12.

Vt bona sit, Deo accepta & efficax oratio, coniungenda est cum ieiunio & eleemosyna: hæ sunt pennæ binæ, quibus subleuata euolat in cœlum, & auditur : his pennis destituta non se a tellure attollit, sed repit humi, languet, & torpet. Quare cum salus nostra versetur in eo, *vt clamor noster audiatur in excelso*, inde fit, vt in ieiunio, & in eleemosynâ vt in cardinibus vita spiritualis vertatur, ex quo videtur effectum, vt hæc tria, *Opera Cardinalia* communiter appellentur. Sup.n.67. et August. Sup.v.4.

55. Quod si quem cupiditas incessat cognoscēdi, cur in his virtutibus & operibus, secundùm virtutes Theologicas, sit summa rei, ei faciam satis : obseruans, hominis triplicem esse respectum in commune. Respicit enim Deum, se, & alios, neque quartum aliquid fingi potest distractum à tribus, vt enim dimensiones omnes mathematicæ reuocantur ad tria genera, scilicet altitudinem, seu profunditatē, longitudinē, & latitudinem: neque datur aliud quartum : sic vita bona & spiritualis tribus supra positis respectibus & mensuris clauditur. Quæ tria inter se cōponere, & coaptare non est difficile. Nam oratio respicit Deum, & respondet altitudini. Ieiunium refertur ad ieiunantem, & aptatur latitudini. Eleemosyna procedit, & excurrit ad alium, & est affinis longitudini. Vnde qui benè se habet erga Deum orando, prout oportet : & benè erga se, ieiunando & abstinendo non solum ab illicitis voluptatibus, sed etiam à concessis, qui benè erga proximum, non modò non eripiendo iniustè quæ possidet, sed ex misericordia & liberalitate concedendo ea, quibus caret, & indiget : is omnes honestæ vitæ partes explet, & officia.

56. Sed notandum hæc tria esse genera, quorum vnúquodque continet varias formas & species actionum. Vnde oratio complectitur alia mu-

ni[illegible] m[illegible] ias corporis asperitates & [illegible] ta, au[illegible] edomationem [illegible] ad [illegible] Deo, [illegible] ta : eleemo[illegible] na [illegible] corporal[illegible] ctiones. [illegible] *onae et oratio* [illegible], p[illegible] nostris [illegible] a Tobia [illegible] sup.num.54. [illegible] veste nudum [illegible] m[illegible] teg[illegible] re humo [illegible] imò meliore ratione est officium m[illegible]. Tob.12.v.8.12.

Ad [illegible] capita Paulus ad Titum 2.v.11. [illegible] visus est omnia vitæ Christianæ munera & [illegible] *Apparuit enim gratia [illegible] Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria: sobriè, & iustè, & piè viuamus, exspectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Sobrietas enim nos componit nobiscum: iustitia cum proximis: pietas cum Deo. & cum iustitiæ fines latissime protendantur, quippe sit eius tribuere cuique suum: & egenti debita sit eleemosyna, quadamtenus ad eam pertinet quid cuique, vbi, & quando sit tribuendum, & ob eam causam sermone Hebræo, vt ex versione LXX. constat, alterum pro altero supponitur. Is.59.v.16. Ps.111.v.3.9. vide scholia Vaticana. Lege S.Bern. Serm. 11. ex paruis, in quo hunc Pauli locum aperit, & inter alia, hæc habet, *Viuit homo sobriè quantum ad seipsum, iustè, quantum ad proximum. Iustitia est in duobus: in innocentiâ, & in beneficētiâ: innocētia iustitiā inchoat: beneficentia consummat. Piè quantum ad Deū,* &c. 57. Bernard.

Occurrit mihi, auspice Deo, bonus patronus qui me defendat a Theologo scholastico, si forte accuset, quod iustitia fecerim eleemosynariā, cùm ei muneri sit proposita misericordia, aut verò caritas. Sed cùm tanta sit virtutum cōspiratio, & affinitas, non ægrè ferunt vocabula interdum & officia commisceri, & communicari. Verum iam Vatem respiciamus, apud quē hæc tria exposita componuntur, ieiuniu antea fuit positum, eleemosyna hoc versu locatur, & præcipitur, oratio vers.9. *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet : clamabis, & dicet : ecce adsum.* 58.

Frange esurienti panem tuum.] Placuit S.Hier. in numero singulari, *panem*, sensum quærere; *nō plures*, inquit ille, *panes, ne de paupertate causeris.* Autoritas tanti viri facit, vt non sit contēnenda notatio, quæ alioquin posset omitti, cùm istic panis sit pro panibus, imo pro quouis esculento, ex consuetudine linguæ sanctæ. Sed quia panis est principalis cibus, & satis ad vitā tolerandam, agitúrque de paupere subleuando, appositè monetur, & iubetur panibus & opibus abundans : *Frange esurienti panem tuum.* 59.

Eadem dilectitudine vsus idem Hieron. expendit verbū *frange*, & quasi frangit: *non plures panes, ait, sed vnum panem, nec ipsum totū, sed partem panis.* Quæ obseruatio eò pertinet, vt intelligatur, neminem cogi aliis largiri nisi necessaria ad vitam sustinendam: ideo dicitur : *frange esurienti* : hoc est, reuera indigenti non leuiter. Deinde neminem compelli sibi necessaria subtrahere, vt aliis commodet, sed quæ suppetunt debere concedere. Hebr. *Diuide panem tuū,* Hisp. *parte con tu hermano.* 2.Cor.8. v.12. *Si enim voluntas prompta est, secundùm id, quod habet, accepta est : non secundùm id, quod non habet, non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. Accepta est*, expositore Chrysostomo, 60.

exigitur, id est, supra vires à nullo exigitur eleemosyna. Itaque cau[illegible] præcipitur: *frange, seu diuide panem*: non iubeo totum, quod habes, erogare; sed partem, pro opibus & faculta[illegible]ibus: Paulus maiori explicatu: *In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat.*

61. Aliò etiam lic[illegible] ducer[illegible] verbum, *frange, seu diuide panem*; ad multitudinem acc[illegible]ientium: nam fractio, & diuisio fit, [illegible] pluribus in singulis sua pars obueniat. Quale illud: *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Thren. 4. v. 4. Ergo frangere, est multis impertire: cum multis cibum communicare: vnde initio Ecclesiæ, Eucharistiæ communio dicebatur *Fractio panis.*

62. *Esurienti.*] Vbi videris esurire, indigere, non quicquam aliud examines, neque inquiras, neque enim qui pauperibus subuenit, in eorum mores ac vitam debet inquirere, ac si esset publicus censor. Rom. 12. vers. 8. *Qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.* Sanctus ille Ioannes Archiepiscopus Constantinopolitanus, cui ab eleemosynis fuit cognomen, vetabat examinari inopiam mendicorum. itaque mallebat falli ab aliquo, qui non egeret, quàm præterire vllum egenum. Cæterùm, vbi quis omnibus petentibus, aut indigentibus non valet succurrere, habere delectum non modò non est ponendum in vitio, sed debet poni in virtute, & quidem principe, nempe in caritate, quæ præscribit ordinem succurrendi & subleuandi. nam & si omnes sunt in Deo diligendi, & iuuandi, sed alij magis & priùs aliis. Quò fortassis referri possit illud Psalm. 40. vers. 2. *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem*: qui cum iudicio largitur eleemosynam, præponens alios aliis, prout caritas & prudentia dictauerint.

Hiero. epi. 150. q. 1. Orig. Mat. tract. 31.

63. *Panem tuum.*] Neque adiectiuum, *tuum*, patitur S. Hieronymus esse otiosum: sed cauere, ne fiat largitio ex rapina, sed ex propria & iusta substantiâ. Et verò ea non esset eleemosyna, sed aperta iniustitia, & tecta simulatio: cùm videretur esse misericors & liberalis in eo, in quo esset iniustus, nam rem alienam quam retinebat iniquè, transferret iniquius in alium. [illegible] si Deus ita cauet Deut. 23. v. 18. *Non of*[illegible] *dem prostibuli.* Licèt hæc merces n[illegible]dita contra iustitiam, multo minus pr[illegible] liberalitaté in pauperes ex alieno, ex furto. Hoc vrgendum aduersus vsurarios, aliosque raptores, qui cùm largiter furentur & rapiant, quasi decumas pauperibus tribuunt, perinde ac iis eleemosynis furta & rapinæ possent excoqui, & purgari. Ergo si velint saluti suæ consulere, necesse est, in primis, vt sublata suis quæque dominis integrè restituant, deinde de reliquo inopibus tribuant, vt illis Deus condonet peccata in surripiendo commissa.

64. Vtrumque præstitit bonus ille publicanus Zachæus: vbi Christum domi & animo suscepit. Luc. 19. vers. 8. *Ecce dimidium meorum bonorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Reddit quadruplum, non vi legis Mosaicæ, quippe Gentilis: sed vt tutiùs se haberet, cum certò nesciret quid cuique deberet, mauult plus quam minus restituere. Verus, Christóque gratissimus eleemosynarius, qui non furtiuum, sed suum frangit esurienti panem: vnde Christus extemplo addit: *hodie salus domui huic facta [illegible]eo quòd & ipse filius sit Abra-*

A *hæ.* Illius [illegible] ahæ motio[illegible] c[illegible] proprio misericor. Phar[illegible]us ille pu[illegible] [illegible]rum contemptor, 65.
sui [illegible] & iactat [illegible] nas non c[illegible] censet, [illegible] abstinentiam ab iniu[illegible], & a cibo: Luc. 18. vers. 11. *Non sum sicut cæ[illegible] hominum, raptores, iniusti, [illegible] velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in [illegible] decimas do omnium, quæ pos[illegible] deo*: non orationis mentionem, [illegible] tur. Quocirca cum al[illegible] in tem[illegible] oratutus, nihil o[illegible] a De[illegible] tenus Deo gratias [illegible]: *Deus gratias ag[illegible] tibi.* [illegible] citiùs gratulatu[illegible] & pace [illegible] eius fuisset exau[illegible] in cœlo, qu[illegible] ala altera, eleemosyna: & alt[illegible] a, quæ [illegible]
B adesse, sc. l. ieiunium, *ieiuno bis in Sabbato*, aberat, fracta erat, quoniam [illegible] ieiunium, quod Deus elegit sup. vers. 5 non Deo, sed sibi, & vanæ gloriæ ieiunabat; mente non minus inani, quàm ventre.

Frange esurienti panem tuum.] Cum Dei verbum sit instar panis, adhuc hoc ipsum frangendum, secandumque vt pluribus portio obtingat. Monent Patrum venerabilium non pauci, quò ieiunium Deo sit gratius, id quod subtrahitur gulæ, concedendum esse pauperi: *vt non sit*, autore Hieronymo, *lucrum marsupij, sed sanctitas animæ.* August. ad finem Psal. 42. *Frange esurienti panem tuum, audisti ab Esaia: noli ieiunium* 66. Hieron. August.
C *putare sufficere. Ieiunium te castigat, non alterum reficit: fructuosa erunt angustiæ tuæ si alteri præstiteris latitudinem. Ecce fraudasti animam tuam, cui dabis, quod tibi abstulisti? vbi pones quod tibi denegasti? Quam multos pauperes saginare potest intermissum hodie prandium nostrum! ita ieiuna, vt alio manducante, prandisse te gaudeas propter orationes, vt exaudiaris. ibi enim ait: adhuc loquente te, dicam, ecce adsum. Si fregeris ex animo esurienti panem, quia plerunque fit a tristibus, & a murmurantibus, vt careant tædio interpellantis, non vt reficiant viscera indigentis. Hilarem autem datorem diligit Deus. Si panem dederis tristis, & panem & meritum perdidisti. Ergo ex animo fac, vt ille qui intus videt, adhuc loquente te, dicat, ecce adsum. Quam celeriter* 67.
D *accipiuntur orationes bene operantium? & hæc iustitia hominis in hac vita, ieiunium, eleemosyna, oratio. Vis orationem tuam volare ad Deum? fac illi duas alas, ieiunium & eleemosynam.* Dissertè nobis Isaiam exposuit Augustinus, & affirmauit quod nunc agimus de dando pauperibus, quod abstinendo eximitur. Hoc idem & concisiùs S. Gregor. 3. P. Pastor. c. 20. *Non Deo, sed sibi ieiunat, qui quæ ventri subtrahit ad tempus, non ea tribuit egenis, sed ventri postmodum offerenda custodit.* idem ho. 16. in Euang. Ergo ritè Isaias cum ieiunio iungit eleemosynam. Libet hisce claris oratoribus adiungere clarum Poëtam Prudentium in Hymno de ieiunio ad finem; qui est numero septi- Gregor.
E mus ex Cathemerinôn.

Perfusa non sic amne flamma extinguitur, Prudentius.
Nec sic calente sole tabescunt niues:
Vt turbidarum scabra culparum seges
Vanescit almo trita sub ieiunio,
Si blanda semper misceatur largitas.

Demum videre mihi videor in hoc modo loquendi consilium dari, vt stipem & quiduis aliud quisq; sua manu, quoad fieri possit, elargiatur: tum ad secretum, tum ad meritum. De secreto illud Mat. 6. v. 2. *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere, &c. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito:* 68.

abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et Eccl. 29. ver. 15. *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. In corde,* in sinu *pauperis*, ne tradas in manus, ne forte alius videat, ne ipse tum, cùm accipit, videat, & tibi gratiam habeat, sed immitte in sinum. Ne per ioannos & ministeria famulorum mitte, perit enim interdum munus ex toto, vel ea parte perit sæpe gratia muneris & eleemosynæ, quæ accedit ex silentio, & secreto. Sunt qui miseratores pauperem ægrotum, saccum pecuniæ sub ceruicali abscondunt. Scitũ exẽplum S. Nicolai Episcopi qui per fenestram clam noctu coniecit in ædes ciuis pauperis pecuniam tes, quæ sufficeret ad dotem trium filiarum virginum, de quibus prostituendis pater præ inopiâ cogitabat. Ergo, vt sit eleemosyna occultior, atque adeò remotior a vanâ laude: vt sit tutior à furto & fraude ministrorum: vt voluntati & imperio largiendi sit socia manus, tu ipse, quoties licebit, *frange esurienti panem tuum*, vt crescat operæ pretium, & præmium. Prudentius citatus supra num. 67.

Prudentius. *Satis beatus quisquis dextram porrigit*
Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
Cuius sinistra dulce factum nesciat:
Illum perennes protinus complent opes,
Ditatque fructus fœnerantem centuplex.

69. Alludit pius Poeta ad similitudinem sementis, in quâ qui seuit vnum, solet centum metere, fœnore non illicito, ad quod specimen flecti posset illud Eccl. 29. ver. 15. positum num. superiori: *Conclude eleemosynam in corde pauperis*, vt semen in gremio & corde terræ, tibi suo tempore, nec opinanti centuplicandum.

70. Orig. Origenes ad sensus mysticos peruidendos oculatissimus in illo Saluatoris monito Matt. 6. v. 17. *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum:* agnouit oleum non solùm lætitiæ, sed etiam misericordiæ. Consule illum in Leuit. hom. 10. *Vnge caput*, inquit, *oleo exultationis, oleo lætitiæ, oleo misericordiæ, ita vt secundum mandatum sapientiæ misericordia & fides non deserant te.* Addo ipse, secundum dicta num. superiori 68. de secreto, si Christus Dominus monet vngendum esse caput, lauandam faciem, vt dissimuletur ieiunium, quanto magis volet dissimulari eleemosynam? ergo coniungenda est cum abstinentiâ misericordia, & vtraque celanda cùm aliud caritas non postulat; vt merces vtriusque sit tutior, & maior. De largiendo pauperibus cibo, à quo abstinetur, etiam Chrysostomus hoc Isaiæ

Chrysost. citato loco, præcipit in serm. 1. de ieiunio to. 5. *Non enim negotiatio ieiunium est, vt lucrum facias, mas non edendo: sed vt quod tum manducaturus eras pauper pro te comedat, sitque tibi duplex bonum: tum quod tu ieiunas, tum quod alius non esuriit.* Mirum quàm conspirent Ecclesiæ Magistri in hac asserendâ præceptione, vt videri possit ius quoddam Gentium certè fidelium.

71. *Et egenos, vagosque induc in domum tuam.*] Altera functio præcipua misericordiæ, hospitalitas: non quæuis, sed egenorum, nam cùm hospites non egeni domo excipiuntur, alia, si honestè excipiuntur, est honestatis forma & ratio, de quâ non hîc. Pauperum ergo peregrinorum, seu indigenarum, qui tecto carent, exceptio commendatur, *vagos* enim L X X. exponunt, *dictos sine tecto*, quo quia vagi & peregrini ca-

A rent, vtraque versio coit.

Tribus omnino rebus indigemus ad corpus hoc mortale sustentandum, ne corruat, victu, amictu, & tecto: & pluribus nũ egemus, 1. Tim. 6. v. 8. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Tegimur veste, & tectu, mox de veste, *cum videris nudũ, operi eum*; nũc de tecto. Eccl. 29. v. 28.

Tectum excogitatum, & factu est ad arcẽdas cœli iniurias, frigus, æstum, imbrẽ, & talia, quæ nisi arceantur, interimunt. Deinde, ad euitãdas iniurias ferarum, & interdũ hominum, qui sunt feris ipsis truculentiores. Vnde qui cibo pauperẽ alit, ita qui domi recipit, eius vita tuetur. Verbũ, *induc in domum*, & potius Græcũ, εἴσαγε, non nudam receptionem signat, sed quęsitionẽ, 72

B inuitationẽ, & coactionem piam. *Agno in domũ tuam*, tanquam reluctantem: nam modesti, & pudici hospitis est recusare, aut excusare hospitiũ: inuitantis verò liberalis & ingenui *scindere penulã*, vt ea hoc vsu est ferè in prouerbio. Quo ea more illud Luc. 24. v. 29. *Et coegerũt illum, dicentes, mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies.* Quæ coactio peperit cogentibus ingens bonũ, & aliud multo antiquius exemplũ Lot Gen. 19. vers. 3. qui cùm vidisset in foro ciuitatis duos Angelos, specie hominum, & homines esse credidisset, inuitauit in hospitiũ, in domũ suam summâ comitate: eùmque illi: *Minime, sed in plateâ manebimus, compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum:* Neque

C mansit irremunerata hospitalitas: neque itẽ illa fœminæ Sunamitidis 4. Reg. 4. v. 8. *Facta est autẽ quedam dies, & transiuit Elisæus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum, vt comederet panem.* Hebr. pro *tenuit*, [illegible] *chazach*, *vim attulit ei.* Vis grata accipienti, & frugifera inferenti, nam & hæc mulier hospitalitatis præmio non caruit: Deus enim soluit expensas pro paupere. Egeni recipiendi, & tegendi, à quibus reciprocam hospitij vicem non expectemus. Vide Tertul. 4. contra Marcio. c. 31.

Sed vt sunt comiter & benignè excipiendi pauperes qui tectum non habẽt, sic illi qui habere nolunt, vt aliorũ omnium tectis & ędibus 73.

D vtantur, seu vitiis, abutantur: qui toto vitæ tẽpore vagari instituunt; hospitio sunt excludẽdi. De quibus scribitur Eccl. 29. v. 31. *Vita nequã hospitandi de domo in domum, & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hospitabitur* (actiue hospitio excipiet) *& pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet.* Hæc sunt quæ audiet amara: *Transi hospes, orna mensam, & quæ in manu habes, ciba cæteros*, Græce *ciba me*, iuxta Latinum, ciba & cæteros meos sodales: nam eiusmodi vagabundi soli esse non solent.

Cùm videris nudum, operi eum, & carnẽ tuam ne despexeris. Quoad tectum & hospitiũ, quod aliquando si desit, certè, aliquandiu, vita nihilominus est tolerabilis, vt patet in habitantibus 74.

E alicubi subdio: cõmodari debet pauperi peregrino; multo magis vestimentum, quod est magis necessarium, & ad propulsandam temporum inclementiam, & ad tegendam corporis turpitudinem Nam etsi scimus esse gentem, quæ nullo vtatur corporis amictu, vt sunt etiamnum Brasilij; quibus ne noceat frigus, & æstus plurimum, caussa est assueuisse ab ortu, & regionis tempesties: tamen eum morem abhorrere à naturâ negare non possumus, nam id vt quid barbarum, ac monstrosum vulgò censetur.

Est enim, vt inquit Seneca, *oculorum pudicitia tenerrima* naturaliter. Vnde primi generis nostri Gen.3.v.7. satores Adam & Eua post exutu iustitiæ originalis amictum, *cum cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* sc. vt sui, & alieni corporis nudi aspectum vitarent, naturali pudore suadente: quem Deus vsum operimenti sua autoritate firmauit, versicul.21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Ergo noluit Deus ab à capitis deminutione, hominem nudum incedere, sed vestitum: nam & dicti primi progenitores coram Deo in paradiso nudi altare erubuerunt.

75. Quocirca, quantumuis homini nudo cautum esset ab læsione intemperiei, quærenda tamen fuisset vestis, ne alienos oculos, & suos læderet: ne suam sibi, & aliis turpitudinē proderet. hoc ipsum videre mihi videor in isto Isaiæ carmine: *Cum videris nudum operi eum*: cum, i. vbi primùm; *videris*, nudum, operi, ne cogaris amplius eo spectaculo offendi, & ne alij vi- Gen.9.v.23. deant. Laudata est pietas & pudicitia duorum filiorum Noë, qui eum videre nudum passi non sunt, neque ab aliis videri, & irrideri: sed auerso vultu, & retrogradi pallio patrem operuerunt. Cham verò alius filius, qui dum parentem non solùm aspexit sed fratribus, vt ipsi aspicerent, nunciauit, maledictioni subiecit.

76. Non infitior, eum nudus dicitur esse vestiendus, eius vitæ, ac valetudini consuli, quis enim hoc neget? sed affirmo, etiam consuli honestati, & pudori. Nam non rarò nudus plus patitur a pudore, quā à frigore, vel à cōtrario: siue quod nuditas sit dedecori, & probro: siue quod pudicitiæ & castitati aduersetur. Nudi quidē humani corporis etia virilis aspectu oculi casti vbique vitauerint. Dabo hoc loco, quod apud Iu- Inst. Iustini. stinianum legitur in Inst. l. 1. tit. 22. in hæc verba: *Pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimare voluerunt. Nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, benè putauit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum esse visum est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculo extendere. Et ideo nostra sancta constitutione promulgata, pubertatem in masculo post decimumquartum annum completum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in fœminis benepositam in suo ordine relinquentes.*

77. Itaque cum esset præfiniendus coniugio limes, ne quis, ne quave antequam esset maturitas, matrimonium contraheret, cumque nullus esset à natura talis limes, sed aliis citiùs, aliis tardiùs hæc habilitas & potentia contingeret, videbatur consequens, vt inspectione cuiusque habitus corporis iudicium fieret. Sed cùm in fœmina id videretur esse obscœnum, duodecimum annum pro termino habili assignarunt: in masculo verò examen inspectioni reseruarunt. At Iustinianus Imperator, id quoque impudicum esse, & castitate suorum temporum indignum, vt vidimus, eiusmodi inspectionem sustulit, & tempus coniugio idoneum ex ætate præscripsit: malens aliquando ætatem fallere, quàm pudicitiam oculorum offendi nudi corporis aspectu.

78. Præceptum, & incitamentum. *Cum videris nudum.*] Et præceptum, & incitamentum simul affert: prius est nuditas ipsa, quæ cùm sit extrema indigentia, incitat, & impellit ad subueniendum: præterea, quæ ex nuditate consequitur turpitudo, & fœditas, vt modò exposui. Alterum incitamentum ex visu: Miseria visa mouet. *cum videris nudum*, cùm tuis ipse oculis spectaueris nuditatem, statim operi eam. Miseria enim aliena audita monet, minùs quàm visa. Horatius.

Segnius irritant animos demissa per aures
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Non commoueri viscera videntis alienam indigentiam magnam, assignat Apostolus Ioannes epist. 1. c. 3. v. 17. inter notas ad cognoscendam absentiam diuinæ caritatis. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?*

79. Miser præteritur. Idcirco inhumanitas Leuitæ, & Sacerdotis tantopere culpatur, quòd videntes cominus, & intuentes miserum illum à latronibus expoliatum, & vulneratum, commoti non sunt. nam spectata calamitas, per oculos subitò procurrit in viscera: quæ nisi sint durissima, & dirissima, commiseratione liquescunt, & ad succurrendum aggrediuntur. Luc. 10. vers. 31. *Accidit autem vt Sacerdos descenderet eadem via: & viso illo præteriit.* habet suam emphasim: *& viso illo*: *Similiter & Leuita cùm esset secus locum, & videret eum pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus est.* Samaritanus misereatur. Inclementia. Cùm quis audit alterius miseriam, potest suspicari, sibi supra rem exponi, at cùm eam cernit, nihil habet quod excuset. Nota 1. Ioa. 3. v. 17. verba Ioannis allegata: *& viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo*; itaque miseria & necessitas aliena conspecta aperit viscera conspicientis, commouet, emollit: ipse verò inhumanus claudit, sistit, & obdurat.

80. Nudum vestire Humanitas dicet hominem. *Et carnem tuam ne despexeris.*] Altera caussa miserendi, & ferendi opem. Quæ bifariam accipi potest, vno modo: homo hominem ne despexeris: esto humanus, cùm sis homo: humanitas autem postulat, vt cùm videris hominem nudum, operias, si possis, si vestis suppetat: si enim negligis carnem tuam, naturam tuam despicis, nam omnes homines sumus eiusdem Omnes homines consanguinei. generis & conditionis, & ab vno parente propagati. Sap. 7. v. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus & ex genere terreni illius, qui prior factus est.* Omnes igitur sumus congeneres, & consanguinei, & si fas est fingere nomen, concarnei, ex vno Adamo geniti: vnde alterius caro, caro mea est: alterius sanguis, sanguis meus est, alterius ossa, ossa mea sunt. Quam necessitudinem vt agnosceremus, & coleremus, voluit Deus concordiæ humanæ studiosissimus ex vno homine ducere omne genus humanum, cùm posset è pluribus à se solo creatis. Concordiæ ex vno homine creat.

81. Post diluuium, ex vno Noe omnes. Quo fortasse Paulus se obuertit Act. 17. v. 26. *Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ.* Eodem prorsus consilio cùm eluuione & cataclysmo illo generali mundum obruens homines decreuisset extinguere, ad generis humani instaurationem vnum patrem familias reseruauit, vt qui inde procederent, sanguinis & carnis communione inter se tenerentur: atque adeò omnes essent consanguinei, & concorporei: quare cùm homo hominem quamuis nudum tegere iubetur, probè ei dicitur: *carnem tuam ne despexeris.*

Altero

82. *Caro pro cognatione.*

Altero modo licebit interpretari, strictiùs, & magis propriè, pro iis: qui sunt eiusdem nationis, & gentis: & hoc videntur secuti LXX. cùm reddunt: *Domesticos seminis tui*: nam quo quis propior & vicinior est gradu cognationis, eo meliùs dici potest caro nostra, Genes. 29. vers. 14. Laban suo consobrino Iacob exturri, fugienti fratrem iratum, & ad se confugienti, adducto in domum suam, *auditis caussis itineris respondet*: *Os meum es, & caro mea*: tanquam diceret: quî possum te despicere, & reiicere? quî possum non te fouere, & protegere? Abimelech Iudic. 9. vers. 2. ambiens principatum inter suos gentiles ait: *Simulque considerate, quod os vestrum, & caro vestra sum.* Vide 2. Reg. 5. vers. 1. & alibi, caro & os pro consanguinitate, & propinquitate generis capitur.

83. *Propinquioribus subueniendum prius.*

Neque dubium, quin maior affinitas stirpis, si cætera non sint imparia, cogat magis ad subleuandam inopiam. itaque accurrendum est citiùs gentilibus, quàm exteris: ciuibus, quàm prouincialibus non ciuibus: cognatis, quàm alienis à cognatione: & inter cognatos propinquioribus. nam quem ordinem S. Paulus statuit tenendum in beneficientia hâc, de qua loquimur, quoad fideles, & infideles, cum præcipit Galat. 6. vers. 10. *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei*: eumdem oportet seruari suâ proportione, quoad domesticos seminis. Vnde LXX. *Domesticos seminis tui ne despexeris.*

84. *Versionum varietas iuuat. Aug.* *Lectio dubia*

S. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 12. docens varias S. Scripturæ versiones esse vtiles, si diligentia non desit, loci istius probat exemplo: *Nam nonnullas*, inquit, *obscuriores sententias plurium codicum sæpe manifestauit inspectio: sicut illud Isaiæ Prophetæ vnus interpres ait: Et carnem tuam ne despexeris: alius, & domesticos seminis tui ne despexeris: vterque sibimet inuicem attestantur: namque alter ex altero exponitur. quia & caro posset accipi propriè, vt corpus suum quisque ne despiceret, se putaret admonitum: & domestici seminis translatè, Christiani possent intelligi, ex eodem verbi semine nobiscum spiritualiter nati. Nunc autem collato interpretum sensu, probabilior occurrit sententia, propriè de consanguineis non despiciendis esse præceptũ, quoniã domesticos seminis cùm ad carnem retuleris, consanguinei potissimum occurrũt. Vnde arbitror esse illud Apostoli quod ait: si quomodo ad æmulationem adducere potuero carnem meam, vt saluos faciam aliquos ex illis, id est, vt æmulando eos, qui crediderant, & ipsi crederent. Carnem autem suam dixit Iudæos propter consanguinitatem.*

Collatione exponitur Caro pro consanguineis.

85. *Obiectio.*

Sed aduersaris tamen: quòd hæc interpretatio contrahat misericordiæ sinus, à quibus ne alieni quidem debent excludi. Respondeo, non excludi alienos ab eo, qui Deuter. 10. vers. 19. sic edicit: *Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personã non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum: & vos ergo, amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti.* Non, inquam, Deus alienos & exteros seponit, sed cognatos & gentiles anteponit, & quoniam Iudæis erant interdicta commercia cum aliis nationibus, ob periculum contagij, idcirco præcipi oportuit de domesticis seminis, in quibus subleuandis frequentior occurrebat materia beneficientiæ. Propter eamdem caussam Leuit. 19. vers. 18. præcipitur dilectio ciuium, & con-

Misericordia etiam in alienos.

tribulium: & præteritur alienus, & Gentilis. Ex quo loco, & aliis similibus perperam Scribæ & Pharisæi sumserant, alienigenas & inimicos odio haberi posse, & quidem debere: quod Christus errarum corrigit Matth. 5. v. 43.

Vers. 8. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.

86. *Mercos misericordiæ, & pœnitentiæ.*

STipendia promittit misericordiæ & pœnitentiæ officia miscentibus: ea est vis particulæ, *tunc*, cùm suprà præcepta præstiteris.

Tenebræ pro rebus aduersis: Lux pro prosperis.

Erumpet quasi mane lumen tuum.] Vt triste, horridúmque vocabulum *tenebrarum & caliginis* offert animo statum calamitosissimum, & miserrimum: Sic è diuerso lætabile & periucundum nomen *lucis & splendoris* repræsentat oculis conditionem faustam, omninóque fœlicem. Quæ locutio & translatio tametsi est communis omni nationum, & linguarum generi, quippe petita ex ipsius naturæ penetralibus, est tamen Scripturæ diuinæ frequentior, eámque esset minimè operosum pluribus testimoniis affirmare: sed vno contentus ero è Vate nostro cap. 9. vers. 2. *Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbra mortis lux orta est eis.* Vbi status infœlicissimus peccati, & prosperrimus gratiæ Euangelicæ describitur. *Esth. 8. v. 16.*

87. *Aurora propria. Cant. 6. v. 9.* *Lux iucunda.*

Sed hoc generale, & faustum nomen *luminis* hoc loco peculiaribus circumstantiis ampliùs ornatur: cùm dicitur: *Erumpet sicut mane*: Hebr. planiùs: *sicut aurora*: cuius duo sunt maximè propria: vnum, vt tenebris nocturnis succedat: alterum, vt sensim procedat. Ergo ad rem: aduersis prospera successura, & sensim in maius, & melius processura. Lux iucunda est oculis, & gaudigena: nam sine luce nullum gaudium. Tobiæ 5. vers. 12. *Et ait Tobias: quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* Sed lux auroræ superueniens tenebris, multo est iucundior, & pulcrior apparet. Vnde Cant. 6. vers. 9. cùm quærerentur similitudines ad cõmendandam pulchritudinem sponsæ, statim hæc occurrit: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, &c.* Apud Poëtas exteros infinita sunt epitheta in laudem auroræ. Poëticè fermè de eâ loquitur Dauid 2. Reg. 23 versicul. 4.

88.

Post noctem longam, in hiberno scilicet solstitio, tenebricosam, adde, procellosam, & horribilem: in qua cœlum versum in Cymmeriam caliginem tuiturum cuique videtur, & terror, ac pauor omnia occupat: cùm subitò auricoma consurgit aurora, & eâ exoriente, suus color, decórque rebus omnibus restituitur, & cuncta luce perfusa patescunt, terrores noctis & tenebrarum abscedunt, aues suo garritu aures oblectant? quid potest escogitari iucundius, & hilarius? Auroræ iucunditatem Silius lib. 5. ita pingit.

Donec flammiferum tollentes æquore currum,
Solis equi sparsere diem, iámque orbe renato,
Diluerat tenebras Titan sensimque fluebat

Caligo in terras nitido resoluta sereno.

Hæc tu cogitatione transfer ad ærumnosissimam fortunam, & ad statum summæ fœlicitatis superuenientem, & hunc Isaiæ versum intellexeris. De hac fausta fortunæ mutatione intelligunt Vatablus, Forerius, Mariana, Sa, Sanchez, Cornelius. De spirituali prosperitate Hieronymus, Cyrillus, Procopius, & alij ferè.

89. *Bona promissa quæ.* Ego vtramque non inuitus iunxerim, sed tamen cùm ista promittātur ieiunātibus & simul misericordibus, hoc est, benè, ac honestè viuentibus, virtutum officia fungentibus, vt præmia, mercedéique laborum; ab ipsis iner virtutibus oportet aliquo modo secernere: nam & si auctio virtutis est quodammodo merces eiusdem exercitæ, tamen aliquid ab eâ distinctum assignatur pro mercede: vnde præter ipsa incrementa virtutum & gratiæ diuinæ, quæ luminis & sanitatis vocabulo significari queunt, aliud opus est concipere, quod bene abstinentibus, & in pauperes liberalibus promittatur in hac vita,
90. *Bona temporalia etiam.* vel in futura, aut in vtraque. Temporalia bona promitti non dubito ob id, quod præcessit: *Quare ieiunauimus, & non aspexisti* quam querimoniam esse, se in calamitate temporali deseri, non potest esse dubium, vt fuit expositum: vnde cum præsēs promissio satisfaciat dictæ querimoniæ: sitque sensus: non vos aspexi, quia male ieiunastis, sed si bene ieiunaueritis & ieiunium condiueritis eleemosynis, tam benignè vos aspiciam, vt futuri sitis, & calamitate liberi, & magnâ fœlicitate florentes: vno verbo; viuetis fœlices, & moriemini gloriosi; si de morte exponimus illud: *& gloria Domini colliget te:* de quo statim: fit ex dictis, hic, bona quoque corporalia promitti.

91. *Promissiones antiquæ quo differant.* Præterea, quia populo Hebræo, vtpote rudiori, plerunque Deus bona ista sensibus obiecta pollicebatur, vt eum alliceret; reseruans promissiones rerum æternarum nouo testamēto & populo: non quòd hæc non omnino promitteret, sed quod rectiùs, & è diuerso in Euāgelio hęc temporalia parce, & spiritualia clarè, & largiter ostenter. Verum cautiùs & meliùs hoc anceps pronunciatum Augustini, quàm meis verbis expediam ex Psalm. 54. vers. 4. quo loco cum præmisisset, Deum fuisse solicitum, ne quis putaret bona etiam temporalia ab alio, quàm à se donari, ait: *Vt ergo Deus hæc ostenderet, distribuit tempora veteris & noui testamenti: in veteri testamento promissiones sunt rerum terrenarum, in nouo autem regni cœlorum. Pleraque sunt præcepta Deū colendi, & rectè viuendi: ipsa sunt ibi, & hic. Sed quia promissio ibi alia videtur, alia hic: iubentis imperium, & obedientia seruiētis eadem est, sed merces quasi non est eadem: Etenim illis dictum est. accipietis terram promissionis, vt in illa regnetis, vt inimicos vestros superetis, vt ab eis non subiugemini, vt filios procreetis. Hæc terrena promissa sunt, sed tamen figurata.* (August.)

92. *Forsitan Deus arent. Deus vtraque bona, temporalia, & æterna concedit.* Tradit S. Doctor, Deo fuisse curæ, ne quem error occuparet ille: Deum quidem esse largitorem bonorum æternorum, vtpote principalium; non verò temporalium: quippe minoris census: ad quem errorem arcendum ait, Deum distribuisse tempora veteris & noui testamenti, vt in vno vna, in altero altera bona promitteret, & concederet, & sic apertius esset, vtrorumque esse largitorem, quæ distributio non tam arctè est accipienda, vt priori seculo sola temporalia promiserit, & posteriori sola æterna: sed hoc temperamento, vt in veteri testamento parciùs, & tectiùs cœlestia, largiùs, & palàm terrena proponeret, vt cap. 1. vers. 19. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis:* in nouo verò testamento è contrario, temporalia bona modicè, æterna affatim sit pollicitus. nam vt in lege Euangelica non solùm spiritualia donat, sed adiungit corporalia; sic in lege Mosaica nō tantū donauit corporalia bona, sed etiam interiora dedit, promisítque cœlestia: occultiùs licèt: quod illis verbis significat Augustinus: *Hæc terrena promissa sunt, sed tamen figurata.*

Causas huius differentiæ ab Augustino prætermissas, quoniam id aliud agēs agebat, duas ipse 93. *Cur Deus olim temporalibus promissis allexerit.*
video. Vnam, gentis illius tarditatem: alteram, statum & conditionem temporū, in quibus *nondum propalata erat sanctorum via, adhuc priore tabernaculo habente statum.* (Heb. 9. v. 8.) cùm enim tunc iusti vitâ functi non possent æterna præmia consequi, eorum æternorum promissio fiebat occultior: eorum bonorum quæ in hac vitâ possidentur, apertior. Ex quibus fit, vt cùm hæc pertineant ad Israelem, putem de temporalibus debere accipi, aut omnino, aut certè, manifestiùs.

Et sanitas tua citius orietur.] Aliud vocabu- 94. *Sanitas corporis munda.*
lum non minoris iucunditatis, quam sit *lumen:* sed multo maioris. Lumen enim foris est, oblatum oculis recreat, & exhilarat: at sanitas, & integritas corporis interna est, intus manet, vbique & in lumine, & in tenebris præsidio est. Quanti æstimanda sit corporis sanitas edocuit nos Ecclesiasticus cap. 30. vers. 14. *Melior est pauper sanus & fortis viribus, quam diues imbecillis, & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctitate iustitiæ melior est omni auro, & argento: & corpus validum, quam census immensus. Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium.* Et verò ex bonâ valetudine gaudium; ex affectâ & languidâ mœror oritur. itaque ad fœlicitatem humanam non exiguum pondus habet sanitas & integritas corporis: & si sanctitatem & sapientiam seponis nihil est æstimabilius in vita mortali, aut etiam immortali: nam hæc cum illis duabus in cœlesti patriâ perfectissimè possidebitur: & nihil aliud ibi ad perfectam animi & corporis beatitudinem, quàm tria commemorata, sanctitas, sapientia & sanitas inuenientur. 95. *Sanctitas, sapientia & sanitas in patria.*

Ergo vt lumen per translationem assumitur ad significandam florentem fortunam, eodem modo & *sanitas:* ni malis distributè sumere, *lumen* pro bonis externis: & *sanitatem* pro internis naturalibus tam corporis, quàm animi, nam ex vtrisque componitur, & coalescit status, & conditio florens, ac fœlix. Et quidem sanitas ad sanitatem & integritatem mentis sæpe traducitur. inde homo sanæ mentis, inde insanus, & insania. Et vt sanitas est perfecta corporis habitudo constans incolumitate membrorum, integritate sensuum, concordiâ humorum, & conuenienti partium omnium situ, & constitutione: ex quibus color aptus, ac proinde pulcritudo gignitur: ita sanitas metaphorica debet sub se complecti bonorum internorum, quæ pertinent ad animum, collectionem, seu naturalium, seu supernaturalium, prout similitudo fuerit applicita, iuxta id quod modò num. 89. explicabamus. (*Sanitas corporis & animi.* *Sanitas, quid.*)

Quod

96. *Lectio varia.* Quod ad lectionis varietatem spectat; sciendum est [illegible] aut [illegible] ibus pro *sanitate*, inueniri *vestimenta*, ut Tertulliano, Cypriano, Ambrosio & Augustino: cuius diuersitatis causam Hieronymus indicat, quòd in Græco codice, vbi erat ἰάματα: illi legerint ἱμάτια. sed cum e Hebræo communis lectio firmetur, ita potius ex librariorum incuriâ, aut curiositate imperita processisse credatur quæ si esset probabilis, ad sensum non incommodum afferri posset ad resurrectionem, in qua corpora veluti vestimenta posita iterum induuntur: & non repugnaret verbum *orire*, Heb. *germinare*, quod resurrectioni conuenit, vt cap. 66. ver. 14. videbis. At quorsum quam mendosam lectionem censemus: exponendo tuebimur?

97. *Prospera, cum improuisa, sunt gratiora.* Aduerbium, *citius*, & verbum *erumpet* improuisum nec opinatum fortunæ fœlicis accessum ostendunt. Nam vt aspera subitò inuadentia percellunt, & cruciant acerbius. Iob cap. 47. nu. 46. sic vice contraria, quæ sunt prospera, cum eueniunt inspetata, & improuisa, iucunditatem & gratiam augent: eam vim obtinet, *erumpet*, & aduerbium, *citius*, Heb. *festine*: & eodem tendit comparatio *aurora*, & verbum *orire*, seu, *germinare*: quia vtrumque fit sensim, nemine quemadmodum fiat, aduertente. Hoc aduertit Cyrillus, & fortè ex eo Procopius iis verbis Latinè redditis: *Hæc custodienti sicut ex nocte repentinum diei lumen illucescet bona afferens cœlestia.* & pòst: *ideóque matutinum appellauit, Deo pro sua beneuolentia, tempus anteuertente.* Itaque Deus ad benefaciendum præuertit tempus, ad affligendum, retardat.

98. *Phrasis.* Palam erit, te iustum esse, iustè egisse: ex ea videlicet opinione, quâ vulgo existimatur rectè agenti euenire rem feliciter. tale illud Iacob Genes. 30. vers. 33. *Respondebit mihi cras iustitia mea quando placiti tempus aduenerit coram te.* i. *Agenti sanctè eueniunt prospera.* Apparebit postea, adueniente die conuentionis, quam iustè me gesserim erga te. Sic hoc loco Apparebit, tibi, aliisque constabit tua in pauperes misericordia; (iustitia pro misericordia vt dixi num. 57.) præmia subsecuta indicabunt præcedentem vitæ honestatem. Ad hunc tenorem exponunt Hieronym. Dionys. Adam. Forer.

99. Aliter ab aliis intelligitur: vt *Iustitia*, i. opera bona præcedant sternendo, exæquando viam ad Deum. Cyril. Haymo, Pintus, Sa.

Exemplo aliis prælucere. Procopius paulo differentius: vt aliis præluceat iustitia tua: vt illud Matth. 5. v. 16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra*, &c. nam qui est a Deo illuminatus, necesse est, vt alios illuminet.

Censura auctoris. Sunt & quibus iustitia sapiat Christum, Haymoni nimirum & Vatablo. Ex quibus quattuor opinionibus prima est germanior: secunda proximè accedit: tertia & quarta videntur alienæ. Cur primæ opinioni dem primas, præter autoritatem Hieronymi, me mouet ratio ibi subiudicata, scil. phrasis S. Scripturæ. Vt secundæ dem secundas, & autoritas San. Cyrilli, & ipsa etiam norma mouet loquendi, nam qui viam præmunit alicui, eius faciem præire dicitur. Malach. 3. ver. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Luc. 1. vers. 76. *Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem eius, parare vias eius.* Solent etiam præire familites & lictores ad submouendas turbas, & expediendam viam. ad hunc morem potest iure nimio pertinere; nihil iustis & humanis in proximos occursurum impeditum nullum fore offendiculum nihil quod obstet, nihil quod retardet, esse futurum. ob meritum enim legitimæ abstinentiæ, & opportunæ misericordiæ *erunt praua in directa, & aspera in vias planas*: colles exæquabuntur, & valles attollentur, vt omnia fiant æqualia & recta. *Sup. 40. v. 4.* Sententia tertia Procopij; præluecebit aliis, repugnat textui: *antecibit faciem tuam*, deinde instituto, quod est agere de præmio iustorum, non de exemplo, quo aliis prosunt. Vltima expositio de Christo, ex omnibus supra tractatis excluditur; quibus fit nunc non præostendi Euangelium.

100. *Expositio auctoris. Consilij lux in rebus turbulentis.* Propositis antiquioribus interpretationibus, adiiciam recentiorem. Cùm comparatio prima ex matutino splendore orituro iudicet antecessisse tenebras & caliginem: quibus significantur res aduersæ, & turbidæ, quo tempore vbique turbatur, trepidatur, & non est, quò te vertas, nihil certi consilij, quod prehendas, non secus ac in subitâ, & horridâ tempestate: vbi accidit quod scribitur Psalm. 106. vers. 25. *Stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius: ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.*

101. In hac, aut non dissimili trepidatione, & cõfusione rerum, *tunc*, cùm fuerit desperatum, *erumpet quasi mane lumen tuum*: post tantas, támque horribiles tenebras, multo iucundius: *& sanitas tua*, Græcè ἰάματά σου: *medicamina tua*, tot malis remedia, *citius*, quam putaras, *orientur: & antecibit faciem tuam iustitia tua*, in tam cæcâ noctis caligine facem præferens, viam ostendens, consilium expediens, & omnia pacans, atque componens: *& gloria Domini colliget te.* Græcè περιστελεῖ σε, *circumdabit te*, ne quis, quidve possit tibi officere. Psal. 90. vers. 5. *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno; à sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & Dæmonio meridiano.* *Gloria pro luce.* *Veritas Dei* in Psalmo, & *Gloria Domini* in Isaia idem sunt, nam gloria pro luce & claritate sæpe supponitur: Eccles. 43. vers. 1. *Altitudinis firmamentum pulcritudo eius est, species cœli in visione gloriæ.* i. lucis. & versic. 10. *Species cœli, gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.* *Psal. 8. v. 6.* Ergo Dei lux gloriosa, & gloria Dei lucida instar scuti & parmæ, te proteget, instar muri te circumdabit, Dei fauor te circumuallabit, vt nemo te possit offendere. Iob 1. versicul. 10. Diabolus alioquin mendax verè ad Deum quasi calumnians: *Numquid Iob frustra timet Deum? nõne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersámque substantiam per circuitum?* Iustos ad auxilium, asylúmque cœleste confugientes colligit gloria Domini, lux, fauor eius ab omni periculo tutos, securósque reddit. Hærent arctè huic explicationi subsequentia.

Vers. 9. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicam: Ecce adsum.

Exau-

102. *Merces misericordiæ.* EXaudi[illegible] preces, & vota ritè abstinentium, & pie misereentium [illegible] limus ver.4.num.43. vers.[illegible] num.54.67. Nam qui se affligit,& alios recreat dignus quodammodo efficitur, quem Deus in sua afflictione clamantem exaudiat. Certè hoc est Dei institutum, & propositum, ausim dicere, promissum, se fore propitium, ac liberalem erga eos, qui se humanos, ac liberales ostenderint proximis sui. Luc. 6. ver. 36. *Estote ergo misericordes, sicut Pater vester misericors est.&c. dimittite, & dimittemini: date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. eâdem quippe mensurâ, quâ mensi fueritis, remetietur vobis.*

103. Dictiuncula: *Sicut*, non solum signat similitudinem, sed etiam obligationem: rationem, ob quam debemus esse misericordes, quia Deus in nos est misericors: nam alioquin, si nolumus di- *Punitur immisericors.* mittere, si nolumus dare, *cōtinebit Deus in ira misericordias suas: & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.* Pœna iusta talionis: Eccl. 28. vers. 1. *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Domino quærit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cùm caro sit, reseruat iram & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis ipsius?* Quæ crebræ interrogationes magis rem exprimunt, & premunt vehementiùs immisericordem: & quamuis sint de sola cōdonatione iniuriarum, sed vim habent eamdem in largitione eleemosynarum. Quare Christus loco prænotato Luc.

104. *Eleemosyna duplex.* *Luc. 6. v. 37.* vtrumque ex æquo iungit: *Dimittite & dimittemini, date & dabitur vobis*: quorum prius pertinet ad offensam condonandam: posterius ad eleemosynam dandam: & vtraque vulgò exsistimatur actio eleemosynæ, & misericordiæ, *Pauper potest eleemosynam spiritualem conferre.* vna spiritualis, altera corporalis: & hoc interest, quòd prior exerceri potest vel à pauperrimo: posterior non nisi à diuite, & abundanti: prior est omnibus omnino necessaria ad salutem: posterior in tempore, & pro facultate, vnde qui non remittit iniuriam acceptam, cùm remittendo nihil amittat de suo; is vix impetrabit à se, vt mittat, donétque alij suas facultates, quas mittendo est amissurus: quod si aliquando fecerit, cùm puro Dei intuitu non fecerit, is non certò prædicitur exaudiendus, sed *Misericordia opera qualiter.* is, de quo suprà, qui frangit esurienti panem suum, &c. qui ieiunat: & in die ieiunij, & in die eleemosynæ non inuenitur voluntas eius, sed Dei: qui in se macerando, & proximo iuuando Dei beneplacitum intuetur: huic dicitur: *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis & dicam: ecce adsum*: Tu exaudisti pauperem inuocantem, & implorantem opem tuam: & Dominus exaudiet te cùm innocabis: tu audisti clamorem & gemitum egeni, tu illi affuisti: *Luc. 6. v. 38.* *clamabis ad me, & dicam: ecce adsum: Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabo in sinum tuum, eo quòd concluseris eleemosynam tuam in sinu pauperis.*

105. *Dei auxilium & fauor insitus.* *Ecce adsum.*] Auxilium Dei, fauórque præsentissimus ad omnia, & vbique. Deus enim vbique rebus omnibus adest, inest; intimus, illapsus: neque aliud fieri potest, vt res aliqua existat, & Deus ei non adsit intimè. Hoc cùm ita sit, quid singulare Deus hoc loco pollicetur? *clamabis, & dicam* [illegible]. S. [illegible] ad Psal. 129. vers. [illegible] *Deus autem qui & vbique est, [illegible] omnibus est, totus audit, totus videt, totus [illegible] totus incedit, [illegible] ex Scripturis docemur, cum dicitur: ego Deus appropinquans, & non de longe. & rursus, quoniam in [illegible], & viuimus, & mouemur, & sumus. Virtus ergo [illegible] quæ æqualis & indiscreta est, officiorum [illegible] membra non habet nomina. Virtus, quâ videt, oculi sint, & quâ audit aures sint; virtus, quâ efficit, manus sint, virtus, quâ adest, pedes sint, officiorum diuersitates [illegible] huius potestate peragente. Deus [illegible] vbique adest, audit, videt, efficit [illegible] orandus [illegible] bis est, vt secundum precem [illegible] adsit [illegible] videat, efficiat. Natura sua [illegible] vt audiat, [illegible] nostra, vt precemur audiri.* [illegible] go adest Deus rebus omnibus per [illegible] naturam, [illegible] non sentientibus, sed non [illegible] dest omnibus etiam intelligentibus per gratiam, & [illegible] Deum & proximum propter Deum diligentibus. Vnde verbo sed significantissimo concludit [illegible] mia ieiunij & misericordiæ [illegible] dictum, vbi fuerit aduocatu[illegible]: *Ecce ad[illegible]* oratio duabus illis alis subnixa cœlos [illegible] dit, & gratis Dei auribus accipitur. & impetrat opportunum ad omnia præsidium.

Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris 106. *Sup. 58. 6.*
extendere digitum, & loqui quod non prodest. Hic versus sensu hoitimus est sexto, & ibi expo[illegible]us: nam quod nomen hic, *catena*, illic redd[illegible], *Omne & omne onus disrumpe*: itaque *auferre de medio catenam*, est pacta & conuenta grauia, & iniuste obligantia rescindere. Sed quæ[illegible] si est *Pacta iniusta.* idem; quo fine retractatur, & repetitur. dico: *Peccata crebra crebriùs coarguenda.* quia quod creberrime peccabatur, semel & iterum damnari oportuit: neque est infrequens Vatibus vnum & idem vitium sæpius coarguere. Deinde: quia infrà iteratur promissi[illegible] prosperæ fortunæ: debuit iterum præmitti conditio abstinendi ab iniuria, quoniam hæc abstinentia est Deo gratior, magisq; necessaria quàm *Abstinere ab iniuria melius quàm à cibo.* quæ est à cibo. Et satis Latinè dicitur: *Abstinentia*, cùm quis manus abstinet à pecunia iniuste continendâ, & quauis aliâ iniuriâ. Cicero sic sæpe vtitur. Minùs germane Lyranus exponit, cùm accipit propriè *catenam*: i. si vinctos, & in custodiam traditos liberaueris. nam cum hac expositione non conuenit additum, *de medio tui*: etiā si exposueris, quos tu in vincula conijci fecisti. vnde Lyranus aliam subiecit de cauillationibus.

Qui *catenam*, pro quolibet vinculo peccati 107. sumunt, quo pecca[illegible]s constringitur, significa- *Catena non pro quouis peccato.* tionem nominis hoc loco laxant; nam non vbique nomina talia ad nexus peccatorum in commune transferuntur: & nunc sermo superne ductus postulat, vt de iniuriâ amouendâ ab aliis, præcipuè à tenuioribus intelligatur. Chyrographa verò fraudulenter, vel iniquè extorta, & pacta quæuis iniusta, quibus pauperes tenentur obnoxij, ne iudicium & solutionem debiti possint effugere, nominātur aptissime *catena*, & obligationes: & particul[illegible] *de medio tui*, [illegible] *Syngrapha extorta iniuste.* liùs cum hoc explicatu componitur, dicit enim respectum ad alios: *Si abstuleris catenam de medio tui*, quæ media est inter te, & [illegible]lium: quâ tu tenes alium, sed iniustè, aut certè inhumane. Repete v. 3. num. 40. vers. 6. num. 51.

Et desieris extendere digitum.] Quàm vario fine

108. sine digitus extendatur, tam vario modo locus [illegible] Varie [illegible] dicere quod [illegible] vnum, ut al[illegible] probabilem [illegible] gan[illegible] ndum not[illegible] in [illegible] am: [illegible] to [illegible] inuoamur [illegible] vers. 32. [illegible] [illegible] *Agitabit manum suam super montem filiæ Sion.* [illegible] nunabitur, sermo de Sen[illegible] hæc [illegible] eo, quod illic *manum*, [illegible] *digiti* ponit [illegible] hi in digito manum agnoscunt L X X. *χειροτονίαν*, quæ [illegible] Ioanne Curt[illegible] rio, *manus extensio* redditur. Iubetur ergo placi[illegible] Deo temperare a m[illegible] [illegible], gestus minaces potentiorum valde terrent in[illegible] os, & ad quæuis dura subeunda adi[illegible] De minis exponit Sanct. Thomas, Sa, Va[illegible]

Huc reuocatur significatio Foterij, vt sit gestus velut [illegible] oculos alt[illegible] erere non dissimilis ab [illegible] vers. 4. *& percutitis pugno impie*

109. Est [illegible] istius gestus indicium, prope contemptum, seu subsannatio & irrisio, quæ est etiam propria diuitum & nobilium superborum, qua pauperes ad magnum mœrorem & amatorem [illegible] Hu[illegible] nt. Sanct. Thom. Haymo, Hieronymus [illegible] rpretantur de detractione quæ tanti est, atque contuitum, & fama, id ipsum placet [illegible] Mihi maximè quod Mar[illegible]anæ nostro, vt sit [illegible] quod promittere, vel affirmare *quod non oportet* vt suppleat ille: sed ego nihil supplevero, sed iunxerim cum sequenti: *extendere digitum, & loqui quod non prodest*: nam ad promittendum, vel affirmandum, solet digitus extendi. Hispanè: *Alcar el dedo*: huc explicatum adiuuat dictio postrema [illegible] quam exponit Latinus [illegible] *quod non prodest*; & exponi potest *vane*, vel, *in vanum*, & conferri cum Psalm. 23. v. 4. *Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.* Nam *accipere in vano animam suam*, multi de iuramento temere adhibito intelligunt, seu de fraudulento, vt sequens incisum sit explicatio præcedentis. Ergo iuramentum iniquum contra [illegible]os dissuadetur, quòd in pactis & contractibus non sit iusiurandum ad mai[illegible] stabilitatem interponere.

Amori promittere. *Promittere.* *Non iurandum contra alios*

110. Illud verò de digito medio infami, vndecumque illi aduenerit infamia, de quo fusè Delrius Adagial. 801. ad rem, de qua agitur, pertinere non existimo; & gestum illum esse communem pluribus nationibus non constat.

Digitus infamis

Vers. 10. Cùm effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

111. HÆc a supernis sensu non differunt. Nam vers. 7. præcipitur: *Frange esurienti panem tuum*, &c. & vers. 8. promittitur: *Erumpet quasi mane lumen tuum*, &c. à quibus nihil dissimile hic traditur. Verùm quoniam verba sunt alia, & nonnulla teru eamdem aliter indicant, non erit sine operæ pretio, aliquantisper expendere.

Eadem quæ supra

Cum effuderis esurienti animam. Affectu singulari [illegible] nos [illegible] est anima [illegible] fundit [illegible] nil [illegible] amplius, quo [illegible] quo [illegible] *[illegible] habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* [illegible] ergo ita dat pauperi necessaria ad vitam sustinenda [illegible] etiam pro [illegible] lo sublevan[illegible] [illegible] mbere, is effundit [illegible] Siue, in quod potiu[illegible] [illegible] tur pro affectu & studio [illegible] quo ducti [illegible] emus [illegible] tate. Cognatum illud Pauli de [illegible] tarum erga se, ca. 4. vers. 15. *Testimonium perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros [illegible], & dedissetis mihi.* Potest igitur [illegible] hoc loco *anima* pro desiderio, pro [illegible], vt alibi sæpe, pro parte & appetitu concupi[illegible]

112. *Affectu misericors* *Animam effundere.*

Quamobrem Deus non est contentus solà largitione & fractione panis, aliarumque rerum, sed requirit præterea studium & affectum: vt largitio procedat è commiseratione, & hoc ipsum exigit nomen Græcum ἐλεημοσύνη, *eleemosyna*, ductum à verbo quod est *misereor*, vnde bene etiam Latine *misericors*, & *misericordia*, quæ voces & cordis & animi commiserationem, & humanitatis affectum produnt.

113. *Misericordia magis in affectu, quàm in effectu.*

Denique in *animâ* video viscera, in quibus est sedes misericordiæ: nam commoueri viscera, est idem, quod misereri. Genes. 43. versic. 30. *Festinauitque (Ioseph) quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lacrymæ.* & magis propriè de miseratione 3. Reg. 3. vers. 26. *Dixit mulier cuius filius erat viuus ad Regem (commota quippe sunt viscera eius super filio suo) obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* Quare Hebræi eodem pene vocabulo nominant *viscera*, & *misericordiam*, vt cap. 49. nu. 191. habes, & plura huius argumenti.

114. *Viscerum commotio.* *Viscera & Misericordia sunt annumerata Hebræis.*

Ergo non satis est frangere esurienti panem, non satis sitienti miscere potum, non satis nudum tegere, peregrinum excipere, & alia humanitatis officia facere, sed est etiam opus in istis animâ inuoluere, & in proximi leuamen & Dei iubentis gloriâ effundere. pluris enim hæc à Deo affectus, quam census. Eâ de causâ profertur vidua mittens duo æra minuta in Gazophylacium multis aliis magna mittentibus. Luc. 21. ver. 1. Animus est qui æstimatur a Deo, & ex eo pretium accipiunt munera, maius, minúsque, aut etiam nullum. Vide Mich. 6. vers. 8. *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.* *Diligere misericordiam*: non sufficit facere, sed necesse est, diligere, cum affectu, cum studio facere, effundere animam indigenti, & misero. *Non ex tristitia, aut ex necessitate*: sed sponte, & hilarè, non ad amouendam molestiam flagitantium, non ad vitandam infamiam inhumani, non alio fine inhonesto, sed ex animo placendi Deo, & opitulandi pauperi; *Hilarem enim datorem diligit Deus.*

115. *Affectus æstimatur.*

116. 2. Cor. 9. v. 7.

Et animam afflictam repleueris.] Finis proprius, & proximus in subueniendo indigenti, leuare miseriam, afflictum recreare. Qui alit pauperem, & famelicum, duo facit: vitam redimit pereuntis, & exhilarat; corpori, & animo opem fert. nam vt famem consequitur mœror, sic saturi

Finis eleemosynæ. *Famem tristitiam sanitas lætitiam parit.*

turitatem lætitia. Act. 14. vers. 16. de Deo *dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda nostra.* Vnde duplex actio misericordiæ, vna corporalis, altera incorporalis; satiare
117. corpus esuriens, & recreare cor mœrens. Fortassis eo respectu posuit: *animam afflictam repleueris:* Hebr. *humiliatam*: vt beneficium vtrique parti hominis prosit corpori ministretur alimentum, cordi gaudium: cuique suum pabulum opportunum. Vt enim qui bene ieiunat, affligit suum corpus, & suum cor. debet enim ieiunium ex pœnitentia & contritione procedere: vnde illi simulatores interioris afflictionis dicebant vers. 3. *Quare ieiunauimus & non aspexisti? humiliauimus animas nostras & nescisti?* eisdem verbis: afflximus animas nostras: sic qui ex corde miseretur & succurrit: subleuat corpus & cor indigentis: nam cùm videt simul cum dono & beneficio sibi viscera & animam miserentis effundi, totus reficitur, & magis animo, quàm corpore: quia pluris æstimat affectum, quam eleemosynam: pluris animum quam munus. Itaque qui ita tribuit egeno, eum replet: eum satiat omni ex parte: atque adeò fit idoneus, qui satietur & repleatur à Deo: qui quod pauperi datur suo nomine, sibi datum agnoscit, & remuneratur.

Ieiunium quale.

Opera corporalia misericordiæ animum etiam recreant.

118. *Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.*] Hoc non aliter explicandum, atque illud versic. 8. *Erumpet quasi mane lumen tuum*: lumen enim matutinum, seu auroræ, vt istic expendebamus, succedit tenebris, & procedit vsque ad meridiem augescendo; quod referebamus ad prospera aduersis superuenientia. idem est præsentis orationis propositum. Quam mutationem & vicissitudinem alij ad res spirituales, alij ad res temporales applicant: nos, vt vers. 8. num. 95. attemperauimus, sic eodem temperamento hîc vtimur: vt palàm fœlicitas temporalis promittatur, clam verò spiritualis adumbretur.

Lumen matutinum gratius.

Prospera aduersis succedentia iucundiora.

119. Lux meridiana est clarissima, quia cùm solis radij directiùs emittantur, maiorem habent vim ad calefaciendum, & dissipandum nebulas & nubes, quibus claritas solis intercipitur. vnde pro maximâ fœlicitate substituitur, quam nullæ res aduersæ interturbent. Quam meram, ac perpetuam fœlicitatem versus insequens elegantissimis translationibus exponit.

Lux meridiana cur maior.

Vers. 11. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.

120. VT post tenebras lux est gratior: sic post laborem requies est iucundior; quæ si sit diuturna, erit iucundissima. Matth. 11. vers. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Nihil enim laboranti dulcius accidere possit quàm requies, & refectio. Iob. 7. vers. 2. *Sicut seruus* (labore æstuans) *desiderat vmbram; & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.* scil. vt requiescat. Promittitur populo, si laborantes inopiâ alleuauerit, leuamen in laboribus & imperturbata requies. Vnde verò & quemadmodum sit euentura tanta quies, ex Hebræo, & Græco codice discimus: ille: *Deducet te Dominus*, & iste. *Dominus tecum erit*, idem quod vers. 9. *Clamabis, & dicam: Ecce adsum*: requies enim hominis nisi in Deo, in eius præsidio & fauore inueniri nequit: alibi quàm ibi non est securitas, non sufficientia, nedum satietas. Nihil satiat, nihil implet hominem præter Deum.

Requies post laborem suauior.

Requies nulla, nisi in Deo.

121. *Et implebit splendoribus animam tuam.*] Heb. *Saturabit*. idem verbum, quod versu anteriori: *cùm animam afflictam repleueris*, saturaueris: vt clarius eluceat remunciatio, & eiusdem mensuræ redditio: vbi tu animam esurientem & inanem cibo, potu, aliisque necessariis rebus repleueris: Deus implebit splendoribus animam tuam: & implebitur promissum à Principe Vatum, Matth. 5. versic. 7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* & Luc. 6. versicul. 37. *Date, & dabitur vobis mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum.* i. multo plura, & maiora quàm dedistis, recipietis. Hic pro pane cibario, pro aquâ profluente, pro veste tineis obnoxiâ, promittuntur, & conceduntur splendores satiantes, & ornantes animam.

Talem in præmio.

Plura recipimus, quam damus.

122. Pro *splendoribus* alij licet nobis supponant, *Siccitates*, alij aliud, fidendum tamen magis vulgato: nã splendores Dei, eius præsentissimus fauor, & cõspectus augustissimus est qui satiat, & implet animam: alia omnia occupant, impediunt, grauant, & relinquunt vacuam. Iob. 1. vers. 14. *De absconditis tuis* (i. diuitiis) *adimpletus est venter eorum: saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.* i. liberos suos instituerunt hæredes bonorum: sed neutris inuideo, quippe vacuis, *Ego autem in iustitia apparebo cõspectui tuo, satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Illi seu viui, seu vitâ functi sistentur ante tuum tribunal saturati bonis temporalibus, & vacui meritis; quia noluerunt pauperibus imperti i, quo plura filiis relinquerent. *Ego autem in iustitia.* (i. misericordia, quam in egenos exercui) *apparebo conspectui tuo; satiabor, cum apparuerit gloria tua*, fauor tuus, splendor tuus, & hîc, & multo plenius in cœlo. L X X. hic, *implebéris quemadmodum desiderauerit anima tua.*

Lectio de splendoribus.

Alia, demto Deo, non satiant.

Paraphrasis Psalmi.

123. *Et ossa tua liberabit.*] *Ossa* varie in translatione vsurpãtur, pro vario vsu naturali. Sunt enim corporis partes solidissimæ, & quasi aliarum omnium fulcimenta; sunt partes intimæ, & sedes, ac receptacula medullæ. ad hoc postremum se vertunt LXX. vertentes, *Ossa tua pinguescent*; consentienter Hebræis; *Ossa tua impinguabit*; quasi antea sicca, exmedullata; nõ aliud atque superiùs vers. 8. *Et sanitas tua citiùs orietur*; monui iam iterari hoc loco sententiam istius carminis. Ossium pinguedo pro sanitate aptè sufficitur. Prouerb. 15. vers. 30. *Lux oculorum lætificat animam; fama bona impinguat ossa.* Et è contrario ossium siccitas pro infirma valetudine. Prouerb. 17. vers. 22. *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Quod si *spiritus tristis exsiccat ossa*, & debilitat, & animus gaudens, vt hoc eodem loco traditur, & experientia docet, *ætatem floridam facit*, & impinguat ossa, & prætereà *lux oculorum lætificat animam*, vt modò est relatum è Prouerb. cap. 15. bona est Vatis nostri consecutio: *Implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit*, i. impinguabit.

Ossa quid significent.

Ossium pinguedo pro sanitate.

Et

114. *Plantis & aquis affinitas.* *Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.*] Magna est affinitas plantis & aquis, vtpote his planetarum altricibus, & illis alumnis aquarum, vbi nullus humor, arbor aut herba nulla, vbi aquarum affluentia & perennitas, ibi arborum copia, & vbertas, vigor, & gratia vernans. Ergo florens status, atque diuturnus promittitur sub hac imagine arborum, & fontium, vt sup. c. 41. v. 18. 19. licèt illa vbertas ad aliud tempus spectet, sed metaphora est eadem, vnde loco locus lumen impartit. *Status florens.*

Vers. 12. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum fundamenta generationis, & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem.

115. *Restauratio promittitur Ecclesiæ.* APertissimè hæc verba restaurationem personant esse futuram; sed qualis sit instauratio, dissentitur. Quidam enim spiritualiter de Ecclesia Euangelicâ interpretantur, quorum princeps est Hieronymus, ferens ægrè secus exponi. *Hieron.* Alij contrà sentiunt; prædici instaurationem Ierosolymæ, & finitimarum vrbium, post solutam captiuitatem Babylonicã; S. Th. Vatab. Forer. Hugo verò Cardinalis hoc loco quod mireris in castra S. Hieron. cõcessit. *Alij contrà.* Alij denique medij sunt; partim de Iudæâ, hoc est, historicè; partim de Ecclesiâ, hoc est, mysticè interpretati. *Alij medij.* Arias inclinat, dissertè Sanchez & Cornelius tradunt. Ego cœptum filum non dimittens existimo, misericordibus illius temporis, quo Isaias ducebat, & aliis cuiusuis ætatis hominibus promitti pro præmio id, quod tantopere homines desiderant, scil. posteritatem, & famam immortalem, tectè præterea bona spiritualia sponderi. *Auct.* *Sua sententia.*

116. *Multiplicatio prolis.* *Deserta diuturna.* *Et ædificabuntur in te deserta sæculorum.*] Tropicam locutionem cum Forerio agnosco, prolis videlicet tantam multiplicationem, vt necesse sit colonias deducere, & nouas vrbes ædificare, aut dirutas restaurare: vtrouis enim modo *deserta* possunt accipi, vel negatiuè, loca nunquam culta, & habitata, vel priuatiuè, desita coli, & habitari, nam appositum, *sæculorum*, *deserta sæculorum*, non cogit priori modo interpretari, cum Hebr. *sæculum* עולם *holam*, quod est hic numero singulari, nihil aliud feras, quam tempus diuturnum. Eiusdem notæ est sequens pericope. *Seculum quid.*

117. *Fundamēta excitare, quid.* *Fundamēta dupliciter.* *Fundamenta generationis & generationis suscitabis.*] Videtur verbum *suscitare*, קום *chum*, nos adigere, vt putemus agi de reædificatione, cum fundamentis veterum ædificiorum, quæ fuerãt collapsa, vel diruta, imponuntur ædificia noua. Sed non compellimur id vnum sequi, nam vt probè dicitur, excitare domum à fundamentis; sit excitare fundamenta, id est, iacere, & verò non solùm quæ infossa sunt, sed quæ etiam solo supereminent saxa, quibus moles innititur, appellamus fundamenta, ac denique id confirmat nomen iteratum, *generationis, & generationis*: quod non ad præteritum tempus, sed ad futurum referri debet, i. fundamenta excitabis permansura in vnam, & alteram generationem, in longissimum tempus. Quò dicendi normâ multa indicantur: ædificatas vrbes diu duraturas, posteritatem & sobolem fore copiosam, denique nomen & famam cum immortalitate certaturam. Multorum memoria in vrbibus ædificatis, & ex conditoris appellatione nominatis hodieque conseruatur, multos eo consilio legimus nobilia ædificia exstruxisse, vt ad posteros suum nomen gloriosè traducerent, Gen. 11. v. 4. *Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.* Psal. 48. v. 12. 128. *Vrbes à conditoribus appellatæ ad famam.*

129. *Misericordes gloriosiores ambitiosis.* *Vocauerunt nomina sua in terris suis*: eâdem vaox famæ cupidine, & quidem priores illi Babelis ædificatores suo sunt prauo consilio frustrati. At misericordes nihil tale cogitantes, certè non id prætendẽtes Deus efficiet gloriosos, & apud posteros recordatione immortales.

Moles ambitiosorum dirutæ. Collapsæ sunt pyramides Ægypti, & ignorantur conditores, diruta sunt amphitheatra, circi, fora, fana, colossi, balnea, palatia, villæ, moles insanæ, vrbes integræ, idolo vanitatis excitatæ & erectæ, manent verò Xenodochia, domus hospitales, parthenodochia, & alia ædificia misericordiæ dicata & pietati, & conditorum simul memoria immortalis, & quouis pretioso vnguento odoratior, & gratior. *Misericordiæ permanent ædificia.*

130. *Locutio mutuò trita.* *Sepes quo fine, & vsu.* *Hortus sepius, tutus.* *Et vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem.*] Sepes excitantur ad munimen in agro, potissimum ad arcendas bestias, interdum contra fures, ne tam facile possint irrumpere. Comparauit suprà *misericordem & abstinentem* horto irriguo, arboribus consito, amœno, frugifero, is nisi sit benè septus, variis est expositus iniurijs ferarum, & furum, vnde eum tutũ præstat; nam *vocaberis ædificator sepium*, ex vi linguæ sanctæ, est, *Eris ædificator sepium*, vel, *eris sepiens rupturam*: ne quis, ne qua bestia nocitura irrumpat, *auertens semitas in quietem*: i. faciens quiescere semitas, tollens quibus patebat aditus nocituris, vndique totum hortum communiens, & circumuallans, quò sit illæsus & tutus.

131. *Tuendi imbecilles.* Iam, si stet (quandoquidem Deus alloquitur misericordes & humanos) accipere de defensione & tutelâ pauperum, & pupillorum, ac tenuiorum, de arcendis ab hoc imbecillo genere hominum iniuriis, nihil ipse repugnauerim, nam vt vineæ, hortique qui sunt in agris, longe ab vrbibus, obnoxia sunt prædæ, & rapinæ; sic tenuiores expositi sunt iniuriæ multorum, vnde indigent præsidio, & tutelâ, quam nulli alij præstant, nisi viri misericordes, qui ægrè ferunt pauperes dilaniari, & deuorari, nam quæ mollia viscera incitant ad subleuandam indigentiam, eadem incendunt ad propulsandam iniuriam, ex qua defensione & tutelâ gloriosum nomen acquiritur, *& vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem*: *Vocaberis* pater pauperum, tutor orphanorum, & auersor iniuriarum, quod est Dei stemma, & nomen in quo ille gloriatur. Est ferme esse Saluatorem. Nobilis fuit in Repub. Romana corona ciuica, donata ei, qui ciuem seruasset. *Qui sint obnoxij.* *Misericordes tutelares pauperum.* *Pater pauperum.* *Dei stemma, esse orphanorum defensorem.* *Corona ciuica.*

Vers. 13. Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem.

132. *Tria officia vitæ bonæ, & tria opera cardinalia.* Quoniam tria sunt opera cardinalia, tria item in commune officia honestæ vitæ, & partes tres: alia Deum, alia se, alia proximum attingens: & actum est de secunda, & de tertia de *ieiunio*, & de *misericordia*, ne quæ est princeps, & aliarum origo, præteriri videretur, additur de *cultu Dei*, parte nuncupata pro toto, Sabbati religione pro quouis officio erga Deũ. *Cultus Dei, pars princeps.* De societate, & communione horum trium operum & officiorum dixi vers. 7. num. 54. 67. de cultu sabbati cap. 56. v. 2, & v. 4. Hoc loco constructio expedienda: *Si auerteris à sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam*: *Constructio expeditur.* Græcè tollitur obscuritas: *τὸ μὴ ποιεῖν*, *Ne facias voluntatem tuam*, *pedem auertere*, pro *cauere*, vitare. *Bona opera bonum animum requirunt.* Vt enim ieiunium non placet, cui propria voluntas adiungitur: conquerentibus enim se non curari ieiunantes respondetur: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra*: *vers. 3. sup.* non dissimiliter hoc loco, vt feriatio indicta & exercita sabbato sit Deo grata, feriandum est quoque & cessandum à propria voluntate explenda: *Voluntas propria deserenda.* ille duplex abstinentia exigitur, & ab esca, & à propria voluntate: hic duplex cessatio & ab opere seruili, & à libero arbitrio seruienti peccatis.

133. *Sabbatum delicatum.* *Sabbatum delicatum.*] LXX. *σάββατα τρυφερά*, *sabbata delectabilia*, deliciosa, quod potest referri ad Deum vel ad hominem. & hoc potiùs probo: i. si pro deliciis omnibus habueris, Deum colere, honorare: *Deum colere.* vt enim in eleemosyna imperanda non fuit Deus contentus effectu, sed requisiuit affectum vers. 10. *Cum effuderis esurienti animam tuam*: *Deliciari in Deo.* ita nunc non satis est seruare in sabbato quæ præcipiuntur, sed requiritur, vt ea fiant animo libentissimo, vt habeantur in summis deliciis. Et certè, si Deus deliciatur in homine, Prou. 8. v. 31. quid magnum, si homo delicietur in Deo.

134. *Supplenda oratio.* *Et non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem.*] Indigere supplemento palàm est. LXX. supplent: *ἐν ὀργῇ ἐκ στόμα*: ex Hebræo aliter impleri potest, *Otium sabbati magnũ.* habet enim, *loquendo locutionem*: i. nimium & otiosè: otium namque sabbati olim erat maximum, cùm vix homini se loco *Occasio mali.* commouere permitteret, vnde ad sermones vanos serendos erat occasio: ergo & ab hoc opere seruili, quippe vitioso oportuit supersedere.

Vers. 14. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate patris tui Iacob: os enim Domini locutum est.

135. Tria Deus officia, tria genera honestorum operum Deus hactenus indixit, & imperauit: tria genera, hoc est omnia, genera bonorum rite suo ctis distinctè pollicetur. *Officia imperata, præmia promissa.* Quidquid est bonũ, aut est vtile, aut delectabile, aut honestum. *Delectabile* promittitur: *Tunc delectaberis super Domino* in quo solo est vera, stabilis & solida delectatio. *Bonorum genera tria. Totidem promissa.* *Honestum*: *Sustollam te super altitudines terræ*: Denique bonum *Vtile*: *Cibabo te hereditate Iacob patris tui*: hoc est, terrâ promissionis, quæ manat lacte & melle.

136. *Beatitudo apud Peripateticos in quo.* Philosophi Peripatetici ex hoc bonorum ordine triplici beatitudinem huius vitæ constabant, quæ essent suis omnibus partibus absoluta: vt prolixe disserit Tullius in suis Tusculanis. Et licet sola virtus & probitas, quæ honesti rationem & nomen obtinet, satis sit ad beandum hominem in hac vita: sed negari non debet, alia quoque bona corporalia, & externa, *Bona temporalia esse à Deo.* quæ multo minora sunt, à Deo solere concedi iustis: idque factitatũ frequentiùs in veteri testamẽto, vt exemplis illis ascriptis patet; quare cum præsens promissio fiat illi populo veteri, haud mirum, si ad illiciendum, s[illegible]ndioribus bonis hæc quoque non æquè solida adiungantur.

137. *Ierusalem an altior aliis terris. Deut. 32. v. 13.* *Sustollam te super altitudines terræ.*] Multi accipiunt sine figura, eo quod Ierusalem sit altior cæteris terris, saltem finitimis: sed placet potius esse figuram, vt placet etiam Sanctio. sed non pro vbertate terræ, vt illi placet, sed pro altitudine, & dignitate imperij, vt placet Olorio. fauet Hebræus: *equitare te faciam super excelsa terræ.* Et Psal. 111. v. 9. *Hereditate patris tui*: quæ debetur filiis benè moratis. Similis altitudo spondetur: *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi: cornu eius exaltabitur in gloria*, i. erunt potentes & gloriosi.

Similis affirmatio alibi adhibita, & exposita: *Os Domini*, qui neque falli, neque fallere potest, qui ad res efficiendas, & repræsentandas, quas promiserit, aut decreuerit, non alio indiget, nisi suo ore, suo verbo efficacissimo: quo vniuersa creat. *Dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* *Psal. 32. v. 9.* Adi cap. 55. vers. 11.

138. *Præmiis instruunt.* Quanta sint præmia piè, sobriè, iustè, vno verbo, sanctè viuentium, vel in hoc misero sæculo, & exilio, ex toto hoc capite constitit: quæ quidem præmia essent mortalibus publice, priuatim, semel, iterum, sæpiùs, & seriùs proponenda: nam multi ideo, neglectis virtutibus his, vitia sequuntur, quòd existiment, bona licèt maneant multa bonos in cœlo; in terris tamen miseram, tetricam, horridam vitam agere: *Cur multi virtus deditus.* malos solos esse fœlices, eos solos viuere in deliciis: imò eos solos viuere. Vide S. Augustinum in epist. Ioan. tract. 4. & de verbis Domini serm. 18. cap. 14. Ab hoc ergo errore si deducerentur, & dedocerentur, expositis dissertè bonorum omnium generibus, quæ in Vate nostro, piis, temperantibus, & misericordibus in terris adhuc positis promittuntur, non dubium, quin quæ in persecutione vitiorum quærunt, & ambiunt: æquè libenter in vita honestâ, si in ea posse inueniri crederent, conuerso cursu prætenderent.

***

PROPHE

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT QVINQVAGESIMVM NONVM.

1. Ecce non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat:

2. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.

3. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.

4. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet vere: sed confidunt in nihilo & loquuntur vanitates: conceperunt laborē, & pepererunt iniquitatē.

5. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

6 Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

7. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in vijs eorum.

8. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum: semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.

9. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus.

10. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

11. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus, expectauimus iudicium, & non est; salutem, & elongata est à nobis.

12. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderūt nobis, quia scelera nostra nobiscū, & iniquitates nostras cognouimus.

13. Peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniā & transgressionē: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij.

14. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.

15. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit. & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.

16. Et vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

17. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli.

18. Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.

19. Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit:

20 Et venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt, ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

21. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & vsque in sempiternum.

Vers. 1. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat.

Pergit satisfacere ampliùs & respondere illi seu calumniæ, seu querimoniæ c. 58. superioris v. 3. *Quare ieiunauimus & non aspexisti?* in primis subinouet causam falsam, cui posset ascribi illa neglectio & derelictio Dei: deinde in versibus posterioribus explicat caussam veram, *Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum.* Serm. 47. de tempore to. 10. Augustini exponitur de saluatione ex peccato Adami, sed non est ad rem. 1.

Non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat.] *Manus Domini* pro potentia, vt alibi, sicut & brachium Dei cap. 40. vers. 10. nu. 138. 297. quia manu & brachio pleraque efficimus, & in eo est robur: vnde brachium Dei extentum multa significat, vide cap. 40. nu. 141. 142. 2. Manus Domini, i. potentia.

Vt ergo brachium Dei extentum indicat fortitudinem,& promptitudinem ad efficiendum: sic *manus abbreuiata, seu contracta* Hebr. signat potentiam imminutam. Eadem formula vsus est c.50.v.2. *Numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum*: & Num.c.11 ver.23. *cui respondit Dominus, nunquid manus Domini inualida est?* Heb. idem verbum קצר *ketsar, abbreuiata est?* Est enim Deus vbique intentus ad vendicandam & asserendam suam omnipotentiam: ne qui hominum quam in aliis diis experiebantur imbecillitatem, eam impie attribuerent Deo. Et vero Num. ... de Dei potentiâ diffidebant. v. 18. *Ego enim audiui vos dicere: quis dabit nobis escas carnium?* & Psal. 77. v.19. *Et male locuti sunt de Deo, & dixerunt: numquid poterit Deus parare mensam in deserto.*

Manus contracta. i. minus potens.

Deus suam omnipotentiam asserit.

3\. Quam stultissimam & impiam maxime dubitationem vt Deus euidéter coargueret *pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.* Sed ne tanta impietas maneret impunita: *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.* Non potest enim Dominus ferre quenquam suæ potentiæ infinitæ detrahere. Si quis dicat: Numquid volet Deus? alicubi sit tolerabile, cum non sit necesse, neque oporteat Deum omnia velle: at omnia posse est omnino necessarium. Ergo istis calumniæ obstruitur os: Nunquid Deus poterit? cùm præoccupatur: *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat*, quod vos ieiunantes non aspexerim, non oritur ex impotentiâ, non ex inclementiâ, nec ex isto capite.

Ps. 77. v. 27. Deus suam potentiam vindicat, & punit blasphemos. Suo. c. 5. num. 21.

Neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat.] Non obsurduit; vt non factus est Deus imbecillior, sic neque inclementior. *Aggrauari aures*, pro obsurdere, ideo Hebraicé dicitur: quòd humor crassior, & grauior soleat esse causa surditatis.

Surditas vnde.

Vers. 2. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.

Thr. 3. v. 8

4\. SI ad normam dialecticam & syllogisticam libeat reuocare argumentum, sic erit ordinandum. Quominus preces & vota vestra ieiunantium exaudirentur, & expedirentur, aut in Domino, aut in vobis debeat esse caussa: in Domino non fuit, nec per eum stetit, (quod ostendit versus superior affirmans Deo nihil decessisse neque de potentia sua, neque de misericordia & clementiâ) ergo vobis vnis debebitis id attribuere, peccatis & iniquitatibus vestris ascribere: quæ intersectæ inter vos, & Deum vestrum non passæ sunt orationes & vota vestra ad diuinas aures accedere. Itaque aures Dei non sunt obstructæ, & obturatæ ad audiendum, imò apertæ, & patulæ, arrectæ, auidæ excipiendi preces: sed vbi peccata interponuntur, impediunt, & auertunt preces, ne audiantur; hoc est, ne gratæ diuinis auribus accedant. Vt enim bona merita, præsertim abstinentia, & eleemosyna sunt duæ pennæ, quibus subleuatur oratio, & cœlos penetrat, vt c. 58. num. 54. 67. sic mala merita, peccata, præcipuè intemperantiæ, & inclementiæ sunt grauia pondera, quibus preces deprimuntur, & non sinuntur ascendere: sunt murus impenetrabilis, interstitium & firmamentum diuidens aquas supernas misericordiæ diuinæ ab aquis infernis miseriæ humanæ quod perrumpi non potest. Est chaos magnum interpositum & firmatum impediens omnem commercium & auxilium, omne humanum ..., omne ... ium.

Quæ ratio.

Preces cur Deus non audiat.

Gen. 1. 6. Luc. 16.

5\. Quod tamen firmamentum, & firmum chaos peccator ipse sua sponte opponit. ideoque dicitur: *iniquitates vestræ, peccata vestra*, vnde de se vno queratur inauditus, & derelictus: nam vt sponte opposuit sibi, si pœniteat amouebit. itaque non Deus audire, sed peccatoris preces sunt aggrauatæ, & impeditæ in cœlum conscēdere. Tolle peccata, & tolles obstacula. Thr. 3. vers. 39. *Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis*, i. castigatus pro peccatis suis. *Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælum.* i. corda contrita & humiliata, nam hæc Deus non despicit, & v. ... *Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Opposuisti in furore, & percussisti nos, occidisti, nec pepercisti. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.* illud, opposuisti in furore: & illud: *opposuisti nubem*, codem ... effertur Hebraice, quare eodem modo ... dum: i. opposuisti te, & armasti furore, & nube, vt esses nostris precibus inaccessibilis.

Peccatum sibi ...

Non sola manus leuanda in cælum sed & corda.

10. 1. 39. ... 42.

6\. Vt enim nubes nihil aliud sunt quam vapores crassiores è terra excitati, & densefacti, quæ nobis solis lumen & calorem eripiunt oppositu suo: sic iniquitates à terrenis hominibus & cupiditatibus elatæ & ortæ cùm multiplicantur, & condensantur, Dei lumen, fauorem & auxilium auertunt: impediunt, ne preces ascendant, & ne cœlestia dona petita & præsidia descendant.

Simile nubium.

7\. Cur peccata diuidant inter Deum & hominem scienti & aduertenti peccati naturam promptum est agnoscere: cùm enim peccatum graue, & mortale, (de hoc enim agitur) sit Dei offensa, & pariat inimicitias inter Deum & hominem, & proinde discordiam, necessariò diuidit, & abalienat, & efficit, vt Deo peccatoris preces non sint acceptæ. Amicis enim non inimicis & infensis gratificamur, Psal. 65. vers. 18. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus*: i. si aspexissem, non exaudiret. sed quoniam non aspexi, non amaui iniquitatem: *propterea exaudiuit Dominus, & intendit voci deprecationis meæ.* Deus eos, qui audiunt se, qui sibi obediunt, audit, & quodammodo eis obedit: sic S. Scriptura loquitur Ios. 10. vers. 14 quando Deus audiuit Iosue optantem, vt Sol staret. *Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.* E contrario, Deus eos, qui suis præceptis aures obturant, qui se non audiunt, vicissim ipse non audit. Oseæ 8. versiculo 1. *Pro eo, quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt, me inuocabunt: Deus meus, cognouimus te Israel. Proiecit Israel bonum: inimicus persequetur eum.* Mea præcepta neglexit Israel,

Peccati natura.

Deus audit obedientes sibi.

Deus negligit preces negligentium.

ra[illegible] go ne[illegible] gam eias vot[illegible], & tradam eu ho-
8 [illegible] d[illegible] andum. Vnde [illegible] videt [illegible] an-
d[illegible] illa cæc[illegible] a [illegible] Christo illuminat[illegible] tia
Ioan.9.v.31. *Scimus autem, quia peccat[illegible] Deus non exaudit, sed si quis Dei cultor e[illegible], [illegible] volunta-
[illegible] an Deus exaudiat. *tem eius facit, hunc exaudit.* N[illegible] quam [illegible] qui
autores homine[illegible] te tam [illegible] hoc
dicto existimant, [illegible] qui de-
fendant. Et [illegible] cum [illegible] testi-
moniorum, quæ mod[illegible] tur ora-
tio, vera & [illegible] inuenit[illegible] ser-
mo de peccatore [illegible] corde po-
stulante veniam suorum criminum, sed de eo,
qui perseuerat in peccato: cuius Deus si vota
interdum implet, non implet, eo quòd eius
precibus moueatur, sed quòd aliunde ductus
iudicat id expedire: quare etiam tum est verum
Deus iustorũ precibus acquiescit. dicere. *Peccatores Deus non exaudit*: quod non
est par in precibus iustorum, nam Deus illis
acquiescit & quia iu[illegible] id expedire, & vt iu-
sti[illegible] gratificetur, & indulgeat, & interdum id
ipsum, quod est iusti[illegible] gratificari, est tanto mo-
[illegible] Deum, aut [illegible] præcipua, quod
satis exemplis sanctorum, & aliarum Scriptu-
rarum ostenditur: nunc satis sit Iob 42.v.8. vbi
cum Deus se iratum esse tribus amicis Iobi af-
firmasset, ait: *Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, [illegible] ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis, Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia.*

9. *Suffragio sanctorum.* Quod si Deus faciem non suscipit, id est, pre-
cantium rationem non habet, quibus dixerat:
Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos:
etiam dum pro se, pro dimissione culpæ orant,
& offerunt holocaustum. Sed faciem iusti Iob
suscipit, quid sentire oporteat, cùm peccator
aliquid aliud petit, vt ecce euadere supplicium,
& de peccato retractando non cogitat. Quan-
tum Deus tribuat precibus iustorum, vide etiã
Gen.c.18.a v.23. Ier.7.v.16.c.11.[illegible].14.c.14.v.11.
& post v.12. quàm nihil ducat preces peccato-
rum. Et 2.Mach 3.vers.33. vbi illi duo iuuenes
Heliodoro dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum tibi Dominus vitã donauit. Act.27.v.
24. Angelus Paulo in tempestate: *Ne timeas Paule: Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigãt tecum.* Simili modo pec-
catores à Deo exaudiri nemo dixerit. Hoc ipsũ
nunc: peccatis præpediri preces, mentis attolli.

10. *Et peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.*] Scil. propitius postulata cõ-
cederet. Thr.c.3.v.56. *Vocẽ meam audisti ne auertas aurem tuam à singultu meo, & clamoribus.* Cùm
Deo idem sit *audire*, quod videre, idem erit
auertere aurem, quod auertere faciem. LXX. ali-
LXX. explicantur. ter edisserunt hunc Isaiæ contextum: *Propter peccata vestra, auertit faciem suam, ne misereatur.*
Quæ editio duos sortitur explicatus: alterum:
peccata vestra fuerunt caussa, vt Deus faciem
à vobis auerterit, & non fuerit misertus: ita vt
idem sit auertere faciem & non misereri. Alte-
rum: peccata fecerunt, & quasi coëgerũt Deum
faciem suam à vobis auertere, ne misereretur:
Dei clementia admiranda. nam si vos in tantã calamitate & miseriã vide-
ret, cùm sit infinitè misericors, non posset pro-
pemodum à se obtinere, vt non misericordia
eius viscera commouerentur. ergo, quia com-
Locutio more humano. meriti estis, vt vobis nõ parcat, voluit à vestris
calamitatibus oculos auertere, ne cogeretur

A supplicium auertere est locutio moris humani:
vt cum qui ver[illegible] se spectaculo aliquo esse
commouendum, & cupit præpe[illegible] affectum,
se subtrahit spectaculo. Sic Ioseph Gen. 43. v.
30. videns fratrem suum Beniaminum, se
subtrahit aspectu[illegible], *quia cõmota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebãt lacrymæ.*
Explicatio vtraque est apta, & Latinæ lectioni 11
accõmoda, vtraque indignitatẽ peccati mani-
festat, & damnum. posterior luculentiùs Dei mi-
sericordiam, quæ illum, si miseriam aspexerit,
quodãmodo cogat subuenire, vnde cùm opus
est omnino punire; oportet Deum quasi oculis
clausis, quod facit taurus cornupeta, percutere:
B ne si oculis apertis inuadat, sustineat, & reuocet infrà nu.14.
impetum. Itaque vt peccata iustitiam Dei irri-
tant ad vltionem, sic vltio ipsa, & suppliciũ su-
mendum excitant eius misericordiam ad par-
cendum. Quid, quò magis mireris diuinam cle- 12.
mentiam, ipsa peccata mouent ad miserẽdum. *Dei misericordia.*
Peccatum enim est bifrons: est enim & Dei of- *Peccatum bifrons*
fensa, & hominis vulnus, atque miseria. quate-
nus Dei offẽsa & iniuria, lacessit ad vltionẽ &
vindictam: quatenus autem est animæ humanę *Peccatum quatenus moueat Dei misericordiã*
calamitas, & omniũ grauissima earum quæ illi
possunt accidere; allicit & cõmouet Dei visce-
ra ad medicinã & miserationẽ: ex quo nascitur
in Deo studiũ ardentissimum sanandi peccato-
ris: itaque cùm Deus aspicit peccata obiectiuè,
C vt sic loquar, irascitur, cùm verò aspicit subie-
ctiuè, miseretur. Sed quia plerũque punitio est
medicina omnino necessaria ad curanda illa
animi vulnera, eam esse adhibendam non mo-
dò iustitia vindex, sed etiam misericordia par-
cens suggerit, quo casu *misericordia & veritas obuiauerũt sibi, iustitia & pax osculatæ sũt* Ps.84.v.11.

Quemadmodũ enim aliquando, cùm Deus 13.
maximè temperat à punitione, tum maximè *Deus punit ex misericordia.*
punit, ita nonnunquam, cum maxime punit, tũ
maxime temperat. Vt chirurgus bonus, & artis
suæ peritus dum secat, & vrit, non est crudelis,
sed clemens. Aug. Ps.102. vers.3. vtiliter Deum *Aug. Deus est medicus, & chirurgus.*
facit chirurgum, & medicum: *Omnipotenti me-*
D *dico nullus languor insanabilis occurrit, tantum tu curari te sine, manus eius ne repellas, nouit quid agas. Nẽ tãtùm delecteris, cùm souet, sed etiã toleres, cùm secat. Tolera medicinalem dolorem, cogitans futuram sanitatem. Videte, fratres mei, in istis languoribus corporis quanta homines tolerent, vt paucos dies victuri moriantur, & hos paucos dies incertos,* *Dilemdas.*
multi enim post tolerantiam magnorum dolorum, cum à medicis secarentur, aut inter manus medicorum mortui sunt, aut iam sani irruente aliqua ægritudine defuncti sunt. Si iam sibi propinquam mortem sperarent, illos immensos dolores non susciperent tolerandos. Tu non toleras ad incertum, qui promisit *Sanans tu sinendo.*
sanitatem non potest falli. & pòst, *Tu tantum sub*
E *manibus medici esto, odit enim repellentes manus suas, non sit hoc in medici manibus, ligari se sinunt homines & secari, daturi pro incerta sanitate certum dolorem, magnam mercedem. Deus te, quem fecit, & certus curat, & gratis. fer to ergo manus eius, ò anima, quæ benedicis eum.*

Ergo Deus instar boni medici & chirurgi, 14.
feriendo sanat, & sæuiendo clemens est, & cum *Pœna grauior à Deo hic non puniri.*
maximè vult irasci, & punire, poscentibus id
grauioribus peccatis, tunc à punitione & cu-
ratione manus abstinet, & reseruat sæculo fu-
turo supplicium. Vnde hoc loco, & commen-
datur Dei iustitia vendicans scelera, & mise-

ricordia in hoc sæculo puniens & curans: *Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret*, ne exaudiret vos orantes, ne plecteremini: quod m[illegible] vobis [illegible] meruebar in perpetuum: [illegible] ferro & igne op[illegible] ad [illegible] sananda vestra vlcera, secari vos, & vri oportuit in hoc mundo, ne in æternum v[illegible] ememini. [illegible] aquam diceret, nisi pecc[illegible] tulletis, non erat quòd Deus pararet ferrum & ignem, atque adeo non erat quod [illegible] aciem suam a vo[illegible] is auerteret, ne audiret: at quia peccastis, quæ [illegible] nera vobis inflixistis, opus fuit medicina, [illegible] & vstione; & opus fuit vos detrec[illegible] antes manum chirurgi non exaudiri: alioquin, si exaudiremini, non sanaremini. Auertit Deus oculos, auertit aures, ne videns vestros cruciatus & dolores, & audiens vestros clamores, flecteretur, vtpote clementissimus, & à curatione, ab vstione abstineret, atque adeò à vestro remedio, & sanitate: ergo peccata vestra, quæ Deus purgare, & tollere decreuerat, *absconderunt faciem eius a vobis* (sc. afflictis, & miseris) *ne exaudiret* vos, & parceret, relinquens vos in morbo, & in vulneribus, vt suprà num. 11.

Paraphrasis.

Sanitas dolore acquiritur.

15\. Cui non minùs congruit, sed magis LXX. lectio allata: *Propter peccata vestra auertit faciem suam a vobis, ne misereatur*, i. vt vestris peccatis mederetur, non habuit rationem vestri doloris, & ne (humano more) misericordiâ mollitus scalpellum abiiceret & curationem omitteret, à vobis dolentibus faciem suam auertit, supra num. 10.

16\. Quæ expositio etsi est acuta, & Dei misericordiæ extollendæ opportuna, & quia inius est nata, potuit esse carior; sed vt verum non celem, mihi minùs germana videtur. vnde illa altera communis magis probatur: vt peccata fuerint caussa, quominus eos precantes Deus exaudiret, seu quod idem est apud LXX. misereretur, tametsi nihil obstet, existimare, & dicere; misericordiæ esse munus, etiam affligere & punire. Patriarcha Ioannes Ribera in notis ita: velum opposuerunt peccata, ne videret vestram miseriam: nam si videret, non posset Deus à se impetrare vt non accurreret: tanta est eius benignitas. Assimilis est hæc explicatio nostræ, eodem nitens fundamento viscerum diuinorum facile blandientium. Et lætor tanto viro, quod mihi occurrerat esse visum.

Expositio superior minus germana.

17\. Sed Deum *faciem suam abscondere*, & oculos auertere, pertinere possit ad ostendendam peccati turpitudinem. Procop. *Tanquam eorum turpitudinem, & fœtorem nequeat tolerare.* Sicut enim pulcra & speciosa oculos rapiunt: sic fœda & tetra oculos auertunt: vt illa illiciunt & leniunt, sic ista offendunt, & abalienant. Psalm. 33. v. 16. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat memoriam eorum clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.* Oculi benigni in bonos, vultus vero toruus in malos. Ierem. 4. versiculo 1. *Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis.* Hebraic. *abominationes.*

Terra auertunt oculos.

Peccata offendunt oculos Dei

* * *

Vers. 3. Manus [illegible] pollutæ sunt sanguine & digiti [illegible] iniquitate: labia locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem [illegible]

TAmen [illegible] Euseb. [illegible] Procopius [illegible] quia [illegible] prophe[illegible], sed accusationem & reprehensionem vitiorum, quæ tempore Prophetæ gr[illegible], & adhortationem ad meliora continet. neque enim vbique Vates oportuit [illegible] & sui temporis tem publicam præterire, & morum emendationem omittere [illegible] co, ita superioribus commit[illegible] is. Cum enim posuisset [illegible], quo [illegible] clamantes non audi[illegible] tur a Deo in [illegible] & calamitatibus, non [illegible] que facultas, neque vol[illegible] peccata impedi[illegible]: *manus enim*, inquit, *vestra p[illegible] sunt sa[illegible]*

Vates vbique [illegible] rum [illegible]

Peccata [illegible] merat, quæ [illegible] causas [illegible]

19\. Ita posterius declarat Cyril. qu[illegible] declaratione minus sibi placens id secuti [illegible] Pintus, Forer. Tho. Hugo, Vatablus, Mar[illegible], Adamus, Haymo, Osorius, Cornelius à [illegible]; at Arias generaliùs accipit de vitiis naturæ humanæ, suo vbique scopo affixus, de corruptela concupiscentiæ, & eius sanitate. Sanchez [illegible] historice de populo Iudæo antiq[illegible] ce verò & præcipuè de tempore Christi. A[illegible], vt Leo Castrius, sanguinem Prophetarum olim occisorum vnà cum sanguine Christi iungunt.

20\. *Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.* Hunc locum videre tibi licuit positum c. 1. v. 15. verbis tantis peruariatis, *Et cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Quem quia videor locum fusè explanasse, ad eum mitto lectorem, vnum id obseruans, me istic docuisse *sanguinem* sumi pro peccatis grauioribus in genere, & hoc etiam loco eamdem esse notionē; neque debere premi, & illigari solis homicidiis notandis. cui nūc id adiicio, ea peccata potissimum esse, quæ sunt contra proximum, siue eius vitæ, siue famæ, siue eius rei familiari nocumentum afferant, nam vt acta misericordiæ nominatim orationem subleuant, vt sæpius dictum c. superiori, num. 54. 67. sic iniuriæ & peccata orta ex iniustitia, & inclementiâ magnopere deprimunt, & impediunt.

Peccata in proximum, Deum valde abalienant.

21\. Nota deinde, dici eleganter, *manus esse plenas sanguine*; id est, aggrauatas pondere peccatorum, & scelerum, nam sanguis sunt grauiora peccata; atque adeò nō posse in cœlum sustolli. Iam si sustollātur, cùm sint sordidatæ & pollutæ, ex LXX. *μεμολυσμέναι*, Deum auertere oculos, ne videat; manus enim puras oportet tendere precatrices, non peccatrices. Quòd manus pollutæ arcerentur a sacris Gentilitiis, locuples testis est Liuius Decadis 5. lib. 5. in initio inducēs Luc. Atilium ita loquentē apud Samothraces, *Cum omnis præfatio sacrorū eos, quibus non sint puræ manus, sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari cruento Latronis corpore sinetis?* Hinc illud,

Manus puræ ad Deum tollendæ.

Ad sacra afferendæ.

Liuius.

Puras Deus, non plenas adspicit manus.

Quæ

21 Qu[illegible] plenæ [illegible] ra- [illegible] s. [illegible] a [illegible] Vnde [illegible] manus abijciebat [illegible] Plaut. Aul. [illegible] Gen. 6. *Ego, si* [illegible] V de pluta [illegible], eius [illegible] apud Br[illegible] d[illegible] nulis R[illegible] paulo post p[illegible]. Ad [illegible] lauandi manus, quod vet[illegible] Vat[illegible] ludere [illegible] p. cepit. [illegible] *manus enim* [illegible] *sanguine* [illegible] ilico vers. 16. *lauamini, mundi estote*, &c. Seneca in Thyeste, Act. 1. [illegible]

Manus [illegible]

Plaut.

Seneca

-Mouto, ne sacras manus
Violata cæde, neve feralis malo
Aspergat aras.

23. Ergo manus plenæ, pollutæque sanguine in cœlum sublatæ non possunt placere numini, non possunt obtinere quod suo gestu effi[illegible] tant. Quod vero addit: *& digiti vestri iniquitate*, supple, pleni sunt, variatio est eiusdem sententiæ, vt Psal. 143. vers. 1. *Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos ad bellum*. Pro. 6. [illegible] vbi manus, digiti, palmæ pro eodem. Quod si diuerse digito placet accipere, accipe pro [illegible], & stipulatione; vt sup. capit. 58. vers. 9. *extendere digitum*. num. 109. vel accipe pro nutibus, aut sannis: vt etiam ibidem n. 108.

24 *Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.*] Iniuria aliquando non minor fit verbo, & lingua, quàm opere & facto. *Mendacium*, acceperim non simplex, sed falsum testimonium, quod sequens incisum magis explanat: *Et lingua vestra iniquitatem fatur.* Græce: *ἀδικίαν*, *iniustitiam*. Pro, *fatur*, Hebr. *meditabitur*, verbum הָגָה *hagah*, quod alibi linguæ solet attribui. Psal. 34. vers. 28. *Et lingua mea meditabitur iustitiam*, [illegible] Im. 36. v. 30. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Et quamquam Rabbini velint, notionem huius verbi esse, [illegible] loqui, mussitare; sunt tamen aliqua loca, quæ eam notionem non accipiút, & non solus La[illegible]nus, sed etiã Græcus sæpe interpretatur, *meditari* vnde capi debet, pro *exercere*, vt capiunt multi in commentario Psalmorum, vel pro ex animo, & ex meditato loqui. Ego hoc loco posterius admiserim libentior: [illegible], architectari fraudes, & dolos, & proferre ex composito in proximum Psalm. 37. vers. 13. *Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.* idem verbum, הָגָה *hagah*: itaque studium, cura, solicitudo, attenta, & intenta consideratio exprimitur. Certè apud Latinos, *meditari*, est secum intime loqui, vt videre est in 2. Tuscul. Ciceronis.

Meditari, quid.

25. Ergo vt viri boni non temerè & præpropere loquuntur, sed præmeditati, vt cantor & vtilior aliis sit locutio, vt ex Psalmis 14. & 36. mo[illegible] statis apparet. sic homines insigniter improbi & in[illegible] diu coquunt calumnias, & dolos & secum attente loquuntur, antequã palàm eloquantur vt plus noceant. Quos Isaias pingit, quasi exstantia capita, eos totos Dauid delineat Ps. 35. in principio *Dixit iniustus, vt delinquat, in semetipso*: i. apud se statuit delinquere: *non est timor Dei ante oculos eius; quoniam dolosè egit in conspectu eius vt inueniatur iniquitas eius*

Loquendum non temere.

Consilia iniqua coquere.

A adodi[illegible] [illegible] *Verba oris eius iniquitas* [illegible] *vt bene ageret.* (si nanqua de [illegible] agẽdo cogitat. totus in da[illegible] *iniquitate meditatus est in cubili*, [illegible] locũ & tẽpus opportunum ad [illegible] *Astitit omni via non bonæ, malitiam autem non odiuit.* In illa nocturna & quiet[illegible] quidquid boni [illegible] modum [illegible], id se pon[illegible] & [illegible] proximo, ad sequitur.

Inquirendo studio.

Vers. 4. Non est, qui inuocet iustitiam: ne-
B que est, qui iudicet vere: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates, conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.

HÆc cum debeant cum anterioribus iungi, iugatique, ppar[illegible] è vestigio, pertinere ad calumnias & [illegible] forenses: ita sentiunt autores, demtis [illegible] qui de Iudæis iniuriosis Christo exponunt, quos num. 18. nominaui. 26.

Calumniæ, & iniquitas forensis.

Sed quid sit istud, *non esse, qui inuocet iustitiam*, quod hic reprehenditur, secus & secus explicatur. Sed cùm plurimi non sit, quomodo
C intelligatur, modò intelligatur ius & iustitiam violati, ego breui varias explicationes numerabo, vt lector eligat.

Iustitiam inuocare vel non inuocare.

Prima Adami; quæ forum non agnoscit, secludenda; explicat ille: Nemo iustitiam adhibet in consilio, sed confidunt iciun[illegible] & aliis operibus caritate vacuis, &c. Non placet, nam hic de peccatis contra proximum agitur.

Expositio 1.

Opera bona non animo bono.

Secunda, Cyrillus de iudicibus iniquis, & accipientibus munera accipit vtrumque membrum, sed sequitur ille Græcum exponentem: *Nemo loquitur iusta, neque est iudicium verum.* 27.

Iudices iniqui.

Tertia, De Latinis Vat. & Pintus exponunt: non esse, qui clamet, qui queratur, & c[illegible] postulet, neglig[illegible] & iustitiam: Osorius: non est, qui a-
D doceat alios ab iniustitia, vno verbo: non esse in illa Rep. studium zelumve iustitiæ.

Iustitia zelus abest.

Quarta, Non esse qui iustitiæ patrociniũ suscipiat, & tueatur oppressos. Mariana, Cornelius, Didacus Aluarez. 28.

Iustitia neglecta.

Quinta; Neminem in citando aduersario habere rationem iustis: sed suæ cupiditati obsequi. Forerius, Osorius, item & Cornelius.

Sexta; Neque esse qui velit, ex iure litigare, neque qui secundùm ius iudicet: sed omnia inuerti. Hugo Cardin.

Ius non seruatur.

Septima Ariæ, neque actorem ex iure agere, neque Deum ex iure excipere, & [illegible] tueri: nam quod Latinè: *Neque est qui iudicet verè*: in
E Hebræo passiuè effertur: *neque est iudicatus verè*: i. iuste.

Iuris forma la negligitur.

Possit esse Octaua explicatio: Non est qui velit adire iudices, & apud eos ius suum persequi; sed quisque sibi vult esse iudex & prout affectus depravatus suggerit, pro suis aliena vendicare: itaque duplex est iniuria, vna contra bonum publicum, cùm iurisdictionem vsurpat, altera, contra proximum, cùm eum rebus expoliat. huius expositionis autorem non habeo, sed sumo è textu. 29.

Quisque, sibi ius dicit, & sumit.

Ex iis omnibus illa maximè implet, quæ & litigantium & iudicum proditi officij condemnat:

Autor quæ placeat maximè.

Ius & iustitia non attenditur.

demnat: quæque sexto loco fuit posita ex Hugone. scil neminem in iudicio ad scopum iustitiæ collineare, neque qui litem intendunt, neque qui repellunt cupere ex legibus & æquitate agi: neque si ipsi id maximè vellent, fore aduocatos & iudices, qui iustè defenderent, & iudicarent. itaque omnes damnantur qui forensibus causis implicantur, Actores, Rei, Aduocati, & Patroni, ac demum iudices ipsi, quorum magis intererat ius & iustitiam colere.

30. *Nihilum, quod*

Sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates.] Quia alicubi, *nihilum*, & vanitas pro idolis supponuntur, ideirco aliqui exponunt de idololatris: quod si esset certum, inde constaret nõ loqui de tempore Saluatoris, quo tempore Iudæi idola non adorarunt, neque deinceps. Consequentior interpretatio est de sabbati cultu, & de ieiunio, quibus valde confidebant, vt suprà patuit, licet tum maximè læderent proximos cap. 58. vers. 4. 13. Et toto ferè capite præscribuntur ea, quæ factu sunt opus, vt illa opera cultus diuini, & abstinentia Deo sint grata.

Opera bona non benè obita sunt nihil.

31. *Iniqui ingenium.*

Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.] Eliphaz apud Iob. 15. describens ingenium hominis iniqui, & eius mores per partes enumerans finit his verbis: *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem: & vterus eius praparat dolos:* & iis vocibus, quibus Vates noster Hebraicis vtitur. Dauid enim Psalm. 7. vers. 15. *Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem:* Vbi modica est variatio vocum: *Concepit dolorem, & peperit*, sunt eędem vtrobique: postrema vox, *iniquitas* apud Dauidem est alia, שֶׁקֶר, *sequer*, id est, *mendacium*: & quæ est in Vate nostro, *Auē*, & redditur *iniquitas*, est in Psalte in principio, & vertitur, *iniustitia*. ex quo liquet apud Iob, Dauidem & Isaiam vnum & idem significari.

Iob.15.v.35.

Iob, Dauid, Isaias eadem sonant.

32. *Translatio ex satu partúque.*

De sensu vix dissentitur apud interpretes tam huius; quàm aliorum librorum: nam palam est, capi metaphoram ex conceptu & partu: vbi priùs concipitur, & post aliquod tempus, paritur; & partus, fœtúsque respondet semini sato, & concepto. In hac verò translatione semen est *labor*, seu *dolor*, nam עָמָל, *hamal*, vtroque modo, vt dixi, conuertitur: fœtus & proles edita, est *iniquitas*, iniustitia. Solùm est dubium *labor*, qui concipi dicitur, seu *dolor* quomodo sit accipiendus: nam hoc nomen videtur aduersari naturæ & rei, vnde similitudo accipitur: conceptio enim cum voluptate, & partus cum dolore coniungitur.

Dubitatio. Labor, quid

33. Nonnulli interpretum sumunt *Laborem* passiuè, eo quòd cogitatio mala sit, autori suo laboriosa & molesta, vel causa laboris. Hugo, Pintus, & Dionysius, etsi postremus de Iudæis contra Saluatorem molesta proposita suscipientibus, & molestas cogitationes, & etiam pœnas exponit. vnde hic autor actiuè potiùs intelligit. Quæ est aliorum expositorum sententia, & verior. tum quia hic agitur de iniuriis contra proximum, vnde, sicut *iniquitas* est contra illum, sic debet esse *labor*. Secundò: id quod concipitur, id paritur, & econtra: ergo si quod fit, quod editur, est aduersus alios, id quod cogitatur, & concipitur, oportet vt sit eiusdem generis: atque adeò labor conceptus, est damnum cogitatum & præcoctum contra alios. atque eodem modo exponunt interpretes Iobi, & Dauidis, suo quique loco citato, num. 31,

Labor actiuè capitur.

34. *Obiectio submouetur.*

Vnde, vt submoueam obiectionem superioris numer. licèt iniquitas & iniuria illata, plerúmque magni steterit, & valde noxia fuerit inferenti, eius tamen inferendæ cogitatio & præmeditatio, illicita quidem, sed iucunda & voluptuosa solet accidere, imo quoduis peccandi propositum est huiusmodi illecebrosum, & blandè ingrediens. Ex quo ingenio vinorum proficiscitur illud monitum Prouerb. 23. vers. 31. *Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Quod etsi de vino immodico dici non nego, sed aio etiam sub ea similitudine doceri, vinorum initium esse dulce & exitum amarum & exitiosum: quod alij quoque autores illic obseruant, & Delrius p. 2. Adag. 230. ad finem. Vide & nos capit. 57. num. ..

Peccati initium dulce, & cogitatio.

Peccati exitus amarus.

35. *Struens alij malum voluptatur. Iniuria ipsi inferenti noxia.*

Quocirca procedit similitudo, & comparatio, nam licet homo iniquus, aliis rem laboriosam concipiat, & præcoquat, ipse tunc inde laborem & dolorem non capit, imò voluptatem: experitur verò laborem & dolorem, cùm parit, cùm ad effectum ducit quod fuerat in alios architectatus. Iob. 20. vers. 10. de hoc genere hominum, de quibus nunc agitur, sic *Sophar Naamathites dixit: Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum*, (reddent, quasi debitum quem aliis parauit, & peperit) & vers. 12. *Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Docet id, quod sup. num. 34. ex similitudine vini, peccati principium esse suaue, & finem asperum: additur apud Iob: *Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* Valde ad rem nostram: *Et pepererunt iniquitatem* nimirum cum dolore, quia magni stetit eis iniuria illata, & rapina: cum magno enim dolore coguntur à Deo, & cum euulsione viscerum euomere, & quasi parturire diuitias alienas, quas deuorauerant. *Peccatores enim persequitur malum.* Prouerb. 13. vers. 21.

Iniquum tandem plus sibi quam aliis nocet.

36. *Partus iniquorum cum cruciatu. Talionis pœna*

Itaque partus iste, conceptus licèt fuerit cum voluptate & libidine, non fit sine summo dolore & alieno, & proprio. Nam creberrimè quod quis in alium struxit malũ, Deo ita prouidente, & ordinante, imprudens incurrit. Psal. 7. v. 16. sub ea iam recitata: *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem*, subiicitur: *Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.*

Talio.

37. *Artes occultæ ad nocendum.*

Lacum aperuit, & effodit.] Artes occultæ ad nocendum, ad fallendum, in quas incidat innocens inscius: sed lacus non aperitur & foditur sine labore: ergo quamuis nocendi consilium & propositum, quamuis conceptio non careat voluptate: ipse tamen partus, ipsa effectio est laboriosa & molesta: & quæ inde nascitur talionis pœna molestior: cùm *incidit in foueam, quam fecit, & conuertitur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendit.*

Psal. 7. v. 16.

Subire malum, quod alij struxeris, durum.

Quàm miserum, ac laboriosum sit subire malum & perniciem, quam alij quis apparârit, videre est in illo iniquissimo, & miserrimo Aman, Esth. 7. vers. 9. *En lignum, quod parauerat*

Mar do

Mardochæo, qui locutus est pro rege stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex: appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo, & regis ira quieuit.

38. *Cura historici.* Quanta fuit cura historici sacri adnotandi, & admonendi, lignum & patibulum, ex quo pependit Aman, fuisse illud ipsum, quod ille parauerat Mardochæo innocenti, imo in regem fidelissimo, & eius vitæ seruatori? neque antea iræ regis fuisse satisfactum, quoad Aman eam in se pœnam probrosissimam & acerbissimam exsoluit. *Aman acerrimum supplicium.* Quis possit animo concipere, quantum ei dolorem is casus pepererit? Si enim molestissime ferebat vnum Mardochæum sibi non assurgere, & honorem quem alij deferebant non afferre, ita vt commemorans suam prosperrimam fortunam Esth. 5. vers. 13. addiderit: *Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu video Mardochæum, sedentem ante fores regias.* qui tantum odium, tantamque inuidiam conceperat in Mardochæum; & se iam perire[?] se iniquitatem crediderat, paratúmque domi suæ habebat lignum altissimum, & pro certissimo, fore in eo suspendendum suum inimicum; cùm subitò, rebus in contrarium mutatis, se non solum fuisse vsum officio præconis ad honorandum Mardochæum, & publicandum, esse cæteris proceribus honoratiorem: sed etiam demum se opibus, fama & vita priuari, & supplicio, quod illi fuerat machinatus interire, vix cogitari potest, quantus fuerit sensus doloris. De tormentis pœna sunt alia S. Scripturæ exempla & testimonia. 1. Reg. 15. vers. 33. *Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua.* De crudeli Agag rege Amalec, Iudic. 1. versic. 6. *Fugit autem Adonibezec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum, ac pedum. dixitque Adonibezec: septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Vide Dan. 13. v. 61. c. 14. v. 41.

39. *Iudic.* [In the left margin beside the 1 Reg. citation, above it: "Lib. 5. c. 11." beside the line "peri se iniquitatem".]

40. Neque solùm ea damna, quæ struebant mali homines in alios recidunt in capita architectantium, sed plura, & grauiora aliquando saluis innocentibus. Iob. 4. vers. 8. Eliphaz sic: *Recordare obsecro te, quis vnquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perisse, & spiritu iræ eius fuisse consumptos.* De intelligentia primi versiculi non dissero, quia ad institutum nostrum non facit, & si possit commodè exponi. Secundi carminis metaphora de sementi petita, est inutilium ad rem; vnde eam euoluere libuit: *Qui operantur iniquitatem*, Heb. *Arantes iniquitatem*, eodem modo Græce *ἀροτριῶντες τὰ ἄτοπα*, *& seminant dolores, & metunt eos.* perpetuatur translatio. *dolores* non sumo passiuè, sed actiuè cum nostro Pineda, vt apud Vatem: pro damnis, quæ aliis apparant: & expendo verbum, *seminare*, & multo magis, *metere*: ex quibus colligitur quod proposui probare, plura iniuriosis damna & maiora accidere, quam sint ea, quæ ipsi intulerint, aut inferre molirentur. Vt enim in agricultura ex modico semine seges ingens adolescit, & metitur: sic ex incommodo, quod alij struitur, & apparatur, ipsi structori Ilias laborum interdum enascitur S. Greg. l. 5. c. 25. *Exponitur.* *Seminare, & metere de nouriis.*

Dolores seminant qui peruersa agunt; dolores metunt, quando eadem pœna [illegible] puniuntur. Expositio necessaria: *quæ seminauerit homo, hæc & metet.* hæc quoad speciem, non quoad numerum: nam quoad numerum vni sementi fructus existit trigesimus, & sexagesimus, & cum est vberrimus centesimus. Quod si bene agentibus, & pro Christo diuidentibus bona pauperibus, promittitur centuplum in hac vita, & in alia merces æterna, non fuerit iniustum, si iniuriosi patiantur & accipiantur in hoc seculo grauius multo, quam ipsi alios acceperint, & quem aduersus proximum seuerunt laborem, demetant sibi multiplicatum & quem in alium conceperunt dolorem, pariant sibi auctum & adultum: hoc est, vt plus detrimenti accipiant ipsi iniuriosi quàm aliis attulerint. Similis est translatio Ose. 10. vers. 13. *Arastis impietatem, messuistis iniquitatem, comedistis frugem mendacij.* 41. S. Greg. Gal. 6. v. 7. *Iniuriosi plus recipiunt quàm inferunt.*

42. Ergo metaphora conceptionis & partitionis eò tendit, vt intelligamus quæ ab iniquis & iniuriis hominibus diu fouentur & coguntur in alios consilia & machinamenta, ea iisdem architectis plus damni parere, quam iis, quibus nocere voluerunt. quod & versu sequenti, aliâ similitudine explicatur amplius.

Quæ vna ratio deberet homines a nocendo deterrere. Quis enim si videat a se aduersarium lædi non posse, nisi prius ipse se transfodiat, quantumuis lædendi cupidus non absistat? Nemo enim suo interitu alium vult perdere. Chr. hom. 1. in epist. ad Hebr. *Nullum prorsus est malum, quod vsque ad eum tantum consistat, qui patitur, & non etiam illum qui facit, vna comprehendat, sicut verbi causa, inuidia, &c. Enimvero qui alicuius siue boni, siue mali procreator est, ipse primus aut illo fruitur bono, aut illo malo punitur, & merito: vt enim aqua siue salsa, siue dulcis primum replet suum fontem, deinde vas haurientium: sic, &c.* Chrys.

Vers. 5. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum morietur; & quod confotum est, erumpet in regulum.

43. *Comparatio duplex diuersa. Difficilis.* VAtes iungit duo similia, valde dissimilia: alterum tractum de *ouis aspidum ruptis*, alterum *de telis araneorum textis.* quorum prius ad perniciem, posterius ad inutilitatem spectare videtur. Sed & frangenda sunt nobis aspidum oua, & araneorum textilia retexenda: nec sine labore vtrumuis.

44. *Varius explicatus.* *Oua aspidum ruperunt.*] Mirum, quantam varietatem fœtuum, seu conceptuum ex his ouis excluserint expositores: vt non sit expeditum eos in breuem syllabam conferre: sed nauabo lectori hanc operam.

Oua aspidum rumpi, in communi esse perniciem strui, video constare inter omnes: sed an quis sibi, an verò aliis, an etiam & sibi & aliis parans & struens exitium, damnúmve, hâc similitudine designetur, id in primis est controuersum. Deinde, quis, cui, quam perniciem comparet, non est citra dubitationem. *Oua aspidum rumpere, ad perniciem attinet. Difficultas vbi.*

45. *Expositio 1.* Arias Montanus etsi in fine præcedentis versus affirmat, hîc doceri, artes iniquas, etiam ex animi sententia absolutas, euadere in calamitosam

mitosam suis autoribus infœlicitatem: tamen cùm accedit ad hunc locum explicandum, totum accommodat iudicibus, & turbæ forensi iniquis, qui nocent litigantibus, & de damno passiuo nocentium silet. At ego non puto id contrahi ad forenses iniurias, sed generatim agi de iis, qui siue in iudicio, siue extra iudicium aliis quærunt perniciem.

Fraudes forenses.

S. Greg.

Expositio 2. de odio expromto.

S. Gregor. 15. Moral. cap. 9. seu 8. exponit de iis, qui quod in alios conceperunt damnum, opere exequuntur. *Oua aspidum praeuis hominibus rumpere, est, malignorum spirituū consilia, quæ in ipsorum cordibus latēt, peruersis operibus aperire.* quod Latini dicunt: odium conceptum expromere. Ex hoc fonte videri possunt hausisse Hugo seu Andreas apud Hugonem, Haymo, Lyranus & Pintus, qui omnes accipiunt de iis, qui quod cogitatione malum tegebant, aperiunt, & reipsa contra alios perpetrant.

46. *Rationes.*

Quam sententiam etsi autores non confirmant, ego possum adiuuare. Primò, quia hæret superioribus: *Conceperunt dolorem, pepererunt iniquitatem?* Secundò, quia rumpere oua venenata, est effundere venenum latens, & occultum. ergo est, odium expromere, & ad præcogitatum exitum adducere: sed hoc nemo contra se, sed contra alios concipit. Tertiò ex Sanctio nostro num. 18. virtus non nocet animali virulento, imò prodest, nocet verò aliis, quibus aspergitur. Quartò, inferius scribitur: *qui comederit de ouis eorum morietur*, scil. *de ouis eorum*, qui *oua aspidum ruperunt*: ergo ruperunt nocitura aliis, non sibi. Denique vers. 7. hoc clariùs enuncians ait Vates: *Pedes eorum ad malum currunt; & festinant, vt effundant sanguinem innocentem.* igitur id est: *Oua aspidum ruperunt*: multos de medio sustulerunt.

47. *Expositio 3. probatur autoritas. Iniuriosi sibi in primis nocent. Ratio prima*

Sed quamuis tot sit librata rationum momentis hæc interpretatio, plus apud me ponderis habet contraria asserens, agi hoc loco de iniuriosis, qui dum iniuriam comparant, in primis sibi nocent. Rationum prima & princeps hæc est. Similitudo hæc sumta ex *ouis aspidum*, & alia ex *telis aranearum* eiusdem ordinis sunt; in diuersâ tamen materia: sed texentes aranearum telas non sunt qui aliis inutilia, sed qui sibi fabricant, vt conceditur ab omnibus, vno excepto Montano: ergo rumpentes oua aspidum sunt qui sibi maxime incommodant. nam alioquin non fuit, cur hæ duæ similitudines attexerentur. Præterea: sine dubio *Aspidum oua rumpere*: est elegans parœmia, & quasi parabola aliquid habens reconditi, hoc est enim proprium parabolarum: Eccles. 39. vers. 3. *Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur*. at quid haberet arcani, & occulti, si esset tantùm, aliis venena & virus aspergere? certe aut nihil, aut paruum. In alio verò explicatu latet argutia, vtilis valde sententiæ. nihil enim citius possit deterrere & retardare ab iniuria faciendâ, quàm si eam facturus sibi persuaserit, se sibi in primis maximè nociturum. Et hæc sit tertia ratio: voluisse Vatem renocare homines à nocendo: qui non aptè suadentur plerumque cùm illis ostenditur, grauium damnorum esse autores: nam qui ex odio nocent, id vnum habent in votis, vt maximè noceant, & inimicos vlciscantur: cùm verò demonstratur, non posse eos aliis detrimentum afferre, quin illud ipsum in primis ipsi in se recipiant, & experiantur, hæc demonstratio maximè retrahit, & odium hebetat, saltem reprimit, & foras erumpere non finit. Vt si quis vehementer cuperet inimicum transfodere, sed sciret id fieri non posse, nisi ferrum per suū ipsius corpus priùs traiiceret, certe nisi esset furore amens, a vulnere infligendo abstineret. Comparationem hanc S. August. Psalm. 36. vers. 12. & de verbis Domini ser. 16. cap. 14. aliter accommodat; sic: *Tanquam si vellet aliquis per corpus suum traiicere ferrum, vt occideret tunicam alterius*: & aliter etiam accipit, scil. de eo, qui vt alium lædat in bonis temporalibus, sibi vulnus peccati lethalis infligit.

Secunda parœmia.

Tertia 48. *Damni inferendi magnitudine non omnes deterrentur.*

Simile.

S. August.

49. Sed hoc aliud est: hîc autem illud agitur; præter peccati damnum, quod est certe maximum omnium, etiam in id damnum temporale incidere in primis architectum iniuriæ: de quo supra num. 42. de quo hominum genere, quò a nocendo reuocentur, argutissime pronunciatur: *Oua aspidum ruperunt*, excluserunt virulentos, sibique nocentissimos serpentes, à quibus illico compuncti, infectique contabuerunt; sibi imprudentes, iusto Dei iudicio, quod aliis quærebant, exitium inuenerunt. latens, iacensque innoxiè in ouis venenum sibi exitiale futurum, per auiditatem alios lædendi, ante tempus foràs expromserunt. *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Psalm. 7. vers. 17. de quo supra nu. 36. & Sophar apud Iob 10. vers. 16. de iniurioso & raptore: *caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ* & vers. 18. *iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic & sustinebit. quoniam confringens nudauit pauperes; domum rapuit, & non ædificauit eam.* & vers. 22. *cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit: & omnis dolor irruet super eum.* Psal. 9. vers. 16. *in laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. cognoscetur Dominus iudicia faciens. in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*

50. Hoc postremum; *Omnis dolor irruet super eum*: Hebr. *Omnis manus laborantis irruet super eum*: i. quique eorum, quos diripuit, irruent, vt sua repetant, & vindicent: vel omnis manus iniqua eùm premet, vt ipse alios oppressit. itaque alios opprimendo sibi comparauit oppressores, & insidiatores. vide ibi Gregor. Illud verò *caput aspidum suget*, i. venenum exsuget, ebibet; *& occidet eum lingua viperæ*. quam frangendo oua exclusit: ad nostrum institutum acciri potest.

Ouorum serpentinorum rupturam quo dixi modo interpretantur, sc. de sibi, dum alios lædunt, nocentibus exponunt Hieron. Cyril. Procop. Vatab. Osor. Dionys. Aluarez, Cornel Sanchez numer. 16. & numer. 18. Adamus, & etiam Pintus, Castrius, Delrius Adag. 804. Viegas Apoc. cap. 6. com. 4. sect. 2. num. 4. Emanuel Sa; Adamus addit esse idem prouerbiū, quod apud Latinos: *Camarinam mouere*: i. sibi malum accersere; ex quo autore licuit Carpiuteio in suum paraphrasticum poëma transferre. Itaque multo plures sunt, qui hoc modo interpretentur licèt quidam ex nominatis nominatim Iudæis accommodent, qui dum Saluatori fuerunt infensi, suę genti & Reip. summopere nocuerunt. Sed hoc non efficit, eos autores in hoc prouerbio non agnoscere scopum à nobis propositum. Sed satis fieri oportet rationibus contrapositis

positis numer. 46. quo hæc expositio vi[...]r-miores acquiret.

51. Respondetur argum. 35. Ad primam de consecutione, a[...]o non minùs consequentem esse nostrum explicat[...]: nam illud: *Conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* explicatum fuit [...]tis apte de pœnâ talionis: a[...] nu. 35. [...]6. Ad s[...]undam, [...]angere oua venenata, esse quidem effundere venenum latens, sed non esse necessarium, vt id omne transfundatur in alios, inno[...] io transfundere: imò esse quodammodo necessarium, vt transfundens eu in primis aspergatur & inficiatur, cum ipse sit proplor fonti veneni. Huc

Sanchez n. 15. Chryſ. attinet valde Chrysostom. in epist. ad Hebræos homil. 1. in morali, *Nullum prorsus, ait ille, est malum, quod consistat in eo, qui patitur: & non etiam illum, qui facit, vnà comprehendat.* quod cùm inductione ostendisset, pergit. *Enim verò qui alicuius siue boni, siue mali procreator exsistit, ipse primus aut illo fruitur bono, aut illo malo punitur, & meritò. Vt enim aqua siue salsa, siue potabilis primum replet suum fontem, deinde vasa haurientium; & suum fontem, ex quo manat, nequaquam vacuum remanere permittit: sic & nequitia, sic & virtus, vnde processerit, procreatorem suum primitus ista lætificat, & illa consumit.*

Ex his patet responsio ad tertiam. quartam & quintam petitam è locis inferioribus, ibi expediemus.

52. Sed adhuc restat alia explicatio Forerij, acuta, & in speciem similis vero: notari, nimirum, hoc simili eos, qui consilia malorum hominum adiouant, eorum, quibus non est satis virium ad exequendum. Quasi *aspidum oua rumpere,* sit catulos serpentinos excludere, expromere: quod vulgo dictitatur *aliena oua fouere, ex alienis ouis pullos excludere:* quod rectè, & vtiliter iacitur in eos omnes qui aliena cōsilia promouent, & ad exitum perducunt ab aliis incœpta: quæ si sint noxia, erit: Aspidum oua fouere, & ex eis aspides excludere. quod potissime quadrat in eos, qui ab aliis posita semina hæresum fouent, & promouent, ex eisque manifestos errores expromont: vt de Luthero & Erasmo dicitur: *Erasmus oua peperit, Lutherus fouit & exclusit.*

Sed licèt hæc expositio sit ingeniosa, & moribus informandis vtilis, non est tamen germana: nam aliud est, oua fouere, aliud rumpere. nam qui fouet, animat fœtum: at qui rumpit oua, nihil efficit, sed est tantùm causa, vt id, quod erat clausum, erompat. & quidem de fouendis ouis separatim: *& quod confotum est, erumpet in regulum,* vt mox. Ad hæc: hic sensus parum cōsentit cùm superioribus, minùs multo cum consequentibus: *& telas araneæ texuerunt* nam si ad exitum aliena studia & cogitata noxia traxerunt, non telas araneæ texuerunt, cùm suis illis artibus alios ceperint, aut deceperint.

53. Sanchez. Expositio vltima. In fine, noster Sanchez, vt verè interpres industrius, & gnauus, aliquid ferè semper super alios excogitans, etsi communem expositionem, vt dixi num. 50. valde probat, aliam tamen proponit eiusmodi: vt: *aspidum oua rumpere,* sit, ad edendum, ac si essent gallinacea, quæ rupta apparent non modò non commoda esui, sed etiam noxia; non aliter atque telæ aranearum sunt amictui inutilia: itaque sit sententia Isaiæ: quantacumque homines furentur, rapiāt, non prodesse ad [...]um, au[...] [...] hanc explicationem docet [...] e Fidei [...] o contextu, & ex LXX. q[...] illud *quod co[...] otum est, erumpet in regulum.* reddunt, *qui frangit, putridum inuenit, & in eo regulum. qui frangit,* inte[...]ligit Sanchez, *vt comedat.*

54. Hæc interpretatio non arridet, non tam, quia caret autore, vt idem inuentor affirmat. nam idoneus autor videri possit ipse Sanchez vir non parum eruditus, sed ob ea, quæ hactenus scripsi communem expositionem roborando, & alias infirmando, quia totius capitis scopus & propositum est, iniuriosos exagitare, qui aliis moliuntur & afferunt damna. Iam venenum aspidum, sicut & quoduis aliud venenum ad nocendum aliis comparatur. Demum: frigeret sententia Vatis; si solùm hæc esset: qui ruperunt oua aspidum, vt comederent, cùm viderent esse inutilia, abstinuisse, vt omittam, non fingi verosimiliter, cùm tam sint diuersa oua aspidum ab ouis gallinarum, illa pro istis ex errore fuisse contrita ad cibum. & verò qualia sint aspidum oua, adhuc reliquitur examinandum.

55. E serpentibus sola vipera est viuipara. Creditum est, ex omni genere serpentium solam viperam non parere oua, sed in vtero animare fœtus, & viuos edere catulos: indeque dictam esse viperam: quasi viuiparam, non verò quod vi pariat catulos, licet hoc tradant autores non modicè eruditi. Esse proprium viperæ inter serpentes, viuos edere fœtus affirmant Plinius lib. 10. cap. 62. Nicander illis versibus Latinè redditis. Nicand.

Sola etenim fœtu grauida est, cùm cætera in aliis
Ouipara excludant testacea pignora siluis.

Docet & grauior scriptor Aristot. 1. de historia animalium. cap. 6. *Cæterùm cùm cætera serpentes oua pariant, vna vipera animal gignit.* & lib. 5. cap. 34. *Vipera vna animal edit, cum intra se primum oua pepererit.* idem docet de generat. animal. cap. 10. & Herodotus libr. 3 sequuntur communiter alij autores qui de serpentibus scribunt, Canterus lib 6. cap. 16. Gesnerus, & eius [...]llector libr. 5. de serpent. [...]a[...]1. de [...] [...]a. Nicolaus Leonicenus ibi citatus, & Cœlius Rodig. li. 6. capit. 16. Arist.

56. Sed vnus Brodæus contradicit in suis miscellaneis lib. 3. cap. 11. ex experientiâ, *nam qui cerastem in Ægypto,* inquit ille, *& in Africa discendi studio dissecuerunt, sæpe catulis grauidam offenderunt.* Cerastem verò differre à vipera constat inter autores. Sed quod magis sit mirandum, Plinius qui suprà citatus libr. 10. capit. 61. scribit, solam viperam esse viuiparam, idem ex Philarcho teste oculato refert eodem libr. 10. ad fin. c. 74. aspidem enixam fuisse catulus.

57. Ex quo loco, ne cum alio pugnet, videtur colligi aspidem & viperam esse vnum & idem animal. colligitur ex Nicolao Florentino apud Gesnerum libr. 3. citat. & docet ibi Bartholomæus Montaguanus. Quod si hoc esset verum, nō posset Isaias exponi de ouis editis, sed summùm, de ouis intra vterum conceptis: vnde illa nostri Sanchez interpretatio num. 35. omnino subsideret. Sed ego & aspidem à viperà differre, & aspidem oua parere, non catulos credo. Prius, vt omittam autores adducere, qui sunt omnes, qui de animalibus tractant, excepto vno, aut altero; confirmat Græcorum adagium, *ἀσπὶς παρ᾽ ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται,* i. *Aspis à vipera*

vipera venenum sumis: quod à Diogene Philosopho fertur esse prolatum videns duas malas fœminas inter se communicantes, & aptatur pestilenti ex alio pestilenti consilium, seu auxilium accipienti. vnde Tertullianus scite li. 3. in Marcion. cap. *Desinat nunc hæreticus à Iudæo, aspis, quod aiunt, à vipera mutuari venenum.* Iam illa notio omnibus ferè est impressa, viperæ & aliarum serpentium morsus & venena non carere omnino remedio, imò ex ipsis pestiferis animantibus peti, vnde est theriaca; at verò vnam esse aspidem cuius veneni malum sit incurabile. Ita disertè Ælianus lib. 1. de Animali. & Plinius libr. 8. capit. 23 de aspide: *nullo ictus remedio, nisi vt confestim partes contacta amputentur.*

Tertul.

58. Quod firmari videtur Deuter. 32. vers. 33. *Venenum aspidum insanabile*: tametsi istic pro aspide Hebr. sit diuersum nomen ab eo, quod adhibuit Isaias; sed LXX. quoque ibi reddunt: *aspidem*, & eius siue *caput*, ראש ros Hebr. siue *venenum*, vt Latinè, eo quòd sit in capite *venenum*, siue θυμὸν, Græcè, *furorem*, *ἀνίατον*, *insanabilem* exponunt.

59. Ergo nobis pro certo sit, aspidem à viperâ distingui, quare *Oua aspidum* à Vate nostro posita, germanè, & propriè accipimus, cùm liqueat ex supra scriptis, exceptâ vnâ viperâ, alias serpentinum species esse ouiparas: atque adeò non cogimur examinare sententiam vulgo iactatam: a viperinis catulis materna viscera dirumpi, vt enascantur: cùm autor noster non viperinum partum inducat pro similitudine, sed oua, quæ aspis peperit, & alius superit, & rumpendo catulis veneniferis inclusis aditum patefecerit.

60. Ex quo emouetur obiectio illorum, qui aiũt; oua solere frangi à pullis, vel à catulis inclusis; concedimus enim libenter id solere fieri: at quid prohibet, quin paulo antè quàm fœtus suum tegmen internè perforet egressurus, alius externè perrumpat, & illi det exitũ enascenti? Hoc vnũ, quod facilè fieri possit, etsi nõ fiat, fingitur elegantissimè, & citissimè fuisse factum; vt per eam siue similitudinem, siue parabolam, aut prouerbium ad viuum ponatur ob oculos; multos dum aliis obesse satagunt, sibi imprudenter malum arcessere.

Multi sibi malum accersunt.

61. Cuius propositi sunt & alia cùm apud Græcos, tum apud Latinos adagia: vt illud: *Ipsus sibi malis reperit coagulum*: & ad rem propiùs; *κορώνη τὸν σκορπίον*: *Cornix scorpionem*, scil. rapuit, vt ederet, sed ab eo venenum accipiens periit. Extat epigramma Græcum, & Latinum factum apud Adagiorum collectores pro cornice coruum substituens; carmen Latinum est.

Scorpius e terrâ prorepserat, idque videns e
Coruus, qui cælo vectitat in liquido.
Corripuit visum, fugitque, sed hic vt humum ales
Contigerat, subitò mox ferit, atque necat.
Ecce tibi quod in hunc auis insidiosa parabat,
Inde sibi accetit supplicium misera.

Non aliter qui aspides ex ouis excludunt, ipsarum contactu pereunt.

62. *Et telas aranearum texuerunt.*] Posset accidere, vt homines detrimentosi ex vnâ licèt parte detrimentum acciperent, ex aliâ tamen lucrum acquirerent: vt alterum altero compensaretur, aut maius esset lucrum, quàm damnum. id submouet altera similitudo, & parœmia, de telis araneæ: quam explicare superfluũ videri possit; & tamen alio versu inferiori amplius exponitur. Id solum meminisse oportet, quanto labore araneus contexat, cùm e visceribus licium & quasi stamen extrahat. Ergo malorum hominum artes ipsis laboriosæ, & molestæ, & in fine, cùm fuerint absolutæ & elaboratæ, etsi habent nonnullam speciem artificij, sunt prorsus inutiles, & euanidæ. De inutilibus operibus exponunt Vatab. Adamus, Sa, Osorius, Delrius in Adagiis, Mariana, Ribera in Ose. 8. vers. 6. nu. 16. S. Gregor. relatus num. 45. Forerius, & alij, videturque esse mens Isaiæ, nam vers. 6. proximo id docet apertè, vt ibi apparebit.

Araneus magna stat tenuia tela. *Artes mala sunt autem laboriosa.*

63. Sed nihilominus alij non tam opera inutilia vident, quàm insidiosa: vt enim venenum paratur ad nocendum, & perimendum occultè: sic araneus suam orditur telam, texitque ad capiendum, & fallendum, & vt ille qui frangit aspidis oua, vt alius virus effundat, ipse in primis, vt vidimus, læditur, aliis interdum illæsis: sic araneus, vt telam suam conficiat, se ipse labore conficit, se ipse euiscerat: & tabefacit: Ps. 38. vers. 12. & cùm maximè insidiatur, & molitur aliis animalibus perniciem, se ipse suam labore consumit, nam haud capit nisi culices, & muscas, & si quæ maior bestiula incidit in rete, & in telam, eam discindit atque dirumpit. Quà similitudine signantur illi homines, qui magno suo labore, & summo conantur alios lædere, sed casso & irrito conatu. Ad hunc modum percipiunt similitudinem Hieronymus, Cyrillus, Procopius, Haymo, Dionysius, Leo, Castrius, & ab eo citatus Theodoretus. Sed hi omnes autores adaptant Iudæis, qui fraudes aduersus Saluatorem & calumnias frustra excogitarunt.

Tela aranearum pro insidiis. *Mali magno labore sui alios insidiantur.*

64. Ego ab his autoribus libenter accipio, per *tela aranearum* significari insidias & fraudes minimè procedentes; sed cum Pinto, & aliis non astringo & arcto ad Iudæos calumniatores Christo, sed amplio & extendo ad omnes fraudulentos & insidiosos, ætatis præcipuè Isaiæ, quos Vates hoc sermone perstringit. Comparatio est elegans, & viuida. Araneus enim, vt modò dicebam, in primis, vt suam telam efficiat, se ipse exenterat, & euiscerat; euentus verò capiendi, & decipiendi est incertus: nam nisi illuc aliqua bestiola inuolet, & sit valentior, irrumpit & rumpit telam: quippe quâ nihil sit fragilius.

65. Quæ omnia fuerit promtum & expeditum malis artibus & fraudulentis consiliis accommodare: quæ suis autoribus, primùm magni stant: ingenti plerunque labore excogitantur: se ipsos machinatores excruciant, dies, noctésque solicitudine, & angore conficiunt, & vt aranei contabescunt. ac demum cùm retia suorum consiliorum explicant ad irretiendos alios, Deo disponente, vacua comperiunt: vt eis liceat vsurpare illud: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Sed non est nobis opus sensu S. Scripturæ accommodatitio, vbi suppetit germanus, & litteralis, Psalm. 63. vers. 6. *Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos?* scil. tam subtiles, tam occultos: subtilissima fila aranearum. *Scrutati sunt iniquitates; defecerunt scrutantes scrutinio*; i. solicitudo scrutandi

Cupidus alterius damni sibi in primis est damnosus.

tâdi eos pene ad animi deliquiũ adduxit: vt eranes cõcidebãt. *Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Cor profundum* Hebr. consilia contra alios subtiliter excogitata: quæ Deus efficienter exaltabitur. *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Telæ arancarum:* laboriosæ & ad comprehendendum fragiles: paruuli non sine magno labore sagittas faciunt, & casso ictu: *& infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum: Telas aranearum texuerunt*, quibus ipsi potius implicarentur, quam tutarentur, aut alios implicarẽt.

66\. S. Gregorius Nazianzenus orat. in laudem Heronis, hæreticorum sophismata comparat telis aranearũ, quæ moscas illaqueãt, à bellüis grandioribus, nedum a digitis perrumpuntur.

Hæreticorũ insidiæ.

Tertius est illud. leges humanas (vbi locus est acceptioni personarum) esse instar telarum eiusmodi, quibus imbecilli tenentur, & quas potentiores discindunt. Sed hoc non est ad mentem Prophetæ, qui in *telis aranearum* artes & inuenta praua intelligit: leges verò bonæ sunt, & vtiles: & vitium expositum non est in legibus, sed in eis, qui cum deberent earum custodiæ æqualiter studere, secus faciunt.

Legibus qui tenentur.

Leges bonæ sunt & necessariæ.

67\. *Qui comederit ex ouis eorum, morietur.*] *De ouis* aspidum fractis. Hæc pericope videtur adiuuare illum sensum, quem num. 53. retuli, & refutaui, sed non cogit ita sentire. Nam comedere de ouis aspidis, nihil aliud est, quam comedere aspidem nondum exclusam, comedere scorpionem, sumere virus & venenum; quod statim interimit, cumque propiores sint sumendo qui oua rumpunt, hi inde, eos esse periculo magis obnoxios, & morti magis expositos; autores videlicet & artifices nocendi, prout num. 48. magis exponitur.

68\. Alij accipiunt non de ipsis machinatoribus, sed de consciis & participibus machinationũ, quos certa maneat pernicies. Quæ explicatio fulcitur sequenti inciso.

Et quod confotum est, erumpet in regulum.] Continuatur translatio ouorum aspidis: doceturque quocumque modo ad vsum, esumve hæc oua tractentur, afferre exitium. Nam si ruperis, antequam fœtus exierit, venenum & aliis, & tibi cum primis effuderis, & compararis: sin oua ipsa degustaueris, mortem degustaueris: denique si foueris, inde aspidum, aut quid pestilens, nempe regulum exclusêris. Oua enim sunt inuniri vide hic inde proles excluditur.

69\. Ego quidem hoc interpretationis modo, & hac simplicitate fuerim contentus, non curiosius singulas voces excutiẽs, & quasi ad viuum resecans: sed metaphoræ, & similitudinis seu parabolæ scopum intuens, in eius intelligentiâ acquiescens; nam mos est S. Scripturæ in parabolis & similitudinibus aliqua verba adiũgere, quæ seruiũt potius ornatui, quam sensui. Vnde non est quod solicitè quæras, quomodo ex ouo aspidis cũforo, seu cõptello, vt alij vertũt, erumpat regulus, aut vipera, quod aliis magis placet: nam scopus Vatis est, ex ouo pestilẽti, & venenato pestilentẽ & venenatũ nasci fœtũ, ex malo scil. consilio malũ facinus; aut peius; sed hoc posterius non probo, nam aspide non est virulentior, & nocentior regulus, aut etiam vipera, vt n. 57. 58. dixi, neq; ad id, quod tractatur, opus est. neque opera & facinora ex terra maiorem habent malitiam, quam cogitata & proposita

70\. in terra, è quibus nascuntur. Actus enim exterior

A cùm ex se neq; bonus neq; malus sit, necesse est, vt ab actu interiori quam ipse neque habet bonitatem, vel prauitatem, accipiat: quare hoc loco ouum aspidis, *quod confotum est*, & qui inde regulus erumpit, non vt quid minus & magis malum ponuntur. sed ostenditur progressus scelerum, & iniuriarum: primus enim gradus & initium est. oua pestilentia parere, accessio est, eadem cogitationis sinu cõfouere, & calefacere: postremus gradus est, erumpere, & nasci fœtum pestiferum; primus gradus, i. oua parere, videtur respondere malæ suggestioni, & cogitationi: incubare ouis, & fouere, est in ea cogitatione voluntatem acquiescere, eique omnino B assentire: denique catulum venenatum, regulum, aut simile animal ex ouo confoto erumpere, est ex malo illo interno proposito ad facinus externum aliis noxium procedere, ad illudque aggredi.

Iacob. 1. v. 15.

S. Iacobus Apostolus non dissimili metaphora vtitur, c. 1. v. 14. suæ Canonicæ; *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum*, scil. paruũ & quasi inchoatum, nempe, veniale: quod est, quasi oua parere: *peccatum verò* (addit Apostolus) *cum consummatum fuerit, generat mortem*, i. cum pleno voluntatis sinu confouetur, & animatur: licet ibi in animo consistat, & foras in opus externum non prodeat. Quibus progressionibus internis accedit facinus externum, C quod cùm est detrimentosum aliis. aut ad alienum detrimentum dirigitur, vt sunt crimina contra iustitiam, rectè scorpio, & regulus partu editi nominantur. aut viperini fœtus, qui vulgò non sine iactura viscerum maternorum nasci creduntur. 71.

Vers. 6. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

Hic versus satis expositus est supr. est enim quasi conclusio antecedentis: scil. opera D iniuriosorum & ipsis esse prorsus inutilia, & aliis dãnosa, saltem ex animo operãtium. Ludit Vates in vocabulo *Telæ* quæ sua natura dirigũtur ad amiciendũ cùm enim antea dixerit: *Telas aranea texuerũt*, rectè per risum colligit: *Telæ eorũ non erũt in vestimentũ*, & vt clarius ostendat, à se vocari *telas*, eorũ opera fraudulẽta, & insidiosa, addit: *neque operientur operibus suis*: quo dicendi modo videtur mihi Isaias intendere ad iudiciũ denique postremũ, in quo quisq; se tegit tueturque suis bonis operibus maximè ex misericordia profectis. Mat. 25. v. 34. 35. &c. vbi Christus nominatim hæc opera bona, & non alia recen- E set, ob quæ iustos admittit ad regnum, & horum operum omissionem & non aliorum vel commissionem allegat ad damnãdos improbos. 72.

Quod verò actus omnes boni, sint veluti amictus animæ, quibus ornatur, & defenditur ab frigore, & æstu vrentissimo, ab irâ & inclemẽtiâ cœlesti, facilè ex officio ipso vestimenti posset elici; sed satius est petere, & sumere ex Scripturâ sacrâ. Meminerit lector parabolæ de homine Rege, qui fecit nuptias filio suo. Mat. 22. v. 2. qui Rex vt dicitur: v. 11. *intrauit: vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: & ait illi, amice quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialẽ. at ille obmutuit, tunc dixit Rex* 73.

Opera bona sunt vestimenta

[illegible] manibus & pedibus eius, mittite eum in [illegible]. Qua in parabola per vestem [illegible] Caluinistis, Catholici caritatem & opera bona intelligunt: nam tam [illegible] pedem [illegible] & admissus fuerat ad [illegible] corruptum. Possem eodem afferre *sto[illegible]*, qua filius prodigus sui pœnitens & [illegible] paternam recerius indui iussus [illegible] sed liber al ud manifestius testimonium [illegible] ducere ex Apoc. c. 3. v. 1[illegible]. *Quia dicis, quod diues [illegible], & locupletatus, & nullius egeo: & [illegible] quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* bonis, iustitiarum operibus, & actibus, atque omnis habitibus, ex quibus opera [illegible] procedunt: pergit epistolæ tenor: *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, [illegible] confusio nuditatis tuæ.* De bonis huiuscemodi operibus quidam [illegible] Paulum accipiunt 2. Cor. 5. v. 3. *Si tamen vestiti, non nudi inueniamur.*

74. Mal. 10. Quæ cùm ita sint, fit verosimile, Vatem voluisse [illegible] qui mala opera contexunt, diuino tribunali & iudicio apparituros esse nudos, pudendos & confundendos: cùm non modo carituri [illegible] misericordiæ actionibus & officiis, quibus [illegible] promerenda Dei benignitas, & liberalitas, [illegible] operti sunt facinorosis & maleficus [illegible] iniuriosis; quod amplius exponit in succedentibus.

Vers. 7. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum.

75. PRIMA pars huius orationis eisdem omnino verbis etiam Hebraicis legitur Prou. 1. v. 16. *Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt [illegible] sanguinem:* [illegible] Isaias [illegible] *naqui, innocentem,* idque gratia [illegible] perspicuitatis. Paulus vero Rom. 3. v. 15. allegat verba prædicta, & vltima [illegible] versus, & initium versus sequentis [illegible]: *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. [illegible] contritio, & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt.*

Vt necessario iudicabam admonere, Psal. 13. [illegible] Latina ver. 6. & v. 7. esse hunc Isaiæ [illegible] in editione vera Græca, & in [illegible], nihil eiusmodi reperiri: [illegible] Paulus Rom. 3. cit. id approbare, nam vt ait Hieronymus in prooemio lib. 16. in hunc Prophetam, Apostolum ex variis Psalmis & ex Isaia [illegible] locum: at quoniam verba præcedentia [illegible] ex Ps. 13. v. 3. *Omnes declinauerunt, [illegible] facti sunt,* &c. creditum est, ad eumdem Psalmum pertinere sequentia, & sine [illegible] Psalmo adiecta sunt. Si quis [illegible] quod [illegible] Paulus [illegible] Psalmorum in[illegible].

N[illegible] verba huius versus [illegible] Salomone [illegible] accepisse, Paulum ca[illegible] & [illegible] alia ex solo Isaia. Qui [illegible] diuinitus inspirati, & edocti [illegible] loquuntur. Salomō vt [illegible]: Paulus de Iudæis & Gen[illegible] & gentibus, de Iudæis inquam, Iansenius in Prouerbia fatetur distincte, Isaiam ex Salomone verba priora sumere: quod qui possit negari non video, cùm sint vtrobique ipsissima verba Hebraica. Sed apud Salomonem tametsi Iansen. & interpretes communiter interpretentur verba illa, *currere ad malum, & festinare ad effundendum sanguinem*, significatu actiuo, i. ad malum inferendum aliis & ad effundendum sanguinem alienum: noster tamen Salazar vir sanè ingeniosus & doctus docet sibi non placere communem hanc expositionem eò quòd Salomon contendat reuocare ab homicidio, ad quod persuadendum non esset idonea ratio, si diceretur, illos currere ad nocendum aliis, [illegible] is, cui adhibetur hæc suasio, videatur fuisse proclimis ad homicidium, vnde istinc magis incitaretur ad ineundam societatem cum illiusmodi hominibus.

Quod attinet ad expositionem ipsam, antiqua est, & multorum Rabbinorum, vt ait illic Baynus, & eam hic autor sequitur: sed nihilosecius non est sequēda, sed illa alia communis. 77. Ratio est aperta, nam Isaias non solum alludit ad Salomonem, sed ipsissima verba reponit, vt dixi, & quiuis lectionis Hebraicæ sciens intelliget; & si qua poterat esse ambiguitas, in illo: *ad effundendum sanguinem*, illam sustulit, addens: *innocentem*: quare non video, quomodo dubitari possit, Salomonem loqui de alieno sanguine fundendo. Quo posito, quæuis ratio in contrarium excogitata deberet facessere: sed & illa Salazaris facilè submouetur. Nam eo loco Sapiens dissuadet societatem cum latronibus & raptoribus, vt patet legentibus superiora, quod vt magis assequatur, adiecit quam sit periculosum & fugiendum latrocinium, cùm ex eo delabatur latrones ad homicidia: quia sæpe non potest quis diripi, & expoliari nisi occisus.

Quod si improbus magis deterretur metu pœnæ, quam horrore criminis, id non efficit, nosquam ei proponendā esse grauitatem & turpitudine virij: nō enim ita sunt omnes profligati, vt apud eos nihil valitura sit ratio, & pudor. Et verò sunt multi, qui cupiant rē alienā, nullo verò modo vitam eripere, quibus ratio proposita non fuerit inutilis. Demum cùm homicidam maneat apud omnes gētes pœna capitalis, non inepte suadetur quis abstinere à rapinā, cùm admonetur inde secuturam esse alieni sanguinis effusionē, ac proinde proprio sanguine luendam, quod Salomon, post alterum versiculum, distinctè pronūciat: *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.* i. contra vitas suas. Refert se Salomon ad v. 11. vbi mali dicunt: *Veni nobiscum, insidiemur sanguini*: atque eadem operā eos suo insidiari sanguini; *quicunque enim effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius.* 78.

Ergo qui cupiet plenius hunc Isaiæ locum callere, adeat illud caput primum Prouerb. à v. 10. ad 19. vbi reperiet insidias, tendiculas absconditas, & retia: quibus respondent in Isaiā telæ subtiles aranearum: & vt Vates admonet, hæc irrito labore texi, ita Salomon edocet, cassō conatu illos laqueos abscondi. v. 17. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum*, quæ sententia, & parœmia nam esse parœmiam affirmat Arboreus, & Delrius Adag. 442.) etsi variis expositionibus obnoxia, plurium & grauiorum interpretum iudicio, indicat; cassum laborem inti 79.

insidiantium: nam aues, quæ habent oculos, & calliditatem ad peruidenda retia expansa, & habent pennas ad auolandum, facile effugiunt, & eludunt astutiam aucupum. Hoc idem non minus polite alio illo prouerbio docuit Isaias: *telas*, i. retia, *aranea texuerunt*.

80. *Vastitas & contritio in viis eorum.*] Hoc quoque actiuè capito: i. tendunt ad vastandum, ad conterendum alios: id contextus postulat, id affirmat Cornelius, Pintus, Hugo, Mariana, Adamus, Vatablus, Osorius, Arias. *Vias* verò vulgò interpretes accipiunt, vt aliàs sæpe, pro actionibus, pro studiis. At quoniam agit Vates de prædonibus & grassatoribus, à quibus viæ publicæ insideri solent, vt viatores deripiant, & quia Hebraicè sunt, *Via strata*, quales ineunt viatores, Arias existimat de iis loqui, sed metaphoricè, & sensum esse intentum de forensibus grassatoribus & prædonibus, qui omnia euertunt & vastant litibus & fraudibus. Ego facilis sim ad credendum de iis forensium insidiarum architectis hæc dici potuisse: sed non credo ab Isaia hoc loco dici, sed de raptoribus & iniuriosis in commune.

Vers. 8. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum: semitæ eorum incuruatæ sunt in eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.

81. HÆc vtrouis modo, & actiuè, & passiuè licet exponere: actiuè; viam pacis aliis, neque iudicium cogitant, i. quod aliis sit commodum, aut debitum: sed contrà studia eorum & consilia sunt praua, & iniqua: & quicunque illorum consiliorum participes fiunt à pacis tramite deuiant. Passiuè verò, quæ aliis præparabant, & moliebantur incommoda, ipsi experti sunt. Sic S. Thomas exponit. Ego prius amplector, quod superioribus magis sit annexum: & quod de damnis, quæ consequuntur autores calumniarum, & iniuriarum loquitur illico.

Vers. 9. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus.

82. INducitur populus Iudaicus agnoscens se à Deo iustè puniri, & suis peccatis supplicia meritò irrogari. Et tametsi enim S. Hier. nonnulli volũt intelligi de Iudæis flagellatis ob Christi parricidium: tamen aptius est, & cohærentius non in istius temporis angustias includere, sed latiùs interpretari de tempore Isaiæ, quo iam decem tribus fuerant abductæ in Assyriam. & de tempore insecuto, quo duæ reliquæ tribus in Babyloniam sunt abreptæ.

Propter hoc.] Propter commemorata scelera, & in proximum iniqua facinora, & iterum commemoranda vers. 12.

83. *Elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia.*] Non videtur posse sumi propriè *iudicium*, & *iustitiam*, pro iusta & sancta æstimandi, & agendi ratione: nam sic illa causalis, *propter hoc*, esset prorsus absona, & esset manifesta tautologia: scil. quoniã iniusta illa opera fecimus, recessit à nobis iustitia: nam actio ipsa iniusta est ipsamet elongatio iustitiæ; ergo debet esse aliquid ex iniustis actionibus consequens, nempe supplicium, & pœna. Vnde *iudicium* probè exponitur, actio Dei vindicans, & liberans suos fideles, aut etiam quosius iniustè oppressos, & animaduertens in oppressores. Ps. 145. vers. 7. *Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus*: & Ps. 9. v. 17. *Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator*, innocentes seruando, pestilentes perdẽdo, vt doctè Genebrardus: nam vt recti iudicis officium est, absoluere innocentem, & condemnare nocentẽ: vtrumque à iustitia præscriptum, quæ reddit cuique pro meritis: sic propriè dicitur *iudicium*, & æquè bene *iustitia*: *hazer iustitia*: ergo populus Hebræus ait, hoc *iudicium* Deo consuetum, & quasi innatum præter morem abfuisse, & abiisse procul, nec immeritò; iustè videlicet sibi defuisse hoc Dei iudicium; iustè Deum fuisse passum, vt ab hostibus affligeretur, & opprimeretur vtpote qui suos ipse gentiles, suos ciues & consanguineos oppressisset. *Iudicium*, vt est a nobis expositum, sumunt S. Thomas, Vatablus, Forerius, Adamus, Cornelius & Sanchez.

Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem & in tenebris ambulauimus] *Lucem* pro fortuna prosperà, & *tenebras* pro aduersà & ærumnosà solere sumi vidimus plusquam vno loco: non procul hinc c. 58. v. 8. & v. 10. illinc quod satis sit luminis huic loco inferri potest. 84. S. Gregor. 5. Moral. c. 1.

Vers. 10. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

ET *palpare, seu attrectare parietem*, & *impingere meridie*, est quid adagiale, & multis nationibus commune, quia sumitur ex gestu, actuque naturali, nam captus oculis cùm incedit, naturali instinctu præmittit manus ad palpandum & pertentandum quod occurrit, ne in aliquid aduersum improuisus occurrat, & offendat: & quia in locis habitatis parietes passim occurrunt, eos frequenter attrectat. 85.

Vnde cùm aiũt: *Palpauimus sicut cæci parietem*, summã cæcitatem agnoscunt; omnẽ vsum oculorum excludunt, ideoque addunt: *Quasi absque oculis attrectauimus*, notum enim est cæcitatem bifariam accidere: vno modo, cum sunt oculi, sed ex morbo aliquo nõ funũtur officio suo fũgi: altero modo, cùm absunt oculi ipsi: quæ maior est priuatio visus, & maior cæcitas, quàm prior: nam illa aliquando morbo depulso depellitur, hæc verò caret remedio, desperabilis est. Ergo hac dicendi formulà, quanta potest cogitari maxima cæcitas, exprimitur: atque calamitosissima, & ærumnosissima vitæ conditio.

Potest simul notari summa rerũ perturbatio, & confusio, vt nemo haberet, nemo sciret, quo se verteret: cùm maxima esset non solùm auxiliorum, sed etiã consiliorũ inopia; summa mentis, capitisque vertigo. Illud, tametsi subtilius, non spernendum, designari, quod iam attigi, sed nunc explano, inopiam scientiæ & prudentiæ. Nam inter sensus humanos vt visus & auditus obtinent principem locum, quippe nobiliores, longiùs à materiæ concretione remoti seu minùs materiæ immersi: sic tactus est

omnium sensuum maximè hebes, & crassus, vt ex se pateat quare qui exiguâ cognitione & notitiâ regendæ suæ vitæ imbutus est, rectè componitur cum eo, qui non aliter quàm palpando & attrectando gressus suos regit, & moderatur.
86. Istius notæ occasionem debemus Ariæ Montano: quam notam vult Delrius in Aadag. 804. esse non litteralem, sed moralem: sed ego pro litterali admiserim: nam de iis, qui in capiendo consilio caligant, & labant, Hispani dicimus, *andar a tienta paredes*, palpare parietem. Quæ tumultuatio & trepidatio, & in deliberando perturbatio, atque caligo solet maximè in rebus aduersis, simul & inopinatis accidere: quales hoc locu ponitur: *Expectauimus lucem; & ecce tenebræ*: Cùm nobis cuncta prospera promittebamus, ecce ex improuiso cuncta supra opinionem & supra modum aduersa: cùm tranquillitatem cogitaremus, ecce subitò horribilis coorta tempestas, & in repentina eiusmodi & sæuâ tempestate contingit quod Ps. 106. ver. 26. scribitur: *Anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius; & omnis sapientia eorum deuorata est.*

87. *Impegimus meridie quasi in tenebris.*] Tametsi videtur esse eadem sententia aliis vocibus expromta; nam ad videndum quà sit eundum, vt vitentur offensiones, duo sunt necessaria, & aspectus, & lux: nam si desit lux, tantumdem est, ac si desit aspectus, & si desit aspectus, inutilis fuerit lux, vnde sicut captus oculis palpat in sole, sic oculatissimus offendit & impingit in tenebris, idque videntur dicere Iudæi, nos cùm essemus cœci, & absque oculis, in ipsa luce meridianâ, quâ nulla est clarior, impegimus, ac si incederemus in nocte tenebricosissimâ.

88. Sed ego aliquid aliud mihi videre videor in *meridie*: quod vt meliùs exponam, allegabo locum simillimum ex Amos 8. v. 9. *Et erit in die illa dicit Dominus Deus: Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis.* Et notanda sunt duo, alterum, Amos prophetã fuisse æqualem Isaiæ tempore, alterum; apud Amos Deum hæc minari propter eadem peccata, quę accusat Isaias, lege Amos v. 4. *Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ: dicentes, quando transibit mensis, & venundabimus merces, & sabbathum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus? Nunquid super isto non commouebitur terra* &c. & post pauca, *Occidet Sol in meridie*, &c.

89. Cùm ergo Oseas æqualis Isaiæ eadem in proximum peccata commemoret, dolos, fraudes, iniurias in venditionibus, in contractibus, in syngraphis & collybis, cumque simili loquẽdi modo supplicium comminetur, fit probabile,
Amos 8. v. 9 eadem ratione vtrobique capiendum. *Occidere verò Solẽ in meridie*; scio variè capi, pro ira magnâ Dei, a Maldonato in Mat. 27. v. 45. Secundò; de subitâ rerum conuersione, de rebus aduersis tum, cùm essent res prosperæ; ab eodem Maldonato in Ier. 15. v. 9. Tertiò; subitò, & cum minimè timebant, calamitas ingruit; à Ribera ibi. quæ explicatio ferè est eadem, atque posterior Maldonati, nam in prospero rerum statu nemo ferè cogitat de vicissitudine, & alternatiuæ fortunæ, vnde quæ prosperis aspera superueniunt, inopinata plerunque eueniunt, atq; adeò acerbiora, quod fuit adnotatum c. 47 num. 46.

Et ad rem docendam similitudo est apta, vt enim nullus veretur in meridie sibi solem occasurum, defuturúmve; qui tamen si inopinus occideret, & inueheret occasu suo tenebras, id esset multo molestius, quam si stato tẽpore occidisset, non secus, cùm aduersa succedunt prosperis, & eo, quo minimè timebantur tempore, multo molestiora & grauiora accidunt. Similiter ambulans in meridie non timet offensionẽ, cùm præuidens offendicula possit euitare, qui tamen si impingeret, & offenderet, non aliter atque in densissimis tenebris, id ferret molestissimè. Sensus igitur nostri Vatis est, cùm esset meridies, lux clarissima, maxima fœlicitas, cùm nulla timererur calamitas, cùm omnia essent peruia, æqualia, expedita, cùm nullum appareret offendiculum, ecce subitò meridies versus est in noctem summam & tenebricosam, & *impegimus*, & grauiter offendimus *quasi in tenebris.* 90.

Sed aliquid amplius allucet in hoc *meridie*, hoc est, cum aliis meridies illuceret, nos obscura admodum, & turbida nox nec opinantes oppressit. Itaque concurrunt omnia quæ possunt dolorem augere, clades repentina, succedens fortunæ prosperæ, ac demum aliis omnibus etiam inimicis fœliciter habentibus. Quẽadmodum enim fuit valde faustum & lætabile Hebræis id quod accidit in Ægypto traditum Exod. 10. v. 22. *Extendit Moyses manum in cœlum, & factæ sũt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti tribus diebus. Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat, vbicũque autem habitabant filij Israel, lux erat.* Sic è diuerso aliis omnibus fuisse lucem prosperitatis; solis autem filiis Israel fuisse tenebras horribiles improsperæ fortunæ, est vehementer acerbum & triste. 91.

Et verò si hanc ærumnosam conditionem, quam Iudæi hoc locu lamentantur, interpretere cum multis autoribus de seruitute Babyloniâ, tum temporis, peius multo cũ Iudæis fuisse actum quoad temporalia, quàm cum aliis nationibus ex illa Azariæ oratione apud Daniel. 3. v. 37. clarè sumo: *quia Domine,* (inquit ille) *imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumúsque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra: & non in tempore hoc princeps, & dux, & Propheta*, &c. Quę omnia verissime esse dicta Regũ & Paralipomenon historia confirmat, nam decem tribus erant exules, & perpetuæ seruituti addictæ in Assyria: duæ reliquæ tribus in Chaldæa etiam ludibrio habitæ, vrbs Ierusalem direpta, ac diruta, regia, & templum Domini incensa; vinitores tantùm & agricolæ relicti Ierosolymis. Lege 4. Reg. c. 25. 92.

Quocirca cùm euentus huic explanationi respondeat, & verba ipsa faueant, non videtur esse spernenda, quæ S. S. Hieron. & Cyrillo, & eius asseclæ Procopio catenus placuit quatenus exponũt suum secuti propositũ; cum orbis terræ, & Ecclesia illustraretur Sole Iustitiæ, & Euangelico splendore, solos Iudæos morari in tenebris suæ infidelitatis, hæc est expositio triũ, quos nominaui, doctorum, qui, vt vides, aspiciunt in meridie, in genere, id quod nos, scilic. aliis illucere, Iudæis verò obtenebrescere, id tamẽ interest, quòd ij Patres accõmodant tẽpori post mortem Saluatoris, & lucem & tenebras spiritualiter accipiunt, nos autem ad damus 93.

tempo

temporibus superioribus (neque illud prorsus eximimus)*, ac ipimus de fœlicitate, & infœlicitate temporali & nobis satis est à tantis auctoribus habere; dictionem *meridiem*, esse quo docuimus modo respectiuam. Audi Hieronymum: *In toto orbe, Sole iustitia splendore rutilante illi morantur in tenebris, videlicet vt peccato mortui.*

In caliginosis quasi mortui.] In sepulcris: vt cadauera: in locis sordidis vt sordes & putredo, Dan. 3. v. 37. supra: sumusque humiles in vniuersa terra. Solet S. Scriptura comparare statum miserrimum sepulcro: in quo sunt tenebræ, horror, squallor, sordes, & quidquid est humanæ naturæ exosum, & formidabile.

Vers. 11. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus, expectauimus iudicium, & non est; salutem, & elongata est à nobis.

94. NOn possum acclinare ad eos interpretes graues licèt, Hieronymum & Cyrillum, qui in hoc rugitu vrsino crudelitatem & sæuitiam inueniunt. Nam columbinus gemitus adiunctus eam submouet. Deinde hoc capite Iudæi non repræsentantur ferocientes, sed afflicti, humiliati, & dolentes: sua peccata confitentes, vt mox, & eis quas patiuntur calamitates, vt pares, ac debitas imputantes: quæ omnia procul sunt a ferocia, & rabie in alios: vnde neutiquam possunt transferri ad Iudæos Christi occisores, & posteros: nam ij nunquam sceleris eius sceleris agnouerunt, (loquor de obstinatis) sed potius se obsequium Deo præstitisse iactant occidentes eum, qui se Messiam esse fingeret. Vnde neque Ierosolymam & Iudæam a Romanis euersam ob id tantum parricidium existimarunt atque adeo in aliud tempus referri necesse est. Sed ais: quid aliud rugitus vrsorum, nisi crudelitatem significare potest? respondeo, posse dolorem, & mœrorem, non enim feræ vbique ferociunt, & sæuiunt: in eas namque vt cadit maximè ira; sic & timor, & dolor, & lætitia; aliæque similes passiones communes animalibus. Sed quia in plerisque idem illic est vocis sonus, & tenor ad exprimendos diuersos affectus, vno & eodem vocabulo significantur: quale est hoc *rugire*, & *rugitus*: qui tribuitur leoni, & vrso: quos scimus interdum rugire præ ira & cupiditate nocendi, interdum præ dolore, & cupiditate eum depellendi. vt cùm fame premente rugiunt. Psal. 103. v. 21. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant a Deo escam sibi*: & Ioel. 1. v. 18 *Quid ingemuit animal: mugierunt greges armenti.*

95. Non infitior ex dolore solere in animalibus nasci iram & rabiem; sed affirmo aliud esse dolorem & mœrorem, & aliud furorem, & posse illum sine isto consistere. Legimus enim leonem, & etiam vrsum vulneratum, aut apostemate laborantem ad homines implorando opem accessisse: qui tunc possent rugire præ dolore, cùm tamen longè abessent ab ira & sæuitiâ, vtpote qui se homini submitterent, curandósque permitterent.

Quia igitur rugitus vrsi etiā ex dolore procedens est fortis & vehemens, idcirco cum eo cōparatur dolor & lamentatio istorum hominū in sūma calamitate iacentium. Non aliter atq; Dauid ait Ps. 57. v. 9. *Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei.* Neque opus est accersere ad vrsas, raptis catulis sæuientes: nam illæ sæuiunt contra raptores: at hic Iudæi, vt monui, non inducuntur sæuientes in alios, sed in seipsos, sua peccata agnoscentes, & damnantes. Eodem pertinet *gemitus columbæ*, qui est lugubris, & diuturnior. Scitum enim est, similitudines non exhaurire ea omnia, quæ insunt iis rebus, vnde sumuntur, sed aliquid peculiare decerpere, aliis intactis, quod oportet a lectore studioso S. Scripturæ prudenter obseruari, ne plusquàm oporteat in similitudine, & comparatione perspiciat. Hoc iam monitum dedi cap. 45. nu. 25. & dederat nobis S. Aug. Ps. 102. v. 12. imo Orig. ad Rom. 5. v. 18. aduertit posse esse similitudinem in genere, & dissimilitudinem in specie. 96. 2. Reg. 17. v. 8. Osea 13. v. 8. Prou. 17. v. 12. August. Orig.

97. Quod est in causâ, vt similitudines aggregentur, vt ex vnâ vnū, ex alia aliud assumatur. Quare ex vrsino rugitu non crudelitatem, sed hac omissa, vehementiam doloris, ex gemitu columbino, non simplicitatem, aut quoduis aliud columbæ insitum, sed iis immotis, lamentum triste, & continuatum, quod deest rugitui vrsorum, debemus arcessere, vt compleatur & integretur acerbissimus sensus miseriæ. De *gemitu columbæ* pium & eruditum libellum edidit noster Bellarminus Cardinalis vir celsæ sanctitatis & doctrinæ.

Exspectauimus iudicium, & non est, salutem, & elongata est a nobis.] Exposui v. 9. nam quod istic *Iustitia*, hic dicitur *Salus*: vnde per hoc istud magis elucet. Exspectauimus, vt vlcisceretur hostes nostros, nos in libertatem, & salutem assereret: & nihil minus euenit. Ier. 13. v. 16. *Exspectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.*

Vers. 12. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderūt nobis, quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus.

98. QVamobrem à Deo non fuerint exauditi ieiunantes, neque vt vrsi rugientes & vt columbæ gementes fuerint liberati, ideo eam ipsi caussam apportant: scilic. iniquitatum & scelerum multiplicationem.

Multiplicata sunt] Multitudo quoad formas, quoad numerum, & quoad tempus peccandi; imò & ad grauitatem vox Hebræa potest extendi: רבו *rabu*, multæ & magnæ sunt præuaricationes nostræ. Cùm quis semel, aut iterum deliquit, non ita difficilem habet iudicem ad ignoscendum: at scelera sceleribus accumulans, diuque in eis perseuerans, omnem spem veniæ, aut indulgentiæ sibi præcidit: iram sibi apud homines, & apud Deum thesaurizat. Roman. 2. versiculo 5. Consuetudinarius, & recidiuus seuerè legibus humanis, diuinísque punitur. Vide cap. 1. versiculo 4. *Vagenti peccatrici.*

99. *Coram te.*] Quid hæc peculiaris norma dicendi, *coram te*, afferat, licet videre c.9. v.3.c. 38.v.3.n.15. hoc loco, multiplex possit esse vis: *coram te*, i. verè deinde: nondum deletæ, & oblitteratæ, nondum remissæ, vt Psal. 31. v. 1. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Itaque nostræ iniquitates, aiunt

Iet.14.v.7. hi, adhuc sunt *coram te*, vt coram iudice, & indice, accusantes nos, & tuam in nos iram lacessentes: vnde non sumus beati, vt illi, quibus iniquitates remiseris, & condonaueris, & infusâ tua gratia, & iustitia texeris, & deleueris. Non absimile Psal. 50. v. 5. *Peccatum meum contra me est semper: tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Denique *coram te*: atque adeò neque oc-

Heb 4.v.13. cultare, neque excusare, aut defendere possumus: te enim nihil latere, nihil fugere potest: vnde compendium fuerit, scelera nostra & nos ipsos accusare, quod fit mox.

100. *Et peccata nostra responderunt nobis.*] Apparet adagium, & nostro Hispanorum simile: *Ha nos salido ala cara.* consule c.3.v.9 *Agnitio vultus eorum respondit eis.* Vel alio modo: meritò hæc patimur, factis digna recipimus: nos pauperem & insontem afflixímus, attriuimus: nunc ab hostibus affligimur, & atterimur. Vt illud Gen.42.v.21. *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco venit super nos ista tribulatio.* Hæc fratres Ioseph: *è quibus vnus Ruben ait, nunquid non dixi vobis; nolite peccare in puerum, & non audistis me? en sanguis eius exquiritur.*

101. Ac si dicerent: Peccatum nostrum respondit nobis. *Tenemos nuestro merecido.* Possit & esse translatio ex agricultura: in qua messis respondet sementi. nam quæ serit homo, & prout serit, sic & metit. Eccl.7.v.1. *Noli facere mala, & non te apprehendent, discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes in septuplum.* Econtra Gen. 30. v. 33. *Respondebitque mihi cras iustitia mea*; respondebit operi & labori meo iusta merces. Vt iustitia, sic iniustitia respondet, quia vt iusto præmium, sic iniusto, Deo moderante, & iudicante, obtingit supplicium.

102. Ergo isti iure se plecti confitentur: quia, vt ipsi fuerant inhumani, & iniuriosi in suos: sic experiuntur extraneos crudeles & exitiosos contra se.

Quia scelera nostra nobiscum sunt, & iniquitates nostras cognouimus. *Nobiscum sunt*, de pœnis explanat Osorius, Mariana, Vatablus vertit: *super nos sunt*: vnde videtur idem intelligere; Hispan. *Lleuemmos a cuestas.* Psal. 37. v. 5. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Quod de pœnis explicat etiam Genebrardus ex Basilio.

Posset secundo exponi: *nobiscum sunt*, necdum a te dimissæ sunt, non discesserunt deletæ: vt colligimus ex castigatione, non meruimus, vt *quantum distat ortus ab occidente, longe faceres a nobis iniquitates nostras*, Psal. 102. v. 12.

* * *

Vers. 13. Peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij.

104. EVoluit iniquitatem admissam: operis, oris, & cordis, vt vult S. Hieronymus, & in ... Haymo. dicit ... iudicis: quæ d... huius commentarij ... vt ... P... ca..., nitrum opere, ... vel vt ... exponit, ... quod est ... idem. C... nimis placebit hæc distinctio, & subtilitas, licet integre ... hæc duo *peccare & mentiri contra Deum*, ... sit idem quòd peccare contra Deum mentiendo, quod potest ... ad simulationem, & hypocrisin ieiunantium, & colentium ... de qua c.58.a v. 3. quod video eligi a Sanctio nostro, vel adduci potest ad periurium torrente, quod placuit Aria, & ... ego approbo, quia in hoc ipso capite, omissa illa simulatione, & ficta religione, tractat nominatim de dolis, fraudibus, & insidiosis iniurijs re & verbo exercitis à v.3. vt patuit, & hoc loco *calumniam* nominat, additque *concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij*, quod de falso testimonio rectè intelligitur. Procopius falsa testimonia agnoscit, sed contra Christum: ego transfero ad lites, & contractus.

104. Cumque in commercijs & contractibus, in venditionibus & obligationibus, & in aliis ... nibus, causisque forensibus ac iudicialibus iusiurandum sit frequentissimum, vtpote firmissimum vinculum fidei roborandæ, & validissimus vectis extrahendæ veritatis: cupidi tamen & ... illi homines, vt penetrarent ad facultates alienas, hoc tantum repagulum, vinculumque periurando perfregerant, humani ... contemtores ... mentiti nō modo cōtra homines per calumniam, sed etiam contra Dominum, per blasphemiam, atque periurium: & istud est, *Auersi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam*, i. modo ... ummaremur homini, eiusque rebus manus iniceremus Deū sequi, eiusq; nominis honori, quod vsurpabamus iurando, non consuluimus.

Iuramentū valet fidei firmanda & extrahenda veritati.

Soph.1.v.6

Hebraicè, aliquanto significantius, *& retrocedere a post Deo nostro*, à tergo scilicet *Dei nostri*, אֱלֹהֵינוּ *elohenu*, propriè, *iudicis nostri*, qui vnus est iudex noster. Itaque coram iudice per eius nomen, salutemque iuramus, simolque mentimur, vnde quà iuramus, ad eum accedimus, coramque eo nos sistimus, Dominumque recognoscimus, sed quà mentimur, & peieramus, ab eo discedimus, auertimur, eum ablegamus, ab eius tergo retrocedimus.

105. Non solùm hominibus dolosi, & insidiosi extitimus, sed & Deo: nam eius nomen iureiurando adhibentes videbamur eius religionis ac reuerentiæ summam rationem habere, sed falsò, & cum aliorum damno vsurpantes, eius numen, maiestatemque contemsimus; vnde a post tergo, clanculum, & insidiose recessimus, quare ista ... utio, *auersi sumus, ne iremus post tergum Dei*, siue vt ex Hebræo modò repræsentari non communem omni peccato auersionem significat, sed specialem, propriamque periurio.

106. Ex quo iuramenti falsi fœditas exprimitur, cū sit

sit quasi contra Deum instructæ quædã insidiæ, ausi libertas, & execranda perfidia, quæ parum abest ab idololatria, Sap. cap 14 v. 30. 31. vbi iis
Sap 14. v 28. etiam qui per idola peierant, acerbæ pœnę proponuntur illis notabilibus verbis: *Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certe vaticinantur falsa: aut viuunt iniuste, aut peierant citò Dum enim cõfidunt in idolis, quæ sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant.* (i. ab idolis pœnam irrogãdam sibi non timent) *Vtraque ergo illis euenient digne, quoniam male senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniuste, in dolo contemnentes iustitiam. Non enim iuratorum* (i. per quos iurant) *virtus, sed peccantium pœna perambulat semper iniustorum præuaricationem. Perambulat*, i. inuadit hostiliter & insequitur)

107. Quod si qui Deos falsos, idola peierat, tanto supplicio est dignus, quanto grauiori est obnoxius, qui per verum Numen falso iurat? Non potuit Deus melius quàm sit veneranda religio iuramenti, declarari, quam asseuerando, qui Deos fictitios peierant, a se Deo vero grauiter esse puniendos, non solum quòd eos colant, sed etiam quòd falsò per eos iurent. nam vtroque nomine sunt sacrilegi. Sanct. Augustinus epist. 154. ad Publicolam, qui ei nonnullas quæstiones proposuerat de iuramento infidelium, cùm statim in principio docuisset, bis peccare periurum, qui iurat per Dæmonia; semel qui fidem seruauit: & præterea licere fideli vti iuramento infidelis in rem licitam: denique ad rem
August. de qua agimus, adiecit: *Verum tamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deum falsum iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. quanto enim per quod iuratur magis est sanctum, tanto magis est pœnale periurium.* quod Augustini assertum inseruit Gratianus causæ 22. q. 1. c. *Ecce dicitur.*

108. Et vero quæri possit, an sit verum: nam iurare per Deos licet veraciter, est idololatria, peccatum oppositum fidei diuinæ ex directo: at peierare Deum verum, est contra religionem, atque adeò minus malum.

Ita iudicant multi doctores, quos allegant; & sequuntur nobis, Suarez tom. 1. de Religione t. 3. l. 3. de irreligiositate lib. 1. ca. 6. num. 15. & Sanchez de secundo Decalogi præcepto. lib. 1. c. 4. n. 38 qui duo graues autores & ex aliis, & ex se varie exponunt S. Augustini sententiá, sed vereor, vt expositio apte cadat ió verba: nam re verà S. Doctor & quoad pœnæ reatum, & quoad grauitatem culpæ, spectato obiecto, aliquid maius agnoscit in periurio Christiani, quam in iuramento vero infidelis. Vnde volens Sanct. Augustini sententiam tueri, respondere possit ad id, quod opposui, non omnia peccata contra nobiliorem virtutem esse grauiora quibuslibet aliis contra minus nobilẽ. permulti enim, magníque doctores existimant maius esse crimen, homicidium, quam periurium, vt videre est apud Azor tom. 1. instit. lib. 11. capit. 14. q. 6. quos etsi non sequitur; sequitur tamen é nostra quoque societate Lessius lib. 2. cap. 42. dub. 14 num. 75. & saltem parricidium concedit Sanchez citatus num. 37. cùm constet periurium aduersari Religioni, quæ est excellentior quàm Iustitia, cui opponitur homicidium. Itaque vt sit vbique vera illa regula tradens, esse grauius peccatum quod nobiliori virtuti est aduersum; debet esse æqua comparatio, vt maximum virtutis cum maximo vitij comparetur, alioquin si secus fiat, regula non procedet, vt patet in exemplo de periurio, & parricidio: & de violatione voti virtus ieiunij, & de homicidio. Vnde, cum non sit maximus & pessimus actus infidelitatis iurare per Deos, seu idola: nam in eo indirecte includitur cultus & superstitio, cum finis iurantis principalis sit rem attestari, & quasi medium in Deo suo vero, quem credit esse Deum testem adducere: itaque indirectè, & veluti ex suppositione assumat esse Deum: hoc cum ita sit, haud mirum est, esse quid minus malum, quam periurium, licet sit hoc contra Religionem: nam huic virtuti directe & explicite opponitur. & id illud est spectasse S. Augustinum cum dixit: *minus esse malum per Deũ falsum iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter*: nam vt fidelis iurans vere non exercet propriè & formaliter fidem: sed indirectè, & implicitè, non directè, & explicitè est actus Religionis: sic infidelis cùm verè etiam iurat, propriè & formaliter non exercet actum idololatriæ, oppositæ habitui & virtuti fidei, sed actum vitij oppositi Religioni; quod si vterque iurans peccat contra Religionem solam proprie; quid mirum, si peccet grauiùs fidelis iurans per Deum verum fallaciter, quàm gentilis iurans per Deum falsum veraciter? 109.

Hoc hactenus disputatum sit, vt appareat fœditas periurij, quod apud omnes nationes probrosissimum fuit. vnde apud aliquas gentes manauit error, iuratam promissionem esse implendam, quantumuis illicitam: quem errorem refert fuisse apud Francos S. Bernardus epist. 219. in hæc verba: *De duobus non excusamus Regem; nam & iurauit illicite, & perseuerat iniustè. Verum id non voluntate, sed verecundia: nam probro ducitur, sicut optime nostis, apud Francigenas iuramentum soluere: quamlibet male publice iuratum sit; quamuis nemo sapiens dubitet illicita iuramenta non esse tenenda.* 110.

Vers. 14. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.

ET *conuersum est iudicium.*] Quo de iudicio multiplex censura & iudicium. Mitto, qui ad Euangelium attrahunt, quos linquere iam dudum in hoc capite institui: alij, veram rerum æstimationem, rectam, iustàmque viuendi rationem pro iudicio & iustitiâ interpretantur: ij sunt Arias, Pintus, Osorius, Adamus, Sa, Cornelius, iuuantque LXX. vertentes: *Et recessimus à iudicio*, seu *terga vertimus iudicio*: Probabilis valde interpretatio; nam *Iudicium & Iustitia* hoc sensu sumuntur alibi centies. Sed nihilominus huic interpretationi contradicit sequens incisum: *quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.* Si enim *Iudicium & Iustitia* capi debent illo modo, nullo modo differunt à *veritate*, & *æquitate*: vnde esset absurda eiusdem iteratio, & tautologia. Deinde dictio causalis, *quia* כִּי, Græcè, ὅτι, esset omnino ociosa, & absona, quę nullius rei redderet rationẽ. Quare vt hęc fugiamus incommoda, sit alia expositio. 111. S. Bernard

Iudicium & Iustitia est Dei promissio, qua finit 112.

sinit Israelem diripi, & affligi, nec vlciscitur, aut submouet hostes, non suum populum liberat, non alienos punit: hoc Dei solitum iudiciū auersum est, hac de more diuino iustitia longè stetit: cuius ratio idonea affertur: *quia corruit in platea (i. nostra.) veritas, & æquitas non potuit ingredi*. iterat quod dixerat ver. 9. *Propter hoc elongatum est iudicium a nobis, & non apprehendet nos iustitia*. Vide ibi num. 83.

Aduerte: Hebr. eadem esse verba hîc, נָסֹג אָחוֹר *Nasar achor*, i. *redire retrorsum*, quæ sunt vers. 13. *auersi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri*: vt appareat clariùs iustum Dei iudicium: itaque conscientia verum testimoniū exprimēte confitentur, quia ipsi priùs auersi sunt à Deo retrorsum, Deo terga verterunt, idcircoDeū veniētem auxiliatum reuersum esse retrorsum, Dei iudiciū & auxilium accedens ad liberandum auersum illis terga vertisse. Nam quales nos gerimus erga Deum, talem se Deus plerunque gerit erga nos. Ps. 17. v. 26. *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris*. (*Peruerteris*. i. te vltorem præbebis, reddes ei vicem suam. Sed vide vel in hoc, Deum largiùs reddere pręmiū, quàm mulctá: nam ter affirmat de mercede: *cum sancto sanctus: cum innocente innocens: cū electo electus*: & semel tantùm de pœná: *cum peruerso peruerteris*.

113\. *Quia corruit in platea veritas.*] In platea, & foro nundinæ, mercatus, commercia, negotia, & lites, in quibus omnibus tractandis, transigendisque veritas, fides & æquitas præcipuè spectatur, & exigitur: quæ si desint, vitæ humanæ ratio perturbatur, & communio omnino tollitur. Ps. 11. v. 1. *Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus. quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum*. Heb. *Emunim*, i. *fideles*, & hic *emes* אֱמֶת ab eadem radice, אמן *Aman*. nam Hebr. esse *veracē*, & esse *fidelem*, idem est, similiter fides & veritas pro eodem accipiuntur. Itaq; Dauid Dei opem implorat, vt possit viuere, & agere, cùm tanta sit inopia fidei & veritatis in humano commercio: additque. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa: in corde & corde locuti sunt: disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam*. Simi[illegible] & imprecatio Psalm. 54 v. 10. *Præcipita Domine, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura, & dolus*.

114\. *Et æquitas non potuit ingredi*] Congruit cum Psalmo reposito: nam iniquitas occupauit muros, & eos insedit, æquitas non poterit ingredi. Sed alia metaphora concipi queat: *Corruit*, *cecidit in platea veritas*, offendit, vnde pedibus offensis, ac læsis non poterit ingredi. Sic noster Mariana: nam *veritas* & *æquitas* hoc loco pro eodem.

Quantæ verò sint eiusmodi casus & offensiones veritatis & æquitatis in foro, in platea, in emporio, in tribunalibus, aliisque locis, ac sedibus notariorum, scribarum, aduocatorum; quis valeat cogitare, nedum verbis exponere. Porro non sæpe æquitatem, iúsque cadere, & offendere dicendum sit, sed maximam partem iacere, & vix esse subleuantem. Itaque quod Isaias de suo populo; & tempore, & de insequenti; id fas est queri, & dolere de nostro.

Quod verò ius, æquitas, & fides iaceret, sequens versus edocet.

Vers. 15. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.

EXultauit fides & æquitas; abiit non modò è moribus, ex institutis, & actionibus, sed etiam excessit e memoriâ hominum: est locutio significantissima: neque minùs vox Heb. נֶעְדֶּרֶת *nehedéret*, *defecit*, sublata est: actum est de illa. 115.

Et qui recessit à malo, præda patuit.] Perditæ Reipublicæ supremus gradus: quemcumque ab iniuria & fraude alienum iniuriæ & fraudi esse expositum, & obnoxium: itaque nemo erat in eo populo qui non faceret, aut non pateretur fraudē & iniuriam. Et quamuis non sit dubium quin debeat quiuis malle accipere iniuriam quā inferre, cùm hoc sit malum culpæ, & illud malum pœnæ: tamen etiam est certum, non exiguam præberi occasionem nocendi, vbi publicè intelligitur, & constat non posse quem esse à calumnia & damno accipiendo immunē, nisi ipse facere præoccupet: non posse esse incolumē nisi iniuriosum, magna est illecebra homini ad se tuendum proclius, & incitamentum vt aliis iniuriam inferat: & aliquando nonnulla imagine iusti: quòd iussit cuique præcauere, & arcere damnum: quod etsi suos habet à iure & æquitate naturali fines præfixos, eos amor vehemens incolumitatis suæ suarúmque rerum facile transgreditur. Cui malo dat occasionem illa publica nocendi, prædandíque licentia, quam nullus innocens & bonos effugiat. 116.

Iniuria potius accipienda, quàm facienda.

Videtur hoc ipsum traditum Iob. 12. v. 4. *Deridetur iusti simplicitas*: Hebr. *iustus*, תָּמִים *tamim*, integer, minimè fallax, aut fucatus. Quem locū S. Gregor. lib. 11. cap. 27. antiquæ edit. valde benè ad rem nostram edisserit. *Huius mundi sapiētia, est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sūt, vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia vsu a iuuenibus scitur, hæc à pueris precio discitur, hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti, & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis peruersitas, vrbanitas vocatur.* 117. S. Gregor.

Vrbani dicuntur qui morâtur in vrbibus, qui volitant in foro, & in plateis, qui callent mores ciuiles, modúmque agendi cultè, ac politè cum hominibus, amandatā omni rusticitate: sed quoniam ij plerunque degenerant, & aberrant in vafritiem, & fallaciā, idcirco verè dixit S. Gregorius: *Mentis peruersitas, vrbanitas vocatur*: quæ dominans in foro, & in platea, ex eâ veritatem expulit, & facessere iussit, vt docet Isaias hoc carmine & superiori: *Corruit in platea veritas*, vbi regnat dicta Vrbanitas, *& æquitas non potuit ingredi*, cū viæ & portæ essent ab inimica insessæ. 118.

Sed Gregorius intermissus recurrit opportunus: *Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere; irrogata ab aliis mala multiplicius reddere: cùm vires suppetunt, resistentibus cedere: cùm virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent* 119. S. Gregor.

valent, hoc in pacifica bonitate simulare. At contra, sapientia iustorum est, nihil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt, diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur. quia ab huius mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur, & quidquid in opere veritas approbat, carnaliter sapienti fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nihil callida machinatione simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti maxillam alteram præbere?

120. *Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.*] Quantumuis occultæ sint insidiæ, quamlibet tectæ sint fraudes & calumniæ, quantumlibet subtiles telæ & retia ad capiendos simplices & innocentes, oculatissimum Deum fugere, & latere nequeunt. Quid si ex transenna Isaias aspiciat Dauidem Psal. 63. v. 4. accusantem: *Qui exacuerūt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam, Narrauerunt vt absconderent laqueos, dixerūt: quis videbit eos?* Huic interrogationi respōdet Isaias: *Vidit Dominus*: vt hominum nemo viderit, satis est vidisse Dominum, vt nemo laqueos aliis abscondens, sibi possit promittere impunitatem. neque enim solum vidit, sed, *& malum apparuit in oculis eius*, cui non minor est vis & potentia ad puniendum, quàm sapientia ad videndum, & bonitas ad abhortendum. Iob 9. vers. 4. *Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?* Nullus ergo impiè & stultè speret, quod malum admiserit, fore inultum, quantumuis occultet insidias. Vide Psalm. 9. & in Hebræo, Psalm. 10. vers. 8. vsque ad vers. 11. *Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat in finem.* Nam cùm omnia
121.
peccata Deo displiceant, quæ fiunt contra proximum, maximè innocentem, dici non potest quàm sint exosa. Quod cum è multis colligere sit facile, ex eo, quod habemus in manibus colligo. nam hæ calamitates, in quibus se esse dolent Iudæi, euenerint, ob peccata in Deum, ob idololatriam, & ob peccata contra proximum; Deus hoc toto capite quasi suarum immemor iniuriarum, solas recenset contra hominum iniurias, & in postremo iudicio, omissis aliis sceleribus, tantùm commemorat inclementiam & misericordiam erga proximos. Quod si Deo tātopere displicet non esse misericordiam, quanto magis displicebit oculis eius non esse *Iudicium*, non esse ius & æquitatem, non suum cuique reddi, & afferri, sed è contrario, suum cuique auferri. Hæc est huius postremi hemistichij sententia: *Dominus vidit, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.*

Vers. 16. Et vidit quià non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

Isaiæ est hæc oratio, nam à versu 15. superiori suam personam, quam posuerat populum loquentem inducens recuperat. Prima verba duobus modis accepperim: priori, *Et vidit quia non est vir*, subsumendo, qui faciat iudicium, *Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Ps. 13. v. 3. ita Hier. & alij. Posteriori modo, adiungēdo subsequētibus, *Et vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat*: itaq; *non est vir*, &; *non est qui occurrat*, vnum & idē sunt. & hoc posterius plus arridet: quia nomen *Vir, non est vir*, ad id, de quo agitur, de auxilio ferendo, de saluando, aptissimum est: nam Virtus à viro ducitur. Deinde, minus supplere est opus, immò nihil ferè. Tertiò LXX. hoc sensu: *Vidit, & nō erat vir, & considerauit, & nō erat qui defenderet.* vnde, sicut: *vidit, & considerauit*, paria faciunt; sic *non erat vir*, &, *non erat, qui defenderet.* Quartò videtur esse mens S. Hier. sic commentantis: *Desiderauit aliquem virum iustū, qui sibi irato posset occurrere, & non inuenit.* Sed nunc non dissero, quid sit, *occurrere*, sed aio, & firmo: *non esse virum*, &, *nō esse, qui occurrat*, sumi pro eodē. S. Hier. sequūtur multi: & idē ferè lego apud Cyrillū & Procopiū: neq; mirū, cū isti Patres exponāt Græcā trāslationē. 122. LXX. Olcast. 123.

Et aporiatus est.] Vox est à Græcā mutuò accepta, aliquādo inopiā, aliquādo dubitationem & perplexitatē significās: nā ἄπορον, incertū est. ergo hoc loco, cùm de Deo enunciatur, prudenter est accipienda: nō pro inopiā & paupertate, hæc enim in Deum non cadit, neque est ad rem: neque pro inopia consilij, quę est etiam notio vocabuli, siue genuina, siue analoga; sed pro deliberatione & consultatione, neque id quidē propriè, cùm hæc sit etiam aliena ab infinitā Dei sapientiā: sed pro consideratione, cōsultationis comite indiuiduā: & istā ratione capiunt LXX, *κατενόησε, considerauit*: itaq; Græci nō sūt vsi hoc loco, verbo ἀποροῦμαι, *Aporior*, sed Latinus induxit; vt & Ec. 27. v. 5. *Aporia*, cū in Græco aliud sit nomē. Vsus est tamē hoc verbo Paulus 2. Cor. 4. v. 8. *Aporiamur, sed non destituimur*; maiori lepore Græce: ἀπορούμενοι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξαπορούμενοι: Latinè non facilè expresseris: vtcumque præ inopiā consilij premimur, sed non opprimimur: seu, iactamur, sed non deiicimur. LXX. Aporior, quid. 2. Cor. 4. v. 8

124. Ergo cùm ait *Aporiatus est*, idē ac si diceret: quasi deliberādus steterit, dubiúsq́, quid faceret, more scilicet hominū, cùm nullus occurreret; cùm se solū videret, quia nullus erat vir. Ex quo alius exstiterit significatus verbo latis adhęrēsi πόρος enim Gręce, est quasi ops, & ἀπορία inopia, opis nimirū defectus: vidit se Deus, sine vllo viro auxiliari, vidit se solum, vidit absque vlla ope, & operā alienā: vnde statuit ipse solus sibi cōsulere, rei prouidere: hoc est: *Et saluauit sibi brachium suum: Fi sedio cobro.*

125. *Quia nō est, qui occurrat, saluauit sibi brachium suum.*] Hunc *occursum* quemadmodū S. Hieron. Cyrillus Procopius & alij intelligant, dixi modò n. 121. esse scil. intercessionem viri iusti ad auertendam Dei indignationem: sicut Abrahā occurrit, & intercessit pro Sodomis. Hæc expositio adiuuatur ex vi verbi originalis פָּגַע *pagah*, quæ est, obuiam ire deprecando supplicium, vt videre licet cap. 47. vers. 3. n. 23. Hunc occursum si ita libeat accipere tunc *Aporiari*, priori illo modo, de quo num. 123. oportebit sumere: Deus quasi incertus fuit, (modo mortalium) quid faceret, cùm ex vnā parte, gra-
uitas

Marginal notes: 120. Virū suam personam resumit. Deum peccata occultissima non latent.

uitas scelerum impelleret ad vltionem: & ex alterâ, nemo iustus occurreret, & intercederet, à quo vltrix iustitia posset retardari, & attineri.

126. Quæ expositio cum suâ, & asserentium autoritate probabilis euadit, tum vtilitate: nam exprimit mirum in modum, clementissimum ingenium Dei, qui doleat non esse, à quo prouocatus retardetur. Quo satis ostendit propè inuitum accedere ad puniẽdum. Animaduersurus in Sodomã eo consilio visus est Gene. 18. v. 17. aperuisse Abrahamo quæ gerere cogitabat, vt ille intercederet: & cùm nõ inueniretur ne decẽ quidẽ iusti, ad quem numerũ demũ redacta res fuerat: ait Scriptura, v. vltimo: *Abiitque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham*: quātũ ipse assequor, quasi tristis ac deliberãdus, quid factu esset opus, cùm nõ essent, ob quos conueniret ignoscere noxiæ genti: veluti hìc: *Aporiatus est, quia non est, qui occurrat.*

127. Ex eodem ingenio Ierem. 5. v. 1. *Circuite vias Ierusalẽ & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius: an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem & propitius ero ei.* (ei, non iusto, sed toti ciuitati.) *Propitius ero ei*, Ierosolymę toti propter vnum iustum. Illa iterata verba, *Circuite, aspicite, & considerate*, non solùm indicant corruptum ciuitatis statum, & paucitatem bonorum; sed etiam studium, desideriumque Dei inueniendi aliquem, qui ei occurrat, & quasi manus vltrices contineat. De hac diuina lenitudine & tarditate ad plectendum ago ad c. 1. v. 24. c. 49. n. 206.

128. Sed cum isto explicatu non ita consentiunt succedentia: quare ad illum alterum accedo: *occurrere*, esse auxiliatum accurrere, opem ferre: vt n. 124. attigi. quæ notio non est aliena à verbo originali *Pagah*, vt sumitur è c. 64. v. 5. vbi reperitur, & redditur: *Occurristi lætãti & facięti iustitiã*: Deum Vates alloquitur, & fauorabilem fuisse olim suo populo docet, hæc explicatio annectitur non minus commodè verbo: *Aporiatus est, quia non est qui occurrat*, imo meliùs quã illa alia nam in prælio cùm dux videt defecisse sibi copias auxiliares, aporiatur, hæsitat, & est perplexus, quemadmodum se debeat gerere, ac demum, cùm constituit ab incepto non desistere, suum ipse robur, industriam & vires expromit: hoc quam aptè significetur, verbis secutis: *& saluauit sibi brachium suum*, nihil opus est dicere:

Deuter. 32. v. 39.

129. Deniq; vt nulla desit probatio, superuentat eadẽ locutio. ca. 63. v. 5. *Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi*. Non est ouum ouo similius, quàm lo o locus. Et obserua verbũ à Latino redditũ: *quæsiui*, esse idem, quod hìc reddidit, *Aporiatus est*, שׁמם *Samam*, quod in voce passiua, est *admirari*; & obstupescere: & ita reddũt aliqui. LXX. vtrobique *considerare*, videlicet, attentè, nec sine admiratione. Ex quorum duorum testimoniorum collatione infero: istud *sibi*: *saluauit sibi brachium suum*, non esse paragogicum, seu redundans, sed valde significans, & excludens omnem opem & operam extraneã. nam c. 63. reperitur, etiam mutatâ personâ: *Saluauit mihi, & auxiliata est mihi*: non minùs implens locũ suum, quàm illud Act. 20. vers. 34. *Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ*. & præcedit: *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui*. Manus meæ, non alienæ, mihi ministrarunt necessaria ad vitam tuendam: sic hoc loco: cùm nullus esset, qui posset malis facere medicinam. qui posset in tempore periculo occurrere, Deus sibi soli rem aggrediendam, & conficiendam decreuit.

130. *Et iustitia eius ipsa confirmauit eum.*] Eum, nempe, Deum suâ iustitiâ confirmauit in proposito, ne cœptum opus, & certamen relinqueret, licèt à suis relictus & desertus. *Iustitia* vel cõmuniter pro sanctitate, & bonitate: vel magis propriè, pro æquitate: quia æquum erat, licet hominum nemo suum officium faceret, sed citiùs proderet, & perfidè deficeret, Deum nihilominus inchoatum opus promouere, & ad finem vsque producere: ad quod commodum est verbum סמך *Samac, fulciuit, sustentauit*, quod refertur ad illud: *Aporiatus est*, hæsit, & quasi dubitauit de progressu, sed sua eum æquitas, & iustitia sustinuit, & confirmauit. Quod autem sit facinus, quod Deus statuit solus exequi, in ver. sequentibus commodiùs exponetur, de quo est maior dissensio, nam quoad contextum dictum in commune non est tanta decertatio: multi enim pro nobis sunt. LXX. pro *iustitiâ* ascribunt *misericordiam*, vt aliàs sæpe, quod monui c. 58. n. 57.

Vers. 17. Indutus est iustitiâ. vt loricâ, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli.

131. QVæ nam sit hæc vltio & vindicta, iam quæritur & quinã hostes & inimici Dei. Quadripartitos animaduerto hoc loco scriptores. Quidam enim hostes vlciscendos, puniendosque capiunt Babylonios, aliósque Reipub. Iudaicæ infensos populos. Alij cõtra ipsos Iudæos à Romanis peruastandos. Tertio ordine sunt qui generis humani hostes à Christo debellandos accipiunt. Demum quarto & vltimo locu numero, qui vtrumque coniungunt, & vltionem hostium temporaliũ, & spiritualiũ. Sed & ij adhuc dissecandi, nã alij vltionem tẽporalẽ putant prædici historicè, & spiritualẽ mysticè: alij contrà hanc propriè & litteraliter, ad illam vere fieri allusionem: & temporalem hi vnam, illi aliam intelligunt, iam procliuis est hominum natura ad quidque pro suo genio capiẽdũ, vbi nullus est limes ab ipso Deo fixus.

Opinio quadruplex.

Hæc quarta diuiditur.

132. Primã illã expositionẽ, quæ hostes infensos Iudæis accipit, tuentur S. Thom. Andreas apud Hugonem, & ipse Hugo, cui affauet LXX. dum anteriori versu reddut: *Considerauit, & non erat, qui defenderet: & vltus est eos brachio suo, & misericordiâ sustentauit*. vbi, *vltus est eos*, passiuè capio; pro defendere eos, ab eis iniuriam propulsare: nã ἀμύνομαι, quod adhibetur Grecè, id quoque significat apud Homerũ Iliad. ρ. & affert Stephanus in thesauro. Neq; Latinis insolẽs omnino est hæc significatio verbi *vlciscor*: nam Vir. 2. Æn. v. 575.

LXX.

Vlciscitur.

Virgil.

---Subit ira cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.

133. *Itaque vltus est eos*, idem atque vltus est iniurias eis illatas: sicut è diuerso. S. Scriptura adhibet verbum, *defendere se*, pro vlcisci inimicos, & eis bellum inferre. Lege, si indiges, Iud. 2. v. 1. & c. 9. v. 1. vbi LXX. ἐκδικῆσαι. Rom. 12. v. 19. *Nõ vosmetipsos*

Defendo, & vlciscor.

nosipsos defendentes carissimi, sed date locum iræ.i. nou vindicta sumētes;nam alioquin,defendere se,si sitæ sumatur,nihil habet illicitū.Hoc significauit Tertullianus 2.in Marcionem c.18.citat ex Deut.32.v.35.illud: *Mihi vindictam,& ego retribuam*,& reponit *Mihi defensam*, *& ego defendam*,quod si fas est pro *vlcisci* supponere *defendere*, nihil mirum, si vicissim pro *defendere* supponatur,*vlcisci*.Itaque illa prima opinio nō destituitur patrocinio.

Expositio secunda. Secunda, quæ e contrario docet,Iudæos esse hoc loco hostes ab ipso Domino percutiendos & vlciscendos,est etiam magnorum patronorum, Cyrilli, Hieronymi, Procopij,Haymonis : quibus adhærent alij posteriores,Dionysius.

134. Hęc sentētia nititur eo fundamēto,quod huc vsque cōmemorauerit Vates peccata populi Iudaici,& nō aliūs,vnde videtur, & nō alij vltionē prædicere.Sed hæc ratio nō cōuincit. Nā hic induxit Isaias Iudæos magnis cladibus attritos, & calamitatibus,& sua peccata recognoscētes, séque iure optimo puniri confitentes,vt patet à versu 12.quare Deus & hac illorū pœnitentiā, & suā misericordia ductus dolens sui populi calamitates decreuit eas remouere,eos liberare, ac proinde hostes eorum affligere,& vlcisci;nā licèt Iudæi fuerint commeriti clades & ærumnas,quas passi sunt:sed nihilo secius illi qui intulerunt peccarunt grauiter,atque adeò meruerunt,vt Deus vlcisceretur populo suo irrogatas iniurias. (Secus c.1. 144.) Addo contra hanc expositionem; cùm Deus dicitur irasci hostibus suis, seu inimicis, solere intelligi,non Israelem,qui erat,& solitus est appellari populus Dei,sed intelligi nationes Gentilium infensas Israeli.Denique v.18. vt statim videbimus,valde obsistit huic interpretationi.

135. Expositio tertia. Tertia illa de vltione spirituali, etsi pia quidem, & fulta suis quoque autoribus , Forerio, Adamo,Osorio,Cornelio,& aliis:mihi tamē litteralis nō videtur,ob ea,quę dixi,& quia cōtextus capitis est de populo Iudaico,de eius vitiis, & suppliciis,cladibus:quare consequens,vt hoc sit de liberatione eiusdem.Quod vt meliùs percipiatur, ponā breuiculū,& nexū capitū istorū.

136. Isaias vsque à capite 57.enumerat vitia suorū popularium,grauitatem demonstrat , dehortatur,minatur,& resipiscentibus veniam,& bona multa promittit a versu 8.c.superioris.in initio huius ait per Deum non stare , neque vnquam staturū;quominus à calamitatibus & ab hostibus liberentur, *Ecce non est abbreuiata manus Domini,vt saluare nequeat* v.1.quæ saluatio non est spiritualiter,sed corporaliter accipienda,vt patet e verbis proximis: *Sed iniquitates vestra diuiserunt inter vos,& Deum vestrum*, quas iniquitates deinceps recenset vsque ad v.9.vbi Vates introducit populares , & ciues suos agnoscentes se propter sua peccata multis & magnis calamitatibus,atque ærumnis affligi,idque meritò: & vt cresceat magis iusta Dei punitio , ipsi suas culpas & scelera replicāt,& exaggerant à versu 137. 15.Postea v.15.Isaias,vt num.122.monui,quam exuerat personam , vt eam populo resipiscenti accommodaret,rursus induit,& suo iam nomine vt Vates diuinus edocet , quemadmodum Deus se sit gesturus in saluando , & liberando ab hostibus illu populo : nimirum,per se solus sine vllo adiutore, & administro:eo quòd eum quæsierit , & non inuenerit : omnibus Iudæis miseris , ærumnosis , scelerum vinculo obligatis, & supplicio obnoxiis ; verumtamen fore, vt Deus sui brachij robore suppleat inopiam auxiliaris opis alienæ,& suā iustitiā , ac sanctitate inopiam meritorum sui populi : quod Vates noster politissimus egregie dixit: *Aporiatus est;quia non est,qui occurrat* , siue adiuuando , siue deprecando , siue alio modo : *Et saluauit sibi brachium suum,& iustitia sua confirmauit eum*: prout expono num.158.ad saluandum verò, & liberandum ab hostibus opus est prælio , ad prælium verò opus est armis : quæ hoc versu describit. Ergo ex hāc contextione satis colligitur,quā de vltione , & bello litteraliter quidem,(nam de hoc nunc dissero) Isaias tractet.

Quæ si vera,aut vero propiora sunt,ex iis intulceris optime lector ; quid sit existimandum de expositione posita loco quarto nu.131. quæ fœderat vtrumque explicatum de vltione spirituali , & temporali,nimirum , eos probe sentire,in quibus est noster Sanctius , num. 64. suo marginali , qui exponunt historicè de vltione hostium Israelis , & mysticè de hostibus generis humani:quod posterius ipse citrò magis confirmabo.Nunc expendenda sunt arma , quibus Deus armatur ad hanc vltionem. 138.

Indutus est iustitia vt lorica.] *Iustitia* potest esse æquitas : quod esset æquum suum ab ipso Deo populum vindicari , & liberari;quod esset æquum hostes eius vlcisci:nam quamuis Deus iuste permiserat populum suum affligi ; hostes tamen hostiliter id fuerant executi , neque eo, quo Deus fine,& consilio permiserat vt n. 134. & aliàs attingo. Adi c.10.v.5.& 7. 139. Iustitia pro æquitate.

Potest & capi aliter *Iustitia*. pro constantiā promissi:quia Deus promiserat se liberaturum Iudæos è seruitute Babylonica. & vt demus, quo tempore hæc Isaias scribebat , non extare eam promissionem , satis est præcessisse ipsi liberationi : & saltem est apud Danielem 9. v. 2.& antea apud Ierem.25.v.11.12.c.29.v.10.vnde cùm Deus reipsā accinxit se ad liberandum populum e Chaldæa;iustitia se accinxit, vt impleret & præstaret quod fuerat pollicitus. Neque subtiliter nune examinandum , an Deo fuerit iustitia,an fidelitas,de quo aliàs : sufficit enim ad id , quod tractamus,esse amplo modo iustitiam. Pro constantia.

140. Neque solùm Deus promiserat se liberaturum suos , sed etiam perditurum inimicos eorum,Ierem.25.vers.12.*Cùmque fuerint septuaginta anni* (scil. captiuitatis) *visitabo super regem Babylonis , & super gentem illam , dicit Dominus, iniquitatem eorum , & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas*:idem ca.29.vers.10.Vnde duas partes habuit hæc promissio:alteram , liberationem populi Israelitici · alteram , euersionem populi Babylonici: & vtraque pertinuit ad iustitiam Dei. Cur autem Vates *Loricam iustitiæ* accommodet , quæri potest ; & si non necessariò ; nam Deum vt imperatorem procedentem ad prælium nobis proponit , & armat loricā , seu thorace , & galeā ; & superinduit vestibus militaribus, chlamyde,& paludamento.quare quid quæque armaturæ pars sit , velle scrutari , videri possis superuacaneum.Et ita plerique expositorum eā sunt vniuersali accommodatione contenti. Lorica cum iustitia comparata

Cęterùm,cùm non solus Isaias,sed etiam post eum,& ex eo,vt apparet , Paulus distincte enumerauerit has armaturæ partes,id tentandū est, 141

videndum

videndum, quam quæque habeat cum sua virtute proportionem. Paulus Eph. 6. v. 14. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.* Vbi discordant interpretes quoad notionem *iustitiæ*, quia alij volunt esse generalem iustitiam, id est, vitam vndequaque iustã, & integram, vt Chrys. homil. 24. alij verò iustitiam particularem, vt Hieronymus in commẽtario istius loci, adiuncto commentario v. 17. *& galeam salutis assumite*: idẽ videtur sentire Theodoretus: & approbat noster doctissimus Iustinianus; doceique & vere Paulu ad Isaiam intẽdere. (*Iustitia duplex*) Hanc Apostoli expositionẽ esse verã inde ostẽdo, quod si iustitia esset omniũ virtutũ cumulus, seu *vita catholica, & virtute prædita*, vt ait Chrysostomus, non erat cur Paulus alias armaturæ partes, & alias virtutes eis assimiles enumeraret; quas tamen enumerat, & accommodat isto loco ad Ephesios, & 1. Thessal. 5. ver. 8. ergo mens Pauli fuit iustitiam ab alijs virtutibus diuidere, hoc idem existimare par est de Isaia: vnde ex Isaia Paulus, & vicissim ex Paulo elucidatur Isaias.

142. Sed restat dubitatio proposita, cur Iustitia loricę comparetur. Ex autoribus in Paulum allegatis sumitur eo quòd lorica maiorẽ, & præcipuam corporis partem in qua est cor, sedes vitæ communiat, idcirco componi cum lorica. At ibi & Apostolus & interpretes loquuntur de iustitiã creata: hic verò Vates de increatã ipsius Dei. Nihilominus per analogiam hoc Deo erit aptandum quod homini conuenit. Loricâ munitur pectus, pectus sedes est magnanimitatis, fortitudinis, & constantiæ. vnde a Latinis qui iis virtutibus pollet, Vir magni pectoris dicitur.

143. Ergo Deo pro lorica Iustitia est, quæ est eadẽ atque fortitudo & constantia in promissis, sc. hoc loco, in saluãdu populo suo, & in eius hostibus perdendis. vt enim lorica reddit pectus inuulnerabile, & impenetrabile: Sic iustitia reddit pectus, propositumque diuinum inexpugnabile, & immutabile. ex qua fortitudine pectoris & inuictã constantia orietur vltio actiua Israëlis, & vltio passiua Chaldæi.

144. Atque adeò ex hâc accõmodatione submouetur illa altera difficultas, quam attingit, sed non diluit Andreas apud Hugonem: nempe, loricam & alia similia esse apta ad defensionem, non ad offensionem: & Deum hîc armari ad defendendos vnos, & ad offendendos alios. nam si pectus Dei, si eius propositũ esset inerme iustitia; neutrum sequeretur, at cùm sit armatum, vtrumque erit infallibile, quia vtrũque Deus promisit, se defensurum esse suos, & offensurum, ac perditurum alienos: atque adeò nemo eius nomini, & existimationi vulnus poterit imponere, nemo eius offendere & lędere constantiam promissorum; *indutus est* enim *iustitiã, vt loricâ.*

145. *Et galea salutis in capite eius.*] Partes præcipuæ hominis sunt *pectus & caput*: in illo cor, in isto cerebrum: in illo fons vitæ, in isto fons sensus & cognitionis: vnde vulnera illata capiti vel pectori sunt lethalia, alijs partibus inflicta non item. ergo hæ duæ partes in primis obarmandæ. Armatura capitis est *galea*, cui rectè *salus* componitur: nam inter pericula potissimè consulendum capiti. (p.1.v.5.)

Deum caput suum regere galea salutis, est custodire ac tueri saluum, & illæsum: quid per caput Dei, hoc ordine rerum commodius acceperimus, quàm eius dignitatem & gloriam, eius famam & existimationem? Armatus igitur est Deus, & processit ad vlciscendos hostes populi sui, & sunm tutatus est caput, suæ dignitati, ac nomini consulnit, suæ gloriæ rationem habuitne gentiles ei vllã ratione possent detrahere, ac dicere: Deum aut nõ valuisse eripere suos cultores, aut si valuit, noluisse: quorum alterum obtrectat potentiæ, alterum bonitati, & fidelitati. (v.1 ... c. 9.) Psal. 113. vers. 1. ordinis secundi: *Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant gentes: vbi est Deus eorum?*

146. *Super misericordiã tuã, & veritate tuã.* probè disposuit: priori loco *Misericordiam*, posteriori *Veritatem*, siue iustitiam, ac fidelitatem: nam ex Misericordia nascitur in Deo hæc Iustitia, & Fidelitas: quia per viscera suæ misericordiæ voluit liberationem promittere, & fidem suam promittendo obligare. Vnde saluando populo Deus tuetur suam fidem, suam autoritatem, suum caput Rectè igitur: *Et galea salutis* (scil. afferenda suis) *in capite eius*: & vt galea est prima pars armaturæ, & quæ magis eminet, & magis est conspicua: sic Dei gloria, dignitas, & existimatio salua, & intacta excellit, & est admodum illustris. Cùmque non possit Deus tueri, ac protegere hanc dignitatem & existimationem, quin hostes populi prosternat, vt patet ex dictis, hinc fit, vt galea hæc non solum sit armaturæ pars defendens, sed etiam genus armorum lethaliter offendens. vnde sequitur.

147. *Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est pallio zeli.*] Producit cœptam allegoriam. Mos fuit, priscis præsertim & arma induere, & superinduere vestimenta, diuersa tamen à vestimentis pacis. Apud Romanos certè alius fuit amictus tempore pacis; alius tempore belli. Toga enim habitus fuit pacis: sagum verò belli: quare sumere saga, idem quod arma capere, hinc illud carmen tam odiosum: *Cedant arma togæ*: (Cic.) verùm imperatores, ac viri consulares ductores exercitus pro sago, veste militari, induebant paludamentum: atque adeò paludatum procedere, est ad bellum proficisci, ad quem morem aspiciens Isaias vt nobis Deum vt clarissimum, & fortissimum imperatorem ponat ob oculos, ei paludamentum imperatorium attribuit, i. iam iam procedentem ad prælium & vltionem introducit: *Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli.*

148. In his verò bellicis indumentis fas erit agnoscere externa indicia & signa diuinæ iustitiæ vindicis: hoc est, totum Deum, intus, foris, armatum, accinctumque ad vindictam. Non parum affinis huic loco est ille Sap. 5. versiculo 18. *Accipiet armaturam zelus illius*; & reliqua: vbi & sunt aliqua vocabula omnino similia: vt illa: *Induet pro thorace iustitiam*; alia parum diuersa: vt *pro galea iudicium certum*; sed quæ facilè flexeris huc: *iudicium certum*, decretum vlciscendi inimicos. Cum enim istæ omnes voces sint metaphoricæ non difficiliter trahuntur ad eundem sensum quamuis sono differant. Loco verò Sap. Deus contra omnes

ne peccatores iratus præhabundus descri- bitur hic contra Chald. & alios Israelitici nomini, ac proinde Dei inimicos. Vbi est valde notandum; qui populo tum Hebræo erāt infensi, eo potissimum nomine fuisse, quòd Hebræ ab eis ne tantoperè distarent, & Deum verum colerent. Vnde Hebræorum hostes, Dei erant propter hostes: Deique intererat eos oppugnare. Quod Deum sequenti carmine proferre docet Isaias.

Vers. 18. Sicut ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.

149. HIc versus magnoperè resistit expositioni secundę num. 131. positæ, asserenti, bellum hoc indici aduersus Iudæos: è diuerso promouet primam interpretationem eodem num. 131. repositam. Nam etsi alicubi Deus Iudæos vocat hostes & inimicos suos, vt capit. vers. 24. sed id est perrarum; frequentissimum verò est, vt hoc nomine appellentur populi Gentiles, præcipuè infesti Iudæis, vt modò docui n. 148. Vnde nisi res ipsa omnino cogat, vt cogit c. 1. v. 24. non debemus interpretari Iudæos. Atque adeò, cùm locus præsens non sit eiusmodi, oportebit interpretari Gentiles.

150. Iam nomina iterata *Vindictam, Retributionem indignationis*, & *vicissitudinem*, ægrè admodum, aut nullo modo aptaueris Iudæis bello Romano vastatis: nam Iudæi Romanis bellum non intulerunt, non eis vllum damnum pepererūt, vt ab eis clades dici possit *retributio indignationis, & vicissitudo*. Neque minùs potest intelligi comparatione Dei. vt enim largior appellari hostes & inimicos, eo quòd Deum offenderēt, & Deum ad vindictam offensæ suæ armari, tamen *retributio indignationis*, siue *ardoris*, vt habet Hebræus, minimè in Iudæos cadit nā vis istius locutionis est, sicuti inimici Dei in alios exarserunt, & suam iracundiam expromserunt, sic Deus in eos exardescet, & suam indignationem expromet: siue Deus per se, siue per alios id faciat, at Iudæi licèt in Deum peccauerint, adorantes idola, & alia scelera admittentes, nemo tamen dixerit, eos exarsisse, aut indignatos fuisse contra Dominum, vt possit verè, ac germanè affirmari Deum armari *ad retributionem indignationis* & ardoris *hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis*. Verba namque autographa גְּמוּל *ghamàl*, & שִׁלֵּם *salam*, quibus Isaias vtitur, & Latinus vertit, vt vidimus, in *vindictam, retributionem*, & *vicissitudinem*, significant, par pari reddere.

Quæ omnia è diuerso quàm aptè conueniant Babyloniis, Psalmus 136. vnicè ostendit: cuius versus 8. est istiusmodi: *Filia Babylonis misera beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis*. Et aduerte, vtrobique esse illa duo vocabula Hebræa *ghamal*, & *salam* vt possit existimari alludere Isaiæ ad Dauidem. Vt enim Babylonij crudeliter exarserunt in Iudæos, & in Ierosolymam vt traditur 4. Reg. ad finem: sic Persæ & Medi exarserunt in Babylonios, & in eorum principem vrbem. Hoc quoque prædixit

A Ieremias capit. 50. versiculo 15. *Clamate aduersus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est: vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei*.

Insulis vicem reddet.] Demum, hæc pericope quomodo accommodabitur Iudæis? Hieronymus accommodat vrbibus Iudææ, & probat è capite 20. versiculo 6. *Et dicet habitator insulæ huius in die illa*: cæterùm ibi Ierosolyma appellatur insula, non aliæ vrbes finitimæ: ob caussam propriam Ierosolymæ, nequaquam aliis ciuitatibus Iudaicis communem, alias ciuitates filias appellari sæpe legimus, insulas verò B nusquam. Sunt ergo insulæ regiones remotæ, vt alibi adnoto capit. 11. num. 135. capit. 40. num. 452. cap. 41. numer. 114. quæ nomine vt repugnat vrbibus Iudææ, sic optimè congruit Prouinciis infidelibus & hostiliter infensis populo Dei. 152.

Vers. 19. Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.

C

MVndi partes aliquando omnes quatuor numerantur, aliquando duæ, occidens & oriens, vtrouis autem modo idem significatur; nempe, omnes mundi incolas, aut aliquis ex quàuis orbis regione. Sic se res habet hoc loco: ab omni natione & gente Dei nomen esse timendum. Nam velle dispicere, vt qui ab occidente sunt, timeant nomen Domini; qui autem ab ortu solis, timeant gloriam eius, id inutile & putidum existimo: nomen enim & gloria Domini significatu non distinguuntur: neque occidui homines, & orientales nisi solo D situ: imò nihil aliud prædicitur, quàm vbique fore terribile, aut venerabile nomen Domini, & gloriam eius. nomen Dei fore gloriosum. L X X. *ἔνδοξον*. 153.

Timor iste potest esse reuerentiæ, ac religionis, & potest esse formidinis atque terroris. Si sit prior, pertinebit ad Iudæos, qui vbique dispersi, vbi viderint, aut audierint, Deum consuluisse populo suo, eique libertatem ac pristinam fœlicitatem restituisse: euersis funditus hostibus, *timebunt*, reuerebuntur, colent religiosissimè nomen Domini: & gloriam eius extollent. Relege annales sacros, quibus scribitur aliqua insignis victoria, quà partà Deus liberauerit populum Israeliticum, vt Iudith cap. E 15. & attende quemadmodum Dei nomen & gloria c. vltimo celebretur: idem fit cùm Iudæi vbiuis gentium habitantes, proscripti & morti, vno & eodem die, destinati, calumniante apud Assuerum, perfido illo Aman; Deo admirabiliter rem per Estherem & Mardochæum moderante, salui & incolumes euaserunt: vt in historia illa traditur. Hoc ipsum multo luculentiùs euenit, cùm Deus Iudæos sublatis Chaldæis, liberauit: vt in libris Esdræ legimus. 154. Esther

Sed & hic timor potest exponi de nationibus ipsis attritis, & de aliis, quæ hoc facinus 155.

intellexerint, nam quemadmodum, cùm Deus Israelem, Ægyptiis oppressis, eripuit, non solùm Ægyptum terruit, sed etiam alias nationes ad quas facinoris fama penetrauit, vt habes Exod. 15. vers. 14. *Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. Tunc conturbati sunt principes Edom: robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan, irruat super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui.* Hoc quod Moyses præcecinit spiritu prophetico, postea confessa est euenisse nobilis illa meretrix Rahab Iof. 2. vers. 11. *Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum, & in terrâ deorsum.* quemadmodum, inquam, illa liberatio istum timorem, ac terrorem multis nationibus peperit: sic & altera liberatio e seruitute Chaldaica, quæ fuit etiam admirabilis, ob excisam monarchiam Chaldæorum, terribile reddidit & gloriosum nomen Domini à solis ortu vsque ad occasum.

156. At quis nobis interdixerit, vtrumque timorem, & filialem in Iudæis liberatis, & seruilem, aut minùs liberalem & ingenuum in Gentilibus populis agnoscere, cùm vtrumque Psalmus 125. cecinerit: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit Dominus facere cum eis.* Quod bene & breuiter Bellarminus explicat: *Nuncius huius liberationis sicut eos, qui liberati sunt, affecit ingenti lætitia. ita eos, qui audierunt, magna admiratione repleuit.* Quando autem hic timor diuini nominis sit futurus, additur.

Bellar.

157. *Cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit:*] Hoc hostili Persarum, Medorúmque exercitui optime congruit: nam pro *violento*, quod est etiam apud L X X. inuenimus in Hebræo, צַר *tsar*, i. *hostis*, & ita reddunt Vatablus, & Pagninus: *Cùm venerit sicut fluuius, hostis*; itaque hostis comparatur flumini, & meritò: nam vt flumen ex multis, ac diuersis aquis confluentibus cogitur, sic & exercitus hostilis ex variis gentibus colligitur, & ita ille Cyri, & Darij expugnans Babylonem fuit compositus: & vt fluuius rapidus, ac violentus omnia inundat, & euertit, eique nullum ferè inuenitur obstaculum: sic copiosissimo, & potentissimo exercitui nulla vis humana est quæ resistat. Copias hostiles comparari cum aquis fluminis videbis suprà capit. 8. versiculo 7. & Nahum 1. versiculo 8. Ierem. 46. versic. 7. Ierem. 49. versic. 19. & ibi Maldonat. Quanto impetu copiæ Persicæ, & Mediæ inuaserint, & obruerint Babylonem, ad finem capitis 5. scripsit Daniel.

158. *Quem spiritus Domini cogit.*] Hic textus, teste Hieronymo, diuersè explicatur ab Aquila: *Quasi flumen angustum, spiritus Domini signaculum eius:* à Theodotione: quasi fluuius oppugnans, *spiritus Domini signauit est.* Apud Procopium verò Theodotio non habet illud adiectiuum, *angustum*: & apud eundem Procopium sic habet Symmachus: *Veniet tanquam fluuius terens spiritus Domini, vrget, & veniet.* L X X. *Sicut fluuius biaios, violentus, ira à Domino, veniet cum furore.*

159. Ex quibus omnibus interpretationibus inter se commissis illud elucet, allatam similitudinem è fluuio rapidissimo, qui suo impetu cuncta prosternit, abripit, & deuoluit: nam flumen *angustum*, vt vertit Aquila, est flumen in angustum alueum redactum, & in se replicatum, quo nihil potest cogitari rapidius, & vehementius. *Fluuius oppugnans* apud Theodotionem, & *terens* apud Symmachum, exponit effectum appositi, *angusti*, & *violenti*, nam ex hoc sequitur istud: quo enim magis arctatur fluuius, & angustioribus ripis coercetur, eo violentior decurrit, & citiùs obuia prosternit, ac deuehit: quò pertinet editio Latina: *Quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.* nimirum in angustias.)

Flumen angustum

160. Sed quoniam hoc loco *spiritus Domini* est aliud nihil, nisi ventus, & ventus nõ solet aquas fluminis cogere in angustias, sed potiùs attollere in altum, & si ampla sint flumina, excitare vndas & fluctus ad instar maris; commoda occurrit expositio, si cogere, sit compingere, & accumulare, vt sublimes aquæ eleuentur: quæ notio congruit verbo Hebræo נסס *Nasas*, *eleuare*. Psalm 106. vers. 25. *stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius*, itaque spiritus ventus exaltat aquas & fluctus. Sic Psalm. 92 vers. 3. *Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.*

Spiritus Domini quid hoc loco.

161. Ergo exercitus hostilis, siue Deus oppugnans Babylonios componitur cum flumine, cuius cursum, & impetu incitat, & cuius aquas facit intumescere, & sæuire ventus aliquis vehementior, quod si alterutrum elementum est vehemens, & incitatum, vbi coëunt, virésque coniungunt, aliquid valde violentum exsistat, est necesse. Cùm lego attentiùs Psalmum 125. citatum modò n. 156. qui totus est de exitu Iudæorum de Chaldæâ, accedo ad vers. 4. *Conuerte Domine captiuitatem Sion sicut torrens in Austro:* venit mihi in mentem suspicari an cum illo locus hic aliquam habeat affinitatem; nam illic, vt melioris notæ interpretes iudicant, auster est ventus, cuius accessu, & afflatu torrens, seu torrentes Hebraicè, auctiores, & velociores præcipitant. Lectori, si libeat, licebit dispicere vtriusque loci analogiam.

Auster fluctus excitat.

Vers. 20. Et venerit Sion redemtor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

162. ISTud vaticinium meliùs explicare non potero quàm alio consimili multo ante edito, & planiùs proposito, quod nobis Moyses reliquit Deuter. 30. vers. 1. *Cùm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in cunctis gentibus, in quas disperserit te Dominus Deus tuus, & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & tota anima tua; reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & congregabit te de cunctis populis, in quos te ante dispersit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & assumet, atque introducet* in

in terram, quam possederant patres tui, & obtinebis eam.

163. Quod si hæc & alia talia non est Hebraizantium, sed rectè interpretantium, accipere de reditu ab exilio Babylonico, quamobrem non erit fas Isaiam de eodem euentu interpretari, cùm similibus verbis prænunciet? Et certe in Vatibus explicandis modus est tenendus, vt ne omnia ablegemus ad res Iudaicas, & præteriti temporis euentus; neque è contrario omnia velimus ad Euangelium attrahere, sed suus quibusque sit locus euentibus.

Vers. 21. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in corde tuo, non recedent de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo, & vsque in sempiternum.

164. *Fœdus Domini cum Iudæis quale.* HOc fœdus quale sit, ex testimonio Deuteronomij transcripto num. 163. facilè cognoscitur; nimirum: Si populum pœniteret suorum peccatorum, esse liberandum & colligendum, vbiuis terrarum esset dispersus. Itaque fit mentio fœderis diuini inuiolabilis, vt crescat confidentia & securitas. Hebr. *Et ego, fœdus meum cum eis*: i. ego ipse sum fœdus, vel ego sum, qui paciscor: ne dubita de successu, si tu tuas partes expleueris, si resipueris, cumque à versu 12. ad 15. descripta sit pœnitentia populi futura, fœdus ex omni parte complebitur, libertas certissimè eueniet. Vide Procopium ad finem cap.

165. *Expositio prima.* *Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore seminis tui.*] Multiplex est interpretatio: de Deo loquente cum Isaia, & hæc pluribus placet, & placere debet, vt mox ostendam. *Secunda.* Alia de Patre alloquente Christum, hæc insedit plerisque veteribus, vt ait Hieronymus, sed minùs arrisit posterioribus, & iure, nam valde abrupta esset apostrophe, vnde è modernis nisi vnus, aut alter non probat. *Tertia.* Tertia expositio est de Deo conueniente, & consolante Ecclesiam Christianam, seu hortante ad custodiam legis. Hæc plures habet defensores, sed non multum roboris: quia, per totum caput, vt vidimus, res fuit cum populo Iudaico, & hæc vltima clausula connexa est cum superioribus, ergo quoad intelligentiam litteralem, & historicam, non est, cur discindatur. Deinde cùm immediate antecesserit: *Hoc fœdus meum cum eis*: i. cum populo, quicumque ille sit, non rectè hæret: *Spiritus meus, qui est in te*, si Deus populum alloquitur: nã quamuis

166. *Prima vera.* subita soleat fieri mutatio personarum, sed nõ absque ratione, quæ nulla apparet. Præterea hæc locutio: *Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo*: ex vsu S. Scripturæ ad Vates vt res quasi propria, & hæreditaria pertinet: quibuscum Deus & suum spiritũ propheticum, & verba communicat, & ponit in ore; vt cùm loquuntur, sint os Domini, & eiusdem calamus, quamdiu scribunt. Quare S. Hier. omissã illa veteri sententiã de Christo, fortè, quod videretur abrupta, amplexus est hanc de Isaiã: nã

Gabr. Aluarez in Isaiam Tom. 2.

aliam illam de Ecclesia, siue de Synagoga non meminit. Hieronymo subscribunt S. Tho. Hugo, Haymo, Arias, Osorius, Mariana, Sanchez. Verum tamen est, non eos omnes eodem modo interpretari semen Isaiæ, de quo tamen.

Non recedent de ore seminis tui. Semen hoc aliqui capiunt metaphoricè, & spiritualiter: scil. posteriores Prophetas, & Apostolos, in quibus successiuè fuit spiritus prophetiæ, & facultas edendi oracula diuina. ita S. Hieron. & Aymo. Alij, vt Arias, & Osorius ad semen quidem spirituale referunt, ad totam Ecclesiam, sed ita, *vt non recedent de ore*; sit, agnoscere, & celebrare impleta quæcumque Isaias prædixerit. Sanchez parum distat num. 94. distat tamen ab his auctoribus, quod credat, prædici seu moneri fideles, vt vaticinium de salute generis humani sermone refricent, quamdiu non fuerit impletum, vt se ad spem roborent. Mariana item noster diuersus est a cæteris, nam spiritum, & verba quæ Deus posuit in Isaia non putat esse spiritum propheticum, sed spiritum obedientiæ, & præcepta, & hæc iubet seruari à posteris Iudæis, si velint esse salui, & e seruitute liberari. Itaque est fœderis conditio: quæ expositio videtur mihi reliquis planior, & expeditior; ac ex ipsis verbis profecta: sic enim sunt: *Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo, & vsque in sempiternum.* 167. *Semẽ quid.* 168.

169. *Fœderis natura quæ.* Tanquam Deus diceret: Ego cum meo populo pepigi fœdus: fœderis natura est, vt vtrumque fœderatum obliget; ego promitto populo meo libertatem: ille promittit mihi obedientiam: ego præstabo quod promisi si ille suam quoque promissionem præstiterit: ergo seruet in perpetuum quæ ego per te præcepta tuli. Itaque *non recedent de ore seminis tui*, imperantis sunt; non aliter atque illud imperatum Iosue c. 1. v. 8. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo: non recedat*, Hebr. eodem verbo, & tempore.

170. Et non dissimilia habentur Deuter. 6. v. 7. quæ nullam continent prophetiam, neque tamen est sensus Iudaicus, sed litteralis, ac genuinus. Neque enim quæcumque edunt Vates, necesse est esse vaticinia: alioquin quando docebunt? quando præcipient? quando hortabuntur, & alias magistrorum partes & officia implebunt?

Illa repetitio, *de ore seminis seminis tui*, est similis alteri: *in generationem & generationem*, & alij: *in sæculum, & in sæculum sæculi*: quibus loquendi formulis perpetuitas ostenditur.

Hactenus exposui sensum, quem historicum, litteralem, esse iudico: addam breuè mysticum sub eo latentem, vt occurrã obiectioni ex Paulo ad Roman. 11. v. 26. citante postrema verba huius capitis in hunc modum: *Veniet ex Siõ, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob, & hoc illis à me testamentum: cùm abstulero peccata eorum*: quod testimonium eo conducit Apostolus, vt probet in fine conuertendos esse ad fidem Israelitas, vt claret è textu epistolæ: ergo Isaias prædicit non libertatem Chaldaicam, sed Euangelicam.

171. *Libertas vtraque prædicitur.* Dico ab Isaia vtrãq; promitti; vnã vt typũ, alterã vt typo cõtẽtã: cõstat enim illã liberationẽ fuisse figurã, & vmbrã liberationis per Christũ, vt aliàs dixi: & Cyrũ esse typũ Christi, & ob id

Christi cognomine insigniri: vide cap.45.versiculo 1. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes.* Quare cum tam similis sit figura rei figuratæ, & typus rei typicæ, nihil est inconcinnum, si vtrumque sub eisdem verbis significetur, alterum proxime & immediatè, atque adeò historicè, & litteraliter, scil. figura, & libertas Babylonica: alterum verò mediatè, & remotiùs, atque adeò typicè, id est, res figurata & salus spiritualis. Quocirca fas fuit Apostolo, historico sensu omisso, qui est minus principalis, sensum allegoricum principaliorem as-
172. sumere; quod ab eodem Apostolo factum aliàs esse obseruamus: nam sensus mysticus quippe qui finis & quasi anima historici sensus, æquale, imo maius habet pondus, vbi est constans, & certus: ideo enim solet iudicari minus fortis ad reuincendum, quod ex se sit obscurus, & anceps: at cum inter rem præfigurantem, & rem præfiguratam magna intercedit analogia, & similitudo, vt res ipsa quasi digito intento futuram præmonstret, satis apte, & efficaciter ad probationem inducitur: vt aliàs idem Paulus symbolum de petra percussa & emittente aquas: & aliud de Agar, & Sara duabus vxoribus Abrahæ, déque filiis Ismaele, & Isaac. ex quo symbolo, obscuriori licèt, argumentatur, & philosophatur super duobus Testamentis. Quo eodem modo se gerit hoc loco, vt benè noster Sanchez affirmat, & conciliat editionem Pauli, Latinam & L X X. ad quem mitto lectorem. Quod verò Paulus addit: *cùm abstulero peccata eorum*, putat Origenes istic, & Hieronymus hoc loco, sua, vt Doctorem Ecclesiæ, autoritate posuisse ad maiorem declarationẽ. Verùm vt id ego credam, non adducor, quia est præter morem Pauli, & præterea illa verba Deo tribuuntur, *cùm abstulero peccata eorum*, nec alij possunt attribui: quare non fit verosimile ab Apostolo adiecta de suo: vnde verò hauserit, illius loci interpretes viderint, neque est Apostolis insolens ex variis locis vnum componere testimonium.

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT SEXAGESIMVM.

1. Svrge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

2. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

3. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.

4. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.

5. Tunc videbis, & afflues, mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.

7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.

8. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?

9. Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè: argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te.

10. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te: & in reconciliatione mea misertus sum tui.

11. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur.

12. Gens enim, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabuntur.

13. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

14. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini Sion, sancti Israel.

15. Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem.

16. Et suges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

17. Pro ære offeram aurum, & pro ferro afferam argentum; & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam.

18. Non

18. Non audietur vltrà iniquitas in terr[illegible] tua, vastitas & [illegible]ontritio in terminis tuis, & occu[illegible] m[illegible]s, & port[illegible] tuas l[illegible].

19. Non erit t[illegible] amplius sol ad lucendum per diem, nec splend[illegible] lu[illegible] luminabit te: sed erit t[illegible] Dominus in luce[illegible]mpiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20. Non o[illegible]cidet vl[illegible]a sol tuus, & luna tua [illegible] qu[illegible]a erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies l[illegible]tus tui.

21. Populus autem tuus omnes [illegible], in [illegible] hæreditabunt terram, germen [illegible] mea, opus manus meæ ad glori[illegible]andum.

22. M[illegible]nimus erit in mille & paruulus in [illegible] fortissimam: ego Dominus in tempore eius subit[illegible] faciam istud.

Vers. 1. Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est

1. *Opiniones variæ de argumento.* VNum omnibus Catholicis cum Iudæis conuenit. hoc capite contineri vaticiniũ; sed de materia eius, & de tempore dissentitur. Nam Iudæorum multi, & Catholicorum nonnulli adhuc non esse completum affirmant: diuerso tamen nomine & modo. Iudæi, quia falsi hæc pertinere ad ætatem Messiæ, eum venisse pernegant & vbi venerit, complenda esse pro[illegible] & vt dicam, materialiter, asseuerant. Cath[illegible]ci verò, quia de cœlesti Ierusalẽ accipiũt: cu[illegible] sententiæ assentitur S. Hieronymus ad v. 19. *Non erit tibi amplius sol ad lucendũ*: vbi hæc habet: *Ex hoc capitulo cogimur omnia, quæ dicta sunt, & dicenda, ad vltimum referre tempus: quando cœlo, terraque nobis solis ac lunæ cessabit officium.*

Hieron.

2. Cert[illegible] ab eo versu, imò ab anteriori 18. alij etiam sentiunt, agi de futuro sæculo, statúque cœlesti; vnde e sententia quorundã hoc vaticinium partim restabit exequendũ. Chiliastæ, seu Millenarij, vt ait hoc loco Hieronymus, omnino restare cõplendum iudicãt, in aureo suo illo & gemmato spatio annorũ mille in terris post secundũ Saluatoris aduentum, antequam beati ad sedes cœlestes euolent. De quorum errore etsi fas esset nunc disserere, non videtur tamen necessarium, cum iaceat sepultus & ex se sit vehementer absurdus. Error alter Iudæorum de suo Messia futuro continenter à nobis toto hoc cõmentario refellitur, quo Christus Dominus fuisse verus Dei filius promissus asseritur certissimis notis, atq; prędictionib⁹ ineluctabilib⁹.

3. Qui autem autores vaticinium exactũ esse, & functum effectu recognoscunt, non conueniunt, ne catholici quidẽ inter se. Nã sunt qui existiment id euenisse post remigrationem à Babylone in Ierusalem. Cur[illegible] permissu. ita cum plerisque Rabbinorum consensit, non Hugo Cardinalis, vt illi immeritò ascribitur, qui postquam Hieronymi commentarium descripsit, addidit: *Tertij autem sunt, de quibus non facit Hieronymus mentionem, qui [illegible] Iudaizare inceperunt, qui dicunt [illegible] a [illegible] exponi de prosperitate, quam habuerunt Iudæi in reditu de captiuitate Babylonica. Sed quoniam multa interseruntur, quæ nimis inepte, [illegible] omnino incongruè & absurde ad [illegible] sub illam [illegible] prætermittimus.* Hæc H[illegible]: quod si in processu memo[illegible] huius expositionis, non suo quidem nomine, sed Hieronymi[illegible] vers. 4. ait: *Hoc capitulum secundum modernos Iudæos, vel Iudaizantes sic ordinatur*, ex hoc ordine ac sensu videtur fuisse Andreas, quem Hugo alias sequitur, alicubi deserit.

Hugo Cardin.

4. Lyranus in principio huius capitis docet etiam fuisse aliquos Doctores Catholicos qui ita exponerent, atque eos magis Iudaizare quam Hebræos, cùm istorum multi accipiant de Messia. His accedit Thomas, quatenus promiscue vtramque interpretationem adhibet de reditu Babylonico, & de Christo. Noster Sanchez, quod nollem, ab hac interpretatione non discedit, qui ait sensu litterali, & historico ita intelligi debere; de Christo verò sensu typico, & mystico. Mariana item noster eadem vestigia terit, vt patet ex eius scholio v. 5. & v. 6.

5. Porrò hæc sententia tametsi mitigari videtur illa adiectione sensus mystici, sed nihilominus, quia absolutè fatetur, sensum litteralem & immediatum non esse de Christo, & eius Euãgelio, digna est castigatione eã, quam adhibent Hugo & Lyra, vt sit hoc, quodammodo Rabbinis fauere. Reliqui interpretes summa consensione de Ecclesia Saluatoris interpretantur, & alij multi tam e veteribus, quàm è modernis per occasionem exponentes, aut allegantes, sic, vt eum esse genuinum explicatũ præ se ferant. Tertul. 3. in Marcio. c. vlt. lib. 5 c. 15 & de resurrectione carnis cap. 19 August. de Vnitate Ecclesiæ c. 7. allegans v. 10. huius capitis, Chrysost. in Matt. diuersos locos hom. 1. explanans v. 6 *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes*, de Magis adoratoribus Christi. Autor etiam imperfecti hom. 2. S Gregor. lib. 17. Moral. c. 14. lib. 21. cap. 2. & in Psalm. 101. vers. 15. in Ezech. lib. 2. hom. 18.

Tertul. August.

6. Ratio præterea Hugonis & Lyrani est valẽs: esse in hoc vaticinio multa, quæ minimè in illum statum, tempúsque conuenire possint, vt in ipso commentariorum processu constabit. Deindè: caput sequens citra vllam dubitationem est de Christo & Euãgelio & huic subnectitur, cur ergo, hoc quoque ad Christum spectare non fatebimur?

Surge, illuminare Ierusalem.] Vox, *Ierusalẽ* deest Hebræo codici: addita est a Græco, & retẽta ab Ecclesiã, licèt S. Hieronymus cẽsuerit expũgendã, aut obelo, quod idẽ est, cõfigendã: vt appareat, ab Ecclesia editionẽ S. Hieronymi, adhibito iudicio, & delectu fuisse susceptam. Hier. *Nomen Ierusalem & gẽtiũ, quod à LXX. ponitur, in Hebræo non est, & obelo prænotandum est.* Viderunt LXX. cum Ierusalẽ Vatis esse colloquiũ, vnde perspicuitatis gratiã, placuit voce eã exprimere.

7. Quæ sit hæc Ierusalem, ex dictis patet, Ecclesia saluatoris, non triumphans, sed militans, nam in triumphantem hæc præcipuè primis versibus descripta non cadunt: cadunt autem optimè in militantem. Præterea non est tota Christi Ecclesia, sed partialis illa è circumcisione collecta, vt liquet clarè ex tractu ser-

monis, præsertim è versu 3. *Ambulabunt gentes in lumine tuo.*

8. At si Ierusalem est Synagoga ad Christum accedens, quo sensu dicitur *surgere, & illuminari*? nam hæc nunquam iacuit, nunquam fuit in tenebris, sicut enim ex quo cœpit in Abrahamo, & fuit illuminata lumine fidei, credens in Christum venturum, eaque fide, & quæ ei innitebatur, spe, atque caritate sanctificata: deinde vbi Christus aduenit, & sese manifestauit, credidit in eum, eumque pro vero Deo & Saluatore complexa est: ergo non est cur hæc iubeatur surgere, & illuminari, sed id conuenerit Gentilitati, quæ iacebat in tenebris densissimis errorum, & peccatorum: quæque admisso Euangelio assurrexit, & fuit illuminata.

9. Assero tamen, cùm necesse sit omnino intelligi Ecclesiam e Iudæis constantem: aptè hæc duo verba esse illi accommodanda. Prius, *Surge*, nullum negotium facessit nam ex consuetudine sermonis Hebraici, potest esse nota adhortationis, vt apud Latinos: *Eia, age*: deinde, si omnino opus sit, eo gestu, & metaphorico verbo aliquid amplius notari; erit *surgere*, à statu humiliori ad altiorem assurgere, & *ascēdere*, à statu seruorum ad statum filiorum, à cōditione pupillari, quæ regitur à tutoribus & curatoribus, ad liberam rerum administrationem, & emancipationem, quæ conuenit ætati adultæ, & filiis suo iuri, ac potestati redditis. Quà de differentia vtriusque Testamenti sæpius aliàs est tractatum. Vide etiam infrà numero 175.

10. Ex quo non est difficile exponere, quemadmodum fuerit Ecclesia vetus Christi aduentu, & ortu tanti solis denuo illuminata. Nā quamuis fides iustorum veteris legis fuerit eadem quæ iustorum legis Euangelicæ, quoad essentiam, & obiectum formale, atque adeò vtraque fuerit obscurum lumen: tamen quia quæ olim tegebantur figuris & vmbris, & futura prædicebantur, idque plerúmque obscurè, & exiliter: hæc maxima ex parte fuit impleta, præsertim Christi in carne Aduentu, & œconomia, & quæ supersunt implenda, multo distinctiùs, quam in veteri Testamento fuot nobis proposita; hinc fit, vt hic status dici possit lucis, ac luminis, & ille obscuritatis, & vmbræ. De isto etiam vtriusque legis discrimine egi ad c.40. v. 5. num. 83. v. 11. num. 151. 261. 218. c. 42. num. 28. 72. c. 45. num. 183. Itaque sicuti fides diuina, etsi lumen, comparata tamen cum visione Dei intuitiuà, & cum lumine gloriæ, dici potest vmbra, & caligo: sic lux illa legis Mosaicæ composita cum luce Euangelicà, quodammodo est obscuritas, & tenebræ.

Vides lumen, & vmbra.

11. Denique illuminationis vocabulo significari potest prosperitas spiritualis, & bonorum omnium affluentia, quam Christus attulit mūdo, & in primis Synagogæ, de qua bonorum copia toto reliquo capite, & sequentibus agitur, vt hoc vaticinium cum illo alio c. 9. v. 2. concinat: *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* Quod ad Iudæos pertinere istic ostēdo, sicut ad eosdem pertinet illud Zachar. Luc. 1. v. 79. *Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedēt, ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis.* Nō ergo est, cur te scrupulus vexet, si assenseris, Iudæos etiam iustos, quibus cum agitur, ante ortum solis Christi versatos fuisse in nocte, iacuisse in tenebris, siue figurarū, siue miseriarum spiritualium, & a Christo fuisse erectos, illustratos, atque directos in viam pacis, veræque prosperitatis: quare non disconuenit Ecclesiæ iustorum Iudæorum hæc adhortatio, & gratulatio: *Surge, illuminare, quia venit lumen tuum.*

12. *Quia venit lumen.*] Bona & apta ratio: Nox & tenebræ inuitant ad cubandum, & iacendum ad quietem, & somnum, *qui enim dormiunt, nocte dormiunt.* 1. Thesal. 5. v. 7. Solis verò & lucis ortus sollicitat ad operationē, & laborē. Recondit belluas, & euocat atque extrahit homines: Psal. 103. v. 22. *Ortus est sol, & congregati sunt catuli leonum, & in cubilibus collocabuntur; & ibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.* Vt enim caligo feris, quæ pe irrationalibus, & veræ lucis exsortibus accommoda est ad quærēdum victum, vitamque tuendū, Psal. ciii. v. 20. *Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ; catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant a Deo escam sibi:* ex diuerso lux homini, animali rationali est incitamentum ad agendū, & vitæ suæ incolumitatem, atque commoda procurando: *exibit homo ad opus suum, & ad operationem suā vsque ad vesperam. Ad opus suum*: quod proprium sit hominis: quod conueniat cum natura rationali, cum lumine rationis: quod longè distet à nocte, & tenebris erroris & vitij: *vt quærat a Deo escam sibi*: escam sibi conuenientem, suę naturæ accommodam: opera nimirum lucida, & honesta.

Quod nox præstat bestiis, id dies hominibus præstat.

13. Non est quàm hæc, alia ratio Pauli ad Rom. 13. v. 11. *Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus; nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus.* Quo loco Apostolus non solùm excitat fideles ex Gentilismo, sed etiam ex Iudaismo, quibus solis cōgruit illud: *propior est nostra salus, quàm cum credidimus*; i. quàm cùm credidimus in Messiam venturū: gentiles enim nihil tale crediderant: ergo *Nox* non solùm fuit infidelitas, sed lex quoque Mosaica: dies verò lux Euangelica & ipse Christus: sup. c. 48. v. 7. n. 64. Iubetur ergo Ecclesia vetus somnum ac torporem pristinum excutere, sabbata illa segnia & otiosa relinquere; & ad fortia & strenua lucis, legísque Euangelicæ opera assurgere, & accingi. Vnde sabbato, diei festo & sacro respondet in Ecclesia Euangelica dies resurrectionis Dominicæ sacratus: vt quo die Christi redeuntis ab inferis & tenebris splendorem lucémque colimus, eodem nos debere non torpere, aut otiari, vt olim, sed ex otio, ac somno surgere, & ad laborem, & actuosam vitam accedere, vt *sicut in die honestè ambulemus.*

14. Vt quis illuminetur, opus sunt duo, & vt adsit lumē, & vt ipse se lumini non subducat, sed exponat: vnde si aduentante luce, quis sit abditus in cubili, & somno deditus, parum proderit luminis aduentus, & præsentia: quocirca vt Ierusalē illuminetur, iubetur surgere: *Surge & illuminare, quia venit lumen tuum*: & verò Procopius docet ab aliquibus exponi hoc, vt fuerit adhortatio irrita & cassa: scil. ad eos Iudæos, qui noluerunt surgere à vitiis, & illuminari, sed potius manere in tenebris, sed hæc expositio non

est consequens, neq; illud probabile quod alij sentiunt Paulum Ephes.5 . 14 cum scriberet: *Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus*, alludere ad hūc locum Isaiæ · na i n. Vates alloquitur Ecclesiā iustorum veterum, vt vidimus, qui licet cōparatione iustorum legis Euangelicæ, & feruoris eius dici possint torpere, & noctu dormitare: nō tamē esse mortui, vt dicuntur illi, quos Paulus excitat: *Exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus*, agit autem Apostolus de morte spirituali peccati, vt patet è vers. 11. & 12. antepositis.

15. Procopius de more varias congerens interpretationes, *surgere* hoc loco sumit pro resurgere, propriè è mortuis, & accommodat secundo aduentui Saluatoris, qui descensurus est cū gloriā. Matt. 25. v. 31. (*Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua*, Græcè, δόξῃ, gloria) & c. 24. v. 30. similiter. Itaque hæc expositio, gloriam Domini venturam & orituram super Ierusalem, refert ad statum beatitudinis, & gloriosum Christi è cœlo descensum: tenebras & caliginem, quibus alij populi circumfundendi, ad damnatos accommodat. Cæterùm quamuis hæc per se sumta vera sint, & vtcumque iis vocibus possent acclinari, à sequentibus tamen valde dissiliunt: quare in illa primâ expositione de Ecclesia ex Iudæis in priori Christi aduentu, est acquiescendum.

16. LXX. omisso verbo, *surge*, repetunt alterum: *Illuminare, illuminare Ierusalem*: quo ardens Vatis votum, & beneficij magnitudo magis emicet: vt illud Philip. 4. vers. 4. *Gaudete in Domino semper; iterum dico, gaudete*. Cùm enim omnium Patriarcharum, omnium Prophetarum, omniū insignium iustorum quondam vota, ac desideria eo respicerent, vt hoc *lumen* populo illi affulgeret, & illucesceret, haud mirum, si Isaias inter proceres Princeps magnopere cupiat, & precetur Ierosolymam hoc tanto lumine illuminari.

17. Nota deinde, vt Latina *lumen* & *illuminare* sunt annominata, nam a nomine *lumen* est verbum *illumino*, ita habere Græca, & Hebræa, vnde ex eo, quod dicitur num. 10. de verbo, *illuminare*, meliùs intelligitur quale sit hoc *lumen*: est enim Christus, qui ab aliis & a se ipso *lux* & *lumen* appellatur sæpenumero in Euāg. Io. 1. v. 4. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* (*Tenebræ* i. homines tenebricosi peccatis, qui iis inhærentes noluerunt Christū admittere) *Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Ioānes. hic venit in testimoniū, vt testimoniū perhiberet de lumine: vt omnes crederēt per illū. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* Itaque hoc tam illustre cognomē *lux*, aut *lumen* nulli puro homini, aut angelo competere potest, sed est proprium solius Verbi Incarnati. Fuit quidem Ioannes vt alibi dicitur Ioan. 5. v. 35. *lucerna ardens, & lucens*: *non* tamē *erat ille lux*: lucerna enim aliūde accēditur, aliūde lumē accipit, aliunde lucet: lux verò seipsā. Aug Ps. 118. v. 105. *Lucerna pedibus meis verbū tuū. Quod est*, inquit, *verbū tuum? Nūquidnā illud, quod erat in principio apud Deū, verbum scilicet per quē facta sunt omnia? Non est ita Nā illud verbum lumen est, lucerna non est, lucerna quippe creatura est, non creator, quæ participatione incommutabilis luminis accenditur: Hoc erat Ioannes, de quo dicit Verbum Dei: ille erat lucerna ardens & lucens.* Ioan. 5. v. 35.

(Margin notes: *Christus lumen.* — *Ecce lumen soli Deo competit.* — *Lucernæ & luminis discrimen.*)

18. Sed cùm contra hoc discrimen lucis, atque lucernæ posset opponi autoritas ipsius Christi dicentis Apostolis Mat. 5. v. 14. *Vos estis lux mundi*, Augustinus vt non esset hebes, occurrit, aitque idcirco Dominum illico adiecisse: *neque accendunt lucernam, & ponunt eā sub modio*, vt vbiq; exstaret interuallū inter Christum lucē veram, & ipsissimam lucē, & lucē aliunde, inde, inquā, mutuatā. Ergo *lux* absolutè nominata pro Christo, in scriptis Euangelicis exponi debet. Ioan. 3. v. 19. *Hoc est autem iudiciū, quia lux venit in mūdum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem* & c. 8. v. 12. *Ego sum lux mundi*: & alibi sol iustitiæ dicitur, Mal. 4. v. 2. vt exponunt Euseb. l. 5 Demonst. c. 29. l. 6. c. 18. Aug. Ps. 80. v. 10. Cyr. Isai. 41. v. 2. Hieronymus illic, Arias & Ribera. Christus est sol iustitiæ, lumen, & lux vera, quę nobis illuxit multipliciter exemplis, doctrinis & miraculis, qui fugauit tenebras, & nihil, nisi quod obstitit, reliquit obscurum: attulit mundo vitalem calorem & splendorem & admirabilem lætitiam: hæ sunt enim principes proprietates luminis cœlestis.

19. Et verò cum multa sint Christi cognomina variis eius virtutibus & officiis aptata, nullum ferme est, quod aptiùs illi conueniat, quàm *lumen*; & spectata naturâ diuinâ, ob quam dicitur *candor lucis æternæ*, Sap. 7. v. 26. & *splendor gloriæ patris*, Heb. 1. v. 3. & in Symbolo Missæ. *lumen de lumine*: & consideratâ etiam humanâ naturâ, in qua diuina claritas, & lux illa infinita multo luculentiùs exsplēduit, & emicuit. Nam quāuis lux increata, & separata ab omni concretione naturæ creatæ sit ex se intelligibilior, & spectabilior: tamē humanæ mētis oculus in iā immēsa lucis plenitudine caligabat: nam vt *sol radios igneos exsufflās, & refulgēs radiis suis obcæcat oculos*: ita sol increatus perstringit aciem animi. Sup. c. 2. v. 5. num. 32. — Eccl. 43. v. 4.

20. Quare decuit, vt tantus splendor imbecillitati nostræ mentis attemperaretur, nō videtur autē potuisse meliùs attēperari, & cōformari, quàm si formā, & naturam humanā quasi quoddā velum indueret, quod oculis hominū obtēderet. Eusebius Cæsariensis doctè admodum, vt alia multa, hoc tractat l. 9. Demonstr. c. 11. prope finem: qui cùm adduxisset illud Deut. 18. quod filiis Israel dixit Moyses. v. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Vltra non audiam vocem Dei mei, & ignem hunc maximum non videbo, ne moriar.* Euseb. — Ex. 20. v. 18.

Post hæc addit Eusebius: *Meritò ob eam rem suscipit illorum pietatem ac reuerentiam Dominus; idem verò ait: Rectè omnia quæcumque locuti sunt: prophetam excitabo illis de medio fratrum suorū sicut te. Sic ergo causam docuit, cur tanquam propheta fuerit venturus ad homines. Ea verò fuit hominum imbecillitas, & præstantioris visus recusatio. Habes igitur causam cur propheta ille, qui venturus canebatur, homo esset futurus.* Consule quæ in eamdem sententiam affero capit. 45. vers. 15. num. 162. Vnde Christus licet quà Deus, sit lumen, tamen quà Deus homo, [illegible] quà Verbum caro factum, dici potest quodammodo, magis ac potiùs esse lux hominum, quoniam illorum infirmis oculis aspectabilior, vtpote temperatior, quo intuitu si fuit additū pronomen: *suum*, Euseb. — *Christus quà homo Deus lux hominum præcipuè dicitur.*

aptissime [illegible] verba, vt [illegible] artifice Spiritu S[illegible] [illegible]: *Surge, illuminare, quia venit lumen tuum*, tibi, [illegible] bet[illegible] [illegible] sonatum & qualis [illegible] tu[illegible] [illegible] *splendor Patris* [illegible] *substantia eius*. [illegible] naturæ [illegible] sum æ [illegible] tibi [illegible] conforma[illegible].

21\. Cyril. Lumen tuum [illegible] attinere adiecit ut tuum [illegible] [illegible] ciali [illegible] fine [illegible] lumen adu[illegible] Procop. H[illegible] Prima[illegible] Christus se[illegible] [illegible] Abrahæ. Secu[illegible] poster[illegible] promissi[illegible] Luc. [illegible] 54 Beatissima Virgo [illegible] *S[illegible] pu[illegible] puerum suum recordatus mi[illegible] [illegible] locutus est ad patres nostros, Abraham [illegible] semini eius in sæcula*. [illegible] quia solos Iudæos [illegible] [illegible] et exemplis, atque mi[illegible] clarissimis splendoribus illustrauit: imò suos discipulos misit ad prædicandum, cum mortalem vitam ageret, continuit intra Iudæam, & excedere ad alias gentes prohibuit, quâ de re cap. 49. num. 66. 89. 98. cap. 40. num. 126. Vnde Angelus Luc. 2. versic. 11. pastoribus [illegible]: *Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo* vestro scilicet Iudaico *quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid*.

A proinde [illegible] locutio cum hac [illegible] habe[illegible] [illegible] *udus* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ment[illegible] [illegible] pe subst[illegible] [illegible] [illegible].

Et gloria Domini super te [illegible] *gloria*, & etiam [illegible] nes, [illegible] quæ cæteris [illegible] Procopi[illegible] pro [illegible] sed [illegible] hæc [illegible] eundem autorem & a Cyrillo [illegible] mitur, [illegible] splendor Patris [illegible] dem subsig[illegible] S. Hieronymus. Noli[illegible] Sanchez pro misericordia Dei [illegible] sistim[illegible], & asti[illegible] locis citatis, quibus [illegible] posset quod [illegible] Ecclesia cantat in Missa [illegible] *Gloria in excelsis*: [illegible] tractu dicit: *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam*: nam materie agere [illegible] gratuitum est beneficium, non personæ dignit[illegible]. Sed vt probe Cornelius à Lapide notat: hæc est partialis notio. 24

B

Ego quidem hoc loco *gloriam Domini* non secus intelligo, ac *lumen* præcedens: confirmatque ex vi verbi Hebraici, & Græci [illegible] zarah, & ἀνατολή, quum [illegible] vtrumque ad ortum lucis spectat, non minus quàm *ortor*. Vt ergo *lumen* est Christus, eius Euangelium, [illegible] omnium splendor [illegible] dignit[illegible] & summa illa [illegible] mansuetia, quam Christus nobis [illegible] *gloria Domini* [illegible] alio vocabulo hæc eadem [illegible] at. Quod verò *gloria* pro luce & splendore ponatur, disces [illegible] cap. 43. Ecclesiastici v. 1. *Altitudinis sir mamentum pulcritudo eius est: species cæli in visione gloriæ* & v. 10. *Species cæli gloria stellarum: mundum illuminans in excelsis Dominus. Gloriam* sumi pro splendore docet Orig. in Ioan. tract. 32. §. *Tunc*. Quare, *Gloria Domini super te orta est*, idê est significatu, atq; *venit lumê tuû*: atq; adeò tecte præcedit: *Surge, illuminare*, vt n. 12. obseruaui. 25 Gloria. quid.

C

22\. En vaticinium illæ adimpletum: Vates ait [illegible] ba, venit, ingressus est, præteritu pro futuro, aut pro participio præsenti Veniens, ingrediês, *vaniendo* appropinquat vt sol nostro sæculo, tanquam hemisphærio. Angelus verò: *Natus est vobis hodie saluator*, Sol iustitiæ splendidissimus, Saluator, saluans & liberans hominem à tenebris peccatorum & ignorantiæ. Luc. 1. v. 78. *Oriens ex alto illuminare his, qui in tenebris & umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis*. Et ipsemet Christus Ioan. 18. v. 37. *Ego in [illegible] natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*: i. vt sim lux mundi. Quare opportunè cum Angelus Domini luminis lucis diuinæ ortum Iudæis in primis annunciat, eos luce, & claritate cœlesti circumfundit Luc. 2. vers. 9. *Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos*: vt ex illa claritate corporea aliam spiritualem infinite superiorem coniectarent. Stellæ quoque splendore Magi, primitiæ Gentilium, ducti fuiut ad [illegible] recens nati cunabula. Repræsento verba nostri Maldonati in Luc. cit. quem inter proceres Scriptorû ponere fas est: *Recte*, inquit, *obseruauit Beda, nunquam alias in Scripturis Angelos cœlesti lumine fulgentes apparuisse. Merebatur sol iustitiæ, qui amictus est lumine, sicut vestimento, vt eius etiam ministri Angeli in ipsius præsertim natali die, lumine vestirentur*. Piè, & ingeniosè Maldonatus, qui nobis porrigit ansam nouæ cuiusdam expositionis: quę est eiusmodi.

Maldonat.

23\. Expositio noua. *Surge, illuminare Ierusalem*, pone sordes, & squalorem, [illegible] lumen & splendorem; amicire splendorem, vt vestem: *quia venit lumen tuum*: nascitur tibi Sol iustitiæ Christus Dominus: non est fas locum esse tenebris, & sordibus, vbi natalis est luminis. Referat se lector ad c. 52. v. 1. *Consurge, consurge, indure fortitudine tua Sion, indure vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem, ciuitas sancti*: nam quamuis illud [illegible] non [illegible] certum pertinere ad Euangelium, vt illic doceo, tamen [illegible] typum salt[illegible], non est dubium. ac

D *Vers.* 2. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

Pars prior ad augendum, & extollêdum beneficium attinet: quo enim beneficium magis est proprium, cûm est singulare, êt maius, & æstimabilius: cûm indicet præcipuâ electionê, ac dilectionê: nâ cûm è quâ plurimis vnum, cui benefacias, eligis, cû cæteris iudicio & voluntate anteponis, quod si cum fit humano examine, ac delectu, qui sæpe peruertitur, tamen magni fit, vnum è millibus eligi: quanti faciendû sit cùm Deus est, qui præeligit, lector considerandum remitto Sed nihilominus, vnde id melius considerate, & expendere queat, ad [illegible]go. Deuter. 4. v. 7. Moyses hoc ponderat: *Nec est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros*. 26 Beneficium eius est singulare, ergo maius.

E Beneficium singulare a Deo, ergo maximum.

Componit Moyses populum Hebræum cum reliquis populis eámque longe antepon[illegible] quòd alij idola colerent, câq; inanis, & suis cum [illegible] bus inutilia, imò exitiosa: Heb. verò popul' Deû verû agno[illegible] in quouis periculo præsentissimû 27 Nationes Gen. de in erroribus, Hebræi in luce.

ad

ad subueniendum & à quo leges & scita sanctissima acciperet, cæteris rebus publicis, & communitatibus in tœcâ nocte manentibus. Nam, vt seponam modò tetram vbique idololatriæ caliginem offusam · de quâ mox, certè leges, quibus vtebantur Resp. & regna, non modò barbarorum, & à disciplinâ ciuili, cultúque humano abhorrentium: sed etiam diligentiùs exculta, multum habebant admixtum tenebrarum, & erroris, Id, ne longior sim singula enumerans, cernere licet in illâ Republicâ, quam Plato, qui Philosophorum & sapientiũ quasi Deus est habitus, quantâ potuit maximâ curâ descripsit, aut finxit: de cuius absurditate illud tantum commemoro: Sanxisse, vt vxores essent communes, atque promiscuæ, atque adeò proles prorsus incerta, nemini cara, nemini curæ. Præterea Ius ciuile Romanum scimus fuisse reliquorum æquissimum: sed in eo nihilominus habuerunt Imperatores posteriores, Christiani præsertim multa, quæ penitus abrogarent, alia quæ corrigerent.

Platonis Resp.

28\. Quare non dubitauit veterrimus ille & diuinitus edoctus legislator dicere, & quærere: *Quæ est alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustáque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos tuos?* Sed cùm lex illa prisca fuerit tripartita, pars vna ceremonialis, pars altera iudicialis, & tertia moralis: videtur Moyses complecti omnes partes quo ordine recensui: *vt habeat ceremonias*, hæc est vna: *iustáque iudicia*, hæc alia iudicialis: *& vniuersam legem*, hæc potest aptari legi morali, quæ est ius vniuersale, commune omni hominum generi, & omni tempori, ac statui, & inantiquabile. Hoc idem donum, & singulare beneficium datum illi nationi multo pòst decantauit Dauid Psalm. 147. cuius exordium est: *Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion*: in quo cùm beneficia temporalia meminisset, ad finem posuit hoc vt maximum, & finem aliorum; *Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel*: *Verbum*, moralia præcepta; *iustitias*, Hebr. *statuta*, i. ceremonialia; *& iudicia*, iudicialia, vt etiam distribuit Genebrardus. Additque Vates, quasi epiphonema: *Non fecit taliter omni nationi* (i. vlli nationi) *& iudicia sua non manifestauit eis*: *eis*, numero plurali, hoc est, aliis: solis enim Iudæis hoc est datum.

Deut. 4. v. 8.

29\. Iam isti duo sanctissimi Vates diuersis temporibus, eisdem propè verbis, diuinitus instincti sic extollunt, Hebræos separatim, & singulariter à Deo accepisse illam legem antiquam, suo dein tempore antiquandam (exceptis præceptis moralibus) quomodo erit attollendum, & celebrandum hoc alterum beneficium, eos in primis, & seorsum lege ac luce Euangelicâ illuminari, cùm interea reliquæ gentes, & nationes Cymmeriis tenebris essent mersæ, & obrutæ? Hoc est, quod præcinit Isaias Moysi, & Dauidi accinens, & supra eorum concentum contendens, & extollens vocem: *Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.*

Maius beneficium lex Euangelica, quàm Mosaica.

30\. *Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos.*] Tenebræ errorum, ac scelerum: quæ horribiles, & formidabiles sunt tenebræ: nam vt gratia Dei, atque sanctitas purgans affectum: & scientia vera excolens & perficiens intellectũ, valde propriè *lux* appellatur: sic è contrario errores & vitia quæ vtramque facultatem corrumpunt, & peruertunt, aptè quoque *tenebræ*, & *caligo* nominantur. Quam verò hisce tenebris esset omnis terra (exempta solâ Iudæâ) & quasi caligine offusa, & aperta, quæ dixi cap. 42. vers. 7. numer. 131. illuc abire iubeo lectorem, & ad cap. 40. num. 297. 300. vbi Gentilium mores, antequam illis illuxisset Euangelium, describo.

31\. Hoc loco in bis tenebris duplex mihi affulget allusio, altera ad originarias illas tenebras, mundóque coæuas: Genes. 1. vers. 2. *Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi*, vt enim in primâ illâ effectione antequã Deus dixisset: *Fiat lux*: mundus fuit opertus tenebris: sic mundus spiritualiter ante aduentum Christi, qui est lux vera, erat coopertus caligine.

32\. At quia tunc nulla erat pars, quæ non esset tenebricosa in principio mundi; & in altero hoc mundo, in genere humano erat licèt parua portio, natio Iudæorum, & Ecclesia veræ religionis retentrix, atque adeò fidei diuinę lumine illustrata: non videbitur fortasse alicui esse allusio conueniens: oportebit animaduertere: lucem illam veterem collatam cum lumine Christi Euangelico, posse vocari quodammodo caliginem, propter vmbras illas figurarum, & obscuritatem vaticiniorum, vt habes expositum sup. num. 11.

33\. Sed altera allusio est clarior ad tenebras Ægyptias, & ad lucẽ Israeliticam. Exod. 10. v. 22. *Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terrâ Ægypti tribus diebus; nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat: vbicumque autem habitabant filij Israel, lux erat.* Hanc allusionem agnouit Forerius. Certè, quia omnes illæ plagę videntur fuisse præsignificatiuæ, & cùm omnes vexarent Ægyptium, & solis Israelitis, ac eorum habitationi parcerent: rectè in Ægyptiis vniuersos Gentiles fuisse præmonstratos intelligimus, tenebris, ac reliquis plagis, & malis, quæ per eas signabantur, afflictos: quamdiu vero Moysi, i. Christo non sunt obsecuti. Itaque hoc quod ait Isaias: *Tenebræ operient terram, &c.* vt probè Cyrillus aduertit, accipi debet de veniente Christo, & de principio Euangelij: nam postea, vt versu sequenti prædicitur, hoc idem lumen disiiciet tenebras Gentilium, & totum mundum illustrabit, non vt lux illa vicaria primo die suffecta, & præfecta, sed vt sol princeps luminare quarto die, in medio planetarum tanquam rex, & rector mundi constitutus, diei præses, & moderator.

Gen. 1. v. 16. Ps. 135. v. 8. Sap. 13 v. 2.

34\. Ex quo alia ducitur analogia, & arcana prænotio: vt lux illa dicta Genes. 1. vers. 2. facta interim, dum sol statueretur, quæque tenebris successit, fuerit typus legis Mosaicæ, quæ prælata est, & illata tenebricoso mundo, donec sol iustitiæ clarissimus, & lumen eius Euangelicum accederet: ergo vt cessit lux illa vicaria soli succedenti: Sic lex illa, & lux illa quasi crepera antiqua concessit Euangelio Bellarminus Psalm. 73. versiculo 16. explanans illud: *Tu fabricatus es auroram & solem*: per *auroram* intelligit simplicem illam lucem, non solis, aut lunæ, quæ solem præcedebat quasi quædam aurora mundi.

Lex Mosaica, lux illa solem præiit ante ipsius creationem.

Vnde,

35. Vnde, quamuis illa lux diem diſcreuit a nocte, ſed non dicitur ei datum imperium & dominatus in diem, ſed ſoli fuiſſe reſeruatum. Geneſ. 1. verſ. 16. Fecitque *Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei.* Vide Pſalm. 135. verſ. 8. Sap. 13. verſ. 2. Quibus omnibus excellentia luminis Euangelici magis emicat, non ſolùm collati cum caligine Gentilicæ infidelitatis, ſed etiam cum illa luce modicâ, & vt Latini loquuntur, malignâ, hoc eſt, parcâ legis vmbratilis antiquæ. Hoc eſt lumen, quod D. Paulus multis locis ſuarum epiſtolarum magnopere commendat, & extollit, Coloſ. 1. verſ. 12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine.* Et eo Apoſtolus eius Petrus 1. epiſt. 2. verſic. 9. *qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.*

Euangelij ſol diem a nocte diſcernit.

36. *Super te autem orietur Dominus.*] Dictiuncula, *autem*, aduerſatiua, exprimit prærogatiuam; ſuper alios populos tenebræ, nox & caligo denſiſſima, ſuper te autem lux ſplendidiſſima, *orietur*, inquam, ipſe *Dominus, & gloria eius*, i. claritas eius *in te videbitur*: in primis: deinde ex te, & per te ad alias gentes effundetur.

Verſ. 3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui.

37. NE Iſrael in animum ſuum induceret, hoc tantum lumen fore, vt ſibi vni illuceret, atque adeò, ſi ille ſe ſubtraheret, otioſum in mundo eſſe futurum, adiungit diuinus Vates, illuſtrandas quoque fore eodem lumine omnes Gentes, neque tam anguſtis Iudææ finibus eius radios eſſe coërcendos. *Neque enim accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio* (ſub modico populo Hebræo) *ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt*: in domo huius mundi. Erat *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Matt. 5. v. 15.

Ioan. 1. v. 9.

38. Et verò decebat tanti luminis dignitatem, vt non ſolis Iudæis illaberetur, ſed etiam ad omnes mundi nationes, & regiones diffunderetur. Superiùs capit. 49. verſ. 6. *Et dixit*: (ſcil. Deus Pater:) *Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt ſis mihi ſalus vſque ad extremum terræ.* Repete illius loci commentarium. Eſt enim ſol, ſol verò non vni, aut alteri loco, vel genti illucet, ſed omnibus ſeſe, niſi ſit obex, impertit. Sol in ſole iſto aſpectabili demonſtratus, de quo Pſalm. 18. verſic. 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio eius: & occurſus eius vſque ad ſummum: nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius*, omnia illuminat, calefacit, fouet, capacia vitæ viuificat, omnia penetrat, etiam terræ viſcera, ibique multa generat. Multo plura, & maiora efficit Sol diuinus Chriſtus, niſi cùm quis ſe eius radio ſubtrahit. De hoc loco Pſalmi, & de Chriſto Domino quatenùs ſol iuſtitiæ eſt, egi ad cap. 42. verſiculo 8. numer. 41. & ſequentibus; cum locum cum hoc valde coniunctum oportebit à lectore reuiſi.

39. Itaque hic mihi Iſaias videbatur, vt etiam Cyrillus indicat, Iudæorum arrogantiam cohibere, quæ naſci poterat ex iis, quæ præmiſit *Surge, illuminare: quia venit lumen tuum*: & cætera: quæ illi populo ſunt ſplendidiſſima & glorioſiſſima: vt aptè dici poſſit Hieroſolymæ illud Pſalm. 86. verſiculo 3. *Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei*, ne ergo Eccleſia è Iudæis coaleſcens inſoleſceret, aut plus ſaperet, quam oporteret ſapere, ſed ſaperet ad ſobrietatem; Vates annectit Gentium vocationem, vt ex æquo fierent participes cum Iudæis huius luminis, & eos huius hæreditatis, non aliter atque Iſraelem æqualis portio contingeret. Et ne rurſus Gentiles ſibi plus æquo tribuerent, & nulla in re Iudæis deferrent, vtrumque attemperans, & librans prædicit: & Iudæos alloquens pronunciat: *Ambulabunt Gentes in lumine tuo*: quaſi diceret: Gentes quoque certiſſimè illuminandæ ſunt, non minùs atque tu, ne inuideas, ne moleſte feras, *dignos fieri in partem ſortis ſanctorum in lumine*: nam *ambulabunt Gentes in lumine tuo*: ex te ad illas lumen emanabit: tibi hæc manebit gloria, quòd per te Gentes fuerint illuminatæ. Hoc S. Simeon in ſuo cantico Luc. 2. verſ. 30. *Viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Vide cap. 19. num 140.

Cyril.

Coloſ. 1. v. 12.

Hæc expoſitio minùs odioſa eſt Iudæis, quàm illa alia: ſcil. vt dicantur Gentes ambulaturæ in lumine Iſraelis, eo quòd Iſrael eſſet prælaturus & præbiturus facem Gentilibus, & ipſe manſurus in tenebris. i. miniſtraturus S. Scripturas, & prophetas, quibus Saluatoris aduentus diſtinctè cum multis, & valde notabilibus circumſtantiis prædicitur: atque adeò exhibiturus erat notas quaſdam certiſſimas, & infallibiles, quibus verus Meſſias dignoſci poſſet: quo indicio Gentiles ducti Chriſtum agnoſcerent, & pro Deo vero ſuſciperent, quod ita reuera accidiſſe noſtriſmet oculis ſpectamus: & primo quoque tempore ad liquidum eueniſſe legimus in Matthæo capit. 2. verſ. 3. ex quo conſtat, *principes Sacerdotum, & Scribas populi* congregatos ab Herode rege, & rogatos, vbi Chriſtus eſſet naſciturus, reſpondiſſe illico: *In Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael.* Quo teſtimonio, & indicio Magi confirmati ſuum iter perſecuti Saluatorem inuenerunt, & religioſiſſimè ſunt venerati. Sacerdotes autem & Scribæ qui quaſi intento digito demonſtrarunt, qui fuerunt indices, neque inuenerunt, neque quærere curauerunt: ergo iis verè prædictum eſt: *Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui.* 40.

Epiph.

Matt. 2. v. 9.

Itaque eodem ſplendore & Gentiles illuminati ſunt per Iudæos, & Iudæi ipſi obcæcati, facem prætulerunt aliis, & vt eſt in antiquo prouerbio, *lampada tradiderunt.* Hoc licèt verum ſit quoad maximam partem populi Iudaici, tamen quia hoc loco Iſaias non agit cum Synagoga excæcatâ nimio ſui luminis fulgore, ſed cum ea parte, numero quidem exiguâ, quę ſuum lumen admiſit, vt conſtabit è verſibus ſequentibus, iſta poſterior interpretatio hinc emouenda, & illa prior fauorabilis, & iuſta retinenda. 41.

Ambu

42. *Ambulabunt Gentiles in lumine tuo.*] Quid sit *ambulare in lumine*, esti videri possit affatim declaratum, [...] sit ex eo Christi prologuito, *Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*, ut enim ambulans in tenebris passim offendit, cadit, palpat pari testu[...] quo, aut qua vadit [...] contrario ambulans in lumine probe dirigit gressus [...] & ambulans in lumine, de quo [...], quod est Euangelium, siue Christus, attingit metam, & consequitur [...] unde Dominus *Ego sum via, & veritas & vita.* Vno verbo, *ambulare in lumine*, est honeste, iuste & sancte viuere quod dixit Apostolus *sicut in die, honeste ambulemus.*

Ioan. 14 v. 6.

43. *In lumine tuo.*] Quot modis ac titulis fulciatur possessiuum *tuum*, docui [...] num. 21. nunc addo, quia tu primum hoc lumen, ô Ierusalem, ô plebs Iudæorum, accipies, & illud cum Gentibus communicabis, iuxta cap. 2. v. 3. *Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem*: repetenda sunt quæ ad illum versum scripsi. Lex enim prior vetus exiuit de monte Sina in seruitutem generans: lex posterior noua de monte Sion in libertatem filiorum educans.

44. *Et Reges in splendore ortus tui.*] Ne quis crederet eruditatas quisquilias & fæces populorum; & quia apud Iudæos hoc nomen, גוים *goim, Gentes*, erat vile, addidit Propheta sapientissimus; *& Reges*, מלכים *melachim*, nomen in omni natione perillustre, & honorabile, præsertim apud Hebræos, qui cùm tegerentur à Iudicibus, talibúsque Magi[stratibus], nunquã secum e dignitate actum iri [...] donec haberent Regem, cumque a Samuele, Deo licet inuito, postularunt. 1. Reg. 8 v. 5. *constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent nationes.* Itaque infimi, medij, summi Gentium accessuri ad Christum prædicuntur sub nominibus *Gentium*, & *Regum*, & quidem primi Gentilium credentium se Christo, Reges fuisse vulgò creduntur.

Nobiles quique è Gentibus Christo parent.

45. Reges autem iubendo, imperando, ferendo leges, & cogendo alios, & mittendo sub iugum difficiliter a se obtinent, vt alieno pareant imperio, alieno viuant arbitratu, quocirca salubre iudicatur institutũ in multis cœtibus, vt Magistratus, & præfecti subinde mutentur, vt sit locus vicissitudini imperãdi, & obediendi. Sed nihilominus aliqua imperia oportet esse perpetua: talia sũt Regũ. Vnde eos relicto suo lumine, suo ductu, nutu, arbitrio, instituto, se totos Christi seruituti dedere, se ei potestati, ac volũtati permittere, res est admiratione dignissima, efficacitas dignissimi luminis, *mutatio dexteræ excelsi.*

Assueti iubere non obedire.

Mutatio Magistratuũ salutaris.

46. Quantopere ceruices Regũ, ac Principũ initio Euãgelij detrectauerint Christi iugum etsi suaue, Dauid Psal. 2. graphice describit: *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius.* Sed vnde hic tãtus fremitus, furor, & indignatio? vnde? quia videbãt se sub iugũ ituros, quare addunt: *Dirumpamus vincula eorũ, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.* Inde coortæ sunt persecutionũ omniũ sæuissimæ tẽpestates in Ecclesiam. Quanta non modo singuli homines, sed etiam populi plurimi vniuersè fecerint, & sint passi pro libertate tuendâ, & arcendâ seruitute, historiæ variæ loquuntur. Quod cùm ita sit, valde affulget, & euicat, istius luminis vis, & efficacitas, quæ tot, tamque proteruos, atq; pertinaces [...] Principes, Regesque cogit suauiter se colla, & capita sua aliòq; in superba, diademata, ac torquibus aureis nitentia iugo legis Euãgelicæ, quo ad speciem, humili & abiecto submittere, hoc prænuntiat: *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.*

Ps. 2. v. 11. Psal. 2. v. 2.

47. Ineluctabilis est potestas, & ditio veritatis, ac luminis cœlestis: vbi agnoscitur, non est, qui non ei manus dedat nisi detestabilis, ac propè Diabolica sit pertinacia, homo enim suo ingenio est animal rationale & à belluis rationis, ac luminis huius vsura secernitur, quod lumen naturale vtpote exiguũ, & ad verã felicitatẽ nõ satis, vbi supernaturali luce roboratur, & ope cœlesti inceditur, vim acquirit admirabilẽ ad pertrahẽdum in viam, & in vitã qui est Christus, ingẽs sane donum est fides Christiana: & horribile barathrum infidelitas, præsertim hæreticorum, quæ reliquis est pertinacior.

48. Præterea adijcio ad commendationẽ istius luminis, & ostẽsionẽ ei⁹ efficacitatis, aliud fuisse peculiare impedimentũ recipiendo Euangelio, eo quòd traderetur per manus Iudæorũ, à quibus ipsi Gentiles mirũ in modũ abhorrebãt, & erãt ab eorũ Religione vehementer [...] adeò, vt cum Roma omniũ ferè Gentium & nationum ex parte saltẽ, admisisset superstitiones, & alquas vero a[...]et, vt tradit historia Romana, & S. Leo [...] in Natali Apost. Pet. & Pauli. his verbis: *Hæc ciuitas ignorans suæ prouectionis auctorem, cum pene omnibus dominaretur Gentibus, omniũ Gentium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem*: a Iudæorum autẽ sacris nõ modò abstinuerit, sed etiã magnopere fuerit detestata. Sueton. in Aug. c. 93. *Caium nepotem quod Iudæã prætervehens apud Ierosolymam non supplicasset, collaudauit.* Cicero pro L. Flacco: *Sua cuique ciuitati religio est, nostra nobis, stantibus Ierosolymis, pacatisque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat.*

Roma superstitionũ omnium cloaca. S. Leo.

Cicero.

Lege Iosephũ l. 18. Antiq c. 4. vbi narrat pulsos à Tiberio Imperatore ex vrbe Iudæos omnes, quòd eorum quidã persuasisset Fuluiæ matronæ nobili, vt Iudaica religionẽ susciperet, & aurum Ierosolymã mitteret. Huius expulsionis meminit Suetonius in Tiberio c. 36. & Tacitus l. 2. Annal. qui multis locis infensiùs & acerbiùs loquitur de Iudæis & de religione eorũ vt adnotaui c. 1. v. 7. n. 173. vbi hoc idem argumentum tracto: nempe Iudæos exosos fuisse Romanis.

49. Hoc odium fuisse cõmune cæteris nationibus in Iudæos, alijs maius, alijs minus, ex historijs carum, & ex sacris satis accipimus: vbi dissidia & bella perpetua ferè narratur, & implacabiles inimicitiæ: quæ magnã parte inter nationes ex diuersitate religionis enascuntur: vt nostris, & superioribus sæculis experientia docuit, hæreses & falsas sectas seminarium esse bellorum.

Odium Gentilium in Iudæos.

Bellorum seminarium hæreses, & sectæ.

50. Sed hoc ipsum aliunde approbo, ex Euangelicis & Apostolicis scriptis. Matt. 23. vers. 15. sic Christus: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum*: i. vt vnum ad Iudaismum traducatis, quo loco illud: *Circuitis mare, & aridam*, rei difficultatem & raritatem, quamuis id non doceret Chrysostomus cuiuis ostẽderet ex quo

sumitur

sumitur quàm alieni essent omnes Gentiles à religione Iudæorum. Adde passim Iudæos ad Gentilismum, ad idola venerandi transiuisse: rarò Gentiles ad Iudaismum, & circumcisionem se transtulisse. Aliud testimonium affero ex Paulo Ephes. v. 14. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem soluens, inimicitias in carne sua*: itaque Iudæi, & Gentiles erant mutuò inimici ob religionem, & eos vicissim separabat, ac dissociabat quidam paries, quem aliqui Mosaicam legem interpretantur, nec improbabiliter, cum Deus hoc signum populo suo impresserit, vt eum ea quasi nota, & stigmate ab aliis populis segregaret, & diuideret: sed quia paries ad vtrosque quos diuidit, pertinet, potest dici cum aliis interpretibus, fuisse diuersitas religionis, & dissidium vtrinque orta: quia Iudæi alias nationes, vt homines immundos, & incircumcisos exhorrebant, & vicissim ethnici Iudæos vt singulariter superstitiosos, & ab communi cultu idolorum alienos & abhorrentes oderant, vt num 48. dicitur, & antea c.40.v.11.num.316.

Photius à Iudæis fallitur Gentilium, quàm à Gentilibus verò religionem Iudæorum secutis.

51. Ergo tam generale, tam antiquum, tamque ingenitum odium Gentilium in Iudæos, efficere, vt non obstaret, quo minus Gẽtiles per manus & doctrinam Iudæorum acciperent lumen & Euangelium, eximia quædam vis & potentia fuit ipsius luminis Euangelici: & hoc quasi admirans, & exaggerans Isaias ait: *Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui*. *Gentes*, olim tam inimicæ & infensæ tibi, *ambulabunt*, non in vmbra tua, non in lege Mosis vmbratili, in qua *circumiens mare, & aridam* vix vnum proselytum ad te trahebas, sed *in lumine tuo*, Euangelico, quod tu accipiens primum, illis prætendes.

Mirabile Gentiles à Iudæis auersos religionem.

Considera pie lector, amabo, Iudæos Romæ tantopere, & tamdiu exagitatos, ac demum cum ignominia inde electos: paulopost sedere in Apostolis Petro & Paulo, & in ea Vrbe principe totius orbis figere Catholicæ Fidei domicilium, & principes Religionis Christianæ factarum; ac statuere crucis sanctissimæ virgã, & consules Romani superbissimos, atq; fastuosissimos suos fasces submitterent, & verò etiã ceruices, quæ toti orbi iugũ imposuerunt: & qui suis legibus, senatúsque cõsultis omnes mũdi nationes obligauerant, eos à Piscatore Petro humiliter iussa & leges accipere, & fideliter custodire; & exequi: vt quàm verissime fuerit prædictum Iudæo: *Ambulabunt Gentes in lumine tuo*: nã in vno Romano imperio Gentes omnes continebantur.

52. *Et in splendore ortus tui*] Puto non esse aliud, sed aliter dictũ: & ex LXX. confirmo, qui omittunt *ortus*, contenti dicere: *in splendore tuo*: sed nihilominus nõ improbo glossam Hieronymi: *Quoniam primum in Christo nata* est: hæc ille, qui *ortum* exponit natalem spiritualem Synagogæ in Christo credẽtis, itaque genita Ecclesia Christi in Apostolis pullulauit producta & diffundit per prædicationẽ in Gentibus. Vnde primigeniam illa ex Apostolis, aliísque primis Iudæis collectã Ecclesiã nominare possumus *Aurorã*. Planè vox זרח *Zarah, ortus*, luci benè conuenit: vnde *splendor ortus tui*, seu *ortus splẽdoris tui*. Ad totã refert, eum quã commode cõferatur Ecclesia Christi incipiens & exoriens in Iudæa regione Orientali: & eiusdẽ Ecclesiæ progressio. & prouectio cum die comparabitur: non quòd maior lux fuerit intensiue in posterioribus fidelibus, quam in primis, id enim non est verũ: sed quòd maior fuerit extensiue, & totum mundum illuminauerit: & sicut dies ex Aurora procedit, & nascitur, sic ex Apostolis; & primæua illa Ecclesia Iudaica prodiit numerosa illa Christianorum familia, quæ repleuit mundum vniuersum. Cantic. 6. v. 9. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* Quẽ locum cum plerique de Ecclesia accipiant, videtur debere de eius exordio exponi. Consule Delrium, & ab eo citatum Gregor. 4 Moral. c 15. De hoc autem argumẽto, & miraculo, quod natio Iudæorum ante Christum adeò cæteris nationibus odiosa eas ad Christum allexerit, vide c.19.v.24. & 25. n. 144. de loco Apoc. 21. v. 24. quo ad Isaiam alluditur dicã inf. v. 11.

Vers. 4. Leua oculos tuos in circuitu, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.

53. Incipit Vates eloquentissimus selectissimis verbis, atque figuris depingere progressum surgentis Auroræ, & adolescentis Ecclesiæ, solis iustitiæ fulgoribus irradiatæ. Alloquitur primos Saluatoris alumnos, Apostolos, & Apostolis Israelitas aggregatos, eosque admonet attendere multitudinem, & amplitudinem Gentilium sui luminis splendoribus attractorum.

Ecclesiæ progressus.

54. *Leua oculos tuos in circuitu, & vide*] Vndequaque ex omnibus orbis partibus homines venturos ad Christũ hæc formula dicẽdi indicat. *Leuare enim oculos in circuitu*, est in quatuor mũdi plagas extendere sic Genes. 13. v. 14. Deus ad Abraham: *Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem, & meridiem, ad orientem, & occidentem*. Vide sup. c 43. vers. 5. vbi eundem orbis regiones nominantur, & ex omnibus ad Ecclesiam fore concursum similiter præcinitur. Baruch 4. v. 36. *Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. Ecce enim veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos: veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo sancti, gaudentes in honorem Dei*: idẽ iteratur a Baruch c.5.v.5. qui si loquitur de reditu ab exilio Babylonico, loquitur de typo Ecclesiæ colligendæ vndecumque, ac proinde vt res, sic verba sunt similia, sin loquitur de nostro euentu, & conuentu Gentilium ad Euangelium cum respectu ad veterem illum reditum è Babylonia, & aliis prouinciis, in quas fuerant Iudæi dispersi, non tam similis, quàm eadem est sententia & prophetia. Simile quid etiam est suprà cap. 49. vers. 18.

Sup. 49. v. 18. Vndequaque venitur ad Ecclesiam. Circumspice terra quid.

55. Quia S. Hieronymus intertexit suo commentario Christi verba Ioan. 4. versiculo 35. ad Apostolos. *Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem*: meritò possit sentire S. Doctor Christum respicere ad hunc Isaiæ locum: nam ibi Dominus sub ea metaphorá docet, non solos Samaritanos, sed alios populos Gentiles, nam idcirco dixit pluraliter: *Videte regiones*, esse aptos ad excipiendum Euangelium, & congregandos in Ecclesiam, vt manipuli comportantur in aream, & deinde Prophetas antiquos facit satores, & Apostolos messores & collectores. Vide non parum hoc loco illi congruens.

An Christus alludat ad Isaiam.

Omnes

56. *Dubitatio. Ex eo liquet constructio.* *Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.*] Non videtur esse aliquid, quo referatur pronomen, *isti*, omne *isti cōgregati sunt*, sed verbo superiori, *Leua oculos tuos in circuitu, & vide*, tribuendum est suum obiectum, sc. *vide* multitudinem hominum vndequoque confluentium: quo posito apte sequitur: *omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.* Et malo ita supplere, quam vulgatam *Lectio vulgata non mouenda.* editionem vel tantillum mutare: nam per Hebræam facile liceret sic edere: *Vide omnes istos*, sed vel tum esset interponendum quod ne... ret, nempe relatiuum, *qui, vide istos*, qui *congregati sunt*: quare satius est, immo... lectione Latinā *Liberum arbitrium.* supplere. Hebr. *congregauerunt* ... vt plan... consilii arbitrij humani in suscepta... ad Christum ... & promptitudo. B quid si sit mutua cohortatio ... conuocatio, vt *Fideles se inuicem excitant ad sequendum Christum.* illa c. 2. v. 3. *Et ibunt populi multi, & dicent: venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Ad commentarium istius versus.

57. *Deo gratia causa principi vocationis.* Sed vt suus locus & quidem princeps detur vocationi & ... gratiæ diuinæ, rectè vertitur passiue: *congregati sunt*: in vnum coacti, grex vnius effecti ex innumeris nationibus, quæ inter se different ingeniis, moribus, studiis, legibus, institutis, & ... odiis & bellis acerbissime dissiderent. Sed iis omnibus sepositis ad Christum suscipiendum consociati sunt, & è lupis, leonibusve oues placidæ redditi, cōgregati sunt in vnum, & idem ouile. Consulito c. 40. v. 11. *in brachio suo congregabit agnos*: vbi de suaui potentiâ Christi congregantis in vnum tam varium, tāmque diuersum, & interdum cōtrarium pecus differo.

58. *V. 16. v 4. & Rom. v. 17. Ecclesia ex Iudæis est radix, cui insiti Gentiles.* *Venerunt tibi.*] Id est, tibi sunt aggregati, tibi accesserunt, tibi radici, ac stirpi vt surculi affixi sunt insiti: vt tu portes illos vt radix, & caudex ac promde tibi sint decori, & ornamento, vnde, nihil est quod eis inuideas videns vnà tecum fieri tanti boni participes: nam tua radicis laus & prærogatiua salua, rectà semper manebit, D quin potius est, vnde miteris & glorieris tanti, tamque nobilis germinis sobolescentis adiectione. Ps. 1... v. 6. *Memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annunciabit populo suo, vt det illis hæreditatem Gentium*, & Ps. 46. v. 4. *Subiecit populos nobis.*

59. *Lectio statuitur. Heterogeneæ aliorum lege.* *Filij tui de longe venient, & filiæ tua de latere surgent.*] Cùm primis affirmanda est lectio posterioris partis huius incisi, quæ multò, & multipliciter variat, nutatque Hieron. in suo textu, & commentario haber: *Filiæ tuæ lac sugent*: Marianus Victorius in notationibus ait se tres tantùm codices Bibliorum manuscriptos vi- *Complutenses & Regij codices.* disse, quæ hanc versionem haberent. Codices Complutenses & Regij: *Filiæ tuæ in latere*, vel *de latere sugent*: hanc lectionem videntur probare Tho. & Rupert. in cōmentario: probat Haymo in contextu, & in scholio. Adamus & Forer. vlteriùs eunt affirmantes sic omnino esse legendum, & aliud esse mendum, *Surgent*, videl. pro *Sugent*, vnius litteræ adiectione. Hæc de Latina versione, & est vero simile, alicubi scri- *L X X. & Chaldæus.* pto fuisse: *Filiæ tuæ de lacte sugēt*. LXX. & Chald. non lac, non latus, sed *humeros* memorant: *Filiæ tuæ super humeros portabuntur*: Hebr. litteræ studiosi, *Filiæ tuæ ad latus nutrientur, aut fouebuntur.*

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

60. *Varietas versionum non turbat sensum.* A Quæ in varietate versionū tametsi mēs Prophetæ, & sententia vix variat, cum omnes eò cāt, vt significent venientes ad Ecclesiā, ab ea vt à matre amantissimā tractādos esse indulgēter, fouendos, & promouendos: tamen quia nō so la diuini Spiritus sensa, sed etiam verba, quibus sensa reguntur, sunt nobis plurimi æstimanda, *Vulgata defenditur.* & vulgata Latina lectio vbiq; defēdēda, nō erit alienum dictas versiones ad examē admonere.

61. Ac primum pono hanc: *Filiæ tuæ de latere surgēt*, esse retentam in Bibliis auctoritate Xisti V. & deinde Clementis VIII summorum Pōtificum recognitis accuratissime, & alicubi emendatis. Præterea ita esse peruulgatam & cōmunem, vt Marian. Victurius citatus nu. 59. affirmet, illam B aliam Hier. in tribus tantùm libris, in sque manuscriptis se reperisse, quē virū egregie doctum & diligentem constat vidisse exēplaria quamplurima Ioānes noster Mariana vir planè omni *Mariana* scientiarum supellectili instructissimus in opusculo pro editione Vulgata cap. 24. inter loca à Complutensi codice mutata, non exemplarium ope, & collatione (nam id dissimulari poterat, vt ait idem) numerat hunc locum Isaiæ, ex eò, quod verbum Hebr. significet *nutrire*. Et idem autor in scholio huius loci, cùm varias editiones posuisset, affirmauit in ea varietate se Vulgatā retinere. Quod quominus cuiuis erudito & pio sit faciēdu, vt alias moneo, ipse nō video.

62. *Ratio pro Vulgata.* C Sed iam & ratione Latinam hanc defendo, afferitur contra eam verbum אמן *aman*, quod est *nutrire* (nam de verbo *latere* nou est lis cum Hebraice doctis, constat enim apud omnes צד *tsad*, esse *latus*) do libenter hanc esse notionem verbi *aman*, verùm nunquam ipse dederim esse propriam, sed translatitiam, sumtam *Verbum אמן aman quid proprie.* ex alia propria, & germana, quæ est *stabilire*, & *Panis est baculus.* sustentare: quam nemo potest negare: ergo vt in diuinis libris panis dicitur fulcimentum, & baculus, quod videre possis, c. 3. vers. 1. num. 3. quia vt baculus sustentat & fulcit corpus, sic *Vnde varietas versionum.* & panis vitam: ad hunc modum à verbo אמן *aman*, quod est *stabilio*, & firmo, ducitur nomen D stabilimentum, & stabilitor, vt ita verterim, quod per translationem accommodatur nutrimento & nutritio, & illo modo sumitur c. 49. vers. 13. *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutri- Sup. 49 v. 23* ces tuæ, vbi prius nomē, *nutritij*, Hebraicè ducitur ab hoc verbo: at posterius à יניק *ianach*, quod est proprie, *lactare*, nutrire, vnde Latinè *nutritius* dicitur non quòd lactet, & proprie nutriat, sed quòd infantis sustentandi curam habeat, vel quod eum gerat in vlnis, nam sæpe pro gerulo ponitur, quo munere similis fit nutrici, quæ vtrumque præstat, infantem nutriens, & gestās. Quare quia verbum *aman* est *stabilio*, statuo, & E firmo, inde traducitur ad significationem *nutriendi*: neque aliud euincunt testimonia in partē contrariā adducibilia, vt rectè notauit Marcus Marinus in Area Noe, verbo dicto *amā*, אמן 63.
Ex quo expeditissimè defendimus Vulgatā editionem nam surgete, & stare, ac stabilire propè sunt eadem: vnde: *Filiæ tuæ de latere*, seu *ad latus surgent*, est ac si diceret: stabiles, & constantes erunt, tuo lātere securæ, ac tutæ erunt, ab omni periculo innoxiæ. Quò sine dubio respexere L X X. vertentes: *super humeros portabuntur*: itaque vim natiuam verbi *aman*, quæ est fulcire, & fideliter sustinere, expresserunt quos suæ linguæ fuisse scientissimos quis negēt,

64. *Lectio Vulgata congruentior.*

Porrò, dimissâ verbi propria significatione, A si quis argumentum, de quo agitur, attentè cõsiderauerit, aduerterit, non aptè cadere: *Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent*, seu quoquo modo conuerteris: *de Lacte*, aut *Lac sugent*. nam in nulla oppositio, nulla compositio apparet: at vero in illa est elegans: nam *venire* componitur cum *surgere*, & *de longè*, cum *de latere*. in quibus statim eiusdem gratia & venustas, vt in explicatione magis elucebit.

65. Hinc cognoscitur origo diuersitatis. nam quoniam verbum protographum *aman*, per translationem trahi potuit ad alimoniam, & verti *sustentabuntur* aut nutrientur, placuit primò interpreti, quicunque ille fuerit, vertere adhuc, *sugent*: quia infantes lactendo vbera nutriuntur: cumque verbum *Sugere* cum nomine *latere* minus videretur congruere, cõuersum est in *lac*, nam & cum vbera matris pectore, atque adeò in latere, eo aptè versio non disconueniret. Sed assatim de lectione, iam de intellectione.

66. *Cur gentiles ante conuersionem filij.*

Filij tui de longe venient.] Prædicat ad Ecclesiã Christi confluxum esse (?) ... Mitto quærere, cur venturi Gentiles ad fidem appellentur *Filij*, cum antequam venissent, non modo non essent filij, sed iam essent, & ... a Christo *canes*. Matt. c. 15. v. 26. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*: vbi passim à Christo appellari Gentiles *canes* & Iudæos ... *filios*: quia hæc quæstio est ... & fuit ... c. 4. v. 11. ad ea verba: *in brachio suo congregabit agnos*, num. 286.

Gentiles cur de longè.

Alia quoque dubitatio, quamobrem dicãtur de longe venturi, non est valde impedita, quoniam infidelis omnis a Deo quam longissimè abest, vt docui c. 41. n. 135. Ergo apte, & conuenienter dicuntur Ethnici procul aduenire, & Iudæi de latere surgere, quoniam hi erat propè, vt sapientissime Paulus vtrorumque doctor & quasi caduceator, affirmat alloquens Gentiles Ephesios c. 2. v. 17. *Et veniens* (i. Christus) *euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis, qui prope.* Vide c. 41. num. 135. cap. 49. num. 36. c. 57. v. 19.

67. *Iudæi propè.*

Iudæi erant ad latus, propè: quia credebãt in Messiam venturum, vnde eis fuit facile ex vaticiniis, ex figuris, aliisque notis certissimis præsentem agnoscere. Itaque non fuit opus eos a rudimentis, primisque fidei elementis edoceri, vt Gentiles omnino rudes tantorum mysteriorum.

Gentiles filij & Iudæi filiæ.

Quare si ita interpretamur, facile cognoscitur antithesis, inter, *de longè* & *de latere*; & cur etiã Gentiles *filij*, & Iudæi vocentur *filiæ*: quia hoc posterius nomen sit indulgentius, & quia filiæ domi detentur, matri assideant, ad latus, & ad manum sint, ministeriis domesticis astrictæ, & ... vix limé egrediuntur (?): at filij foris vagantur, & negociantur. Ergò Iudæi qui in domo Dei, in Ecclesia & fide manebãt, pitubè filiæ nominantur & Gentiles, qui foris erant, filiorum nomine distinguuntur. Ex quo alia ratio discriminis apparet, quòd in arcanâ Scripturarũ significatione fideles appellantur Virgines, quod adnoto, c. 42. n. 1 ... ac proinde fideles qui se è Synagogâ, legitimâ olim Dei Ecclesia ad Christum transtulerunt vtpote inuiolatæ fidei Virgines, & ... dici potuerunt *Filiæ*, nam pro Virginibus substituit *Filias* canticum canticorum ... ostendit.

Fideles sunt virgines, & cur.

68. At quoniam plerique autorum aut docent, aut certè sumunt vtrãque partem pertinere ad vocationem Gentium, in hoc quoque suis potterit distribuere & accommodare. Tum oppositio locorum, *de longe*, & *de latere*, necesse est vt pertineat ad vniuersitatẽ omnium Gentium, & vndecumque cõfluxum: & istud videtur ... è superiori membro, *Leua in circuitu oculos tuos & vide*, &c. itaque iis duobus differentiis locorum, *procul* & *propè*, seu, *de longe*, & *de latere*, comprehendit omne hominum genus, omnẽ gradum, ... atque locum. Sunt enim differentiæ generales, & discedentes ex latere nam ... modo sit, qui non ... procul, aut propè ... in scripturis ... & ... B omnium ... his differentiis, *procul & prope* omnem locorum varietatem.

De longè, de latere quasi adagium.

69. Hic expositus videtur mihi genuinus, inoffensus, & ad ... propositum appositissimus in quo cuique ... suum verbum venustè tribuitur, iis, qui procul, *venire*, iis qui propè, qui ad latus sunt, *surgere*. Quod si quid occultius adhuc ... mari libeat, maiorẽ vel minorẽ difficultatem in Gentilibus ad fide suscipiendam licebit agnoscere, vt aliis longius fuerit veniendum, grauiores superandæ difficultates, alij faciliorem habuerint accessum, & quasi *de latere* surrexerint. Sed in hoc non valde conquiesco; nisi forte, vt morali aut mystico, indicat Hugo in mystica C expositione.

Alij propiores, alij remotiores fidei accipienda.

Sed quid de ista altera differẽtia *Filiorum*, & *Filiarum* ... fas esset mihi dicere ... expolitionem, & ornamentum è varietate nominum quæsitum, Scripturæ sanctæ familiare. Sic supra c. 49. v. 22. 23. *Afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt*, vt enim afferre in vlnis, nihil aliud est, quàm portare super humeros, ita filij & filiæ non significant rem diuersam, & v. 23. similiter: *Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ*, amat enim lingua sancta hanc sexus vtriusque de eadẽ re coniunctionem.

Filij & filiæ ad ornatum orationis distinguuntur.

70. Secundò possit pertinere *filiorum filiarumque* coniunctio ad indicandam copiosam sobolem, vt placet Sanctio, neque improbabiliter. Demum D si arcane sint exponenda nomina, quod faciunt Hier. & Hugo, quorum ille robustiores in filiis, & infirmiores in filiabus intelligit, hic verò, è grauioribus peccatis conuersos vult esse filios, & de minus grauibus filias, ego quidẽ per *filias* gentiles elegantiori doctrinâ, & ornamentis dicẽdi excultos facilè acceperim, eo quòd videã in nostris litteris hanc elegantiã fœmineis vocabulis insigniri, quod mihi videor osteodisse c. 40. v. 9. *Super montem excelsum ascende tu quæ euangelizas Sion*: vbi Hebr. est *euangelizatrix*. vide locum, num. 120. & cap. 52. num. 42.

Deinde ad multiplicationem sobolis.

Tertiò Filiæ ad elegantiã sermonis.

71. Ex occasione c. 16. v. 61. Ezech. vbi sic Deus, *Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cũ receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis, & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo*: ex E occasione istius vaticinij, quòd est eiusdem argumẽti, vt clarorũ interpretũ est sentẽtia, venerat in mẽtem suspicari, filiarum nomine designari subiectionẽ & obsequium, solẽt enim filiæ esse matri magis subiectæ, & obsequẽtes quàm filij. Cæterũ certũ sit, hoc loco nõ propriè & physicè spectari discrimẽ sexus, maris, & fœminæ, sed moraliter & metaphoricè, atq; adeò eosdẽ fideles dici filios & filias diuerso respectu; dici potuere filij, ob actionem, & virile robur, in quo cõsentit

Quare, ad subiectionem & obsequium.

Hiero

Hieronymus, & filiæ ob subiectionem & obsequium, quo fauet Ezechiel.

Vers. 5. Tûc videbis, & affiues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit ibi.

72 Distinctiùs, & latiùs exponit superiorum, aut [illegible] ad matrem Ecclesiam, illam primam Ierosolymitanam accessionem: idque dicendi genere elegantissimo, & significantissimo.

73 *Tunc videbis, & affiues*] Quoniam mihi [illegible] *leua in circuitu oculos tuos*, rectè [illegible] quitur, monente Hieron. *tunc videbis*. Forerius præterea adnotat & exemplis firmat Sanctius, verbum *videre* positum absolute, pertinere ad gaudium: quod ab hoc loco non est alienum: & in textu LXX. apud Hier. est. *Tunc videbis & gaudebis*. [illegible] pro eo, quod Latinè, *affiues*: ac si hæc affluentia sit nihil aliud, quàm effusa lætitia.

Videre positum absolutè spectat ad gaudium.

Affluere, quid.

Sed alij interpretes ad copiosam sobolem, instar aquarum accurrentem referunt: vt enim flumina vndique multis torrentibus, & riuis confluentibus affluunt, & alueum, ac ripas supergressa exundant, & exspatiantur, seque intra terminos antiquos continere non possunt: ad eum morem, prædicitur fore, vt Ecclesia illa in origine parua effluat, & redundet, & campos longè, latéque occupet, & impleat: Et quidem populos comparari cû aquis nota S. Scripturæ est autoritas, & à me indicata c. 48. nu. 2. Deinde populorum ad Ecclesiam conuentú componi cum aquarum confluxu videre est c. 2. v. 2. *& fluent ad eum omnes Gentes*, vbi est idem verbum, נהר *nahar*. & c. 55. v. 5. *Et Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum*: qui cursus conuenit etiam aquis.

Ecclesia incrementorum

Aquæ pro populis.

Sup. 55 v. 5.

74 Ergo tot, tantisque aquarum riuis vndique concurrentibus ad te augendam, ô Ecclesia, & incredibili celeritate confluentibus, & tantùm non præcipitantibus, non poteris non affluere, & quoquo versus redundare, & quasi præ gaudio, exultanti, & lætitia impotenti diffundi. Ex quo versio Græca cum Latina componitur, & verbum duplex sequens exponitur: *Mirabitur, & dilatabitur cor tuum*: admirabilitas ex nouitate, dilatatio ex lætitia: nam vt tristitia contrahit, sic gaudium diffundit. Admiratio similis reperitur c. 49. v. 21. *Et dices in corde tuo: quis genuit mihi istos?* Etsi hæc admiratio magis conuenit Ecclesiæ ex Gentibus, vt ibi moneo. sed vtraque proficiscitur ex subita & inopinata sobolis affluentiâ.

Ecclesia instar fluminis exundat, & augetur.

75 At antequam vltrò procedo, volo occupare quæstionem: quî enim congruit hæc prædictio cum euentu? nam legimus in actibus Apostolicis, & in alijs fide dignis historiis primos ex circumcisione Christianos tulisse quâ ægerrimè, quòd Gentiles aggregarêtur ad Euangelium, & confluerent ad Ecclesiam: quam tristitiam & inuidiam potes cognoscere c. 42. nu. 183. c. 43. n. 109 Quæ quæstio non aliter est submouenda, nisi distinctione primorum Christianorum ex circumcisione, nam Apostoli, discipuli Domini, aliique viri sanctitate clarissimi nimiopere gauisi sunt accessione Gentiliû, & in eam procurandam totis viribus incubuerût,

Iudæi partim inuiderunt, partim applauserunt conuersioni Gentilium.

Act. 11. v. 1. 2.

prout in mandatis a Christo acceperant, & in eâ legatione obeunda [illegible] laboribus, vitaque per [illegible] Iudæi [illegible] tudiores, paruique [illegible] & in seruore casitati modice euecti, eam præ se tulerunt inopportunam inuidiam & æmulationem, quam tamen [illegible] temporis, & fidei profectu posuerunt. Isaias igitur priores fideles alloquitur Apostolos, & [illegible] Apostolico spiritu.

Act. 11. v. 18

76 *Quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi*] Non oportet [illegible] enucleatius euoluere facile [illegible] quis persuaserit; sed debere [illegible] hoc intelligere. Gentilium conuersionem fore notabilem & insignem, & numero, & dignitate venturos ad Euangelium homines potentia, opibus, nobilitate, ingenio, literisque clarissimos & fortasse [illegible] Vates significat, secus fore in Iudæis ex quibus minores crediderunt, maiores, & nobiliores maximam partem occæcati sunt.

Multitudo maris] Nationes maris [illegible], aut accolæ: quæ faciliùs multiplicãtur ex cõmercio & communione aliarum gentium, quibus mari adeundis expeditior est cursus. LXX. *diuitiæ maris*: nam המון *hamon*, etiam *diuitias* significat, vt Ps. 36. v. 16. *Melius modicum iusto, super diuitias peccatorum*: itaque vt Latinis *copia* & est rerum aliarum, & diuitiarum abundantia, sic & *hamon* Hebræis & ciuitates maritimæ solent esse locupletes, & diuites ex mercimonijs.

Populi maritimi magis crescunt.

77 *Et fortitudo Gentium.*] Hoc a superiori non differt sensu. Nam qui mare incolunt vel trâsmittunt, qui dicuntur *multitudo maris*, gentes etiam sunt. Vnde generatim, vt dixi, accipiendum, nobiliores quosque & potentiores aliis que domus instructiores Ecclesiæ futuros, quod deinceps magis explicat recensens populos aliquos prædiuites, Iudæisque finitimos, quorum notior erat, & celebrior opulentia.

Nobiliores, & potentiores Ecclesiæ formant.

Vers. 6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciâtes.

78 QVominus constet apud omnes omnino, hanc orationem esse metaphoricâ, obstat duplex genus interpretum: alterum Iudæorum, qui hæc omnia propriè, & absque vlla figurâ accipiunt, & in tempus sui Messiæ futuri protriti mordicus tenent. Quibus Hieron. (mirû) id demum largitur, si verum Messiam recepissent, tunc ista propriè fuisse euêtura: quasi fuerit non pura, sed conditione affecta promissio. Sed qua de causa id largiendum sit Iudæis, ego non video: cùm ipsi alia quamplurima, & quam simillima figuratè interpretentur, neque nos omni ex parte figuram inducimus, nam re verâ Madianitas, Ephæos, Sabæos, & Cedarenos accessuros ad Ecclesiam Ierosolymitanam asserimus, id autem quod de camelis & dromedariis, aliisque adiunctis præscribitur, translatitiè poni docemus. Ad Christum enim vt fiat accessus, non opus est gressibus iumentorum, aut passibus corporis, sed solius cordis affectibus. Et verò plerique Gentilium in suis regionibus, ac sedibus manentes venerunt ad fidem Ecclesiæ; nam ea fuit Christi prouidentia, & iussio Apostolis, & eorum

Qui aliud exponant.

Oratio metaphorica.

rum posteris intimata; vt ipsi totum peragrãtes orbem omni hominum nationi Euangelicum lumen inferrent. Matt. 8. v. 19. *Euntes ergo docete omnes Gentes*: Marc. 16. v. 15. *Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

79. Noluit Saluator sapientissimus, & suauissimus cogere Gentes, vt ipsæ ad Apostolos, vbilibet manentes accurrerent, sed potius ipsos Apostolos, vt vitrò adirent Gentes, eisque lumen doctrinæ cœlestis ulterrent: vt esset conuersio facilior, & mori hominum opportunior. Vnde prudenter Paulus Rom. 10. v. 14. illas interrogationes vrget: *Quomodo credent ei, quem nõ audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptũ est: quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!* Ergo vt hæc Gentium conuentus, & concursus in Ecclesiam Christi, non opus est camelis & dromedariis, aliisve iumentis, quibus aut homines, aut eorum opes & munera vehantur: atque adeò necesse sit hæc accipi figurate.

80. Sed restat & obstat alter ordo expositorum partim Rabbinorum, partim Catholicorum affirmantium hæc fuisse prædicta de instauratione templi, & vrbis Ierosolymæ post captiuitatem Babylonicam, atque adeò propter contigisse. Quinam ex Catholicis ita sentiant, posui supra n. 3. 4. è quibus eximo Hugonem Cardinalem suo ipsius chirographo: qui hoc versu addit: *Hoc autem non legitur accidisse Iudæis, licet ipsi sic fabulantur.* Quocirca miror id tribui Hugoni. S. Thomas anceps est, iam vnam, iam alteram sententiam referens, modò vtramque cõiungens: vnde vnus videtur remanere ex antiquis nominatim appellatis Andreas apud Hugonem illius sententiæ patronus: quam litteralem esse immeritò placuit Sanctio nostro asserere: & alteram de Ecclesia solùm mysticã, nã reuera hoc est arma deminuere aduersus Iudæos: quorum peruicaciam mysticis sensibus constat eutinci non posse. At si contra ostenditur, illic cõtenta nunquam, si propriè sumantur accidisse, quod est facile ostensu, cogentur sumere metaphoricè, aut ad futurum Messiam appellare, quod factitant, vbi simili vaticinio premuntur: sed hic alius error faciliùs aliunde refellitur.

81. Maneat igitur positum; hunc orationis cursum esse figuratum, & historice, ac litteraliter intelligi de vocatione Gentium, vt sentiunt scriptores clarissimi citati nu. 5.

Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha.] Cameli, & dromedarij sunt iidẽ Tito Liuio 4. Decad. lib. 7. sic scribẽti, cùm describit Antiochi exercitum: *Syri plerique erant Phrygibus & Lydis immisti: ante hunc equitatum falcata quadriga, & cameli quos appellant dromadas.* Hebr. nomina diuersa quidem sunt litteris, at LXX. vno & eodem nomine κάμηλοι reddũt, *cameli*: Iuniores quidam posterius Latinè redditum *dromedarios*, volũt esse camelos minores, ita Arias; alij esse pullos camelorũ; sic Vatablus & Pagniniana versio: ac Pagninus in thesauro esse camelos fœminas. Sed licèt, ad id, quod agimus, parum intersit hoc vel illud, sed maior fides videtur habenda Græcis sine vllo discrimine interpretantibus, & Liuio historico graui disserte affirmãti duplici hoc vocabulo animal

Liuius.

idem appellari: quorum vtrumque etsi sit Græcum, κάμηλος, & δρομὰς sed prius acceptum ab Hebræo גמל gamal, posterius vero à δρομὰς dromos, qui illos velocius, quàm cæteri iumenta grassantur.

83. Quorum animalium: quia apud Arabas fuit magna copia, & vsus frequens vehendis oneribus, & faciendis itineribus, & de conuenturis Gentibus magna alacritate, & celeritate ad Ecclesiam habetur oratio: aptè camelorum, seu dromadum inundatio prædicitur: *inundatio* ad multitudinem omnium ab eam properantium, & *camelorum*, ad velocitatem accurrentium ... & ad munerum & donorum pondera portantium ... optima ... & valentissima dorsa camelorum ... 24. v. 10. famulus Abrahæ profecturus in Mesopotamiam ad quærendam vxorem Isaac ... decem camelos optimis quibusque hominis ... Apud orientales varius fuit vsus, & ingens numerus camelorum ... vnus Iob tria millia possedisse narretur; ad prælia quoque admouebantur, vt ex historia humana cognoscimus ... sed hoc loco, vt dixi, vehendis hominibus & oneribus preciosis per figuram adhibentur.

84. *Inũdatio camelorũ.*] An sit eõdem modo translatum, dubitari queat. LXX. emolliunt. *Greges camelorũ*; alij, *Multitudo camelorũ*, vertentes ... cum ... Latinus hoc idẽ nomen vertat, *inundationẽ*, credendum est, cã esse nominis potestatẽ, neq; metaphora existimãda est prædura. Nã ... præcesserit verbũ illud, *affluet*: n. 5. ex pelum, non malè hominũ turmæ, & catervæ, aliæ super alias adueniantes, & approperantes cum vndis aquarũ comparantur. Nam multitudine hominum tumultuantium, & præ loci angustiis se huc, illúcque reciprocè propellẽtem, bene diceres, vndantem: certe Hispani venustè dicimus: *olas de gẽte.* Hoc potius placebat, quam si referatur ad pulueretem excitatum a camelis: nam vt demus esse simul ventum, qui non semper est, à quo feratur, feretur sanè versus vnam partem, nõ tamen vndauerit, quódque affertur è Poëta.

Atratóque vndantem puluere fumum.

Id non probat: nam aliud est vndare fumum hinc illúcque agitatum vento, vel puluere, quod aptè transfertur, & aliud vndare ipsum pulverem, quod oculi refellunt.

85. Copiosam hominũ multitudinem componi cum fluctibus maris alij notarũt hoc loco ego addo ex Ieremia 51. v. 42. *Ascendet super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est*: de exercitu hostili obruente, & occupante Babylonem: ergo vt illic in partẽ infeliciorem prædicitur Babylon operiẽda multitudine fluctuũ: sic hic, in partem feliciorem eodem verbo Hebræo prædicitur Ierusalem, i. Ecclesia Ierosolymitana cooperienda vndis innumerabiliũ militum, qui non ad eam perdẽdam, sed ad iuendã, ornandã & augẽdam alij super alios, instar fluctuum, sese prouoluent, & quasi præcipitabunt: nõ vacui, sed muneribus preciosissimis onusti.

86. *Dromedarij Madian & Epha, omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes.*] *Per familiarissima nomina* (ait Hieron.) *barbararum Gentium, quæ sunt vicina Israeli, totius mundi conuersio prædicatur.* Qui idem Doctor sanctus paulo superiùs dixerat, Madian & Epha esse regiones trans Arabiam & totam Prouinciam appella Saba: vnde ad Salomonis explorandam sapientiã venit Regina quædam, vt in libris Regum ... 3. Reg. 10.

Inter

Inter liberos, quos Abraham tulit è Cethurà, numeratur Gen.25.v.2. *Madian*, & ex hoc ortus *Epha*: à quibus est procliue creditu, eas regiones fuisse cultas & nominatas.

87. Particulares prouincias & nationes solere afferri à S. Scriptura pro omnibus Gentibus, præsertim vbi de conuersione ad fidem agitur, aliàs non semel vidimus. recurrito ad cap.19.v.24.num.139.c.45.v.14.nu.142.

Vt enim non est necesse, vt Gentiles camelis aut aliis iumentis, vel vehiculis vsi ad Ecclesiã accesserint, vt n.78. aduertitur; sic hoc de auro, & thure non cogimur propriè interpretari, sed metaphoricè, quæ quidem eo potiùs tribuuntur iis locis, quod ea loca fertilia fuerint earũ rerum. Nam thura Sabæa celebratissima sunt apud omnes autores, præcipuè apud Poëtas. S. Cyrillus intelligit in *auro* & *thure*, & in lapide precioso, qui additur ab eo in textu, bonorum operum splendorem, & suauеolentiam.

88. Cæterùm, cùm Gentes bona opera Ecclesiæ non attulerint ipsæ, sed potiùs in Ecclesiâ & ab Ecclesiâ acceperint, in quâ primùm cœperunt benè agere, & honestè, vt in luce, ambulare, cõgruentius videtur naturalia bona intelligere, vtpote ingenium, eruditionem, eloquentiam, nobilitatem, potentiam, gloriam rerum fortiter gestarum, adde, si vis, opes & diuitias: quæ omnia Gentiles alij alia, alij plura, alij pauciora sine dubio secum in obsequium & decus Ecclesiæ contulerunt. Cuius rei imago præiuit in Reginâ illa Sabæa, quæ 3.Reg.10. v.10. *Dedit Regi* (Salomoni) *centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosas: non sunt allata aromata tam multa, quam ea, quæ dedit regina Saba Regi Salomoni.* & v.13. *Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia, quæ voluit: & petiuit ab eo; exceptis his, quæ obtulerat ei, munere regio.* Itaque in hac re gesta Salomon gerit personã Saluatoris, regis pacifici: Regina Sabæa præsignat Gentilitatem, quæ defert ad Christum dona, quæ fert eius regio, & conditio: & accipit à Christo quæ non habet, quæ optat, & plura quam optat. quia hic tantus, tamque munificus rex regio animo non solum implet, sed excedit etiam supplicum preces, & vota. Huic siue allusioni, siue accommodationi historiæ ansam mihi dedit Hier. huc loco ita scribens: *Vnde fuit & Saba regina, quæ venit sapientiam audire Salomonis, & ipsa deferens aurum, & thus, pacifico regi multa deportans, & ab eo maiora suscipiens.* Quibus verbis id, quod dixi, subsignificat S. Hieronym. Hieron. Ergo Gentiles obtulerunt Christo, & eius Ecclesiæ bona externa, & receperunt interna: attulerunt temporalia, & retulerunt sempiterna.

89. Quod si Isaias cùm hoc prædiceret, adiecit oculos ad id, quod multo ante Dauid præcecinerat Ps.71.v.9. & 10.11. *Coram illo procident Æthiopes; & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei*: cùm hæc Dauidica Prophetia attingat adorationem Magorum, existimari oportebit, ab Isaiâ eamdem attingi. Et verò Ecclesia in officio Ecclesiastico Epiphaniæ quo Magorum aduentum ad Christum adorandum celebrat, ex Psalmo prædicto, & ex hoc Isaiæ versu verba ipsissima reponit: quod tametsi non euincit recitationem esse litteralem, quidquid Leo Castrius contrà nitatur, cùm Ecclesia in officio Ecclesiastico sæpissimè verba S. Scripturæ in sensu accommodatitio vsurpet: tamen habet nonnullam autoritatem, accedentibus præsertim claris autoribus qui ab vtroque Vate, aut ab altero præsignari Magorum adorationem affirmant. De Psalmo 90.
Dauidis consulendi interpretes, in primis noster Lorinus multos & nobiles allegans: quibus adde Genebrardum. Sed nos nostrum nunc Vatem curemus (quo prædici Magorum aduentum dissertè tradunt Chrysostomus homilia 1. statim in principio, ex variis locis Matth. Prosper 3. p. Prædict. 6. E recentioribus Hieronymus a Sancta fide lib. 2. contra Iudæos, in tom.4. Bibliothecæ VV. Patrum. Lorinus Psalm. 71.vers.10.pag 412. Sanctius hîc num. 33. Cornelius à Lapide, Leo Castrius, S. Thomas, & indicat Arias. Affinitatem vtriusque loci, Psalmi & Isaiæ agnouit Procopius, Lorinus citatus & Cornelius.

Qood cùm ita sit, fit, vt non tantùm metaphoricè, sed etiam propriè, vt aliquid Rabbinis gratificemur, possit intelligi, non futurum, vt illi, sed exactum, & iam effectum. At duo video 91. Obiectio.
posse obiici aduersùs hanc postremam de Magis adoratoribus interpretationem: alterum; in Psalmo, scribi סבא, *Saba* cum *samech*, in Isaia verò שבא *Saba* cum *schin*, ex quo consequitur, vtrumque locum de eodem non accipi debere, cùmque probabilius sit Dauidem loqui de illo euentu, vt constat e maiori numero id sentientium, inde colligitur Isaiam de eodem non agere. Hoc amoueri potest bifariam: priori modo, si dicamus, facilem fuisse vnius litteræ loco alterius valdè similis substitutionem: posteriori modo, si notemus, in Psalmo pro *Arabum, reges Arabum*, haberi Hebraic. *reges Saba*, שבא, *Saba*, eisdem characteribus, quibus apud Isaiam. Solutio.

92. Videndus est Genebrardus ad Psalmum citatum vers.11. & v.16. Bellar. v. 10. qui ait, eamdem esse regionem *Saba* apud Dauidem & Isaiã, & esse Arabiam Felicem, quæ scribitur per ש, *schin*: alteram verò quæ scribitur per ס, *samech*, esse Arabiam, latiùs patentem, quâ continentur Madian & Epha. Quocirca subindicat Bellarminus affinitatem vtriusque loci: & vtrobique duas Arabias vtpote vicinas nominari. quarum vna nimirum deserta, quia camelis abundabat; altera nimirum fœlix auro, & thure: vtramque iunxit vterque Vates, quia vterque de donis Christo afferendis agebat, quibus afferendis opportuni erant cameli.

93. Et quia vterque etiam præuidit, primitias offerentium & afferentium munerà, futuros esse reges illos Magos orientales, ita spiritu sancto autore vaticinium disposuit, vt & posset esse generale Gentilibus omnibus, & peculiari nomine conuenire tribus illis regibus. Ex quo aliud quod posset obiici, submouetur: nempe, dici ab Isaia; *Omnes de Saba venient*: & Magos, plurimum fuisse tres. Hoc, inquam, dubium facilè tollitur: nam illi tres totam Gentilitatem secuturam præiuere, & in se quodammodo repræsentarunt. Aliter soluit hunc eumdem nodum Leo Castrius ex codice originali, vbi כלם *culam*, i. *omnes ipsi*, quod non tam latè patet. Sed nostra nobis magis placebat respõsio.

Et vt nobis cõstemus, addendum, illis materialibus donis Magorum fuisse præformata omnia quæcumque erant in Gentilibus æstimabilia, siue naturâ sua, siue hominum iudicio, & opinione, vt num. 88. adnotaui.

94. *Et laudem Domino annunciantes.*] Hoc iam pertinet potius ad ea, quæ accipiunt, quam ad ea, quæ apportant & offerunt, nam diuinæ laudis annunciatio nascitur ex fide interna: *corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Ergo Gentiles ad Ecclesiam & ad Christum a Patre lumine illustrati, & attracti offerunt quæ a Deo auctore naturæ dona acceperant comprehensa sub vocabulis auri, & thuris, & quæ ab eodem Deo autore gratiæ fuerant adepti spiritualia charismata, eis vtentes ad diuinas laudes celebrandas, & pro tantis donis gratias agendas. Itaque alacres, prompti, & læti cum laude, & iubilo se & sua omnia offerent Saluatori.

95. LXX. aliter, hoc est, passiue videntur accepisse, cum verterint: *Et salutare Domini euangelizabunt:* quod licuerit referre ad illud v. 4. *Et filiæ tuæ de latere surgent:* hoc sensu: *Filij tui de longe venient,* i. Gentiles qui erant procul admodum a fide, & a Deo; sed vbi ad te venerint, vbi tu eos fueris amplexa, & tuo gremio foueris, *Filiæ tuæ de latere surgent,* i. matres euadent fœcundæ ad alios per prædicationem gignendos in Christo. LXX. *salutare Domini euangelizabunt.* Quod videre licet in quamplurimis viris, qui simul e paganismo se conuerterunt in sinum S. Ecclesiæ, ad alios docendos & regenerandos per eamdem fidem strenue & cõstanter allaborarunt. Testes sunt S. Dionysius Areopagita, Polycarpus, Irenæus aliique temporum Apostolicorum, & aliquanto iis posteriores Cyprianus, Hilarius, Basilius, Hieronymus, Augustinus & quotquot ferè seculo prisco doctores multi nobilissimi.

Vers. 7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.

96. HOc carmen magis affirmat, quod dudum dixi, locutionem esse figuratam. Fit allusio ad morem, ritúmque Ecclesiæ pristinæ, in qua multæ, & multiplices hostiæ mactabantur quæ omnes è pecore, & armento constabant. Ad templum illud Iersolymitanum, & ea, quę in eo fiebant sacrificia, & oblationes, tuenda erant necessaria tria genera rerum: metalla & id genus alia ad ornatum & decus: odoramenta ad suffitum, & incensum: ac demum greges pecorum ad victimas & sacrificia, quarum rerum abundantiam pollicetur figurate Isaias hoc loco non defuturam Ecclesiæ, vt sit respectus elegans ad Synagogam, & ad materialem Ierusalem. Versu superiori promisit auri copiam, & in eo reliqua ornaméta, promisit thuris abundantiam: nam idcirco meminit camelorum aduecturam. Hic verò pollicetur greges pecorum Cedar, & Nabaioth, quæ regiones sunt pascuæ, herbidæ, atque adeò pascendis pecoribus opportunæ. Vnde hæc sensu à superioribus non differunt. Optima scil. quæque fructibus regionum & gentis Christo, & Ecclesiæ

cessura & seruitura. Sic tandem Sanctius numero 94.

97. *Super placabili altari meo.*] *Placabili,* passiuum pro actiuo: i. quo ego placor, propitius fio. Hebr. רצון *ratson,* i. *Altare voluntatis meæ,* beneplaciti mei, in quo mihi complacui. Quod vocabulum vt benevidet Leo Castrius, Euangelicũ est. Ecloga c. 42. v. 1. *Electus meus, complacuit sibi in illo anima mea:* vbi est verbum, à quo docitur nomen istud. Vnde silenter amouetur altáre illud vetus, tot victimarum perenni sanguine redundans. Tantumdem ac si diceret: Tunc demũ hostiæ offerentur super altari meo, quod mihi fuit sẽper in votis, quod mihi erit cordi, quod voluntatem meam explebit: nam illud alterum legis Mosaicæ non adamaui, non volui, nisi quatenus huic nouo subseruiebat, illúdque pręfigurans quodammodo apparabat. De quo fusè ad c. 1. v. 11. à num. 105. *Altari victimarum sublatum.*

98. At quod erit hoc altare Deo gratissimum, in quo sibi tantopere complacet? Primum dici potest, esse Ecclesiam Christi, in qua Deo spirituales hostiæ offeruntur, ob quod à S. Petro Christiani omnes appellantur sacerdotes, 1. ep. 2. v. 5. *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.* Græcè εὐπροσδέκτους, *bene acceptas,* quod conuenit cũ verbo, quo vtuntur hoc loco LXX. δεκτὰ, vt videri possit Petrus huc oculos intorsisse; qui v. 9. addit: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei.* In quibus verbis clarior est allusio ad hunc locum: vbi verbum, *ministrabunt,* functionem sacerdotalem significat. Quare *arietes* metaphorice pro ipsis Nabathæis accipi debent: alioquin valde impropriè [illegible] retur: *Arietes Nabaioth ministrabunt tibi:* si ipsis arietibus propriè tribueretur ministerium quod constat esse muneris personæ, & Hebraice משרת *scret,* plerumque sacrum. Neque probanda additio quorumdam: ב be, i. *in arietibus Nabaioth ministrabunt tibi;* nam hoc esset Latinam editionem prodere, & velle nimium sibi licere in S. Scripturam. LXX. quoque nominandi casum retinent: *κριοὶ ναβαιώθ, Arietes Nabaioth venient tibi. venire* personæ quoque est motus, & quod Latine scribitur: *Omne pecus Cedar congregabitur tibi,* in autographo est: *congregabunt se tibi,* vt subindicet Vates, esse gregem in voluntate, & libero arbitrio præditum, qui se ipse congreget, & sponte suâ conueniat.

Ecclesia Christiana.

Christiani sunt Sacerdotes.

Arietes metaphoricè.

Latina Vulgata non immutanda.

99. Sed rogas: quorsum fit mentio pecoris, & arietum, si non hæc animalia intelligantur, sed homines? Deinde opponi, id esse contra [illegible] propositum, intelligi ea, quibus regio quæque excelleret, n. 96. Ad prius respondetur: apte, & elegánter eam pecoris mentionem adhiberi, vt esset respectus, & allusio ad sacrificia [illegible], quæ e vario pecoris & armenti ge[illegible] b[illegible] & appareret illis victimis [illegible] multo no[illegible], nimirum rationales esse succ[illegible], [illegible] homines, pecorum dominos, quibus Deus ea subiecit Gen. 1. v. 20. Ps. 8. v. 8. De quibus victimis, non succidaneis, quales fuerunt pri[illegible], sed primariis & legitimis loquitur Paulus, Roman. 12. v. 1. verbis cõceptis quasi ex formula sacrificali, *Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei,*

Dubitatio

Resp.

Hostiæ rationales.

Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

100. *Exponitur.* Perspicue Apostolus componit hostias legis Euangelicæ cum hostiis legis antiquæ; vtitur verbo proprio, *Exhibere*, Græce παραστῆσαι, quod est *sistere*, scil. altari & Deo: *Corpora vestra*, nam olim & aliena, & belluina offerebantur: *hostiam viuentem*: nam corpora humana in Dei honorem castiganda & mortificanda sunt, non occidenda & mactanda, *Sanctam, Deo placentem*: Græce, εὐάρεστον, *beneplacentem*; nam illæ veteres neque ex se erant sanctæ, neque Deo beneplacebant, aut ex se placabant, sup. num. 97. Denique, addit Paulus; *Rationabile obsequium vestrum*, cùm illa animalia essent prorsus rationis experti; ex quo vltimo verbo, *rationabile*, sumimus, ab Apostolo totum hominem, corpus & animum exigi ad hoc spirituale, & Euangelicum sacrificium.

Corporis castigatio moderata.

101. Quamobrem, cùm Cedareni, & Nabathæi ob vbertatem pascuorum abundarent, & excellerent possidendis ouium & arietum gregibus, venustissimè scribitur: *Omne pecus Cedar [illegible] arietes Nabaioth ministrabunt tibi*, o Ecclesia mea, & *offerentur super placabili altari meo.* Iidem erunt hostiæ simul & Sacerdotes, pecus & ministri, quia exhibebunt, & offerent corpora sua, *hostiam viuentem, Deo placentem, rationabile obsequium suum.* Et quia quicumque seipsos, corpus & spiritum in holocaustum Deo promtissimi, atque lubentissimi tradunt; non recusabunt tradere facultates & res alias suas; hinc est, quod sub nominibus *Pecoris & Arietum*, quæ ipsos homines arcanè significant, contineantur alia omnia quantumuis æstimabilia ad eosdem homines attinentia. Ex quo satisfit oppositioni alteri propositæ num. 99.

Sacerdos & hostia idem.

Deo offerent se & sua.

102. *Altare, Christus victima & Sacerdos. Christus propitiatorium.* Deinde ad id quod fuit quæsitum num. 98. licebit respondere secundò, hoc *altare* Dei placabile, quale fuit expositum num. 97. esse ipsum Christum qui miro quodam & ineffabili modo est victima, Sacerdos, & ara, & verum propitiatorium. Christum quidem esse propitiatorium Christianorum asserit Cyrillus lib. 5. in Genesim, seu quis alius autor. Cyrillus de incarnatione vnigeniti cap. 13. & probat ex Paulo Rom. 3. vers. 25. *quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.* & ex 1 Ioan. 2. vers. 2. *ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Cuius veri propitiatorij fuit figura illud quod Deus fieri iussit *de auro mundissimo* Exod. 25 vers. 17. Hæc omnia docet Cyrillus. B. Prosper de Prædict. p. 2. Promiss. 2. tractans de tabernaculo Moysis ad finem hæc habet: *Mensam quoque positam, & aream, quæ carnem sacram, & sacrificantis exciperet: quid aliud in his quàm crucem intelligimus in qua noster Agnus immolatus est: Ipse Sacerdos & victima per totum sanctificatum suum sacratum corpus in sua mensa confirmans.* S. Gregor. in Psal. pœnitent. Psalm. 50. vers. vlt. *Tunc imponent super altare tuum vitulos*; sic commentatur: *Altare filius Dei est, de quo Dominus ipse ait: Altare de terra facietis mihi. Quid enim est aliud, altare de terra facere, nisi de Dei filij incarnatione non dubitare? Ipse est namque cui in hac vita cordium nostrorum sacrificia imponimus, & in quo cogitationes illicitas, ne conualescant, mactamus.* Et ne quis minùs fortassis acquiescat in hoc Gregorij explicatam, qui quoniam cum Catholicis agit, solet ad mollio-

Cyril.

Prosper.

Gregor.

res sensus mysticos exercere, audiat S. Augustinum contra Faustum Manichæum lib. 20 cap. 18. hoc idem affirmantem: *Proinde verum sacrificium, quod vni vero debetur Deo, cuius altare solus Christus impleuit, in victimis pecorum imitata Dæmonia sibi arroganter expostunt.* Vnde si Christus est Sacerdos, si idem est sacrificium, necesse est, vt idem sit etiam altare, cùm se in semetipso pro nobis obtulerit. *August.*

103. *Nihil Deo acceptum nisi per Christum.* Cùmque per Christum & in Christo quæcumque Deo Patri futura est grata oblatio, & hostia offerri debeat, satis conuenienter de eo Deus loqui intelligitur, cùm dicit: *Offerentur super placabili altari meo*: sine, *super altari voluntati meæ*. recurre ad num. 97.

Quo explicatu vi litterali admisso, alios et mysticos non fuerit difficile elicere; quos etsi mihi non est animus corrogare, aut captare: tamen cum non inuiti succedunt, non est, cur eam iudem.

Sensus mystici neque captandi neque obuij excludendi.

104. *Cedareni in tentoriis.* Cedarenos fuisse homines, qui pro ædibus vterentur tentoriis & tabernaculis litteræ profanæ, & sacræ testantur. Vide Plin. lib. 5. ca. 11. vbi Arabas Scenitas numerat, & Cedræos, quos est verosimile esse Cedarenos, quos in tabernaculis, vtpote pastoritiæ vitæ deditos, viuere sumimus e Cantic. 1. vers. 5. *Sicut tabernacula Cedar.* & Psalm. 119. vers. 5. *habitaui cum habitantibus Cedar* Hebr. *cum tabernaculis Cedar.*

Ergo Cedareni & Nabathæi qui habitant in casis, in tectoriis, qui non habent ciuitatem manentem, sed futuram inquirunt, qui facilè se terrenis facultatibus abdicant, ij sunt apti Euangelio accipiendo, qui, vt magis expediti, & liberi promti accurrunt, & se ac bona sua, cùm sint mobilia, atque pecora & tabernacula facillimo negocio transferunt ad Ecclesiam.

Abdicatio rerum currit ad salutem.

105. *Concupiscentiæ mortificandæ.* Alius sensus mysticus erui potest, & non minùs vtilis: si in pecoribus Cedarenis, quæ offerenda & mactanda prædicantur, intelligimus arcanè, belluinas concupiscentias & irrationales affectus, quos in honorem Dei mortificare, & mactare in altari, i. in Christo debemus, vt monuit Gregorius num. 102. relatus. Et sanè etymon nominis *Cedar*, quod est, *tenebræ*, non dissentit: cùm hæ pecudes omnes sint nigræ, i. omnes concupiscentiæ carnales sint sordidæ, & obscuræ, e caligine mentis ortæ, & eam vicissim caliginem augeant. Sanct. Hieronymus multo aliter in iis nominibus allegorizat.

Induerunt tenebras & errores.

106. *Ecclesia Christi.* *Et domum maiestatis meæ glorificabo.*] Hoc plane de Ecclesia Christiana cum relatione ad templum [illegible] Hebr. *Domum gloriæ meæ glorificabo*: nam nomen & verbum eiusdem sunt [illegible].

Nebula, quid. Cùm fuit templum consecratum, scribitur 3. Reg. 8. [illegible] impleuit gloria Domini, quia nebula impleuerat illud: fuit enim illa gloria vmbra & imago gloriæ, ac maiestatis Ecclesiæ, de qua in Psal. 86. vers. 2. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Quàm sit hæc domus Dei gloriosa, & glorificata, vt ex parte nominis [illegible] oportet [illegible] maxima. Sed hoc loco specialiter Deus agit de gloria, quæ [illegible] Ecclesiæ ex [illegible] Gentilium, & multiplicatione [illegible] Non secus Aggæi 2. v. 7. *Quia hæc dicit Dominus exercituum: adhuc vnum modicum est, et ego commouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes Gentes: & veniet desideratus cunctis Gentibus, & implebo domum istam*

Ecclesia gloriosa aduentu Gentium.

gloria

gloriâ; dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum: Magna erit gloria domus istius nouissima, plusquam prima, dicit Dominus exercituum.

107. *Locus pungens Iudæos. Vocatio Gentium.*

Est locus, si quis alius, acriter perurgens, & pungens Iudæos, sed nunc contra eos non præliamur ex destinato, sed locū cū loco componimus, & ea altero alterum exponimus. vtrobique enim apertissime præscribitur vocatio & accessus omnium Gentium ad Ecclesiam Christi (nam Aggæum loqui de priori Saluatoris aduentu melioris notæ interpretes assentiuntur) vtrobique ex eâ Gentium accessione gloriam magnam Ecclesiæ accessuram prænunciatur. addit que Dominus in Aggæo, posterioris domus, i. Ecclesiæ Christianæ futuram esse multo maiorem gloriam quàm prioris. Neque solùm hanc domum nominat posteriorem, sed *nouissimam*, quod vocabulum sapit Euangelium, & significat statum vltimum, & perfectum, ad quem superiores status, legésque fuerint ordinata, ac destinata, ac proinde cui quoad omnia debeant concedere, atque deferre. ad quam excellentiam & prærogatiuam Ecclesiæ Euangelicæ possit referri quod in Aggæo Deus in singula ferè verba se *Dominum exercituum nuncupat*, vt in eo facinore quasi suâ maiestate, ac omnipotentiâ digno glorietur.

Ecclesia prærogatiua.

108. *Ecclesia diues vtrobique opibus*

Præterea quod in vaticinio Aggæi Deus adiicit: *Meum est argentum, meum est aurum*: non otiatur; nam id indicat, opes atque diuitias spirituales, & ex parte corporales abundè in Ecclesia futuras: quod plane concinit cum hoc Isaiæ vaticinio, & nos nostris oculis spectamus impletum: cui impletioni attulit initium gloriosissimus Imperator Constantinus multas extruens, & opibus instruens Ecclesias, sed in primis Romanam, vtpote aliarum principem & caput singulariter ornans, & addita temporali ditione, & iurisdictione præmuniens aduersus hostes, in quibus capitaliores sunt hæretici, quibus placere non potuit Ecclesiam temporaliter etiam armatam videre. Sed certe vtraque præsidia & ornamenta decebant maiestatem Ecclesiæ Christi: & erant necessaria ad propagandam fidem, & hostilem ferociam retundendam.

Constantini Impe laus. Ecclesia Romana debuit esse potens etiam in temporalibus.

Vers. 8. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?

109. Dvo inquirenda: vnum, quinam sint qui conferuntur cum nubibus & columbis: alterum, cur conferuntur. Ac primùm prætereunda vt aliena, interpretatio Tertulliani lib. 3. contra Marcio. cap. vlt. & Procopij de rapiendis in nubibus in aëra obuiam Christo in fine mundi. nam nullo sensu ne anogogico quidem potest aptari cum reliquo contextu.

Tert. omittitur. 1. *Thessal. 4. v. 18.*

110. Expositio quoque Thomæ Bozij viri pij, & eruditi, quam probat Aldrouandus in v. *columba*, allegans hoc vaticinium ad prædicatores & doctores Indorum, vt accommodatitia possit accipi, vt litteralis verò debet submoueri: cùm nihil insit, quod ad Indos potiùs quàm ad alios Gentiles cogat applicare. nam vt concederemus, in volatu columbarum significari nauigationem: cùm hęc ad insulas omnes adeundas sit omnino necessaria, & ad regiones & terras continentes, cùm sunt valde remotæ, sit opportuna, & adhiberi solita: sanè ex solâ nauigatione. Indorum regio colligi non potest. Iam quod additur à nescio quo, alludi ad nomen Christophori Columbi, qui primus nauigando Indiam occidentalem aperuit, docto calamo est prorsus indignum, vnde nollem vel referret à nostro Cornelio: nam nomen Hebræū יונים *iauim*, & etiam Græcum περιστερά, *persistere*, longissime distat scriptione, & sono à *columba*, seu *columbo*. quod si quis responderit esse allusionem non ad nomen, sed ad id, quod nomine significatur, non facit satis, nam res significata non est volucris, sed homo. Deinde illa vel tenuissima allusionis vmbra ad solos Latinos attineret, apud quos *columbus* est nomen talis auis.

Bozius quoque præteritur. Non de Indis specialiter.

Allusio ad Christ. Columbum friuola.

Illa expositio est plurium & grauiorum interpretum, in iis nubibus & columbis prædici Apostolos, & doctores Apostolicos. Nubes quidem istius esse notionis docet Sanct. Augustin. multis locis Psalm. 58. vers. 11. Psal. 76. vers. 18. Psalm. 103. vers. 3. Psalm. 134. vers. 7. aliique doctores eò acclinant. & apud nostrum Vatem ca. 5. vers. 6. Deus loquens de Synagugâ sub imagine vineæ, ait: *Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.* quam metaphoram de doctrina est necessarium exponi. 111.

Expositio plurium de Apostolis. Apostoli nubes. Sup. 5. v. 6.

Verùm etsi alicubi *Nubes* pro Doctoribus capiuntur, qui in animus hominum imbrem cœlestis doctrinę demittunt: sed non est necesse vbique ad id significandum nubes adhiberi. Nam cùm nubibus, vt plerisque rebus naturalibus plures proprietates insint, possunt in diuersa deduci, quoties in similitudinem adducuntur. Quare hoc loco, vt maior pars scriptorum consentit, cum nubibus comparantur Gétiles ad fidem & Ecclesiam conuolantes. Cuius comparationis, vt alterum è duobus propositis nu. 109. expediamus, ratio & conuenientia assignari potest multiplex. Prima, celeritas nubiū: vnde ait: *quę volant vt nubes*: deinde, sublimitas: ob quæ duo illis conceditur volatus proprius auium, quæ & velociter, & sublimè se commouent. Præterea nubes procul admodum exciari & attrahi solent: Psalm. 134. vers. 7. *Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.* Sed nubes cùm ex se motū non habeant, vt huc, aut illuc ferantur, indigent impulsu ventorum; quare subditur in Psalmo: *qui producit ventos de thesauris suis*, vbi enim venti cadunt, nubes insistunt. Quæ omnia est facillimum transferre ad Gentiles ad Euangelium accurrentes: qui & alacriter, ac promtè, & sublimè, & procul ab extremo terræ, hoc est, ab infidelitate veniebant, seu potiùs à sole iustitiæ excitati vt nubes, & Spiritus sancti impulsu incitati rapiebantur. Hoc est, quod Isaiam rapit in admirationem, & in hanc interrogationem ex abrupto erumpere cogit: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* 112.

Opinio verior. Nubes, sunt venientes ad Ecclesiam & cur. Nubium propria.

Gentium accursus vt lox ad Ecclesiam.

Isti, qui paulo antè terrenis affectibus prægrauati, terræ erant affixi, nunc sunt eleuati, leues & sublimes, vt nubes, qui antea pondere & vinculis peccatorum pressi, & illigati via se cōmouere poterant, nunc *vt nubes volant, & quocumque est impetus spiritus, illuc gradiuntur*, & euolant. Cyrillus hanc admirationem tribuit Ecclesiæ intuenti fidelium & filiorum concursum 113.

Mutatio in melius. Ezec. 1. v. 12.

suam ad se, & in nubibus alleuationem terrenorum affectuum, vitæ sublimitatem, & alacritatem aduolandi ad Euangelium agnoscit. Eodem modo exponit Hieronymus de Ecclesia ex circumcisione admirante tantum fieri ad se Gentilium conuentum.

114. *Columbaria.*
Et quasi columbæ ad fenestras suas.] *Fenestras* non fas est aliud intelligere, quam columbaria, quæ plena sunt cellulis, seu potius foraminibus, in quibus columbæ vt in nidis morantur, quiescunt, oua pariunt, & pullos excludunt, qui nidi appellantur *fenestræ*. Ad quem modum ego accipiebam illud Cantic. 2. v. 14. *Veni columba in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*, i. veni sponsa, quæ vt columba habitas in nido excisso in rupe, aut excauato in maceria. *Columba nidus.* Ergo iidem Gentiles accedentes ad fidem, qui comparati sunt cum nubibus, comparantur etiam cum columbis ad nidos suos, & columbaria aduolantibus. Ex quo, vt probe Sanctius obseruat, intelligitur non conuenire prædicatoribus, qui non foris redeunt ad interna cubilia, sed e cubilibus & penetralibus foras prodeunt, & à suis quasi nidis procul auolant. *Sanctius.* Ergo intelliguntur ipsi aduolantes ad Ecclesiam, in quâ conquiescant, in quâ lateant, & sint ab omni periculo tuti, & ab omni metu securi. *Columba ingenium.* Est porrò columba animal nimis pauidum, quæ quouis fragore, aut strepitu perterrita celeri volatu ad suum cubiculum remigrat. Quocirca in hac similitudine columbarum volantium ad fenestras suas, ego libentius, quàm quiduis aliud intellexerim, præter celeritatem accurrendi ad Christum, magnam securitatem, & fugam periculorum. *Fuga periculi in Ecclesia.*

115. *Vulnera Christi fenestræ, asylum.*
Quod si per *Fenestras* placeat exponere vulnera Christi, vt exponunt non pauci *foramina petræ* in loco Cantic. allato, non repugnarim. nam re vera illud tutissimum asylũ, & in eo se abscondunt; atque recipiuntur, in eo conquiescunt, & sunt tuti quicumque ad fidem accedunt. Hæc manuum, pedum, lateri̇́sque Christi foramina sunt fenestræ, per quas nõ intrat mors, sed exit victa, & per quas intratur ad vitam, ad securitatem & pacẽ. Ideo enim Dominus Iesus sibi iam mortuo passus est lanceâ latus aperiri, *Latus Christo mortuo cur aperitur.* vt ostenderet nobis per passionem & post passionem, ac mortem suam multo liberiorem, ac liberaliorem patere aditum ad cor suum; & fontem nostræ salutis. Columbæ impendente quouis periculo confugiunt ad sua foramina, & cubilia. *Columbæ in periculo reuolant ad columbarium.* Cùm aliquando religiosissimi aliqui viri ordinis S. Francisci inter se disquirerent, quemadmodum hostiles ac Diabolicæ insidiæ contra castitatem essent vitandæ, & alij aliud remedium afferrent, tunc Ægidius dixit: Ego vbi hostis insectationem aduerto, in plagis Christi Domini me abdo, ibique sum omnino tutus. *Ægidius ad vulnera Christi accurrebat.*

116. *Gen. 8. v. 9. Columba Noe fuit figura.*
Fortasse huius rei figura fuit columba emissa à Noe, *quæ cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in arcam: aquæ enim erãt super vniuersam terram: extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam.* (haud dubiè, intulit per *fenestram*, de qua cap. 6. vers. 16. *Fenestram in arca facies.* Ergo columba periclitata reuolauit ad fenestram suam, ad locum tutum, vnde fuerãt egressa. Sed roges, cùm tantopere nubes, & columba differant cur in comparatione iunguntur, quæstio etsi communis locis plurimis, *Quæstio Res vna cur diuersis comparatur.*
A in quibus idem euenit, voces valdè diuersæ per similitudinem eidem attribuuntur; vt cùm Christus dicitur leo, & agnus; ita solitum coniungi res & naturas diuersas, vt ex vna aliæ, ex alia aliæ proprietates depromantur. & quia primi Ecclesiæ fideles propositi sunt vt nubes volantes; & nubes, vt notum, a seipsis nõ mouentur, sed ab extrinseco impulsu; ne quis putaret, in conuersione ad fidem nõ intercedere liberum arbitrij motum, subditur volatus columbæ, quæ se à principio interno spontaneo commouet. *Liberum arbitrium.* LXX. pro *fenestris* reponunt *pullos*: quæ in vocibus magna diuersitas; in sensu non est ita magna.

Vers. 9. Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè: argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te.

Respondet interrogationi, & admirationi præteritæ, *Qui sunt isti, qui vt nubes volant* 117.
huc interroget Ecclesia primitiua ex Iudæis, sed ne eius nomine Vates: nam responsio, *vt adducam filios tuos*, euincit interrogasse Ecclesiam dictam. Sic sentit Cyrillus, & meritò. Est igitur istiusmodi responsio: Ne mireris ô Ecclesia noua, ad te tantum, támque celerem fieri hominum concursum: nam iam diu, à principio, à constitutione mundi votis ardentissimis, quippe necessitate vrgente, me expetunt, & expectant omnes orbis incolæ, etiam qui in remotissimis & transmarinis regionibus habitant: vt eos vocem, & adducam ad te, tibique eos in sinum vt filios tuos tradam: neque omnino vacuos, sed cum multo argento, & auro suffarcinatos: vt offerant *nomini Dei tui, & Sancto Israel qui glorificauit te.* *Paraphrasis.*

Variatur metaphora, & locutio, res verò locutioni subdita vix variatur. Nam, vt nubes, & 118. *Res eadem aliter effertur.*
D columbæ velociter mouentur sic & naues, quæ summa velocitate mare transcurrunt, & suis velis & antennis auium volantium figuram referunt: quâ de similitudine & conuenientiâ intér naues velis expansis currentes, & aues volantes cap. 18. vers. 1. num. 2. relege omnino, nam huc ea non parum faciunt, nisi me fallit meorum amor. *Aues & naues similes.*

Me enim insulæ exspectant.] Verba Dei, seu Saluatoris. At quomodo Pagani qui Deum ignorabant, & Christi venturi nullam notitiam habebant, eum exspectabant? Sed hoc non est difficilius illo cap. 11. vers. 10. *In die illa radix* *Gẽtiles Christum quomodo exspectabant.*
E *Iesse, qui stat in signum populorum: ipsum Gentes deprecabuntur*, vel vt Græce; *in ipsum Gentes sperabunt*. quod istic inuenies expeditum, & alia similia vaticinia. Vide etiam cap. 41. vers. 17. *Egeni & pauperes quærunt aquas*: quod non est dissimile, & cap. 42. numer. 85. Nunc terra cùm pluuia indiget, eam exspectare, & sitire dicitur.

Insulæ.] Aliquando propriè, aliquando minùs propriè capiuntur, pro regionibus & prouinciis, continentibus remotis. sup. cap. 11. num. 120. cap. 40. num. 422. cap. 41. num. 114. Hic certe cùm 119. *Terra sitit. Insulæ. propriè*

tè cùm addantur *naues maris*, propelè accepe- A rim, aut pro terris saltem transmarinis distantioribus: ad quas commodè, nisi mari iri non posset.

Et naues maris a principio.] Videbitur cui in speciem ociari nomen *maris*, cùm *naues* non sint nisi ad mare transmittendum. Sed cum nomen *nauis* conueniat magnis & paruis nauigiis, & parua nauigia inseruiant fluminibus & lacubus traiiciendis, non erit ociosum vocabulú *maris*. adde Hebraice, esse *naues Tharsis*: i. præualidas, vastas. Vide c. 2. v. 16. n. 66.

Desiderium Christi antiquum.

A principio.] Triplex significatio, vna temporis, alia loci, tertia nauigij. Temporis, vt cohæreat cum verbo, *me exspectant a principio* & insulæ & naues maris, vt inde commode adducam & veham filios tuos. i. antiquissima est hęc exspectatio: vt alibi idem Christus appellatur, *desiderium collium æternorum* Genes. 49. vers. 26. B *Donec veniret desiderium collium æternorum*: quáuis Rabbini & aliqui Catholici secus exponant.

110. *Oriens est caput orbis.* Potest etiam nomen *à principio*. pertinere ad situm, & accipi pro orientali plaga: nam inde Mathematici suam orbis longitudinem incipiunt, & quia inde Sol oritur, videtur ea regio esse mundi principium & caput, vt est in Hebræo: מראש *ba ros*, i. *in capite*, vel *a capite*: quod

Mat. 2. v. 2. Magi celeriter ad Christum.

fuerit expeditum aptare magis regibus, qui primo quoque tempore, & ab Oriente venerunt festini & vecti velociter, ac si nauibus adnauigassent, & pennis pernicibus aduolassent.

111. Vtraque hæc expositio est vero similis, & hæret. illa autem alia Forerij, de naui prætoria, quæ est caput classis, & inde vulgo dicitur *Capitana*, etsi aliquantisper posset fulciri nomine Hebræo, quod est *caput*, vt docui, sed non fit probabile, eam circumstantiam nauis primariæ a Vate fuisse curatam: præsertim cùm sermo sit metaphoricus.

Quod verò adiicitur de argento, & auro, nó est diuersum à versu 6. *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.* vide num. 86.

Vers. 10. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te: & in reconciliatione mea misertus sum tui.

112. VT posterior pericope iuuat Rabbinos, aliósque exponentes de restauratá Ierosolymá post reditum à Babylone; quia Deus iratus percussit Iudæos, & tradidit vexádos Chaldæis: & suá sponte misertus eos liberauit: sic

Alieni Ierosolymam non instaurant, sed infestant.

prior pericope eosdem expositores euertit: nam E nusquam legimus muros Ierusalem post seruitutem Chaldaicam fuisse ab exteris nationibus instauratos: imò ab eis datam operam, vt impedirent instaurationem & ædificationem videmus 1. Esdr. cap. 4. & lib. 2. cap. 2. vers. 19. vbi hoc

Occupatio.

disertè narratur. Quòd verò Cyrus fauerit, & vasa quæ abstulerat Nabochodonosor de templo Salomonis, reddiderit. quod rex Darios, & rex Artaxerxes etiam in sumtus templi aliquid expenderit, vt 1. Esd. cap. 6. cap. 7. legitur, non satis est ad explendum hoc vaticinium, quod magis apparebit in versibus posteriùs positis. & hoc loco, verbum; *ministrabunt tibi*, vt sup. v. 7. expendi, ad religionem & cultum pertinet, & munus sacrum, & penè sacerdotale continet: vnde illis regibus Persarum profanis opem, aut expensas largientibus non conuenit. conuenit verò religiosissimis Principibus Constantinis, Theodosiis, aliísque plurimis, qui se ipsos Christo, & sua quæque preciosa obtulerunt, & sacrificarunt: & Ecclesiæ muros & munimenta tam spiritualiter, quàm materialiter exstruxerunt. Ergo, *filij peregrinorum* sunt Gentiles, qui peregre erant a fide & testamento, ac hæreditate Israelis; & eidem exteri, & odiosi. Vide ver. 3. num. 49.

Ministrare, est quid religiosum.

Principes religiosi.

123. *Gentes aduersæ Iudæis.* Quemadmodum essent Gentiles peregrini respectu Iudæorum, nemo meliùs Paulo docebit. is enim Ephes. 2. vers. 11. *Propter quod memores estote, quod aliquando Gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: quia eratis illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.* Planè ex iis habemus, qua ratione *filij peregrinorum* ædificarint muros Ecclesiæ, nimirum accedentes ad Christum, illique per fidem vt lapidi fundamentali innitentes, & vt lapidi angulari innexi, qui lapis angularis commisit, & copulauit vtrumque parietem, & vtrosque lapides, Gentiles, & Iudæos.

Christus vnit vtrumque populum. Ephes. 2. v. 17.

vnde subdit Paolus loco prænotato vers. 17. *Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, & iis, qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo lapide angulari Christo Iesu: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu.*

124. *Filius Hebr. à verbo ædifico.* D Et vt venustas sermonis Hebraici apud Vatem eluceat, oportet aduertere, בן *ben*, esse filiū, & בנה *bana* esse ædificare; vnde lepide ait: בנו בניך *Banu benéi ædificabunt filij*, seu ædificati; nam ædificare domum in lingua sancta, est propagare familiam, augere; & è voce בן *ben*, qui est filius, addito א, fit אבן *eben*, qui est lapis, ab eadem radice *banah*, quæ est *ædificare*. nam vt lapis additus lapidi est ædificium, sic filius additus filio, & posterior anteriori, fit familia, & progenies.

Familiam ædificare quid & vnde.

Ex qua similitudine cùm fideles fidelibus innectuntur & charitatis calce, ac bitumine colligantur, & ordine, ac serie disponuntur vocatur Ecclesia ædificium, & ab Apostolis ædificari perhibetur. sup. cap. 45. nu. 231. E cap 49. numer. 216. Itaque potest esse allusio ad ædificium paulò sumtuosius, & magnificentius, quòd è lapide, & marmore peregrino, peregre asportato constare solet.

Ædificatio spiritualis. qua. S. Aug. Ps. 86. v. 2. Marmora peregrina in precio.

125. *Plin. lib. 36. c. 1.* Lapidicinæ vernaculæ in precio non sunt: pretium habet peregrinitas, vt in aliis rebus pluribus. Adeundus est Plinius talium rerum autor idoneus libr. 36. vbi in principio hæc exhibet. *Omnia, quæ vsque ad hoc volumen tractauimus, hominum causa genita videri possunt. Montes natura sibi fecerat, ad quasdam compages telluris*

Montes cur.

ris ... cribus densandas, simul ad impetus fluminum domandas, fluctusque frangendos, ac minime quietas partes coercendas rerum naturæ sua materia. Cædimus hos, trahimusque, nulla alia quam deliciarum causa, quos transcendisse quoque mirum fuit. In portento prope maiores habuere Alpes ab Annibale exuperatas, & postea a Cymbris. nunc ipsæ caeduntur in mille genera marmorum: promontoria aperiuntur mari, & rerum naturæ agitur in planum. Euehimus ea, quæ separandis Gentibus constituta erant, nauésque marmorum causa fiunt, ac per fluctus, sæuissimam naturæ partem, huc illucque portantur iuga montium, secum quisque cogitet quæ pretia horum audiat, quas vehi, trahique moles videat.

Montes traiscendere olim mirum.

126\. Hæc Plinius ingeniose, vt assolet, qui post c. 3. refert, quis primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ. ex quibus cognoscitur, e lapide externo, & transmarino constructum ædificium summo in precio fuisse, & ad marmora eiusmodi transportanda factas fuisse naues. Quod si lapides Ecclesiæ sunt fideles, sunt eius filij, Hebraice eodem fere nomine *banim, abanim*, אבנים, בנים, & hi lapides prædicuntur fore peregrini, peregre vehendi, portandique & naues maris, naues Tharsis, præ ... validæ esse paratæ ad portandos. *Me enim insulæ expectant, & naues maris a principio, vt adducam filios tuos*, בניך *banaicha* tanquam diceret, lapides tuos, *de longe* recte connectitur. *Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos*: atque adeo non potest structura Ecclesiæ Christi non esse preciosissima, & magnificentissima e marmore tam peregrino & transmarino composita. vnde vbi dixit: *vt adducam filios tuos de longe*, quasi eorum precium ostendens addidit: *argentum eorum, & aurum eorum cum eis*: nam illi filij, illi lapides ad te construendam de longe asportandi nō minoris erunt precij, quàm argentum & aurum: vno & eodem loco, ac ordine ista marmora & illa metalla habebuntur. vnde cumulate fit suprà versic. 7. promissum: *Domum maiestatis meæ glorificabo*: & non fit incredibile, tam splendidæ, & sumtuosæ atque gloriosæ domus fore ministros ipsos reges, quod hoc præsenti versu promittitur: *Reges eorum ministrabunt tibi*.

Peregrini ædificant Ecclesiam.

117\. *Filij peregrinorum.*] Tametsi apud Hebræos hoc nomen *filius* coniunctum cum alio in secundo casu consueuit eius conditionem & significationem inducere, vnde *filij peregrinorum*, aliud nihil videri possit, quam peregrini & alieni: tamen quoniam agitur de ædificando, & filius habet cum lapide eam, quam vidimus, annominationem, existimare debemus, hic peculiariter collocari, & appellari non peregrinos, sed caute & solerter *filios peregrinorum*, i. ortos è peregrinis, ipsos iam *non hospites, & aduenas, sed ciues Sanctorum, & domesticos Dei, superædificatos supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo lapide angulari, Christo Iesu*. Lapidicina fuit peregrina, sed lapides inde excisi, & in Ecclesiæ ædificium translati, eo ipso quòd impositi sunt supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, desierunt esse alieni, & exteri: retinuerunt peregrinitatem quo ad precium, & æstimationem, & eam amiserunt quoad statum, & conditionem.

Filius, Hebr. quid.

Eph. 2. v. 19.

Ergo hoc loco, vt res admirabilis, rara, preciosa prædicitur sub ea translatione, Ecclesiam primæuam è paucis Iudæis coactam, ædificandam & amplificandam e Gentilibus, qui valde erant alieni a Iudæis moribus, institutis, legibus, & religione, ... demum, quod inde nascitur, studio, animo & voluntate. Vide supra vers. 5. numer. 49. Hoc idem multo pòst prædixit Zacharias cap. 6. vers. 15. *Et qui procul sunt venient, & ædificabunt in templo Domini: & scietis, quia Dominus exercituum misit me ad vos.* Nam recte ibi Ribera, in templo Ierusalem id factum nusquam legimus, in Ecclesia Christi & factum legimus sæpe, & fieri videmus.

118\. *In indignatione enim mea percussi te: & in reconciliatione mea misertus sum tui.*] Dicebam initio huius versus numer. 122. in speciem hoc attinere ad Iudæos, qui in seruitutem ducti sunt, Deo irato, & in libertatem restituti, Deo propitio. Sed est sola allusio ad illum euentum: pertinet verò ad totum genus humanum, quod Deus in indignatione sua propter peccatum primi hominis percussit, & propter meritum filij sui, & fratris nostri Iesu Christi reconciliatus, misertus est humanæ naturæ prorsus afflictæ, & sibi minimè valentis consulere. Huius expositionis autorem vidi neminem, nisi vnum Ariam, qui id non docet aperte, sed e loco, quem citat ex epist. ad Roman. 11. vers. 32. *Conclusit enim Deus omnia sub incredulitate*, aut vt Arias reponit sub peccato, *vt omnium misereatur*, præ se fert ita sentire. Adiuuat hanc expositionem nomen Hebræum בִּרְצוֹנִי *bi retsoni*, quod Latine redditur, in reconciliatione mea, & reddi potest: *in beneplacito meo*, de quo egi nuper ad v. 7. *super placabili altari meo*. vide ibi nu. 7.

De conuersione mundi cum allusione ad libertatem Israelis.

Expositio autoris. Arias.

129\. Occurris: hæc interpretatio non tenet filum: huc vsque enim Deus alloquebatur Ecclesiam è primis Iudæis coalescentem. Primum liceret ad apostrophen confugere S. Scripturæ nō insolitè. Cùm enim ab initio huius capitis & vaticinij totus fuerit Deus in exponenda vocatione Gentium, & exaggeranda, atque amplificanda conuersione totius mundi, & subita rerum omniū in melius immutatione; repentè occurrit huic cogitationi & dubitationi, quæ nata erat suboriri: *vnde post tantas tenebras talis lux*? post tantā miseriam hæc tam admirabilis felicitas? Conuersus ergo Deus ad totum genus humanū ait: *in indignatione mea percussi te*, vbi primùm rebellasti, & in beneplacito meo, in eo, *qui mihi bene complacuit, misertus sum tui*, vbi venit plenitudo temporis. Nam etsi Deus antea misertus fuerat populi Israelitici, cúmque ad suam fidē, verámque religionē adduxerat, quia tamen illa natio cōposita cum reliquis nationibus mundi, erat perparua, & propè nullius census, & illi beneficiū reconciliationis fuerat collatum ex meritis Christi præcognitis, sicuti Paulo absolutè & vniuersè attestatur 2. Cor. 5. v. 19. *Quoniā quidē Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.*

Obiectio.

Responsio.

130\. Ergo vsque ad Christi passionem & mortem, quâ mediâ Deus sibi mundum reconciliauit, ei erat iratus & offensus: vnde vbi Christus est mortuus, mundus conuersus est: vt ille prædixerat: *si exaltatus*, i. vbi, *exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.*

Deus mundo iratus vsque ad Christum.

Ioa. 12. v. 32.

131\. Si cui verò minùs insederit hæc ratio interpretandi, & videatur omnino intelligi gens Iudæorum,

Explanatio alia.

Iudæorum, hoc modo poterit explicare. Iratus & indignatus ob tua scelera percussi te, attriui, & imminui te in captiuitate Babylonica: at mea sponte tui misertus liberaui te, non modò ex illa seruitute, sed ex alia multo grauiori educens ex te liberatorem, qui mundum vniuersum liberaret, mihique reconciliaret, ac proinde tibi per fidem & veram religionem aggregaret, ex qua aggregatione omnis ea amplitudo & gloria, quam dixi, tibi immeritæ, & inopinanti accederet.

132. *Accolutbia maior.* Hic modus exponendi qui sumitur ex Hieronymo, cohærentior mihi visus est, quam alius, qui explicat de persecutionibus, quas Deus ad tempus permisit incurrere in Ecclesiam. *Persecutiones in Ecclesiam permisit Deus ex fauore.* Nam præterquam quòd persecutionum permissio non fuit profecta ex indignatione contra Ecclesiam, sed potius ex fauore vt illis imbribus sanguinis Martyrum irrigata adolesceret, & firmiores radices promitteret: verbum, *Reconciliatio* numer. 128. expositum non hæret, quod aliquid maius & augustius apportat. Deinde consequens versus valde reluctatur, qui agit de ingressu Gentium in Ecclesiam, qui ingressus accidit maximè in mediis sæuissimarum persecutionum fluctibus & tempestatibus: nam plures conuersi sunt ad Euangelium spectata fortitudine, & alacritate Martyrum, quàm cæteris miraculis, & artibus etiam diuinitus admotis. *Martyrum fortitudo plures conuertit.* Quemadmodum fides Christiana persecutionibus creuerit, potes legere cap. 41. numer. 67. cap. 42. numer. 179. capit. 43. num 55.

Eccl. sia in perse utionibus meliùs habuit. Quocirca minime cadere videtur in Ecclesiam nuperam. *In indignatione mea percussi te*; permittendo tyrannorum persecutiones: *& in reconciliatione mea misertus sum tui*; auertendo, & amouendo easdem persecutiones. Nunquam enim meliùs habuit Ecclesia Christi, nunquam maior fuit fidei firmitas, & ardor caritatis quam cùm fuit euentilata & exagitata a sæuissimis persecutoribus: quibus cessantibus, maiorem fidelium partem torpor quidam occupauit, & quasi rubigo vitiorum. *Et ordines Religiosi.* Hoc idem experti sunt ordines Religiosi, portiones principes Ecclesiæ, qui quandiu sunt passi persecutores & impugnatores, se gessere laudabiliùs: vt si Dei abesset iniuria, optanda & commenda fuerit persecutio, quæ tantum bonum pariat. *Mat. 5 v. 11. 12.* atque adeò Dei sit reconciliatio & miseratio, persecutionem pati propter iustitiam: & eiusdem propè indignatio, à persecutione tolerandâ vacare.

133. *Lyranus refutatus.* Neque huic argumento responderis idoneè, si dixeris cum Nicolao Lyrano, Deum dici indignatum contra Ecclesiam, non quòd reuerà esset, sed quòd videretur indignatus, cùm eam sineret affligi, quasi non curans: cùm tamen amaret carius: Hoc, inquam, non est ad rem, quia sic possimus eludere locutiones multas, quibus Deus ob peccata iratus ostenditur. Præterea similiter, cùm è contra dicitur fuisse *misertus*, accipiendum erit, non verè, sed apparenter, quod videatur misericordiæ indicium, aduersa subimouere.

Vers. 11. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur.

Fingitur, aut potiùs pingitur Ecclesia Christi, vt vrbs quædam, quia Ierusalem, eius quasi simulacrum aspicitur. Cui vrbi modo attribuit muros a filiis peregrinorum extructos, nunc eidem portas assignat, sed patentes perpetuò, nunquam, ne noctu quidem occludendas. Quod licèt possit referri ad altissimam pacem, & securitatem: sed consequentius est referri ad continuum accursum Gentium, & incessum ingressum: nam Vates ipse, cur fores nunquam claudendæ sint, exponit: *vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur.* Itaque portæ die, noctùque apertæ mihi duo aperiunt: alterum, quod modò dixi, fore conuentus frequentes ad Ecclesiam: alterum, nemini aditum fore occlusum, sed expeditum ac liberum. *Portarum vsus.* Portæ enim idcirco inuentæ, vt possint admitti quos conuenit, aperiendo: & excludi quos admitti non conuenit, claudendo: vnde vbi nemo excluditur, & quilibet admittitur, necessaria non est ea vicissitudo claudendi & reserandi fores, sed debebunt diu noctùque patere. 134.

135. *De Ecclesia aperta.* Hoc quemadmodum Rabbini queát tribuere vrbi suæ Ierosolymæ, non alluceт. Nam 2. Esdr. cap. . vers. 3. ait Esdras: *Et dixi eis, non aperiantur portæ vsque ad calorem solis. cùmque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Ierusalem*, &c. Nicolaus de Lyra etsi superiorem versum de ædificandis muris a filiis peregrinorum affirmat posse referri ad templum Ierosolymitanum instauratum ab Adriano per fabros Gentiles: hoc tamen loco silet de Iudaico euentu, & exponit de Ecclesia. S. Thomas in sensu litterali explicat de Gentilibus venientibus ad adorandum in templo Ierusalem: sed piget id refellere. Hugo nihil conducit ex suo Andrea, & ex suo dicit, id nunquam fuisse impletum post captiuitatem Babyloniam. Sanctius quoque qui vtcumque superiora adaptabat Ierosolymæ, hic, eius mentione dimissâ, Ecclesiæ & Euangelij ianuam agnoscit: adeò aperta est materia prædictionis. Quare non relinquitur contumaciori Iudæo aliud perfugium, nisi sui commentitij futuri Messiæ, ad quem quoties euidenti vaticiniorum successu premitur, & damnatur, appellare consueuit.

136. *Portæ vrbium plures cur.* *Et aperientur portæ tuæ iugiter.*] *Portæ*, pluraliter: nam vrbes præsertim ampliores habent portas multas, commodo eorum, qui diuersis è locis accedunt, ne cogantur circumeundo dispendia facere viarum. Ad quem morem attendens Spiritus sanctus vrbi ac ciuitati Dei quam Ioanni ostendit in Apoc. 21. v. 12. portas duodecim attribuit, ternas spectantes ac vergentes ad singulas quattuor partium mundi: v. 13. *Ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres: & ab Austro portæ tres: & ab Occasu portæ tres:* *Portæ duodecim Ecclesiæ quid.* vt vndecumque videlicet aduenientibus obuius esset ingressus. quem duodenarium portarum numerum aptè S. Augustinus Psalm. 86. vers. 2. *August.* accommodat: nam quia vndeuis ad eam ciuitatem

tem acceditur, ideo quatuor orbis partes recenſentur: quia verò in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Patris & Filij, & Spiritus Sancti intratur, in ſingulis partibus tres portæ collocantur.

137. *S. Aug. Pſal. 86.* Quem eumdem ianuarum numerum iuſtè Ciuitati Dei in terris ædificatæ, & Eccleſiæ militanti licebit aſcribere: nam quicumque intraturus eſt cœleſtem & triumphantem, neceſſe eſt omnino, vt priùs intret terrenam & militantem: ad quam intratur non vndecumque ſed per baptiſmum, qui confertur in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti: quæ formula verbis cōceptis fuit à Chriſto ſuis Apoſtolis tradita, & in nullo alio Sacramento vt neceſſaria adhibetur. *Conimch. de Sacram. diſp. 66 art. 6.* Cuius rei ac differentiæ cauſſa alia non occurrit, niſi indicata, quòd Baptiſmus ſit prima Eccleſiæ ianua. Cùm Chriſtus baptizatur audita eſt vox Patris hæc; *Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacui*: & apparuit Spiritus Sanctus in columba. *Cur ſolus baptiſmus conferatur in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti.* Vnde, quod adnotauit Auguſtinus allatus, huius ciuitatis porta eſt vna, & multiplex: vna, Chriſtus, vna, Baptiſmus: multiplex, quia ex omni parte mundi introitur, & quia per duodecim Apoſtolos adducti homines ſunt Eccleſiam ingreſſi, quam ob cauſſam *Ap. 21. v. 14.* in fundamentis duodecim ciuitatis Apoc. erant *nomina duodecim Apoſtolorum Agni*.

138. *Ezech. 48. v. 31. Apoc. 21. v. 12.* Neque eſt huic ratiocinationi contrarium, quod ſcriptum eſt Apoc. c. cit. v. 12. in illis duodecim portis fuiſſe *inſcripta nomina duodecim Tribuum filiorum Iſrael*, nam illæ Tribus inſcribuntur, non quòd ipſæ ſint portæ, ſed quòd ſint qui intrant & in ſe præſignent omnes alios Iuſtos intraturos per portas in Ciuitatem glorioſam. *Ioannes alludit ad Iſaiam.* Ioannem autem in deſcriptione ciuitatis, certè portarum, reſpexiſſe ad hunc locum quem tractamus, e verſu 24. 25. clarè cognoſcitur: vbi iſta. *Et ambulabunt Gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam ſuam, & honorem in illum.* Quod Ribera doctiſſimus concedit poſſe etiā de ſtatu præſenti accipi. Quod *Ap. 21. v. 25.* ſi ita eſt, eſt eadem ſententia quæ v. 3. *Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui.* addit Ioannes: *& portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic, & afferent gloriam, & honorem Gentium in illam.*

139. *Apoſtoli citant teſtimonia ex parte.* Qui locus eſt multum notabilis, non ſolùm ad id, quod verſamus, ſed ad alia multa, ex eo enim apertè colligimus ſolere Scriptores Canonicos noui Teſtamenti ſumere e ſcriptoribus veteris Teſtamenti partem teſtimonij, quæ facit ad inſtitutum, & partem relinquere, aut inflectere, ſeu accommodare. Itaque Euangeliſta Ioannes cùm videret Iſaiam Prophetā prædixiſſe Eccleſiæ militantis portas fore apertas neque claudendas die, aut nocte, placuit transferre ad Eccleſiam triumphantem, quatenus id eſt ſymbolum inuiolabilis pacis & imperturbabilis ſecuritatis: at quia *noctis* vocabulum illi æternæ claritati & beatitudini repugnabat; variauit verbum Iſaiæ poſtremum, *nocte*: *non claudentur die, ac nocte*, & dixit: *Non claudentur per diem: nox enim non erit illic*, ac ſi diceret: in hoc ſtatu præſenti quoniam eſt diei, noctiſque viciſſitudo, vt ſignificetur ſemper patere fores, opus eſt vtriuſque differentiæ temporis meminiſſe: at in illo ſtatu, quoniam nulla eſt lucis & tenebrarum alternatio, ſatis eſt dicere; portas non eſſe claudendas *per diem*, vt intelligatur, nunquam eſſe claudendas. Ex quà im-

A mutatione verborum, & partim etiam ſententiæ, in primis ſumo, Iſaiam loqui de Eccleſia, nam alioquin non eſſet ita accommoda Ioannis allegatio, & alluſio, quam omnes agnoſcunt. Deinde ſumo in Apocalypſi agi de ciuitate cœleſti, & in Iſaia de ciuitate & Eccleſiā præſenti. nam Ioannes in illo *noctem* ſuſtulit, & remouit, quam vidit in Iſaia. Quod ſi Apoc. 4. v. 8. dicuntur illa quatuor animalia *requiem non habere die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ideo eſt, quòd quamuis ipſa fuerint in cœlo, tamen referebant eos, qui in terris laudabant Dominum omni tempore; & vt quidam volunt, proſpero & aduerſo.

Quare minus acquieſco in eo quod attuli ex Ribera num. ſuperiori 138. ſcilic. illud A-
B pocal. *& ambulabunt Gentes in lumine eius*, poſſe accipi de hoc ſtatu: nam filum Apoſtoli eſt perpetuum, & de vno ac eodem ſtatu loquitur. Niſi dixeris cum Alcazare, viatores ambulaturos in lumine patriæ, quia inde fulgor emanans eos inuitet & quaſi conducat illuc.

Sed quoniam inter vtramque Eccleſiam præſentem, & futuram eſt non parua affinitas, potuit Apoſtolus quòd Vates de vnà prædixerat, nonnihil immutans de aliā pronunciare. Ex quo aliud exſoluo, quod poſſet videri implicatum: nam ego docui num. 134. portas perpetuò patentes potiſſimè pertinere ad conti- 140. *Eccleſia vtraque ſimilis. Infr. n 506. Dubium aliud expeditur.*
C nuum & copioſum concurſum vndecumque aduenientium: quod portis cœleſtibus, & Eccleſiæ triumphanti non congruit: nam à die iudicij finalis nemo denuo illuc intrabit. Aio ergo in primis, Ioannem docere, quid fieri deberet ab eo tempore, quo illi fuit oſtenſa ciuitas cœleſtis, nempe; nemini vnquam claudendas eſſe fores, modò non accederet indignus, ſiue eſſet Iudæus, ſiue Græcus, ſiue barbarus: patere introitum ſemper omni hominum generi, & ordini, ſolos improbos excludi, vt illico: *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni*, ergo loquitur Ioannes de eo tempore, quo pateret aditus iu- *Aditus in cœlum patet omnibus bonis.*
D ſtis denuo introeuntibus, & occluderetur iniuſtis quaſi irrumpere conantibus. Apoc. 22. v. 14. *Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris canes & venefici*, &c. *Foris*, exclusi, extra portas quaſi aggreſſi inuadere.

Deinde aio licèt Iſaias id poſuerit, vt tenera poſuit ad ſignificandam multitudinem continuò accedentium ad fidem, licuiſſe Ioanni traducere ad oſtendendam patriæ cœleſtis ſecuritatem: quia portæ ſemper apertę die, ac nocte vtrumque ferunt: nam vbi hoſtium, & belli eſt metus, portæ nocte ſunt clauſæ, & magna ac vigili cura cuſtoditæ, & die non ſunt ſine 141.
E cuſtodiā, & cum delectu qui adeunt, admittuntur: vbi verò nihil bellici tumultus, nihil hoſtilis periculi, diurnis, nocturniſque temporibus nullæ ſunt cuſtodiæ, nullæ vigiliæ, portæ verbauę ſine repagulis, ſine vectibus, ſine ſeris omnibus promiſcuè patent, & hæc eſt mens Apocalypſeos, nec non & illa altera Iſaiæ, qui finem portarum ſemper apertarum indicans ſcribit: *vt afferatur ad te fortitudo Gentiū, & Reges earum adducantur*, qui reges ſolēt incedere magna comitāte cateruā: vnde ſup. v. 5. *Quādo cōuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gētium venerit*

tibi. Multitudo enim vt intret indiget foribus non semi-apertis, sed bipatentibus: & *multitudo maris*, maritima classis, & nauibus vecta indiget portis semper apertis, nam non est in potestate nauigantium, & ventis vtentium die tantum ad portus, & ad maritima oppida appellere, sed sæpe intempesta nocte compelluntur e naui descendere, quibus opportunissimæ sint portæ die, atque nocte reseratæ, & ad ingrediendum apertæ. Ergo facillimus & expeditissimus ad Ecclesiam accessus polire præscribitur. Denique ex Hieronymo; nocte tribulationis, & die gaudij patent fores.

Vers. 12. Gens enim & regnum, quod non seruierit tibi peribit: & gentes solitudine vastabuntur.

142. HOc vaticinium multo minùs poterunt Iudæi ad se, suámque Rempub. trahere. Tantum enim abest, vt omnes Gentes seruiant Iudæis, vt nulla ferè sit Gens, cui non seruiant Iudæi. Ecclesiæ verò Christianæ quasi palæ-mino conuenit. Vnus Christus accedat loci huius interpres apud Marcum vltimo cap. v. 15. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur*: Ergo seruire Ecclesiæ, est collum subdere Euangelio, credere in Christum, eius parere præceptionibus: *perire, solum ire vastari*, est condemnari. In solo Christo salus. Act. 4. v. 11. *Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen datum est sub cælo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.*

143. Aduerte, quàm elegans sit antithesis: *Regnum, quod non seruierit tibi*: regnare enim est imperare, iussa non facere, sed indicere, leges ferre, non accipere: at quodcumque regnum, & imperium quantumuis iubendi adductum, & innutritum, quamuis toti orbi iugum imposuerit, nisi tuo iugo ceruices supposuerit, saluum & incolume esse nó poterit, *peribit* omnino, vbi in sermone primæuo alia est elegantia, nam *seruire* est עבד, *habad*, & *perire* est אבד, *abad*, vocalitera variatâ. Ergo Principes, Reges, Imperatores, & Monarchæ, si velint fœliciter, & verè regnare, debent humiliter seruire Ecclesiæ, & Christi Vicario, summo Pontifici parere: alioqui & ipsi miseram in altero sæculo seruiēt seruitutem; & in hoc fortasse solitudine vastabuntur. Nam qui fidem Christo denegat, & eius Vicario obedientiam, sæpe ei a suis subditis subiectio denegatur. Est enim fides, religio, pietas, & quæ ex hoc fonte manat aliarum virtutum vbertas, imperij firmissimum columen. Vnde hæc perditio, & vastitas ad externa quoque possit detinari, tametsi præcipue de animi & corporis interitu in gehenna est comminatio. Vnde fides Christi exulat, vnde vera Religio abest, & vbi dominatur, aut etiam grassatur impietas, infidelitas, hæresis, quanta ibi rerum omnium perturbatio? quanta confusio? quantæ insidiæ, fraudes, perfidiæ, proditiones, quanta temeritas, ac proinde dominatus inconstantia, atque labefactatio? vt mirum sit, politicos, qui

Principes omnes parere Pontifici, si volunt verè principari.

Fides & pietas fulcimen Reip.

Politicorum.

ad stabiliendum principatum tantopere anniruntur, & tot artes & rationes, maiori ex parte, à ratione alienas excogitarunt, non demum vidisse, nullam aliam methodum esse posse commodiorem, quam sinceram in Deum fidem & castissimam affectionem.

Itaque cum hæc ciuitas adeò pateat omnibus, & vt decebat accedentibus portas habeat apertas omni tempore, diurno, nocturno: cùm sit splendidissimum lumen viam ostendens, & expeditam, sup. v. 1. 2. 3. cum sint duces & comites innumeri, vix laborē allectantes, v. 4. 5. 6. cùm calles gradientium vestigijs sint contriti, & inuitātes ad iter: cumque ciuitas sit *argento, auro, ebore*, alijsq; rebus pretiosissimis referta ex collatione aduenientium v. 6. 7. hæc, inquā, omnia cùm ita sint, nulle ad eam ciuitatem confugere, in qua sola sit salus, sed malle hærere in Sodomis, id propositum animi obstinati dignum est, quod incendio inextinguibili, & vastatione irreparabili luatur. Cogito c. 19. Gen. à v. 12. vsque ad v. 25. & videbis simulacrum quoddam eorum, qui salui fiunt intra Ecclesiam, & eorū, qui pereunt nolentes ad eam accurrere. Mitto arcam Noë. Psalm. 2. est huius instituti, in quo Principes Gentilium & Iudæorum inducuntur coniurasse contra Christum, & eius Ecclesiam, ne ei manus dent in vincula, & pedes in catenas. *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersum Dominum, & aduersus Christum eius.* Quam coniurationem Gentilium esse, & Iudæorum S. Petrus, & S. Ioannes exposuit Act. 4. v. 25. 144.

Gen. 19. v. 24. *Psal. 2. v. 2.*

145. Addunt ipsi coniurati: *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum ipsorum.* q. d. Nos Principes, nos Reges terræ, qui nostrarum legum vinculis constringimus, & obligamus omne genus hominum, & imperij nostri iugum eorum ceruicibus imponimus, patiemur ab alijs illigari, & subiugari? absit a nobis tantum dedecus, & probrum. A Samnitibus Romani Consules, & eorum exercitus apud Caudinas furcas angustiis pressi locorum sub iugum missi sunt, quam ignominiam quam acerbe tulerit populus Romanus, apud Liuium lib. 9. Decad. 1. est videre. Non minùs Gentiles, & Iudæi ignominiosum iudicabant mitti sub iugum Christi, & Ecclesiæ: sed id miserè decepti iudicabant: cùm nihil, quàm hæc seruitus possit excogitari gloriosius, & salutarius, ac veræ fœlicitati opportunius: imò cùm nulla omnino sit alia ratio gloriæ, & salutis adipiscendæ.

146. Quare Dauid Psalmo inducto, cùm docuisset Christum esse Regem à Patre initiatum & vnctum, cui vni esset ditio & potestas in omnes Gentes, & in omnes terminos terræ: iis vocibus: *Postula à me, & dabo tibi Gentes, hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Deinde Dauid conuersus ad Reges & principes, qui ægriùs subeunt iugum, eos hortatur ad hanc inclitam seruitutem: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, exultate ei cum tremore.* Reges qui hoc vsque delipuistis, nunc tandem sapite, intelligite: qui alios erudiitis, alijs leges & iura fertis, vos nunc sanctissimas leges accipite &

Ps. 2. v. 10.

& erudimini ad salutem,& veram gloriã,quam ignorantes quæritis & sectamini.Solius ad hoc tempus imperare, & præcipere aliis hominibus naturæ conditione æqualibus seruite Domino,in timore,vt boni serui,& eius Ecclesiæ: alioquin & excidetis regno, & salute: *Apprehendite disciplinam* (seu Hebr. *Osculamini filium*) *ne quando irascatur Dominus,& pereatis de via iusta.* Ex quo exsistimari possit hausisse noster Vates: *Gens & regnum,quod non seruierit tibi peribit*: nam *seruire* & *perire*, in protographo vtroque est עבד.& אבד,*habad,& abad*, vt num. 143.adnotaui.

147. Quam igitur fiduciam salutis habent quicumque Ecclesiæ Christi non seruiunt, quicumque non obtemperant, Iudæi cœci,& illo, de quo Paulus, velamine obuoluti suo Messiæ futuro, & Synagogæ similiter instaurandæ confidunt: & ita putant se similia vaticinia eludere: & quia Regem armipotentem, & Manortem expectant, quæcunque Gentes Iudæis colla non subdiderint, igne, ferróque in solitudinem redigendas esse profitentur gloriabundi. Sed heu quamdiu tardat Rex iste Messias,& quàm pueriliter & turpiter gens ista se suâ sponte fallit,& fraudat.

148. Hæretici nostræ ætatis facilè nobis largiuntur: extra Ecclesiam Christi non esse salutem: sed illico nobis obtrudunt Ecclesiam suam inuisibilem,Deo, & bonis omnibus inuisam, & execrabilem. Sed planè quæcunque ab initio huius capitis prædicuntur, ita Ecclesiam esse visibilem & oculis obiectam, aliisque sensibus tractatibilem ostendunt, vt fuerit extremæ non modò stultitiæ, sed etiam impudentiæ,id pertinaciter infitiari: atque ideo me pigeat ad hoc euincendum superiora resumere.

149. Id vnum hoc loco vt proprium obseruauero, in verbo, *Seruierit:regnum, quod non seruierit tibi*: exigi non solam fidem internam, sed etiam cum fide opera bona, seruitutem, officia seruorum,id enim fert notio Hebræa,Græca & Latina: quis enim herus & Dominus contentus sit internâ tantùm subiectione seruorum, vt fas sit seruis herilia iussa transgredi impunè? ridicula prorsus seruitus. Ergo vera & integra seruitus erga Deum est *Caritas* de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta,quæ quoties Dei imperium vrget, in acta quoque externa procedit. Abeant ergo nunc sectarij, & fidem, quam ne minimam quidem obtinent, sibi ad salutem esse satis, supérque blatterent: nam statum, fixúmque stabit Dei decretum apud Vatem: *Gens, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit*, scil. obedientiam cum interna fide coniungens.Quam vitamque exegit Christus dimittens Apostolos ad colligendam Ecclesiam Matt. vlt. vers. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis.* Itaque Lutherus & Caluinus exsoluunt legibus,quos Christus Dominus alligauit.

Sed & Catholici quidam nonnulli hoc loco perstringuntur,qui non verbis affirmant fidem sufficere sine bonis operibus,cùm id sit hæreticum,sed ita solâ fide inter agendum sunt contenti, ac si in eo essent errore.

---

*Vers.*13.Gloria Libani ad te veniet,abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum Sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

150. *Libanus mons.* De Libano sæpissime meminit Scriptura Sacra,& vbique ferè cum laude. De hoc monte dixi nonnihil ad cap 2.versic.13. *Gloria Libani*, vt & aliorum montium sunt arbores, ex quo sumitur,nomen כבוד *chebod, gloria* Latinè redditum apud Hebræos latioris esse ditionis, scil. decus, ornamentum. Hoc Libani decus consestim Isaias exponit, *abies, & buxus,& pinus*,omittens interea principem arborum Libani,nempe *cedrum*, quam suffecerunt LXX. tertio loco,pro *pinu*, & pro *abiete cupressum*, & pro *buxo pinum*: vt vel hinc exstet, non esse, quamobrem laboremus in explicandis, & definiendis punctim harum arborum speciebus, & naturis.

151. *Allusio ad ædificationem templi.* Visum est S.Hieron. & deinceps aliis, alludi ad ædificationem templi Ierosolymitani, ad quod construendum Libanus cæduam materiam suppeditauit. Quæ allusio forsitan latet in verbo, *veniet: Gloria Libani ad te veniet*,nullo tuo labore,aut sumtu.Salomon enim 3.Reg. c.5.v.6.ita cum Hiram rege Tyri paciscitur:*Præcipe igitur, vt præcidant mihi serui tui cedros de Libano,& serui mei sint cum seruis tuis, mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris, scis enim quòd non sit in populo meo vir, qui nouerit ligna cædere,sicut Sidonij.*& v. 10. *Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna,iuxta omnem volũtatem eius. Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia; in cibum domus eius,& viginti coros purissimi olei,hæc tribuebat Salomon Hiram in singulos annos.*Neque tamen Sidonij comportabant Ierosolymam ligna, sed ad mare componebant in ratibus, & inde serui Salomonis aduehebant: atque adeò constabant sumtibus,& laboribus. Ergo ad ædificandum templum mysticum, i. Ecclesiam, citra eius expensas, & operas, sponte veniet gloria Libani spiritualiter & per translationem accepta.

152. *Gloria Libani quæ.* Quæ sit hæc *gloria Libani*, pronum est agnoscere: quidquid est floridum,solidum,amœnum,illustre,excellens in hominibus,in arte,& in ipsa naturâ: vt est ingenium.indoles, generis claritudo, doctrina, sapientia, eloquentia, opes, potentia, & ex iis, aut ex aliis honestis doribus & actinnibus splendor nominis & fama collecta,& ad posteros transmittenda.Nam in illis Libani arboribus tria potissimum laudantur, proceritas, pulcritudo, incorruptibilitas. Quod verò minutiùs non sit spectanda vniuscuiusque natura, & significatio, patet ex numero 150. & fusiùs ex adnotatis ad capitulum 41.versiculo 19 vbi pro eodem scopo partim eædem, partim diuersæ arbores numerantur.

153. *Ad ornandum locum Sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.*] Quoniam illud Salomonium templum antitypum fuit Ecclesiæ, passim & venustè ad

ipium, & ad eius partes reflectitur. Si res significata spectetur, non est dubium, quin hoc loco sit Ecclesia, ad quam exornandam Deus pollicetur accessuram gloriam Libani, quamque nominat, *locum sanctificationis meæ*: i. *Sanctuarij mei*: nam quod hic vertitur *sanctificatio*, in Exod. 15. vers. 17. vertitur Sanctuarium. quod nomen interdum pro toto Templo ponitur vt Psalm. 73. versiculo 8. interdum pro solo tabernaculo, & nonnunquam pro parte tabernaculi, quæ distinguebatur ab altera, quæ dicebatur Sancta Sanctorum; quo modo videtur sumi hic: cum ait: *ad ornandum locum sanctificationis meæ*: nam ad alteram partem, i. ad Sancta Sanctorum, potest attinere quod sequitur: *& locum pedum meorum glorificabo.* Nam Arca fœderis, scabellum pedum Dei existimabatur, & dicebatur. 1. Paralipom. cap. 28. versic. 2 *Cogitaui, vt ædificarem domum, in qua requiesceret Arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri.* & Psalm. 131. vers. 6. *Audiuimus eam* (i. Arcam Domini) *in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ, introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.* Cùm enim diceretur Deus habitare in intimâ illâ & sanctissimâ parte templi, & in illo augustissimo penetrali, & sedere super Cherubim, qui erant super propitiatorium, siue operculum Arcæ, corporis humani habitus, quem Deo adaptamus, postulabat, vt eius pedes Arcæ fœderis, quasi suppedaneo insisterent. Quare hoc loco ad vtramque tabernaculi partem extimam, & intimam alluditur: & ideo fortasse distinguens dixit: *ad ornandum locum sanctificationis meæ*, nimirum, *Gloria Libani ad te veniet*: & deinde seorsum: *& locum pedum meorum glorificabo*, quasi quid secretius, & sacratius.

Arca fœderis est scabellum Dei.

1. Par. 28. v. 2.

Psal. 131. v. 6.

154. Quod si id voluit Spiritus Sanctus oportebit in Ecclesiâ duas etiam partes distinguere, quæ respondeant duabus illis partibus Templi, & tabernaculi præsignatiuis. Quod non fuerit admodum impeditum: offerunt enim se non difficiliter istiusmodi mysticæ significationes. S. Paulus Hebræor 9. vers. 8. præ se fert priorem, & exteriorem tabernaculi partem pertinuisse ad significandum statum præsentem Ecclesiæ; alteram verò interiorem & secretiorem partem, i. Sancta Sanctorum fuisse typum status Ecclesiæ cœlestis: quæ significatio satis hæret huic loco: in quo est illa distinctio & variatio locutionis modò num. superiori 153. indicata: & verbum *glorificabo* ad id est accommodum.

Sancta, & Sancta Sanctorum, quid significent.

155. Cæterùm, quoniam alibi locus, seu scabellum pedum Dei non cœlum, sed terra nominatur, vterque iste locus & sanctificationis, & pedum Dei ad Ecclesiam in terris agentem applicari potest: prior ad homines fideles rudiores, & imperfectiores, qui cultu externo, & obsequio sensili Dei potiùs capiuntur, quàm spirituali, & interno: qui operibus misericordiæ corporeis, qui precibus & oratione vocali, qui ieiuniis, aliisque corporis afflictationibus exercendis seipsos Deo quasi hostias offerunt, mactantque, quod quadrat in priorem tabernaculi partem, in quâ omnia illa sacrificiorum & victimarum genera fiebant.

Infr. c. 66. v. 1.

156. Posterior & interior pars significauit homines, qui exercitatos habent sensus, qui etsi illa externa non omnino prætereunt, potissimum tamen adorant Deum in spiritu & veritate: qui intimam habent cum Deo coniunctionem & familiaritatem, qui in Sancta Sanctorum, in secretiora Dei mysteria penetrant quibusque Deus quasi ex oraculo dignatur responsa reddere, & sua aperire beneplacita. Iam si libeat non tam ad personas, quam ad gradus & ordines Ecclesiæ referre; Sanctuarium possint esse sancti homines laici: Sancta Sanctorum, ordo sacerdotum, quo continentur Episcopi, & Summus ipse Pontifex, cui soli olim fas erat introire in Sancta Sanctorum. Verùm quoniam huiuscemodi expositiones arcanæ & typicæ sunt lubricæ, & versatiles, in eis premendis amplius non insistam.

Vers. 14. Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te: & adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi: & vocabunt te ciuitatem Domini sancti Israel.

Filij, ac posteri eorum, qui te incuruauerunt, ante te incuruabuntur: neque solùm posteri, sed interdum ipsimet qui tibi illudebant, adorabunt vestigia pedum tuorum, osculabuntur terram, quam ipse calcaueris. Prædictionis huius euentus notissimus, & oculis abunde spectatus. Nam Ægyptij, Philisthini, Assyrij, Chaldæi, & alij populi finitimi Iudææ, qui illam olim Dei plebem, & Ecclesiam humiliauerunt, & afflixerunt, eamdem posterius ad Christi fidem traductam proni sunt venerati. Deinde tyrannorum, & persecutorum soboles hanc eamdem Ecclesiam ex Apostolis, aliisque Hebræis primùm coactam, & in aliis auctam, magnis honoribus est prosecuta, ei sese humiliter subiiciens, & coronas ac sceptra regalia ad pedes piscatoris abiiciens. Adi annales Ecclesiasticos, lege vitas Christianorum Imperatorum Constantini, Theodosij, Caroli, & historias Martyrum, quibus nullos meliores loci & vaticinij interpretes inueneris. 157.

Adorabunt vestigia pedum tuorum.] Hoc est, osculabuntur pedes tuos, quod & propriè potest exponi, quod fit in Summo Pontifice Ecclesiæ capite: & figuratè, pro eximiâ quadam veneratione, & demissione, vide quid simile, aut etiam idem cap. 49. versic. 23. numero 234.

Vocabunt te ciuitatem Domini, Sion Sancti Israel.] Ierosolyma habita est, & vocitata *Ciuitas Dei*, siue *Ciuitas Domini*. Psalm. 45. vers. 5. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*: vbi subnicitur quasi huius appellationis ratio: *Sanctificauit Tabernaculum suum altissimus.* Habitabat quippe Deus in illo Templo instar incolæ. Et Psalm. 47. vers. 1. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in Ciuitate Dei nostri, in monte Sancto eius.* Propter montem sanctum Sion, vbi erat domus Domini dicitur Ierusalem ciuitas Dei: & v. 9. *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutũ, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eã in æternũ.* & statim succedit mentio de tẽplo: *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio* 158.

Templi

Tem[illegible]rum. Ob idem Dei S[illegible]tuarium appellatur ciuitas sancta 2. Machab. [illegible]. vers. 1. Matth. 2[illegible].v.[illegible].

159. Quod si [illegible] u[illegible]alem [illegible] quia fuit [illegible] & [illegible] Ecclesiæ C[illegible]anæ, appellata [illegible] *[illegible] Dei [illegible] D[illegible], [illegible] sancti Israel* quan[illegible] in[illegible] [illegible] & Sion spiritualis, [illegible] Dei [illegible] e

Gen. 2. v. 21. costa & latere veri ac [illegible] Adami, [illegible] risti, in Cruce mortis sopore [illegible], vocari debeb[illegible] *[illegible] Domini, Sion sancti Israel.* Vnde inter [illegible] a[illegible]posita & cognomina quæ Spiritus sancti instinctu [illegible] hæc Saluatoris accesserunt, hoc merito ponitu[illegible], vt Ecclesia sancta ore pleno nominetur vt vel ea nomenclatura fidelem quemque admoneat, & eum, qui in hanc ciuitatem ascribi ambierit, sanctitatis, quam exigit ista nobilis & inclita professio.

160. Certè in exordio Ecclesiæ, cùm recens, ac spirans prætendebatur oculis tanti debiti recordatio iugis, Christiani & erant, & appellabantur sancti communiter, vt videre est in initiis & inscriptionibus epistolarum Pauli. Rom. 1. v. 7. *Omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis Sanctis.* 1. Cor. 1. v. 2. *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis Sanctis*, idem facit Apostolus in alterâ epistolâ ad Corinthios, & in eâ, quam misit Ephesum, & in aliis ferè. Itaque Paulus hac epigraphe fideles admonebat officij, & quia reipsâ omnes ferme erant sancti, eis suum cognomen attribuebat. Ergo pudeat nos ciues & vernaculos huius sanctissimæ ciuitatis in eâ peregrinari, & alienos esse ab omni sanctitate, ne nomẽ Christianorum, & Sanctorum in nobis appareat inane. Quare S. Gregorius in Euang. hom. 26. non dubitauit asserere: *ille veraciter credit qui exercet operando quod credit.* & rursus homil. 29. *Vera etenim fides, quæ in hoc, quod verbis dicit moribus non contradicit.*

161. Ex quibus clarè percipitur, an hæreticorum grex belluinus sit nominanda ciuitas Domini, an potiùs synagoga Satanæ, & spelunca latronum: in qua nullum omnino vestigium sanctimoniæ comparet, vbi est omnibus ferè erroribus, antiquis, recentibus, obsoletis, & nuperrimè cusis tutissimum receptaculum, & vniuersis vitiis, flagitiisque totius impunitatis asylum: omnibus sordibus, & fœditatibus, quas nominari aures castæ refugiunt, spurcissima sentina, atque cloaca, & tamen apud se solos esse hanc castissimam Ecclesiam, & sanctissimam ciuitatem Domini, & Sionem sacratissimam sancti Israel, dicitare minimè verentur, & ni ita sit, caput suum diris omnibus deuouere. Sed cùm hoc non propiùs distet à vero, quàm terra ab Empyreo cœlo, & omnium hæreticorum capita sint membra ab Ecclesiâ Christi præcisa, nisi cerebrum excussum recipiant, diris omnibus, velint, nolint, erunt deuota, & æternis mancipata cruciatibus.

162. Sed faxit Deus quod illi non est impossibile, vt omnes *resipiscant à Diaboli laqueis, a quo*
2. Ti. 2. v. 26. *captiui tenentur ad ipsius voluntatem*: & sic exsoluti redeant ad ciuitatem Domini, vnde exierunt: cuius *portæ* sunt apertæ *iugiter, die ac nocte non claudentur*, non solùm denuo ex paganismo adeuntibus, sed etiam ex hæresi, & apostasia redeuntibus. Nam ob id quoque forsitan portæ plures [illegible] statuuntur, vt pateat aditus primum venientibus [illegible] baptismum, & sic etiam egredientibus regressio per pœnitentiam, toties, quoties eos ex animo pœnituerit. Est enim [illegible]cclesia mater indulgentissima nunquam a [illegible] gremio excludens ad se sincerè confugient[illegible] & [illegible]uitas [illegible]fugii quorumuis sceleratos, d[illegible]les[illegible]tes tamen & scelera sua damnantes admittens.

Vers. 15. Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem.

EAmdem Deus alloquitur Ecclesiam, quondam derelictam, odio habitam, & quasi in solitudinem redactam: cui admirabilem amplitudinem, & incredibilem promittit magnificentiam. 163

Vnus est Sanctius, qui litteraliter & historicè capit hoc de Ierusalem & populo Hebræo postliminio in patrias sedes à Babyloniâ reducto: mysticè verò de Ecclesia Christiana, quam Deus à tyrannis & persecutoribus diuexatam ad amplissimam dignitatem, & gloriam euexit. Cæteri interpretum etiam literaliter de Ecclesiâ vaticinium intuentur: & hoc est necessariò sentiendum. Nam quamuis hæc præcise pericope posset aliquâ ratione illi euentui aptari, superiora tamen, & inferiora ita sunt grandia & ampla, vt in illas rerum Iudaicarum angustias compingi nequeãt; quare cùm propheticus sermo sit continuus & summâ prudentiâ & concinnitate productus, si partes aliquæ omnino ab eo successu dissiliant, aliæ licèt competere videantur, ab eo submouendæ sunt, & ad alium transferendæ, cui omnes simul sumtæ, & colligatæ conueniant. Quam regulam multis locis opportunam approbat, & explicat noster Ribera de sacris litteris benè meritus, Zachar. cap. 2. num. 2. 164.

Regula. Partes continuatæ orationis non dissoluendæ.

Sed cùm conspirent interpretes id prædici, & dici de Ecclesiâ, sed super statu, ac tempore dissentiunt: & super ipsâ derelictione. Missum facio Ariam singulariter exponentem de vrbe, arcanáque sua illa ciuitate, *quam utinam*, inquit ille, *qui legunt, intelligant*, nam si hæc mystica ciuitas ante Christi aduentum, vt idem autor tradit, nullo sæculo est visa, à nullo hominum est adita, sic enim exponit: *& non erat, qui per te transiret*, sed post Christi victoriam, primùm est instituta, quomodo dicitur fuisse derelicta; & odio habita? si eam ante id temporis, vt loquitur Arias, *nulla tempora, nulla secula vel extare viderunt*? Porrò, *derelicta, odio habita* Græce ἐγκαταλελειμμένη καὶ μεμισημένη, & quod idem est de verbis Hebraicis, rem, quæ extiterit, & exstet significant. 165.

Quâ prætermissâ obscurâ & impropriâ expositione, aliæ duæ relinquuntur: vna de Ecclesiâ Christianâ, quæ fuerit in persecutionibus derelicta, & infidelibus odio habita: altera de Ecclesiâ priscâ Judaicâ, quam posteriorem expositionem si nolumus filum dimittere, 166

debemus amplecti: cum hac enim Ecclesia ab initio capitis & vaticinij est sermo continens, & nunquam [illegible] ta Hieronymus, Cyrillus & Proc[illegible] [illegible] Adamus, Forer[illegible].

167. Sed [illegible] derel[illegible] [illegible] modo exponi[illegible] S. Hieron[illegible] [illegible] & abie[illegible] S. Cyr[illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] num. Fo[illegible] [illegible] [illegible] aduent[illegible] [illegible] Ada[illegible] dem bo[illegible] & p[illegible] b[illegible] & [illegible] anima[illegible] & [illegible] pe[illegible]

168. Mihi [illegible] hæc [illegible] hoc odium, & solitudo p[illegible] ad [illegible] Saluator superius, & [illegible] [illegible] [illegible] at

Sup.v.14 qu[illegible] *Venient [illegible] pl[illegible] eorum qui humiliauerunt te*: itaque Synagoga Dei populus [illegible] fuit olim [illegible] derelictus, ac destitutus & ope humana, & diuina: permissus hostili cæde tati, odio, sæuitiæ, vastationi; in Ægypto, in Chaldæa, in ipsimet Iudæa: id eius peccatis exigentibus, quàm fuerit alijs nationibus odiosa natio Iudæorum, [illegible] v.3. num.er.49. illud vltimum: *& non erat qui per te transiret*, licet sonet paucitatem ciuium, & solitudinem regionis, vt alia loca probant, tamen L X X. ad inopiam auxilij referunt, atque adeo congruit cum *derelicta, & odio habita*.

169. *Pro eo quod fuisti derelicta*, [illegible] in caussalis particula, non hærebit interpretatio Cyrilli superior num.167. non enim ideo g[illegible] Iudæorum posita est *in superbiam sæculorum*, quia Christum abnegans punita est, sed potius ob id flagitium maxima ex parte fuit funditus euersa, & in fordes mundi redacta. Alia Hieronymi explicatio de ramis detractis minus incommode possit accommodari: ita vt *pro eo quod* sit non caussa, sed occasio: nam fractio ramorum Iudæorum, fuit occasio inserendi surculos Gentiles, eorum loco in radicem, hoc est, [illegible] regandi Gentiles Ecclesiæ Iudæorum: quod fuit decus eximium, supra num.58.

170. At ego hanc dictionem neque caussæ, neque occasionis notam, sed [illegible] successionis, & vicissitudinis arbitrabar; ac si præcise diceret: Tu quæ fuisti derelicta, odio habita, ac deserta, tuo quidem merito: eucheris & extolléris a me, mea misericordia, in altissimum dignitatis gradum, quod vero hæc significatio locum habeat dictio originalis תחת *tachat* astruit, quæ est simplex, eadem atque *pro seu, vice*, vt cum vnum alterius vicem loco que succedit: atque adeò est, vti dixi, nota vicissitudinis. Genes. 2. versic. 21. *Tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro eâ*. 2. Reg. 10. versic. 1. *& regnauit Hanon filius eius pro eo*. vtrobique תחת *tachat*, i. *pro, vice* eius.

Pro eo, quod, est nota vicissitudinis, & successionis.

171. *Ponam te in superbiam sæculorum.*] *Superbia* pro altitudine, & eminentia: גאון *Gaon* à radice גאה *g. ah, extollere*, effertur: & vt apud Latinos aliquando id est dignitatis & excellentiæ vocabulum, aliquando au[illegible] vi[illegible], eo quòd plerique elati & elati tumescant & insolescant: sic adem apud Hebræos est anceps significat[illegible] [illegible] riorem [illegible] inter[illegible] [illegible] [illegible] vt [illegible] hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] te. *meum sunt di-*

Superbia, vox ancep.

Plerique elati superbiunt.

uitiæ, & gloria, & opes [illegible] *biles*, vn[illegible] [illegible] tinend[illegible] [illegible] in[illegible] impe[illegible] Latini p[illegible] [illegible] suo [illegible] [illegible] hoc est [illegible] [illegible] [illegible] tem 1511. ver[illegible]

vide & quid.

Q[illegible] [illegible] ea. sunt spolia [illegible] de [illegible] su- Virgil.

P[illegible] [illegible] que meus Mez[illegible] hic est.

[illegible] [illegible] [illegible] socii [illegible] maiores [illegible] degeneret.

172. Ego [illegible] hoc [illegible] [illegible] fix superbi[illegible] hoc [illegible] te omni[illegible] [illegible] potentiâ humana sup[illegible] nullâ omnino [illegible] [illegible] [illegible] nullam vi[illegible] & potest[illegible] futurum esse [illegible] pares, sed nimirum infer[illegible] [illegible] possit obsistere. Matth. 16. versic. 18. *& s[illegible] tr[illegible], & super hanc petram ed[illegible] [illegible] & portæ inferi non præualebunt [illegible] [illegible] non præualebunt*, [illegible] [illegible] minus *infernas leges*. [illegible] *Tartari* [illegible] [illegible] *claustra di[illegible]*, vt Hilarius [illegible] [illegible] Canone 16. exponit, & approbat non [illegible] [illegible] certior [illegible] autor Maldonatus. Vide supra cap. 45. nu. 135.

Ecclesia superbiet vel hostibus victrix.

Hilar.

Compara[illegible] [illegible] liquet è tota capit[illegible] [illegible] statum Ecclesiæ pristinæ ante C[illegible] [illegible] in mundum, cum statu Ecclesiæ eiusdem post Christi [illegible] in cœlos, & spiritus sancti effusionem in Apostolos. Prisca enim illa temporibus [illegible] [illegible], habuit perpaucos cultores, [illegible] Ab alia progeniem, eamque non ex omnibus [illegible] propagatam, sed ex vno Isaac: finibus angustis limitibus coercita: Psalm.75. versic.2. *Notus in Iudæa Deus, in Isr[illegible] magnum nomen eius*. in [illegible] prouinci[illegible], alijs nationibus ignotus. Psalm. 147. versi. vltim. *Non fecit taliter omni [illegible] nationi, & iud[illegible] sua non ma[illegible] stauit eis.*

173. Nulla namque Gens, aut natio tota [illegible] illam Dei latam per Moysem, cui æquitate, sapientiâ, & sanctitate plenam admisit: pauci ex vna, aut altera natione eam suscepere, qui dicebantur *aduenæ*, siue *proselytes*: ex ipsis verò Iudæis quamplurimi, turmatim interdum & tributum ab Ecclesiâ & fide ad Paganorum & idololatrarum castra deficiebant: regnante Roboam filio Salomonis decem tribus primùm ab eius imperio ad Robo[illegible] eius fam[illegible] se transtulerunt, dein ipso Roboamo suasore, vt imperium vi partum retineret, à Dei cultu ad idola colenda transfugerunt; & in ea [illegible] post fidâ, & perfidiâ perseuerarunt, exule dum in Assyria, & ob id sceleris mulctari. Neque [illegible] men duæ reliquæ tribus Iuda & Beniamin alienæ malo edoctæ ab ea insania [illegible] [illegible] omnino, sed & plerique, & [illegible] idolorum simulacris turpiter [illegible] [illegible] tota Regum à loco citato pa[illegible] [illegible] [illegible] alicubi lame[illegible] tatur, & zelo inf[illegible] alloq[illegible] ur, *Quia dereliquerunt* [illegible] *filij Israel* [illegible] *tua* [illegible] *tas tuos occide* [illegible] *solus, & quæ[illegible] animam* [illegible]

Gentibus in paucis tenet ferum legem Moysis.

Iudæorum plures ad idola transfugerunt.

3.Reg.12.v.19

Tribus decem transit à cultu Dei.

3.Reg.19.14.

Iudæorum aues ido[illegible]

Cui Pro[illegible] [illegible] [illegible] and[illegible] [illegible] *Deus*

Deri [illegible] *m, que* [illegible] *Ba* [illegible] *omne* [illegible] *m* [illegible].

174. [illegible] é- su [illegible] cta est. & [illegible] n pa [illegible] ca bon [illegible] o [illegible] us al [illegible] & [illegible] numer. 49. at [illegible] & [illegible] anni [illegible] que libe [illegible] ; [illegible] ser- sit [illegible] morum, seu [illegible], quis D [illegible] per interna [illegible] ous, lo [illegible], in quibus [illegible] polus antiquis possessoribus, collocarat, [illegible] tè nat [illegible] Dei [illegible] Gentibus & [illegible] vulgò m [illegible] odio fuit habita [illegible] tur terri [illegible] nationi : &

Cum Iudæis pauci populi commercia habebant. *non erat, qui per* [illegible] *transiret* : quod non [illegible] ad communionem fidei, ac religionis, sed etiam ad al[illegible] rerum humanarum [illegible] consortium [illegible] belli, quam pacis tempore facil[illegible] ubi odia intercedunt, commercia [illegible]

175. Et licet hæc [illegible], hæc inuidia variauerit, quandóque maior, quandóque minor exsistens; permansit tamen vsque ad Euangelium: quo medio vetus illa Ecclesia, quæ fuerat deuoluta ad Apostulos, aliosque Iudæos, posita est à Christo eius instauratore *in superbiam sæculorum, gaudium in generationem, & generationem*. redi ad vers. 1. *Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum: & gloria Domini super te orta est.* *Surge*, iacens derelicta, pusilla, odiosa, abiecta: *Surge*, illuminare, accipe splendorem nouum, gloriam, *superbiam sæculorum, gaudium* sempiternum. Nam quamuis Christi soboles, & Ecclesia fuerit alicubi derelicta, hoc est, afflicta, pressa, & odio habita, non modò Gentilibus, sed etiam Iudæis; tamen iis insectationibus & bellis exercita non est imminuta numero, sed potius aucta, non amisit dignitatem, [illegible]d acquisiuit gloriam eximiam, patiendo vicit, ferendo subiecit, & adiecit suo imperio imperatores, reges, principes terræ, nobiles, diuites, & quod maius est, sapientes sæculi, clarissimos philosophos, & oratores, qui sibi vni sapere videbantur, & quibus principio crux Christi, & Euangelica prædicatio apparebat esse extremæ stultitiæ, atque dementiæ. Paulus Athenis, quæ se scientiarum iactabant inuentrices, primùm irrisus, pòst cùm alios, tum Dionysium sapientissimum, & Areopagi principem sub iugum misit Euangelicum. De aliis magnis Philosophis *per stultitiam prædicationis*, vt loquitur Paulus, ad veram sapientiam adductis & edoctis dicere abstineo, quoniam historiam non scribo. Quibus philosophis Ecclesia Saluatoris vt suppedaneo ac basi, seu vt peristylio imposita, eos premens, eisque per humilem suppositis obedientiam insistens dici potest esse *posita in superbiam sæculorum*, aut prout Hebraicè, *in superbiam, & altitudinem sæculi*. nam sæculi *scientia inflat*, & facit, vt al[illegible] quis sapiat [illegible] & plusquam oportet, sibi arroget.

Suprà nu. 9. Ecclesia vetus Iudæorũ per Christum nobilitatur.

Act. 17. v. 32. Paulus irrisus Athenis conuertit multos.

1. Cor. 1. v. 21

176. Hugo sæcula accipit, viuentes in sæculis, i. homines sæculares. Quæ scripsi hactenus, scripta sunt c[illegible] noenienter [illegible] quæ ego in commentariis [illegible] orum iam [illegible] bam quod mi[illegible] occurrerit commentanti. *Superbiam sæculorum*, seu *sæculi* accipi proprie, & ex vsu omnium pro amplitudine [illegible] & opulentiâ super[illegible] pro imper[illegible] Romani quod ita v[illegible] potuit, ex quo ad [illegible]am notam Maiestat[illegible] [illegible]ndit: & quia omnem vi[illegible] & potentiam superabat human[illegible], & qui[illegible] a magnitudine superbieb[illegible], al[illegible]que gétes omnes despiciebat, quas sibi bellado subiugauerat. Vnde Octauiano Augusto [illegible]pe ratore ausa est Roma claudere ian[illegible]as [illegible] mpli Iani, quasi orbe iam do[illegible]ito, & iubet[illegible] ac edicer[illegible], v[illegible] censeretur, ac *describeretur* [illegible] *uniuersus orbis* tanquam Romanæ Reipublicæ subditus. *Superbia sæculorum pro Romano imperio.* *Luc. 2. v. 1*

177. Ergo [illegible]per hanc *superbiam sæculorum* ponenda [illegible] Ecclesia prædicitur, non eo tantùm nomine, quòd ea Respublica esset vnà cum aliis subitura iugum Christi, sed nominatim, quòd Romæ vrbi capiti totius orbis sedes Apostolica, & Pontificia esset imponenda; vt inde facilliùs in reliqua quasi membra mundi vitalis fidei calor, atque vigor diffunderetur: & quæ à Christo aliena aliis populis, suo saltem exemplo, magistra fuerat erroris, Christo subdita esset magistra veræ religionis. In hoc imperio nobili, populóque superbo Beatissimus Petrus princeps Apostolorum, Christíque Vicarius diuino admonitu sedem suam posuit, vt altiùs exstaret, eminerétque, & illa sæculi altitudo superbè fastigiosa & fastuosa extullendę fidei & Ecclesiæ Euangelicæ supposita deseruiret. quod subindicauit Paulus scribens ad Roman. cap. 1. vers. 8. *Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.*

Chrysostomus hom. 2. in id loci: *Quid? omnis ne terra Romanorum fidem exaudiuit? omnis ex illo. ac nihil non verisimile. neque obscura & ignobilis vrbs erat: verùm tanquam in fastigio quodam sita, vndequaque illustris. Mihi porrò considera prædicationis Euãgelicæ vim, vt breui tẽpore publicanorum ac piscatorum operâ in ipsum vrbium caput inuaserit, vt homines Syri Romanis præceptores, atque institutores exstiterint.* 178. *Chrysost.* *Vide sup. num. 45*

S. Leo serm. 1. in Natali Apost. Petri & Pauli vlteriùs progressus existimat ideo à Deo ad tam sublime fastigium fuisse elatum Romanum imperium, vt ei sedem Apostolicam imponeret. Verba tanti Pontificis reddendæ rei, de quâ agimus, peropportuna: *Vt huius inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum diuina prouidentia præparauit: cuius ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum vndique gentium vicina & contigua esset vniuersitas.* & paucis pòst verbis: *Beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium reuelabatur salutem efficaciùs se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tunc vrbe non essent, aut quæ vsquam gentes ignorarent quod Roma didicisset: Hic conculcandæ philosophiæ opiniones, hic dissoluendæ erant terrenæ sapientiæ vanitates, hic confutandi Dæmonum cultus, hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda, vbi diligentissimâ superstitione habebatur collectum quidquid vsquã fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo vrbem tu beatissime Petre venire non metuis, & consorte gloriæ tuæ Apostolo Paulo aliarum adhuc Ecclesia-* 179. *Deus Romanum imperium extulit, vt ibi sedem Religionis poneret.* *S. Leo.*

rum ordinem sensibus occupato, syluam istam frementium bestiarum, & profunditatis turbulentissima Oceanum constantior, quam cum supra mare gradereris, ingrederis.

180. Exposui quid mihi in cogitationem inciderit: in quo vellem habere ducem, quo sequendo fidelem inuenio adhuc neminem. Licio tamen viri Alcazari placitorú, qui totius Apocalypsios scopum vult esse, Romæ figendam esse sedē Apostolicam, vt tradit Not. 14. procem. n. 4. & c. 13. v. 18. in commentario exponens illud: *numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex*: contendit, eam bestiam esse Romanum imperium, & eius nomen, *superbia vitæ*, quod Græcè ἀλαζονεία βίου iis litteris numeralibus cóstat, quę supradictum numerum 656. exprimunt. Forsitan Fortius nonnihil mihi assidet: quatenus ait in scholio: *Subiugarunt discipuli Domini vniuersum mundum, & Roma caput orbis Christi iugum libens subiit.* Porrò Romani populi, senatusque quasi propriam inter alias gentes fuisse ambitionem, gloriæ cupidinem, & quod hinc est cōsequens, superbiam quiuis in historia Romanā non hospes fatebitur. huic superbo populo impositam Ecclesiæ principis sedem res est indubia: an verò id hoc loco Isaias prędixerit, id ego, meá expositá coniecturá, in medio lectori relinquo. Eam iuuat lapis ille Dan. 2. versic. 34. qui contriuit ferrum, i. regnum Romanum, vt pluribus interpretum placuit, & creuit in montem magnum, impleuítque vniuersam terram: qui nimis est Christus & eius Ecclesia.

Apoc. 13. v. 18.

Romanis impara superbia.

Gaudium in generationem, & generationem.] Gaudium hoc spirituale est, quod non solùm conuenit Ecclesię cœlesti victrici, atque triumphanti, sed etiam etsi non æquè cumulatum, Ecclesiæ præsenti militanti, in mediis prœliis, certaminibus, laboribus, periculis, & innumeris molestiis, atque incommodis promittitur: quod gaudium internum quomodo iis externis ærumnis & afflictionibus non turbetur, est dictum c. 35. v. 2.

Vers. 16. Et suges lac Gentium, & mamillâ Regum lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

181. LAc Gentium, & mamilla Regum, voces non propriæ, sed per translationem admotæ multis, variísque rebus expromendis opportunæ, occasionem afferunt interpretibus variandi inter se. Nam Procopius, & eo vetustior, & grauior Hieronymus, post vtrumque Haymo, & Dionysius, & vt apparet, etiam Arias, doctrinam intelligunt: quam intelligentiam nominatim reiicit S. Cyrillus: neque mihi reiectio displicet. nam etsi multi, nobiléſque sapientiá viri è Gentilitate ad Ecclesiam accedentes, eā lacte doctrinæ aluerunt, ij tamen priùs ab ipsa Ecclesiâ lac Euangelicum suxere: vnde cùm Deus nunc Ecclesiam infantilis ætatis, i. recèns natam (ideo vtitur iis vocibus, *Suges*, & *Lactaberis*) alloquatur, ac proinde Ecclesiam ex Apostolis, aliísque Iudæis compositam, non diceret, si doctrinam vellet significare, *Suges lac Gentium*. non enim Iudæi à Gentilibus, sed Gētiles à Iudæis sunt edocti, vt claret è v. 3. *Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.* Nulla ergo ratione, si est eadem omnino Ecclesia, eadem textus quod ostendit cursus orationis, & *lac* est doctrina, non secus, atque *lumen*, concinent hæc duo: *Ambulabunt Gentes in lumine tuo*: i. Tu præferes, ó Ierusalem, hoc lumen Gentibus, tu eas illuminabis, & docebis Reges. relege n. 48. 58. & *Suges lac Gentium*, hoc est, accipies a Gentibus doctrinam: quodsi dixeris, prædici lactandum lacte Apostolorum, vt indicat S. Hieronymus mittens lectorem ad v. 4. *Filiæ tuæ de latere surgent*, vbi ille legit, vt vidisti, *lac sugent*, & intelligit doctrinà Apostolicam: hæc intelligentia ab hoc loco est aliena, qui habet *Suges lac Gentium*: Gentiles Iudæis oppositos sine dubio significans.

Lac Gentium, & mamilla Regum, quid.

Quare Cyrillus, idem qui suprà Procopius, Vatablus, Osorius, Dionysius, Mariana, Pintus in *lacte*, & in *mamillà* opes, & diuitias accipiunt quibus Gentilium principes Ecclesiam exornarunt, & Dei cultum amplificarunt LXX. assauent, qui pro, *lactaberis mamilla Regum*, reponunt: *diuitias Regum comedes*. & hæret translatio satis: nam vbera, & inde lac manans est alendæ infantiæ: lac est quod abundat, quod materno pectori superfluum est: ergo decuit vt abundantia & opulentia Regum, ac Principum paganorum aleret, & nutriret infantiam Ecclesiæ, pauperes eius filios alendo, templa ædificando, supellectilem sacram apparando: vt qui à Iudæis lac spirituale, & Euangelicæ doctrinæ cibum accipiebant, eisdem vicissim lac temporale, & opes corporales rependerent. 1. Corinth. 9. vers. 11. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* 182.

Principes Gentiles Ecclesiā ditant.

Ergo Gentilium opes, diuitias, thesauros, quidquid est opulentum & splendidum, Ecclesiæ præsertim teneræ accessurum pollicetur Deus: ne quis inopiæ metu ad eam accedere retardaretur; cuiusmodi est illa Christi monitio, & stipulatio: *Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis: nolite ergo soliciti esse in crastinum*: quam alimoniam vt Deus ostendat, fore non modò vberem & affluentem, sed etiam delicatam, atque suauem, eam cum lacte comparat, cui inest vtraque proprietas: deinde, vt indicet affore sine solicitudine, & curà, & sine labore paratam, lac sugendum esse prænunciat: infanti enim laboriosum non est vbera obuia & oblata premere, indéque lac elicere: demum, vt ne lautitiam quidem mensæ, & nitorem defuturam esse promittat, adiungit: *& mamillà Regum lactaberis*: regum enim solent esse lauta cibaria. 183.

Fideles non timeant perire fame. Mat. 6 v. 33.

Necessaria ad victum suppetunt bonis fidelibus.

Hunc si ita versum interpretemur de opibus, diuitiísque temporalibus à Gentilibus conuersis prouenientibus Ecclesiæ, siue ad victum humanum, siue ad cultum diuinum, conuenit ex parte cum versu sexto, & septimo: neque est nouú, aut inconcinnú rem vno loco tractatam, altero retractari. Et possumus ita diuidere, vt loco superiore prædicatur opes comportandas à Gentibus ad cultum diuinum, vt ibi dixi; hoc verò loco ad victum, cultumque humanum, ad corpora fidelium, quæ sunt templa viua Spiritus sancti, ędificanda, & conseruanda. Porrò Ecclesiæ cessura esse bona Gentilium prœmonstrasse Deus videri possit in illo populo Israelitico, 184.

litico, quem eductum ex Ægyptiacâ tyrannide immisit in possessionem Chananitidis, soli vberrimi, fluentis lacte, & melle: vbi inhabitarunt Hebræi ædes, quas non exstruxerant, collegerunt fructus ex oliuetis, vineis, hortis, alieno labore consitis. Quo significatu multi accipiunt illud Psalm. 110. versicul. 6. *Virtutem operum suorum annunciabit populo suo:*

Terra promissa possessio fuit figura bonorum temporalium Ecclesiæ.

185. *vt det illis hæreditatem Gentium.* Vt ergo Ecclesia illa Iudæorum successit Gentilibus in bonis temporalibus: sic eadem Ecclesia facta aliquot pòst sæculis Christiana, hæres fuit bonorum Gentilitatis: hoc tamen discrimine, quòd illi priores Gentiles Chananæi pulsi sunt inuiti sua possessione: ac posteriores Gentiles Christo subditi, sponte suâ bona Ecclesiæ concesserunt. quod etiam ostenditur hâc locutione metaphoricâ: *Suges lac Gentium*; nam qui possit infans vix dum vuluâ effusus vi vbera corripere, & à resistente fœminâ lac exprimere? ergo necesse est, non solùm, non repellere puellum, sed etiam, vt possit sugere, vberibus admouere. Deinde qui possit imbecillus potentissimo quid surripere? ideirco adiungitur: *& mamillâ Regum lactaberis*: nam potentissimis regibus non vi bona extorquentur; vnde qui ab eis nutriuntur, & augentur, sponte, & ex liberalitate augentur.

186. Ergo vt, fœmina lactescens sponte offert vbera & mamillas sugendas infanti: sic Reges plurimi & Principes lubentes & liberales obtulerunt ac detulerunt Ecclesiæ multa munera, ac bona temporalia, quorum vel indicem componere non est munus interpretis, sed historici. Vnum duntaxat monuerim ex historiâ nostræ Hispaniæ, vt alias prouincias omittam, reges eius antiquiores quoties victoriam aliquam illustriorem ex Mauris tum hostibus Dei, & suis essent adepti, toties ferme aliquod insigne monasterium, aut templum exstruxisse, vel exstructo annuos redditus non exiguos attribuisse, vt eo opere Deo victoriam referrent acceptam, & partem aliquam eorum bonorum, quæ simul cum gloriâ ex hostibus reportarant, tanquam decumas, Abrahamum imitati Deo in suis famulis offerrent. Quod velim aduotari ab iis, qui suadent principibus, vt ex Ecclesiasticis bonis ad se partem deriuent, hoc est, vt quod maiores Ecclesiæ quo dixi animo obtulerunt, ipsi nescio quo consiliu recipiant. Dices, notum, & pium esse consilium, vt hostibus fidei bellum afferant: non damno vbi fit autoritate legitimâ: sed persto monere, veteres reges donando Ecclesiis, potius quàm recipiendo victores contra infideles euasisse. Lactetur ergo, vt prædicit Isaias, mamillâ Regum Ecclesia. Viegas in Apocal. cap. 21. sect. 5. num. 5. videri poterit.

Principes sponsæ donâit Ecclesia.

Reges Hispani liberales in Ecclesiam.

Reges non auferant Ecclesiæ bona.

187. At quoniam vbera præbere sugenda, est officium matris amantissimæ, ideirco alij interpretes nec immeritò hanc metaphoram applicant ad fauorem, & indulgentiam Principum erga Ecclesiam. Referat se lector ad capit. 49. versicul. 21. 23. *Afferent filios tuos in vlnis, & erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ* arbitror enim vtriusque prophetiæ eumdem esse scopum. Quæ causa est, vt Regibus mamilla, propria fœminarum attribuatur, quia matres tenerius, & dulciùs amant, quàm patres, suprà capit. 46. numer. 41. capit. 49. numer. 191. Videtur præterea aspicere morem fœminarum principum, quæ suos fœtus non nutriunt ipsæ, sed aliis puerperis nutriendos committunt: Ecclesiæ verò infantia ipsis regalibus vberibus admouenda, & lactanda prædicitur: quæ actio singularem caritatem, & indulgentiam publicat.

Principes fauent Ecclesiæ.

Matres dulcius amant quam patres.

Matres non nutriunt proles.

188. Ex qua tanta tam admirabili & inopinatâ conuersione rerum, & mutatione studiorum, vt Iudæorum natio adeò exosa cæteris Gentibus, eisdem sis tantopere cara, & iucunda, *scies, quia ego Dominus saluans te; & redemptor tuus fortis Iacob.* nam alius quàm ego tantum facinus edere non valuisset, aut etiam voluisset: meæ fortitudini, & benignitati, non tibi debebis ascribere. Pro, *Fortis Iacob*, LXX. *Deus Israel.* iunge vtrumque, Deus fortis Iacob, seu Israelis: qui in Israele saluando, erigendo, & ponendo *in superbiam sæculorum*, se fortem & potentem exhibuit: qui Iacobum profugum, exsortem, socero suo Labano inuisum, obnoxium locupletauit, auxit liberis, re familiari, familiâ, & in terram promissam restituit, & eius posteritatis ditioni subiecit.

Vers. 17. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam.

Sæculum aureum.

Piger, ne dicam, pudet, ampliùs pedem componere cum Rabbinis, & Rabbinicis hæc omnia propriè, & materialiter sumentibus, & nobis post Babylonicum exilium, Ierosolymam argenteam, & auream repræsentantibus, & sæculum illud fœlix, & aureum Salomonis reuocantibus. Maneat ex suprapositis, & confirmatis stabile, fiaùmque, hæc quoque figuratè prædici: & admirabilem mutationem rerum in melius promitti. 189.

Mutatio insignis.

3 Reg. 10. v. 27.

Quæ autem mutatio sit, quisque pro suo iudicio coniectat. Sanct. Hieronymo, aliisque visa est mutatio morum. Sanct. Cyrillo & nonnullis mutatio doctrinæ veteris Mosaicæ in nouam Euangelicam. Adamo, virtutes apparentes Gentilium, vt Romanorum fortitudinem, temperantiam, & alias vertendas in virtutes veras. Galfridus Abbas citatus à Delrio Adag. 707. materias prælatas aptat singulas singulis virtutibus, & materias posthabitas vitiis: nempe ligna, & lapides, quæ sola posthabentur: nam ferrum & æs partim posthabentur, & partim præhabentur: postponuntur argento, & auro: & præponuntur ligno & lapidi: vnde apud hunc autorem hæc sola sunt vitia: æs & ferrum virtutes, patientia & perseuerantia: argentum & aurum præmia pro iis reddita. 190.

Morum. Haymo. Doctrina. Virtutum.

Virtutes vitiis mutanda.

Demum Arias ait: promitti cuique tutas fore suas opes & diuitias à furibus, pace constitutâ: *discedit à mente Prophetæ*, ait Delrius, *longiùs, quàm Danubius à gange.* Sed versic. 18. sequenti redit Arias ad viam, & communi modo

Diuitiæ tutæ

do exponit de meliori sæculo Messiæ.

191. Ego iamdiu sum in ea sententia, vt exsistimem in allegoriis & translationibus eiusmodi continuis non oportere subtiliter exquirere, quid quæque vox affetat separatim, sed intuendum esse in commune scopum, & institutum: quod hoc loco est, accedente Christo, & eius Euangelio, omnia esse conuertenda in melius, & auferenda, si quæ sint inutilia: quò pertinet collatio & prælatio rerum proposita: non valde dissimilis ab ea capitis 55. versicul. 13.

Subtiliter non disquirendum.

Quocirca fas erit hanc conuersionem, & quasi surrogationem transferre ad leges, ad instituta, ad doctrinam, quod facit Cyrillus: ad mores & affectus, quod facit Hieronymus: & ad statum & conditionem temporum, vt priscum sæculum fuerit ferreum, aut æneum, quo dominabatur timor & rigor congruens statui serutli: præsens verò sæculum Euangelicum verè sit argenteum & aureum, quo imperat amor conueniens conditioni filiorum & ingenuorum; quem explicatum etsi nemo exprimat, exsistimo non abhorrere à mente Isaiæ.

Auctoris opinio plura complectens.

192. Sanct. Cyrillus obseruat ideo pro *ære aurum*, pro *ferro argentum* substitui, quòd habeat speciem auri, & ferrum argenti, quia hoc lucidum, illud fulgidum: quæ obseruatio fortasse induxit Adamum, vt diceret promitti virtutes veras pro apparentibus vt posui numer. 190. Sed quominus huic obseruationi assentiar me impedit altera pars prælationis & substitutionis: *pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum*: inter quæ nulla est similitudo coloris, nulla affinitas formæ. itaque non apparens aliqua propinquitas attenditur, sed potiùs pretij distantia, & æstimationis longinquitas. Multo enim minoris æstimatur lapis vulgaris & obuius, quàm ferrum: lignum & materia cædua communis quàm æs: minùs preciosum est ferrum argento, & æs auro: hæc analogia spectatur, & transfertur ad spiritualia, vt dictum est: & ex sequenti inciso intelligitur.

193. *Et ponam visitationem tuam pacem: & præpositos tuos iustitiam.*] L X X. hoc nobis planiùs reddiderunt ita: *Dabo principes tuos in pace: & Episcopos tuos in iustitiâ.* Videtur esse expositio allegoriæ & quasi ænigmatis superioris: pro magistris & magistratibus Synagogæ, qui valde degenerauerant à suis proauis, & ab officio recesserant, pro scribis, legis peritis, Pharisæis dabo & afferam Apostolos; Apostolorum successores, Episcopos sanctissimos & doctissimos: pro ære, & ferro aurum & argentum, pro primoribus laicis, & principibus Iudæorum auaris, superbis & impiis, quales videre est in historiâ sacrâ, vbi è longissimâ serie Regum vix vnum aut alterum bonum exemeris: dabo Reges & principes Christianos quamplurimos singulari in Deum pietate, & iustitiâ erga subditos, atque clementia; pro lignis & lapidibus, ferrum & æs, viros ferreos, æneos, fortes, constantes, affectibus humanis inuictos; quod magis exprimit sequens versus.

Boni doctores pro ineptis.

Boni principes pro malis.

***

Vers. 18. Non audietur vltra iniquitas in terrâ tuâ, vastitas & contritio in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.

FEliciras, & tranquillitas seculi aurei Euangelici prædicitur, & eleganter expingitur. 194.
Probe adnotat Arias, *iniquitatem* arceri ab vrbibus & ciuitatibus, in quibus consueuit sedem figere, quoniam intra vrbes sunt tribunalia, negocia, commercia, pacta, contractus, res omnes obnoxiæ iniquitatibus: *vastitatem* verò & *contritionem* submoueri à terminis & ab agris, qui vastari solent tempore belli ab hostibus. Itaque promittitur iustitia & pax summa. Vtraque verbis conceptis prædicitur afferenda à Christo in Psalm. 71. vers. 7. qui Psalmus est de Christo.

Felicitas sæculi Euangelici. Iustitia, & Pax.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. & v. 3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Quæ iustitia & pax futura est, *donec auferatur luna*, id est, perpetua. Sic hoc loco: *Non audietur vltra iniquitas in terra tua.* 195.

Psal. 71. v. 7.

Et occupauit salus muros tuos.] Muri sunt, qui muniunt, & defendunt vrbem, vnà cum portis: integris enim & saluis muris, clausis, atque defensis portis, omnia sunt incolumia, & tuta. Vnde *salus* collocatur in mœnibus, & *laudatio*, atque iubilus attribuitur portis: nam cùm hostis muros occupat, vel portas irrumpit, actum est de vrbe: in muris est ruina, & in portis luctus. Potest etiam esse respectus ad consuetudinem Palæstinæ, in quâ fora & tribunalia erant ad portas vrbium: atque adeò salus & pax ponitur in muris, laudatio, & lætitia fructus iustitiæ in portis.

Mœnia & porta vrbis defensio.

Mos Palæstinæ.

Hęc de sensu ferè grammatico: nunc de sensu præcipuo, & quæritur de quâ pace sit sermo, de istâne externâ, quæ bella & tumultus hostiles amouet, an verò de pace & securitate internâ, quæ prælia occultiora, & perturbationes nocentiores componit, & moderatur. 196.

Ego facilè acclinarim ad affirmandum, interiorem pacem, & iustitiam Vati fuisse propositam: sed cùm ex eâ pace, & moderatione cupiditatum nasci soleat pax altera, & iustitia exterior ciuilis (nam ex concupiscentiis lites, bella, iniurias nasci autoritas est diuina Iacob. 4. versicul. 1. & experientia notissima) fit verosimile ab Isaiâ vtramque coniungi. Quod si contra obieceris, neque internam, neque externam pacem tantam exsistere in hoc sæculo Euangelico, quantam Vates pollicetur, cùm experiamur plerosque Christianorum turbulentissimis affectibus iactatos, iniuriis inferendis intentos: & inter se dissidentes: deinde bella multa inter principes Catholicos.

Pax interior ex ea exterior oritur.

Contrà: non videtur tanta alia pax.

In primis respondeo: esse dolendum, istinc aliquantulam dari occasionem Iudæis calumniandi, mentiendique Messiam nondum venisse, cùm ea iustitia & pax, quæ à Vatibus prædicitur, vbi venerit, affutura non appareat. 197.

Solutio. Occasio Iudæis erroris. Status est si ad ferum.

tent. Deinde affirmo: hanc prophetiam, & alias consimiles suo non frustrari successu: nam ut promittit ut statim legis doctrinæque, in [illegible], & conditio, quæ ex se [illegible] sufficientia & [illegible] ad [illegible] endam [illegible] tranquillitatem in hominibus [illegible] que qui si tibi ipse desis, & nolis tanta legis Euangelicæ opportunitate uti, statui, & Euangelio nihil deperit, neque [illegible], quibus promittitur ad quorum fidelitatem, autoritatemque tuendam sufficit ex quo cœpit hic status, extitisse permultos quouis spacio temporis, qui hanc iustitiam & pacem fuerint adepti. Sed quoniam huic est aliud vaticinium finitimum cap. 2. versicul. 4. *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* & istic latè hanc eamdem dubitationem verso, eò ablego lectorem.

Vers. 19. Non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem: nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

Vers. 20. Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

198. *Referunt quidam ad patriam.* SAnct. Hieronymus fatetur se cogi ex hoc versu superiora & inferiora referre ad Ecclesiam cœlestem. Certè hæc & quæ sequuntur, referunt Procopius siue ex suâ, siue ex aliena opinione, Haymo, Lyra, Adamus, Pintus, Leo Castrius, Emanuel Sa, Cornelius, Dionysius.

199. *Alij ad præsens tempus.* Sed alijs nullam moram facit is locus, quominus suum cursum teneant & continenter omnia Ecclesiæ viatrici concedant. Horum interpretum dux est Sanct. Cyrillus priorem expositionem iis morans, & ei posteriorem anteferens. cum sequitur de more Procopius, hanc quoque illi priori annumerans, atque reiiciens: discrete & solam amplectuntur Hugo, Vatablus, *Hi melius.* Osorius, Forerius, Mariana, eam probabilem esse docet Sanchez, & ego iudico probabiliorem, & magis superioribus & inferioribus consentientem. *Bell. milit.* Indicauerat hoc ipsum Cardinalis Robertus Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 4. §. *Ad probationem ex Isaia:* qui cùm ab hæretico Marlorato illud Apoc. 21. vers. 22. *& templum non vidi in illa*, obiiceretur ad tollenda templa Christiana, affirmaretque Ioannem loqui de Ecclesiâ militanti, vtpote deinde vers. 23. 24. allegantem ipsa verba ex hoc capite Isaiæ, vt respondeat Cardinalis obiectioni, recenset omnes huius loci expositiones: primam illam millenariorum, quam sæpe refellit, vtique Hieronymus, & hanc Bellarminus dicit esse hæreticam, & fabulosam: aliam de felicitate post reditum à Babylone, & hanc ait esse falsissimam. aliam, quæ Ecclesiæ cœlesti hanc fœlicitatem assignat, & eam, quæ partim cœlesti, partim militanti attribuit, esse probabilem. sed demum docet esse maxime probabilem expositionem, quæ omnia attribuit Ecclesiæ militanti. Quod tanti viri [illegible] & sanctitate clarissimi examen, & iudicium ego magni facio, & in eo acquiesco.

200. *Expediuntur aliquatenus spectantes aduersa.* Quam [illegible] non impedit hæc solis lunæque [illegible] negatio, quæ satis commodè [illegible] de statu præsenti. Non enim omnino submouetur lux Solis, & lunæ; sed ei præfertur lumen Euangelicum, ita vt huius comparatione neque luna per noctem, neque sol per diem luceat. Itaque istud: *Non erit tibi sol amplius ad lucendum*, &c. *Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam*, nobis offert discrimen vtriusque luminis, & eminentiam diuini supra solem & lunam quod non est insuesum Scripturæ sanctæ vnum lumen cum altero componere, quòd sit vtrumque cœleste. Psalm. 18. versicul. 6. cùm de solis splendore, & quasi regia diuinitate, atque maiestate commemorasset Dauid: *In sole posuit tabernaculum suum*, i. solem in suo tabernaculo, & solios *& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo & exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius*, &c. illico subiicit versicul. 8. *Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis. iustitia Domini recta lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

205. Ac si diceret: *Altitudinis firmamentum, pulcritudo eius, species cœli in visione gloriæ*, pulcrum est cœlum, splendidus sol, luna collucens: sed omnis ista pulcritudo & claritas cõparari non potest cum splendore legis diuinæ, & sapientiæ cœlestis. Ad hunc morem Isaias hoc loco *Sol non erit tibi amplius ad lucendum per diem*: i. non videbitur tibi lucere in meridie, si eius lucem cum luce Domini Euangelicâ contuleris, solis lux tibi obscura videbitur. neque particula, *amplius*, turbat: est enim idem, quod in posterum, ab eo tempore, quo *erit tibi Dominus in lucem sempiternam.*

Allusio. Gen. 1. v. 16. Videtur quidem esse allusio ad primam rerum effectionem, & mundi primordia: cùm Deus fecit *luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti*: vt esset luna quasi solis vicaria. Sed cùm mundus recoquitur, & refingitur, non est diei noctisque vicissitudo, non duo luminaria, sed vnum, vnus Christus mediator Dei, & hominum, *sol iustitiæ*, perpetuò & in sempiternum illuminans. Sol non per vices oriens, & occidens, sed permanens in se, nihilominus cuncta collustrans: non vt luna decrescens, aut deficiens: sed in eâdem lucis plenitudine perseuerans.

202. *Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam.*] Aperta collatio & prælatio luminis Christi: luna enim oritur, & occidit, & minuitur. Eccles. 43. versicul. 7. *Luminare, quod minuitur in consummatione*: i. vbi impletur & consummatur, minuitur. Sol etsi non minuitur, occidit tamen, & absconditur. Eccles. 1. versicul. 5. *Oritur sol, & occidit; & ad locum suum reuertitur: ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem.* At apud solem

lem Christum non est hæc transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: sed perpetua claritas, & quæ inde manat, ingis lætitia, nam vt tenebræ mœrorem, sic lux parit gaudium: quare additur: *Et complebuntur dies luctus tui.* (Tob. 5. v. 12.) alluditur ad seruitutem Babylonicam, ad carceres, ad tenebras, in quibus solent iacere & sordere captiui.

203. (*Ioannes videtur obsistere.*) Hanc interpretationem solummodo videtur interturbare locus Apocal. 21. versic. 23. ita habens; *Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus. Et ambulabunt Gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic.*

204. Nam hæc à Ioanne dici de Ecclesiâ cœlesti est citra dubium, ergo de eadem debebimus interpretari Isaiam. Non est creditu procliue locum istum Apocalypseos cuiuis obuium, quique citatur in margine codicis Isaiæ, latuisse interpretes oculatos num. 199. recensitos, qui Isaiam de Ecclesia militanti exponunt: ac proinde dicendum est, eâ citatione Ioannis Apostoli non fuisse commotos. Marloratus hæreticus, vt vidimus numero 199. adeò pro certo sumit Isaiam loqui de Ecclesia præsenti, vt inde argumentetur, & velit probare in Ecclesiâ non debere esse templa, quia Ioannes versicul. 22. dicit: (Ap. 21. v. 22.) *Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus:* & videtur Ioannes agere de eadem Ecclesiâ, de qua Isaias agit, cùm eius verba reponat.

205. (*Bell. solutio.*) Cui argumentationi respondet Bellarminus relatus numer. 199. largiens libenter hæretico Isaiam loqui de Ecclesia militanti, sed negans, Ioannem loqui de eadem: sed quod Vates dixerat de Ecclesia præsenti, Apostolum transferre per anagogem ad futuram: eo quòd sit inter vtramque quam maxima similitudo: idque alias fecisse Apostolos in locis similibus docet exemplis.

Quæ responsio Cardinalis est vera, & dirimit omnino litem inceptam, cui fauet Hieronymus (Hieron.) scribens hæc in fine huius capitis: *Quæ licèt ex parte in Ecclesia videamus quotidie expleri, tamen in mundi consummatione plenius complebuntur, & in secundo Saluatoris aduentu.*

206. (Alcazar.) Alcazar Apocal. 21. versicul. 27. etsi sentit Isaiam loqui de Ecclesiâ triumphanti, sed non est difficilis ad hanc aliam interpretationem, ego quidem ex ipsomet Apostolo Ioanne colligo Isaiam loqui de militanti: nam cùm Isaias dixisset versicul. 11. *Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & Reges earum adducantur;* Ioannes sic transfert; *Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic; & afferent gloriam, & honorem Gentium in illam;* quæro nunc ipse, cur Apostolus verba Prophetæ mutat, & à sua ciuitate noctem excludit, quam Vates in sua posuerat? Porrò ratio afferri non poterit alia, quàm quòd in Ecclesia descripta per Isaiam sit rerum vicissitudo, in Ecclesia verò & ciuitate Apocalypseos quippe beatâ non sit vlla transmutatio. Ergo Ioannes nobis explicat Isaiam & ostendit se, ex eo, suo iure scriptoris Canonici mutuari quæ sint ad rem accommodabilia, & omittere, aut modicè flectere quæ secus se habeant. Vide vers. 11. numer. 138.

Vers. 21. Populus autem tuus omnes iusti: in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.

207. ME versos hic non fatigat: facillimè enim expedio, & declaro, id: *Populus tuus omnes iusti:* quod alios nostræ expositionis autores torquet: neque ad perfugium Foterij accurro: *omnes* poni pro plurimis, sed simpliciùs expono, *omnes iusti* erunt *populus tuus*; erunt intra te, o Ecclesia Euangelica, tuis legibus teneebuntur, qui tibi non paruerit, qui se tibi non subdiderit, & tuam ianuam non fuerit ingressus, non poterit esse iustus: idem quod supra versic. 12. *Gens & regnum, quod non seruierit tibi peribit* relege. Traditur etiam discrimen à Synagogâ, (*Discrimen Ecclesiæ à Synagoga.*) cuius legibus & ceremoniis, ritibus etsi quis non obtemperaret, modò non esset ex semine Abrahæ, si legem tamen naturalem seruaret, posset esse iustus: at publicato Euangelio, non satis est obseruatio solius legis naturalis, sed necessaria est custodia legis positiuæ à Christo additæ, & obedientia adhibita erga Ecclesiam, vt quis sit iustus: quod si nunc nullus potest esse iustus, quin sit Ecclesiæ subditus, re, vel voto vt includam catechumenos, (*Nullus iustus extra Ecclesiam.*) nondum baptizatos, verè & propriè dicitur Ecclesiæ Christianæ, & illi soli: *Populus tuus omnes iusti:* non quòd omnes qui sunt intra Ecclesiam sint iusti, sed, quòd omnes qui sunt iusti, sint intra Ecclesiam. Qui de Synagogâ ab exitu Babylonis explicant, ii necesse est valde laborent in ostendendo, quemadmodum sit vera prædictio.

In perpetuum hæreditabunt terram] Respicitur possessio promissa terræ Chananæorum: & prædicitur status Ecclesiæ Christi non mutandus, vt status Synagogæ, & legis Mosaicæ fuit mutatus.

208. (Infrà c. 62. v. 3. num. 100.) *Germen plantationis meæ.*] Ratio prioris: ideo erit hæreditas perpetua, quia quos ego in eâ collocaui, nemo euellere, poterit expellere; nemo poterit expellere, nemo euellere, quos ego plantaui. huc tendit Græca translatio: *custodiens plantationem opera manuū eius in gloriā.* (*Ecclesia cara Christo.*) Possit referri ad amorem & indulgentiam erga Ecclesiam: nam arbores nostrâ manu satæ nobis sunt gratiores: Christus Ecclesiam sua manu, suo labore, & sudore plantauit, suo sanguine rigauit: *opus manus meæ ad glorificandum*, vt in eo glorificer.

Vers. 22. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore eius subitò faciam illud.

209. PLanè hæc apertè continent incrementum, quoad multitudinem, & quoad fortitudinem:

nem · quoad extensionem,& intensionem:quare non video quemadmodum cadere queant in patriam cælestem. Vnde Cornelius alterius sententiæ suprà, hoc loco concedit magis Ecclesiæ peregrinanti congruere Sanctius [illegible] & Vatem, omissa beatitate, ad eum redire. Sed nobis non placebat tam crebra digressio,& regressio,sed in eadem via continuata progressio.

210. *Ecclesia numerosissima, & fortissima.* Ergo, quòd aliàs sæpe, promittitur Ecclesiæ soboles numerosissima,& robustissima. Ciuitatis enim commendatio est magna,si abundet ciuibus benè moratis, & fortibus: [illegible] enim sunt muri & munimenta [illegible]. Quæ omnia suo tempore sistenda,cum homines nec opinarentur, Deus ipse,de cuius [illegible] aut potestate dubitare non licet,asseuerat: *Ego Dominus in tempore eius faciam subitò.* Hebr. *faciam festinè* *istud.* quo scil. humanum genus tanto fruatur bono.

Disseritur in Scholis, an quis potuerit mereri, vt incarnatio Verbi [illegible]tius fieret:& concluditur id non esse supra vim meriti de congruo. Sed cùm dicitur in[c]arnationem potuisse citiùs vel tardius esse, non detrahitur immutabilitati decreti diuini:nam magis vel minus festina incarnatio, quam Deus absolute statuerit, exsistere nequit. sed intelligitur, an Deus ob meritum alicuius acclinetur ad conferendum hoc beneficium festinius,quam contulisset [illegible] sine illo merito. Quale est illud: *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Matt. 24. versiculo [illegible] est,Deus decreuit propter electos contrahere tempus sæuissimæ persecutionis vltimæ. 211. *An incarnationis accelerario cadat in meritum.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT SEXAGESIMVMPRIMVM.

1. SPiritus Domini super me,eo quòd vnxerit Dominus me: ad annũciãdum mansuetis misit me,vt mederer cõtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam,& clausis apertionem.

2. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes.

3. Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu; pallium laudis pro spiritu mœroris:& vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

4. Et ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem & generationem.

5. Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra:& filij peregrinorum, agricolæ & vinitores vestri erunt.

6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini:Ministri Dei nostri,dicetur vobis: Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum superbietis.

7. Pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt,lætitia sempiterna erit eis.

8. Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.

9. Et sciens in Gentibus semen eorũ, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.

10. Gaudens gaudebo in Domino,& exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

11. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis Gentibus.

Vers. 1. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. Sup.c.48.v.16.c.59.v.19.20.

1. *Non ferendum, exponi de alio quam de Christo.* MIrum videri possit,ne quid acerbius pronunciem,cùm Christus Dominus Luc 4. v. 21. tam expresse affirmauerit de seipso hoc vaticinium esse, fuisse doctorem Catholicum, qui secus doceret, posse videlicet exponi de Isaiâ, qui se profiteatur à Deo vnctum dono prophetiæ,& missũ ad munia obeũda hoc loco præscripta. Hic Doctor est Thomas, siue Thomas Aquinas,siue quis alius, qui in prima expositione tribuit Isaiæ,in secunda Christo. Hugo etsi à Sanctio adducitur in hanc sententiam, ipse tamen ita ait: *Istud capitulum propriè exponitur de Christo, sicut ipse testatur Luc. 4. fabulose tamen exponitur de Esaia.* Maldonatus tamen Luc. 4. versiculo 18. & Toletus notatio. 32. 33. historicè & litteraliter prophetiam esse de populo Iudaico liberando; typicè verò de redemtione per Christum affirmant. Hugo.

Sed certè si vera sunt, & sunt quidem verissima, quæ hi duo doctores nobiles ex Patribus, & ex se afferunt inter exponendum hunc locum, quæ nos etiam saltem attingemus, in Isaiam, aut quemuis alium hominem, præterquam in Christum conuenire non posse hæc prophetia. Nicolaus de Lyra [illegible] quos doctores Catholicos exponere de Isaia, sed id fieri non posse, cum [illegible] Christus de seipso exposuerit. Hoc idem cæteri interpretes in Isaia, & Lucæ aut affirmāt, aut certe sumunt. Quocirca cùm tantum habeamus interpretem Christum ipsum, de quo est vaticinium, alacriores ad id explicandum aggrediamur.

2. Occasionē per quā hoc saluator docuerit, narrat S. Lucas c.4.v.14. post trinam illā tentationem Iesum regressum in Galilæam, & ingressum in Synagogam Nazareth surrexisse ad legendum: datumque ei fuisse librum Isaiæ, quem cùm euoluisset, inuenisse hunc locum, quem tractamus: cumque eum legisset, plicuisse librum, reddidisse ministro, sedisse, & tunc dixisse, omnium oculis & vultibus in eum intentis. *Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.*

3. Quibus duobus verbis duo valde notabilia nos edocuit. Alterum, istam prophetiam esse de se: alterum, tēpus, quo fuit impleta, ac proinde quemadmodum fuit impleta. Et placet adnotare S. Lucę diligentiam in commemorando Spiritus sancti instinctu, ductúq; erga Christum. Nam initio cap.4.v.1. scribit. *Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur à Spiritu in desertum.* & cùm narrasset tentationes, addit: *Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Et regressus est Iesus in virtute Spiritus sācti in Galilaā.* quod etsi aliqui de potestate faciendi miracula accipiunt, tamen verè de hoc Spiritus sancti regimine & ductu in omnibus actionibus debet accipi, a quo Christus vt homo agebatur, modo quodam excellentiori, quàm cæteri hominum: vnde singulariter dicit.

Duo notabilia ex verbis Christi

4. *Spiritus Domini super me.*] Non est prærupta mutatio personæ: nam in fine c. superioris, vt obseruat Hieronymus, ponitur, *Ego Dominus, in tempore eius subitò faciam istud:* cui rectè connectitur præsens periocha. *Spiritus Domini super me:* quod singularem Spiritus sancti præsentiā, assiduitatem, & afflatum significat. Quam singulariter autem Spiritus Domini fuerit, atque requieuerit super Christum, quia tomo 1.c.11. versiculo 2. num. 23. & sequentibus latè exposuisse mihi videor hoc loco nihil, quod esset addendum præter id, quod ex Luca modò obseruaui.

5. *Domini.*] Hebr. duplex nomen, *Adonai*, & *Iehouah*, quorum alterum Dei naturam effertur dicitur, alterum Dei in res omnes dominatum. quod si mysterio non caret, hoc possumus coniectare, Christum velut hominem principem esse, & caput hominum, & angelorum, dominum rerum omnium quoad exiget salus animarum, vt consequenter exponitur.

Nam ex Lucæ loco allegato colligimus, vt monent interpretes, certo consilio Christum incidisse in hunc Isaiæ locum, vbi agitur de eius legatione & missione, vt quoniam tunc incipiebat eam obire, & exercere, constaret de eius potestate, & autoritate, & quasi litteras patentes exponeret, quibus diuinitus esset ei legatio demandata, & concessa potestas, vnde ait *Spiritus Adonai, Iehouah super me,* [illegible] quam Deus habet potestatem, mecum communicat, suas mihi vices attribuit, me in salute humana procurandā suum vicarium constituit. Matt. vlt. v. [illegible] *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, euntes [illegible] docete omnes gentes.*

Christo veniisse hunc locum legenti, eius voluntate, & consilio.

Christus Dei legatus est, dei suam potestatem.

6. *Eo quod vnxerit Dominus me ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* [illegible] distinctione pendet magna ex parte obscuritas vel declaratio huius periodi. Bifariam potest dispungi: vno modo, *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me* quasi ratio & caussa, cur Spiritus Domini sit super Christum, sit ea, quòd eum Dominus vnxerit. & tunc vnctio debebit intelligi vnctio, & vnio substantialis, qua humana natura vncta & vnita fuit Verbo diuino, quo modo exponunt multi & [illegible] Scriptores illud Psalm. 44. v. 8. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.*

Dispunctio Tolet. luc. 4. not. 1. Iansen. c.14. Maldon. Luc.4. Incarnatio.

7. Quâ posita constructione, & expositione, ratio satis idonea affertur, ob quam spiritus Domini eius gratia, virtus, potestas, [illegible] tas sit excellenti & singulari modo super Christum, nimirum eo quòd sit inunctus ipsamet diuinitate, eo quòd habitet in eo plenitudo diuinitatis corporaliter. Fons enim gratiarum omnium, quæ datæ sunt Christo innumeræ, & excellentissimæ, fuit vnio personali Verbi.

8. Alter modus dispescendæ periodi potest esse iste, *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit Dominus me ad annunciandum mansuetis:* Deinde alio inciso: *misit me vt mederer contritis corde.* Quā in dispunctione multo secus vnctio significabit: erit enim *vngi* a Domino nihil aliud, quàm consecrari, & quasi inaugurari ad docendum, & prædicandum, vt Psalm. 2. versiculo 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius, prædicans præceptum.* Heb. *nasácti*, quod verbum Genebrardus ex Euthymio exponit: *fusus sum*, id est, *vnctus sum:* quia Reges vngi soliti sunt, & quia Christi regnum erat spirituale, ad docendum, & prædicandum, vt ipsemet explanat, & Sacerdotes atque Prophetæ vngebantur, quorum officium est docere, idcirco se dicit Regem consecratum, & ordinatum in Psalmo, & in Isaia *vnunctum:* quod est proprium Saluatoris cognomen, Hebraicè *Messias*, Græcè *Christus*, Latinè *vnctus*, Dan. 9. versiculo 14. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt, &c. vt consummetur præuaricatio, &c. & vngatur Sanctus Sanctorum.*

Iansen c.54. Tertul. 4. Marcio. c.14. Hilar. Ps.52. ad finem. Beda Luc. 4 Vngi, i. inaugurari. Theophyl. Luc.4.

9. Quo loco Danielis Theodoretus ita [illegible] *est iste Sanctus Sanctorum: dicant Iudæi. quod si ignorant discant a nobis ipsum esse Dominum Christum per Esaiam prædicentem: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me Dominus. Cui item Dauid testimonium perhibet [illegible] dilexit iustitiam, & odit iniquitatem, & propterea vnxit eum Deus oleo lætitiæ præ participibus eius. Et beatus quoque Petrus Apostolorum princeps testis est: eum dicit Iesum Nazareth, quo modo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos*

Theod.

Act 10. v. 38.

oppressos a Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Huc vsque Theodoretus: qui componit cum [illegible], Danielem & Petrum, Dauidem [illegible] superiorem, Danielem posteriorem, & Petrum postremum, quasi Isaias Dauidem spectarit, Daniel & Petrus Isaiam: qui vltimus id magis præ se fert, cum ait: *vnxit eum Deus Spiritu sancto*, &c. & post: *quoniam Deus erat cum illo.* palam inuertens & explicans verba Isaiæ: *Spiritus Domini super me eo quod vnxerit Dominus me.* quæ verò ex hac vnctione manarint & effluxerint ab Isaia pluribus annumerata, Petrus paucis complectitur: *qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos a Diabolo.* ac si ad hæc officia facienda ostendatur Iesus vnctus, & initiatus. Adijcit demum Theodoretus: *Qui Sanctus Sanctorum nuncupatus, vtpote sanctitatis fons, vngitur quidem secundum humanitatem Spiritu sancto, obsignat & confirmat antiquas prophetias, omnia, quæ ab illis prædicta sunt, perficiens, remissionem peccatorum ijs, qui in eum credidere, gratificans.*

Theodor.

10. Allusionem Petri in Actis ad Isaiam agnouit Iansenius in Concord. c. 54. noster Sanctius istic vidit, hic verò de eâ nihil dixit: sensit tamē vtrobique a Petro doceri vnctum o Spiritu sancto, cùm in Baptismo descendit super eum Spiritus sanctus in specie columbæ; & in commentario huius loci asserit, apud Isaiam agi de eadē vnctione, idque Christu indicare apud Lucam c. 4. citato, cum paulo post Baptismum dixerit, impletam tum fuisse prophetiam. Sed quoniam locus iste est præinsignis, & Christi legatione celebrior, multorumque cùm veterum, tum recentiorum autorum tractatione iactatus, in eo retractando interpretis diligentia solito maior exigitur.

Locus exigit diligentiam interpretis.

11. Ergo cùm primis vestigandū, de quâ Saluatoris *vnctione* sit vaticinium. Deinde, quomodo ex ea vnctione sequatur, Domini Spiritum esse super Christum: hoc est, quemadmodum hæc caussalis: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit Dominus me*, commode habeat. Postremò examinandum, an versio LXX. relata apud Lucam discedat à Latina vel Hebræâ, & si discedit, reuocanda ad consensum sententiæ.

12. Suprà num. 6. & 7. attigi duas formas *vnctionis* Saluatoris e duabus dispūctionibus collectas: nam si retineretur dispunctio communis & vulgata: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit Dominus me.* ita vt ijs verbis terminetur sententia, & sequatur altera: *ad annunciandum mansuetis misit me*: dici, significari verbo *vngendi* mysterium incarnationis.

Expositio prima.

13. Sin autem aliter verba componerentur, & sentētia nō loco designato cōsisteret, sed vlterius procederet, hoc modo: *eo quod vnxerit Dominus me ad annunciandum mansuetis, vt mederer contritis corde*, &c. docui, videri hanc vnctionem esse, consecrationem & destinationem ad illa officia obeunda legitime, & cum autoritate.

Secunda.

14. Sed præter has duas expositiones *vnctionis* istius, est alia tertia, vt dicat Dominus se vnctum, cùm Spiritus sanctus descēdit super eum in Iordane sub formâ columbæ, vt tetigi num. 10. qui verò docent vngi esse sacrari vt Regem, Sacerdotem, Prophetam, ad secundam sententiam accedunt. Quarta demum interpretatio: vnctum fuisse plenitudine gratiæ habitualis, in ipso instanti quo est anima Christi condita, & vnita diuinitati.

Tertia.

Quarta.

Vnaquæque ex ijs quatuor expositionibus suos habet patronos, & [illegible] omnium nomen [illegible]. Primam defendunt ape[illegible] [illegible]us a Lapide, subindicat Rupertus l. 1. c. 4. Toletus in Luc. c. 4. notat. 31.

Expositionum prima autore, & ratio.

Ratio præcipua hanc expositionem roborās est; *vngi* metaphoricè, & [illegible] ex more S. Scripturæ esse sanctificari, & Christum vt hominem fuisse sanctificatum & vnctum modo singulari, qui in alios [illegible] non cadat. idcirco enim appellatur *Sanctus Sanctorum*, ut per antonomasiam *Sanctus*, & *vnctus*, Græce *Christus*, Hebraice *Messias*: ergo intelligitur vnctio facta ipsius diuinitatis vnione, nam si sola intelligeretur gratiæ habitualis infusio, excelleret nō modo & genere gratię sed sola intētione. Quare vt Christo aliquē excellentiorem modū vnctionis & sanctificationis demus, debebimus concedere, eius humanitatē vncta fuisse ipsamet diuinitate, quod cur dici non possit, non video: si enim concedimus animam Christi sanctificatam fuisse non solùm gratia habituali creatâ & infusâ, sed etiam ipsâ diuinitate, cui est vnita, cur negabimus eadem naturâ diuina fuisse, & esse vnctā, cùm vngi sit idē quod sanctificari, & vnctio idem, quod communicatio sanctitatis? 15.

Hæc assertio videtur colligi ex Psal. 44. v. 8. *Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitia præ cōsortib⁹ tuis.* Quam *vnctionem* plerique interpretum docent esse vnionem hypostaticam, etsi nonnulli adiungunt vnctionem per gratiam: vt videre licet apud Lorinum ibi, & apud nos supr. c. 7. ver. 15. nu. 89. quem locum recognosci oportebit: vbi expenditur illa prælatio, *præ consortibus tuis*, vel vt Paulus citat: *præ participibus suis*, quæ non satis plenè aliter exponitur. 16.

Alia ratio sumitur ex hoc loco, in quo vnctio ascribitur causa eius effectus, quod spiritus Domini sit super Christū, quęcumq; sit illa causa, de qua re nūc nō dissero mox dissertaturus: quocirca, si *Spiritus Domini super Christū*, est gratia habitualis; vt nonnullis esse videtur, vt ait Foterio, vnctio eius caussa, ac proinde prior saltē naturâ, & ratione, nō potest designari alia quàm vnio personalis, & hæc apte designatur, vt tango n. 6. & hęc eadē vnctio est caussa & radix aliorū quæ deinceps succedūt: sc. *annūciādi, medēdi*, &c. 17.

Interpretatio secunda, in qua *vngi* est destinari ad docendū & sanandū homines, est Iansenij c. 54. pag. 421. Maldonati Luc. 4. v. 18. Osorij & Ariæ hic. Qui autores non aliter confirmant suam interpretationem, quàm quòd hoc modo vidētur sibi expedire locū, & vitare tautologiā, vt nō sit idem, Spiritum Domini esse super Christum, & vngi a Domino, quod esse vnum & idem concedit immeritò Forerius. Addunt aliqui, Reges vngi, esse destinari ad regēdum, Sacerdotes vngi, consecrari ad officia sacerdotalia, Prophetas vngi, destinari ad docendum: ac proinde Christū a Deo vngi, esse ad hæc omnia munia dirigi, & destinari. vnde congruēter ait: *Spiritus Domini super me*, ducēs, agens, & quasi impellens me ad procedendum in publicum *eo quod vnxerit*, destinauerit *Dominus* me à vulua, ab ipsâ conceptione, Saluatorē: ad annunciandum mansuetis misit me: vel vt Maldonatus & alij dispūgunt: eo quòd vnxerit 18.

Expositio secunda.

 & de

& destinauerit *me ad annunciandum*, &c. Sed Maldonatus aliter expedit caufalem dictionem, *eo quod*, hoc modo, & sensu: vt dicat Christus propterea se vnctum esse, ac destinatum ad docendum, & medendum, quod Spiritus sanctus esset in eo, ne posset errare in officio obeundo. Itaque e sententia Maldonati Spiritus sanctus fuit inuisibiliter in Christo ab instanti conceptionis, sed post Baptismum vnctus, cum est destinatus & missus ad prædicandum, dicente Patre. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.* quod fuit

Maldon. quasi eum emittere ad prædicandum. *Ac propterea forta se*, addit autor, *non illa prior inuisibilis, sed posterior iste visibilis Spiritus sancti aduentus vnctio vocatur, quia oleum, quo vnctiones fiebant, visibile esse oportebat.*

19. *Expositio tertia.* Itaque sensim Maldonatus delapsus est ad tertiam expositionem de aduentu Spiritus S. in specie columbæ in Baptismo, quam amplexi nonnulli Patres veteres eatenus videntur, quatenus Christum in Iordane vnctum esse Spiritu Sancto affirmant, Athanas. orat. 2. contra Arianos, Basil. Psal. 44. v. 8. Hil. l. 11. de Trin. ante medium, exponens illud Psalm. 44. vers. 8. *Propterea vnxit te Deus*, &c. quo Ariani abutebantur, cum docuisset eam vnctionem conuenire in humanitatem assumtam, & ad hoc probandum intulisset Petri testimonium ex Act.

Hilar. 10. vers. 38. subiecit: *Iesus ergo vngitur ad sacramentum carnis regeneratæ, & quemadmodum spiritu Dei, & virtute sit vnctus, non ambiguum est, tunc ascendente eo de Iordane vox Dei Patris audita est: Filius meus es tu, hodie genui te, vt per hoc testimonium sanctificata in eo carnis, vnctio spiritualis virtutis cognosceretur.* Et post *Vngitur ergo Deus à Deo suo præ consortibus suis. Etsi ante dispensationem carnis plures ex lege sunt christi, Christus, qui nunc præ participibus vngitur, posterior in tempore est, dum vnctis participibus antefertur.*

20. S. Hieronymus hoc loco ait: expletam fuisse Domini vnctionem in Baptismo, quando Spiritus S. descendit in eum sub specie columbæ. His proceribus adhæserunt e iunioribus Iansenius, Sanctius, & Cornelius nostri. Sed ratio vtrosque mouens non videtur mihi esse eadem. Nam veteres mouit cura & solicitudo repellendi Arianos abutentes illo versiculo Psalmi toties memorato: *dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*: nam cùm Patres dicti admitterent particulam *propterea*, esse caussam meritoriam, & tempore priorem, cogebantur quærere aliquam vnctionem Christi cõceptione posteriorem quam meritum dilectæ iustitiæ, & perosæ iniquitatis antecederet. quod sumo ex Hilario libr. 11. de Trinit. qui post verba

Hilar. superiora relata n. 19. addit: *Denique ille propheticus sermo posteriorem vnctionem hanc quæ in tempore esset, ostendit dicens: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ consortibus. Consequens & posterior caussa nunquam refertur, vt prior sit, quia meruisse aliquid posterius est, quàm esse, qui possit mereri: meritis enim eius est, qui sibi ipse meritis acquirendi autor exsistit.*

21. Ergo iis autoribus visa est idonea illa vnctio Baptismi, & quasi à patre profecta auctoratio meritis progressis collata. Recentiores verò iam non [illegible] eos hæc cura refellendi Arianorum angeret, quippe iam propè obsoleti, & [illegible] posset calumnia & sophistica Arianorum eludi, videntur eodem ducti, quod Christus paulo post Baptismum suum legens hanc prophetiam & exponens [illegible] *hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris*; ergo non intelligitur de vnctione facta in incarnatione, quæ annos triginta antecesserat.

22. *Expositio quarta.* Denique quarta & postrema sententia de vnctione per gratiam habitualem collatam est plurium, Ruperti, Haymonis, Lyrani, Adami, Vatabli, Toleti Luc. 4. Maldonati, Emanuelis Sa, Cornelij, & aliorum. Ratio, quia hæc est propriè vnctio spiritualis, nam esse intelligendam spiritualiter docet clarè Hieronymus, & hæc est caussa aliorum, quæ hic vt effecta vnctionis numerantur. Hæc quà potui perspicuitate ex autoribus, vbi sunt non parum implexa, & intricata, collegi, & distinxi, & digessi.

23. *Autoris sententia.* Iam meum iudicium, quod non dubium est à lectore exigi, exponam, vt vt fit. De quatuor interpretationibus propositis, atque expositis, quam primo loco posui, cuiuis antepono: ob rationes ibi numeratas allatas: maximè ob eam, quæ petitur è nomine *Christus*, id est, *vnctus*. quod mihi persuadere non possum inditum esse vt maximè proprium illi homini nisi ex re intima, quæ non sit ei cum aliis hominibus ipso genere, & natura communis; quæ nulla alia poterit demonstrari, nisi vnio, & vnctio hypostatica. Locus ille Psalm. 44. vers. 8. satis astruet, nam est non inuerisimile Isaiam eò respicere, vt numer. 9. monui. in quo præter adnotata suprà, denuo adnoto, nomen seu pronomen, *tuus*: *Vnxit te Deus, Deus tuus*: *Deus*, inquam, singulari nomine, ac titulo *tuus*, quoniam se tibi vnione personali donauit: se tibi substantialiter & subsistentialiter, & indissolubiter vniuit: vt iam non possit non esse *tuus*: cùm hæc vnio naturà sua sit insolubilior quàm quæ fit per gratiam, aut etiam per lumen gloriæ.

24. Neque huic explicationi officit opinio eorum, qui volunt prius nomen, *Deus*, esse vocatiuum, cui Græca lectio non fauet, in qua vtrumque est nominandi casu: ὁ θεὸς, ὁ θεός σου, sed licèt id demus cupidis astruendi inde diuinitatem Christi, nobis integra manet nostra ratiocinatio: nam tunc is est sensus: o Deus Fili Deus tuus te vnxit, non Deum, nam id est impossibile, sed te vnxit vt hominem, hoc est tuam naturam humanam suâ diuinitate quasi oleo quodam admirabili perfudit & intimè illapsa penetrauit. Ad quem illapsum, *Oleum intimè penetrat.* & vnionem personalem indicandam aptissima est translatio accepta ex natura olei, & vnctionis. Nihil enim occurrit in naturalibus rebus, quod magis rem totam penetret quam oleum: non modò cùm in materiam mollem, qualis est lana, caro, & similes: sed etiam cùm in materiam prædura, vti est lignum, effunditur cuius partes omnes lentim & breui peruadit, & vngit. Ad hoc penetrandi ingenium pertinet illud Psalm. 108. versiculo 18. *Intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius*: quod etsi in deteriorem partem trahitur, ex[illegible]

mitus

mitur, tamen olei natura, quod plusquam A aqua aut quiuis alius liquor penetrat, nempe ossa, solidissimas partes corporis humani.

25. Vnio hypostatica comparatur vnctioni & verbum oleo. Ergo natura diuina & Verbum naturam humanam sibi per insolubiliter vniés, eam totam perfundens, peruadens, & penetrans sensim, hoc est, modo quodam incomprehensibili ipsis Angelis, citra reuelationem; recte comparatur cum oleo, & ipsa ineffabilis, & perscrutabilis Vnio, satis commode, & ad nostram tarditatem accommodate appellatur *Vnctio*, & homo ille ad eum, quem admiramur, modum, ipsa diuinitate perfusus, absolute, & sine alio apposito, dicitur à Latino *Vnctus*, a Græco *Christus*, ab Hebræo *Messias* i. vnice, singulariterque sanctificatus, consecratus, nimirum Deificatus, Deus factus. Hoc mysterium mihi allucet Daniel 9. vers. 24. de quo numer. 8. *& impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus Sanctorum*: i Deus fiat homo, & homo factus Deus diuina natura quasi oleo perunctus euadat *Sanctus Sanctorum*, hoc est, singulari, & ineffabili modo sanctificatus.

Vnctus cur. *Sanctus Sanctorum Christus.*

26. Gregor. Hoc ipsum docuit S. Gregorius, nisi fallor, libr. 9. epist. 61. refellens hæresin Nestorij asserentis in Christo duas personas, ac proinde tollentis mysterium incarnationis: ait autem Gregorius: vt mittam quæ non sunt nostri instituti: *Non prius in vtero Virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt Verbum venit in vtero, mox Verbum seruatâ propriæ virtute naturæ factum est caro. Et perfectus homo, i. in veritate carnis, & anima rationalis natus est per vterum Virginis Vnigenitus Filius Dei. Vnde & vnctus præ participibus dicitur: Sicut Psalmista ait: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* & paulo pòst: *Nec ante conceptus, & postmodum vnctus est: sed hoc ipsum de Spiritusancto cōcipi ex carne Virginis, a sancto Spiritu vngi fuit.*

Humanitas in ipsa vnione sanctificatur.

27. Luc. 1. v. 35. Attribuit autem S. Doctor vnctionem spiritui S. quia eo superueniente, & obumbrante Virgo concepit Dei Filium, & Verbum caro factum est, tametsi Diuinitas fuerit vnita, & persona secunda sola naturam humanam assumserit, & assumendo totam inunxerit.

28. Act. 10. v. 38. Ex quo intelliges, cur S. Petrus Act. 10. versicul. 38. dixerit *Iesum vnctum* fuisse a Deo *Spiritu sancto*: *Vos scitis, &c. quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute*: nam si de sola gratia habituali loqueretur Apostolus, non erat quod post *Spiritum sanctum*, adderet, *& virtute*, sed esset dicendum: *Spiritus sancti virtute*: vnde cum dixit: *Spiritu sancto & virtute*, vtramque coniungit vnctionem, per Vnionem hypostaticam, & per gratiam, quæ posterior manauit e priori; & quia hanc aliis communicauit, ideo addit: *qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.* i. *in illo*, vt loquitur Apostolus Paulus, *mundum reconcilians sibi.* Nam Petro in ea concione propositum est, non probare Iesum esse insigniter sanctum, hoc enim satis non erat, vt ostenderet necessarium esse eius baptismum, & fidem in ipsum ad remissionem peccatorum, vt ait versicul 43. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum*: ergo cum Petrus *Vnctionem* allegat factam Spiritu sancto, non debuit eam accipere, quæ fit per solam gratiam infusam, quam habent omnes iusti, & habuerunt summo olim aliqui Patriarchæ & Prophetæ, excellentem Apostoli, & excellentissimam Baptista; nam nulla istarum vnctionum erat satis ad alios sanandos & sanctificandos, sed debuit allegare vnctionem propriam Iesu, ob quam vocatur *Christus*, quæ fit per vnionem Verbi diuini. quod satis insinuat S. Petrus præmittens verbis recitatis illa alia: *Verbum misit Deus filiis Israel annuncians pacem per Iesum Christum: hic est omnium Dominus. Vos scitis*, &c. Sed non habuit a gratia habituali & vnctione illa, vt esset Dominus omnium, sed ab Vnione personali, ergo cùm deinde asserit *vnctum Spiritu sancto & virtute a Deo*, loquitur de posteriore vnctione.

Vngitur Christus dupliciter.

Act. 10. v. 43. Christus specialiter vnctus.

29. Basil. Itaque videtur intellexisse eam vnctionem S. Basilius libr. de Spiritu S. capit. 16. dum scribit: *Caterum dispositiones circa hominem, quæ factæ sunt a magno Deo, & seruatore nostro Iesu Christo, iuxta bonitatem Dei & Patris quis negabit per Spiritus gratiam esse peractas? Siue velis prisca spectare, &c. Primo enim adfuit ipsi carni Dominicæ, dum illi factus est vnctio, & inseparabiliter coniunctus, sicut scriptum: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum hic est Filius meus dilectus. &: Iesum a Nazareth, quem vnxit Deus Spiritu sancto.* Hactenus e Basilio: qui vbi docet Spiritum sanctum adfuisse carni Dominicæ & illi fuisse vnctionem, non potest accipi de gratia habituali nam hæc non infunditur carni, sed animæ, ac proinde debet accipi de gratia Vnionis, quæ attingit & vngit animam, & carnem, & vtramque multo magis quam oleum intime perfundit, & penetrat, quoniam eo ipso quod vnitur verbo Dei vngitur, vt dixit Gregorius n. 26. & modo quodā excellentissimo, & vnico sanctificatur. quod visus est significare Archangelus Gabriel beatissimam Virginem alloquens, & edocens modum incarnationis ab ea interrogatus illis verbis: *quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. ideòque quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. v. 34.

30. Tolet. Car. Quem locum eruditè, & grauiter illustrat noster, Toletus Cardinalis doctissimus notat. 104. docens Christum non solùm vt *Deum fuisse sanctum æterna sanctitate & innocentia, quâ diuinitas longe abest ab omni labe ac sorde peccati;* sed etiam, *vt hominem sanctum fuisse ab incarnationis, & conceptionis initio, per excellentiam, sin antonomasiam quandam iure appellatum Isaiæ ab Isaia 54. Redemptor tuus sanctus Israel, & Psalm. 15. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Fuit autem Christus vt homo Sanctus noua, & nunquam alij concessa sanctitate, nempe Diuinitate ipsa, humanitas enim illa vnione diuinitatis in persona Filij Dei sanctificata est, supra omnes sanctos, quam alius verbis Apostoli Vnctionem appellarunt. Act. 10. Quomodo vnxerit eum Spiritu sancto, id est, ipsa diuinitate Spiritus sancti.*

Christus vt homo singulariter Sanctus.

Ita.

cti. propter hanc enim vnionem ille homo erat sanctissimus, ab omni macula segregatus, & Deo acceptissimus Col. 2. in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. de qua sanctitate scriptum est Psalm. 45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Basilius in homilia eius demi Psalmi interpretatur de sanctificatione illius humanitatis Christi per immediatam diuinitatis vnionē. Damascenus libr. 4. de fide cap. 6 illud Psalm. Vnxit te Deus oleo lætitiæ, interpretatur hanc humanitatis sanctificationem per vnionem diuinitatis supra omnes homines soli illi concessam. Hæc omnia ad verbum Cardinalis Franciscus Toletus, qui nostram sententiā clarissimis verbis cōprobat, & illud Petri Act. 10. *quomodo vnxerit Deus spiritu sancto*, explicat de vnctione diuinitatis, & vnione intima.

31. *Humanitas Christi an adorari possit per se, peculiari adoratione.*

Ob quam analogiam penetrationis intimæ coniectabam ipse appellari *Vnctionem*, & hominem illum *Christum*, id est, *vnctum*. Disputant scholastici doctores an humanitas Christi prout à Verbo, cui est coniuncta, consideratione seiungitur, adorari possit conuenienter alia specie cultus, quæ sit inferior adoratione latriæ, & est opinio probabilior, nisi latriā, adoratione propriā Dei, non conuenienter & dignè coli: quod satis præ se ferunt Concilia & Patres, vt videre est apud Gabrielem Vazquez 3. p. disputat. 96. tom. 1. & libr. 1. de adoratione dispur. 4. qui hoc acerrime tuetur, cuius asserti ratio princeps est arctissima coniunctio, vtriusque naturæ diuinæ & humanæ, & intima, de qua disputamus, iunctio: nam ita est humanitas perfusa, & penetrata ab ipsâ Diuinitate, vt quoad hunc finem adorationis, non cogitetur decenter seorsim & solitariè, sed debeat semper cogitari & adorari diuino Verbo coniuncta, & quasi inuncta. nam vt ferrum ignitum, tametsi in eo aliud sit ferrum, & aliud sit ignis, quia tamen est intima vtriusque commistio, ferrum sine igne non apprehenditur: eodem modo non secernitur humanitas Deo vnita, & ab eo comprehensa: & eo meliori iure, quòd hæc vnio sit substantialis, & personalis, & illa ferri & ignis solummodo accidentalis.

Gab. Vasquez.

Simile de ferro ignito. Nicetas in ora. 31. Nazianz. Damascen. l. 4. de fide c. 3.

32. *Conclusio. Incarnationis mysterium.*

Maneat ergo constitutum, assumtionem humanæ naturæ & vnionem eum Dei Filio, dici conuenienter vnctionem, & hoc ei nomen primò, ac principaliter conuenire, ac proinde cùm Saluator hoc loco affirmat se vnctum à Deo, satis aptè, imò aptiùs & commodiùs exponi de vnione hypostatica: & ita primam expositionem nu. 11. reliquis esse probabiliorem. Ex quo facilius erit de aliis iudicium.

33. *Expositio 2. minùs placet. Vnctionis vis & natura.*

Nam secunda interpretatio numer. 18. proposita eo placebat minùs, quo magis recedit à natiuâ vnctionis hucusque multis expressa verbis & autoritatibus: quæ non in sola illâ destinatione omnino extrinsecâ Dei potest salua & integra consistere. Quod si in Vatibus, Sacerdotibus, Regibus cōstituendis vnctio adhiberi est solita, præterquam quòd fas esset mihi respōdere, id totum fuisse typicum, & vmbratile, ad prænunciandam sanc Christi D. Regis Regum, principis Vatum, & Sacerdotum *vnctionem* substantialem: respondeo aliter, *vngi* non esse eligi & destinari ad munus, sed iam electum, & destinatū quasi instrui & adornari, sanctificarique, vt possit rite, & rectè munus suum obire. Itaque vnctio illa prisca Dei iussu adhibita significabat potestatem, & facultatem internam diuinitus collatam ad officium exercendum. prius enim quis eligebatur, & postea vngebatur, & consecrabatur, vt patet 1. Reg. 9. vers. 17. 20. cap. 10. vers. 1. cap. 16. vers. 1. 13. quo vltimo versu hæc legimus. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius* (scil. Dauidem, quem Deus Regem designarat ve. 1.) *& directus est spiritus Domini à die illa in Dauid & deinceps.* Ergo non erat sola vnctio externa, & multo minùs sola nominatio, & denominatio extrinseca. Certè in Sacramentis nouæ legis vnctio prodit dignitatem internam vt in Baptismo, & in ordine, vel vim & robur additum animæ ad postremā luctam vt in eo sacramento, quæ ab Vnctione nomen accepit. Quòd verò hæc expositio necessaria non sit ad fugiendam tautologiam, & discernendum hoc incisum: *Spiritus Domini super me*; à sequenti alio: *eo quod vnxerit Dominus me*: claret ex dictis, & magis clarebit ex dicendis.

Occupatio.

Alia solutio.

Vnctio in sacramentis.

34. *De expositione 3. indicat.*

Quoad tertiam explicationem numer. 19. de descensu Spiritus sancti super Christum in specie columbæ, etsi negari non potest, aliquos Patrum in eâ fuisse opinione, vt sentirent, & dicerent; tunc fuisse Christum vnctum Spirito sancto; vt istic apparet: tamen fatendum est etiam valde impropriè vocari vnctionem, cùm nihil tunc Christo fuerit internè additum: neque tunc fuerit primùm ad munus Doctoris & Saluatoris destinatus & electus: hoc satis ostenditur ex confirmatione primæ sententiæ, & confutatione secundæ. Deinde Patres istud docentes non docent apud Isaiam prædici; solus Hieronymus tenuiter indicat: sed seorsum per occasionem illius versic. 8. Psalm. 44. *dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus*: quo videtur effici, vnctionem Christi fuisse posteriorem incarnatione, vt argumentabatur Hilarius supr. numero 19. Verùm Psalmus non cogit exponi de columbæ descensu; nam multi applicant ad gloriam Christi post resurrectionem, quam meruit ex amore iustitiæ, & odio iniquitatis. Sed alij meliùs, *propterea* particulam nolunt esse ibi causam efficientem meritoriam; sed finalem, Hebr. עַל־כֵּן, *halchen*. Chrysostom. in scholio Vaticano: ἐπὶ τούτῳ, *in hoc*, vel, *ad hoc vnxit te Deus*, vt foret vnctus præ omnibus, vt diligeret iustitiam, & odio haberet iniquitatem supra omnes homines, atque adeò esset aliis auctor iustitiæ, & destructor iniquitatis, id postulant antecedentia: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulcritudine tua intende, prospere procede, & regna. Sagitta tua acuta, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis. Virga directionis, virga regni tui: dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus*: id est, vt superiora faceres. Vide cap. 7. vers. 15. *vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*, vbi locum Psalmi cum illo compono n. 86 & 87.

35.

Particula, Propterea, est causa finalis.

36. *Eadem expositio refellitur.*

Vnde verò Sanctius hanc expositionem de tempore Baptismi affirmat, inde idem ego refello, videlicet ex allegatione Christi Luc. 4. qui cùm hunc locum in Synagoga legisset, *cœpit dicere ad illos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* Nam si Dominus intelligeret de apparitione columbæ in Baptismo sao, non diceret. *hodie impleta est hæc scriptura*: sed

A sed diceret: iam impleta est: oam est certissimum, circumstantiam temporis, expressam aduerbio, *hodie*, noo vacare: prælertim addito illo alio: *in auribus vestris.* Vode significat fuisse ab Isaia prædictum aliquid quod ipse tum faceret, & Syoagoga illa audiret. Dicis: noo eam esse sententiam, sed banc: Aodistis vestris auribus me recitantem eam prophetiam, quæ est de me. Contrà: ergo quoquo modo capiatur vnctio ista, erit verum quod dicit Dominus: *Hodie impleta est hæc scriptura,* & ex hac affirmatione solum constaret, id intelligi de Cbristo. Deinde impropria esset locutio: *impleta est hodie scriptura in auribus vestris:* si id solum afferret.

Temporis circumstantia repugnat. *Obiectio.* *Repellitur.*

B 37. Oblicies contra nos: Si quoniam paolo antè acciderat illa Spiritus sancti apparitio in columba, nno conoenit huic Domini attestationi: *hodie impleta est hæc Scriptura*, ergo multo minùs cooueniet mysterio incaroationis, & eooceptioni Christi, quæ multo antè euenerat. Respondeo; in hoc vaticinio à Domino recitato & lecto ex Isaià contineri duo: alterú, esse Saluatorem vnctum a Deo, & Spiritum Dei esse super eum: alterum, effecta & cómoda, inde emanatura, seu officia, quæ erat Christus facturus: scil. anounciare Euangelium, mederi, &c. & quo ad hoc posterius dixisse Christum; *hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris:* id est, *Hodie* audistis me doceorem, & præstantem munia boc vaticinio contenta. Ex quo diluitur illatario, quod quia paolo post baptismum hoc esset gestum, inde fieret pertinere ad baptismum: nam quamuis longissimum tempoa intercurrisset, esset vera assertio: *hodie impleta est hæc scriptura.*

Obiectio alia. *Resp.*

C 38. Denique expositio 4. num. 22. posita ex dictis relioquitur exclusa, quia non satis consulit excellentiæ oominis Messiæ, seu Christi. Concedo enim dici posse vnctionem illam gratiæ habitualis infusionem, sed esse communem Christo cum aliis; nam quamtamlibet ei gratiam attribuamus, etiam vt capiti, hæc D gratia non differet specie, sed solo oomero, & intentione: quod patum est, vt dicatur singulariter *Vnctus*, & quasi proprio nomine *Christus.* Præterea in hàc expositione non rectè distinguetur prius incisum: *Spiritus Domini super me,* quod pertinet ad gratiam creatam, ab alio incisu: *eo quòd vnxerit Dominus me*: vnde Maldonatus, vt distingueret, exponebat: eo quòd me destinauerit ad hæc officia, est super me Spiritus Domini, ne in his officiis errem. Sed suprà oum. 33. id fuit refutatum.

De nomine Christus, Lactant. li. 4. cap. 7. Expositio 4. reiicitur.

39. Quamobrem, *Spiritus Domini super me*: explanetur de gratia omoi creatá & illi humanitati impartitá, siue habituali, siue actuali ad E functiones saluti humanæ procurandæ opportunas: & istius ingentis, perpetuæ, & multiplicis gratiæ pro fonte, & causá afferatur Vnio hypostatica iis verbis expromta: *eò quòd vnxerit Dominus me.* & locutio, *super me* signet diuturnitatem, perseuerantiam, immobilitatem: nam ideo nullo temporis limite finitur, oullo verbo clauditur; sed infinitè effertur: *Spiritus Domini super me*: me implens, illuminans, inflammans, agens, ducens, dirigens in omni actione, & officio: Et ab eo actus, ductúsque iocipio meum Saluatoris munus exsequi. Vnde consequitur: *Ad annunciandum mansuetis misit me, &c.*

A Quod Spiritus hoc loco pro tertia persona Trinitatis capitur, & *Domini* pro prima, quod faciunt Irenæus lib. 3. cap. 10. & Beda in Lucam, aperta est Trinitatis mentio, vt Irenæus lib. 3. cit. cap. 10. docet.

Ad annunciandum misit me: vt mederer contritis corde, &c.} L X X. & apud Lucam: *Euangelizare pauperibus misit me.* Et quidem verbum בשר *basar*, quod hic redditur *Annuncio*, ca. 40. vers. 9. ab eodem interprete redditur *Euangelizo.* Itaque hoc loco *Annuncio* idem quod benè ouncio, bonum nuncium affero, item nooam, item bonam doceo: adesse Saluatorem, offerri omni hominum generi salutem: vo- 40.

LXX. & S. Lucas. *Annunciare, quid.*

B ctum iam esse, & interesse *Sanctum Sanctorum*, Luc. 2. vers. 11. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* Quem locum cap. 52. numer. 71. tango, sed ounc expendo ad rem superiorem, cum nomine Salnatoris ab Angelo iungi nomen *Christi, Vncti,* & ei oomini adiungi nomen *Domini, qui est Christus Dominus*, vt doceremur, ex vnctione illi dominatum obuenire, ac proinde vnge, esse hominem fieri Deum, vt suprà fuit explicatum.

Quòd pro *pauperibus* fuerint suffecti *mansueti* a L X X. & à Luca eos secuto, nulla est 41.

C iactura sententiæ. Nam iamdiu in diuinis chartis obseruo, præcipuè io Psalmis, *pauperem*, supponi pro *humili* creberrimè: oec sine ratione; eo quòd, vt diuiti est quasi ingenita superbia, sic pauperi sit innata humilitas. Eccli. 25. v. 3. *Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum. Pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum, & insensatum.* Quæ tria idcirco perhibet S. Scriptura esse tam odiosa, quod sint suopte ingenio valde abhorrentia vitia, quódque ab ea persona, cui inest. Nam vt diuiti nulla est occasio mentiendi, oeque seni desipiendi, sic neque pauperi superbiendi. Si enim adolescens ineptiat, si pauper mentiatus,

Pauper pro humili. *1. Tim. 6. v. 17.* *Diuiti superbus* *Pauperem decet humilitas.* *Eccl. 25. v. 3.*

D si diues superbiat, nemo est quodque sit vitiosum, admirabitur: at verò si permutentur vitia & senex sit ineptus, diues mendax, pauper superbus, indignamur, abominamur. Quare cùm tãtopere à paupere requiratur humilitas, h[illegible] od mirum, si S. libri pro humili pauperem sufficiãt. Cúmque humilis & mansuetus ferè pro eodem propter vicinitatem vtriusque desaniantur, fit inde nullum esse propè discrimen sententiæ apud nostrum Vatem, & Lucam.

Diuitem decet mendacium. senem stultitia.

Quòd verò mansuetudo & humilitas promiscuæ sint, facilè probarim. nam illud Prou. 3. vers. 34. *ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.* 1. Petr. 5. vers. 6. & S. Iacob. cap. 4. vers. 6. 42.

E redditur: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Ergo pauperibus quippe humilibus & mansuetis rectè & conuenienter prædicatur Euangelium, & creditur: ij enim aptiores sunt ad Christi disciplinam accipieodam: & nulli magis inidonei quam superbi, & alta sapientes. Ioan. 5. vers. 44. *Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis.* vide cap. 42. num. 146. & Matth. 11. vers. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Opponit sapientibus paruulos, hoc est, superbis humiles, hos ad Euangelium admittit, illos excludit. de 43.

Humiles apti Euangelio: superbi inepti.

quo loco ad cap. 40. num. 361. & ad Psal. n. 53. vers. 3. *Audeant mansueti, & lætentur*. S. Augustinus pluribus locis ad intelligentiam diuinorum mysteriorum exigit mansuetudinem, & vt ego interpretor, humilitatem. Et verò S. Iacobus in sua epist. cap. 1. vers. 21. *in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras*. August. lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 3. *Beati pauperes spiritu, id est, non inflati, dum se diuinæ autoritati subdit anima timens, post hanc vitam, ne pergat ad pœnas, etiamsi fortè in hac vita sibi beata esse videatur. Inde venit ad diuinarum Scripturarum cognitionem, vbi oportet eam mitem se præbeat pietate, ne id, quod imperitis videtur absurdum, vituperare audeat & pertinacibus concertationibus efficiatur indocilis.*

B

44\. Rogas, cum Christus omnibus hominibus Saluator aduenerit, & Deus velit *omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: & ipsemet Dominus Iesus præceperit Apostolis suis, vt prædicarent *Euangelium omni creaturæ*, quamobrem hoc loco id contrahit, & affirmat, *ad euangelizandum mansuetis*, vel *pauperibus*, apud Lucam, *misit me*: Aio breui, hoc intelligi quoad efficaciam, illud verò quoad sufficientiam: quia superbi, & arrogantes audiunt, sed non obediunt Euangelio. Rom. 10. v. 1. *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! sed non omnes obediunt Euangelio.*

C

45\. *Vocatio efficax Albinis.* De hac efficaci euangelizatione accipio ego cum Iansenio in Concord. cap. 47. cum Caietano & Aria illud apud Matth. 11. vers. 5. *Pauperes euangelizantur*, i. docentur, & accipiunt Euangelium: vbi Christus Dominus discipulis Ioannis ab eo missis, qui quærerent ex Domino, an esset promissus Messias, præbuit notas ab Isaia prædictas cap. 35. versicul. 5. de sanandis cæcis, claudis, &c. quibus addit: *Pauperes euangelizantur*, sine dubio ad hunc locum digitum intendens. Quare vt morbi corporales reipsa fuerunt à Christo depulsi, vt ait ipse, *cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt*: sic cùm adiicit: *Pauperes euangelizantur*, debet intelligi animi sanitas, ac proinde non sola prædicatio Euangelij, sed & eius admissio, & obedientia.

D

46\. *Expositio non apta: Gentiles esse pauperes.* Et hæc est aptior quæstionis enodatio, quàm illa apud quam *Pauperes* sunt Gentiles, bonis omnibus indigentes: nam licèt alibi vocentur pauperes, vt docui cap. 41. vers. 17. *Egeni & pauperes quærunt aquas*, sed debuit aduerti, Christum loqui de pauperibus, quos euangelizatos, doctósque fuisse discipuli Ioannis viderant, & audierant: *Euntes*, inquit, *renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis*: at Christus coram iis non docuerat Gentiles, sed Iudæos, atque adeò apud Lucam, *pauperes*, non sunt Gentiles; & apud Isaiam non soli Gentiles, sed generatim modesti, mansueti & humiles, & quia Iudæorum plerique erant turgidi, superbi, & arrogantes, aliarum omnium nationum vtpote incircumcisarum, & eorum iudicio abominabilium, contemptores, ideo exclusi sunt: Gētiles verò, quia maximâ ex parte nō ita superbè sapiebant, admissi sunt ad Euangelium. *Iudæi superbi exclusi: Gentiles modestiores admissi.*

E

47\. Itaque hoc loco siue *mansueti*, siue *pauperes* Euangelio donandi, non sunt hæc, aut illa natio, sed quicumque, ex quouis hominum genere, & censu non essent vocationi diuinæ obluctaturi præ superbiâ, & contumaciâ, quod

A idem creditur præcecinisse Beatissima, & Sapientissima Vates Maria illo suo carmine clarissimo Luc. 1. vers. 51. *Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* *B. Maria, Vates.*

48\. *Expositio varia.* Quod vaticinium etsi quidam vt Hilar. canon. 19. in Matth. & Cyrillus hic, Ambros. in Lucam, & alij dispertiunt, vt diuites sint Iudæi, & pauperes sint Gentiles: alij, vt Bernardus in Cantic. serm. 17. & Cyrillus citatus ab Emmanuele Sa, diuites velint esse dæmones, & pauperes homines, tamen verosimilius multo exponitur non de hominum natione, & genere, sed de eorum ingenio, & affectu. nam de virtu-

B te humilitatis, aut mansuetudinis, quod facit hic Hieronym. in verbis Isaiæ, exponi non potest: nam Gentilibus ante Euangelium non fuit vera humilitas & mansuetudo: vnde neque in Cantico B. Virginis, neque in Isaia humiles & mansueti ad amussim capiendi, sed eo, quo posui modo, pro hominibus, aut ingenio, aut studio, & exercitatione modestis, discendæ veritatis auidis, minimè pertinacibus, & refractariis. *Humiles quatenus.*

49\. Quorum vtrorumque discrimen videre licet in illo Atheniēsi Conuentu Areopagi Act. 17. 12. in quo cùm diuus Paulus sub finem suæ concionis attigisset generale iudicium, & re-

C surrectionem mortuorum, *quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.* Ergo illi priores procaces, & contumaces, superbi, excipiēdo Euangelio inepti: isti posteriores modestiores, cautiores de quibus ipsis est verosimile quos statim narrat Lucas credidisse, *in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.* Matth. 9. vers. 17. 18. Vinum nouum in vtrem nouum non in veterem infunditur. i. in rudes, modestos non in eos, qui sibi videntur sapere. Vide Ariam ibi.

50\. Ex quâ conuersione & ex aliis similibus hominum sapientium, illustrium, opibus, autoritate nobilium intelligitur, hoc loco pauperes,

D vt est apud LXX. & Lucam, non esse homines tenuioris fortunæ, sed mitioris ingenij, & modestioris animi: qui ex se aptiores sunt addiscendæ veritati, & accipiendæ luci diuinæ. Nam quamuis Dei gratia naturam possit expugnare, atque peruincere, & aliquando id faciat, tamen quia Dei prouidentia & gubernatio nō minùs est suauis quàm efficax, requirit in homine habilitatem, & cooperationem: quam quia habent, & adhibent plerumque mansueti, & modesti, ideirco Christus hoc loco profitetur se missum, vt iis suum credat Euāgelium. Vnde nō sunt *pauperes spiritu*, & *mites* illi, quos Christus prædicat beatos Matth. 5. v. 3. 4. nam illi iam Euangelium acceperant: isti acceptu- *Natura & indoles bona subseruit gratiæ.*

E ri prædicuntur: quo accepto euadant verè humiles, mites, & beati. Quæ ratio non patitur assentiri Tertulliano libro 4. cap. 14. contra Marcionem, & Hieronymo, aliísque id asserentibus.

51\. *Obseruatio. עניים, hacam pauperes. ענוים hanauim, mites.* Quod verò Iansenius & alij adnotant, apud Hebræos nomen quo pauperes, & aliud, quo mansueti nominantur vna littera sola differre, eádémque nasci diuersitatem in Latino, & Græco codice, etsi heri potuit, tamen cùm S. Lucas Græcam translationem probet, & Ecclesia Latinam

tinam, id errori, aut mendo tribui non deber: sed conciliand[illegible] diuers[illegible]e sensu, quod nos fecimu[s] num. 41.

52. *S. August. Missio Christi eius est incarnatio.* *Misit me.* Pendet è superior[i]: *E[t] quòd vnxerit Dominus me ad annunciandum man[suetis] misit me.* S. August[in]us tr[act]. 3[6]. in Ioan. [illegible] medium docet mi[ssi]onem C[hr]isti esse [e]ius incarnation[e]m, *[illegible] dicitur missus ven[it]e ad nos, incarnatio ipsius commendatur, quia Pater non est incarnatus.* Quod Augu[stini] [illegible] rum benè cohæret cum expositione, q[u]am sum [secu]tus de notione, *[Vn]ctionis*, vt sit eadem, quæ incarnatio. Itaque Dei Filius quamobrem fuerit vnctus, missus, hoc est, vt multi Patrum exponunt, incarnatus, sequentibus verbis amp[l]ius edocet: *vt mederer contritis corde*, &c. Duæ partes in homine principes erant labe primi parentis adfectæ, intellectus, videlicet, & affectus: ille indigebat doctrinâ, vt cæcitatem pelleret: iste medicinâ, vt infirmitatem abijceret: ad vtrumque curandum se missum Christus affirmat *ad annunciandum*, & docendum, vt ignorantiam expellat, & ad medendum, vt voluntatis morbum expugnet, quæ duo Saluatoris officia, & munia passim codices sacri vnius, & alterius Testamenti aut promittunt exhibenda, aut perhibent exhibita.

53. *Christus medetur precipuis partibus hominis.*

Docere & sanare officia Christi.

54. *Quæstio an non præcisè ob peccatum Christus missus, attingitur.* An verò particulæ, *ad*, & *vt*: *ad annunciandum misit me: vt mederer contritis corde*: sint ita indices causæ finalis, vt ob hæc præstanda Dei Filius carnem assumpserit, neutiquam, si ista cessassent, si ij morbi non essent, eam assumturus, tametsi liceret hoc loco disserere, cùm hæc dissertatio non minùs deceat Theologum expositiuum, quàm scholasticum: imò magis; cùm ea, quæ ex libera Dei voluntate nascuntur, sola ipsius Dei reuelatione noscantur: atque adeò litteris sacris, vel traditione cõstent: quia tamen tamdiu scholasticus præscripsisse videtur, vt hæc sit eius priuatiuè iurisdictio, ab ea quæstione supersedeo, mittens lectorem ad 3. partem S. Thomæ, & eius interpretes: quorum pars negans Dei Filium esse mittendum, si peccati morbus defuisset, valde nititur hoc loco, & alijs plurimis similibus, quibus pro fine Incarnationis duntaxat affertur redemtio generis humani. Sed pars altera affirmans hasce particulas quæ videntur esse causales, potest exponere de fine secundario: vel dicere, esse particulas non finis, sed consecutionis, atque effectuum, vt Sap. 9. vers. 2. *sapientiâ tuâ constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ a te facta est*: constat enim hominem non esse factum propter hoc, vt finem, sed eius finem esse Deum. Vnde Genes. 1. vers. 26. secus scribitur: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris*, &c. Vbi finis est, vt Deum colat: consecutio, vt quando est nobilior alijs animantibus, eis præsit. Ad hunc modum: finis Verbi incarnandi potuit esse gloria ipsius Dei, & dignitas rei: quando ver[ò e]uenit, vt homo indigeat Redẽtore, Deus homo factus eo munere, quod eum decebit quàm maximè, fungatur. Qua ratione si diuinum de hoc mysterio consilium cogitemus, scripturæ testimonia illi probabili sententiæ non officient.

55. *Mederi animi.* *Vt mederer cõtritis corde.*] *Vt mederer*, & *ad medendum*, non distant: & Hebr. eadem est vbiq; particula. *Mederi* verò est חבש *chabás, alligare*, verbum chirurgic[um] [illegible] idem quod cap. [illegible] vers. [illegible] *non est circumli[g]ata*, [illegible] adn[illegible]. itaq; mot[i]bus ostenditur & vul[ner]a, & v[u]lnore[m] at non esse vulnus corpor[is], [se]d anim[i], additur, *contritis corde*: contrita enim & con[fracta] [illegible]ndi [illegible] alligatione. *Obligare est chirurgicum.*

56. *Quæ cordis contritio.* Sed cum consensio sit interpretum, hanc cordis cont[riti]onem esse internam, est nihilominus dissensio circa qu[alit]ate[m]. A[liqui] [illegible] ab hic controuersia [illegible] [mœ]stitudinem & languorem po[pu]li captiui Babylonæ. nam rem tractari Euangelicam pro indubio ponim[u]s.

Basil. S. Basil. in Psal. 33. ve[rs.] 19. *Iuxta e[st] Dominus ijs, qui tribulato sunt corde, & humiles [spi]ritu saluabit*, affirmat inter Dauidẽ ill[um], & Isaiam hic magnam esse propinquitatẽ, & vtrumque Vatem idem præcinere. Verba iam magni Doctoris transfero. *Propè est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde. Aduentum Domini prim[u]m, [qu]o [u]enit in carnem, pronunciat propinquantem iam, nec longe remotum. Quod quidem ex simili fere sententia Isaiæ credibile tibi fiat. Spiritus Domini super me, cuius gratia vnxit me euãgelizare pauperibus misit me, sanare tribulatos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Iam quãdo medicus mittebatur cõtritis corde, prope est, inquit, Dominus vobis, dico humilibus, & qui per contritionem, fastum, & elationem expunxistis à vobis: prope adest iamiam vos adfecturus gaudio, & ad longanimitatem deducturus. Contritio cordis, demolitio est, & suppressio humanarum cogitationum. Quicumque enim præsentia despexerit, seque verbo Dei addixerit, & suam ipsius mentem ijs contradiderit intelligendis, quæ supra hominem, & longè diuiniora sunt, hic demum est, qui tribulato, siue contrito est corde.* Hæc S. Basilius. *David & Isaias similia docent.* *Mortificatio passionum.*

57. In partem quoque bonam acceperat antea Tertul. lib. 4. in Marcio. cap. 14. S. Hieronymus hic primo loco recenset, nec censet. Beda amplectitur, & Procopius, Lyra, Forerius, Haymo, Vatablus, Arias. Hi omnes scriptores vniuersè virtutem in *cordis contritione* sibi videre videntur, alij aliam. Lyra & Arias contritionẽ, quam vocãt Theologi, i. pœnitentiam vitæ perperam anteactæ: quæ in adultis præcedit iustificationem. *Pœnitentia.* Vatablus animi languorem, & propè desperationem ex aduentus Dominici tarditate. *Languor animi.* Alij ferè eo, quo Basilius modo.

58. *Miseria ex peccato hoc versu.* Sed hæc interpretatio tot licèt, & tantorum autorum mihi minus approbabatur, quàm alia Cyrilli, Hieronymi etiã, Procopij, Roperti, Adami, Pinti, Osorij, Didaci Aluarez, Sanctij, Cornelijque interpretãtur de statu misero ob peccata. Hoc sãdiu viderunt Symmachus, & Theodotion, transferentes, vt ait Hieronymus: *ad alliganda vulnera peccatorum.* Huc faciũt quæ opposui num. 48. contra asserentes, *mansuetos* esse eos, quibus Christus Matth. 5. vers. 4. præmium pro virtute promitteret.

59. *Conditio ærumnosa humani generis ante Christi accessum.* *Christus medicus, & chirurgus.* Porro toto hoc sermonis prophetici contextu expingitur status ærumnosus, atque infelix mundi, cui reparando, & instaurando Saluator est cœlitus missus, vnde sicut *captiui clausi* & id genus alij, sunt peccatores, ita & *contriti corde*; i. animo scelerum vulneribus conciso, & peccatorum contusionibus attrito: quæ vulnera vt alligaret, quod est in Hebræo, curarétque clementissimus ille Samaritanus, hoc est. *Custos* hominum de cœlesti Ierusalem descendit, &

viator

viator est factus, & qui erat vnctus oleo Diuinitatis, ea vulnera oleo misericordiæ, & gratiæ suæ sanaret. Quòd si ad hanc spiritualem sanitatem requiritur prævia contritio cordis, & malè rerum actarum pœnitudo, hanc quoque vt infunderet velut quoddã vinum austerum, idem chirurgus cœlestis deuenit, itaque nomine medelæ, seu alligationis omnia remedia necessaria ad curationem, & salutem intelliguntur. De vi obligationis chirurgicæ egi ad cap. . vers. 6. a num. 157. Vt verò Christus verum se esse chirurgum animarum ostenderet, non contentus ipso nomine, quod est ab vnctione propria artis chirurgicæ, cum erat curaturus ægrotos, plerumque manu tangebat & verò chirurgus Græcum vocabulum à χεὶρ, *cher*, & ἔργον, *ergon*, opus, componitur, quasi manu operans, & curans. Vnde Ambros. in Luc. lib. 5. cap. 6. de Christo: *ad vulnera nostra descendit, vt vsu quodam & copula suæ naturæ comparticipes nos faciat esse regni cœlestis.*

Christus tangendo sanat ægrotos. — *Ambros.*

60. Quis ergo tanto, ac tali medico & chirurgo se non permittat, qui voluit esse Christus, i. perunctus, vt asperitatem medicinæ molliret oleo suauitatis; & ne erraretur inter medẽdum ipsemet dignatus est manum applicare vulneribus. Aug. Psal. 40. v. 5. explicans illud: *Sana animam meã, quia peccaui tibi*, sic: *Si vistus est qui putredinem non habebat: si medicina nostra medicinalem ignem non respuit, patienter ferre debemus vrẽtem medicum, & secantem, id est, omnibus nos tribulationibus exercentem, & à peccato sanantem. Planè committamus nos medici manibus: non enim errat, vt sanum pro putri secet. Nouit quod inspicit: nouit vitium, quia ipse fecit naturam: quid ipse condidit, quid nostra cupiditate accesserit, discernit. Sed si sano homini præceptum dedisset, ne languorem incurreret: dixisse in paradiso, hoc mãduca, & hoc noli, non audiuit sanus medici præceptum, vt non caderet, audiat vel ægrotus, vt surgat.*

Christo medico nos debemus permittere. — *August.* *Christo chirurgo sidendum.*

61. Habemus ex Augustino ad quos contritos, & ægrotos alligandos & sanandos, atque adeò secandos Christus accesserit, vt bonus chirurgus separans putre à sano, vitium à naturâ, infundens oleum suauissimum & vnà efficacissimum diuinæ gratiæ. Quare Christus nõ exulcerat, non asperat: sed mira dexteritate, & mollitudine sanat; quem imitari debent Prælat. & Rectores. *Vt corporum*, (ait Seneca lib. 7. de Beneficiis cap. 30.) *ita animorum vitia molliter tractanda sunt: sæpe quod explicauit mora, pertinaciã trahentis abruptũ est.* Hoc est, *mederi* חבש *chabas*, alligare contritos corde, i. blandè tractare, & molliter ea, quæ sunt collisa, & contusa, vt reintegrentur. Suprà cap. 42. ver. 3. de eodem medico Christo: *calamum quassatum non conteret*, reuoca te istuc.

Medicina spiritualis, qualis. Prælati curatio sum. — *Seneca.*

62. *Et prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.*] Idem ferè alio modo, seu varia peccati effecta explicantur, sunt peccata, morbi & vulnera animi, vt patuit modò: sunt itèro vincula, carcer, & seruitus. Sensum horum verborum inueneris cap. 42. vers. 7. parum diuersè propositum: *Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium; vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, & de domo carceris sedentes in tenebris.* De captiuitate, & seruitute spirituali ex peccato & loco modò indicato egi, & cap. 9. vers. 4. cap. 50 num. 13.

Peccata, morbi, & vincula. — *Sup. 42. v. 7.*

63. S. Lucas ex LXX. pro, *clausis apertionem*, habet, *cæcis visum*: si rem significatam spectes, idem est, cæcitas animæ, & [illegible] carceris: si rem significatam cogites; non est quid diuersum: nam clausi solent esse in carcere tenebricoso, & cæco, ac proinde sunt velut cæci non quòd careant oculis, sed quòd cassi sint lumine, quod non minus [illegible] ad videndum quàm oculi. Vnde probè cap. 42. vers. 7. *vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum.*

Lectio alia. Clausi sunt carcere quasi oculis orbi.

Maldonatus in Lucam, Sanctius & Cornelius hoc loco, *clausos* propriè accipiunt pro cæcis, quasi *clausos* oculis, nam quamuis אסורים *assurim*, sit idem, quod *ligati*, quia tamen in tenebris versantes se loco mouere vix possunt, ligati dici possunt. Forerius ausus est hoc scribere: *Qui cæci sunt, aut surdi, ligati Hebræis sunt.* Mallem id probasset, quàm ita præcisè asseuerasset. Maldonatus *assurim* אסורים *clausos*, siue ligatos pro cæcis sumi ex Rabbi Dauide confirmat: Sanctius negat legi in scriptis huius Rabbini permissis. Ego aliter cõtectarem: vt Latini eleganter dicunt: *captos oculis* pro cæcis, sic fieri potuisse, vt Hebræi dicerent: ligatos oculis, quod est idem, & quoniam amant breuitatem, omisso nomine, *captos*, seu *ligatos*. Quam meam coniecturam promouet quod Sanctius nu. 22. allegat ex Exodo 4. vers. 11. *Quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum.* Hebr. pro *videntem*, פקח *Pichcah*, hoc est, *apertum*; ergo si *videns* dicitur *apertus*, *cæcus* rectè dicetur *clausus*, אסור, *assur*.

64. *Clausi, qui.* — *Forerij ausus* — *Tol. Luc. 4. annot. 34.*

65. Hæc licèt ita habeant, sed hîc locum habere non credo credens potiùs vulgatæ ab ipsomet Hieronymo sine vlla ambiguitate expositæ, qui cùm cauisset ex alia versione *cæcis vt videant*, confestim subiicit. *vel clausis apertionem, quod manifestius interpretatus est Symmachus, vinctis solutionem, de quo, imo ad quem suprà dicitur: posui te in lucem gentium aperire oculos cæcorum, educere de vinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris.* Ergo è mente S. Hieronymi, atque adeò interpretis vulgati *apertio clausorum*, est solutio vinctorum, & liberatio seruorum: quod hæret cum sequenti, & secutus est tandem Maldonatus, Hebr. פקח־קוח *Pechah choah*, quod Pagninus & Hebræi exponunt: *apertionẽ carceris*. Consule Pagninum v. פקח.

Defenditur expositio S. Hieronymi. — *Hieron.*

Vers. 2. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes.

66. S. Lucas loco citato, ante hæc verba, & secundùm superiora interponit: *dimittere confractos in remissionem*: quod neque in Hebræo, neque in Græco exemplari reperitur. Quæritur ergo, vnde Euangelista sumpserit. Maldonat. & Toletus not. 35. respondent, in Hebræo plus contineri quàm fuerit a LXX. interpretibus expressum, quos Lucas sequitur, ideóque voluisse Lucam, maioris declarationis causâ id addere, vt clarius appareret miseria eorum, quos Dominus liberasset: cùm cæcis lucem restitueret, & confractis remissionem afferret. Quod nos spiritualiter debemus accipere, & in hoc a Maldonato discedere: qui tamen autor cum exponit hunc

S. Lucas addit. Dubium vnde.

annum

annum placabilem Domini, aut *acceptum*, apud Lucam, de Christo ... taliter vi... ponet.

67\. *Annum placabilem Domino.*] Hebr. רצון שנת *ratson beneplaciti*, ... *beneplacitum Domino*. De quo supra cap. 49. vers. 8. *Hæc dicit Dominus in tempore placito exaudiui te* ... vocabulum, רצון ... Lucas ex Græco: *Annum Domini acceptum*. ... est in tempore nihil esse, ... & gratum : ergo tempus acceptum ..., quo placuit Deo hominibus ... benefacere ... singulare ... afferre, non quod homines id ... meruerint, sed quod diuinæ voluntati, & benignitati id ... : ea est potestas vocabuli originalis, vt expono cap. 49. nomine ... in versione Latina. *Annum placabilem Domino* oportet intelligere, quo Deus placari voluit, hominibus ignoscere, & condonare iniurias acceptas.

Tempus vnde Deo acceptum.

68\. Quòd verò hic, non tempus, vt alibi, sed nominatim, *annum* exprimat, eo pertinet, vt refricet nobis memoriam anni Iubilæi Leuit. 25. v. 8. 9. vbi hæc: *Et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim Iubilæus.* Et quò luculentior sit allusio, moneo in primæuo textu Leuitici, quæ Latine redditur: *Et vocabis remissionem*, esse eadem vocabula, quæ in Isaia vertuntur: *prædicare indulgentiam*, & propriè nomen דרור *deror* significat *libertatem* quia redeunte anno Iubilæi, vt in Leuitico postea scribitur, serui recipiebant libertatem, & res diuenditæ redibant ad antiquum Dominum: atque adeò erat generalis redemtio.

Annus placabilis. Iubilæus.

Allusio.

69\. Quamobrem quo tempore Redemtor aduenit, illud fuit tempus veri Iubilæi, illo alio præmonstrati: quo anno, pulso tyranno diabolo de antiqua possessione, mundus in pristinam libertatem fuit assertus & vindicatus, quo tempore *cunctis habitatoribus terræ* fuit data remissio, & vera libertas *si vos filius liberauerit, verè liberi eritis*. Cùm ergo Dominus in Isaia ait: *Dominus misit me, vt prædicarem indulgentiam*, siue *libertatem*, respicit illum typi: *clanges buccina*, & mox *vocabis remissionem*, Hebr. ad verbum: *clamabis libertatem*: i. voce contentâ nunciabis cunctis habitatoribus terræ instare libertatem. Cuius vtriusque loci tam typici, quam tempore contenti non possim meliorem commentarium excogitare, quam eum, quem in Marco Euangelista comperio, c. 1. v. 14. In hæc verba: *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens: quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio.*

Largior Iubilæus Christo veniente.

Ioan. 8. v. 36.

Libertas vera per Christum.

70\. *Venit Iesus prædicans Euangelium regni Dei.*] Fœlix faustumque nuncium quo regnum Dei, introitus in terram viuentium promissam non iam prædicitur futurus, sed prædicatur instans, *quoniam impletum est tempus* promissionum, figuratum adest tempus ab æterno præstitutum, quo Deo placuit placari, & finiri tas inueteratas, ex primæuâ hominis præuaricatione conceptas: *impletum est tempus*, quod erat vacuum, quippe subiacens, & occupatum potius, quàm plenum *egenis illis antiquæ legis elementis*: nam *lex & Prophetæ vsque ad Ioannem* Matt. 11. v. 13. vnde scribit Marcus: *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus prædicans Euangelium regni Dei, & dicens quoniam impletum est tempus*: cessauit enim legis & Prophetiarum vacuitas, & adest is, qui venit *legem & Prophetas non soluere, sed implere*, & solidare. *Et appropinquauit regnum Dei*, quia per Christum iamiam reserandus erat aditus ad eam diem clausus ad cœlestem beatitudinem: & quia, vt bene illic Arias, e seruitute misera, qua homines tenebantur seruientes peccato, & Diabolo, traducendi erant ad statum veræ libertatis filiorum Dei. Cuius liberationis & traductionis figuratæ in exitu Israel de Ægypto, quia iam aderat non dux tantum, sed & auctor ... & eam incipiebat exequi prædicationibus, & miraculis, idcirco dicit, & verè, ac propriè Maximus Prætor edicit, *Appropinquauit regnum Dei*: en vbi, & qua formula promittit bonorum possessionem: mox subnecit hæreditatis adeundæ conditiones: *Pœnitemini, & credite Euangelio*: i. Pœniteat vos, ac tædeat pristinæ egestatis, anteactæ vitæ seruilis, & vilis: si cupitis esse hæredes, desinite esse serui: ius enim ciuile diuinum non patitur seruos hæredes cœlestium bonorum institui, sed solos filios Dei ad tam nobilem hæreditatem admittit.

Galat. 4. v. 9.

Matt. 5. v. 17.

71\.

Christus quasi Prætor.

Seruus, non hæres. Instit. lib. 2. Titul. 14.

S. Paulus iuris diuini consultissimus hoc cœleste edictum eleganter exposuit Galat. 4. v. 4. *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem. Abba Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per Deum.* Et sanè, æquissima sanctio: non seruilem, ac sordidam conditionem dedecet tam splendidæ hæreditatis acceptio. Et verò iura humana decernunt, seruum a suo hero hæredem institutum ex ipsa institutione testamenti acquirere libertatem: quasi hæc duo valde discordent, esse seruum alicuius, & hæredem eiusdem nominatum.

Edictum diuinum.

72\. Quamobrem Christus a Deo Patre creatus Prætor non vrbanus, sed omnium Prouinciarum, atque adeò totius orbis promissurus omnibus indifferenter possessionem bonorum cœlestium, legitime promulgat, & publicat *annum placabilem*, i. Iubilæum: quo fas est omnibus exuere conditionem seruitutis, & statum libertatis adipisci: vt hoc modo possint hæreditatem, & possessionem promissorum bonorum adire.

De edictis Prætorum Brissonius l. 2. de formulis Romanorum.

Et diem vltionis Deo nostro.] LXX. *diem retributionis*: quæ videtur esse communis probis, & improbis, & est merces operæ, stipendiumque meritæ siue benè, siue secus politæ iuxta illud, *reddet vnicuique secundum opera sua*. Quæ retributionis, vel vltionis notio, nisi me mens decipit, traxit Orig. hom. 31. in Lucam, Hilar. in Psalm. 52. versiculo vltimo Psal. 64 vers. 12. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ*: Theophylactum in Lucam, vt sentirent, hoc pertinere ad iudicium extremum.

Opinio Orig. & Hilarij.

73\. Quam sententiam refellit Hieronymus ex eo, quod Dominus dixerit apud Lucam 4. *hodie impleta est hæc Scriptura*: sed non fortiter id hac ratione refellitur: nam, vt sileam, non esse opus, vt partes omnes prophetiæ adductæ implerentur, eo quo Christus recitauit articulo temporis

Hieron.

temporis,vt docui num.37. vnctionem,de qua in hac prophetia dicitur, non fuisse factam eo tempore ... quam, ... ponam etiam: si dies ... tionis hic ... vltimi, di ... potuit esse impleta Scriptura:nam hæc hab... spiritus Domini,&c. misit me,&c. vt pradicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vnde cum Christus prædicauit futurum esse iudicium, fuisset prophetia im... , neque et ... exp... ctandus dies vltimus mundi, vt impleretur: imò,si demus de eo agi, non tunc implebitur: quia hoc loco solum prædicitur, à Christo diē vltionis esse prædicandum, ... enim eo die, ne captiuorum quidem indulgentia, ... cu libertas, neque clausorum apertio est ad exitum peracta, id enim factum ipsa Christi morte fuit patratum; & nihilominus,quia Christus id patrandum esse à se, ... eo sic cœpit nunciare,dixit. hodie impleta est hæc Scriptura: sic cum de prædicto generali egit, fuit impleta hæc pars, si tamen sit de eo argumento. Quis idem Hieronymus concedit posse accipi de ... tione populi Iudaici,quam Deus exercuit per Romanos ... multis pòst annis.

74. *Autoris indoctum.* Vnde ego alio argumento commotus existimo non pertinere hoc ad extrema mundi tempora: eo præcipue, quod alij multi mouentur: quod hoc loco Spiritus sanctus totus sit in beneficiis promittendis, & consolationis caussis obtendendis, non verò in supplicijs ac malis intentandis humano generi, vt patet singula recensenti, ... apertio ... inferiora.

75. *Rembutio, quid.* Vocabulum verò apud Lucam *Retributionis* quod videtur esse promiscuæ significationis, meritis bonis,malisque commune,interpretandum est ex autographo, quod arctatur ad supplicium, נקם *nacham*, bene redditum,*vltio*. Sed hæc vltio non intentatur in homines, vt volunt nonnulli, sed in hostes Dei,& hominum, in Dæmonas, qui captiuos tenebant homines: nam si seruis,captisque prædicatur annus placabilis, id est, Iubilæus,quo soluitur & finitur omnis seruitus, si captiuis prædicatur indulgentia דרור *deror*,libertas,clausis apertio; consequens est, vt tyrannis,& oppressoribus, apud quos erant hi captiui,denuncietur ... & exspoliatione,de quā exspoliatione, & seruitute depulsā egi fusissime ad capit. 11.versiculo 4.versiculo 5. hanc vltionem aduersus Diabolum exponunt Maldonat. in Lucam.Cyril. hic, Adamus,Osorius, Procopius, Foretius, Cornelius.

76 *Derectio superborū gloriosa Deo.* *Deo nostro.*] Autor vltionis Deus: nam tam potentem & insolentem tyrannum solus Deus poterat vlcisci, & frangere. Dein, ostenditur hæc vltio Deo fore gloriosa: nihil enim maioris gloriæ, quam debellare superbos. Quantopere Deus in hoc facinore sibi placeat, & glorietur facilè mihi colligo ex Iob. 40. versiculo 5.vbi sic Deus Iobum conuenit:*Circumda tibi decorem & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. Et ego confitebor quod saluare te possit dextera tua.* Liquet ergo e... & ... Deo propo... & ... deinde ... ante verba hæc ... 4. *si habes brachium*

A *sicut Deus, & voce simili tonas?* si habes brachium forte ad atterendum ... & vocem instar tonitrui ad terrendum ... rebum.Post hæc verò Deus multis agit de ... celebri Behemoth,& ostentat à se fuisse victum ... ligatum, & plane expugnatum vbi Scri... rum proceres ... vocabulo, & Leuiathan metaphorico Diabolum agnoscunt,& multi ... intelligunt,Psal. 88. ver... o 10.11. *Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti ... vulneratum superbum: in brachio virtutis tua ... sti inimicos tuos.* *Behemoth pro Diabolo.*

B Sed quoniam Deum vltionem vmere de Diabolo ... magis ... erat gloriosum, quam ... mini commodum, & ho... utum, idcirco Christus numerat in beneficiis dandis humanæ naturæ à se prædicari, ac denunciari *diem vltionis Deo nostro:* quo postremo pro vocabulo ... nomen protestetur, & germanum fratrem ... 77.

Vt consolarer omnes lugentes. Hic *luctus* non offert virtutem pœnitentiæ,aut patientiæ qualis est illa, cui Christus Matth. 5.versic. 5.consolationem prouittit cum dicit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur:* etsi id visum est magnis autoribus, Tertull. 4. contra Marcionem.c. 1... Hieronymo, Ruperto, ... ue minoribus,vt Haymoni, ... yrano,Dionysio. Neque *lugentes* sunt viri iusti Iudæorum, qui aut legem diuinam violatā, aut Messiæ aduentum differri dolerent, etsi id senserint Cyrillus, ex eo Procopius,& Adamus. Sed sunt generatim homines miseri, peccatis, & eorum æxumnis, atque pœnis obnoxij: quod assecutus est Foretius,secutus eius prouincialis Osorius,& postea nostrates Sanctius & Cornelius, quod mihi valde, & solum probatur. Nam tenera hoc orationis propheticæ decursu non tractatur virtus & probitas hominum,sed potius pugitur generis humani calamitas & status miserabilis ex peccati, & Diaboli seruitute, & ex multis incōmodis coalescens: quibus omnibus malis medēdis se missum esse Christus asseuerat. —78. *Luctus,qui.* C *Miseria.*

D Itaque hoc loco *lugentes* sunt tidem, qui supra ... tritos corde,quos num.38.non ex pœnitentiæ virtute beatos, sed ex peccatis, pœnisque miseros esse secus sentientibus nonnullis ostendi. *lugentes* sunt qui *captiui*,& *clausi*, de quibus paulo antè,tam Græci & Gentiles,quam Iudæi: tametsi magis conuenit in Gentiles, quippe fidei lumine cassos,& grauioribus ac fœdioribus criminibus obligatos.Sed & è Iudæis plerique magnis vitiis erant implicati,vt sumitur ex Euangelicā narratione, & Christi obiurgatione. Ad omnes pertinebat illa Domini monitio, & adhortatio: *Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis,& ego reficiam vos.* 79. *Lugentes inde qui contriti corde.* *Christus ad omnes ...* *Matt. 11. 28.*

E Quem locum quoniam existimo esse finitimum,& prope commentarium Isaiæ non me pigebit explicare ex iis, quæ illic habebam in schedis. 80. *Expositur fusius.*

Venite ad me, & reliqua.Quis vocat & inuitat? Christus Dominus,qui hoc loco dicit: *Spiritus Domini super me,&c.misit me,* &c. ad quid inuitat ad ... ipsum,qui est ... ibus & panis viuus è cœlo demissus,ergo aptè addit:*& ego reficiam vos,*cibi est ... maxime p... tu refic... te, sustentare:vnde in sermone sacro bac... us pa... , siue firmament... panis sæpe scribitur Leuit. 26. v.26.P... confregero baculum panis v... *Baculus panis.*

Vide

Vid[illegible] alia testimonia c. 5. v. 1. [illegible] ad illud: *Om[illegible] rorur panis.* Præterea laborant[illegible] & onu-sti [illegible] quamuis [illegible] ibo, [illegible] ctione; nam vt [illegible] labore absumuntur, [illegible] restaurant[illegible]. Labor, & on[illegible] [illegible] deponunt, mœstitudinem par[illegible] [illegible] quem est [illegible] us Domin[illegible] [illegible], [illegible] *ultus* est [illegible] omet Spirit[illegible] ancto, [illegible] qu[illegible] da mollissimo, qui Spiritu[illegible] Sanc[illegible] [illegible] est *παρακλητος*, *Paracletus*, [illegible] Christus [illegible], quo po[illegible] modo *consol*[illegible] titur ab Spi[illegible] Domini ad refic[illegible] *omnes laborantes & onustos*, hoc est, vt h[illegible] eff[illegible] *consoletur omnes lugentes omnes*, ne[illegible] m[illegible] excludendo, non

Esa. 15. v. 24. Iudæum [illegible] non mer[illegible] um [illegible] nam etsi *missus* sum primum *ad oues, quæ perierunt Israel*, sed nō ad eas solas, nam idem Dominus [illegible] dixit: sup. 49. vers. 6. *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas, ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.*

81. Ergo probe: *vt consolarer omnes*, vbique gentium positos, cuiuscumque generis, & ordinis. Sic apud Matthæum: *Venite ad me omnes*: solent Reges & Principes repellere accedentes ad se, habent, & præ se ponunt satellites, qui populum submoueant, & arceant appropinquantem: Christus mon[illegible], imò iubet appropinquare, & eos, qui distabant accedere. Non enim veniunt qui aderant, sed qui aberant; ergo omnes distabamus a Deo, & et per Christum eius Apostolum, & legatum appropinquamus Psal. 13. v. 3. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Et omnes, si velint, possunt redire ad Deum per Christum:

Principes arcent populum. Christus admittit.

Rom. 5. v. 2. *Per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Vide etiam Ephes. 1. v. 19. Quod si illic dicuntur Gentiles fuisse longè, & Iudæi prope: id accipi debet comparatiue, quia Iudæi minùs aberant à Deo, cùm haberent legem scriptam, fidem diuinam, & alia adiumenta, quibus instructi facilius poterant accedere ad Euangelium, & ad Christum, qui accessus erat omnino necessarius ad salutem, id quod istic docet Apostolus Ephes. 2. v. 17. *Et veniens euangelizauit pacem vobis*, (sc. Gentilibus) *qui longè fuistis, & pacem iis, qui propè*, (i. Iudæis) *quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem.* Ergo sic sensu Pauli, Iudæi quoque habent accessum per Christum ad Patrem, hoc est, possunt, si velint, accedere; aliquo modo distabant: nimirum, quia promulgata lege Euangelicâ, nisi in Christum Iudæi credidissent, longè recedebant à Deo; quare vt non recederent, opus fuit ad Christum venire, & iugum illius subire, vnde cùm edicit: *Venite ad me omnes*, omnes conuenit Gentiles, & Iudæos.

82. Neque verò quod apponit: *qui laboratis, & onerati estis*, contrahit propositionem vniuersam, sed eam exponit: edocens, omnes, quotquot nati sunt, laborare, & onerati. August. de verbis Domini ser. 10. *Quare omnes laboramus, nisi quia sumus mortales fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt inuicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia caritatis.* Sed hic labor videtur esse solius corporis, alius est maior labor, & dolor, aliud onus grauius, scilicet, peccatorum, vt exponit idem Aug. pau-

Omnes laborant.

August.

Labor duplex.

lo pòst: *Laboras, inquiens, nolens recedere a fallaci malo,* [illegible] *ne*[illegible] [illegible] *Deo, magnus labor.* Eumd[illegible]m labo[illegible] [illegible] po[illegible]us [illegible] te[illegible]git [illegible] Hier. Chrys. Eut[illegible] [illegible] Iansenius & Maldonatus. Quar[illegible] [illegible] nemo [illegible] excepta sanctissima Dei matre [illegible] expers laboris & oneris peccati, tal[illegible] [illegible] malis, & m[illegible] [illegible] inde ma[illegible]tium, [illegible] quibus v[illegible] [illegible] omnes Christus ad refectionem & solam[illegible] inuitet.

83. Quod demo omnino necesse sit dicere hoc loco: cum ait, Missus sum, *vt consolarer omnes lugentes*, nam qui ibi sunt laborantes, onusti, gementes sub onere culparum, pœnarumque, istic sunt *lugentes*, mœstique, qui ibi *labor*, & *onus*, istic est *luctus*. Quid enim peccato luctuosius? quid tristius, quid tetrius? imò quid lugendum, nisi peccatum? Definiri solet *luctus* à bene scientibus Latine, dolor & *mœror ex amissione carorum.* Quid carius homini debet esse quam Deus, quid carius quàm eius caritas, ergo nullibi cùm operæ pretio ponitur & suscipitur luctus, nisi cùm luget quis Deum amissum per peccatum. Aug. Psal. 121. v. 1. Legendus, qui pronunciat nullius rei temporalis amissionem materiam conuenientem esse luctus.

Omnes lugent.

Peccato nihil luctuosius.

Solius Dei amissio lugenda.

84. Quod si mihi obiectaueris: quos ipse describis tam isto Isaiæ, quàm illo loco Matthæi, neque suo, neque aliorum iudicio esse laborantes, & lugentes, seu miseros, sed contrà multos eorum iucundos, deliciis, diuitiis affluentes, & beatos, congruenter Psal. 143. v. 12. *Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi. Promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus: neque clamor in plateis eorum.* (*neque clamor*, id est, ploratus, eiulatus, luctus) & illico: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Splendida familia, ampla res familiaris, nulla luctus occasio. Hi igitur, & consimiles neque suâ, neque alienâ æstimatione sunt lugentes, aut laborantes, & onusti, ac proinde expositio proposita ruit, aut labat.

Multi misseri videntur se esse beatos. Obiectio.

85. At nihil fuerit facilius, quàm hanc difficultatem expedire ex ipsomet Psalmo, à quo sumitur argumentum, nam Psaltes sub ea verba reposita addit: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*: non secus, ac si proferret, vulgus hominum insipientium & improborum in rebus talibus collocat beatitudinem, sed non tam falsis lancibus, & tam iniquis ponderibus est pendenda, adhibenda est trutina Sanctuarij, quâ aliter expenditur, & æstimatur, *beatus est* qui Deum sincerè colit, qui Deum possidet, quamuis rebus aliis omnibus careat, & qui Deum non habet, est miser & luctuosus quantumuis iis omnibus abundet. Itaque *lugentes* apud Isaiam vocantur a Christo, quibus est causa lugendi, tametsi actu non lugeant, imò quamuis rideant, & delicientur, & apud Matthæum *laborantes & onusti*, etsi ipsi suum laborem non agnoscant, neque suum onus ipsi sentiant, imo eo miseriores, quominùs suam miseriam agnoscunt, quoniam plus a remedio distant.

Iudicium vulgi spernendum.

Ps. 143. v. 15.

Beatitudo quomodo æstimanda.

[illegible]ʃ. 3 Vt ponerem lugentibus [illegible]on, & darem coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris: & vocabuntur in eâ fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

86. *Hoc non a[illegible], ed alter.* H[illegible] à ſuperiori[illegible] legantur, op[illegible] tanum [illegible], nam eſt [illegible] de *Allude. Locus vaſtiſa.* lius miſe[illegible] qua fuit Babylone [illegible] perpeſſus. In antiquis codicibus legitur *fortitudinem, vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion,* [illegible] A lanum & Foret. alij monuerunt, & [illegible] ſe hoc nomen expunctum, cum in [illegible] exemplaribus Chaldaico, Græco, Hebraico non ſit, neque ſit neceſſarium ad ſenſum, nam, *vt ponerem, & darem lugentibus Sion coronam pro cinere,* & alia, bona eſt ſyntaxis.

87. *Nota.* Cum ergo modò affirmarit Saluator ſe venite, vt conſoletur *omnes lugentes*, amplius & luculentius ad ingenerandam, & firmandam ſpem, & ad clariorem notam ſui, certiuſque indicium, quo dignoſci poſſet, vbi veniſſet, explanat, quam, & quemadmodum conſolationem eſſet allaturus.

C

Tres antitheſes. Vultus index triſtitia, & lætitia. Triſtitia ſigna, & lætitia, *Coronam pro cinere.*] E tribus antitheſibus hęc eſt prima; altera, *Oleum gaudij pro luctu*: tertia, *Pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Lætitiæ, aut triſtitiæ index eſt vultus, caputve pars hominis præcipua, in qua ſedem fixere ſenſus. Triſtitia ſolet oſtendi taciturnitate, & ſordibus, atque ſquallore, è diuerſo lætitia proditur oratione & iubilo, cultuque corporis. Lugentes caput cinere aſpergunt, vultum demittunt, & faciem lacrymis, atque contractione fœdant, & totius corporis habitu mœrorem præferunt. Vnde rectè *pro cinere coronam* pollicetur, quia vtrumque capiti imponitur, *pro luctu oleum gaudij*; quia ille faciem contrahit, hoc verò exporrigit, explicat, & exhilarat, Pſal. 103. v. 15. & Matt. 6. v. 17. *pro ſpiritu mœroris*, qui vocem includit, *pallium laudis*.

D

88. *Pallium cū laude non bene hæret.* Ceterum, quia *pallium*, ſeu operimentum, aut *ſtola*, vt apud L X X. parum apte coniungitur cum *laude*, cum hac ex ore ſolo procedens, procedendo abeat in auras, & nihil omnino tegat, *Pallium ſplendidum* mihi certe magis arridebat, vt *pallium laudis*, eſſet pallium ſplendidum, veſtis candida, glorioſa, indui ſolita in euentibus, diebuſque lætioribus, & feſtiuioribus. Hoc in primis haurio *Mutato ſtatu mutatur veſtis.* ex ipſa natura rerū, vluq; cōmuni, quibus autoribus mutatio ſtatus indicatur mutatione ve- *LXX fauēt.* ſtiū. Deinde ſumo ex LXX. interpretatibus *ſτολὴν δόξης, ſtolā gloriæ*, i. glorioſam, ſplendidā, nam gloria pro ſplendore paſſim, ergo in Hebræo, *pallium laudis* accipi debet, *Laudabile*, Hebræi enim quia pauca habent adie[illegible]iua, ſupplēt inopiam ſubſtantiuis, *laudabile* vero pro glorioſo, *Veſtis candida inſigne nobilium* & ſplendido: & hoc rurſus pro candido: quod eſt indicium dignitatis & lætitiæ atque adeò fœlicitatis. Quòd ſit veſtis candida perſonæ nobilioris, & dignioris inſigne, fidem nobis facit [illegible] Iacobus Apoſtolus in ſua epiſt. c. 2. verſi[illegible] ſcribens *Et [illegible] ſi introierit in [illegible]*

A *tum veſti[illegible] in ve[illegible]ſt[illegible] [illegible]per in ſ[illegible] [illegible] intus eſt v[illegible]* [illegible] com fo[illegible] pauperc [illegible] vel i can[illegible]da

[illegible] n [illegible] id, quod [illegible] in manibus, 89.
m[illegible] c[illegible]oſus, [illegible] li[illegible] t, in [illegible] *veſte [illegible]* [illegible] o *veſt[illegible]* [illegible] qu[illegible] me [illegible] hoc [illegible] *[illegible] ſplen[illegible]* [illegible]o- *Veſtis ſplendida & candida eadem.*
rioſam, [illegible]

B

ſenta [illegible] do [illegible] matur [illegible] trans[illegible]a- tionem Dom[illegible] *veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut n[illegible]: ſicut lux. [illegible] Luc. [illegible] [illegible]bus & refulgens.* Ergo candor [illegible] veſte conueniunt: & [illegible] dicitur candor, nam cum lux colore [illegible] paret aff[illegible]cta. Lunam a cand[illegible] nant לבנה *lebanah.* Vnde cum C[illegible] eo promittit *pallium laudis*, hoc eſt [illegible] candidum, niſi ex paralogiſmo [illegible] nouam promittit dignitatem, [illegible] tunam: nouam filiorum Dei [illegible] ſtianam nobilitatem, & pluſquam [illegible] quam deceat latus clauus, annul[illegible] ſtis candida. Tertul. de Reſurrect. [illegible]: ait: manumiſſos indui veſtibus albis. Quid ſi huc vergat vſus, ri[illegible]uſque priſcæ & [illegible] Eccleſiæ, quo candidam veſtem induere[illegible] quicumque ambibant fieri Chriſtiani, qu[illegible] dignitatis candidati, & mitæ innocentiæ profeſſores.

90. *Alba veſtis index lætitia* Veſtem verò albam eſſe ſignum [illegible] tis, ſufficienter adfirmat contraria ve[illegible] quæ in luctu induitur, itaque atra [illegible] & candidatus opponuntur. Obſeruat S. Gr[illegible] hom. 21. in Euangelia; Angelum appar[illegible] mu- *Marc. 16 v. 5* lieribus ſanctis ad ſepulcrum D[illegible] die *Gregor.* reſurrectionis indutum fuiſſe veſte candida, vtpote feſtiua: *Qui ſtola candida coopertus apparuit: quia feſtiuitatis noſtræ gaudia nunciauit candor enim veſtis ſplendorem noſtræ denunciat feſt[illegible]is.* Vide eumdem hom. 49. Huc facit Apoc. [illegible]4. *Ambulabunt mecum in albis, quia di[illegible]es, qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis.* i. gl[illegible]æ, lætitiæ, immortalitatis, & Apoc. [illegible] v. 13.

91. Sed multo vicinior eſt locus Eccleſ. [illegible] ver 7. vbi argumenta iucunditatis rec[illegible] us: *Vade ergo & comede in lætitia panem tuum & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua.* [illegible] vera cauſſa gaudendi. *Omni te[illegible] ſint*

E

veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Quo loco a ſtudioſo lectore conſuli poterit noſter Ioannes Pineda ſcriptor eruditus & elegans, mult[illegible] de candore veſtium & ſplendore colligens ad rem noſtram, & de oleo, ſeu vnguento, lætitiæ argumenta, [illegible] incitaméto. *Pineda ſemper erudi-tus.*

92. *Ratio una pro hac expoſitione.* Ex quibus nunc [illegible] agi affirmo [illegible] poſteriore interpretatione de pallio la[illegible] am ſi reliqua [illegible]ut indicia iucu[illegible] tia, [illegible] pertinent ad cultum corpor[illegible] v[illegible] omnium [illegible]entium: vt *corona* [illegible] ap[illegible] g[illegible] tum; ſiue *oleum* inun[illegible]endæ [illegible]ci, [illegible] non pertinebit ad eumdem cultum, & [illegible]

p[illegible]

pr[illegible]rum, cum qui coronam & oleum in [illegible]bus
[illegible] festis [illegible] temporibus omitterent, [illegible] ve
ste[illegible] suam semp[illegible] assumerent. Ex[illegible] pallium
laudis capi[illegible] tur hoc [illegible], assiv[illegible], lauda[illegible], te-
stiuum, vt capiunt [illegible] no[illegible] ne[illegible] Sin-
ctius, vel si a[illegible] ue, pallium, [illegible] untur [illegible] lau-
dans, [illegible] celebra[illegible], die festo [illegible] re-
Stuckius lib. 3. nu. c. 19. dibit ad eandem [illegible] ona,
quę e floribus ipe[illegible] texi
consueuit, opponitur merror, vt oleum gaudij op-
ponitur luctui. Et pallium laudis cand[illegible]dum, spi-
ritus mœroris, i. habitui sordido, rugoso hoc enim
Mœror pro rugis. propriè significari nomine כהה chehah, quod
Latinè transfertur, mœror, existimant Hebraicè
docti. quod belle conuenit proposito. vt pro
veste corrugatâ detur alia splendida. Sin vera
esset versio, & opinio Forerij, vt sit obscurum,
clarior esset oppositio prædicta vestis candi-
dæ, & atræ. LXX. pro oleo, ἄλειμμα, vnctionem, vt
respiciant vim nominis Christi vncti.

93\. Sensus interior, & superior. Mutationum in melius. Sed quoquo modo babeant significationes litteræ, & quasi corticis, pro indubio sentiendum in translationibus, & oppositionibus a Christo Domino prodoitti inauditam, & incredibilem (si id fas est loqui) rerum conuersionem in melius, & mutationem status miserrimi in fœlicitatem spiritualem eximiam: quæ est summa totius Euangelij, & proinde præcipui argumentum Isaiæ; quare nô debebit esse mirum, si id multis locis, & variis locutionum generibus vigeat, atque retractet. c. 9. v. 3. ca. 35. v. 1. 2. 10. vbi vide n. 11. 114. 120. cap. 41. nu. 206. c. 51. nu. 60 Sed velim, obserues cap. 35. v 10. ita præcini: Et redempti à Domino conuertentur, & Sup. 35. v. 10. 51. v. 11. venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Eadem prorsus iteratur c. 51. v. 10. vbi inuenies, cur lætitia dicatur esse super caput, cùm sedeat & moretur in corde: & ad c. 35. v. 10. citato demonstro, lætitiam esse coronam, quod congruit valde cum hoc testimonio, in quo pro cinere fœdante caput spondetur imponenda corona, eius decus, & ornamentum, & insigne iucunditatis. Vide Eccl. c. 6. v. 30. 32. c. 15. v. 5. c. 45. v. 9. vbi stola gloriæ iunguntur cum corona, & lætitia.

94\. Læta a hac est præsentis sæculi. Demum obserua, hanc tantam lætitiã, tâque admirabilem prædici donandam a Christo, nô solùm in altero sæculo, tametsi in eo cumulatiorem, & puriorem, sed etiam in hoc mundo; de præsenti enim fœlicitate, quam Euangelica disciplina est importatura, hæc prophetia propriè est interpretanda: cui ne minimum quidẽ Occupat. aduersatur alia Saluatoris, cùm ageret cum ho- Mat. 10. v. 17 minibus, & Euangelium prædicaret, prædicto: suos alumnos plurima dura, & aduersa esse passuros: vtrumque enim est verissimum; germanos Christi discipulos tristari, & lætari, aduersa pati, & experiri prospera: cinere conspergi, & oleo perfundi, vt disputo, & dispungo ad c. 9. v. 3. nu. 25. c. 35 n. 11. 114. c. 41. nu 107. 108.

95\. Iusti læti vel in aduersis. Quod viris bonis est satis expertum; & malis vel inde possit innotescere, quòd ipsi modo contrario id experiantur: vt secundum sæculum, & carnem iucunde viuant, secundùm verò spiritum & animam acerbissimis malæ conscientiæ morsibus excarnificentur, & æstuent. Talis erat mundus ante Christi aduentum, vt dicebam. n. 85. lætans & lugẽs, alleuatus, & oneratus, diues & pauper, fœlix & miser: ex his

priora erant vulgi stultissimi opinione, posteriora vero ita habebant reipsa. Vnde, si iucunditas & tristitia possont in eodem homine esse simul, cui Diabolus, & vitia imperaot: quanto magis qui Deo & virtutibus obtemperat, etiam si homo exterior lugeat, poterit interior in Deo summopere gaudere, quod gaudium est verum, Lætitia vt oleum penetrans animũ. sincerum, diuturnum ossa, & medullas animæ penetrans, ac sua mollitudine deliniens: ideirco cum oleo componitur, cui nihil quantumlibet prædurum, & internum, est impenetrabile, vt monui num. 14.

96\. Sup. c. 60. v. 21. Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.] Est aliqua translationum varietas sine vllo damno scoteotiæ, in primis, Translatio varia. pro, in ea, Theodotion & Aquila apud Procopium in margine transferunt, αὐτοῖς, eis: & Hebr. liber assẽtit: לָהֶם lahem sed cùm, in ea, debeat intelligi, in Sione spiritoali, in Ecclesiâ, & hæc sit aliud nihil, quàm fideles, apparet in reipsâ nullum esse dissidium. Maius aliquod cernitur in vocabulo, Fortes, translato à Græcis, γενεαί, Vulgata defensio. generationes, à modernis aliquibus, arbores, quibus pattociniũ dat subsequens, Plãtatio Domini.

Hieron. Vidit hoc iam diu oculatissimus Hieronymus, cum in scholio scripsit, Tunc vocabuntur generationes iustitiæ, plantatio Domini gloriosa, vel iuxta Hebr. אֵילֵי per extensam veramque syllabam, fortes, Dijque iustitiæ, aut plantatio Domini ad glorificandum.

97\. Itaque vidit Hebraicè vir doctissimus diuersis subiectis notis vocaliũ diuersas res significari, sed elegit quam iudicauit conuenientiorẽ אֵילֵי elee, hoc est fortes, aut Dij, nam a fortitudine Deus אֵל el cognominatur, fortes quoque transtulit Symmachus apud Procopium. Ergo iuxta hanc ab Ecclesia probatam interpretationem, vaticinium est, fore in Ecclesiâ Christi Vocari, i. esse. (nam Vocari sumi pro, esse, & alij ante nos, & nos alibi monuimus, & exemplis euicimus, vide c. 7. v. 14. n. 78.) viros fortissimos & iustis- Fortes iustitiæ: i. iustissimi. simos, nam id est, fortes iustitiæ, homines iustitiæ addictissimos, deditissimos, dedititios, qui iusti- Rarum potentia & probitas. tiæ legibus & præscriptis numquam non obtemperabunt. Rara res, maxima fortitudo, & potentia, coniugata cum maximâ iustitiâ & æquitate. Infirmum esse innocentem, nolle nocere non adeò mirandum, nam frustra volet qui non valet, atqui vel verbo, & spiritu oris sui potest alium perdere, ab effectu, ab affectu temperare; id rarum, id valde suspiciendum. Id proprium Christi elogium, Psal. 44. v. 4. Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua & pulcritudine tua intende, prosperè procede, & regna, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua & post: virga directionis, virga regni tui, dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Solet potentia principum Potentia degenerat in tyrannidem. degenerare in tyrannidẽ, & verò ex corruptione officij corruptum est vocabulum, nam principio τύραννος, non malè audiebat, sed ex quo Principes abuti potestate cœperunt suos subditos opprimere, mutata est quoque notio nominis, & tyrannus tantùm dicitur princeps iniustè principatum exercens, aut vsurpans.

98\. Ps. 2. v. 6. Christus verò, Rex à Deo singulariter consecratus, & vnctus, qui habet scriptum & impressum fœmori, (i. à naturâ, quippe Filius Dei naturalis) Rex regum, & Dominus dominantium, Ap. 19. v. 16. non modò ipse cùm hac tãta potentia & forti-

Sed certè si vera sunt, & sunt quidem verissima, quæ hi duo doctores nobiles ex Patribus, & ex se afferunt inter exponendum hunc locum, quæ nos etiam saltem attingemus, in Isaiam, aut quemuis alium hominem præterquam in Christum conuenire non potest hæc prophetia. Nicolaus de Lyra scribit: aliquos doctores Catholicos exponere de Isaia: sed id fieri non posse, cum Christus de se ipso exposuerit. Hoc idem cæteri interpretum Isaiæ, & Lucæ aut affirmant, aut certe sentiunt. Quocirca cum tantum habeamus interpretem [illegible] ipsum, de quo est vaticinium, alacriores ad id explicandum aggrediamur.

2\. Occasionē per quā hoc saluator docuerit, narrat S. Lucas c. 4. v. 14. post trinam illā tentationem Iesum regressum in Galilæam, & ingressum in Synagogam Nazareth surrexisse ad legendum: datumque ei fuisse librum Isaiæ; quem cùm euoluisset, inuenisse hunc locum, quem tractamus: cumque cum legisset, plicuisse librum, reddidisse ministro, sedisse, & tunc dixisse, omnium oculis & vultibus in eum intentis: *Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.*

3\. *Duo notabilia ex verbis Christi.* Quibus duobus verbis duo valde notabilia nos edocuit. Alterum, istam prophetiam esse de se: alterū, tēpus, quo fuit impleta, ac proinde quemadmodum fuit impleta. Et placet adnotare S. Lucæ diligentiam in commemorando Spiritus sancti instinctu, ductuq. erga Christū. Nam initio cap. 4. v. 1. scribit: *Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Iordane, & agebatur à Spiritu in desertum.* & cùm narrasset tentationes, addit: *Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Et regressus est Iesus in virtute Spiritus sācti in Galilæā.* quod licet aliqui de potestate faciendi miracula accipiunt, tamen verè de hoc Spiritus sancti regimine & ductu in omnibus actionibus debet accipi: a quo Christus vt homo agebatur, modo quodam excellentiori, quàm cæteri hominum: vnde singulariter dicit.

4\. *Spiritus Domini super me.*] Non est præcupta mutatio personæ: nam in fine c. superioris, vt obseruat Hieronymus, ponitur, *Ego Dominus, in tempore eius subitò faciam istud*: cui rectè connectitur præsens periocha. *Spiritus Domini super me*: quod singularem Spiritus sancti præsentiā, assiduitatem, & afflatum significat. Quàm singulariter autem Spiritus Domini fuerit, atque requieuerit super Christum, quia tomo 1. c. 11. versiculo 2. num. 23. & sequentibus latè exposuisse mihi videor, hoc loco nihil occurrebat addendum præter id, quod ex Luca modò obseruaui.

5\. *Domini.*] Hebr. duplex nomen, *Adonai*, & *Iehouah*, quorum alterum Dei naturam essentiam dicit, alterum Dei in res omnes dominatum. quod si mysterio non caret, hoc possumus coniectare, Christum velut hominem principem esse, & caput hominum, & angelorum, dominum rerum omnium quoad exiget salus animarum, vt confestim exponitur.

Christū recurrisse hunc locum legendi, cum vocaretur, & missus. Nam ex Lucæ loco allegato colligimus, vt mouent interpretes, certo cōsilio Christum incidisse in hunc Isaiæ locum, vbi agitur de eius legatione & missione, vt quoniam tunc incipiebat eam obire, & exercere constaret de eius potestate, & autoritate, & quasi litteras patentes exponeret, quibus diuinitus esset ei legatio demandata & concessa potestas, vnde ait: *Spiritus Adonai, Iehouah super me.* i. quam Deus habet potestatem, mecum communicat, suas meas vices attribuit, me in salute humana procuranda suam vicarium constituit. Matt. vlt. v. 18. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, euntes ergo docete omnes gentes.*

Christus Dei legatus est, dat suam potestatem.

6\. *Eo quòd vnxerit Dominus me ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* [illegible] punctione [illegible] magna ex parte obscuritas vel declaratio huius periodi. Bifariam potest dispungi. vno modo. *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me*: quasi ratio & caussa, cur spiritus Domini sit super Christum, sit ea quod eum Dominus vnxerit: & tunc vnctio debebit intelligi, vnctio, & vnio substantialis, qua humana natura vncta & vnita fuit Verbo diuino, quo modo exponunt multi & clari Scriptores illud Psalm. 44. v. 8. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.*

Dispunctio. Tolet. Luc. 4. not. 1. Iansen. c. 54. Maldon. Luc. 4. Incarnatio.

7\. Quâ posita constructione, & expositione, ratio satis idonea afferitur, ob quam spiritus Domini, eius gratia, virtus, potestas [illegible] ras sit excellenti & singulari modo super Christum, nimirum eo quòd sit munitus ipsamet diuinitate, eo quòd habitet in eo plenitudo diuinitatis corporaliter. Fons enim gratiarum omnium, quæ datæ sunt Christo innumeræ, & excellentissimæ, fuit vnio personalis Verbi.

8\. Alter modus dispescendæ periodi potest esse iste, *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me ad annunciandum mansuetis*: Deinde alio inciso: *misit me vt mederer contritis corde.* Quâ in dispunctione multo secus vnctio significabit: erit enim vngi à Domino nihil aliud, quàm consecrari, & quasi inaugurari ad docendum, & prædicandum, vt Psalm. 2. versiculo 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius, prædicans præceptum.* Heb. *nasáchti*, quod verbum Genebrardus ex Euthymio exponit: *fusus sum*, id est, *vnctus sum*: quia Reges vngi soliti sunt, & quia Christi regnum erat spirituale, ad docendum, & prædicandum, vt ipsemet explanat, & Sacerdotes atque Prophetæ vngebantur, quorum officium est docere, idcirco se dicit Regem consecratum, & ordinatum in Psalmo, & in Isaia *vnctum*: quod est proprium Saluatoris cognomen, Hebraicè *Messias*, Græcè *Christus*, Latinè *vnctus*, Dan. 9. versiculo 24. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt, &c. vt consummetur præuaricatio, &c. & vngatur Sanctus Sanctorum.*

Iansen c. 54. Tertul. 4. Marcio. c. 14. Hilar. Ps. 2. ad finem. Beda Luc. 4. Vngi, i. inaugurari. Theophyl. Luc. 4.

9\. *Theod.* Quo loco Danielis Theodoretus ita: *Quis est iste Sanctus Sanctorum? dicant Iudæi: quod si ignorant, discant à nobis ipsum esse Dominum Christum per Esaiam prædicentem: spiritus Domini super me, propter quod vnxit me Dominus. Cui item Dauid testimonium perhibet, quia dilexit iustitiam, & odit iniquitatem, & propterea vnxit eum Deus oleo lætitiæ præ participibus eius. Et beatus quoque Petrus Apostolorum princeps testis est, cum dicit Iesum Nazareth, quo modo vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute, qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos* *Act. 10. v. 38.*

oppressos a Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Huc vsque Theodoretus: qui componit cum Isaia Dauidem, Danielem & Petrum, Dauidem secundum superiorem, Danielem in posteriorem, & Petrum postremum, quia Isaias Dauidem spectauit, Daniel & Petrus Isaiam: qui vltimus id magis præ se fert cum ait: *vnxit eum Deus Spiritu sancto,* &c. & post: *quoniam Deus erat cum illo* passim inuertens & explicans verba Isaiæ: *Spiritus Domini super me eo quod vnxerit Dominus me.* quæ verò ex hac vnctione manarint & effluxerint ab Isaia a pluribus annumerata, Petrus paucis complectitur: *qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos a Diabolo.* ac si ad hæc officia facienda ostendatur Iesus vnctus, & initiatus. Addit demum Theodoretus

Theodor. *Qui Sanctus Sanctorum nuncupatus, vtpote sanctitatis fons, vngitur quidem secundum humanitatem Spiritu sancto, obsignat & confirmat antiquas prophetias, omnia, quæ ab illis prædicta sunt, perficiens, remissionem peccatorum ijs, qui in eum credidere, gratis finans.*

10\. Allusionem Petri in Actis ad Isaiam agnouit Iansenius in Concord. c. 54. noster Sanctius istic vidit, hic verò de eâ nihil dixit: sensit tamẽ vtrobique a Petro doceri, vnctum Spiritu sancto, cùm in Baptismo descendit super eum Spiritus sanctus in specie columbæ, & in commentario huius loci asseruit, apud Isaiam agi de eadẽ vnctione, idque Christum indicare apud Lucam c. 4. citato, cum paulo post Baptismum dixerit, impletam tunc fuisse prophetiam. Sed

Locus exigit diligentiam interpretis. quoniam locus iste est præinsignis, & Christi legatione celebrior, multorumque cùm veterum, tum recentiorum autorum tractatione iactatus, in eo retractando interpretis diligentia solito maior exigitur.

11\. Ergo eorum primò vestigandũ, de quâ Saluatoris *vnctione* sit vaticinium. Deinde, quomodo ex ea vnctione sequatur, Domini Spiritum esse super Christum: hoc est, quemadmodum hæc caussa is: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit Dominus me,* commode habeat. Postremò examinandum, an versio LXX. relata apud Lucam discedat à Latina vel Hebræâ, & si discedat, reuocanda ad consensum sententiæ.

12\. Suprà num. 6. & 7. attigi duas formas *vnctionis* Saluatoris e duabus dispũctionibus collectas: nam si retineretur dispunctio communis & vulgata: *Spiritus Domini super me, eo*

Expositio prima. *quod vnxerit Dominus me*: ita vt iis verbis terminetur sententia, & sequatur altera: *ad annunciandum mansuetis misit me*: dixi, significari verbo *vngendi* mysterium incarnationis.

13\. *Secunda.* Sin autem aliter verba componerentur, & sentẽtia nõ loco designato cõsisteret, sed vlteriùs procederet, hoc modo: *eo quòd vnxerit Dominus me ad annunciandum mansuetis, vt mederer contritis corde,* &c. docui, videri hanc vnctionem esse, consecrationem & destinationem ad illa officia obeunda legitime & cum autoritate.

14\. *Tertia.* Sed præter has duas expositiones *vnctionis* istius, est alia tertia, vt dicat Dominus se vnctum, cùm Spiritus sanctus descẽdit super eum in Iordane sub forma columbæ, vt tetigi num. 10. qui verò docent vngi esse sacrari vt Regem, Sacerdotem, Prophetam, ad secundam senten-

Quarta. tiam accedunt. Quarta demum interpretatio: vnctum fuisse plenitudine gratiæ habitualis, in ipso instanti quo est anima Christi condita & vnita diuinitati.

Expositionis primæ autores & rationes. Vnaquæque ex his quatuor expositionibus suos habet patronos & rationum momenta. Primam defendit apertè Cornelius a Lapide, subindicat Rupertus lib. 1. c. 24. & Toletus in Luc. c. 4. notat. 11.

Ratio præcipua hanc expositionem roborãs est, vngi nomen sæpe hoc est & ipsum accipi ex more S. Scripturæ esse sanctificari, & Christum vt hominem fuisse sanctificatum & vnctum modo singulari, qui in alios sanctos non cadat. idcirco enim appellatur *Sanctus Sanctorum*, aut per antonomasia *Sanctus*, & *vnctus*, Græcè *Christus*, Hebraicè *Messias*: ergo intelligitur vnctio facta ipsius diuinitatis vnione, nam si sola intelligeretur gratiæ habitualis infusio, excelleret nõ modo & genere gratiæ sed sola intẽsione. Quare vt Christo aliquẽ excellentiorem modũ vnctionis & sanctificationis demus, debebimus concedere, eius humanitatẽ vnctã fuisse ipsamet diuinitate, quod cur dici non possit, non video: si enim concedimus animam Christi sanctificatam fuisse non solùm gratiâ habituali creatâ & infusa, sed etiam ipsa diuinitate, cui est vnita, cur negabimus eadem naturâ diuinâ fuisse, & esse vnctã, cùm vngi sit idẽ quod sanctificari, & vnctio idem, quod communicatio sanctitatis? 15.

Hæc assertio videtur colligi ex Psal. 44. v. 8. *Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortib⁹ tuis.* Quam *vnctionem* plerique interpretum docent esse vnionem hypostaticam, etsi nonnulli adiungunt vnctionem per gratiam: vt videre licet apud Lorinum ibi, & apud nos supr. c. 7. ver. 14. nu. 89. quem locum recognosci oportebit: vbi expenditur illa prælatio, *præ consortibus tuis,* vel vt Paulus citat: *præ participibus tuis*, quæ non satis plenè aliter exponitur. 16.

Alia ratio sumitur ex hoc loco, in quo vnctio ascribitur causa eius effectus, quòd Spiritus Domini sit super Christũ; quęcunq; sit illa causa, de quâ re nũc nõ differo mox dissertaturus: quocirca, si *Spiritus Domini super Christũ*, est gratia habitualis; vt nõnullis esse videtur, in iis Forerio, vnctio eius caussa, ac proinde prior saltẽ naturâ, & ratione, nõ potest designari alia quàm vnio personalis, & hæc aptè designatur, vt tãgo n 6. & hęc eadẽ vnctio est caussa & radix aliorũ quæ deinceps succedũt: sc. *annũciãdi, medẽdi*, &c. 17.

Interpretatio secunda, in qua *vngi* est destinari ad docendũ & sanandũ homines, est Iansenij c. 54. pag. 421. Maldonati Luc. 4. v. 18. Osorij & Ariæ hic. Qui autores non aliter confirmant suam interpretationem, quàm quòd hoc modo videtur sibi expedire locũ, & vitare tautologiã, vt nõ sit idem, Spiritum Domini esse super Christum, & vngi à Domino, quod esse vnum & idem concedit immeritò Forerius. Addunt aliqui, Reges vngi, esse destinari ad regẽdum, Sacerdotes vngi, consecrari ad officia sacerdotalia, Prophetas vngi, destinari ad docendum: ac proinde Christũ a Deo vngi, esse ad hæc omnia munia dirigi, & destinari: vnde congruẽter ait: *Spiritus Domini super me*, ducẽs, agens, & quasi impellens me ad procedendum in publicum *eo quod vnxerit*, destinauerit *Dominus* me à vulua, ab ipsâ conceptione, Saluatorẽ: ad annunciandum mansuetis misit me: vel vt Maldonatus & alij dispũgunt: eo quòd vnxerit 18. *Expositio secunda.*

&c de

& destinauerit *me ad annunciandum*, &c. Sed Maldonatus aliter expedit caussalem dictionem, *eo quod*, hoc modo, & sensu: vt dicat Christus propterea se vnctum esse, ac destinatum ad docendum, & medendum, quod Spiritus sanctus esset in eo, ne posset errare in officio obeundo. Itaque sententia Maldonati Spiritus sanctus fuit insensibiliter in Christo ab instanti conceptionis, sed post Baptismum vnctus, cum est destinatus & missus ad prædicandum dicente Patre: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.* quod fuit quasi eum emittere ad prædicandum. *Ac propterea fortasse*, addit autor, *non ille prior inuisibilis, sed posterior iste visibilis Spiritus sancti aduentus vnctio vocatur, quia oleum, quo vnctiones fiebant, visibile esse oportebat.* Maldon.

19. Expositio tertia. Itaque sensim Maldonatus delapsus est ad tertiam expositionem de aduentu Spiritus S. in specie columbæ in Baptismo, quam amplexi nonnulli Patres veteres eatenus videntur, quatenus Christum in Iordane vnctum esse Spiritu Sancto affirmant; Athanas. orat. 2. contra Arianos, Basil. Psal. 44. v. 8. Hil. l. 11. de Trin. ante medium, exponens illud Psalm. 44. vers. 8. *Propterea vnxit te Deus*, &c. quo Ariani abutebantur, cum docuisset eam vnctionem conuenire in humanitatem assumtam, & ad hoc probandum intulisset Petri testimonium ex Act. 10. vers. 38. subiecit: *Iesus ergo vngitur ad sacramentum carnis regeneratæ, & quemadmodum spiritu Dei, & virtute sit vnctus, non ambiguum est, tunc ascendente eo de Iordane vox Dei Patris audita est: Filius meus es tu, hodie genui te, vt per hoc testimonium sanctificata in eo carnis, vnctio spiritualis virtutis cognosceretur.* Et pòst: *Vngitur ergo Deus à Deo suo præ consortibus suis. Etsi ante dispensationem carnis plures ex lege sunt* [illegible] *Christus, qui nunc præ participibus vngitur, posterior in tempore est, anum* [illegible] *participibus antefertur.* Hilar.

20. S. Hieronymus hoc loco ait: expletam fuisse Domini vnctionem in Baptismo, quando Spiritus S. descendit in eum sub specie columbæ. His proceribus adhærerunt ex iunioribus Sanctios, Sanctius, & Cornelius noster. Sed ratio vtrosque mouens non videtur mihi esse eadem. Nam veteres mouit cura & solicitudo repellendi Arianos abutentes illo versiculo Psalmi toties memorato: *dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*: nam cùm Partes dicti admitterent particulam *propterea*, esse caussam meritoriam, & tempore priorem, cogebantur quærere aliquam vnctionem Christi cœptione posteriorem quam meritum dilectæ iustitiæ, & perosæ iniquitatis antecedetet, quod sumo ex Hilario libr. 11. de Trinit. qui post verba superiora relata n. 19. addit: *Denique ille propheticæ sermo posteriorem vnctionem hanc qua in tempore esset, ostendit dicens: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ consortibus. Consequens & posterior caussa nunquam refertur, vt prior sit, quia meruisse aliquid posterius est, quam esse, qui possit mereri: merceri enim eius est, qui sibi ipse meriti acquirendi autor exsistit.* Hilar.

21. Ergo iis autoribus visa est idonea illa vnctio Baptismi, & quasi à patribus profecta auctoratio in [illegible] progressis collata. Recentiores verò cùm non [illegible], cur eos hæc cura refellendi Arianos ingeret, quippe iam propè abolerit, & amor posset caluinista & sophistica Arianorum eludi, videntur eodem [illegible] quod Christus paulo post Baptismum suum [illegible] hanc prophetiam & exponens [illegible] *hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris*: ergo non in [illegible] vnctionis [illegible] in incarnatione, quæ annos [illegible] ante esserat.

Denique quarta & postrema sententia de vnctione per gratiam habitualem [illegible] est plurium, Ruperti, Haymonis, Lyrani, Adami, Vatabli, [illegible] Luc. 4. Marianæ, Emanuelis Sa, Cornelij, & aliorum. Ratio, quia hæc est propria vnctio spiritualis, nam esse intelligendam spiritualiter docet clarè Hieronymus, & hæc est caussa aliorum, quæ hic vt effecta vnctionis numerantur. Hæc quæ potui perspicuè ex autoribus, vbi sunt non parum implexa, & intricata, collegi, & diuisi, & digessi. 22. Ex[illegible] quarta.

Iam meum iudicium, quod non dubium est à lectore exigi, exponam, vt vt sit. De quatuor interpretationibus propositis, ac [illegible] expositis, quam primo loco posui [illegible] antepono: ob rationes ibi numer. [illegible] maximè ob eam, quæ petitur è nomine *Christus*, id est, *vnctus*, quod mihi persuadere non possum inditum esse vt maximè proprium illi homini nisi ex re intimâ, quæ non sit ei cum aliis hominibus ipso genere & natura communis; quæ nulla alia potest demonstrari, nisi vnio, & vnctio hypostatica. Locus ille Psalm. 44. vers. 8. satis aptus est, nam est non inuerisimile [illegible] iam eò respicere, vt numer. 9. monui. in quo præter adnotata supra, denuo adnoto, nomen seu pronomen, *tuus*: *Vnxit te Deus*, *Deus tuus*: *Deus*, inquam, singulari nomine, ac titulo *tuus*, quoniam te tibi vnione personali donauit: se tibi substantialiter & subsistentialiter, & indissolubiliter vniuit: vt iam non possit non esse *tuus*: cum hæc vnio naturâ suâ sit insolubilior quàm quæ fit per gratiam, aut etiam per lumen gloriæ. 23. Autoris sententia.

24. Neque huic explicationi officit opinio eorum, qui volunt prius nomen, *Deus*, esse vocatiuum, cui Græca lectio non fauet, in qua vtrumque est nominandi casu: [illegible], sed licet id demus cupidis altercandi in [illegible] nitatem Christi, nobis integra manet nostra ratiocinatio: nam tunc is est sensus: o Deus Fili Deus tuus te vnxit, non Deum, nam id est impossibile, sed te vnxit vt hominem, hoc est tuam natiuam humanam suâ diuinitate quasi oleo quodam admirabili perfudit & intimè illapsa penetrauit. Ad quem illapsum, & vnionem personalem iudicandam apprimè est translatio accepta ex natura olei, & vnctionis. Nihil enim occurrit in naturalibus rebus, quod magis rem totam penetret quam oleum: non modò cùm in materiam mollem, qualis est lana, caro, & similis: sed etiam cùm in materiam prædutam, vti est lignum, effunditur, cuius partes omnes [illegible] sim & breui peruadit & vngit. Ad hoc penetrandi ingenium pertinet illud [illegible] 8. versiculo 18. *Intrauit sicut aqua in* [illegible] *eius, & sicut oleum in ossibus eius*: quod etsi in deteriorem partem trahitur exprimitus Oleum intimè penetrat.

mitur, tamen olei natura, quod plusquam aqua, aut quiuis alius liquor penetrat, nempe ossa, & intimas partes corporis humani.

25. *Vnio hypostatica comparatur unctioni & vnctionem olei.* Ergo natura diuina & Verbum naturam humanam sibi personaliter vniens, eam totam perfundens, peruadens, & penetrans sensim, hoc est, modo quodam incomprehensibili ipsis Angelis, citra reuelationem; recte comparatur cum oleo, & ipsa ineffabilis, & perscrutabilis Vnio, satis commode, & ad nostram tarditatem accommodate appellatur *Vnctio*, & homo ille ad eum, quem admiramur, modum, ipsa diuinitate perfusus, absolute, & sine alio apposito, dicitur à Latino *Vnctus*, a Græco *Christus*, ab Hebreo *Messias* inuice, singulariterque sanctificatus, consecratus, nimirum Deificatus, Deus factus. Hoc mysterium mihi allucet Daniel 9. vers. 24. de quo numer. 8. *& impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus Sanctorum*: i. Deus fiat homo, & homo factus Deus diuina naturà quasi oleo perunctus euadat *Sanctus Sanctorum*, hoc est, singulari, & ineffabili modo sanctificatus. *Vnctus cur.* *Sanctus Sanctorum Christus.*

26. Hoc ipsum docuit S. Gregorius, nisi fallor, libr. 9. epist. 61. refellens hæresin Nestorij asserentis in Christo duas personas, ac proinde tollentis mysterium incarnationis: ait autem Gregorius: vt mittam quæ non sunt nostri instituti: *Non prius in vtero Virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt Verbum venit in vtero, mox Verbum seruatâ propria virtute natura factum est caro. Et perfectus homo, i. in veritate carnis, & anima rationalis natus est per vterum Virginis Vnigenitus Filius Dei. Vnde & vnctus præ participibus dicitur: Sicut Psalmista ait: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* & paulo pòst: *Nec ante conceptus, & postmodum vnctus est: sed hoc ipsum de Spiritusancto cõcipi ex carne Virginis, a sancto Spiritu vngi fuit.* *Greg.* *Humanitas in ipsa vnione sanctificatur.*

27. *Luc. 1. v. 35.* Attribuit autem S. Doctor vnctionem spiritui S. quia eo superueniente, & obumbrante Virgo concepit Dei Filium, & Verbum caro factum est, tametsi Diuinitas fuerit vnita, & persona secunda sola naturam humanam assumserit, & assumendo totam inunxerit.

28. *Act. 10. v. 38.* Ex quo intelliges, cur S. Petrus Act. 10. versicul. 38. dixerit *Iesum vnctum* fuisse a Deo *Spiritu sancto*: *Vos scitis, &c. quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute*: nam si de sola gratia habituali loqueretur Apostolus, non erat quod post *Spiritum sanctum*, adderet, *& virtute*, sed esset dicendum: *Spiritus sancti virtute*: vnde cum dixit: *Spiritu sancto & virtute*, vtramque coniungit vnctionem, per Vnionem hypostaticam, & per gratiam, quæ posterior manauit e priori; & quia hanc aliis communicauit, ideo addit: *qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.* i. *in illo*, vt loquitur eo postolus Paulus, *mundum reconcilians sibi*. Nam Petro in ea concione propositum est, non probare Iesum esse insigniter sanctum hoc enim satis non erat, vt ostenderet necessarium esse eius baptismum, & fidem in ipsum ad remissionem peccatorum, vt ait versicul. 43. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen* *Vnctio Christi duplex.* *Act. 10. v. 43. Christus specialiter vnctus.*

eius omnes, qui credunt in eum: ergo [illegible] Petrus *vnctionem* allegat factam Spiritu sancto, non debuit eam adducere, quæ fit per [illegible] lam gratiam intuitam, quam habent omnes iusti, & habuerunt [illegible] olim aliqui Patriarchæ & Prophetæ, [illegible] Apostoli, & excellentissimam Dei mater [illegible] nam nulla illarum vnctionum [illegible] ad alios sanandos & sanctificandos [illegible] debuit allegare vnctionem [illegible] quam vocatur *Christus*, quæ [illegible] diuini. quod satis [illegible] S. Petrus [illegible] tens verbis recitatis [illegible] *Deus filiis Israel annuncians pacem per Iesum Christum: hic est omnium Dominus: Vos scitis*, &c. Sed non habuit a gratia habituali & vnctione illa, vt esset Dominus omnium, sed ab Vnione personali, ergo cùm deinde affert *vnctum Spiritu sancto & virtute a Deo*, loquitur de posteriore vnctione.

29. *Basil.* Itaque videtur intellexisse eam vnctionem S. Basilius libr. de Spiritu S. capit. 16. dum scribit: *Cæterùm dispositiones circa hominem, quæ factæ sunt a magno Deo, & seruatore nostro Iesu Christo, iuxta bonitatem Dei & Patris quis negabit per Spiritus gratiam esse peractas? Siue velis prisca spectare, &c. Primo enim adfuit ipsi carni Dominicæ, dum illi factus est vnctio, & inseparabiliter coniunctus, sicut scriptum: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est Filius meus dilectus. & Iesum a Nazareth, quem vnxit Deus Spiritu sancto.* Hactenus e Basilius qui vbi docet Spiritum sanctum adfuisse carni Dominicæ & illi fuisse vnctionem, non potest accipi de gratia habituali, nam hæc non infunditur carni, sed animæ, ac proinde debet accipi de gratia Vnionis, quæ attingit & vngit animam, & carnem, & vtramque multo magis quam oleum intimè perfundit, & penetrat, quoniam eo ipso quod vnitur verbo Dei vngitur, vt dixit Gregorius n. 26. & modo quodã excellentissimo, & vnico sanctificatur. quod visus est significare Archangelus Gabriel beatissimam Virginem alloquens, & docens modum incarnationis ab ea interrogatus illis verbis: *quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. ideòque quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* *Luc. 1. v. 34*

30. *Tolet. Car.* Quem locum eruditè, & grauiter illustrat noster, Toletus Cardinalis doctissimus notat. 204. docens Christum non solùm vt *Deum fuisse sanctum æterna sanctitate & innocentia, quâ diuinitas longe abest ab omni labe ac sorde peccati*, sed etiam, *vt hominem sanctum fuisse ab incarnationis, & conceptionis initio, per excellentiam, seu antonomasiam quandam iure appellatum Isaia 54. Redemptor tuus sanctus Israel, & Psalm. 15. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Fuit autem Christus vt homo Sanctus nouâ, & nunquam alij concessâ sanctitate, nempe Diuinitate ipsa, humanitas enim illa vnione diuinitatis in persona Filij Dei sanctificata est, supra omnes sanctos, quam alio verbo Apostoli Vnctionem appellatunt. Act. 10. Quomodo vnxerit eum Spiritu sancto, id est, ipsa diuinitate Spiritus sancti.* *Christus vt homo singulariter Sanctus.*

Ete propter hanc enim vnionem ille homo erat sanctissimus, ab omni macula segregatus, & Deo acceptissimus Col. 2. in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. de qua sanctitate scriptum est Psalm. 45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Basilius in homilia eiusdem Psalmi interpretatur de sanctificatione illius humanitatis Christi per immediatam diuinitatis vnionē. Damascenus libr. 4. de fide cap. 6 illud Psalm. Vnxit te Deus oleo lætitiæ, interpretatur hanc humanitatis sanctificationem per vnionem diuinitatis supra omnes homines soli illi concessam. Hæc omnia ad verbum Cardinalis Franciscus Toletus, qui nostram sententiā clarissimis verbis cōprobat, & illud Petri Act. 10. *quomodo vnxerit Deus spiritu sancto*, explicat de vnctione diuinitatis, & vnione intima.

31. *Humanitas Christi an adorari possit per se, peculiari adoratione.*

Ob quam analogiam penetrationis intimæ coniectabam ipse appellari *Vnctionem*, & hominem illum *Christum*, id est, *vnctum*. Disputant scholastici doctores an humanitas Christi prout à Verbo, cui est coniuncta, consideratione seiungitur, adorari possit conuenienter alia specie cultus, quæ sit inferior adoratione latriæ, & est opinio probabilior, nisi latriā, adoratione propriā Dei, non conuenienter & dignè coli: quod satis præ se ferunt Concilia & Patres, vt videre est apud Gabrielem Vazquez 3. p. disputat. 96. tom. 1. & libr. 1. de adoratione disput. 4. qui hoc acerrime tuetur, cuius asserti ratio princeps est arctissima coniunctio, vtriusque naturæ diuinæ & humanæ, & intima, de qua disputamus, inunctio: nam ita est humanitas perfusa, & penetrata ab ipsā Diuinitate, vt quoad hunc finem adorationis, non cogitetur decenter seorsim & solitariè, sed debeat semper cogitari & adorari diuino Verbo coniuncta, & quasi inuncta. nam vt ferrum ignitum, tametsi in eo aliud sit ferrum, & aliud sit ignis, quia tamen est intima vtriusque commistio, ferrum sine igne non apprehenditur: eodem modo non secernitur humanitas Deo vnita, & ab eo comprehensa: & eo meliori iure, quòd hæc vnio sit substantialis, & personalis, & illa ferri & ignis solummodo accidentalis.

Gab. Vasquez. — *Simile de ferro ignito.* Nicetas in orat. 31. Nazianz. Damascen. l. 4. de fide c. 3.

32. *Conclusio. Incarnationis mysterium.*

Maneat ergo constitutum, assumtionem humanæ naturæ & vnionem eum Dei Filio, dici conuenienter vnctionem, & hoc ei nomen primò, ac principaliter conuenire, ac proinde cùm Saluator hoc loco affirmat se vnctum à Deo, satis aptè, imò aptiùs & commodiùs exponi de vnione hypostatica: & ita primam expositionem nu. 12. reliquis esse probabiliorem. Ex quo facilius erit de aliis iudicium.

33. *Expositio 2. minùs placet. Vnctionis vis & natura.* — *Occupatio.*

Nam secunda interpretatio numer. 18. proposita eo placebat minùs, quo magis recedit à vi natiuā vnctionis huc vsque multis expressa verbis & autoritatibus: quæ non in solā illā destinatione omnino extrinsecā Dei potest salua & integra consistere. Quod si in Vatibus, Sacerdotibus, Regibus cōstituendis vnctio adhiberi est solita, præterquam quòd fas esset mihi respōdere, id totum fuisse typicum, & vmbratile, ad prædicandam hanc Christi D. Regis Regum, principis Vatum, & Sacerdotum vnctionem substantialem: respondeo aliter, vngi non esse eligi & destinari ad munus, sed iam electum, & destinatū quasi instrui & adornari, sanctificarique, vt possit rite, & rectè munus suum obire. Itaque vnctio illa prisca Dei iussu adhibita significabat potestatem, & facultatem internam diuinitus collatam ad officium exercendum. prius enim quis eligebatur, & postea vngebatur, & consecrabatur, vt patet 1. Reg. 9. vers. 1. 10. cap. 10. vers. 1. cap. 16. vers. 1. 13. quo vltimo versu hæc legimus: *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius* (scil. Dauidem, quem Deus Regem designarat ve. 1.) *& directus est spiritus Domini à die illā in Dauid & deinceps.* Ergo non erat sola vnctio externa, & multo minùs sola nominatio, & denominatio extrinseca. Certè in Sacramentis nouæ legis vnctio prodit dignitatem internam vt in Baptismo, & in ordine, vel vim & robur additum animæ ad postremā luctam vt in eo sacramento, quæ ab Vnctione nomen accepit. Quòd verò hæc expositio necessaria non sit ad fugiendam tautologiam, & discernendum hoc incisum: *Spiritus Domini super me*; à sequenti alio: *eo quod vnxerit Dominus me*: claret ex dictis, & magis clarebit ex dicendis.

Vnctio in sacramentis.

34. *De expositione 3. indicium.*

Quoad tertiam explicationem numer. 19. de descensu Spiritus sancti super Christum in specie columbæ, etsi negari non potest, aliquos Patrum in eā fuisse opinione, vt sentirent, & dicerent; tunc fuisse Christum vnctum Spiritu sancto; vt istic apparet: tamen fatendum est etiam valde impropriè vocari vnctionem, cùm nihil tunc Christo fuerit internè additum: neque tunc fuerit primùm ad munus Doctoris & Saluatoris destinatus & electus: hoc satis ostenditur ex confirmatione primæ sententiæ, & confutatione secundæ. Deinde Patres istud docentes non docent apud Isaiam prædicis, solus Hieronymus tenuiter indicat. sed seorsum per occasionem illius versic. 8. Psalm. 44. *dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus*: quo videtur effici, vnctionem Christi fuisse posteriorem incarnatione, vt argumentabatur Hilarius supr. numero 19. Verùm Psalmus non cogit exponi de columbæ descensu; nam multi applicant ad gloriam Christi post resurrectionem, quam meruit ex amore iustitiæ, & odio iniquitatis. Sed alij meliùs, *propterea* particulam nolunt esse ibi causam efficientem meritoriam; sed finalem, Hebr. עַל־כֵּן, *halchen*. Chrysostom. in scholio Vaticano: ἐπὶ τούτῳ, *in hoc*, vel, *ad hoc vnxit te Deus*, vt fuerit vnctus præ omnibus, vt diligeret iustitiam, & odio haberet iniquitatem supra omnes homines, atque adeò esset aliis auctor iustitiæ, & destructor iniquitatis, id postulant antecedentia: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulcritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis. Virga directionis, virga regni tui: dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus*: id est, vt superiora faceres. Vide cap. 7. vers. 15. *vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*, vbi locum Psalmi cum illo compono n. 86 & 87.

35. *Particula, Propterea, est causa finalis.*

36. *Eadem expositio refellitur.*

Vnde verò Sanctius hanc expositionem de tempore Baptismi affirmat, inde idem ego refello, videlicet ex allegatione Christi Luc. 4. qui cùm hunc locum in Synagoga legisset, *cœpit dicere ad illos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* Nam si Dominus intelligeret de apparitione columbæ in Baptismo, non diceret: *hodie impleta est hæc scriptura*: sed

ſed diceret : iam impleta eſt ; nam eſt certiſſimum, circumſtantiam temporis, expreſſam aduerbio, *hodie*, non vacare : præſertim addito illo alio : *in auribus veſtris*. Vnde ſignificat fuiſſe ab Iſaia prædictum aliquid quod ipſe tum faceret, & Synagoga illa audiret. Dicis: non eam eſſe ſententiam, ſed hanc : Audiſtis veſtris auribus me recitantem eam prophetiam, quæ eſt de me. Contrà : ergo quoquo modo capiatur vnctio iſta, erit verum quod dicit Dominus : *Hodie impleta eſt hæc ſcriptura*, & ex hac affirmatione ſolum conſtaret, id intelligi de Chriſto. Deinde impropria eſſet locutio: *impleta eſt hodie ſcriptura in auribus veſtris*: ſi id ſolum afferret.

Temporis circumſtantia repugnat. — *Obiectio.* — *Repellitur.*

37. Obiicies contra nos: Si quoniam paulo antè acciderat illa Spiritus ſancti apparitio in columba, non conuenit huic Domini atteſtationi : *hodie impleta eſt hæc Scriptura*, ergo multo minùs conueniet myſterio Incarnationis, & conceptioni Chriſti, quæ multo antè euenerat. Reſpondeo ; in hoc vaticinio à Domino recitato & lecto ex Iſaià contineri duo: alterū, eſſe Saluatorem vnctum à Deo, & Spiritum Dei eſſe ſuper eum: alterum, effecta & cōmoda, inde emanatura, ſeu officia, quæ erat Chriſtus facturus: ſcil. annunciare Euangelium, mederi, &c. & quo ad hoc poſterius dixiſſe Chriſtum; *hodie impleta eſt hæc Scriptura in auribus veſtris*: id eſt, *Hodie* audiſtis me docentem, & præſtantem munia hoc vaticinio contenta. Ex quo diluitur illa ratio, quod quia paulo poſt baptiſmum hoc eſſet geſtum, inde fieret pertinere ad baptiſmum : nam quamuis longiſſimum tempus interceſſiſſet, eſſet vera aſſertio: *hodie impleta eſt hæc ſcriptura*.

Obiectio alia. — *Reſp.*

38. Denique expoſitio 4. num. 22. poſita ex dictis relinquitur excluſa, quia non ſatis conſulit excellentiæ nominis Meſſiæ, ſeu Chriſti. Concedo enim dici poſſe vnctionem illam gratiæ habitualis infuſionem, ſed eſſe communem Chriſto cum aliis; nam quamtamlibet ei gratiam attribuamus, etiam vt capiti, hæc gratia non differet ſpecie, ſed ſolo numero, & intenſione: quod parum eſt, vt dicatur ſingulariter *Vnctus*, & quaſi proprio nomine *Chriſtus*. Præterea in hàc expoſitione non rectè diſtinguetur prius inciſum; *Spiritus Domini ſuper me*, quod pertinet ad gratiam creatam, ab alio inciſu : *eo quòd vnxerit Dominus me* : vnde Maldonatus, vt diſtingueret, exponebat : eo quòd me deſtinauerit ad hæc officia, eſt ſuper me Spiritus Domini, ne in his officiis errem. Sed ſuprà num. 33. id fuit refutatum.

De nomine Chriſtus, Lactant. li. 4. cap. 7. — *Expoſitio 4. reiicitur.*

39. Quamobrem, *Spiritus Domini ſuper me* : explanetur de gratia omni creatâ & illi humanitati impartitâ, ſiue habituali, ſiue actuali ad functiones ſaluti humanæ procurandæ opportunas: & iſtius ingentis, perpetuæ, & multiplicis gratiæ pro fonte, & cauſâ afferatur Vnio hypoſtatica iis verbis expromta: *eò quod vnxerit Dominus me*. & locutio, *ſuper me* ſignet diuturnitatem, perſeuerantiam, immobilitatem: nam ideo nullo temporis limite finitur, nullo verbo clauditur; ſed infinitè effertur : *Spiritus Domini ſuper me* : me implens, illuminans, inflammans, agens, ducens, dirigens in omni actione, & officio: Et ab eo actus, ductúſque incipio meum Saluatoris munus exſequi. Vnde conſequitur: *Ad annunciandum manſuetis miſit me, &c.*

Quod *Spiritus* hoc loco pro tertia perſona Trinitatis capitur, & *Domini* pro prima, quod faciunt Irenæus lib. 3. cap. 10. & Beda in Lucam, aperta eſt Trinitatis mentio, vt Irenæus lib. 3. cit. cap. 10. docet.

40. *Ad annunciandum miſit me vt me lerer contritis corde, &c.*] L X X. & apud Lucam: *Euangelizare pauperibus miſit me*. Et quidem verbum בשר *baſar*, quod hic redditur *Annuncio*, ca. 40. verſ. 9. ab eodem interprete redditur *Euangelizo*. itaque hoc loco *Annuncio* idem quod benè nuncio, bonum nuncium affero. item nouam, rem bonam doceo : adeſſe Saluatorem, offerri omni hominum generi ſalutem : vnctum iam eſſe, & intereſſe *Sanctum Sanctorum*, Luc. 2. verſ. 11. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo : quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid*. Quem locum cap. 32. numer. 71. tango, ſed nunc expendo ad rem ſuperiorem, cum nomine Saluatoris ab Angelo iungi nomen *Chriſti, Vncti*, & ei nomini adiungi nomen *Domini, qui eſt Chriſtus Dominus*, vt doceremur, ex vnctione illi dominatum obuenire, ac proinde *vngi*, eſſe hominem fieri Deum, vt ſuprà fuit explicatum.

LXX. & S. Lucas. — *Annunciare, quid.*

41. Quòd pro *pauperibus* fuerint ſuffecti *manſueti* a L X X. & à Luca eos ſecuto, nulla eſt iactura ſententiæ. Nam iamdiu in diuinis chartis obſeruo, præcipuè in Pſalmis, *pauperem*, ſupponi pro *humili* creberrimè : nec ſine ratione; eo quòd, vt diuiti eſt quaſi ingenita ſuperbia, ſic pauperi ſit innata humilitas. Eccli. 25. v. 3. *Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum. Pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, ſenem fatuum, & inſenſatum*. Quæ tria idcirco perhibet S. Scriptura eſſe tam odioſa, quod ſint ſuopte ingenio valde abhorrentia vitia, quódque ab ea perſona, cui ineſt. Nam vt diuiti nulla eſt occaſio mentiendi, neque ſeni deſipiendi, ſic neque pauperi ſuperbiendi. Si enim adoleſcens ineptiat, ſi pauper mentiatur, ſi diues ſuperbiat, nemo etſi quodque ſit vitioſum, admirabitur: at verò ſi permutentur vitia & ſenex ſit ineptus, diues mendax, pauper ſuperbus, indignamur, abominamur. Quare cùm tātopere à paupere requiratur humilitas, haud mirum, ſi S. libri pro humili pauperem ſufficiāt. Cúmque humilis & manſuetus ferè pro eodem propter vicinitatem vtriuſque debeantur, fit inde nullum eſſe propè diſcrimen ſententiæ apud noſtrum Vatem, & Lucam.

Pauper pro humili. — *1. Tim 6. v. 17.* — *Diues, ſuperbus.* — *Pauperem decet humilitas.* — *Eccl. 25. v. 3.* — *Diuitem decet mēdacium : ſenem, ſtultitia.*

42. Quòd verò manſuetudo & humilitas promiſcuæ ſint, facilè probarim. nam illud Prou. 3. verſ. 34. *ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam*. 1. Petr. 5. verſ. 6. & S. Iacob. cap. 4. verſ. 6. redditur : *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*.

43. Ergo pauperibus quippe humilibus & manſuetis rectè & conuenienter prædicatur Euangelium, & creditur : ij enim aptiores ſunt ad Chriſti diſciplinam accipiendam : & nulli magis inidonei quam ſuperbi, & alta ſapientes. Ioan. 5. verſ. 44. *Quomodo poteſtis credere qui gloriam ab inuicem accipitis*. vide cap. 42. num. 146. & Matth. 11. verſ. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*. Opponit ſapientibus paruulos, hoc eſt, ſuperbis humiles, hos ad Euangelium admittit, illos excludit: de

Humilis aptus Euangelio: ſuperbus ineptus

quo loco ad cap. 40.num.361 & 362. & Psal. n.33. vers.3. *Audiant mansueti, & lætentur.* S. Augustinus pluribus locis ad intelligentiam diuinorum mysteriorum exigit mansuetudinem, & vt ego interpretor, humilitatem. Et verò S. Iacobus in sua epist. cap.1. vers. 21. *in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.* August. lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 3. *Beati pauperes spiritu, id est, non inflati, dum se diuinæ autoritati subdit anima timens, post hanc vitam, ne pergat ad pœnas, etiamsi fortè in hac vita sibi beata esse videatur. Inde venit ad diuinarum Scripturarum cognitionem, vbi oportet eam mitem se præbere pietate, ne id, quod imperitis videtur absurdum, vituperare audeat & pertinacibus concertationibus efficiatur indocilis.*

44. Rogas, cùm Christus omnibus hominibus Saluator aduenerit, & Deus velit *omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: & ipsemet Dominus Iesus præceperit Apostolis suis, vt prædicarent *Euangelium omni creaturæ*, quamobrem hoc loco id contrahit, & affirmat, *ad euangelizandum mansuetis*, vel *pauperibus*, apud Lucam, *misit me*? Aio breui, hoc intelligi quoad efficaciam, illud verò quoad sufficientiã: quia superbi, & arrogantes audiunt, sed non obediunt Euangelio. Rom. 10. v. 1. *Quam speciosi pedes euangelizãtium pacem, euangelizantium bona! sed non omnes obediunt Euangelio.*

45. *Vocatio efficax Abbasio.* De hac efficaci euangelizatione accipio ego cum Iansenio in Concord. cap. 47. cum Caietanu & Aria illud apud Matth. 11. vers. 5. *Pauperes euangelizantur*, i. docentur, & accipiunt Euãgelium: vbi Christus Dominus discipulis Ioannis ab eo missis, qui quærerent ex Domino, an esset promissus Messias, præbuit notas ab Isaia prædictas cap. 35. versicul. 5. de sanandis cæcis, claudis, &c. quibus addit: *Pauperes euangelizantur*, sine dubio ad hunc locum digitum intendens. Quare vt morbi corporales reipsa fuerunt a Christu depulsi, vt ait ipse: *cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt*: sic cùm adiicit: *Pauperes euangelizantur*, debet intelligi animi sanitas, ac proinde non sola prædicatio Euangelij, sed & eius admissio, & obedientia.

46. *Expositio minus apta: Gentiles esse pauperes.* Et hæc est aptior quæstionis enudatio, quàm illa apud quam *Pauperes* sunt Gentiles, bonis omnibus indigentes: nam licèt alibi vocentur pauperes, vt docui cap. 41. vers. 17. *Egeni & pauperes quærunt aquas*, sed debuit aduerti, Christum loqui de pauperibus, quos euangelizatos, doctósque fuisse discipuli Ioannis viderant, & audierant: *Euntes*, inquit, *renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis*: at Christus coram iis non docuerat Gentiles, sed Iudæos, atque adeò apud Lucam, *pauperes*, non sunt Gentiles; & apud Isaiam non soli Gentiles, sed generatim modesti, mansueti & humiles, & quia Iudæorum plerique erant turgidi, superbi, & arrogantes, aliarum omnium nationum vtporè incircumcisarum, & eorum iudicio abominabilium, contemptores, ideo exclusi sunt: Gẽtiles verò, quia maximã ex parte nõ ita superbè sapiebant, admissi sunt ad Euangelium.

Iudæi superbi exclusi: Gentiles modestiores admissi.

47. Itaque hoc loco siue *mansueti*, siue *pauperes* Euangelio donandi, non sunt hæc, aut illa natio sed quicumque, ex quouis hominum genere & censu non essent vocationi diuinæ obluctaturi præ superbia, & contumaciã, quod idem creditur præcecinisse Beatissima, & Sapiẽtissima Vates Maria illo suo carmine clarissimo Luc. 1. vers. 51. *Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.*

B. Maria, Vates.

48. *Expositio varia.* Quod vaticinium etsi quidam vt Hilar. canon. 19. in Matth. & Cyrillus hîc, Ambros. in Lucam, & alij dispertiunt, vt diuites sint Iudæi, & pauperes sint Gentiles: alij, vt Bernardus in Cantic. serm. 17. & Cyrillus citatus ab Emmanuele Sa, diuites velint esse dæmones, & pauperes homines, tamen verosimilius multo exponitur non de hominum natione, & genere, sed de eorum ingenio, & affectu. nam de virtute humilitatis, aut mansuetudinis, quod facit hîc Hieronym. in verbis Isaiæ, exponi non potest: nam Gentilibus ante Euangelium non fuit vera humilitas & mansuetudo: vnde neque in Cantico B. Virginis, neque in Isaia humiles & mansueti ad amussim capiendi, sed eo, quo posui modo, pro hominibus, aut ingenio, aut studio, & exercitatione modestis, discendæ veritatis auidis, minimè peruicacibus, & refractariis.

Humiles qui sint.

49. Quorum vtrorumque discrimen videre licet in illo Atheniẽsi Conuentu Areopagi Act. 17. 22. in quo cùm diuus Paulus sub finem suæ concionis attigisset generale iudicium, & resurrectionem mortuorum, *quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.* Ergo illi priores procaces, & contumaces, superbi, excipiẽdo Euangelio ineptiasti posteriores modestiores, cautiores de quibus fuisse est verisimile quos statim narrat Lucas credidisse, *in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.* Matth. 9. vers. 17. 18. Vinum nouum in vtrem nouum non in veterem infunditur. i. in rudes, modestos non in eos, qui sibi videntur sapere. Vide Ariam ibi.

50. Ex quã conuersione & ex aliis similibus hominum sapientium, illustrium, opibus, autoritate nobilium intelligitur, hoc loco pauperes, vt est apud LXX. & Lucam, non esse homines tenuioris fortunæ, sed mitioris ingenij, & modestioris animi: qui ex se aptiores sunt addiscendæ veritati, & accipiendæ luci diuinæ. Nam quamuis Dei gratia naturam possit expugnare, atque peruincere, & aliquando id faciat, tamen quia Dei prouidentia & gubernatio nõ minùs est suauis quàm efficax, requirit in homine habilitatem, & cooperationem: quam quia habent, & adhibent plerumque mansueti, & modesti, idcirco Christus hoc loco profitetur se missum, vt iis suum eredat Euãgelium. Vnde nõ sunt *pauperes spiritu*, & *mites* illi, quos Christus prædicat beatos Matth. 5. v. 3. 4. nam illi iam Euangelium acceperant: isti accepturi prædicuntur: quo accepto euadant verè humiles, mites, & beati. Quæ ratio non patitur assentiri Tertulliano libro 4. cap. 14. contra Marcionem, & Hieronymo, aliisque id asserentibus.

Natura & indoles bona subseruit gratiæ.

51. *Obseruatio. ענים, hanaim pauperes. ענוים hanauim, [illegible]* Quod verò Iansenius & alij adnotant, apud Hebræos nomen quo pauperes, & aliud, quo mansueti nominantur vna littera sola differre, indéque nasci diuersitatem in Latino, & Græco codice, etsi fieri potuit, tamen cùm S. Lucas Græcam translationem probet, & Ecclesia Latinam

tinato, id errori, aut mendo tribui non debet: sed tamen haud diuersum esse sensu, quod nos fecimus num. 41.

52. *S. August. Missio Christi eius est incarnatio.*

Misit me.] Pendet è superiori: *Eo quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum mansuetis misit me.* S. Augustinus tract. 36. in Ioan. circa medium docet missionem Christi esse eius incarnationem. *Vnde ergo dicitur missus venisse ad nos, incarnatio ipsius commendatur, quia Pater non est incarnatus.* Quod Augustini assertum benè cohæret cum expositione, quam sum secutus de nutione, *Vnctionis*, vt sit eadem, quæ incarnatio. Itaque Dei Filius quamobrem fuerit vnctus, missus, hoc est, vt multi Patrum exponunt, incarnatus, sequentibus verbis amplius edocet: *vt mederer contritis corde*, &c.

53. *Christus mederetur præcipuis partibus hominis.*

Duæ partes in homine principes erant labe primi parentis adfectæ, intellectus, videlicet, & affectus: ille indigebat doctrina, vt cæcitatem poneret: iste medicinâ, vt infirmitatem abiiceret: ad vtrumque curandum se missum Christus affirmat *ad annunciandum*, & docendum, vt ignorantiam expellat, & ad medendum, vt voluntatis morbum expugnet, quæ duo Saluatoris officia, & munia passim codices sacri vnius, & alterius Testamenti aut promittunt exhibenda, aut perhibent exhibita.

Docere & sanare officia Christi.

54. *Quæstio inter pacem ob peccatum Christus missus, attingitur.*

An verò particulæ, *ad*, & *vt*: *ad annunciandum misit me: vt mederer contritis corde*: sint ita indices causæ finalis, vt ob hæc præstanda Dei Filius carnem assumpserit, neutiquam, si ista cessassent, si ij morbi non essent, eam assumpturus, tametsi liceret hoc loco differere, cùm hæc dissertatio non minùs deceat Theologum expositiuum, quàm scholasticum: imò magis; cum ea, quæ ex libera Dei voluntate nascuntur, sola ipsius Dei reuelatione noscatur: atque adeò litteris sacris, vel traditione côstent: quia tamen iamdiu scholasticus præscripsisse videtur, vt hæc sit eius priuatiuè iurisdictio, ab ea quæstione supersedeo, mittens lectorem ad 3. partem S. Thomæ, & eius interpretes. quorum pars negans Dei Filium esse mittendum, si peccati morbus defuisset, valde nititur hoc loco, & aliis plurimis similibus, quibus pro fine Incarnationis duntaxat affertur redemtio generis humani. Sed pars altera affirmans hasce particulas quæ videntur esse causales, poterit exponere de fine secundario: vel dicere, esse particulas non finis, sed consecutionis, atque effectuum, vt Sap. 9. vers. 2. *sapientiâ tuâ constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ a te facta est*: constat enim hominem non esse factum propter hoc, vt finem, sed eius finem esse Deum. Vnde Genes. 1. vers. 26. secus scribitur: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris*, &c. Vbi finis est, vt Deum colat: consecutio, vt quando est nobilior aliis animantibus, eis præsit. Ad hunc modum: finis Verbi incarnandi potuit esse gloria ipsius Dei, & dignitas rei: quando verò euenit, vt homo indigeat Redẽtore, Deus homo factus eo munere, quod eum decebit quàm maximè, fungatur. Qua ratione si diuinum de hoc mysterio consilium cogitemus, scripturæ testimonia illi probabili sententiæ non officient.

55. *Medicus animi.*

Vt mederer cõtritis corde.] *Vt mederer*, & *ad medendum*, non distant: & Hebr. eadem est vbiq; particula. *Mederi* verò est חבש *chabas, obligare*, verbum chirurgicum, idem quod cap. 1. vers. 6. *non est circumligata*, vt ibi adnoto. itaq; morbus ostenditur & vulnus: vt intelligas non esse vulnus corporis, sed animi, dicitur *contritis corde*. contritis enim & confractis incumbit alligatione.

Obligare est chirurgicum.

56. *Quæ cordis contritio.*

Sed cum contritio sit interpretum, hanc cordis contritionem esse interitum, est nihilominus dissensio inter quosdam. Absunt in primis ab hac controuersia qui volunt esse miseritudinem & languorem populi captiui Babylonæ. nam rem tractari Euangelicam pro indubio ponimus.

Basil.

S. Basil. in Psal. 33. vers. 19. *Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit*; affirmat inter Dauidẽ illic, & Isaiam hîc magnam esse propinquitatẽ, & vtrumque Vatem idem præcinere. Verba tam magni Doctoris transfero: *Propè est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: Aduentum Domini primum, quo venit in carnem, pronunciat propinquantem iam, nec longè remotum. Quod quidem ex simili ferè sententia Isaiæ credibile tibi fiat: Spiritus Domini super me, cuius gratia vnxit me euãgelizare pauperibus misit me, sanare tribulatos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Iam quãdo medicus mittebatur cõtritis corde. propè est, inquit, Dominus vobis, dico humilibus, & qui per contritionem, fastum, & elationem expunxistis à vobis: propè adest iamiam vos adfecturus gaudio, & ad longanimitatem deducturus. Contritio cordis, demolitio est, & suppressio humanarum cogitationum. Quicumque enim præsentia despexerit, seque verbo Dei addixerit, & suam ipsius mentem iis contradiderit intelligendis, quæ supra hominem, & longè diuiniora sunt, hic demum est, qui tribulato, siue contrito est corde.* Hæc S. Basilius.

Dauid & Isaias similia docent.

Mortificatio passionum.

57. In partem quoque bonam accepit antea Tertul. lib. 4. in Marcio. cap. 14. S. Hieronymus hîc primo loco recenset, nec censet. Beda amplectitur, & Procopius, Lyra, Forerius, Haymo, Vatablus, Arias. Hi omnes scriptores vniuersè virtutem in *cordis contritione* sibi videre videntur, alij aliam. Lyra & Arias contritionẽ, quam vocãt Theologi. i. pœnitentiam vitæ perperam anteactæ: quæ in adultis præcedit iustificationem. Vatablus animi languorem, & propè desperationem ex aduentus Dominici tarditate. Alij ferè eo, quo Basilius modo.

Pœnitentia.

Languor animi.

58. Sed hæc interpretatio tot licèt, & tantorum autorum mihi minus approbabatur, quàm alia Cyrilli, Hieronymi etiã, Procopij, Ruperti, Adami, Pinti, Osorij, Didaci Aluarez, Sanctij, Cornelijque interpretãtur de statu misero ob peccata. Hoc iãdiu viderunt Symmachus, & Theodotion, transferentes, vt ait Hieronymus: *ad alliganda vulnera peccatorum.* Hoc faciũt quæ opposui nom. 48. contra asserentes, *mansuetos* esse eos, quibus Christus Matth. 5. vers. 4. præmium pro virtute promitteret.

Miseria ex peccatis hominum.

59. Porro toto hoc sermonis prophetici contextu expingitur status ærumnosus, atque infelix mundi, cui reparando, & instaurando Saluator est cœlitus missus, vnde sicut *captiui clausi* & id genus alij, sunt peccatores, ita & *contriti corde*, i. animo scelerum vulneribus conciso, & peccatorum contusionibus attrito: quæ vulnera vt alligaret, quod est in Hebræo, curarétque clementissimus ille Samaritanus, hoc est, *Custos* hominum de cœlesti Ierusalem descendit, &

Conditio ærumnosa humani generis ante Christi accessum.

Christus medicus, & chirurgus.

viator

viator est factus, & qui erat vnctus oleo Diuinitatis, ea vulnera oleo misericordiæ, & gratiæ suæ sanaret. Quod si ad hanc spiritualem sanitatem requiritur prævia contritio cordis, & male rerum actarum pœnitudo, hanc quoque vt infunderet veluti quoddā viuum austerum, idem chirurgus cœlestis deuenit, itaque nomine medelæ, seu alligationis omnia remedia necessaria ad curationem, & salutem intelliguntur. De vi obligationis chirurgicæ egi ad cap. 1. vers. 6. a num. 157. Vt verò Christus verum se esse chirurgum animorum ostenderet, non contentus ipso nomine, quod est ab vnctione propria artis chirurgicæ, cum erat curaturus ægrotos, plerumque manu tangebat: & verò chirurgus Græcum vocabulum à χεὶρ, *cheir*, & ἔργον, *ergon*, opus, componitur, quasi manu operans, & curans. Vnde Ambros. in Luc. lib. 5. cap. 6. de Christo: *ad vulnera nostra descendit, vt vsu quodam & copia sua naturæ comparticipes nos faciat esse regni cœlestis.*

Christus tangendo sanat ægrotos. — Ambros.

60. Quis ergo tanto, ac tali medico & chirurgo se non permittat, qui voluit esse Christus, i. perunctus, vt asperitatem medicinæ molliret oleo suauitatis; & ne erraretur inter medēdum ipsemet dignatus est manum applicare vulneribus. Aug. Psal. 40. v. 5. explicans illud: *Sana animam meā, quia peccaui tibi; sic: Si ille est qui putredinem non habebat: si medicina nostra medicinalem ignem non respuit, patienter ferre debemus vrētem medicum, & secantem, id est, omnibus nos tribulationibus exercentem, & à peccato sanantem. Planè committamus nos medici manibus: non enim errat, vt sanum pro putri secet. Nouit quod inspicit: nouit vitium, quia ipse fecit naturam: quid ipse condidit, quid nostra cupiditate accesserit, discernit. Scit se sano homini præceptum dedisse, ne languorem incurreret: dixisse in paradiso, hoc mãduca, & hoc noli, non audiuit sanus medici præceptum, vt non caderet, audiat vel ægrotus, vt surgat.*

Christo medico nos debemus permittere. — August. — Christo chirurgo fidendum.

61. Habemus ex Augustino ad quos contritos, & ægrotos alligandos & sanandos, atque adeò secandos Christus accesserit, vt bonus chirurgus separans putre à sano, vitium à naturâ, infundens oleum suauissimum & vnà efficacissimum diuinæ gratiæ. Quare Christus nō exulcerat, non asperat: sed mira dexteritate, & mollitudine sanat; quem imitari debent Prælati & Rectores. *Vt corporum,* (ait Seneca lib. 7. de Beneficiis cap. 30.) *ita animorum vitia molliter tractanda sunt: sæpe quod explicauit mora, pertinacia trahentis abruptū est.* Hoc est, *mederi* חבש *chabas*, alligare contritos corde, i. blandè tractare, & molliter ea, quæ sunt collisa, & contusa, vt reintegrentur. Suprà cap. 42. ver. 3. de eodem medico Christo: *calamum quassatum non conteret.* reuoca te istuc.

Medicina spiritualis, qualis. — Prælati curent suos. — Seneca.

62. *Et prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.*] Idem ferè alio modo, seu varia peccati effecta explicantur, sunt peccata, morbi & vulnera animi, vt patuit modò: sunt item vincula, carcer, & seruitus. Sensum horum verborum inuenies cap. 42. vers. 7. parum diuersè propositum: *Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentiū, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, & de domo carceris sedentes in tenebris.* De captiuitate, & seruitute spirituali ex peccato & loco modò indicato egi, & cap. 9. vers. 4. cap. 50. num. 13.

Peccata sunt morbi, & vincula. — Sup. 42. v. 7.

63. S. Lucas ex L X X. pro, *clausis apertionem,* habet, *cæcis visum*: si rem significatam spectes, idem est. cæcitas animæ, & tenebræ carceris: si rem significatam cogites, non est quid diuersum: nam clausi solent esse in carcere tenebroso, & cæco, ac proindè sunt velut cæci, non quod careant oculis, sed quòd careant lumine, quod non minùs requiritur ad videndum quàm oculi. Vnde probè cap. 42. vers. 7. *vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum.*

Lectio alia. Clausi carcere quasi oculis orbi.

64. Maldonatus in Lucam, Sanctius & Cornelius hoc loco, *clausos* propriè accipiunt pro *cæcis*, quasi *clausos oculis*, nam quamuis אסורים *assurim*, sit idem, quod *ligati*, quia tamen in tenebris versantes se loco mouere vix possunt, ligati dici possunt. Foterius ausus est hoc scribere: *Qui cæci sunt, aut surdi, ligati Hebræis sunt.* Mallem id probasset, quàm ita præcisè asseuerasset. Maldonatus *assurim*, אסורים *clausos*, siue ligatos pro cæcis sumi ex Rabbi Dauide confirmat: Sanctius negat legi in scriptis huius Rabbini permissis. Ego aliter cōiectarem: vt Latini eleganter dicunt: *captos oculis* pro cæcis, sic fieri potuisse, vt Hebræi dicerent: ligatos oculis, quod est idem, & quoniam amant breuitatem, omisso nomine, *captos*, seu *ligatos*. Quam meam coniectūram promouet quod Sanctius nu. 22. allegat ex Exodo 4. vers. 11. *Quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum* Hebr. pro *videnti*, פקח *Pikeah*, hoc est, *apertum*; ergo si *videns* dicitur *apertus*, *cæcus* rectè dicetur *clausus*, אסור, *assur*.

Clausi, qui. — Foterij ausus. — Tol. Luc. 4. annot. 34.

65. Hæc licèt ita habeant, sed hic locum habere non credo credens potiùs vulgatæ ab ipsomet Hieronymo sine vlla ambiguitate expositæ, qui cùm citasset ex alia versione: *cæcis vt videant*, confestim subijcit: *vel clausis apertionem, quod manifestius interpretatus est Symmachus, vinctis solutionem, de quo, imò ad quem supra dicitur: posui te in lucem gentium aperire oculos cæcorum, educere de vinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris.* Ergo è mente S. Hieronymi, atque adeò interpretis vulgati *apertio clausorum*, est solutio vinctorum, & liberatio seruorum: quod hæret cum sequenti, & secutus est tandem Maldonatus, Hebr. פקח־קוח *Pechah choah*, quod Pagninus & Hebræi exponunt: *apertionē carceris.* Consule Pagninum v. פקח.

Defenditur expositio S. Hieronymi. — Hieron.

Vers. 2. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes.

66. S. Lucas loco citato, ante hæc verba, & secundùm superiora interponit: *dimittere confractos in remissionem*: quod neque in Hebræo, neque in Græco exemplari reperitur. Quæritur ergo, vnde Euangelista sumpserit. Maldonat. & Toletus not. 35. respondent, in Hebræo plus contineri quàm fuerit a L X X. interpretibus expressum, quos Lucas sequitur, ideóque voluisse Lucam, maioris declarationis causâ id addere, vt clariùs appareret miseria eorum, quos Dominus liberasset: cum cæcis lucem restitueret, & confractis remissionem afferret. Quod nos spiritualiter debemus accipere, & in hoc a Maldonato discedere: qui tamen autor cum exponit hunc

S. Lucas addit. — Dubium vnde.

annum

annum placabilem Domini, aut *acceptum*, apud [illegible] de Christo [illegible] literaliter [illegible] ponet [illegible].

67. *Annum placabilem Domino.*] Hebr. [illegible] רצון *ratson*, *beneplaciti*, [illegible] *benedictionem Domino.* De quo supra cap. 49. [illegible]. *Hac dicit Dominus: in tempore placito exaudiui te*, [illegible] vocabulum רצון *ratson* [illegible] ex Græco: *Annum Domini acceptum*. [illegible] est in tempore nihil [illegible], cur Deo [illegible] acceptum, & gratum. ergo tempus acceptum [illegible], quo placuit Deo hominibus [illegible] benefacere, singulare aliquod beneficium afferre, non quòd homines id [illegible], sed quòd diuinæ voluntati, & benignitati id stetisse: ea est potestas vocabuli [illegible] ginalis [illegible] expono cap. 49. nume. [illegible] in versione Latina *Annum placabilem Domino* oportet intelligere, quo Deus placari voluit, hominibus ignoscere, & condonare iniurias acceptas.

Tempus vnde Deo acceptum.

68. Quòd verò hic, non tempus, vt alibi, sed nominatim, *annum* exprimat, eo pertinet, vt refricet nobis memoriam anni Iubilæi Leuit. 25. v. 8. 9. vbi hæc *Et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim Iubilæus.* Et quò luculentior sit allusio, idoneo in primæuo textu Leuit[illegible] qui Latine redditur: *Et vocabis remissionem*, esse [illegible] vocabula, quæ in Isaia vertuntur: *prædicare indulgentiam*, & propriè nomen דרור *deror* signat *libertatem*: quia redeunte anno Iubilæi, vt in Leuitico postea scribitur, serui recipiebant libertatem, & res diuenditæ redibant ad antiquum Dominum: atque adeò erat generalis redemtio.

Annus placabilis, Iubilæus.

Allusio.

69. Quamobrem quo tempore Redemtor aduenit, illud fuit tempus veri Iubilæi, illo alto præmonstrati: quo anno, pulso tyranno diabolo de antiqua possessione, mundus in pristinam libertatem fuit assertus & vindicatus, quo tempore *cunctis habitatoribus terræ* fuit data remissio, & vera libertas *si vos filius liberauerit, vere liberi eritis*. Cum ergo Dominus in Isaia ait: *Dominus misit me, vt prædicarem indulgentiam*, siue *libertatem*, respicit ritum typi *clanges buccina*, & mox [illegible] *abis remissionem*, Hebr. ad verbum: *clamabis libertatem*: i. voce contentâ nunciabis cunctis habitatoribus terræ instare libertatem. Cuius vtriusque loci tam typici, quam typo contenti non possim meliorem commentarium excogitare, quam eum, quem in Marco Euangelista comperio. c. 1. v. 14. in hæc verba: *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens: quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio.*

Largior Iubilæus Christo veniente.

Ioan. 8. v. 36.

Libertas vera per Christum.

70. *Venit Iesus prædicans Euangelium regni Dei.*] Fœlix faustumque nuncium quo regnum Dei, internitus in terram viuentium promissum non iam prædicitur futurus, sed prædicatur instans, *quoniam impletum est tempus* promissionum, figurarum, adest tempus ab æterno præstitutum, quo Deo placuit placari, & finiri iras inimicitias, ex primæuâ hominis præuaricatione conceptas: *impletum est tempus*, quod erat vacuum, quippe subiacens, & occupatum potius, quàm plenum *egenis* illis antiquæ legis *elementis*: nam *lex & Prophetæ vsque ad Ioannem* Matt. 11. v. 13. vnde leito Marcus: *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus prædicans Euangelium regni Dei, & dicens: quoniam impletum est tempus*. cessauit enim legis & Prophetarum vacuitas: & adest is, qui venit *legem & Prophetas nō soluere, sed implere*, & [illegible]. *Et appropinquauit regnum Dei*, quia per Christum ianuam reserandus erat aditus ad eam diem clausus ad cœlestem beatitudinem: & quia, vt bene [illegible] Arias, e seruitute misera, qua homines tenebantur seruientes peccato, & Diabolo, traducendi erant ad statum veræ libertatis filiorum Dei. Cuius liberationis & traductionis figuratæ in exitu Israel de Ægypto, quia iam aderat non dux tantum, sed & autor Christus, & eam incipiebat exequi prædicationibus, & miraculis, idcirco dicit, & vere, ac propriè Maximus Prætor edicit, *Appropinquauit regnum Dei*: en vbi, & qua formula promittit bonorum possessionem: mox subiicit hæreditatis adeundæ conditiones: *Pœnitemini, & credite Euangelio*: i. Pœniteat vos, ac tædeat pristinæ egestatis, anteactæ vitæ seruilis, & vilis: si cupitis esse hæredes, desinite esse serui: ius enim ciuile diuinum non patitur seruos hæredes cœlestium bonorum institui, sed solos filios Dei ad tam nobilem hæreditatem admittit.

Galat. 4. v. 9.

Matt. 5. v. 17.

71.

Christus quasi Prætor.

Seruus, non hæres. Instit. lib. 2. Titul. 14.

S. Paulus iuris diuini consultissimus hoc cœleste edictum eleganter exposuit Galat. 4. v. 4. *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem Abba Pater. itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per Deum.* Et sane, æquissima sanctio: non seruilem, ac sordidam conditionem dedecet tam splendidæ hæreditatis acceptio. Et verò iura humana decernunt, seruum a suo hero hæredem institutum ex ipsa institutione testamenti acquirere libertatem quasi hæc duo valde discordent, esse seruum alicuius, & hæredem eiusdem nominatum.

Edictum diuinum.

Quamobrem Christus a Deo Patre creatus Prætor non vrbanus, sed omnium Prouinciarum, atque adeò totius orbis promissurus omnibus indifferenter possessionem bonorum cœlestium, legitime promulgat, & publicat *annum placabilem*, i. Iubilæum: quo fas est omnibus exuere conditionem seruitutis, & statum libertatis adipisci: vt hoc modo possint hæreditatem, & possessionem promissorum bonorum adire.

2. *De edictis Prætorum Brissonius l. 2. de formulis Romanorum.*

Et diem vltionis Deo nostro.] LXX. *diem retributionis*: quæ videtur esse communis probis, & improbis, & est merces operæ, stipendiúmque militiæ siue bene, siue secus positæ iuxta illud: *reddet vnicuique secundum opera sua.* Quæ *retributionis*, vel *vltionis* notio, nisi me mens decipit, traxit Orig. hom. 32. in Lucam, Hilar. in Psalm. 52. versiculo vltimo. Psal. 64 vers. 12. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ*: Theophylactum in Lucam, vt sentirent, hoc pertinere ad iudicium extremum.

Opinio Orig. & Hilarij.

Quam sententiam refellit Hieronymus ex eo, quòd Dominus dixerit apud Lucam 4. *hodie impleta est hæc Scriptura*: sed non fortiter id hâc ratione refellitur: nam, vt sileam non esse opus, vt parte omnes prophetiæ adductæ implerentur, eo quo Christus recitauit articulo temporis

73. Hieron.

temporis,vt docui num.57. vnctionem,de qua in hac prophetia dicitur, non fuisse factam eo tempore: at hoc, inquam, fi [illegible] onam etiam. si dies vltionis sit indicij [illegible] potuit tunc impleta Scriptura: nam hæc habet *spiritus Domini,&c. misit me,& vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro* vnde cum Christus prædicauit futurum esse iudicium, fuisset prophetia impleta [illegible] esset expectandus dies vltimus [illegible], vt impleretur: imo,si demus de eo agi, non tunc implebitur: quia hoc loco solum prædicitur, à Christo diem vltionis esse prædicandum, et enim eo die, ne captiuorum quidem indulgentia, seu libertas, neque clausoru apertio est ad exitum peracta, id enim facinus ipsa Christi morte fuit patratum; & nihilominus,quia Christus id patrandum esse à se, eo die cœpit nunciare,dixit: *hodie impleta est hæc Scriptura*: sic cum de iudicio generali egit, fuit impleta hæc pars, si tamen sit de eo argumento. Quin idem Hieronymus concedit posse accipi de vltione populi Iudaici,quam Deus exercuit per Romanos, multis pòst annis.

74. *Autoris iudicium.* Vnde ego alio argumento commotus exsistimo non pertinere hoc ad extrema mundi tempora: eo præcipue, quo alij multi mouentur: quod hoc loco Spiritus sanctus totus sit in beneficiis promittendis, & consolationis caussis obtendendis, non verò in suppliciis ac minis intentandis humano generi, vt patet singula recensenti,superiora, inferiora.

75. *Retributio, quid.* Vocabulum verò apud Lucam *Retributionis* quod videtur esse promiscuæ significationis, meritis bonis,malisque commune,interpretandum est ex autographo, quod arctatur ad supplicium, נקם *nacham*, bene redditum,*vltio*. Sed hæc vltio non intentatur in homines, vt voluere nonnulli, sed in hostes Dei,& hominum, in Dæmonas, qui captiuos tenebant homines: nam si seruis,captisque prædicatur annus placabilis, id est, Iubilæus,quo soluitur & fit iur omnis seruitus, si captiuis prædicatur indulgentia דרור *deror*,libertas, *clausis apertio*; consequens est, vt tyrannis,& oppressoribus, apud quos erant hi captiui,denuncietur *vltio*, & expoliatio,de quâ expoliatione, & seruitute depulsâ egi fusissime ad capit. 11.versiculo 4.versiculo 5. hanc vltionem aduersus Diabolum exponunt Maldonat. in Lucam:Cyril. hic, Adamus,Osorius, Procopius, Forerius, Cornelius.

76. *Dei Vltio superborū gloriosa Deo.* *Deo nostro.*] Autor vltionis Deus: nam tam potentem & insolentem tyrannum solus Deus poterat vlcisci, & frangere. Dein, ostenditur hæc vltio Deo fore gloriosa: nihil enim maioris gloriæ quam debellare superbos. Quantopere Deus in hoc facinore sibi placeat, & glorietur facile mihi colligo ex Iob. 40. versiculo 5.vbi sic Deus Iobum conuenit:*Circumda tibi decorem & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. Et ego confitebor quod saluare te possit dextera tua.* Liquet ergo ex his & [illegible] præcipuum, & maximè spec[illegible]um [illegible] dei [illegible] ante verba hæc [illegible] culo 4. *si habet brachium sicut Deus, & voce simili tonas* : i. si habes brachium forte ad atterendum, & vocem instar tonitrui ad terrendum superbum. [illegible] verò Deus moliri agit de suo celebri *behemoth*,& ostentat a se fuisse [illegible] gatum, & [illegible] ex ungi [illegible] vbi Scriptura procere [illegible] eo vocabulo [illegible] sermone metaphorico Diabolum agnoscunt, & multi eundem intelligunt, [illegible]. 88. [illegible] 10.11. *Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.*

Behemoth pro Diabolo.

77. Sed [illegible] Deum vltionem sumere de Diabolo [illegible] magis ei [illegible] erat [illegible], quam homini commodum, & honestum, idcirco [illegible] tos numerat in beneficiis dandis humanæ naturæ a se prædicari,ac denunciari *diem vltionis Deo nostro* quo postremo pio vocabulo se hominem profitetur, & germanum fratrem nostrum.

78. *Luctus,qui.* *Vt consolarer omnes lugentes.* Hic *luctus* non offert virtutem pœnitentiæ,aut patientiæ qualis est illa, cui Christus Matth. 5.versic. 5.consolationem promittit cum dicit. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. etsi id [illegible] est magnis autoribus, Tertull. 4. contra Marcionem.c. 19. Hieronymo, Ruperto aliisque minoribus,vt Haymoni,Lyrano,Dionysio.Neque *lugentes* sunt viri iusti Iudæorum qui aut legem diuinam violari, aut Messiæ aduentum differri dolerent, etsi id senserint Cyrillus, ex eo Procopius,& Adamus. Sed sunt generatim homines miseri, peccatis, & eorum ærumnis, atque pœnis obnoxij: quod assecutus est Forerius, secutus eius prouincialis Osorius,& post ea nostrates Sanctius & Cornelius, quod mihi valde, & solum probatur. Nam reuera huc orationis propheticæ decursu nun tractatur virtus & probitas hominum,sed potiùs pingitur generis humani calamitas & status miserabilis ex peccati, & Diaboli seruitute, & ex multis incômodis ei adolescens: quibus omnibus malis medêdis se missu esse Christus asseverat.

Miseria.

79. *Lugentes iidē,qui contriti corde.* Itaque hoc loco *lugentes* sunt iidem, qui supra *contriti corde*,quos num.58.non ex pœnitentiæ virtute beatos, sed ex peccatis, pœnisque miseros esse secus sententiis nonnullis ostendi. *lugentes* sunt qui *captiui*,& *clausi*, de quibus paulo ante,tam Græci & Gentiles,quam Iudæi: tametsi magis conueniat in Gentiles, quippe hi dei lumine cassos,& grauioribus ac fœdioribus criminibus obligatos.Sed & è Iudæis plerique magnis vitiis erant impliciti,vt sumitur ex Euangelicâ narratione, & Christi obiurgatione. Ad omnes pertinebat illa Domini monitio, & adhortatio: *Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis,& ego reficiam vos.*

Christus vocat omnes. Matt. 11. 28.

80. *Expositor [illegible]* Quem locum quoniam existimo esse finitimum,& prope commentarium Isaiæ non me pigebit explicare ex iis, quæ illic habebam in schedis.

Venite ad me, & reliqua. Quis vocat & inuitat? Christus Dominus,qui hoc loco dicit: *Spiritus Domini super me,& misit me*, & [illegible] quid inuitat ad seipsum,qui est [illegible] ibus & panis viuus è cœlo demissus,ergo apte addit: *& ego reficiam vos*,cibi est enim maxime proprium refic re, sustentare: vnde in sermone sacro baculus panis, siue firmamentu panis sæpe scribitur Le[illegible].26. v.26. Postquâ confregero baculum panis v[illegible]

Baculus panis.

Vid alia testimon c. 5. v 1 num.5. ad illud: *Omne robur panis*. Præter ea laborantes & onusti [illegible] quammaxime cibo, & [illegible] ctione; nam vires labore absumuntur, & cibo restaurantur. Labor, & onus affligunt [illegible], molestiudinem pariunt: [illegible] quem est Spiritus Domini [illegible] *unctus* est ipse [illegible] Spiritu sancto, ut [illegible] mollissimum qui Spiritus Sanctus [illegible] est *παρακλητος Paracletus*, consolator, Christus inquam, eo, quo positus [illegible] ab Spiritu Domini ad refic [illegible] *omnes laborantes & onustos*, hoc est, vt hic [illegible] *consoletur omnes lugentes omnes*, ne [illegible] excluder [illegible], non

Ma 15. v. 24. Iudæum [illegible] nam etsi *missus* sum primum *ad oues, quæ perierunt Israel*, sed nō ad eas solas, nam idem Dominus mihi dixit: sup. 49. ver. 6. *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas, ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.*

81. Principes arcent populum. Christus aduocat. Ergo probè: *vt consolarer omnes*, vbique gentium positos, cuiuscumque gentis, & ordinis. Sic apud Matthæum. *Venite ad me omnes*: solent Reges & Principes sæpe sese accedentes ad se, habent, & præ se ponunt satellites, qui populum submoueant, & arceant appropinquantem: Christus monet, imò iubet appropinquare, & eos, qui distabant accedere. Non enim veniunt qui aderant, sed qui aberant; ergo omnes distabamus a Deo, & ei per Christum eius Apostolum, & legatum appropinquamus Psal. 13. v. 3. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Et omnes, si velint, possunt redi-

Rom. 5. v. 2. re ad Deum per Christum: *Per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Vide etiam Ephes. 2. v. 19. Quod si illic dicuntur Gentiles fuisse longe, & Iudæi propè: id accipi debet comparatiuè, quia Iudæi minùs aberant à Deo, cùm haberent legem scriptam, fidem diuinam, & alia adiumenta, quibus instructi faciliùs poterant accedere ad Euangelium, & ad Christum, qui accessus erat omnino necessarius ad salutem, id quod istic docet Apostolus Ephes. 2. v. 17. *Et veniens euangelizauit pacem vobis*, (sc. Gentilibus) *qui longè fuistis, & pacem iis, qui propè.* (i. Iudæis) *quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem.* Ergo sic sensu Pauli, Iudæi quoque habent accessum per Christum ad Patrem, hoc est, possunt, si velint, accedere; aliquo modo distabant: nimirum, quia promulgata lege Euangelicâ, nisi in Christum Iudæi credidissent, longè recedebant a Deo; quare vt non recederent, opus fuit ad Christum venire, & iugum illius subire, vnde cùm edicit: *Venite ad me omnes*, omnes conuenit Gentiles, & Iudæos.

82. Omnes laborant. Neque verò quod apponit: *qui laboratis, & onerati estis*, contrahit propositionem vniuersam, sed eam exponit: edocens, omnes, quotquot nati sunt, laborare, & onerari. August. de

August. verbis Domini: ser. 10. *Quare omnes laboramus, nisi quia sumus mortales fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt inuicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia caritatis.*

Labor duplex. Sed hic labor videtur esse solius corporis, alius est maior labor, & dolor, aliud onus grauius, scilicet, peccatorum, vt exponit idem Aug. pau-

A lo pòst: *Laboras, inquiens, volens recedere à falsis malis, & volens non recedere a Deo magnus labor.* Eumdem laborem & [illegible]ndus intel[illegible] istic Hier. Chrys. Euth. [illegible] Ianseni[us] & Maldonatus. Q[uare] c[um] hominum nemo [e]xcepta sanctissima Dei matre [illegible] expers laboris & oneris pec[ca]ti, [illegible], & malorum inde manantium, consequitur vt generatim omnes Christus ad refectionem & [illegible] inuitet.

Quod idem omnino necesse fuit dicere hoc loco: cum ait, Missus sum, *vt consolarer omnes lugentes*, nam qui ibi sunt laborantes, onusti, gementes sub onere culparum, pœnarúmque, istic sunt *lugentes*, mœstique, qui ibi *labor*, & *onus*, istic est *luctus*. Quid enim peccato luctuosius? quid tristius, quid tetrius? imò quid lugendum, nisi 83. Omnes lugent. Peccato nihil luctuosius.

B peccatum? Definiri solet *luctus* à benè scientibus Latinè, dolor & *mæror ex amissione carorum*. Quid carius homini debet esse quàm Deus, quid carius quàm eius caritas, ergo nullibi cùm operæ pretio ponitur & suscipitur luctus, nisi cùm luget quis Deum amissum per peccatum. Aug. Psal. 122. v. 1. Legendus, qui pronunciat nullius rei temporalis amissionem materiam conuenientem esse luctus. Solius Dei amissio lugenda.

Quod si mihi obiectaueris: quos ipse descripserim tam isto Isaiæ, quàm illo loco Matthæi, neque suo, neque aliorum iudicio esse laborantes, & lugentes, seu miseros, sed contrà multos 84. Multi miseri iudicant se esse beatos. Obiectio.

C eorum iucundos, deliciis, diuitiis affluentes, & beatos, congruenter Psal. 143. v. 11. *Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina materiæ, neque transitus: neque clamor in plateis eorum.* (*neque clamor*, id est, ploratus, eiulatus, luctus) & illico: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Splendida familia, ampla res familiaris, nulla luctus occasio. Hi igitur, & consimiles neque suâ, neque alienâ æstimatione sunt lugentes, aut laborantes, & onusti, ac proinde expositio proposita ruit, aut labat.

D At nihil fuerit facilius, quàm hanc difficultatem expedire ex ipsomet Psalmo, à quo sumitur argumentum, nam Psaltes sub ea verba reposita addit: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*: non secus, ac si proferret, vulgus hominum insipientium & improborum in rebus talibus collocat beatitudinem, sed non tam falsis lancibus, & tam iniquis ponderibus est pendenda, adhibenda est trutina Sanctuarij, quâ aliter expenditur, & æstimatur, *beatus est* qui Deum sincerè colit, qui Deum possidet, quamuis rebus aliis omnibus careat, & qui Deum non habet, est miser & luctuosus quantumuis iis omnibus abundet. Itaque *lugentes* 85. Iudicium vulgi spernendum. Ps. 143. v. vl. Beatitudo quomodo æstimanda.

E apud Isaiam vocantur a Christo, quibus est causa lugendi, tametsi actu non lugeant, imò quamuis rideant, & delicientur, & apud Matthæum *laborantes & onusti*, etsi ipsi suum laborem non agnoscant, neque suum onus ipsi sentiant, imo eo miseriores, quominùs suam miseriam agnoscunt, quoniam plus a remedio distant.

præt[illegible]n, cum qui coronam & [illegible]lenm in rebus fa[illegible] [illegible]nporibus [illegible] ttereri, q ve- st[illegible] [illegible]uam eim[illegible] assumerent Ergo *pallium laud[illegible]* capi tur hoc lu[illegible] palli[illegible] laud[illegible]e, fe- stiuum, vt capiunt [illegible] Conn[illegible], & San- ctius, vel si ac[illegible], *pallium*, q[illegible] tuntur qui lau- dant [illegible] celebrant, dies festos a[illegible] quod te- dibit ad eandem [illegible]tentiam [illegible] *corona*, quæ e floribus spe[illegible] ac iuuan[illegible] texi consueuit, opponitur *cineri*, [illegible] *oleum gaudij* op- ponitur *luctui* sic *pallium laudis* can[illegible] lidum, *spi- ritus mœroris*, i. habitui sordido, *rugato* hoc enim propriè significari nomine כהה *chehah*, quod Latinè transfertur, *mœror*, ex[illegible]nant Hebraicè docti: quod bel[illegible]e conuenit proposito vt pro veste corrugatâ detur alia splendida. Siu vera esset versio, & opinio Foterij, vt sit *obscurum*, clarior esset oppositio prædicta vestis candi- dæ, & aliæ LXX. pro *oleo*, ἄλειμμα, *vnctionem*, vt respiciant vim nominis *Christi vncti*.

Sanctius Isai. 3. nu. c. 19.

Mœror pro rugis.

93\. Sed quoquo modo habeant significationes litteræ, & quasi corticis; pro indubio sentiendum iis translationibus, & oppositionibus a Christo Domino promitti inauditam, & incre- dibilem (si id fas est loqui) rerum conuersio- nem in melius, & mutationem status miserri- mi in fœlicitatem spiritualem eximiam: quæ est summa totius Euangelij, & proinde prin- ceps argumentum Isaiæ, quare nō debebit esse mirum, si id multis locis, & varijs locutionum generibus vrgeat, atque retractet. c. 9. v. 3. c. 35. v. 1. 2. 10. vbi vide n. 11. 114. 120. cap. 41. nu. 206. c. 51. nu. 60 Sed velim, ubi suues cap. 35. v 10. ita præcini: *Et redemti à Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus.* Eadem prorsus iterā- tur c. 51. v. 10. vbi inuenies, cur *lætitia* dicatur esse *super caput*, cùm sedeat & moretur in cor- de: & ad c. 35. v. 10. citato demonstro, lætitiam esse coronam. quod congruit valde cum hoc testimonio, in quo pro cinere fœdante caput spondetur imponenda corona, eius dĕcus, & ornamentum, & insigne iucunditatis. Vide Ec- cl. c. 6. v. 30. 32. c. 15. v. 5. c. 45. v. 9. vbi *stola gloriæ* iungitur cum *corona*, & lætitia.

Sensus interior, & sensu.

Mutationem rerum in melius.

Sup. 35. v. 10. 51. v. 11.

94\. Demum obserua, hanc tantam lætitiā, tāque admirabilem prædici donandam à Christo, nō solùm in altero sæculo, tametsi in eo cumula- tiorem, & puriorem, sed etiam in hoc mundo; de præsenti enim fœlicitate, quam Euangelica disciplina est importatura, hæc prophetia pro- priè est interpretanda: cui ne minimum quidē aduersatur alia Saluatoris, cùm ageret cum ho- minibus, & Euangelium prædicaret, prædictū: suos alumnos plurima dura, & aduersa esse pas- suros: vtrumque enim est verissimum, germa- nos Christi discipulos tristari, & lætari, aduer- sa pati, & experiri prospera: cinere conspergi, & oleo perfundi, vt disputo, & dispungo ad c. 9. v. 3. nu. 25. c. 35 n. 11. 114. c. 41. nu 107. 108.

Lætus a hoc est præsenti sæculo.

Occupat autor

Mat. 10. v. 17

95\. Quod viris bonis est satis expertum; & ma- lis vel inde possit innotescere, quòd ipsi modo contrario id experiantur: vt secundùm sæcu- lum, & carnem iucundè viuant, secundùm verò spiritum & animam acerbissimis malæ con- scientiæ morsibus excarnificentur, & æstuent. Talis erat mundus ante Christi aduentum, vt dicebam, n. 85. lætans & lugēs, alleuatus, & one- ratus, diues & pauper, fœlix & miser: ex iis priora erant vulgi stultissimi opinione, poste- riora verò ita habebant ipsa. Vnde, si iucun- ditas & tristitia possunt in eodem homine esse simul, cui Diabolus, & vitia imperant: quanto magis qui Deo & virtutibus obtemperat, etiam si homo exterior lugeat, poterit interior in Deo summopere gaudere, quod gaudium est verum, sincerum, diuturnum ossa, & medullas animæ penetrans, ac sua mollitudine delinieus: ideir- co cum oleo componitur, cui nihil quantum- libet præclusum, & internum, est impenetrabi- le, vt monui num. 24.

Iustus lætus vel in aduersis.

Lætitia instar olei penetrans intimè.

96\. *Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Do- mini ad glorificandum.*] Est aliqua translationum varietas sine vllo damno sententiæ, in primis, pro, *in ea*, Theodotion & Aquila apud Proco- pium in margine transferunt, αὐτοῖς: & He- br. liber asserit: להם *lahem* sed cùm, *in ea*, debeat intelligi, in Sione spirituali, in Ecclesiâ, & hæc sit aliud nihil, quam fideles, apparet in ipsâ nullum esse dissidium. Maius aliquod cernitur in vocabulo, *Fortes*, translato à Græcis, γενεαὶ, *generationes*, a modernis aliquibus, *arbores*, qui- bus patrocinīū dat subsequens, *Plātatio Domini*.

Sup. c. 60. v. 21.

Translatio varia.

Vulgata defensio.

Hieron.

Vidit hoc iam diu oculatissimus Hierony- mus, cùm in scholio scripsit, *Tunc vocabuntur generationes iustitiæ, plantatio Domini gloriosa, vel iuxta Hebr.* אילי *per extensam veramque syllabam, fortes, Deique iustitiæ, aut plantatio Domini ad glo- rificandum.*

97\. Itaque vidis Hebraicè vir doctissimus diuer- sis subiectis notis vocaliū diuersas res signifi- cari, sed elegit quam iudicauit conuenientiorē אֵילֵי *elee*, hoc est, *fortes*, aut *Dij*, nam a fortitudi- ne Deus אֵל *el* cognominatur, *fortes* quoque transtulit Symmachus apud Procopium. Ergo iuxta hanc ab Ecclesia probatam interpretatio- nem, vaticinium est, fore in Ecclesia Christi (nam *Vocari* sumi pro, *esse*, & alij ante nos, & nos alibi monuimus, & exemplis euicimus, vi- de c. 7. v. 14. n. 78.) viros fortissimos & iustissi- mos, nam id est, *fortes iustitiæ*, homines iustitiæ addictissimos, deditissimos, deditinos, qui iusti- tiæ legibus & præscriptis nunquam non ob- temperabunt. Rara res, maxima fortitudo, & potentia, coniugata cum maximā iustitia & æ- quitate. Infirmum esse innocentem, nolle noce- re non adeò mirandum, nam frustra volet qui non valet, atqui vel verbo, & spiritu oris sui po- test alium perdere, ab effectu, ab affectu tempe- rare; id rarum, id valde suspiciendum. Id pro- prium Christi eclogium, Psal. 44. v. 4. *Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua & pulcritudine tua intende, prosperè procede, & re- gna, propter veritatem & mansuetudinem & iusti- tiam, & deducet te mirabiliter dextera tua* & pōst: *virga directionis, virga regni tui, dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem.* Solet potentia principum degenerare in tyrannidē, & verò ex corruptio- ne officij corruptum est vocabulum, nam prin- cipio τύραννος, non malè audiebat, sed ex quo Principes abusi potestate cœperunt suos sub- ditos opprimere, mutata est quoque notio no- minis, & tyrannus tantùm dicitur princeps in- iustè principatum exercens, aut vsurpans.

Vocari, i. esse.

Fortes iustitiæ: i. iustissimi.

Rarum potentia & probitas.

Potentia degenerat in tyrannidem.

98\. Christus verò, Rex à Deo singulariter con- secratus, & *vnctus*, qui habet scriptum & im- pressum fœmori, (i. à natiuā; quippe Filius Dei naturalis) *Rex regum, & Dominus dominantium*, non modò ipse cum hac tāta potentia & forti-

Ps. 2. v. 6.

Ap. 19. v. 16.

titudine copulat summam iustitiam, & æquitatem, & habet pro cognomine *Iustus* sup. cap. 41. v. ... Sed hanc fortitudinis & iustitię societatem suis militibus, & ministris etiam impertit, inbens & iuuans eos non minùs esse tutos, quam fortes, & potentes: adeoque ab eis omnem iniuriam inferendam interdixit, vt eos voluerit esse non aliter atque oues in medio luporum, obnoxios iniuriæ accipiendæ, inermes faciendæ. Quàm verò fortes & constantes fuerint in tolerandis iniuriis, & rebus aduersis, quam innocentes, & abstinentes ab inferendis malis Apostoli, Apostolici viri, Martyres, & alij plurimi vtriusque sexus, omnis ætatis & conditionis, quouis æuo à Christo passo vsque ad præsens, recensere non est officium interpretis, sed historici. Qui legit sanctorum hominum vitas, præsertim passiones Martyrum, certissimè intelligit fortitudinem tam inuictam, tam innocentem, & sanctam, incredibili cum alacritate & gaudio, de quo supra, coniunctam à solius naturæ viribus oriri non posse. Augustinus in sermone quodam de S. Vincentio Martyre: *Quando corruptibilis puluis contra tam immania tormenta duraret, nisi in eo Christus habitaret.*

Historia pro tribus a capite ... quàm facienda Matt. 10. v. 16

Discipuli Christi fortes, patientes.

Aug.

99. Cuius patientiæ & fortitudinis cum Gentiles Christum autorem non agnoscerent, & cernerent esse vltra naturam, magicis artibus insipienter ascribebant; nam quæuis artes magorum & Dæmonum non procedunt vltra terminos, viresque naturę, sed dumtaxat applicant actiua passiuis. vt omittam, esse ridiculum, affirmare, Dæmonem, cui bellum acerbum, & exitiosum Martyres inferebant patiendo, iis suggerere vires ad passionem tolerandam. Ergo verè Christi munere fuerunt *Fortes iustitiæ*, i. fortes & iusti, siue fortes in patiendo pro iustitia: quos idem Christus Matt. 5. v. 10. numerat octauo loco inter beatos, illisque de præsenti, sicut & primo loco positis pauperibus, regnum cœlorum assignat: cum aliis beatis de futuro promittat: quod quo consilio fiat, nunc non edissero. Ad iudicandam ex parte bonorum Christianorum fortitudinem affero responsum S. Vincentij Martyris redditum Valentiæ Daciano minitanti cruciatus ex quodam hymno Prudentij de S. Vincentio Martyre.

Fortitudo Martyrum non à magicis artibus.

Refellitur Gentilium error.

Rupert. Ma. 5. v. 10. Patientes iustitiam.

Hymnus Prudentij.

Tormenta, carcer, vngula
Stridénsque flammis lamina
Atque ipsa pœnarum vltima
Mors, Christianis ludus est.

100. LXX. idem sensus. Hæc de *Fortibus iustitia*, secundùm Latinam editionem: at secundùm Græcam, *Generationes*, seu germina *iustitia*.

Et plantatio Domini ad glorificandum.] Non est quid sensu diuersum à superiori; nam *plantatio Domini*, sunt arbores à Domino satæ, altæ, & auctæ, firmissimis & fortissimis radicibus ac stirpibus innixæ, quas nulla tempestas, nulli ventorum impetus, aut turbinum, nulla vis possint euellere: opposita plantatio illi, de quâ idem Christus: *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis eradicabitur*: si enim idcirco eradicatur quia non plantauit eam Pater cœlestis, quam hic tantus agricola plantauerit, rigauerit, cui dederit incrementum, ea inetadicabilis euadet. Tali est hæc *plantatio Domini*, radicibus immobilibus imposita, fortitudini nimirum, & iustitiæ, *fortes iustitia*, viri in tuendo iustissimi, quoniá ad glorificandū Deum

Mt. 15. v. 13. Plantatio Dei fixa.

1. Cor. 3. v. 7

in suis omnibus consiliis collocant, in exequendo fortissimi, quoniam, vt [illegible] tionem sibi propositam at[illegible] quantum [illegible] difficultatibus, nullis periculis, nullis laboribus, aut etiam doloribus abiterri [illegible] tur. Plantatio Domini opera, & cultione stabilita, quam nulla mundi, aut diaboli potentia subuertat. Audi illius plantationis [illegible], vt alia infinita prætercam, Ignatium Martyrem sanctissimum, & fortissimum qui [illegible] bens ad Christianos Romam, quo vinctus [illegible] damnatus ad bestias, sic eas lacessit, & [illegible] Diabolum: *Ignis, crux, bestia, confractio ossium, membrorum diuisio, & tota tormenta Diaboli in me veniant, tantum Christo fruar.* Hæc apud [illegible] de scriptoribus Ecclesiasticis, & in Breuiario Romano.

Constantia [illegible]

Ign. M.

101. Si hæc Apostolorum discipulus, quid Magistri ipsi: lege Paulum Rom. 8. v. 35. *Quis ergo nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* & post, *Certus sum enim, quia neque mors, &c.* Tam altè missas radices potentia creata nulla valet emouere, nedum conuellere. Nota ex Proco, io non solùm maiorem esse fortitudinem in Ecclesia, sed & maiorem iustitiam, Matth. 5. vers. 20. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

Eph. 3. v. 17.

102. *Ad glorificandum.*] Quia indefinitè etiam in Hebræo dicitur, cùm ibi sit coniugatio Hithpahel, *ad glorificandum*, vt sumitur ex nostro Vate c. 10. v. 15. c. 49. v. 3. inde nascitur dubitatio, an hęc glorificatio, seu gloriatio, aut vt redditur Græcè, δόξα, *gloria*, spectet ad ipsum Deum, quod fuit à nobis expositum, & videtur esse consentiens Apostolicæ menti, 1. Cor. 3. v. 7. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Nam si, aliis etiam plantantibus, & rigantibus, solius Dei dantis incrementum est gloria, multo magis si Deus ipse solus exerceat omnia munia agricultoris, an verò hæc glorificatio pertineat ad ipsam plantationem, ad fortes iustitiæ, ad alumnos Saluatoris, quos vt gaudio perfundendos à se modò prædixit, sic gloriâ & honore circumornandos asseueret. Forer. prius accipit in sua versione ponens: *Plantatio Domini ad ornandū se*, & in scholio consimiliter exponit, quam Deus plantauit in gloriā suam. Pagninus itē: *ad glorificandum me.* Vatablus in notis, *vt glorificem me in illis.* Hunc sensum probant Arias, Sà, Cyril. Lyra & alii.

103. Sed quid impedit, quominus, & posteriorem sensum adiugamus, quod facit Hier. vtrumque probans in cómentario, aiens: *vt eum glorificati fuerint, vel ipsi glorificauerint Dominum*: itaque pribri loco hunc reponit. LXX. vt lucus esset vtrimis, videntur reddere præcise: *ad gloriā.* Procopius inde passiuè, nisi fallor, accipit, similiter Olorius, Haymo, & e nostris Martana, quod mihi valde probatur ob rationē antea redditam: quia hoc loco Christus in sua nouâ prole, quæ esset futura, versatur cómēdandâ, ergo sub symbolo plātationis prędocet, fore admirabilem, florentē, gloriosā: itaq; *ad glorificandū*, siue *ad glorificandū* nihil mihi apparebat aliud, nisi certè satio & agricultura, erunt eiusmodi plātæ, vt ex vero & citra vllū mēdacij periculū gloriari possint. Quod verò *gloria* attribuatur arboribus per trāslationem, ex Isaia eodem ostendo c. [illegible]

Deus glorificatus in Sanctis, & Sancti in Deo.

Gloria tributa arboribus per translationem.

Gloria

Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron, i. gl[illegible] ,ex, qui[illegible] Libani [illegible] ve[illegible] a[illegible] metaphorice [illegible] eno est clarissi[illegible] n, [illegible] quiri: sed hoc omisso, Chri[illegible] ho-nore, [illegible] in quorum [illegible] for[illegible] ipse mirabil[illegible] *Deus in [illegible] suis, Deus Israel, [illegible] tem, & fortitudinem p[illegible]be[illegible] Deus*

Sup. 58. v. 12. *Vers.* 4. Et ædificabunt deserta à sæculis, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem, & generationem.

104. *Expositiones tres.* *Prima.* TRes expositiones enumerat breui Cyrillus, & ex eo Procopius. Prima est: Gentilium nationes, vere religionis expertes & incultæ *Secunda.* excolentur Euangelica satione. Altera expositio: Ecclesiæ dirutæ, ac desertæ instaurabuntur. *Tertia.* Tertia: tanta erit nouorum ciuium, & fidelium frequentia, vt cum eam antiquæ vrbes non capiant, necesse sit in desertis locis nouas alias excitari.

Sed quas appellet Ecclesias antiquas desertas Cyrillus non explicat, videtur explicare *Hieron.* Hieronymus aiens: *Ruinas antiquas suscitent, sanè populi Iudæorum, quam cunctarum Gentium:* & iungere primam & secundam expositionem Cyrilli. Hieronymo adhæret, vt solet, Haymo. Postremam de multitudine ciuium secuti sunt Mariana, Forerius.

105. *Expositiones aliæ.* Religionem veram iam diu intermissam esse reuocandam existimat prædici Adamus: idem ferme Vatablus quatenus docet, loca vacua esse religione complenda.

Ruinam ex primo peccato, & lapsum ædificium esse reficiendum, ac resarciendum, Hugo, Osorius & Arias. Alij generatim, Ecclesiæ Christianæ fundationem, & vt Paulus apertè dicit, ædificationem in iis translationibus intuentur: Rupertus lib. 1. c. 14. Hugo ad verbum: *& ruinas antiquas.* Videntur eodem tendere qui de conuersione Gentium prout in primâ Cyrilli expositione, accipiunt: vt Lyra, & plures ex relatis, Dionysius etiam, Cornelius, Pintus. Demum Castrius hoc loco allegoricus est secutus Augustinum, vt ipse credit, & ad generalem resurrectionem hæc transfert, quo tempore omnia collapsa sint instauranda. Hactenus autores. vt transeam exponentes literaliter de reædificatione Ierosolymæ per Esdram & alios à reditu Babylonico, qui mihi videntur facere iniuriam tam augustæ prophetiæ, quantumuis professi se typice, ac proinde præcipuè Euangelium suspicere: nam hoc est materiam præbere Iudæis ad eludenda vaticinia de Christo, vt *Sensus mysticus deus liter aduersus perascantes.* enim alias est monitum, sensa mystica non fortiter oppugnant infideles pernicaces. Sed adeò in his locutionibus elucet maiestas & efficacitas regni Messiæ, & adeò tenuis fuit illa populi Hebræi fortuna post seruitutem Chaldaicam vt Rabbinorum nonnulli hæc ad futurum suum amandent Messiam.

106. Tametsi quibusdam est visum, hæc esse eadē, atque illa c. 58. v. 12. *Et ædificabuntur in te deserta*

A *sæculorum fundamenta generationis, & generationis suscitabis*, [illegible] apparuit [illegible] illa: nā [illegible] promittit sui vt [illegible] tempora ia bonorū [illegible] sunt de spirituali instauratione [illegible] vt conuenit inter autores Catholicos. Quamuis [illegible] aliqua in sentiendo diuersit[illegible] tanta, vt lector[illegible] distrahat, certe mihi diuersa vix [illegible]. Ergo, vt eorum sens[illegible] quasi paraphrasim [illegible], *Fortes illi in-* *Paraphrasis collectis interpretes.* *structa*, de qui[illegible] proximè fuit di[illegible]tum, *ædificabunt deserta a sæculo*, i. populo Gentium antea nulla spirituali [illegible] tura pro[illegible]os, [illegible] a Deo neglect[illegible]s, qui vnum [illegible] Deum excolere [illegible] batur. Desertum enim [illegible] *Desertum duplex.* fortitur [illegible], aut est locus nunquam cul- B Sup. c. 54. tus, nunquam [illegible] aut locus olim cultus, po- v. 1. nu. 18. stea derelictus, & hæc posterior notio est no- c. 1. s. 17. nu. minis propria, & conuenit Gentili populo, qui 265 sæculis ante diluuium, & aliquot post diluuium *Gentiles renouentur ad fidem.* annis, Deum [illegible] luit, & a Deo fuit excultus & possessus, postmodum Deum oblitus & ad idola veneranda delapsus, à Deo derelictus, & desertus, hæc ergo deserta & diruta, hasce ruinas & parietinas excitabunt, & instaurabunt Apostoli, & Apostolorum asseclæ.

107. *Lapsus humanæ naturæ.* Quod si generalius libeat capere cum autoribus num. 105. nominatis de collapso ædificio totius humanæ naturæ, ob illius protoparentis culpam, non ad eam interpretationem præbe- C bo me difficilem, animaduertens omnia vocabula eò posse traduci nec inuita, tametsi ob succedentia verba pronior sum ad existimandum, sermonem haberi de fundanda Ecclesiā *Ecclesia fundatio.* Christianā, Gentilitate conuertenda, idque tradi directè, & ea instituto: ad quod opus debuit præmitti illa humanæ naturæ reparatio per Christum. Itaque hoc loco istius ædificationis fabri, & operæ introducuntur, qui summi *Architectus.* architecti Christi iussu, ductu, & ope, quam ille designauit structuram, & suo sanguine vice rubricæ, delineauit Ecclesiam, ipse firmè, & fideliter fabricentur, & erigant, non vt autores *Operæ.* operis, sed vt administri vt operæ & *cooperatores* D *veritatis.* 3. Io. ep. v. 8.

108. *Occupatio.* Quod si alicubi Paulus se vocat plantatorē, se architectū, nihil sibi arrogat modestissimus *Pauli modestia.* Apostolus, & diuinæ gratiæ custos, ac vindex acerrimus, nam vbi dixit, *ego plantaui*, illico subiecit, *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat*, 1. Cor. 3. v. 6 *sed qui incrementum dat Deus*, & antequā se vo- *Gratia Dimna.* cet architectum, præponit, v. 9. *Dei enim sumus* 1. Cor. 3. v. 9. *adiutores. Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis, Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.*

109. Declarat igitur ipse Paulus quo significatu E se nominet satorem istius agriculturæ, & architectum istius ædificationis, scil. docendo, Christum esse fidei nostræ, & Ecclesiæ autorem, fundamentum, lapidē angularem, finem, & omnia. Hæc prædicatio ædificauit *deserta a sæculo, ruinas antiquas* erexit, & instaurauit *ciuitates desertas, dissipatas*: quod vt ait Cyrillus, oculis spectamus impletum.

110. *Monachi olim excolentes deserta sanctissimis moribus.* Denique etsi non aueo interpretationes à litera remotiores, non improbē tamē eum, qui hæc accōmodet multitudini Monachorū sanctissimorū olim deserta inhabitātiū, de quibus sunt innumera scripta volumina ad ædifica-

tionem communem? cum tot millia hominum in [illegible] temporibus vit[illegible] A[illegible] m[illegible] egerunt [illegible] vbi [illegible] detestabil[illegible] dum h[illegible] nauerit fa[illegible]

112\. [illegible] ratione. [illegible] qu[illegible], vt quoniam [illegible] commune [illegible] & [illegible] hic dicitur [illegible] ad p[illegible], vt comp[illegible] ad [illegible], & [illegible] dum [illegible] in [illegible] nerationem [illegible] hoc post [illegible] quam in [illegible] Hebreo [illegible] Latin[illegible] & [illegible] pro [illegible] Vnde [illegible] duraturæ [illegible] in cœlis [illegible] ad perpetu[illegible]

Ecclesia perpetua et perdurabilis.

Nam non est inconueniens [illegible] Ecclesia prædici [illegible] quæ partim in hoc sæculo, plenè in altero impleantur: & [illegible] ap. [illegible] & superior autor est Ribera [illegible] Amos cap. 9. num. 44 vbi regulam ex [illegible] repræsentat [illegible] *Iudas de temporalis [illegible] in [illegible] ratione in aduentu sui Messiæ sibi vatis promittunt nos debere intelligere in adificatione [illegible] esse completa, quotidieque compleri*. [illegible] regulæ ad hic Ribera [illegible] omnino in cœlesti Ierusalem esse exequenda.

Partim hoc, partim in alio sæculo.

Regula.

Vers. 5. Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra, & filij peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt.

Vers. 6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini; Ministri Dei nostri dicetur vobis: fortitudinem Gentium [illegible] comedetis, & in gloria earum superbietis.

Infr. 66. v. 21. b Hie. Locus obscurus.

112\. *Iudæorum prærogatiua.*

QVo Iudæis minùs esset odios[illegible] [illegible] conuersio Gentilium, & a[illegible] ex æquo traductio, Deus sæpe, cùm e[illegible] prædicitur, interiicit aliquam plebis Iudaicæ prærogatiuam, & hoc facit hoc loco, vbi prænunciat ex alienis, & ex filiis peregrinorum, i. ex Gentilibus constituendos esse in Ecclesia *pastores & vinitores*, custodes pecoris & vineæ Iudæorum: ipsos verò Iudæos fore consecrandos *Sacerdotes Domini*, & *Ministros Dei*, i. Proceres, & Principes inter Prælatos & Ministros.

113\. *Interpretatio auctoris.*

Hanc interpretationem, quam vnam tenere omnino constitui, vt lectori præbeam, pono id, quod conuenit inter interpretes, si vnum aut alterum e[illegible]cludas, contra quos mox, pono, inquam. *Pastores*, & [illegible]*nitores* hîc metaphoricè [illegible] Ecclesiæ præfectos, quæ probe dicitur grex, & [illegible]nea. Quod si Ecclesia iustis de causis appellatur *Vinea*, Prælati, & custodes eius [illegible] appellabuntur *Vinitores*, [illegible] 15. & Canticorum. 1. v. 6. de Agricolis res [illegible]

Pastores, Agricolæ, & vinitores, metaphorici. Ecclesia est vinea.

114\. Hoc [illegible] cum ex [illegible] in hac [illegible] se [illegible] *Domini vocabimini* [illegible] par-

ticul[illegible] *autem*, à Græcis [illegible] diuersuere [illegible] & [illegible] cop[illegible] *fortitudinem Gentium comedetis*, [illegible] *in gloria earum superbietis* [illegible] contrapositione [illegible] com[illegible] p[illegible] ga [illegible] tam[illegible] nam [illegible] mune, [illegible] locuti [illegible] lium [illegible] ne [illegible] Vnde Christi [illegible] *Lapis angularis* [illegible] vtrum [illegible] pari[illegible] vtrum [illegible] popu[illegible] *Qui fecit [illegible] & [illegible] in semetipso [illegible] num nouum hominem*.

Act. 6. 1. Rom. [illegible] Sup. [illegible] v. 16. 1 Petr. 2 v. 6.

Nunc [illegible] tur, Iudæis [illegible], siue Gentil[illegible], & hic postponitur [illegible] antep[illegible] quo [illegible] Sacerd[illegible] Dom[illegible] Ministerium Dei nostri, huic autem [illegible] commissa demandari custodiam pecorum [illegible] vinearum.

Probatur interpretatio.

At quomodo differant inter se [illegible] Sacerdotium & Ministerium D[illegible] alia parte custodia pecorum & vin[illegible] quo [illegible] dicantur Gentiles pascere p[illegible] culto[illegible] vinea Iudæorum [illegible] *scent pecora v[illegible]*: i. non sua. *Agricolæ* [illegible] *tores vestri erunt*: *vestri*, i. vestrorum [illegible], & vinitorum [illegible] habet non exigu[illegible] ob[illegible]tatem, quam interpretes aut non an[illegible] runt, aut dissimularunt.

115\. *L[illegible]*

116\. Cæterum nos ex ea differentia, quam litteræ diuinæ, concilia, & SS. Patres constituunt inter Apostolos, & alios Episcopos, prælatos [illegible] eam obscuritatem submouemus. [illegible] per *Sacerdotes Domini*, & per *Ministros Dei nostri*, Apostolos interpretamur, per *pastores* verò, *agricolas* [illegible] *tores*, Episcopos Apostolis multis rebus inferiores. Apostolorum porrò prærogatiuam & excellentiam supra alios omnes Ecclesiæ propositos & magistros planissime tradit Apostolorum, suo testimonio modestissimo, minimus & diuino, vnus è maximis. 1. Cor. 12. v. 28. *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores* & Ephes. 4 v. 11. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & Doctores.* Sed de hac Apostolorum prærogatiua superfluum fuerit dicere, cùm sit indubia quoad plurima, quod autem est proprium huius loci, id agendum, nimirum, cur, cùm supra cæteros præpositos Ecclesiæ attollantur; *Sacerdotes tamen Domini & Ministri Dei nostri*, præcise appellentur, quæ appellatio est communis omnibus Episcopis, in hoc [illegible] sita est tota huius loci difficultas.

Sed [illegible] Apostoli excellunt alios Episcopos.

117\.

Obiectio.

118\. Primùm possum asserere Apostolos di[illegible] *Sacerdotes Domini* per antonomasiam [illegible] runt primi Sacerdotes noui & æterni testamenti, secundùm ordinem Melchisedec, [illegible] dum ordinem Aaron, [illegible] ordinis Leuitici Sacerdot[illegible] cum Sacerdotibus nouæ [illegible] sunt nomine. Vide omn[illegible] ne iure plan[illegible] hæream. [illegible] sunt p[illegible] ágel[illegible] nes, (Pa[illegible] & M[illegible] cipiò) à Christo D[illegible] mo [illegible]

Apostolis Sacerdotes primi [illegible]. Hier. c. 66. 21.

[illegible] ordina[illegible]

cou[illegible]

[illegible] & [illegible] q [illegible] te [illegible] tur [illegible] ord a- [illegible] ac [illegible] Sa- cerdo [illegible] & c [illegible] pi [illegible] c [illegible] æ, [illegible] na- [illegible] R [illegible] qui e [illegible] em [illegible] q [illegible] d [illegible] , quā n [illegible] , ac [illegible] a Chri [illegible] ft prob [illegible] b [illegible] h bere [illegible] le B [illegible] d. P [illegible] a [illegible] Apo- ftolis nem [illegible] Ca [illegible] a Chr ſto [illegible] Sa [illegible] ſu- per omne [illegible] ur, Ep [illegible] opus [illegible] s eſſe [illegible] pat [illegible] , rof [illegible] rtur [illegible] p. 66. ver. 21

Epiſcopi non ſunt pares Apoſtolis.

119\. Q [illegible] am [illegible] i- nent int [illegible] d magnu [illegible] , au [illegible] tur *Sacer* [illegible] *dum* [illegible] ſiquis ve [illegible] des pe [illegible] o- rum [illegible] a [illegible] o- gia, & [illegible] tur *S* [illegible] *pecora veſtra,* & *fi- lij pere* [illegible] *rorum agr* [illegible] *vinitores veſtri erunt.* [illegible] tentiſſimi, & per- [illegible] ica [illegible] Vatis [illegible] dignilli- mam. ſermo de prælatis creatis e Gentibus iam conuerſis ex proſelytis, vt vocabātur olim in Synago [illegible] a, non ex alienis, vt alienis, in ſuā infidel [illegible] tar manentibus, qu [illegible] fugit Sanctium & in al [illegible] num ſenſum abduxit, vt poſtea di- cam: de [illegible] s prænunciat: *Stabunt*, quod verbum etſi p [illegible] ſſem p [illegible] ætcrire, vt vacaos ex Hebraiſmo, nolo tamen [illegible] ed ei ſuum officium neque par- uum aſſignare, hoc nempe: Qui ante multa ſæ- cula iacebant, ſtabunt, ſurgent, conſiſtent, à vo- bis excitati, aceiti, recti, qui iacebant in ſordi- bus vitiorum, qui latebant in tenebris erro- rum, [illegible] mergent, apparebunt. aſtabunt, hæc om- nia capit verbum Hebræum: עמדו *hamedu: alie- ni,* זרים *Zarim, alieni* genere, & antea ſuperſtitio- ne, incircumciſi, vob [illegible] s abominabiles, & imi [illegible] ū- di, ſed [illegible] ſi [illegible] le purificante, & circum [illegible] nte corda eorum, vobis congeneres, & [illegible] Chriſto germani fratres, imo potius filij per [illegible] ngelium a vobis in Chriſto g [illegible] , [illegible] *paſcent p* [illegible] *ve- ſtra,* gregem a vobis factum, & c [illegible] igre [illegible] , q [illegible] m vo [illegible] que paſ [illegible] , cuſtodien ſum- que [illegible] comm [illegible] ratio [illegible] m [illegible] monni, dirigitur ad Ap [illegible] , qui [illegible] Apoſto- lici [illegible] in [illegible] ecer [illegible] hiſtoriis [illegible] ſiaſticis cerni- mus [illegible] que [illegible] tati & [illegible] gregi eiſi exiguo ſuum Ep [illegible] pi [illegible] m pr [illegible] ficiſſ [illegible] ant. quo [illegible] nſu ſan [illegible] perhibentur eſſe pe- c [illegible] a Ap [illegible] ab eis conuerſa, & Chri [illegible] o ac [illegible] : [illegible] n ſimpliciter, oues ſunt Chriſti

Occultiores quid.

Stare, quid.

Act. 15. v. 9.

Apoſtoli per- ſonam Ec- cleſiaſt Epiſ- coporum.

120\. Ex quo el [illegible] men in paſcendo inter Ap [illegible] & Ep [illegible] pos ab eis conſecratos: quod [illegible] t arg [illegible] , & comparauerint Chri- ſto gregem: iſti [illegible] qui [illegible] um comparatúmque ac [illegible] ab Apoſto [illegible] traditum pauerint: vnde [illegible] q [illegible] patron [illegible] que pecoris, iſti paſtores [illegible] pu [illegible] . [illegible] & clarior oſtenditur [illegible] a verbis ſu [illegible] eq [illegible] entibus.

Apoſtoli vt paſtores ex- tolluntur.

F [illegible] *lij pere* [illegible] *rorum agricolæ & vinitores veſtri erunt* [illegible] vestra cu- ſtodie [illegible] d [illegible] æ v [illegible] m pl [illegible] t [illegible] e ſato [illegible] L [illegible] tes [illegible] nta, ali [illegible] ad [illegible] c [illegible] es, fuiſſe [illegible] entis ina [illegible]

Apoſtoli plantone Eccleſiam, alij co- lunt.

121\. [illegible] ſi dat [illegible] bu [illegible] on v [illegible] lo- co [illegible] lu [illegible] & G n [illegible] Iud [illegible] , & ad [illegible] [illegible] *du-* *m* [illegible] oæqu [illegible] ro- g [illegible] : *ſuper* [illegible] *funda- mentum* [illegible] *Prophetarum* [illegible] dice- r [illegible] l [illegible] is no [illegible] n- [illegible] fund [illegible] , hæc enim [illegible] ta [illegible] s Iud [illegible] con cuſſa, ex qu [illegible] dele [illegible] V [illegible] & Ap [illegible] , qu [illegible] con [illegible] fun- dame [illegible] vos et [illegible] ter, vt ex hoc capite [illegible] popul [illegible] conce- dari.

Iudæi Gen- tili ne quar- tam. prælati

Paraphraſis Pauli

122\. At quoniam p [illegible] Vates fuerint fundamen- tum Eccleſiæ Chriſtianæ [illegible] eius fundatio- nem eorum p [illegible] rique longiſſimo [illegible] tem pori antecelle [illegible] Aduerte fundamentum eſſe geminum, v [illegible] remo [illegible] um, alterum proxi- mum [illegible] n [illegible] n, cæcum, obſ [illegible] hoc patens, extan [illegible] , conſpicuum: pr [illegible] us fuerunt Pro- phetæ; po [illegible] Ap [illegible] li. quod d [illegible] cri- men m [illegible] ex [illegible] Princeps Apoſtol [illegible] m in ſuā priori epi [illegible] cap. 1. ver. 10. *De qua ſalute ex- quiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futu- rā in vobis gratia prophetauerunt: ſcrutantes quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti: prænun* [illegible] *tes eas, quæ in Chriſto ſunt paſ* [illegible] *nes, & poſteriores glorias:* perſpice quemadmodum fun- damenta iecerint, & infoderint Eccleſiæ ſurre- cturæ, prænunciando videlicet, [illegible] iſtum) *qui- bus* addit Apoſtolus, *reuelatum eſt, quia non ſibi- metipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nunc nū- ciata ſunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de cælo.*

Vates quo- modo fundãt Eccleſiam. Fundans re- motũ.

123\. Ergo rectè videor mihi comparaſſe Prophe- tas cum fundamento remoto & infoſſo. quia Prophetæ procul & obſcurè docuerunt Apo- li verò prope, & perſpicuè: vnde habent cum fundamento prop [illegible] , & eminenti, ac euidenti proportionem: at vt ex lapide occulto, & ex la- pide manifeſto vnum coaleſcit fundamentum, & alterum ſine altero non ſufficit: hoc propè modo è Vatibus & ex Apoſtolis vnum efficitur Eccleſiæ fundamentum, nec vni ſine aliis eſ- ſent ſatis: quo fortaſſis intuitu ſapiens archite- ctus & lapis etiam fundamentalis Paulus mo- dò accitus non ait: ſupra fundamenta, ſed *ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum.*

Vates & A- poſtoli vnum fundamen- tum compo- nunt.

Eph. 2. v. 20.

Quod ſi fundamentu [illegible] , & fundatores Ec- cleſiæ non eliguntur ex ethnici [illegible] , ſed è [illegible] Hebræis, ſi hi ſunt ſatores iſtius agri [illegible] ſi- mi, & iſtius vineæ florent [illegible] , G [illegible] les verò ſunt operæ, & [illegible] mercenarii [illegible] eus ſerò conduxit, & miſit ad [illegible] ineam [illegible] , fodiendam, & cuſtodie [illegible] m [illegible] & d [illegible] rectè vates dicit: *ſta* [illegible] *uns alieni, & paſcent peco- ra veſtra, & filij peregrinorum agricolæ, & vinito-*

Iudæi præ- eminent

Matt. 20. v. 1.

 res

ges vestri erunt; Vos autem Sacerdotes [illegible] *omnes vocabimini, & ministri Dei nostri, dicetur vobis.*

124. Hæc duo si lubeat sensu disiungere, vt alij sint *Sacerdotes*, alij *Ministri*, non deerit modus commodus: licebit enim in *Sacerdotibus* Apostolos, in *Ministris* autem Prophetas interpretari, iuxta mentem S. Petri supra relatam num. 122. qui Prophetis attribuit ministrare: *Quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunciata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo.* [illegible] *euangelizantes* [illegible] dubium quin intelligat Apostolos, quibus aliquid amplius [illegible] tribuit, quàm Vatibus: vt [illegible] ad cap. 53. ver. 8. num. 81. E[illegible] videri [illegible] prææmonstrari Vates in antiquis [illegible] Leuitis, qui portabant supellectilem sacram, vasa Sanctuarij, sed inuoluta & operta, nec aliter licebat eis attingere: vt traditur Num. 4. vers. 15. at Sacerdotes, qui præfigurabant Apostolos, ea omnia sine inuolucro, & aperta tractabant.

Sacerdotes alij & alij Ministri, qui

Num. 4. v. 6.

Cùm ergo tam Apostoli, quàm Prophetæ fuerint è gente Iudæa, & nullus e Gentilibus, probè explicatur prælatio Iudæorum significata particula illa, *autem: Vos autem Sacerdotes Domini* &c.

125. Deinde *Sacerdotes* aliter, admiriculante ipsamet Scriptura fas erit interpretari, pro proceribus & Principibus Ecclesiæ: nam כהן *cohen*, aliquando Sacerdotem, aliquando virum primarium & principem designat. Non commemoro illud Iob 12. vers. 19. *Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat*, nam licet apud me, & alios sint iidem Sacerdotes & optimates, vt est ideo ducere inglorios, seu spoliare, & supplantare, posset tamen quis pernegare: affero igitur testimonium ineluctabile 2. Reg. 8. ve. 18. *Filij Dauid Sacerdotes erant*: constat enim neminem potuisse esse sacerdotem nisi e tribu Leuitica, & Dauidis familiam fuisse e tribu Iuda, quare necessariò concluditur *cohenim*, *Sacerdotes* propriè non capi. vnde LXX, vim nominis assecuti reddiderunt, Αὐλάρχαι, i. *Aula principes*, & quod adhuc maioris est autoritatis 1. Paralip. 18. vers. 17. vbi hæc eadem officia & munera aulæ regiæ narrantur; scribitur: *Filij Dauid primi ad manum regis*, Hebr. הראשנים *harasonim*, *Primores*, seu *capitanei*: nam ראש *ros*, caput est.

Sacerdotes, i. Ecclesiæ principes.

Locus aptus. Quæ notio mirificè quadrat in hunc locum, vbi agitur de officiorum, ac munerum distributione in aula veri Dauidis, i. in Ecclesia Christi, cuius illa potuit esse Figura: *Alieni & Filij peregrinorum*, Gentiles nempe, erunt pastores, agricolæ, & vinitores vestri; *Vos autem*, ô Iudæi, qui antiqui famuli estis Domini, eritis in eius domo, & aula Principes, Primores, *primi ad manum regis*, illi propiores, & familiariores: eadem illic in historia Regum dictio aduersatiua: *Filij autem Dauid Sacerdotes erant.* Apostolos verò, & discipulos Saluatoris inter omnes Christianos, fuisse Proceres, Primores & Principes, abutentis otio fuerit ostendere.

Figura

Apostoli, Proceres Ecclesiæ.

126. De principatu Apostolorum & excellentia respectu aliorum Episcoporum tractant Scholastici in materia de [illegible]de, istic videndus inter alios Soar[illegible] nostri seculi lumen. Cardin. Bellarmin. [illegible] Tom. 1. in libr. de Summo Pontifice multa sparsim e sanctis Patribus affert: sed copiosiùs nostis d[illegible] [illegible] [illegible]nus in disputatione de Ap[illegible] [illegible] præmisit commentario [illegible] [illegible] à capi[illegible].

Cur [illegible] autem Deus tam [illegible] Sacerdotes, [illegible] Ministros [illegible] [illegible] nuper exposuimus, hoc est Apostolos & Vates decreuerit deligere e solo populo Iudaico, nullumque ad id muneris ex [illegible] [illegible] accipere, alia grauior est quæstio, a paucis tacta, a nemine, quem legerim, ex instituto discussa [illegible] [illegible] eam nonnihil attigi [illegible] [illegible] 3. in illud *De Sion exibit lex*: num. 15 & cap. [illegible] 10. num. 190.

[illegible] Vates & A[illegible] fuerunt omnes Iudæi.

127. Porrò Apostolos, primósque Ecclesiæ Ministros assumendos esse de populo Iudæ Zacharias quoque fuit vaticinatus, eósque Iudæos hoc nomine, ac titulo prætulit Gentilibus: sic enim c. 9. vers. 13. *Quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum, impleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion, super filios tuos Græcia: & ponam te quasi gladium fortium.*

Prædictio

Zach. 9. v. 13 vaticinatur Apostolos.

Vaticinium esse de Messiâ dant [illegible] [illegible] [illegible]tes Rabbinorum aliqui, Salomon apud Lyram, R. Dauid apud Riberam: sed & his, & alijs quibuslibet inuitis possemus extorquere, [illegible]um [illegible] [illegible] detrahi nequeat. Præsentem citatum versum de Apostolis exponunt Cyrillus, Lyra, Ribera, & Arias cæteris accuratius. *Extendi Iudam quasi arcum*, & *impleui Ephraim*, est assumi & adhiberi duodecim tribus (nam Iudas duas, Ephraim reliquas decem continet) ad bellum gerendum, quod amplius explicatur: *& ponam te quasi gladium fortium*: gemina ratio præliandi, arcu eminùs, gladio cominùs: quod periniltimur interpretari, Apostolos ad debellandos Iudæos, & traducendos ad castra Christi, qui erant prope, fore gladium; & *gladium fortium*: quia difficilior erat futura conuersio Iudæorum, quàm Gentilium.

Exponitur.

Conuersio Iudæorum difficilior quàm Gentil.

128. At quoniam ad hoc spirituale bellum erant quoque suam operam collaturi ipsi Gentiles debellati iam, & dediti Christo, vt honos suus præcipuus, & partæ victoriæ laus & corona illustrior Iudæis assignaretur, interponitur per apostrophen: *Et suscitabo filios tuos Sion, super filios tuos Græcia*: vel LXX. translatoribus: *super filios Græcorum*. Græciam hoc loco poni pro Gentilitate, & filios Græcorum pro Gentilibus ex aduotatis numer. 114. fit perspicuum. Græca enim lingua fuit valde generalis, adeò vt Imperator Iustinianus Inst. lib. 2. tit. 8 §. 3. ita scripserit: *Sed nostra constitutio, quam pro omni natione Græcâ linguâ, compendioso tractatu habito, composuimus, ita huiusmodi caussam definit, &c.*

Græcia pro Gentili.

Græca lingua generalis.

Iustinian.

129. Vnde nihil est, cur Rabbini, & alij hanc generalem notionem Græcorum, vel Græciæ, redigant ad significandam solam Prouinciam Græciæ, & ad tempora & euenta Machabæorum alligent, sed potest ac debet protrahi ad omnes Gentiles. illud verò: *Super filios tuos Græcia*, etsi fateor posse intelligi, bello superandos esse Gentiles à Iudæis, bello, inquam, spiritus [illegible] subiugandos esse Euangelio: & hoc sensu [illegible]am prærogatiua Iudæorum exprimitur cùm eis mundi totius conuersio tribuatur: & reuera tribuenda est, licèt plures in infinitum ab [illegible] [illegible] conuersi sunt: quia per doctrinam ab Apostolis primò traditam quasi per [illegible] [illegible]uentem omnis ille fructus exstitit, vt bene probat S. Aug[illegible]us tract. 109. in Ioannem.

Zach. 9. v. 13

Apostolorum prædicatio, [illegible] fermentum.

Hoc

130. *Zacharias accinit Isaiæ.* H[illegible] et ita h[illegible] iudico [illegible] apud Zachariam [illegible] ad [illegible] administratione Reipub. [illegible] potiores partes [illegible] Sion [illegible] partes Gentilium [illegible] rum ostendo: apud [illegible] *adeo* [illegible] *scent* ex surge[illegible] in quo [illegible] tas Gentium [illegible] gnitatem [illegible] *autem sacerdotes Domini* [illegible] positum apud [illegible] *suscitabo filios tuos Sion super* [illegible] *tuos* [illegible] particula *supera* applicat [illegible] verb[illegible] brum comparat[illegible]. *Suscitabo filios Sion super* [illegible] Græc[illegible] erigam [illegible] multo [illegible] Iudæo [illegible] qui excedat populum Gentil[illegible] mus iam erect[illegible] ad fidem, nulla noua excel[illegible] promittit [illegible] ante Euangelium enim iacebat Gentilis in idololatria, & supra illum stabat Iudæus per religionem veram: ergo, vt aliquid Iudæo d[illegible] post Christi aduentum, debet [illegible] Gentilis iam suscitatus, ex morte translatus ad vitam, & ex vilitate, & abiecta conditione infidelitatis erectus ad dignitatem, & nobilitatem filiorum Dei: vt huic sic eleuato antecellat Iudæus, & emineat Apostolici muneris fastigio impositus, & nihilominus pro fundamento totius Ecclesiæ suppositus. Primos Magistros, duces que productos esse è Iuda idem Vates Zacharias c.10.v.4.5.& c, 12. v.5.iterat.

131. *Apostoli cur è Iudæis.* Quamobrem oportuerit Apostolos omnes deligi ex Iudæis, vt num. 128. tetigi, res est coniecturæ, etsi in certissimum ita oportuisse. Prima ratio congruens: quia Christus fuit secundùm carnem, ex semine Abrahæ: vnde primarios eius discipulos decuit esse congeneres. Secunda: quo admirabilior esset mundi conuersio per Iudæos, aliis nationibus exosos, & despicabiles, vt liquet e cap. 60. vers.5. numer.48. Tertia: erant Iudæi famuli & ministri Dei antiqui vsque ab Abrahamo: quare ex tam veteri, & expertæ fidei familia conueniebat assumi præcipuos Christi alumnos, ac milites. Quarta: quò acrius auitam fidem, & veri Numinis Religionem propugnarent, & Gentilium superstitionem, ac Idololatriam, à quâ iam diu Iudæi se abstinuerant, oppugnarent. Quinta ratio sumitur ex actis Apostolorum, & ex Euangelio, quia debuerunt Apostoli assueuisse Christo docenti, patranti miracula, & versanti cum hominibus. Act.1.vers. 21. Petrus agens de subrogando Apostolo, ob Iudæ præuaricationem, ait: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.* Itaque testes oculatos esse oportuit. idem colligitur ex Luca c.vlt.v.48. Act.1.vers.18. cùm Christus dicit: *Eritis mihi testes,* &c.

132. *Testis oculatus locupletior. Fides diuina certitudo vnde.* Testes oculatos locupletiores, & magis idoneos esse, quàm auritos, vsus & natura rerum efficit: eò sit certior multo notitia oculis accepta, quàm auribus: hęc enim alieno testimonio, ista proprio experimēto innititur; de quo c.1.v.1.num.3. Neque mihi occupes, fidem diuinam plus certitudinis nancisci, quàm oculatam cognitionem, nam hoc loco tracto de testibus idoneis apud infideles, vt accommodarent [illegible] primæ præ[illegible] Euan[illegible] non e[illegible] dubium [illegible] quin fi[illegible] eorum qui haereret [illegible] ab [illegible] eius familiaritate intima fuisse [illegible] qua si affirmaret [illegible] ab [illegible] alus fide d[illegible] Itaque [illegible] interea propter [illegible], an aliunde co gnita non [illegible] ad credendum & assensum [illegible] præd[illegible] Euangelio [illegible] oculato [illegible] testimonio ipsi[illegible] Dei [illegible] reuelanti [illegible] *fides ex auditu, auditus per verbum Dei,* Rom. [illegible] v. 7.

Prima Euangelij prædicatio debuit fieri per alumnos Christi. Fides vnde solum.

Quod tamen [illegible] refert ad prædicationem, & propositionem rerum fidei, vtro quis modo eas didicerit, ab ipso Deo, an ab homine, cui Ioannes Apostolus & Euangelista, & [illegible] ceteribus Apostolorum exorditur suam primam epistolam his verbis: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ: & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis, quod vidimus, & audiuimus, annunciamus vobis.* Quorsum S.Petrus 2. cap.1.vers.16. attesta[illegible] se speculatorem fuisse magnitudinis Christi, se in monte sancto audiuisse vocem de cœlo allatam: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Quare S. Paulus glo[illegible] se Euangelium non accepisse ab vllo hominum, sed ab ipso Deo Christo. Galat.1.v.11.12. *Notum enim vobis facio fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, sed per reuelationem Iesu Christi.* 133. *Interest ad prædicationem quo quis modo res acceperit.* 1.Ioan.1.v.1.

Ex quibus palàm est intelligere, pertinuisse ad conciliandam auctoritatem Apostolis, eos ab ipsomet Christo fuisse edoctos, & eius familiari consuetudine fuisse vsos: quæ quia Paulo deerat, eam Christus excellenti illâ apparitione, & eleuatione vsque ad tertium cœlum, abunde compensauit. Quare cùm ex aliis caussis alibi tactis conueniret, Christum docere, & versari intra fines Iudææ, neque dum vitam ageret inter homines, tradi Euangelium Gentilibus: fit necessariò, Christi discipulos debuisse esse genere Hebræos. Nam Paulus 2.Corint. 11.vers.22. huc facit, cùm dicit: *Hebræi sunt? & ego: Israelitæ sunt? & ego: semen Abrahæ sunt? & ego.* Ille enim Apostolus coactus, vt ipse docet, enumerat quæ ad commendationem sui ministerij & muneris Apostolici conducebant. 134. *Paulo Christi fuit cur apparuit.*

Quâ ex disputatione planior euadit opposito demonstrata illa particula, *Autem vos autem Sacerdotes Domini,* quam pauci, aut ferè nemo, interpretum obseruat; & suus conseruatur locus Gentilibus ascriptis Ecclesiæ: vt ista pascendorum pecorum cura, & agricultura sit spiritualis & metaphorica non verò propria & materialis: quod ægrè fero placuisse Sanctio, & probari Cornelio, vtrique socio nostro. 135. *Prærogatiua Apostolorum*

Ex appositis, & huc vsque dissertis promtum est d[illegible] rationes, quæ Sanctium traxerunt, vt sentiret promitti hoc loco fore vt Gentiles & infideles essent famuli Christianorum, pastores 136.

pastores pecorum, & cultores agrorum, hoc est, fore, vt qui fideles initio Ecclesiæ premebantur à Gentilibus, & ab aliis infidelibus, successu temporis essent principes, ac Domini infidelium.

Ratio contraria prima. Pro hac expositione contra nostram de pastoribus spiritualibus ratio prima. quia alioquin Gentiles antequam accederent ad fidem, admouerentur Ecclesiæ gubernandæ. Respondeo *Solutio.* cum dicitur: *stabunt alieni & pascent pecora*, &c. intelligi alienos genere, nam alloquitur Iudæos: vel si vis esse alienos religione, sic itar *stabunt* vt supra exposui, assurgent, qui antea erant alieni, desinent esse, traducti ad fidem: itaque vno verbo: *alieni* specificatiuè non reduplicatiuè: cuius locutionis sexcenta sunt exempla in paginis diuinis. Adi c. 1. v. 2. n. 64. cap. 56. vers. 4.

137. *Ratio contraria secunda & solutio.* Alia ratio: si de Ecclesiæ principio sit sermo, illius pastores fuerunt soli Apostoli, Iudæi. Aio: de principio Ecclesiæ esse sermonem, sed non indiuisibili, sed de eo, quo cœperunt prædicare Apostoli, fundare particulares Ecclesias, & eis præficere Episcopos ex Gentilibus conuersis, vt tradit Ecclesiastica historia. Tertia ratio: *Ratio tertia. Solutio.* Quidquid hoc capite dicitur, continet singularem in Iudæos indulgentiam; at Gẽtiles præfici Ecclesiæ non est indulgere. Do maiorem: & ad id, quod assumitur respondeo ex dictis, magnum fuisse fauorem, ex Iudæis solis deligi Apostolos: vide à num. 118. Ratio quarta: hic *Ratio quarta. Solutio.* agitur de re ab Ecclesia distincta, dum dicitur: *Pascent pecora vestra*: sed iam exposui num. 119. cur dicantur pecora & agri Iudæorum, nimiru quia Iudæi primitias gregis Christiani collegerunt, & vineam Ecclesiæ plantarunt, quam colendam & custodiendam aliis è Gentilismo *Ratio vltima.* conuersis demandarunt. Postrema ratio: si pascentes pecora, & agricolæ, sint Episcopi, cum *Solutio.* sequatur, *Vos autem Sacerdotes Domini*, sequeretur, Iudæos excludi ab Episcopatu: sed id minime sequi satis supérque ostendimus, Iudæos iis verbis principes Episcoporum designari.

138. Quare hæc expositio infirmis nixa argumẽtis non est sequenda, cùm præterea sit humilis, & non leuibus difficultatibus implicita, fal- *Expositio contraria humilis.* súmque assumens. Singula iam ostendo. Est *humilis*, quia his magnificis & supra humanum meritum, captúmque promissionibus, quibus hoc vaticinium constat, admiscet, *Gentiles fore pecuarios, & agricolas Christianorum, seruituros esse Christianis*; quasi Deo inter rem Christianam gerendam, cura sit de bobus, & agris. alia res pecuaria maior, alia agricultura nobilior hoc *Difficilis.* loco tractatur. Est deinde hæc expositio difficilis: nam non expedit commodè illam oppositionem. *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, & Ministri Dei nostri dicetur vobis*: si enim propriè Sacerdotes, & Ministri Dei capiuntur, apparet collatio & prælatio inconcinna: nam is esset sensus: Gentiles colent agros vestros, & vos sacris operabimini, quæ propositio si sit vniuersalis, est falsa: neq; enim omnes fideles sunt Sacerdotes, neque omnes infideles sũt serui fidelium: sin enunciatio sit particularis: hoc est: aliqui Gẽtiliũ seruient vobis, & aliqui vestrûm seruient in rebus sacris Deo: nihil magnum promittitur, neque vis oppositionis seruatur: *vos autem Sacerdotes Domini*, &c. vbi aliud nouum, aliquid peculiare significatur: at esse aliquos Sacerdotes & Ministros Domini, solenne fuit populo Iudæo, cum cuncta tribus Leuitica sacerdotio, & ministerio sacrorum speciali Dei edicto fuerit addicta, atque dicata: & præterea alios Gentilium Hebræis fuisse subditos, per omnem ferè ætatem, ex quo iugum Ægyptiacum excussit, si Babyloniæ captiuitatis tempus excipias, contigit vt ... in hac prophetia comm... entum non inuenis, si Sacerdotes, & Ministri Dei capiuntur, prout vocabula videntur exigere, pro rerum sacrarum operis, & rerum spiritualium administris, & magistris.

Peruidit hoc Sanctius, non seminsomnis interpres, & vt suam tueretur expositionem, & 139. *Effugium.* oppositionem, ex Sacerdotibus facit homines lautos, nobiles, potentes; & ex pastoribus, agricolis, vinitoribus homines sordidos, obscuros, seruilibus operibus & laboribus mancipatos: vt quemadmodum Gentiles premebant Christianos initio, similibus laboriosis & abiectis actionibus, sic mutatâ vice, Christianis Gentiles in iisdem deseruirent. Et autor multus est in probando, aliquando Sacerdotes supponi pro viris principibus & clarioribus, quod ego libens assentior, & suprà nu. 125. docui. At si *Sacerdotes* huic notioni, quæ *Subministratur* quidem est rara, subiicimus, cur *Pastores*, & *Agricolas* notioni, quæ est litteris sacris familiaris, eximimus, & nolumus pro prælatis, & Doctoribus, cùm tanta sit rerum agnatio in interpretatione? quæ enim ratio fert in tam breui sermonis, & tam colligato, *Agricolas* ... *vinitores* sumi propriè, *Sacerdotes* verò & *Ministros* ..., quibus isti conferuntur, & postponuntur poni metaphoricè? ergo hæc interpretatio non seruat tenorem, & sese plurimum implicat.

Venio ad postremum ei obiectum peccatum, 140. *Falsum assumit.* quod falsum assumeret, nam nullum poterit assignare seculum, in quo fuerit hæc diuisio, vt Christiani seorsum fuerint Domini, & à seruitio *Fideles & infideles inter se vicissim seruierunt, & dominantur.* infidelium omni liberi: & seorsum infideles seruierint Christianis: vt liquere poterit memoriam reflectenti ad præterita singula secula, in quibus omnibus inueniet vices reciprocas, & promiscuas sortes: vt alicubi fideles infidelibus, alibi fidelibus infideles inseruierint. Id ipsum videre est hoc nostro æuo, in quo etsi latiùs est propagata Religio Christiana, Dei benignitate, & Catholicorum Principum, maximè Lusitanorum pietate, & constantiâ, nihilo- *Lusitanorum Regũ pietas.* minus tamen in Asia, & in multis insulis Oriẽtalibus Christiani seruiunt paganis, & eorum custodiunt pecora, & colunt agros. itaque ad prædictum modum nunquã erit vera intellecta prædictio hæc: *Filij peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini.* i. ab operibus & ministeriis sordidis & seruilibus eximij, vt sunt Gentium vbique Sacerdotes. Ad nostrum verò modum expositio hæc & oppositio nullam habet inconcinnitatem, sed peculiarem conuenientiam & dignitatem.

Neque mihi placebat Cyrilli, & Procopij ex- 141. *Cyrilli expositio non satisfacit.* plicatio de sacerdotio Aaronico & Leuitico abrogando, & subrogando sacerdotio Christi: ad quod sunt admissi Gentiles nam in hac expositione non est salua vis oppositionis: *Vos autem Sacerdotes Dei vocabimini*, quem sermonem certum est ad Iudæos dirigi. Verum est tamen

tam [illegible] textu, quem Cyrilli commentarius [illegible] adduci [illegible] autem, [illegible] Latina, [illegible] Græcum [illegible] non [illegible] Vos Sacerdotes Dei vocabimini & [illegible] alienis, & Gentili[illegible] non [illegible] tam. nam si præ[illegible] Alieni pascent pecora vestra, [illegible] per [illegible] agri [illegible] si hoc intelligi [illegible] Cyrillo etiam, qui[illegible] Vos Sacerdotes [illegible] non agit cum Iudæis, sed cum [illegible] qui [illegible] accidere Vates [illegible] tationes. co[illegible] fortitudinem Gentium comedetis [illegible] in gloria earum superbietis. quod incommode [illegible] nullo pacto Gentilibus accommodabit[illegible]. Denique [illegible] la aduersatiua est etiam in Græc[illegible] Vos autem. & Procopius in [illegible] ponit, vnde [illegible] autur magis peccat, [illegible] præterit inter exponendum.

Cyrill.

142. Cyrilli opinio defenditur alio modo. Sed posset hæc Cyrilli sententia de transferendo sacerdotio defendi, non illo, sed hoc modo & explicatu. Ac[illegible] Christo summo Sacerdote & Pontifice non secundum institutum Aaronis, sed secundum ordinem Melchisedec, necessarium est mutari sacerdotium, & tolli de medio illum limitem, qui tribui Leuiticæ duntaxat sacerdotale munus addicebat, dicabátque. Patebit ergo in posterom aditus ad functiones sacras, & ad rerum spiritualium gubernacula ipsis etiam Gentilibus. hoc est istud; Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra, non excludentur ab eo officio alienigenæ, nedum alij vestri ciues & côtribules: vnde admissis, & allectis Gentilibus, ne vereamini vos excludendos, & emouendos omnino fore: non ita erit: illi in partem administrationis adlegentur, agricolæ vestri erunt: Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, ore pleno; vos principem locum inter eos obtinebitis: vos vt Sacerdotes illos consecrabitis, & vt Apostoli illos ad ministerium applicabitis: quem vos Christo gregem pepereritis, illi pascent, & augebunt: vos eritis primi satores, & plantatores Ecclesiæ, illi operæ vestræ, & administri, illi agricolæ, illi vinitores vestri. quo explicatu sententia vaticinij exit eodem, quò fuit à nobis perducta à numer. 120.

Gentiles accedunt Iudæis ad sacra administranda.

143. Alius explicatus. Sed quando Scriptura est vberrima sensuum, alium adiungam, non illum quidem à suprapositi disiunctum, sed ei quasi conterminum, & e superiori versu religatum. Prædixit proximè Vates, Ecclesiæ multiplicationem & amplificationem per similitudinem multarum vrbium, quæ essent dirutæ, instaurandarum, & aliarum in locis [illegible] denuò ædificandarum: sed adaucto numero vrbium augentur, & adduntur agri, prædia, latifundia: quæ maiorem agricolarum, & rusticarum operarum copiam exigunt, a quibus excolantur. Vnde, cùm non sufficiant incolæ & habitatores eiusdem gentis, quos Græci αὐτόχθονας vocant, alieni & peregrini [illegible] adducantur, & accersuntur.

Coloniis deductis adducuntur agricolæ.

144. Colonia Ecclesiæ è Iudæis. [illegible] rgo cû Ecclesia esset propagâda ex illâ nobili stirpe Israelitica, cum esset in varias prouincias & in omnes mundi nationes dilatâda, cum vine[illegible] illa deberet extêdere, & diffundere palmites suos à mari vsque ad mare, ad extremos vsq; terræ terminos, cùm grex ille pusillus perpetuâ generatione sol[illegible] esset impleturus orbê te[illegible] ere Israel, & dicere: qui possum [illegible] tam [illegible] tabulia pe[illegible] agricolæ ad tam ampla prædia, & latifundia procura[illegible] Qui vini[illegible] & co[illegible] sufficient ad vi[illegible] tam ampl[illegible] cultu[illegible] dul[illegible] tationem Vates [illegible] tabunt alieni, & [illegible] de cura [illegible] cultores, qui [illegible] in te peccuaria, & [illegible] procurand[illegible] ipses te erit cura præcipua, ut te superiorum [illegible] tale [illegible] & officium, & etiam hon[illegible] Vos autem Sacerdotes Dei [illegible] ministri Dei [illegible] dicetur vobis Ministri apud LXX. [illegible] ministerium non laicum, sed sacrum, liturgiæ, quod non æque ac sacerdotium ad Laicos principes transferri potest. Itaque Gentiles in gerenda Rep. Ecclesiastica & gubernanda comites & socij fuerunt Iudæorum [illegible] Apostolorum.

Liturgia, res sacra.

Cuius rei figuram habes apud Luc. [illegible] v. 6. 7. 146.
cùm Petrus & qui cum eo erant, verbo Christi confidenter obsecuti concluserunt piscium multitudinem copiosam, ita vt rete non valens eos continere, rumperetur, annuerunt sociis, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Ergo Apostoli, & viri Apostolici ex Abrahamitis non inuiderunt Gentilibus, qui erant in alia naui, in alia religione, & cultu idolorum, hanc gloriam: vt essent piscatores hominum, sed & ipsos [illegible] potius [illegible] inuitarunt, aduocarunt, & [illegible] in communem piscaturam [illegible] in commune lucrum, & decus.

Typus Iudæorum & Gentilium conspirantium ad salutem animarum.

Fortitudinẽ Gentiũ comedetis, & in gloria earum superbietis.] Etsi videri possit [illegible] satis expositũ ex modò dictis, & paulo antè in cap. [illegible] vers. 5. quando fortitudo Gentium venerit tibi. & v[illegible] 15. Ponam te in superbiam sæculorum: quæ apparent simillima; nihilominus tamen, mihi hoc loci maxime implebat antes commentarius Cyrilli: qui docet, comedi Gentium fortitudinem, [illegible] ore, & oratione sapientes quosque Gentilium ad veram religionem traduci, ad Christum conuerti. Porrò, cùm quis ab alio facilè vincitur, ab eo comedi dicitur, Hisp. comerse [illegible] viuo. Psalm. 13. vers. 4. Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis. Quam comparationem aliqui ducunt ad auiditatem & voluptatem. Idem facit hoc loco Procopius, sed in meliorem partem, ad iucunditatem, quam boni doctores percipiunt, cùm capiunt, cùm superant & Christo subiciunt homines antea rebelles, ipsummet Christum imitati, qui cùm conuerteret peccatores ex Patris sui præscripto, fatebatur, hunc suum esse cibum, Ioan. 4. vers. 32. 34. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Exod. [illegible] vers. 12. Virga Aaron versa in colubrum deuorat virgas magorum conuersas in serpentes, ad significandam perfectam victoriam ministrorum Dei aduersùs Diaboli ministros.

147. Superare Gentium commode.

Comedi quid ab alio.

Cibus, conuersio animarum.

Superbire, hîc est, exultare, gloriari: Christus 148.
quoque in hoc vno, quòd homines Deũ agnoscerent, & Dæmones tyrannicâ possessione cederent, gloriabatur, & exultabat. Luc. 10 vers. 21. In ipsa hora exultauit Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quod abscondisti

Superbire, [illegible]

quàm circa mutationem verborum sed vtrobique velim eum parum audere: præsertim vbi dispunctio verba suo loco dimouet, & in nouas quasi sedes emigrare cogit; vt hic accidit: nã non modò Latini codices, sed etiam Hebræi (apud LXX. enim hæc sunt mutila) hoc modo componunt, & collocant, vnde dislocare, etsi esset maius operæprecium, non auderem. Conabor igitur, salua etiam dispunctione asperitatem emollire, & obscuritatem submouere, quod si non dabitur, meam imperitiam fatebor potiùs, quàm aliquid in ipsa Scriptura, aut structura nouarim.

155. *Extricatur, inuenta, scrip. & dispunctione.* Quare Vatablum in primis amando, qui ita inuertit: *Pro confusione vestra duplex* [erit præmium] *& pro ignominia vestra iubilabunt de portione sua.* Quis enim nõ intelligit, si fas sit Scripturam ad hunc modũ inuertere, nos non habere Scripturã certã? Pagnin⁹ parũ ab hac inuersione distat. *Pro confusione vestra,* duplex, *& ignominia præconia dicent parte sua.* Sit etiã procul ista licentia. Aliqua exẽplaria habẽt: *laudabunt partẽ eorum*: sed hæc varietas modica est nata è lingua Hebræa, carẽte possessiuo pronomine, *suus*, & vtẽte affixis cõmunibus. Sed immota tũ ipsa Scriptura, tũ structura, & dispunctione venio ad explicationẽ. In primis Cyrillus interpres plerúque certus, hoc loco lubrico nos deserit sine culpa, quia hæc fere desunt in codice Græco, sunt enim hæc tantùm: *Sic secundo hæreditabunt terram, & lætitia sempiterna super caput eorum*: de qua translatione postea.

156. *Hier. expositio.* S. Hieronymus exponit *duplicem confusionem, & ruborem*, quæ haberẽt Apostoli, sic accipio S. Doctorem, qui supra illud: *Vos autem Sacerdotes Domini* de istis interpretatur posteriori loco) eo quòd populus Iudæorũ Deũ deseruisset, & populus Gẽtilium simulacra adoraret, pro quo duplici rubore, visuri essent Apostoli vtrosque ad Christum cõuersos laudãtes partem suam, id est, Dominum, qui est pars & portio fideliũ. Hæc est, non oratio, sed ratiocinatio & mens Hieronymi quem plerique sequuntur.

157. Quo in explicatu omnia illa verba à nobis proposita explicanda num. 153. videntur expedita: nam sermo dirigitur ad Apostolos, & in eos incumbit pronomen *Vester*: *pro confusione vestra*: aperitur caussa confusionis vtriusque: indicantur laudaturi, nempe fideles conuersi, & demum quænam sit pars quam laudabunt.

Contra. Ceterum in hac tam expedita, in speciem, interpretatione illud me valde retardat, redditque morosum assentiendo, quod de caussa duplicis confusionis affertur: nam nullum est hoc toto capite verbum, vnde possit astrui: itaque longe petitum hoc est, & sponte excogitatum. Deinde, vt largiar, Apostolos potuisse confundi, & pudere, eo quòd Iudæorum populus, quippe congener Deum reliquisset; (tristitiam certe & dolorem continuum Paulus agnoscit Rom. c. 9. ver. 1. 2.) at cur eosdem Apostolos suppuderet nominatim idololatriæ gentilium, non elucet: dolere potuerunt communiter, & sine dubio dolebant ob Dei iniuriam, & animarũ interitum, cõfundi, & erubescere ob eam

Pudor vnde. caussam non debuerunt: nota enim est è Philosophiá morali materia pudoris, & ruboris, adde vocẽ redditam, *ruborem*, Hebr. כלמה *chelimah*, esse pudorem cum ignominiã coniunctum. His ex causis hæc interpretatio non explet.

Alij mutationem personæ volunt inesse; à secunda in tertiam: quæ mutatio Hebræo sermoni frequentior euenit, quàm Latino, quo sic eam euertunt: Pro confusione vestra dupliei, & rubore laudabitis, vel alij laudabunt partem vestram: propter hoc in terra vestra duplicia possidebitis. Ita explanant Foretius, Oleaster, Hugo, Thomas. 158. *Expositio alia.*

Personæ mutatio vbi. At etsi mos sit Prophetarum facilius mutare personam, inter loquendum, non est tamen verisimile id facere intra idem incisum, & intra vnam, & eamdem enunciationem, qualis est hæc: *Pro confusione vestra laudabunt partem suam*: ita vt sit eadem, atque ista: *laudabitis*, aut certè, *laudabunt partem vestram.* Ego sanè adduci nequeo, vt credam, id voluisse Isaiam neque ex his, quæ legere in commentariis aliorum aut ipse commentari potui, aliquid occurrit quod huius loci obscuritatem discutiat: nihilominus scribam quod occurrebat posse dici, donec aliud melius inueniam. *Nihil explet.*

Principio pono, quod multi docent, hoc loco, *duplex* sumi pro magno, pro ingenti, quod non debet putari insolẽs, cùm etiam apud scriptores externos sit in vsu, de quo Lu. Lacerda 1. Geor. v. 172. ad illud: *duplici aptantur dentalia dorso.* *Alcazar Apoc. c. 18. v. 6. Sup. 40. v. 2.*

Quo sumto, coniecto, sermonem haberi cum iisdem Apostolis, quibus cum habetur suprà, vt parum, cumq; antecesserit proximè: *Fortitudinẽ gentium comedetis, & in gloria earũ superbietis*; ad easdẽ gentes referri verbum, *laudabunt* sortem, siue *partem suam*: quam cõnexionem & syntaxin planã esse & expeditam facile cognoscitur; manet verò difficultas in duobus: in explicãdo, quę fuerit Apostolorum confusio, & quomodo pro ea confusione gentes laudauerint partem suam. 159. *Coniectura.*

Hæc autem Apostolorum cõfusio dupliciter potest cogitari, passiuè nimirum, & actiuè. Passiuè, quia prædicantes Apostoli Iesum Christum & hunc Crucifixum afficiebantur probris, contumeliis, sannis, ignominiis à Iudæis, & à gentibus: nam his erat stultitiæ, illis erat scandalo diuinissimum, & sapientissimum mysteriũ Crucis. 1. Cor. 1. ver. 23. Paulus annuncians Euangelium Philosophis Atheniensibus irrisus est, Act. 17. ver. 32. Sed Apostoli hæc ludibria & probra ferentes patienter, imo & hilariter: *ibant enim gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*: hac tolerantiã mundum ad sanitatem adduxerunt, gentes conuerterunt, quæ conuersæ & illuminatæ diuinitus *laudabant partem* & sortem *suam*, miris laudibus atq; iubilis celebrabant, canentes ex Dauide Psal. 15. ver. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatẽ meã mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas præclara est mihi. Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.* Itaque laudare partẽ suã, est sua sorte esse contentum: nemini suam sortem & conditionem inuidere, quod quia infrequens, rarum, ideo æstimabilius. Quàm pauci laudent partem suam, quoniam egregiè expingit Poëta Romanus non ignobilis, & ad rem, non me pigebit repræsentare. 160. *Act. 5. v. 41.* 161. *Pauci laudant sortem suam. Hor. Satyr. 1.*

Quid fit Mæcenas, vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?
O fortunati mercatores grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore,
Contra, mercator nauim iactantibus Austris,

Militia est potior: quid enim concurritur: hora
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris, legumque peritus
Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem
est
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe,
Cetera de genere hoc adeo sunt multa, &c.

162. *Gentiles Christi iugo contenti.* Gentiles ad Euangelicæ legis statum Christo duce traducti, & eius militiam professi, non erit verendum, vt suam sortem non probent & laudent, & alij quantumlibet ex se stimatæ [illegible] ci inuideant. *Id stas erat Apostolis.* Sed hæc illorum quies, & in hoc mundi Euripo malacia, vt animus non æstuet, neque fluctuet sua possessione contentus, vobis, o Apostoli, gens Iudæa, maxime [illegible] habit. duplici nimirum, id est, magno precio, confusione vestra duplici, & rubore, atque adeo ignominia. vos soluetis precium, illi pa[illegible], [illegible] sortem, acquirent: vos laborabitis, illi [illegible] labores vestros sine labore [illegible] triumphum, læti gratulantes & iubilantes. *Lyra* Vnum huius expositionis probatorem inueni L[yr]am: *Quia*, inquit, *opprobria, & tormenta Apostolis, & alijs Ecclesiæ prælatis illata cedebant in commodum populi.*

163. Ad confirmandum hoc propositum possem traducere, & compilare sine [illegible] plura qu[illegible] scriniorum Apostolicorum, sed contentus fuero vno, & altero Pauli scripto. Nam 1. Thessal. 2. vers. 1. sic scribit: *Nam ipsi scitis, fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit, sed ante passi [illegible] contumelijs affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine*, Græce ἀγῶνι, *in multa lucta*, & certamine. Alterum [illegible] monium petendum ex 1. Cor. 4. vers. 9. *Puto enim quod Deus nos Apostolos ostendit tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum*, &c. Sed contumeliarum & probrorum, quæ in prædicatione Euangelica passi sunt Apostoli vt gentiles bearent, plena sunt acta, & epistolæ Pauli. De gaudio verò & lætitia credentium in Christum, docentibus Apostolis & patientibus alibi plurima mentio, 2. Cor. 4. v. 12. *Ergo mors in nobis operatur, vita in vobis.* vnde hæc expositio videri possit inoffensa, & [illegible] in qua, si lubet, licebit propriè accipere, *duplicem confusionem*, vnam a Iudæis obstinatis, & alteram à Gentilibus conuersis.

164. *Opponitur.* Aduersus quam expositionem si quis opponat; hanc tantam Apostolorum confusionem & ignominiam non coire cum illa tanta gloria immediatè antegressa & exposita his verbis: *Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis*: quibus non aptè subnectitur, *pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt partem* *Respondetur.* *suam*: ad hunc modum opponenti respondebo, hæc duo non esse dissentanea, sed compossibilia, gloria eosdem affici, & ignominia, alio, & alio tempore, aut etiam eodem & simul apud diuersos. Apostoli enim aliquando erant *omnium peripsema*, vt loquitur Paulus, & vilissima capita æstimabantur: aliquando pro Dijs colebantur a gentilibus: & eis sacrificare sunt aggressi, vt Act. 14. versicul. 10. 11. Eodem quoque tempore apud bonos erant in honore maximo, apud impios verò in honori, & probrosi.

Vnde Paulus 2. [Co]r. 4. v. 8. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur. deijcimur, sed non perimus; semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* 165. *Paulus exponitur.* quod [illegible] magis explanat, *semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* i. vt cum corpora nostra patiendo sint tribu[la]ta, [illegible] appareat vis, & potentia Iesu, & po[tent]ias gratiæ ipsius. Apparet [illegible] in nobis viuentibus nos in Christo, cum præsentibus, [illegible] contentis vitæ periculis [illegible], & incolumes [illegible] concluditque Apostolus *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Vbi *mors* [&] *vita* non sunt eiusdem generis, nam sententia [illegible] *mors*, hoc est, persecutiones, labores, [illegible] dolores [illegible] se sufficientes ad importandam mortem, suam [illegible] in corpora nostra exprimunt [illegible] Christo roborante, non ea absumunt [illegible] per eam occasionem, cum videtis no[s] [illegible] [illegible] iam [illegible] æt mu[illegible] persecutionibus [illegible] fide, & d[illegible] in vos occupat, [illegible] *go mo*[illegible] *atur, vita autem in* [illegible].

166. Q[uæ] [illegible] sententia lumen [illegible] ferre [illegible] loco perspicuis. *Pro con*[fusione] *vestra dupl*[ici] [illegible] *rubore*, quia [illegible] tabit [illegible] in vo[illegible], quia tribulat[illegible] ni, apo[illegible] mortis [illegible] in corpore vestro circumferetis, pro hac [illegible] confusione vestra, op[illegible] tibus, eas ex morte tradi[illegible] lestem, qua vita sperantes [illegible] laudabunt partem, sortem, & hæreditatem [illegible]: *Propter hoc enim in terra sua duplicia possidebunt lætitia sempiterna erit eis.* *Allusio ad partes hæreditarias.* Est allusio ad possessiones, & hæreditates, quæ diuisionibus, & partibus constant, vni paucioribus alij pluribus [illegible] hæreditatis obuenientibus. Quo si pacto [illegible] exponere, nihil [illegible] causo, quo minus, *duplex*, in sua genuina significatione permaneat. [illegible] in adeunda hæreditate, quæ olim ex præscripto Iuris [illegible] in partes duodecim fuit diuisa, sæpe quis duplam partem quam alius obtinere iudicatur: quæ hæreditaria bona plerumque olim maxime erant prædia, & agri. ideo hoc loco prædicuntur hi fideles, *in terra sua duplicia possidere*, vel respicitur ad diuisionem, & possessionem terræ promissæ, quam Iosue fecit, deditque Israeli.

167. *Inuersio una alia.* Hæc ita sunt differta si hæc confusio capitur à nobis passiue, vt communius capi consueuit: at si capitur actiue, secus erunt differenda: hoc nimirum tenore: *pro confusione, & rubore*, quo à vobis afficientur *laudabunt partem suam*: quod non d[e]convenire, sic potest ostendi.

Dixit Vates proxime: *Fortitudinē Gentiū comedetis, & in gloria earū superbietis* quod, vt explicui, est, omnia quæcumque apud Gentiles [va]lida & splendida fuissent Apostolici pedibus subijcienda, & Euangelico iugo supponenda: quod cùm Gentiles putarent probrosum, & ignominiosum, postea tamen cœlitus immissa luce, & discussa caligine, pro gloria summa du[c]erunt laudar[un]t, probaruntque partem & sortem suam, & pro ea confusione quam erant initio passi ab Apostolis [illegible] mittentibus, & [illegible] & Deo gratias maximas ege-

se, eo

se, eo quòd isto modo fuissent pudefacti, gloriosos & beatos prædicantes.

168. Perlege amabo, pie lector Psalmum secundum, quo describitur hoc argumentum: principio, furor infidelium & fremitus in eluctando iugo Christi: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.* (i. frustra) vers. 3. *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum* (quippe quod ignominiosum.) Sed deferuescet hæc ferocia: Christus enim, cui a Patre dictum: v. 8. *Postula à me: & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ,* hos tam tumidus spiritus cohibebit, & tunc se fuisse subiugatos, victos, vinctos, rubore suffusos gaudebunt, & sibi gratulabuntur: vnde Psalmi epiphonema: *cùm exarserit in breui ira eius: beati omnes, qui confidunt in eo*: iidem de quibus Paulus Colos. 1. vers. 12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.*

169. *Expectitur alius clarior expositio.* Hæc ita commentabar hoc loco difficili, & impexo, quoad aliud extricatius occurreret, aut ab alio ingeniosiori interprete allatum accederet. Me etenim nusquam pudebit meam ignorantiam agnoscere, & fateri; & vndecumque quod ignorem, libenter addiscere.

LXX. Quod attinet ad LXX. vertentes: *Sic secundò hæredit abunt terram, & lætitia sempiterna super capita eorum.* non dubium quin sit mutila: & omisso illo membro, quod nobis negotium facessit, vertatur alterum, quod non est difficile: *propter hoc in terra sua duplicia possidebunt,* &c. illud tantum ex hac versione possit accipi nomen *duplex*, posse exponi *secundum*, sed id non minoit obscuritatem. Apud Procopium in

Theodotiō margine Theodotion transfert: *Pro confusione vestra duplici & pudore subsilabunt pars eorum.* itaque cum Hebræa nomina careant casibus, pro accusatiuo nominatiuum sumsit: sed explicatus noster hac translatione non læditur, imò

Iuuat. quodammodo iuuatur: nam docetur ex gētibus confusis, pudefactis & victis, hoc est, miraculis, veritatis ipsius ostensione conuictis partem vnam agnituram Christum; alteram remásuram obstinatam: idemque dixeris, si confusionē captas passim, ex ignominiis, videlicet, & persecutionibus Apostolorum aliquos gentilium adiutos fuisse ad recipiendam fidem, alios non item. 2. Cor. 2. vers. 15. *Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salui fiunt, & in iis, qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* i. Nos cùm simus bonus odor,

170. quippe Christum redolentes, benè moratis benè olemus; malè moratis ingratus est bonus odor (nam & oleum rosaceum interimit scarabæum) & est grauioris pœnæ occasio, & antecedit in Paulo: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo*: hoc est, facit triūphare, id quod in Isaia: *in gloria gentium superbietis.* Quæ præmissa translatio Theodotionis nō difficiliter aptabitur Vulgatæ: *laudabunt partem suam,* scil. Gentis probabunt se ex parte, non omnes conuertentur: alij ibunt in vitam, alij in mortem.

Vers. 8. Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.

Ferè interpretum est nemo, qui non exponat, esse Deum amantissimum æqui, & osorem iniqui, ac proinde illi displicere etiam sacrificium, si eius materia sit iniustè quæsita. itaque hoc pronunciatum: Deus odit *rapinam in holocausto*, exponendum, holocaustum ex rapina, vel, *rapinam* etiam in *holocausto*: adeò, vt vis holocausti, quæ ex se est magna, non sufficiat ad abstergendam labem ex rapinā contractam. 171. *Deus Osor rapinæ, & furti. Oblatio à furtiuis non placet.*

Quemadmodum hoc effatum superioribus hæreat, nonnulli parum aut nihil curant: alij contextui suæ interpretationis applicant melius, aut minus benè, prout conceditur. Nobis satis commoda ratio adiungendi. 172. *Nexus.*

Cùm enim paulo ante sit positum: *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, & Ministri Dei nostri, dicetur vobis*: & deinceps prædicatur futura plebs laicorum sancta, *laudans partem suam*, quod quoquo modo interpreteris, in laude erit ponendum; consequens erat, fore & Sacerdotes qui caste sacrificarent, & laicos, qui iustè & sanctè munera & hostias ad sacrificandum afferrent: ergo redditur ratio superioris cum additur. *Quia ego Dominus diligens iudicium,* id est, iustum, æquum, *& odio habens rapinam in holocausto*: ideo enim mihi adornaui illos nouos Sacerdotes, & nouum illum populum. *Nexus alter.*

Placet non nemini subobscurè notari auaritiam Sacerdotum Mosaicorum, qui in suam vtilitatem sacrificia, & munera offerentium detrahebant. quæ cupiditas & iniquitas sæpe à Christo coarguitur. Sanctus tamen Hieronymus non hic Sacerdotum vitium inuenit, sed laicorum diuitum, qui multa raperent, ex eisque aliqua Deo offerrent: placere enim ait Deo magis iustorum paupertatem, quàm diuitum munera ex rapinis, id est, Deo esse carum pauperem iustum, qui nihil offert, quia nihil habet quod possit offerre, & exosum esse diuitem qui grandia offert dona, sed ex vsuris & iniquitate. 173. *Sacerdotes Iudæi auari. Pauper iustus nihil offerens gratior diuite iniusto offerente multa ex rapina.*

Valde Deus odisse rapinam ostendit, cùm eam oderit etiam in holocausto, quod erat sacrificiorum gratissimum. Figura: aues rapaces arceri non solùm à sacrificio, & mensà diuina: sed etiam ab humana, erant enim quoad cibum immundæ, atque adeò interdictæ: vt sancitur Leuit. c. 11. Deut. c. 14. Aristæus apud Euseb. lib. 8. de præparatione Euangelica. c. 3. scribit se ex Eleazaro summo Iudæorum Pōtifice audiuisse, cùm rationem redderet, ob quam sanctione diuinā essent aliqua animalia immunda, & quoad esum vetita, etsi à Deo essent creata, non aliter atque alia concessa. 174. *Rapina exosa Deo. Figura: aues rapaces immunda. Aristæus apud Euseb.*

Cuncta, aiebat Eleazarus, *ab vna potentia omnipotentis Dei gubernata, naturali ratione similia sunt, quamuis singula, à quibus abstinemus, & quibus vtimur, profundam habeant rationem, quorum vnum, aut alterum exempli gratia ponam, ne putes temerè de rebus tam paruis a Moyse fuisse conscriptū, sed omnia videas ad probitatē bonorū & insti-* *Eleazarus Pontifex. Animalium immundorum ratio.*

pia perfectionem sanctè pertinere. Volucres enim omnes, quibus vtimur, domesticas, manu & quæ sumi erit co, aut legi immundus emittero, vt columba, turtures, perdices, anseres, cæteraque huiusmodi. Quæ vero prohibita sunt, eas rapaces, carniuoras, aliisque auibus per vim prævalentes, escamque captantes cum detrimento cæterorum inuenies. Sed neque hoc tantum: sed & agnos, hædosque rapiunt, & hominibus tam mortuis quam viuis iniuriam inferunt. Aliquid, quod ad animum pertineret eas aues vocans immundas adsignificauit: debere nos, nimirum, iustitia vti nemini viribus confisos iniuriam facere, nemini quicquam eripere, sed iustissime vitam nostram agere, sicut aues prædictæ, quæ leguminibus telluris natis aluntur, & aliis neque sui, neque diuersi generis animantibus detrimentum importans: διὰ τούτων ὁ παρέδωκε (addit Eleazarus) ... τοῖς συνετοῖς εἶναι δικαίους τε καὶ μηδὲν ἐπιτελεῖν βίᾳ, μηδὲ τε ... αὐτὸ ἰσχύϊ πεποιθότας, ἑτέρους καταδυναστεύειν. Ὅτε γὰρ ... ἅψασθαι οὐδὲ ἔξεστι τῶν προειρημένων διὰ τὴν περὶ ἕκαστα διάθεσιν, πῶς οὐ φυλακτέον παντάπασι τοὺς τρόπους εἰς τοῦτο καταλλαγῆναι. Latina facio.

Sic Græcè, nam Latinè non integrè.

175. Laica. *Propterea igitur legislator hominibus intelligentia præditis per hæc signa, ac symbola tradidit, debere esse iustos, & nihil per vim auferre, neque suâ potentia confidentes aliis dominari. Nam vbi fas non est per leges, eas aues contingere, quomodo licebit, eis assimilari omnino moribus:* Aptissimum sanè Hieroglyphicum execrandæ rapinæ; nam istiusmodi volucres, & vnguibus aduncis diripiunt, & rostro etiam arcuato dilacerant, & ore auidissimo deuorant, & quodammodo contactu fœdant. Hinc apud Poëtas Harpyiæ fabulis celebres, de quibus apud Virgilium li. 3. v. 225. vt alios vates nun excitem.

Rapina odiosissima. Harpyia. Virgil.

At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant
Immundo.

Et iterum versu. 232.

Rursum è diuerso cœli, cæcisque latebris
Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis
Polluit ore dapes,

176. Quod si aues illæ apud Moysen immundæ, eædemque rapaces, tum rapinæque hominum execrandæ sunt indices, & eodem pertinent apud Poëtas Harpyiæ, à verbo Græco ἁρπάζω, *rapio*, nominatæ, rectè Virgilius versibus repositis, & aliis, vbique fere fœdas & immundas nominat, & eodem l. 3 v. 214 ita describit:

Furtū, quod faciunt, vtrique infamat.

Tristius haud illis monstrum: nec sæuior vlla
Pestis, & ira Deûm Stygiis sese extulit vndis.
Virgines volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluuies, vncaque manus, & pallida semper
Ora fame.

177. Et, quamuis poëtam nō interpretor, quia tamē ad Prophetam ornandum acciri, ad noto, pro vnguibus assignare iis volucribus, *vncas manus*, quo clarior sit similitudo: deinde *pallida semper ora fame*: vt intelligatur, quo magis deuorent, eo magis famescere: ingenium auari, quo plura adquirit, eo plus auere, & cupere. pœna raptoris, rapinâ nón ditescere, sed fieri pauperiorem. Prouerb. 11. versic. 14. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non*

Auarus insatiabilis. Liberales largiendo ditescunt.

A *sua, & semper in egestate sunt.* Cur & quemadmodum diuidentes sua ditescant, tametsi id nunc haud agitur, facile capitur vel ex Græco; σπείροντες, i. *seminantes*; sementis enim est, suopte ingenio augescere: at quomodo rapientes aliena, pauperes semper sint id difficulter percipitur. Sed Sophar Naamat... apud Iob. 20. versic. 15. modum edocet ... dumque distringit asserens: *Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus.*

Cur raptores pauperes fiunt. Simile.

178. Vt ergo euomentes plus famescunt, quàm antea quam comedissent, quia non solùm reddunt quæ comederant, sed etiam aliæ quorum eiectione fames acuitur: sic raptores rapta & non rapta, Deo vltore, amittunt, & pauperiores euadunt, vt affirmatur à Salomone adducto. Translatio verò è vomitione quæsita eo spectat, vt dolor amittentis opes ostendatur: nam vt ipse vi abstulit, rapuit, sic diripitur & exspoliatur. Tallo vbiuis locum adeptas, sed præcipuum in rapina, & iniuriosâ oppressione. Mich. 5. vers. 1. *Nunc vastaberis filia latronis*, Hebræorum ab eodem caudice nomen & verbum: *Vastaberis filia vastatoris*: vaticinium contra Ierusalymam. Vide Nahum 2. vers. 11. 12. & cap. 3. vers. 1. 2. contra Niniuem. Habac 2. vers. 6. 8. & suprà cap. 33 vers. 1. *Væ qui prædaris, nónne & ipse prædaberis*; tetis prædæ aliis: nam pluribus iniuriosi non possunt non esse odiosi, atque iniuriæ vicissim accipiendæ expositi. hoc vel aliu modo, prout Deo placet vindici & vltori rapacium qui alienis bonis rapiendis, vt Harpyiæ inuolatunt, & aliena, & sua plerumque perdunt. *quia ego Dominus*, ait hoc loco, *diligens iudicium, & odio habens rapinam*, vel *in holocausto*. Vide Prou 15. v 8. c. 21. v. 27. & Ec. 34. v. 21. 24.

Raptor cum dolore rem amittit. Iniuriosi & odiosi.

179. Hæc dissertaui iuxta communem intelligentiam. Verum enim vero, cum scriptio diuina sit consultissima, & non sacrificium id commune, non aliam eius generis speciem, formámque præscripserit, quàm *holocaustum*, cuius hæc est specialis & propria conditio, vt tota hostia crémetur in honorem Dei, neque liceat ex ea vel laico offerenti, vel sacerdoti quicquam sibi decerpere: videtur Deus, si secus fiat, id sibi esse multum exosum, iis verbis edicere: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto*: Tantumdem ac si doceret: Ego sum Dominus vniuersorum, Dominus verus, solus summus; diligo *iudiciū*, משפט *Misphat*, quo suum vnicuique redditur, ac proinde cupio vniuersa mihi deferri: & offerri & si quis quidpiā surripiat, ægrè fero: & *odio habeo rapinā in* hoc *holocausto*: volo enim & seuerè iubeo omnia mihi, vtpote omnium Domino integra, & illibata sacrificari, & à nemine quidquam deminui, aut prælibari. Quam ob rem constitui nouos Sacerdotes, & nouum populum instituere, qui mihi offerant rite holocaustum, qui nihil de victima sibi præcerpant, qui mecum oderint rapinam in holocausto.

Expositio alia autoris. Holocaustum, quod Leuit. 1. v. 3. Deus vt Dominus omnia sibi vendicat. Noui sacrificantes Deo quæruntur.

180. Nam populus hic & Sacerdotes eius diuidunt hostiam; *vitulos labiorum* suorum reddunt mihi; adipem verò, & medullam victimæ sibi retinent: suprà cap. 29. vers. 13. *Eo quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eorum longè est a me*, &c. *ideo ecce ego addam vt admiratione faciam populo huic*

Ose. 14. v. 3. Sacrificantes veteres non recti.

mirac.

Ore accedere Deo, & corde recedere, execrabile. *Gen. 4. v. 7. ex LXX.*

miraculo grandi, & stupendo: peribit enim sapientia a sapientibus eius, & intellectus eius absconderetur: repelluntur ergo Iudæi, quia cùm deberent se totos Deo addicere, & reddere; se perperam secabant, Deum ore laudantes, eique accedentes, & ab eodem procul corde abscedentes. Qui se diuidunt, partémque Deo afferunt, & partem sibi reseruant, male offerunt, nihil offerũt: quia exercent rapinam in holocaustomate. His ergo malè partientibus, & malè sacrificantibus repudiatis, Deus alios substituit, qui officio rectè & rite fungantur, quos v. 6. allocutus est: *Vos autem Sacerdotes Dei vocabimini, & Ministri Dei nostri dicetur vobis*: de quorum sacerdotum excellentiâ satis copiosè supra, & de plebe laicisque, cùm exponeretur è ver. 7. illud: *laudabunt partem suam.* Ideo præmissus est Ioannes Baptista, vt Luc. 1. v. 17. dicitur ab Angelo, *parare Domino plebem perfectam*, nempe Christianam & Euangelicam, (nam antiqua fuit imperfecta) vt perfectum & integrum Domino offerret holocaustum, caput, & pedes externa membra & intestina: hoc est, corpus & animum, carnem, & Spiritum. *Leu. 1. v. 8.*

181. *Oblatio perfecta exigitur in Euangelio.*

Quod spirituale sacrificium, & holocaustum exigit in Euangelio Dominus sub appellatione crucis tollendæ, portandæ, abnegationis, renũciationis rerum omnium, & affinium vocabulorum. Apostolus verò Paulus sub nomine ipso sacrificij. Rom. 12. v. 1. *Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Et S. Petrus 1. c. 2. v. 5. *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.*

182. *Holocaustum verum, quod. Philo.*

Hoc est verum, perfectum, atque legitimum holocaustoma, cuius illud Leuiticum fuit symbolum, & ideo vt tradit Philo lib. de Victimis, inter omnia genera sacrificiorum & oblationum obtinuit principatum: hoc est quod Deus auebat, quódque etsi olim fuit oblatum, sed à paucis, à nonnullis Patriarchis, Vatibus aliísque legis antiquæ proceribus, in lege verò Christiana a plurimis fuit exercitum, hodiéque exercetur, & exercebitur, in statu præcipuè Religioso: in quo elucet perfecta propter Deum abdicatio rerum omnium, suique illibata oblatio. Religiosus enim relinquit sacros, sua, se: & se omnino per obedientiam, supponens non solùm, operi imposito manus, & humeros, sed subiiciens superiori voluntatem, & quod est difficilius, ipsum iudicium, illud captiuando in obsequium Christi, cuius gerit vices Prælatus.

Status religiosi perfectio. *S. Th. 2. 2. q. 102. ar. 3. ad 8.* *Oblatio perfecta, quæ*

Sed & cæteri boni Christiani laici & seculares sui nominis & instituti, quod sunt in Baptismo professi, cùm eis est dictum: *abrenuncias Satanæ, & operibus eius*, & responderunt per se, vel per alium, *Abrenuncio*, si holos, vt par est, habeant rationem, spirituale Christo Domino offerunt sine vlla rapinâ holocaustum. Ergo superioris periodi ratio idonea adducitur, cur à Deo dicitur, *Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto.*

In decimis fraudare, dissente. *Seculares boni.*

183. *Opus pro mercede*

Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis] Plures *opus* pro mercede operis agnoscunt Vatablus, Oleaster, Mariana, Sa,

A Sanctius, Chaldæus, & assentit Græcus cùm reddit: *dabo laborem eorum iustis*: quod non potest secus accipi. *Opus* interdum sumi pro præmio habes c. 40. v. 10. n. 160. Vide Ier. 22. v. 13. in Hebræo. Leuit. 19. vers. 13. Eamdem esse notionem hic affirmo probabiliter, & firmo ex verbo adiuncto, *Dabo*, quod & Græcè, & Hebraicè respicit retributionem, certè tributionem. Quod *opus* si est præmium significatum, alterum nomen, *in veritate*, debebit notare alterum è duobus, aut fidelitatem in Deo, quod mirè congruit, cùm sit promissio: & vox originaria אֱמֶת *Emet*, id suo genio ferat, vt alibi observo, aut construitur cum ipsa mercede, quam Deus promittat fore stabilem, diuturnam, imò & perennem, cuiusmodi est notio Psal. 88. vers. 37. *Sicut luna perfecta in æternum, testis in cælo fidelis*, נֶאֱמָן *neeman*, ab eodem stipite. Ratio analogiæ clara: nam veritatis est summè proprium constare, permanere. Vtrique explanationi subseruit multum quod succedit, *& fœdus perpetuum feriam eis*, sc. reddendi mercedem operi, & labori. *Veritas pro fidelitate, aut pro constantia.* *Ratio analogiæ.*

B

Sed non minùs vero affine iudico, *opus*, esse opus, actionem ipsam, & officium colendi Deũ; & cùm Deus promittit se daturum, i. effecturum, vt sit *in veritate*, id opponi vmbræ legis Mosaicæ, vel si mauis, hypocrisi Iudaicæ, nam prioris interpretationis auctorem habebis grauissimum, S. Hiero. posterioris verò Hugonem, Adamum, & Forerium. Quæ interpretatio consentit admodum superiori nostræ coniecturæ de holocausto spirituali. num. 180. expositæ. Opus enim Iudæorum & cultus non erat *in veritate*, sed in vmbrâ, sed hoc sine eorum vitio, ex instituto Dei: & erat præterea illorum scelere, in hypocrisi, & mendacio, quia discerpebant victimam holocausti, hoc est, separabant cultum externum ab interno, & illo erant contenti: cùm deberent ex vtroque integrare sacrificium, & internum externo præponere, quod prædicitur hoc loco facturi Christiani, scil. adoraturi Deum, hoc est, externè honoraturi (nam adoratio o hæretice quid externum est) sed *in spiritu & veritate.* Quod fœdus Deum inter & Christianos non erit temporarium, ad tempus breue initum, vt illud vetus, & victum, sed erit perpetuum.

184. *Expositio alia.* *Deus colendus sinceriùs in lege Euangelica.* C *Lex Mosaica vmbra.* *Cultus constat ex interno, & externo.* *Ioa. 4. v. 23.* D

Quod si aliqui fidelium minùs fideliter se gesserint, imò si officium prodiderint, non ideo rescindetur hæc pactio. Psal. 88. v. 31. *Si autem dereliquerint filij eius* (Christi) *legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit.*

185. *Lex Euangelica nunquam abroganda.* E

Aliquid amplius, imò multo amplius dandum erat testamento, & fœderi quod Deus per filium, quàm ei, quod per famulum sanxisset, vt benè, & luculenter argumentatur Apostolus ad Hebræos c. 3. v. 1. Vnde etsi malis illis priscis agricolis, & ingratis ablata est vinea, istis nouis, quibus est tradita, nunquã auferetur, vt habeatur ratio Christi tradentis per se ipsum, sed qui fuerint mali & infidi, seorsum dabunt pœnas. *Ma. 21. v. 41.*

Ioa.13.v.15. Act.5.v.12.

Vers. 9. Et scient in Gentibus semen eorum,& germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos cognoscent illos: quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.

Euentus interpretatur prophetias. Vaticinium in expletum, obscurum. Apocalypsis inde obscura.

186. LEctor Ecclesiasticæ historiæ legende assuetus non requiret alium huius vaticinij commentarium; Prophetiæ enim cuiuslibet obscurioris interpres nullus est melior quam eiusdem euentus. vnde quæ adhuc manent clausæ & obscuræ,licet conijcere, eas nondum fuisse expletas: cuius generis mihi sunt multæ prædictiones in Apocalypsi. Ergo quis ex euentu non clarè intelligit hanc prophetiam de Ecclesia Christiana tot ante seculis mundo propositam.

Christiani noti. 1.Co.12.v.2. *Nota Christianorum.*

187. Christi enim alũni, & discipuli vbique terrarum & Gentium dignoscebantur ab alijs, primùm cultu & religione, quod paganis, vt mutis & brutis animalibus ad idola muta adoranda irruentibus, fideles vnum Deum verum adorarent,cœli,terræque creatorẽ:deinde moribus separabantur,quòd Gentilibus omni flagitiorum ac scelerum colluuie coinquinatis & immersis,Christiani castissime & innocentissimè viuerent: adeò vt infidelibus ob vitæ castimoniam & innocentiam partim essent admirationi,partim odio. Admirationem vero & odium testatur S. Petrus 1.ep 4 v.4.qui cum v. 3. numerasset peccata Gentilium, *Qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs,vinolentijs,comessationibus,& illicitis idolorum cultibus*, addit Apostolus: *In quo admirantur non concurrentibus vobis in eamdem luxuriæ confusionem,blasphemantes. Admirantur* Græce ξενίζονται, vt rem peregrinam, insolitam,nouam iudicant,admirantur. Sed & odium attingit Petrus; cum addit:*blasphemantes*: at cur blasphemant,si mirantur? Mirantur vt rem nouam,mundo insuetam, blasphemant, & odio habent vt sibi probrosam: nam eo lumine sanctitatis magis aduertebantur tenebræ Gentilium: & eo candore morum, patentiùs exstabant labes, & sordes infidelium, id attestatur & Apostolus Paulus Phil. 2. v.15. *Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ,& peruersæ,inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*

Paganus Christianum admiratur, & odit.

Gentiles cur oderint Christianum.

Mali bonos oderunt.

188. Vnde cùm nulla possit esse *conuentio lucis ad tenebras*, haud insolens, si mali bonos oderint, vt suorum vitiorum reprehensores, & exprobratores,dissimilitudine morum:vt demus malos à bonis ne verbo quidem verberari. Hoc enim odium & ex hoc capite, contra probos vetus est,& solemne mundo. Sap 2 v.12. *Circumueniamus ergo iustum,quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad videndum quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immunditijs.*

Cur veri mali odiunt.

189. Quod testimonium Patres antiqui contra Christum esse communiter affirmant, quod nõ nego,sed vniuersim intelligi volim (vt constat e discursu sermonis)de quouis insigniter iusto: quæ enim hoc loco docentur, generalia sunt improbis aduersus probos. Nam probi probe viuendo damnant improbos,non ob id solùm, quòd horum improbitas istorũ probitati collata apparet amplius: sed etiam quod improbi nullam habent à fragilitate naturæ, aut aliunde excusationem, nihilque possunt obtendere, cur non bene viuant. Id enim inter alia bonũ important exempla laudabilia in vitam humanam,vt doctè Aug. obseruat lib.8. Trinit. c. 9. *Nescio*, inquit, *quomodo amplius & in ipsius forma caritatem excitamur per fidem, qua credimus vixisse sic aliquem, & in spem, qua nos quoque ita posse viuere,qui homines sumus, ex eo, quod aliqui homines ita vixerint,minime desperamus,vt hoc & desideremus ardentius,& fidentius precemur.*

Exempli boni fructus. Aug.

190. Ferunt igitur ægerrimè impij cùm peccant, non licere sibi confugere ad asylum infirmitatis humanæ:quod quia sibi præpediri vident à sanctis hominibus, ideo illis sunt infensi. S. Aug.tract. 4. in epist. Ioan. *Totus mundus Christianus est,& totus mundus impius. Per totum enim mundum impij, & per totum mundum pij: illi nos non cognoscunt. Quomodo putamus quia non cognoscunt? Insultant bene viuentibus. Attendite & videte, quia forte sunt & inter vos. Vnusquisque vestrum, qui iam pie viuit, qui contemnit secularia, qui non vult ire ad spectacula, qui non vult se inebriare quasi solemniter,& quod est grauius,accedente patrocinio sanctorum dierum, sese immundius, qui ista facere voluerit, quomodo insultatur ab his qui faciunt: numquid insultaretur ei,si agnosceretur? quare autem non agnoscitur: mundus eum non agnoscit.*

Mali & boni vbique. Mali bonis insultant. Aug.

191. Hæc S.Aug.interpretans initium c.3. epist.1. Ioannis,quod specie tenus opponitur huic loco Isaiæ: *Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus: propter hoc mundus non nouit nos,quia non nouit eum.* Hic apparet aduersum huic: *Et scient in Gentibus semen eorum*:Sed est ei consonum, & lumen:nam cùm ait Apostolus:*Propter hoc*, scil quod sumus filij Dei, *mũdus non nouit nos*, indicat, Christianos à Gentilibus agnosci, dignosci, certissima notà separari,& diuidi: odio etiam haberi, & probro. Nam *mundus non nouit nos*, non excludit intellectum,sed affectum,prodit odium,abalienationem animi; quæ nascebatur ex dissimilitudine, & oppositione morum & vitæ: quòd Christiani essent filij Dei, & se vt tales gererent: Deum Patrem moribus suis exprimerent, pagani autem essent filij Diaboli, & sui parentis opera facerent. Vt enim similitudo ingeniorum, studiorum,morumque parens est amicitiæ:sic diuersitas eorundẽ parit odiũ.

1. Ioa 3.v.1. *Occupatio. Extrecem leuamen.* *Odium vnde & amicitia.*

191. Lactantius l.5.c.9. tractans hoc argumentũ, cur gentiles persecuti fuerint Christianos,cum illorum rabiem in hos enarrasset, ita quærit. *Huius tãti,ac tam pertinacis odij quam potissimum causam esse dicamus? Vtrumne veritas odium parit, vt ait poeta quasi diuino spiritu instructus. An erubescunt coram iustis & bonis esse nequam? an potius vtrumque: Nam & veritas semper inuisa est, ...ia eo,qui peccat, vult habere liberum peccandi locum: nec aliter se putat malefactis suis voluptatibus securius perfrui posse, quam si nemo sit, cui delicta non placeant. Ergo tanquam scelerum,& malitiæ suæ testes exstirpare funditus nituntur & tollere,grauissimos sibi putant; tanquam vita eorum coarguatur: Cur enim*

Lactant. *Persecutionis Gentilium vnde.* *Mali vellent omnes esse similes sui.*

cum sint aliqui intempestiue bonique corruptis moribus publicos conuicia bene viuendo faciant. Cum non omnes sint aeque mali, rapaces, impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulentique, quin potius ausferatur, quibus male viuere pudet: & qui peccantium frontem, etsi non verbis, quia tacent, tamen ipso genere vitae dissimili feriunt, & verberant. castigare enim videtur quicumque dissentit. Ex Lactantio haec, magnopere concinentia iis, quae ex libro Sapientiae recitaui num. 188.

193. 1. Petr. 2. v. 12. 15. Dubitatio. Caeterum, tametsi sit affatim ostensum, Christianos inter Gentiles fuisse notissimos, quippe quos totos diuersos ab istis: tamen cum simul ostenderimus, fuisse Gentilibus exosos, non solum non videtur vaticinium praesens expletum, sed è diuerso apparet elusum. habet enim B ita:

Omnes, qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.] Quibus verbis praecinitur, Christi clientes & alumnos ab aliis omnibus aliarum sectarum professoribus (id exprimitur iis: *omnes, qui viderint eos*, i. omnes alij) non modò dignoscendos, interstinguendos, sed etiam admirandos, & collaudandos, aut etiam inuidendos: quod ferunt haec verba: *Quia isti sunt semen, cui benedixit Domi-nus*: nam benedictio Domini vtcumque exponatur, faelicitatem sonat.

194. Ps. 43. v. 14. Ro. 8. v. 36. Quàm verò dissimile fuerit Gentilium de Christianis iudicium, & sermo, liquet ex praedictis, & amplius liquebit ex dicendis. S. enim C August. in Psalm. 147. vers. 1. ita scribit: *Aliquando dimisso theatro, aut amphitheatro, cum coeperit ex illa cauea euomi turba perditorum, aliquando tenentes in animo phantasias vanitatis suae, & memoriam pascentes suam non solum rebus inutilibus, sed etiam perniciosis, gaudentes in eis, tanquam in dulcibus, sed pestiferis: vident plerumque vt sibi transire seruos Dei, cognoscunt ipso habitu, vel vestis, vel capitis, vel fortè notos habent, & dicunt apud semetipsos, vel secum, O miseros illos; quid perdunt.*

August. Gentiles iudicant Christianum miserum. Christiani habitu distincti. Modestia notis.

195. Viden' Christianos à Paganis cognosci, dignosci moribus, etiam habitu, haberi, & depraedicari non beatos, sed miseros, eorum sortem apud Gentiles non esse materiam inuidiae, aut D aemulationis, sed miserationis. Sanct. Hilarius Psalm. 118. vers. 116. *Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab exspectatione mea*, haec habet in commentario: *Plures autem sunt qui hanc exspectationem fidei nostrae arguunt, & irridentes dicentes: Quid ieiunia, quid continentia, quid castitas, quid iactura patrimoniorum vtilitatis affert? vbi spes vestra est, Christiani? Mors aequaliter dominatur vniuersorum, in omnium corporum naturas ius illi commune est. Quin etiam vniuersis nos bonis seculi fruimur, & vita vera licentia vtimur, & in quo tandem nobis spes nostra exspectatione praestatis?*

Hilar. Christianos miseros à Paganis.

196. Gentiles calumniantur habere peius post aduentum Christi. Neque hoc tantum Gentiles vt se beatos, Christianos verò miseros, & insipientes ducerent, & traducerent, sed eò progressi, vt dicerent, a tempore Christiani nominis habere multo peius res humanas. Quod falsum testimonium, & impudentissimam calumniam ne videar ipse Gentilibus affingere, dabo testem omni fide & acceptione maiorem S. Augustinum ad Psalm. 136. vers. 3. cuius hae sunt ipsissimae voces: *Aliquando interrogant nos & dicunt nobis: Nonne ex quo venit Christus, peiora sunt in rebus humanis quam fuerunt antea & feliciores tunc erant*

August.

A *res humanae quam modò? Dicant nobis Christiani: quid boni attulit Christus, vnde feliciores putent res humanas, quia venit Christus.* Vide eumdem Psal. 80. in principio.

197. Tertul. in Apologetico. Iustinus. Hae erant crebrae calumniae, crebrae querelae Gentilium aduersus Christianos, vt ex aliis antiquiorum scriptis & apologiis intelligitur: quibus videtur parum concinere nostrum vaticinium, quo acclamatio, & admiratio, & plausus promittitur. Nam vt illud Ioannis numer. 191. *Mundus non nouit nos*: continet animi abalienationem, id est, nos vt alienos, vt extraneos habet: sic hoc loco: *omnes, qui viderint eos, cognoscent illos*: verbum *cognoscere* Heb. נכר *nacar*, quod alicubi est, alienare se, *estrañar se, desconocer*, alicubi verò, vt hic contrariae notionis, agnoscere, vt suum accipere, peramanter recipere, cuius benigni adfectus ratio ponitur apta.

198. Solutio prima. Sanctitas, & innocentia albeis. *Quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.*] Hic vnicus impactus multifariam potest extrundi. Primùm, si dixero, dici, quod deberet fieri ex natura rei: ex officio hominis benè morati, non profligati, non contumacis. nam eximia illa sanctitas Christianorum, praesertim in Ecclesiae incunabulis, ille candor morum, illa minime vsque ad eam diem visa continentia, illa rara simplicitas, & in omni rerum ordine innocentia, illa facilitas, humanitas, & in omnes etiam inimicos benignitas, illa coelestis in rebus statuendis prudentia, in exequendis plusquam C humana fortitudo & constantia, in absoluendis felicitas: in rebus aduersis tolerantia, & animi aequabilitas; illa aliarum omnium virtutum harmonia cui non deberet summam gignere admirationem & beneuolentiam, & exprimere laudem? Omnis enim virtus nos ad se allicit, cogitque vt eos diligamus, in quibus inesse videtur, etiam si hostes sint. non tanta inest vis attrahendi paleam in succino, & ferrum in magnete, quanta in virtute ad rapiendas hominum voluntates. Qua spectatâ naturâ honestatis & virtutis hoc vaticinium est verissimum; etsi aliqui ab hac naturali lege deciuerint. Tale est illud Ioan. cap. 13. vers. 15. *In hoc* D *cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem*, i. poterunt cognoscere: quia erit nota singularis, & certissima.

199. Solutio secunda. Secunda responsio; praedici hoc loco conuersionem mundi: nam etsi principio Gentiles infensi, & infesti fuerunt Euangelio, ac proinde Apostolis, primisque Christianis, eo quòd eos ignorarent; tamen demum cognouerunt eos, & erupetunt in hanc vocem: *Isti sunt semen, cui benedixit Dominus*: dolentes quòd antea non cognouissent, & multo magis, quòd odissent. Lege historiam Ecclesiasticam, praecipuè de persecutionibus.

E Solutio tertia. Tertia solutio: haec postrema verba, *Isti sunt semen cui benedixit Dominus*, non esse Gentilium, sed Vatis, reddentis rationem, ob quam essent Christiani ab aliis interstinguendi: quod confirmo ex dictione causali, *quin, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus*: ideo enim erunt notissimi, nobilissimi inter reliquos mortales, quia super eos Dei benedictio larga descendit. Quòd verò haec sit oratio, & ratio siue Dei, siue Isaiae, & non populi infidelis, è translatione L X X. omnino sumitur? quae sequentem versum annectit hoc modo: *quia isti sunt semen benedictum à Domino, & gaudio gaudebunt ad Dominum, ἐπὶ κύριον.* Cui translationi

flationi,& cõstructioni licet non placeat stare, vtpote distanti a Latinâ: tamen tot ac tantorum interpretum iudicium faciendum est plurimi, quatenus iudicant hæc verba de quorum sensu ambigitur, pertinere non ad infideles, sed ad Prophetam.

100. Vbi *isti*, vel Apostoli, vel latiùs primi Christiani, vocantur *semen*, & *germen*, mihi haud erat incertum, notari eâ similitudine, & metaphorâ vim diuinitus ingenitam augescendi, & multiplicandi. Vtrumque enim & *semen*, & *germen* (pro radice, & caudice) paruum est mole, & ingens virtute, & multiplex potestate. ideo enim Deus in primâ rerum molitione statuens multiplicare & propagare plantas, iussit suum cuique semen inesse: animantibus verò præter eâdem vim seminalem, & prolificam, suam benedictionem Deus impertiuit, quo facilior, & felicior esset propagatio. Genes. 1 vers. 22. *Benedixit eis dicens; crescite, & multiplicamini*: Ergo hoc loco *germen*, & *semen*, *cui benedixit Dominus*, non poterit non augescere, & subolescere facillimè, & felicissime, & breui extendere & effundere germina sua, filios, nepotes, abnepotes, & inferioribus gradibus posteros toto terrarum ambitu: vt Ecclesia possit nominari legitime, non solùm Apostolica, sed & Catholica, id est, vniuersalis. quæ est vna è multis notis Ecclesiæ veræ, vt multis locis tradit Augustinus, & ex hoc capite premit Donatistas, Pelagianos, & alios hæreticos, quarum genimina viperarum non vbique propagantur, sed in hac vel in illa regione, & quasi sylua suum virus concipiunt, & effundunt. At verò Ecclesia Christi, sponsa castissima, Virgo integerrima, & nihilominus Mater fœcundissima vniuis terrarum & gentium gignit, germinat, floret, fructificat, nutrit, educat, & ad ætatem, vitamque perfectam filios suos promouet, neque conceptu viulatur, neque partu dolet, neque nutritu flaccescit, neque educatione deteritur, neque curâ, & prouisione angitur: sed quo plures liberos parit, alit, educat suis ipsa vberibus, curat, erudit, prouehit, eo floridior, vegetior, robustior, & pulcrior euadit: quia est *Germen in medio populorum, & semen cui benedixit Dominus*: cui Germini competit non marcescere, non senescere, non effici ipso vsu & tempore veternosum, vietum, aut effœtum sed perseuerare integrum, illæsum, validum, atque viuidum. Quod de se iam ipsa Ecclesia suis verbis sequentibus enunciat, Deo gratulabunda. Cyrillo, & Procopio par est Religiosos habere gratiam: quod hanc propheticam pericopem Religiosis cœtibus nominatim addicant, in quibus ista conspiciantur vberiùs exacta. Et verò cùm ordo Religiosus sit Ecclesiæ portio clarissima, ei singulariter conuenit Ecclesiæ toti, nullum apparet inconueniens.

Margin notes: *Semen & Germinis vis* — Gen. 1. v. 11. — *Ecclesia notā esse vniuersalem.* Aug. tract. de Ouibus. c. 10. de vnitate Ecclesiæ c. 1. — *Ecclesia sponsa.*

Vers. 10. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me: quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

101. Constituere in primis est necessum, cuius sit hæc gratulatio, vt meliùs explicetur eius argumentum. Non defuerunt graues, & veteres autores: qui Christo ascriberent. Tertul. 4. contra Marcio. cap. 11. Orig. in cap. 26. Genes. & August. epi. 120. Quod mihi persuadere non possum: & quia nihil antecedat, neque succedat, cui hæc Christi loquentis repentina introductio copuletur. Deinde, quia durè aptetur ei vocabulum *sponsæ*: neque emolliatur eâ responsione; id ei conuenire ratione corporis Ecclesiæ, cuius est caput: nam etsi certum, hoc nomine respectu aliqua nomina, & adiuncta, quæ sint Ecclesiæ propria, Christo accommodari, etiam est indubium, non omnia conuenire. Ecclesia enim bellè dicitur *vinea*, at quis Christo hoc nomen attribuat? dicitur *sagena*; num id quoque Christo aptaueris? Itaque sunt eiusmodi multa, quæ repugnant. Tale est nomen *sponsa*: nam Ecclesia vocatur sponsa, & est, quia Christus est eius sponsus; vnde sponsæ rationem & statum habere nequit: non enim vt è membris & capite vnum corpus componitur, sic è sponsa, & sponso aliquid vnum efficitur, cuius consideratione quod est sponsæ, possit attribui sponso.

Margin notes: *Cuius oratio hæc.* — *Christo datur.* — *Cur non conuenit.*

102. Multo minùs placebat, hanc orationem ascribi Isaiæ ipsi, quod placuit Forerio, & Ariæ. nam cùm hæc dona & ornaméta sint nõ Synagogæ, sed Ecclesiæ, impropriè ea sibi adaptaret: potuit enim gaudere, & gratias agere Deo ob illa, & vt est credibile id præstitisse: non verò dicere: *induit me vestimentis*, &c.

Quare cùm omniu interpretũ sit consensio: bona ista, gratulationis materiam, esse bona & dona Ecclesiæ cõferenda à Saluatore, idq; multo ante prouisũ, ab Isaia præcinitur Ecclesiam ipsã suomet nomine & titulo gratias Deo agẽtem, & lætantem non audiemus? Certè hæc existimatio Hieronymi, Cyrilli, Procopij, & plurium, & deberet esse omnium: in qua non est incõcinnitas vlla, præter subitã personæ intromissionem: quę Vatibus non est inusitata. LXX. prima verba adiungunt superioribus: *& gaudio gaudebunt in Domino*, vt dixi num. 199. Sed sequentia ad aliam personam accommodant, vt Latinus: *Exultet anima in Domino: quia induit me*, &c. atque adeò eadem est variatio personarum.

Margin note: *Sententia probanda.*

103. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultauit anima mea in Deo meo.*] Probo Sanctij notam; videri solemnem gratulatorij carminis formulam, quam ille exemplis idoneis affirmat. Vide notam etiam nostram ad cap. 26. v. 1.

Margin note: *Gratulans gratiarum actio.*

Gaudens, &c.] Hic etsi lego duo verba, *gaudere*, & *exultare*, eisque alia duo respõdẽtia Hebræa, & Græca, inde tamen non duplex gaudiũ haurio, siue internum, & externum, siue præsens & æternum, siue in alia membra diductum; sed vnum & idem magnum, ingens, id enim est, *gaudentem gaudere*, & *exultare*. Quòd verò adiicitur, *in Domino, in Deo meo*: duplici consilio adiicitur: priori, vt Deo referat accepta quæ pòst numerat dona, & beneficia, & nihil sibi arrogare, nihil sibi in eis ex animi iactantiâ placere & applaudere videatur. Nam vt opus est agnoscere quæ accepimus ab ipso Deo dona, vt habeamus gratiam (neque enim omnino cœcutit humilitas) sic est necesse cautè & humiliter ea dona censere, ne malè hoc officio functi, eximamus censui diuino, & nostro per superbiam

Margin note: *Vni Deo referenda omnia bona*

ascriba

ascribamus, ideo ex affectu oculatæ humilitatis præponit: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo*: & supponitur beneficium. *quia induit me*, &c.

204. *Beatissima Virgo humilis, & grata.* Luc. 1. v. 47.
Cuius sociandi animum beneficiorum memorem cum humilitate præbuit nobis, vt in aliis omnibus, exemplum nobile sanctissima Virgo Dei mater, quæ impensè laudata à consanguinea sua S. Elisabetha, prorupit in illud diuinum poëma: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est.* Despice quemadmodum & magna beneficia ac dona in se recognoscat, & nihilominus nihil inde sibi præsumat, sed omnia integra, & illibata Deo referat. itaque laudem & gloriam ab Elisabetha collatam apud se residere non patitur, sed eam illico remittit Domino. Qui suis bonis, donisque Dei ita gaudent & lætantur, sine periculo gaudent. Psalm. 31. v. 11. *Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.*

105. *Aliud gaudium in Domino aliud in creaturis.* Seneca.
Posteriori fine, & consilio additur, *in Domino*, *Gaudebo in Domino*, ad dignoscendas qualitates gaudij: vt liqueat, esse verum, sincerum, stabile; nã aliunde quam ex Deo natum gaudium has virtutes habere nequit. Seneca à sola natura illustratus hoc vidit, & reliquit posteritati in epist. 98. *Fragilibus innititur qui aduentitio lætus est: exibit gaudium quod intrabit.* Et epist. 23. *Gaudium domi nascitur, intra, non foris quærendum.* Sed hoc multo luculentius apud Patres nostros conscriptos. S. Bernardus suum ferat suffragium ser. 1. de diuersis, qui est *de nimia fallacia præsentis vitæ*; ibi prope finem sic ait: *in veritate iustorum exspectatio non aliquid lætum, sed ipsa lætitia est. Gaudent in cibis, gaudent in pompis, gaudent in diuitiis, gaudent & in vitiis homines. Sed luctus extrema occupat huiusmodi gaudiorum, quod gaudium in materia conuertibili mutari necesse sit, re mutata.*

Bernard.

Gaudium mundi desinit in luctum.
At accenditur cereus, non purum lumen est, sed lucerna: si quidem ignis ipse propria fomenta consumit, nec nisi ipsa consumptione fouetur. Porro deficiente materia ipse quoque deficiet, & vbi illum videris prorsus exstinctum hunc quoque nihilominus exstinctum esse reperies. Sicut ergo flammæ illius nouissima fumus occupat & caligo: sic lætitia læta res in tristitiam commutatur. Nobis autem non tantum melius, sed purissimum, & liquidissimum mel reposuit Deus, ipsam planè lætitiam, vitam, gloriam, pacem, voluptatem, amœnitatem, felicitatem, iucunditatem & exultationem thesaurizauit nobis Deus noster.

106. Et quamuis S. Abbas Claræu. videatur loqui de gaudio cœlesti, sed initio præfixit hoc: *In veritate iustorum exspectatio non aliquod lætum, sed ipsa lætitia est.* & est Pauli sensus: *Spe gaudentes.*

Bern. *Iustus etiam in præsenti gaudet.*
Et idem Bern. Cant. ser. 37 cùm allegasset ex Ps. 125. *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos*, præoccupat ipse: *At istud, inquis, in resurrectione, in nouissimo die. & est nimis longa exspectatio. Noli animo frangi, noli deficere à pusillanimitate spiritus, habes interim de primitiis spiritus quod ad præsens in exultatione metas. Seminate, ait, vobis iustitiam, metite spem vitæ: non te modò mittit ad diem nouissimum, quando res iam erit in re, & non in spe: sed de præsenti loquitur. Prorsus magna lætitia, & exultatio multa nimis, cùm vita venerit. Sed nunquid tanta lætitia spei erit sine lætitia? Spe gaudentes, ait Apostolus, & Dauid non* A *lætaturum, sed lætatum se dixit, quod in domum Domini se speraret iturum.*

Probat Bernardus non solùm in altero seculo aditã summi boni possessionẽ esse iucundissimã, 207.
Spe gloriæ læta.
sed & in hoc seculo eius possessionis exspectanda spem parere iustis magnam iucunditatem, idque rectè ostendit ex Ps. 121. v. 1. vbi David ait: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Sed posset compendiosiùs ostendere ex autoritate Christi Mat. 5. v. 11. *Beati estis, cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Palàm ex spe futuræ mercedis præsentem B lætitiã, & exultationẽ indicit, & qui indicit, infundit. Itaque spes diuina firmissimi bonorũ operũ radicibus innixa profert lætitiæ spiritualis germen, vbiq; virens, vbiq; floridũ. E qua libet enim aliã stirpe natũ gaudiũ leuissimarũ rerũ attactu marcescit, & euanescit: solum ex Deo progenitum durat. *Vis gaudium habere sempiternum*: quærit Aug. tract. 14. in Ioan. & respondet: *Adhære illi, qui sempiternus est.* Vide eumdem Ps. 144. v. 1. vbi docet, nullum aliud posse esse perpetuum, quoniam alia omnia, quibus innititur, possumus amittere vel inuiti: Deum verò nobis nolentibus nemo potest adimere: idque ostendit exemplo Iobi, qui cæteris amissis, & vno Deo retento, verum gaudium non amisit, lætus C vel in maximis ærumnis.

Gaudium humanum leue, breue. August.

Ex quibus efficitur, futurum tempus, hic positum: *Gaudebo in Domino: & exultabit anima mea* 208.
in Deo meo, non esse necessarium ad alterum seculum vsque producere, sed de statu præsenti posse, imò debere exponi. Sed iam ad materiam stanti gaudij, & exultationis.

Quia induit me vestimentis salutis: & indumento 209.
Scopus
iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.] His translationibus contineri innumera & maxima dona, & ornamenta Ecclesiæ Christianæ à Christo concessa nemo sanctum eius addubitat, saltẽ typicè. Quid verò lateat sub indumento *Salutis*, seu sub pallio *Salutaris*, vt apud Græ- D cos: quid sub *indumento iustitiæ*, quid nobis offerat *corona sponsi*, quid *sponsa monilia*, varie disseritur. Ego priusquam accedo ad hanc dissertationem, lectori suggero quod aliàs sæpiùs admoneo, in similibus metaphoricis, & parabolicis locutionibus non debere singulas partes minutiùs & quasi morosè, ne dicam putidè expendi, sed scripturis & Spiritus S. scopum attendi, & ad eum dirigi interpretationem.

Autoris monitio.

Porrò scitum est apud omnes Gentes vel immanitate barbaras, cùm nuptiæ celebrantur, ve- 210.
Vestis splendidior in nuptiis.
stes ornatiores, & splendidiores indui, non modò ab coniugibus, nõ modò à pronubis, sed etiã ab iis, qui conuiuio nuptiali accumbunt. hinc E illud: *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Prodit hæc interrogatio vsum communem induendi in celebrandis nuptiis, vestem lætiorem & splendidiorem, & adeò eũ vsum inualuisse, vt qui secus faceret, iniuriam faceret patri familias, inuitanti ad nuptiale cõuiuium: alioquin locum non haberet illa obiurgatoria interrogatio: *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* nec erat cur obmutesceret conuiua cùm posset excusare facile suum factum, si consuetudo non cogeret.

Mat. 22. v. 11

Neque tamen credo certũ genus vestis fuisse

ciusmò

211 *Non certa vestis. Hilar.* eiusmodi, etsi id adsignificat Hilarius ad finem Cano.22.areos: *Aut si certus ex consuetudine conuiuantiũ in nuptiis habitus soleret esse, ab inuitatibus, ac ministris potuisset inhiberi:* sed fuisse liberũ cuique quã vellet, veste indui, modò non esset sordida, aut pulla, sed nitida & festiua. Nã non solũ conuiuio nuptiarũ, quod est lautius, & magnificentius: sed cuiuis ordinario conuiuio interesse cũ vestitu tristi, fuit certè apud Romanos insolitũ, & vituperabile. *Conuiuas decet vestis splendida* Do autorẽ idoneũ, Tulliũ ita opprobrantẽ Vatinio: *Cic.in Vatinium.* *Atque illud etiam ex te scire cupio, quo consilio, aut quã mente feceris vt in epulo Q. Arrij cum toga pulla accumberes? quem vnquam videris, quem audieris? quo exemplo, quo more feceris?* & paucis interiectis, *Cedo quis vnquam cœnauit atratus? quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? Cũ tot hominum millia accumberent, cùm ipse epuli Dominus Q. Arrius albatus esset, tu cum C. Fidulo atrato te funestum intulisti.*

212 *Vestis atra & alba, quid moneat.* Ex his inferimus, vestẽ festiuã esse candidã, funestã esse pullã, seu atrã: & illam esse, quæ deceat cõuiuas nuptiales, ac proinde in primis ipsos cuniuges, spõsũ, & sponsam. Quod si vestis atra est funesta, nam color ater mortem satis aptè portendit: vestis alba erit vitalis & salutaris: nã candor vitã & salutẽ suo ingenio significat: *Greg.* vide quod adnotat S Greg.hom.21. Euan. de Angelis visis in veste candida annunciatoribus Christi resurrectionem. quò etiam spectat habitus exodidatorum nostræ fidei, quo vestis candore nouam in Christo vitam profitebãtur.

Dominica in Albis. Ergo cùm hoc loco Ecclesia se vt sponsam, & spõsum ratione diuersorum graduũ fidelium, gerat, appositè dicit lętabunda: *Gaudebo, &c quia induit me vestimentis salutis:* hoc est, albis, salutaribus, & vitalibus. *E periculo liberatur.* Cũ essẽ atrata, veste funestã induta, cũ essem addicta, & penè carnificis mucroni supposita, liberauit me, exuit vestimentis funebribus, & induit albis, *induit me vestimentis salutis:* ab inferis reuocauit ad superos: à tenebris densissimis & nigerrimis ad lucis cãdorem eduxit ad auras hauriendas salutares extulit: à seruitute miserrimã ad libertatem. *Manumissi vestẽ mutãt.* nam & serui cum manu mittebantur, veste sordidã positã, aliam nitentem & candidam induebant.

213 *Vestis mutatio signum mutati status.* Itaq. in hac mutatione vestis, ego mutationẽ status accipiebam: nam vt nitidæ vestis mutatio in squallida signu est infaustæ fortunæ, & mutationis status: vnde apud Romanos reus quis factus, statim vestẽ mutabat, *Reus veste pulla* & in publico dãno publica erat & cõmunis vestis mutatio: in priuato luctu apud omnes populos, priuatim familia quæque vestẽ mutat. Ita è cõtrario, cũ sordido vestitu exuto, nitidus, & splendẽs, cùm albus accipitur, melioris status & conditionis vicissitudo significatur. *Salutis* Heb. à quo *Iesus*, salutis sutor, quod in populũ Christianũ bellè cõuenit

214 *Et in lumentis iustitia circumdedit me.*] Totum hunc propheticum contextum non parum illuminat alter Baruch 5.v.1. nã Prophetę Prophetis vicissim sunt lumẽ. Ait ergo Vates ille alloquẽs in Ierosolymã Ecclesiam Christi futuri: *Exue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore, & honore: qua à Deo tibi est sempiterna gloria Circumdata te diploide à Deo iustitiæ: & impone mitram capiti tuo honoris æterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cælo est.* *Exuitur atro fusus.* Cum primis hic dicitur apertiùs, priùs esse exuẽdã vestẽ lugubrem, funestam: quod in Isaiã subintelligitur, cùm scribitur: *induit me,* &c. nam cùm quis induit vnã vestem, prius aliam exuit. Sed apud Baruch vterque gestus exprimitur: *Exue te,* &c. *& circumdato te diploide:* deinde hanc diploidem esse nitidam & splendidam vestem salutis traditur: *indue te decore, & honore,* sed ne putaretur sibi hãc diploidem ipsa quæsitura, additur: *qua à Deo tibi est sempiterna gloria,* in Isaia: *Gaudebo in Domino,* &c. *quia induit me,* &c. Tertiu: vtrobique circumdatur indumẽto iustitię à Deo: sic enim est expediendum ex Græcò Latinus versus Baruch: *circumdato te diploide à Deo iustitiæ; διπλοΐδα τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης: diploide iustitia, qua est a Deo.* Quo loco si fidimus iis, qui *iustitiam* cõuertunt in misericordiam ex vsu sanctæ Scripturæ, *Maldon.* & volunt dici *iustitiam*, eo quòd Deus eam præstiterit, vti promiserat: iuxta dictum Dei Matris: *Suscepit Israel puerum suũ, recordatus misericordia sua. sicut locutus est ad patres nostros, Abrahã, & semini eius in sæcula* *Luc.1.v.54.* si hoc, inquã, non respuitur: Vestimentũ *salutis* superius, & indumẽtum hoc *iustitiæ*: est diplois apud Baruch, vna & eadem vestis, duplici vil o & facie, & specie exteriori. *iustitia*: quia Deus fidem suam publicè obligarat, iureq; iurãdo firmarat, *daturũ se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorũ liberati seruiamus illi in sãctitate, & iustitia coram ipso.* Luc.1.v.73. altera vero facie interiori vestis est & opus misericordiæ. quia illa promissio nata fuit ex misericordia *Per viscera misericordiæ sua, in quib' visitauit nos Oriens ex alto.* *Luc.1.v.78.*

215 Denique Vatũ vterque Ecclesiæ coronã imponit: ille *mitram honoris æterni*: noster coronam sponsi: quas duas coronas non esse valde diuersas non fuerit negotij magni ostẽdere. Sed aliquid profari libet de *Coronis*, quod huic loco & aliis sit opportunum.

Coronarum vsus vetus, & multiplex fuit. Coronarum vsus vetus, vniuersalis, vt dici queat mos Gẽtiũ. idẽ multiplex variusque personis, materiã, fine. Est enim corona capitis non tegmẽ, sed insigne. signúmq; vel lætitiæ, vel victoriæ, vel doctrinæ, vel virtutis, vel felicitatis, aut denique fastigij, dignitatis, & potestatis. ad hos fines reuocari possunt quotquot in adhibendis coronis vsurpantur, & obseruantur.

Materia. Materia coronarum non minus varia, & multifida: flores, herbæ vulgares, metalla vilia, & preciosa, vniones, gemmæ, vittæ texturã & filo mulrigenæ, pro vario fine, & pro vario more populorum, aut etiam arbitratu.

216 *Corona sponsalis.* De iis omnibus velle dicere, esset ineptum: de coronã sponsali aliquid commemorare, opportunum. Ac primum quæro, an solitus sit coronari solus sponsus, an etiam sponsa: quod si vterque quam ob causam Isaias soli sponso corouam imponat; sponsæ non item, sed monilia.

Carolus Paschalius de Coronis. Carolus Paschalius in suo opere erudito de Coronis l.2.c.16. variis veterum & grauiũ poëtarum testimoniis euincit sponsas coronari solitas fuisse: quos inter citat Martianum Capellam in carmine Hymenæi ita scribentem.

Conscia iam Veneris noua serta parte Napea,
Crocũmque lecto spargite.

Ex quo verè sumit aliam fuisse coronã virginum, aliam verò nuptarum. Sed id ad rem non interest. Sponsum etiam coronari & poëtæ, & philosophi affirmant, & è nostris Tertullianus de corona militis.

217 *Cur soli sponso corona.* Cur ergo Vates noster meminit diadematis sponsi solius? Res est tota cõiectabilis. Suspicor

ego

ego innuisse, vt alias sæpe, varietatem elocutionis; & voluisse ornamenta nuptialia distribuere. ideóque attribuisse sponso coronã, cum viri videatur esse magis propriu coronari, cum sit caput mulieris: & sponsæ dedisse monilia, quæ illam vnicè decent: vestes verò nuptiales, fulgentes, & festiuas, vtpote vtrique cõmunes non diuisisse. Si cui tamen succurrat alia coniectura melior, non inuiderim, sed libens inde mutuò acceperim. Ratio me mouẽs ad ita cõiiciẽdu, hæc est: vna quod Vati fuerit in cõmune propositũ per hasce similitudines exponere Ecclesiæ Christianæ decora, & munera: ac proinde fuerit accõmodũ, genera ipsa nuptialium ornamentorũ attingere: quæ videtur esse tria: *Vestes, Monilia, Corona*: vnde loquens de vestibus sexũ non distinguit: quia nulla erat ratio cur vni magis, quã alteri eas applicaret: monilia quia spõso attribui decenter non poterant, ei coronam accommodare placuit, quoniam potiori iure ei conuenit quàm nuptæ, quippe fœminæ.

218. *Corona insignis principatus.* Corona enim, vt suo loco tetigi, gestamen est Principis, regisque, qui cùm in coniugio vir fiat Dominus, & quasi Princeps vxoris, totiusque familiæ, rectè coronatur: sponsa verò, hoc certè nomine non fuit coronanda, sed nubenda, quia subditur viro. Lege Paulum 1. Cor. 11. v. 3 a quo disces, velamen signũ esse subiectionis, indeque argumentatur Apostolus mulierẽ dum orat, debere caput obnubere, non verò virũ. de quo nos c. 3. v. 17. n. 53. Adiicio aliam cõiecturam ex Hebræo sermone; qui ad verbũ ita conuertitur: *tãquã sponsũ consecrauit*, vel, ut à Grãmaticis permittitur, *Sacerdotauit gloria*: in quo nõ solus interpres Latinus, sed etiã Græcus coronę impositionẽ peruidit: sed videtur esse corona sacra, sacerdotalis: quæ nõ spõsæ, sed spõso debuit attribui.

219. *Corona nuptialis alia de causa.* Coronæ nuptiales possunt pertinere etiã ad lætitiam, quæ nuptias semper comitatur. Potuerunt præterea coronari sponsi, veluti victores, quod alios procos vicerint, & sponsam, quam illi ambiebant, fuerint adepti.

A *Et quasi sponsam ornatam monilibus suis.*] [illegible] liquet, quid hæc monilia [illegible] Ecclesiæ ornamenta. [illegible] beat hæc significatu distringere: in vestimentis potiùs *Significatio ornamẽtorũ.* gratiam, virtute, & alia dona, quæ animam afficiunt, & in se perficiunt, exponere, in monilibus verò, [illegible] gratis data, ad [illegible] & [illegible] dignitas, & [illegible] *regale sacerdotium*: aut perfe- *1. Pet. 2. v. 9.* ctionẽ & [illegible] nem, aut denique præmium *Exod. 19. v. 6* gratiæ, virtutum, & bonis actibus respondens. *Ap. 1. v. 10.*

B *Vers.* 11. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat; sic Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis Gentibus.

220.

HÆc verba Prophetę sunt ostendentis futurã diuinorum munerum vbertatẽ in Gentilibus, quos opponit, obseruante Hieronymo, Iudæis: *coram vniuersis Gentibus*: non solùm corã C Israele: itaque ingẽs bonorũ spiritualiũ copia, eaque generalis promittitur: copia cùm *seminis* productio è terra nominatur, & *germinatio* horti, id est, agri irrigui. Deinde modus sẽsuum fugiens exprimitur. Oritur enim è tellure ger- *Germen dum oritur, fugit sensum.* mẽ sensim adolescit, & subulescit fallens aspectum: adoleuisse enim videmus, quemadmodum verò, & quando adoleuerit, non videmus. Sic Gentilis populus ante sterilis, & horridus, subitò a Deo irrigatus & cultus tulit fructus *Conuersio subita mundi.* vberrimos, & suauissimos iustitiæ & laudis: fuit in se iustus, & Deo gloriosus: cum ea D eius iustificatione Deo iustificatori maxima & gloria & laus accesserit apud ipsos homines, & apud Angelos: qui in eo facinore fuit *Magnus, & laudabilis nimis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.*

PROPHETIÆ ISAIÆ.

CAPVT SEXAGESIMVMSECVNDVM.

1. PRopter Sion nõ tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius, vt lampas accendatur.

2. Et videbunt Gentes iustum tuum: & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.

3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

4. Non vocaberis vltrà derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs desolata: B sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata: quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur.

5. Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.

6. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis.

7. Et ne detis silentiũ ei donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudẽ in terra.

8. Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticũ tuũ vltrà cibũ inimicis tuis, & si bibent filij alieni vinũ tuũ, in quo laborasti.

9. Quia qui congregant illud, comedẽt, & laudabunt Dominum, & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis.

10. Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite

eligite lapides,& eleuate signum ad populos:

11. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ,dicite filię Sion: Ecce saluator tuus venit,ecce merces eius cum eo,& opus eius coram illo.

12. Et vocabunt eos, populus sanctus, redemti à Domino. Tu autem vocaberis; Quæsita ciuitas,& non derelicta.

Vers. 1. Propter Sion non tacebo,& propter Ierusalem non quiescam,donec egrediatur, vt splendor iustus eius:& saluator eius vt lampas accendatur.

1. *Vates orans.* VAtes suprà quasi in scenâ Deum agentem induxit,dein Ecclesiam: nunc ipse suam resumit personam,& suas partes agit interpretis,legati,& oratoris sui populi, & verò etiam futuræ Ecclesiæ apud Deú profitetur se núquã taciturú,nunquam conquieturú, sed votis,precibus,clamoribus fatigaturum,non modò sollicitaturú cœlum,donec demittat in terras *Iustũ*, cuius splendor dispellat tenebras errorum & cuius ardor ex humanis cordibus vitiorum frigus eiiciat. Quamobré Christo detur hoc cognomen, *Iustus*,doceo c.41.v.8.n.25.& qualis sit eius splendor,ex parte ibidé.n.40.quo ex commétario lucis quod opus sit,huc inferri poterit

Viri sancti obnixè precantur Ecclesiæ.

Christus Iustus dicitur.

Vers. 2. Et videbunt Gentes Iustum tuũ, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.

ALloquitur Isaias ciues suos, cœtú fideliú, Synagogam.ex qua natus est Christus,& cui primo quoque loco missus est: ob id dicit: *Videbunt Gentes Iustum tuũ*:relege c.60.v.3. *Ambulabunt Gentes in lumine tuo,& reges in splendore ortus tui*:quod est idem,aut simillimum.

2. *Vocabitur tibi nomen nouũ.*] Apud expositores variat hoc nomé:aliis enim est *Iesus*,aliis *Christianus*, aliis *Ecclesia* Christi. Scio , tametsi ab exordio mundi ad hanc vsque diem vna , eadémque fuerit fidelium cómunitas,vnus,idémque cœtus:veteré tamen ante Christi ortú vocari solitum,*Synagogam*,nouum verò,*Ecclesiam*, siue Ecclesiam Christi,& obsoleuisse vocabulú Synagogæ. Imò S. August. Psal. 80.v.1.sentit,hoc nomen amandandú ab Ecclesiâ,quod Synagoga sit congregatio,& coactio,& cogi sit pecorum: at Ecclesia sit idé quod conuocatio,& cóuocari sit hominum. Quo discrimine Augustinus statú Euangelicú cómendat,in quo regnat amor,ducens suauiter:cùm in lege veteri timor dominaretur trahés asperiùs. Ego verò etsi aduerto,hoc dici posse *nomen nouũ*:tamé cú Vates ipse se exponat inferiùs v.4.dicens: *Non vocaberis vltra derelicta,sed vocaberis volũtas mea in ea*,propédeo eò, vt hoc sit nomen nouum, de quo mox istic.

Nomen nouum. Ecclesia quod Ecclesia eadem omni tempore.

August. Synagoga,& Ecclesia differentia. Ecclesia ab amor, Synagoga timor.

Vers. 3. Et eris corona gloriæ in manu Domini,& diadema regni in manu Dei tui.

3. DE generibus finibúsque coronarum ad finé c.superioris n.215.ex illic recésitis Ecclesia possis esse Dei corona,vt insigne Regni, victoriæ,atq; lætitiæ:quæ tria video notari,nam nomine *gloria* victoria,& eam subsequés lætitia probè declaratur:*regni* verò métio expressa fuit.

Duo nihilominus declaranda supersunt:vnú, quomodo Ecclesia sit corona Dei:alterum cur affirmetur futura esse *in manu Domini*, & non in capite:quod est sedes coronæ.

Prius haud est obscurum:nã cùm Ecclesia sit corona Dei nó propriè,sed metaphoricè, & corona sit insigne,signumq; vel honoris,vel potestatis,vel aliùs rei ; fit inde Ecclesiam esse Dei, Christique coroná:quoniá ex ea cóstat Christú esse Regé,esse victorem,esse gloriosissimum, & ornatissimú Principé:esse sponsum pulcerrimú, esse Sacerdoté & Pontificé Max.augustissimum: in quos omnes gradus dignitatis coronæ conueniunt. Qua ex loquendi formulâ,vsúque cómuni dicuntur filij boni esse corona parentú: discipuli docti corona magistrorú. vt Paulus dicit:1. Thes. 2. v. 19. *Quæ est enim nostra spes,aut gaudiũ,aut corona gloriæ nónne vos ante Dominũ*, &c.

Ecclesia quomodo sit Christi corona.

Prou.17.v.6.

4. Honorat ergo Deú, & eius Filiú Iesú Christú Ecclesia,& honorádo quodámodo coronat: Deúsq; gloriatur eá coronâ,eáque quodámodo iactat,& ostétat,nó tantú ostédit;& ob eá causá gestat in manibus,vt habeat séper ob oculos vt ré iucundissimá & suauissimam,& melius tueatur,faciliúsque aliis ostentet. quo habes explicatam alteram difficultatem,cur Deus hanc coronam non capiti dicatur impositurus, sed habiturus in manu,siue ad manum.

Corona dicitur non in capite,sed in manu Dei.

5. Nam etsi hæc corona aliquale decus Christo confert , at quia non tam illa est decori Christo,quàm Christus est illi custodię,& tutelę:idcirco melius habet,si sit in manu,quàm si sit in capite , & quodammodo dedeceret esse supra caput Dei,aut Christi. nam corona supra caput eius est quasi perfectio,& absolutio,eam saltem designat. Ergo decentius in manu Dei,quàm in capite ponitur. Vide suprà 49. vers. 16. *Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.*

Tertullianus librum suum eruditissimum *de corona Militis* per eam occasionem conscripsit, quod miles Christianus in quodam donatiuo Imperatorum Rom. noluerit coronam capiti imponere , vt quid à Christiana religione abhorrens , sed eam manu gestauerit. quod factum, cùm de eo varia essent iudicia, Tertullianus fortiter approbauit.

Tertul. de corona gestada manu.

Vers. 4. Non vocaberis vltrà derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs desolata: Sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata,quia placuit Domino in te , & terra tua habitabitur.

6. INeptè admodum faciunt qui hæc adaptant Hebræis,cùm eis nullo tempore congruant: aptissimè verò accommodant qui tribuunt Ecclesiæ Gentilitiæ , quæ ante Euangelium erat derelicta , & desolata , postmodum verò fuit culta ,& habitata,& nunquam in posterum deserenda. De Gentilitatis solitudine ac sterilitate,

tare, & de subsecuta fœcunditate satis abundè c.54. v.1. ex illo locu hic explanatur reduc te illuc. Quod si de Israele vis interpretari, esto spiritualiter, quatenus in Apostolis, & in aliis se Christo adiunxit.

Vocaberis voluntas mea in eâ.] Tritum est ab aliis, & à nobis, *vocari*, sæpe substitui pro, *esse*: quia voces gerunt vices rerum, & earum sunt vicariæ: sic hoc loco: *vocaberis*, nihil aliud est, quàm, fieri, vt sit *voluntas mea in eâ* quæ voluntas Dei actiue capienda est pro beneuolentia diuinâ, quod è vestigio explicatur: *quia complacuit Domino in te*. videtur opponi c eta synagogæ, quam Deus non valde amauit, cum eam repudiarit & pro eâ Gentilitatem duxerit. Typus: Rachel iunior Liæ natu B maiori præfertur. Genes. 29. v. 30.

7. *Electio di bona vnde.* *Voluntas mea in eâ.*] Radix electionis, vocationis, & bonorum omnium. *Voluntas*, Hebr. חפץ *chapets*, amor, beneplacitum, beneuolentia, libera ac liberalis dilectio, gratia pura, & mera. Vnde rectè Theologi statuunt, licèt gloria reddatur adultis ob merita, prædestinationi tamen absolutè nullam esse causam, sed pendere ex imperscrutabili Dei prouidentia & voluntate: neque posse reuocari ad merita præuisa etiam conditionata, cùm Deus præuiderit alios multos, si eos condidisset, & iuuisset, maiora habituros esse merita, quos tamen prædestinare non placuit, neque condere, ergo præ- C destinatio, & prima vocatio inde est, quia ait *Non ex meritis præuisis.* Deus, *voluntas mea in eis*: non contra; quia voluntas eorum in Deo: omnis enim voluntas humana bona Deo grata nascitur ex bonâ Dei voluntate, ex gratiâ diuinâ. Locus itaque idoneus ad tuendum dogma theologicum de gratuita Dei prædestinatione, & electione.

8. *Inhabitata, quid.* *Et terra tua inhabitata.*] *Inhabitata*, præpositio, *in*, non priuat, sed auget vim quæ in Hebr. adhuc est auctior, בְּעוּלָה *behulah*, quod aliqui vertunt, *maritata*, neque respuit etymon: quod est possidere rem vt Dominum, velut maritum possidere vxorem: vnde in voce passiua est possideri veronis titulo: quod vtrumque conuenit D *Ecclesia Christi sponsa, & ancilla.* vaticinio: nam Ecclesia est Christi, & vt Domini, & vt sponsi. Ergo sunt duæ negationes, & duæ oppositæ affirmationes Ecclesiæ commendandæ: negationes: *Non vocaberis*, i. non eris *vltra derelicta: & terra tua non* erit *amplius desolata*: affirmationes contrariæ: *Sed vocaberis voluntas mea in ea*: quæ respondet *derelicta*, i. odiosæ, abiectæ, & si sermo sit de Synagoga, repudiatæ: sin de Gentilitate, desertæ iâ olim paulo post diluuiu, cùm cœpit idololatria. Altera affirmatio: *& terra tua inhabitata*, supple, vocabitur, erit: quæ opponitur *desolata*: quod epitheton cõuenit viduæ, & terræ sterili, infœcundæ: quorum vtraq; non fert fructũ, quia caret semine, & cultore, E *Vocatio Gentilitatis gratuita omnino.* quo possit effici fœta, ergo aptè prædicitur Ecclesia maritanda in Christo, & fœcundãda, siue cogitetur vt fœmina, siue vt terra. Cuius amouendæ sterilitatis, & conferendæ fœcunditatis ratio & causa affertur vnica: *quia cõplacuit Domino in te*: non quòd tu eũ tuâ specie & pulcritudine, vt Rachel, allexeris, cùm esses horrida, vasta, & vastata: non quòd tu eum tuâ fœcunditate, vt Lia inuitaueris, cùm esses sterilis & desolata: sed quod ipse sibi sua sponte complacuerit in te, addens de suo quod tibi deerat.

9. *Ecclesia vniuersalis.* *Terra tua inhabitata.*] L X X. ἡ γῆ σου οἰκουμένη,

Gabr. Aluar. in Isai. Tom. 2.

quod apud S. August. tom. 7. de Vnitate Ecclesiæ c. 7. vertitur: *Terra tua orbis terrarũ*, & id fere nomen οἰκουμένη: vt patet apud Scriptores exteros. Et S. August. cum hoc vaticinium ab initio ad hæc vsque verba ex L X X. I ione retulisset, & alia plura testimonia ex nostro Vate ad *August.* conuincendam contra Donatistas, Ecclesiæ Christianæ vnitatem, & vniuersitatem, adiecit: *Quid dici adhuc manifestius exigendum est? Ecce ex vno Propheta quam multa, quàm clara & tamen resistitur, & contradicitur non cuiquam homini, sed spiritui Dei, & euidentissimæ veritati, & tamen ab eis, qui nomine Christiano gloriari volunt, gloria Christi ipsius inuidetur: ne ista, quæ tanto ante de ipso prænunciata sunt, credantur impleri, cum iam non* B *prænunciantur, sed ostenduntur, videntur, tenentur.*

Vers. 5. Habitabit enim iuuenis cũ virgine, & habitabunt in te filij tui: Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.

CONcordia, pax, quies, & inde gaudium renascens prædicitur Ecclesiæ, omnia hæc bona & dona ex illa bona Dei voluntate erga Ecclesiam, de quâ modò fuit dictum. 10. *Concordia & gaudium Ecclesiæ.*

Pares cum paribus facillimè, & suauissimè C coniunguntur nihil est enim appetentius sui similium quàm natura, æqualitas in primis ætatis maximè beneuolentiam conciliat, & coniunctionem animorum efficit: nam aliam ætatẽ alij mores, alia studia sequuntur, & verò decent: vnde vbi est di paritas in annis vi potest esse par animus, par voluntas. *Pares paribus associantur. Æ. ai similis conciliat.*

Quocirca, sicubi est necessaria compar ætas, in coniugio requiritur, vbi optanda sit maxima necessitudo, & arctissima coniunctio animorum; cùm sint *duo in carne vna* hæc equalitas, & vnio prædicitur, cùm dicitur: *Habitabit iuuenis cũ virgine: virgo* enim & integritatem significat, & ætatem maturam nuptiis, non marcidam aut D prouectam, iuuenis enim si ducat anum in matrimonium, non iucundè viuet. 11. *Coniugium poscit æqualitatem annorum.*

Habitabit.] בָּעַל *bahál*, verbum, de quo antea num. 8. quod est possidere, vt possidet maritus vxorem. At quia idem verbum ponitur posteriùs etiam: *Et habitabunt in te filij tui*: non displicet Forerius iudicans esse idem quod *fient*: quod conuenit vtrique membro orationis.

Iuuenis hoc loco videtur esse procus ambiens thalamum virginis, quo adepto iucundiùs fruatur. Ergo coniunctionum, & necessitudinũ genera suauiora & læriora referũtur, vt sunt proci, & virginis nubilis: sponsi & sponsæ: cùm celebratum est coniugium, filiorum & parentum.

Et gaudebit super te Deus tuus.] L X X. videtur E superiora accipere vt comparationes: cùm eis præponant ὡς, & ὃν τρόπον, *sicut*, *quemadmodum* gaudet sponsus cum sponsa, sic Deus gaudebit super te. Probabilis interpretatio: nã Hebræus sermo nonnunquam omittit notam similitudinis, & Latinus interpres id moris exprimens sæpe non supplet. Qua in expositione illud constat, quàm grata sit Christo, & Deo Ecclesia, & singulæ animæ iustæ: & quàm ex vero illud: *Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.* Quod si Deus delitiatur in hominibus, quantò magis homines delitiari deberent in Deo? 12. *Nota comparationis suppletur.* *Deus gaudet iustis.*

Vers. 6. Super muros tuos Ierusalem cõstitui custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.

13. *Securitas Ecclesiæ.* VNde sumatur translatio, nõ est obscurum. Promittitur Ecclesiæ securitas: cuius super muros sint futuri custodes fidelissimi & vigilantissimi, qui diu noctuque suo fungantur officio: hoc enim est *nõ tacere*, nã vt in excubiis clamare est signum vigilantiæ: sic in hac metaphoricâ custodia non tacere est custodire, non cessare ab officio, & curâ tuendi Ecclesiam sibi commissam.

Muri fortitudo vrbiũ. Milites. Fortitudo vrbium potissimùm posita est in mœnibus: hæc nisi custodiantur, & defendantur, facilè ab hoste vel diruuntur, vel scanduntur, & occupantur: quorum in vtrouis euentu actum est de vrbe, & de salute ciuiu. Cùm verò in mœnibus est firmum, ac fidele præsidium, custodia strenua, solicita, nunquam sui officij immemor, omnia sunt in tuto: nam eiusmodi custodes muris, ac turribus impositi, & præpositi speculantur procul, ab hostibus impendentia pericula prospiciunt, prænunciant maturè, ne improuisa & repẽtina accidant, aut, quod est optabilius, vt præcaueantur, ne vllo modo accidant. Quod si omnino euitari nequeant hostiles incursus, tum præfecti, custodésque murorum, & vrbium fortiter obsistunt.

14. *Custodes murorum.* Hæc sunt officia custodũ muris impositorũ, quapropter quos sup. c. 52. v. 8. appellauit speculatores: *Vox speculatorum tuorum: leuauerunt vocem: simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt:* hoc loco appellat *custodes*: quia munus *speculatoris* præcipue est prospicere aduentantes hostes, & præmunere: quod illic exprimitur: at officiũ *custodis*, vt nomẽ indicat, est custodire muros, hostes inuadentes repellere. Quod vtrumq; munus in rebus spiritualibus coniungitur: & ob id fortasse, & dicuntur custodes supra muros Ierusalem & Ecclesiæ futuri, & die, ac nocte non tacituri: tametsi, vt verum fatear, citiùs credam non tacere ex more locutionis sacræ, esse nõ cessare ab opere & custodiâ: in quo istud officiũ prævidẽdi, & præmonẽdi etiã includitur.

Nõ tacere, quid.

15. *Custodes, qui.* Qui verò sint ij *custodes*, facile est diuinatu. Si enim ageretur de ipsa vrbe Ierosolyma materiali, materialiter etiã & propriè deberent exponi, quod faciunt immeritò aliqui, pro excubiis, pro præsidio militari. Si verò ageretur de Ecclesiâ veteri, de Synagogâ, de Vatibus, de Sacerdotibus, & aliis doctoribus, quod placuit nõ nemini: at si agitur de Ecclesia Christi, quod fecit & iure optimo, omnibus fere; Apostolos & viros Apostolicos debemus accipere. Regredere ad c. 52. v. 8. n. 78. qui locus, vt modò dixi, est omnino conterminus. Cum Cyril. & Hieronymo aliqui adiungũt Angelos, quos ipsum vocabulũ custodes videtur accire, sẽsum accomodatitiũ facilè dederim esse, litteralẽ inuitus.

Vers. 7. Qui reminiscimini Domini ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terra.

16. SVperiore commate Vates Deum fecit loquentem, & promittentem Ecclesiæ perpetuam custodiã & tutelã per præpositos & Pastores vigilantissimos, & constantissimos in officio suo. Nunc suo nomine alloquitur & hortatur alios Vates, viros iustos, diuini honoris & boni publici amãtes, vt suis votis, precibúsque Deum quodammodo vrgeant, & fatigent, donec Ecclesiam fundet, firmet, & illustret, ita vt possit esse Deo materia laudis eximiæ. Itaque quod Isaias initio capitis se facturum suscepit dicens: *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius, vt lampas accendatur:* hoc ipsum, vt alij boni viri faciãt, admonet, & orat. Est enim boni viri, si valeat, Reip. benefacere, prodesse: si minùs, [illegible] benè velle, benè cupere, benè precari, suis precibus apud Deũ beneficia promissa arcessere, & accelerare. Quod fuit solemne Vatibus & aliis viris vitæ sanctioris [illegible] sciis futuri Messiæ, optare & orare De[illegible] maturaret suum aduentum in mundum, & genus humanum, ac nominatim populum illum suum saluti restitueret, & amissæ fœlicitati.

Vates alios rogat, vt Deum precentur pro Ecclesia.

Sup. 1. 5. 1.

Boni viri est, omnibus benefacere.

Io illo vno Simeone sene possumus alios nobis cogitando similes obiicere, de quo L[illegible] 2. v. 25. *Et homo iste iustus & timoratus, ex[illegible] [illegible] consolationem Israel, & Spiritus sanctus [illegible] & responsum acceperat a Spiritu sancto [illegible] se mortem, nisi prius videret Christum D[illegible]* [illegible] oratio prodit studium ingens [illegible] anxium animũ, atque solicitũ de [illegible] itaq; hic præstitit quod hoc loco Io[illegible]. 17.

Simeon senex boni viri exemplum.

Vers. 8. Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis; & si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti.

Vers. 9. Quia qui congregant illud comedẽt, & laudabunt Dominũ, & qui cõportãt illud, bibẽt in atrijs sãctis meis.

IVrauit Dominus, &c.] Ne quis beneficij magnitudine ab optando, & postulando absterritus sileret, cessaret, aut remitteret, idcirco additur: certam, & ratam fore promissionẽ quippe quã non solùm à Deo profectã, sed etiam iureiurando solemniter affirmatam. Quò Dei iuramentum tendat, habes c. 45. n. 103. c. 49. n. 219. 18.

Deus cur iuret.

Si dedero triticum tuum, &c.] Tritici & vini copia, quorum est annona præcipua, pro rerum omnium vbertate ponitur, cui solet addi oleũ, quæ tria reficiunt, vires sufficiunt, recreant, exhilarant, de singulis aliàs nõ semel, de vino, & oleo, quòd hilaritatem afferãt, expressiora sunt testimonia; de cibo illud est notabile Act. 14. v. 16. *Benefaciens de cœlo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitiâ corda nostra.* Vnde, potituros esse frumento & vino suo, est abundè, & iucundè, esse filios Ecclesiæ victuros. Neque annonam permittendam esse inimicis, est otium, pacem & securitatem promittere. Est pœna quidem acerba, triticum quod quis magnis sudoribus & laboribus collegerit, & similiter vinum, ab hostibus diripi, comedi & bibi. Sophon. 1. vers. 13. *Ædificabunt domos, & non habitabunt, plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.* Vide sup. c. 1. v. [illegible] *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.* Cui comminationi opponitur præsens pollicitatio: *Iurauit Dominus. &c.*

Annona abundans indicium & causa lætitiæ.

Triticum, vinum, & oleum.

Miserum, fraudari suo labore.

Si dedero

19. *Obiectio.* *Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti.*] Cùm dicat, *si dedero vltra*, ostendit antea dedisse non semel, & ita re habet. nam sæpe vastata fuit Iudæa hostiliter. Quod dubitas, istinc effici, hoc loco non promitti felicitatem spiritualem, sed temporalem, nam dictio *vltra*, addita negatione, vltra non dabo, necessariò importat similia, negat enim futurum esse vnquam id quod fuit: ac proinde cùm triticum & vinum, quod permissum est hostibus, propriè, & citra translationem debeat accipi, fit, id quod promitti Deus fore tutum à prædis hostium, esse etiam annonam propriè acceptam.

20. *Solutio.* *Bona olim temporalia figurabant.* Solutus nodus: esse elegantem allusionem, & tropum, quo res exponitur vocabulo nō proprio, sed typico. Obseruat sæpe Sanctus Aug. & alij Patres, bona temporalia quæ Deus populo Israeli promittebat, aut dabat, fuisse typū bonorum spiritualium, quę daturus erat Ecclesiæ. Lege Tertul. de resurrectione carnis c. 26. August. Psalm 72. tit. Psal. 75. tit. Psal. 119. v. 5. in Ioan. tract. 30. de ea re nonnihil dixi c. 1. v. 19. *Querimonia veteri cur impij prosperè agerent, cessauit in Euangelio.* Sed obserua: cum olim in lege veteri frequentes essent querimoniæ, quòd impij bonis temporalibus affluerent, & boni interdum premerentur inopiâ: cúmque eâ re turbarentur viri sancti & sapientes, Iob 21. v. 7. Dauid Psal. 72. v. 11. Ieremias 12. v. 1. at in litteris Euangelicis & Apostolicis nulla apparet eiusmodi turbatio, aut querela: ex quo colligimus, bona temporalia nihili æstimari, & sola bona spiritualia haberi in precio. illa olim fuisse vmbram istorū.

21. *Triticum & vinum spiritualiter.* Quo exposito intelligitur, commodè per triticum & vinum promitti Ecclesiæ annonam spiritualem, & per paranomasiam, & allusionē ad figuram, rectè addi, non *vltra*, hoc sensu: illa bona prisca cùm essent prædæ, ac direptioni obnoxia, quippe materialia, haud mirū, si fuerint aliquando direpta: at vinum & triticum, annona, & bona à me concedenda Ecclesiæ erunt eiusmodi, vt neque prædo, neque latro, neque hostis possit ea surripere: vnde iuratus, ait Deus, affirmo & promitto ea in manus hostilium, & rapaces nunquam esse casuta.

Bibent in atrijs sanctis meis.] Alluditur ad vsū, iussumque Deuter. 14. v. 22. *Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei.* quò spectat Psalm. 67. versic. 4. *Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*

Vers. 10. Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & eleuate signum ad populos.

DVbio procul Vates noster prouidēs multitudinem Gentium vndequaque cōuenturam ad Sionem spiritualem admonet primos Ecclesiæ alumnos, vt exeant ad sternēdas vias, amouenda offendicula, & impedimenta, vt tollant vexillum præcelsum ad quod procul visum aduenientes possint accedere, ne sit vlla errandi occasio. Vide cap. 40. v. 3. c. 57. v. 14. *Accursus populorum ad fidem.*

Vers. 11. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filię Sion: Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

PRiora verba sunt intellectu facilia, ratio nimirum, cur debeant sternere vias, & aperire portas, quoniam Euangelium sit annunciandum in extremis terræ, & inde sit ad Sionem accedendum. Alia posteriora verba: *Ecce merces eius*, &c. fusè explico ad c. 40. v. 10. num. 135. & 143. vbi sunt ferè eadem.

Vers. 12. Et vocabunt eos, populus sanctus, redemti à Domino. Tu autem vocaberis quæsita ciuitas, & non derelicta.

VOcari pro *esse*, vt aliàs non rarò, *Populus sanctus*, lege epigraphas epistolarum S. Pauli, & intelliges hoc vaticinium, nam illic fideles vocātur sine alio adiecto, *Sancti*, vt modò Christiani: & quanta deceat hanc professionem sanctitas, fuerit superuacaneum ostendere: vnum epithetorum & quasi signorum Ecclesiæ, est *Sancta*. Redi retro v. 9. *Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.* *Fideles olim dicebantur Sancti.* *Ecclesiæ pronomen, Sancta.*

Redemti à Domino.] Respicitur liberatio è captiuitatibus. Psal. 106. vers. 2.

Quæsita ciuitas & non derelicta.] Suprà vers. 4. Altera nota Ecclesiæ, quæri ab omnibus, esse Catholicam, Vniuersalem, esse notam & notabilem, visibilem, insignem, in alto sitam, conspicuam: quæri, adiri ab omnibus qui suæ saluti consulunt, quia nisi quæratur, & adeatur, non est salus. Attendant hanc clausulam sectarij, & derelinquant suas sectas, suas Satanæ Synagogas, sua latibula draconum, & quærant Ecclesiam, ciuitatem hanc Domini. *Alterum, Catholica.* *Visibilis.* *Extra Ecclesiam nulla salus.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT SEXAGESIMVMTERTIVM.

1\. QVis est iste qui venit de Edō, tin-
ctis vestibus de Bosra. Iste for-
mosus in stola sua, gradiēs in multitudine
fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiā,
& propugnator sum ad saluandum.
2\. Quare ergo rubrum est indumen-
tum tuum, & vestimenta tua sicut calcā-
tium in torculari?

3\. Torcular calcaui solus, & de Genti-
bus non est vir mecum: calcaui eos in fu-
rore meo, & conculcaui eos in ira mea: &
aspersus est sanguis eorum super vesti-
menta mea, & omnia indumenta mea
inquinaui.
4\. Dies enim vltionis in corde meo:
annus redemtionis meæ venit.

5. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

6. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terrã virtutem eorũ.

7. Miserationum Domini recordabor, laudẽ Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum.

8. Et dixit: Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator.

9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos. in dilectione suã & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi.

10. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum & ipse debellauit eos.

11. Et recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?

12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos vt faceret sibi nomẽ sẽpiternũ.

13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

14. Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.

15. Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, tu Domine pater noster, redemptor noster à sæculo nomen tuum.

17. Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos tribus hæreditatis tuæ.

18. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam.

19. Facti sumus quasi in principio cùm non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

A

Vers. 1. Quis est iste qui venit de Edõ tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.

Peruenimus, Deo duce, ad caput 63. illustrissimum & celeberrimum, à multis, magnisque Patribus ex proposito, aut aliud agentibus declaratum: quorum autoritas ita præ[ua]bit, & præiudicat, [u]t liberum non sit [C]hristiano, & modesto interpreti ab ea declaratione recedere. Hugo affirmat, Iudæos fabulo[se] hoc caput exponere de Idumæorum vastatione, & B expositionem istam attingi ab Andræa. At Lyranus generatim asserit, Iudæos quoque de Messia intelligere, absurdè licèt: nam per *Edom* intelligunt Romanum imperium, cuius quam plurimos sit Christus debellaturus. Vnde minùs mirum est è Catholicis vel eos, qui Iudaicorũ euentuũ & scholiorum appetẽtiores sunt, hoc loco acclinare ad Euangelium & Christum. 1. *Iudæi absurdè.*

Ergo pro rato fixóque sit, *Venientem de Edom*, &c. esse Christum. Illud vero nec [...] disquiritur, cuius sit hæc interrog[a]tio, [...] quid significet *Edom* & *Bosra*. Conc[i]lium C[on]stantinopolitanum III. act. 8. tribu[it] hanc interrogationem Diabolo victo, & conf[...] mirantì in homine tantam potentiam: nam C *Edom* exponit terram, i. naturam humanam. Sed cùm hæc oratio habeatur in modum [di]alogi, in quo Christus interrogatus respondet, non allucet ratio, ob quam Diabolus cum Christo colloquens inducatur. Autoritas verò Concilij Constantinopolitani in similibus expositionibus tanta est, quanta eius doctoris, vnde solent desumi tales expositiones: hæc verò sumta ex Athanasio lib. de Aduentu Christi contra Apollinarem, vt ibidem dicitur, Forerius dat hanc interrogationem Ecclesiæ ex Iudæis. Vatablus, Adamus, Osor. & alij assignant Isaiæ. 2. *Interrogatio de Edom Christi. ... Concil. Constantinopol.*

At S. Dionys. Areopagita de cœlesti hierar. D c. 7. Tertul. 4. Marcio. c. 40. Orig. in Ioan tom. 9. Cyril. hic, Hier. hic, & in Abdiã. Ambr. de Inst. virg. c. 5. Angelis ascribunt. S. Tho. ait; omnes sanctos communiter hoc exponere de Christo ascendẽte in cœlum, & quæstionẽ istã esse Angelorum, qui ad plenum Christi mysteria non intelligebant: quã expositionem quoad vtramque partem probant plerique iuniorum, & vt dixi, videtur autoritas esse præiudicata: quare ab eã minimè discedendum. *Angelis tribuitur.*

Superioribus capitibus Isaias Christi mysteria pro dignitate tractauerat, eius ortum, infantiam, prædicationem, miracula, passionem & mortem, Ecclesiæ fundationem, & alia, quæ hactenus perspeximus: quare eius gloriosissimus E in cœlum regressus, triumphúsque omitti non debuit, hunc ergo Vates graphicè & magnificè non tam scribit quàm pingit, & si fas est dicere, fingit: fingit enim vsu prophetico, & propè poëtico Christum è prælio egre[ssum] hostili sanguine cruentatũ: & de strage i[ni]micorũ editã nõ modò nõ dolentẽ, sed etiam gloriantẽ. Quòd cùm videretur à tã singulari clemẽtia, & mansuetudine protsus abhorrere, [v]ere ex eo nõ agnoscitur, ideoq; quæritur: vt ait Procop. *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* nam rerum gestarum am[p]litudo, confecti belli 1. *Consequentia rerum. Ascensio Christi instar triumphi depingitur.*

tanti

sári ʒamque celeriter facimus, v[illegible] æ magnitudo [illegible] ille d[illegible] o ftr[illegible] p[illegible] udamēto [illegible] lus, & oc[illegible] no is a [illegible] dedecere videtur: & [illegible] ouc[illegible] [illegible].

4. *Angeli an ignorantes quærant.* Sancto li et [illegible] fi[illegible], A[illegible] os opre m [illegible] ibsc[illegible] jud quærere ex D[illegible] cognoſc[illegible] quod ig[illegible] al[illegible] [illegible], vt ait Thomas, inf[illegible] c A[illegible] lup[illegible] bus leitoriau, neq[illegible] [illegible] [illegible] *August.* August. ſuper G[illegible] [illegible] igno- uiſſ[illegible] Deu m[illegible] [illegible] quæcun [illegible] eus ij [illegible] [illegible] Deus co[illegible] [illegible] [illegible] ne, & ecla e pa[illegible] iculares [illegible], quas tempote p[illegible] dens [illegible] en harū opiu: [illegible] ne[illegible] ad [illegible] iā huius lo[illegible]. Non enim neceſſum eſt ha[illegible] interrogatio- n[illegible] oriti ex ignorantia [illegible] eſt [illegible] ex admiratione. quod mihi [illegible] omnino perſuadeo, ad[illegible], vt tetigi, [illegible] in p[illegible] poeticam, in qua non ad liquid[illegible] & purum exigitur rerum ext[illegible] a, ed folum [illegible] itudo veri quæri[illegible] & quæ[illegible] m cum ingenio eorum, de quibus ſerm[illegible], ex more, vſuque communi, [illegible] onuenient[illegible] [illegible].

5. Vnde qu[illegible] res quæuis diffi[illegible] ad euētum perduc[illegible] ad[illegible] pi gerenti, & aliis inop[illegible], præſertim [illegible] ſplendida, & ampla, g[illegible] ad[illegible], & exprimi[illegible] erba quibus indicatur [illegible] oratio affingitur Ang[illegible], qui quaſi [illegible] & admirabundi in hāc i[illegible] rogatio[illegible] [illegible]: *Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?* Nam quòd

Deſcriptio propter poeticam. te ipſā neſcirent, quis eſſet Christus ſcandens, aut vnde ſcanderet [illegible], ſed quòd præ[illegible] inſolitæ magnitudine eleganti figura neſcientes inducuntur. [illegible] ſi licuit Vati affingere ſanguinem hoſtilē aſperſum Christi chlamydi, multo magis licuit aſcribere Angelis eā ignorationē.

Quo ſenſu molliori ego acceperim ſanctos Patres aſſerentes id quæri ab Angelis neſcientibus, & ſcire cupientibus, quis eſſet triumphator. Non aliter atque in Euangelio inuenimus Christum [illegible] alicubi loquentem ac ſi admiraretur, & ita quærentem ac ſi ignoraret: cùm tamen in eum neque ignorantia, neque admiratio cadere poſſet. Quare ad alteram quæſtionem de ſignificatione *Edom* accedamus.

6. *Edom, quid hoc loco.* *Quis venit de Edom.*] *Edom* propriè non poſſe ſumi ex dictis intelligitur. Christus enim in Idumæam nunquam pedem intulit: ergo metaphoricè oportet intelligi. Mittamus in primis Rabbinicam expoſitionem de Romano Imperio de quā num. 1. Supereſt duplex probabilis: vna, vt ſit idem quod *mundus*, quod *terra*: cui fauet etymon, nā Hebraicè, *Edom*. Homo, & Terra ex eadem radice procedūt, & à *rubedine* primariā verbi notione cognominantur: vnde eſt lepida interrogatio: *Quis eſt iſte qui venit* de terra rubra rubens veſtibus. Itaque *tinctis veſtibus*, debemus exponere tinctis ſanguine, cuius color eſt ruber. Eadem analogia eſt in vocabulo *Boſra*, בצרה cuius radix eſt *vindemiare*, & conuenit vindemiæ, ſeu muſti color cum ſanguine, vt verſ. 2. declarabitur.

7. *Edom pro Iudæa.* Altera expoſitio *Edom*, eſt, vt ſubſtituatur pro Iudæo, quoniam Edom, ſiue Idumæa fuit inhabitata & nominata ab Eſau, cui cognomen fuit *Edom*, Geneſ. 25. verſ. 30. altero e duobus filiis Iſaac, cuius Eſau poſteri infenſi fuerūt ſemper

[illegible] bitis. Itaque quales ſe exhibuerunt Idumæi Iudæis, tal[illegible] Iud[illegible] præbuerunt Christo, quos [illegible] lus vicit, de[illegible] uit, triumphauit. *Boſra* apud Hieronymum hoc loco eſt vrbs Moabitarum, & [illegible] capitur, quòd ſit ciuitas mu- *Boſra vbi.* n[illegible] quæ eſt [illegible] nominis interpretatio, vel [illegible].

Se[illegible] quod attinet ad ſitum regionis, certius eſt [illegible] eſſe in Idumæa, qua d[illegible] conſule c. 34. verſ. [illegible] n. 100. Quare quoad ſignificationem diuidenda nō eſt ab Edom. Mihi e duabus propoſit[illegible] p[illegible] plus mul[illegible] [illegible] hat. Nam c[illegible] n in cœl[illegible] victor, triumph[illegible] Christus aſcendit, nondum Iudæus fuerat [illegible] tus, vt eorum ſ[illegible] p[illegible] repræſentari poſ[illegible], & ii ducere pondus: *Torcular calcaui ſolus, &c.* & *aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* N[illegible] ue rem expedi[illegible], ſi dixeris eſſe prophetiam, & rē futuram deſcribi [illegible] præteritam. nam licet hæc omnia [illegible] antequā fierent, præuidit, & prædixit, tamen hoc loco cùm inducat Christum [illegible] redeuntem, & victorem, atque narrantem quos & quomodo vicerit. impropriè admodū, & ineptè tribueretur ei gloriatio de Iudæorum populo iā punito, & profligato, atque perd[illegible] quod plures poſt annos euenit. Adde [illegible] ſ[illegible] cinus de excidio Ieroſolymitano, & Iudaico, ſi comparetur cum fa[illegible] one de excidio regni Diaboli, & peccati, vix eſſe commemorandum. Ergo de hoc eſt vaticinium, & dialogus. 8. *Sententia auctoris.* *Occupatio*

Op[illegible]: Christus e Iudæa, e Ieruſalē ſeſe extulit in cœlos, ac p[illegible] *Edom* & *Boſra* pro eis ſupponuntur. A[illegible], quia Ieruſalem eſt pars Iudææ, quamuis non ex omni parte iſtius prouinciæ, ſed ex eius vnica vrb[illegible] aſcenderit, ex Iudæa indefinitè (iuxta eam expoſitionem) aſcendiſſe perhibetur: ſic quia Ieruſal[illegible], & Iudæa particula eſt mundi, orbiſque terrarum, e [illegible] verè dicitur aduenire. E[illegible] hæc grauior, & conuenientior eſt deſcrip[illegible], [illegible] terris, e mundo generatim conſcendere dicatur, quàm ſi ex hac vel illa prouincia, quia cum victor & expugnator aſcēdat, ſic vniuerſo mundo expugnato, & ſubiugato, in cœlos remigrare melius deſcribitur: in quē ſignificatum aptius traducuntur nomina *Edom* & *Boſra*; *Edom*, quia ab eadem radice eſt *Adamah*, אדמה *Terra*, ſeu rubra: ac ſi quæratur: Quis eſt iſte qui venit de terra cruore redundanti: & *Boſra* ſimiliter, cùm ſit à בצר *baſar*, i. *vindemiare tinctis veſtibus* de vindemia, de muſto, & torculari: ob eam analogiā quam ſortitur ſanguis in litteris noſtris præcipuè cū muſto & vino, de qua mox v. 2. LXX. *Rubor veſtium de Boſor*: quod quidam ad ruborem carnis humanæ abducunt, ſed decepti affinitate vocis Hebr. vt obſeruauit Hieronymus; caro enim eſt בשר *baſar*, non verò בצר *batſar*, per tſade: vt hoc loco reperitur: quam vocem etſi idem Hieronymus à ſignificatione, *munire*, deducit, ſed aptius deducitur à *vindemiare*. 9. *Cyril.*

Iſte formoſus in ſtola ſua.] Veſtis aſperſa ſanguine ſordeſcit. ne quis ergo putaret ſordidum fuiſſe Christi egredientis è prælio habitum, & conſpurcatum, et formoſam ſtolam induit, ſtola etſi veſtis fuit muliebris apud Romanos. apud Græcos tamen fuit virilis: & videtur fuiſſe nomē genericum, vt indicat origo, nā idem eſt, quod *promiſſa*, ſcil. veſtis talaris, ad talos vſq; demiſſa, Hiſp. *rozagāte*, quod gen[illegible] veſtimenti decet victores, pacis ſtatū præ ſe ferēs: 10. *Sanguinis aſperſio non fœdat.* *Stola quæ veſtis.* *Veſtes aliæ pacis, aliæ belli.*

nam vt castris & bello [illegible] breui & [illegible] ĉta competit, sic pa[illegible] quid [illegible] promi[illegible], toga talaris, [illegible] phator [illegible] splendida & speci[illegible] H[illegible] velis carnem humanam Christi [illegible] mor[illegible]m, gloriosam & supra quam cogitari potest, formosam interpretari, non [illegible], quid possit [illegible] sistere. Hunc sensum [illegible] Cyrillus aiens. *Pos late calcis [illegible] Christi [illegible] quantumuis [illegible] in carne [illegible] tamen [illegible] praditum* vnde apte subdo[illegible].

13. *Gradiens in multitud[illegible] fortitudinis sua.*] Pulcritudo & fortitudo [illegible] coniung[illegible] tur: nam [illegible] requiri [illegible] & [illegible] ritu[illegible]nem: [illegible] tiarum qualitatem, nempe durit[illegible] & [illegible] in nunc [illegible] dens, Seneca lib. 2. de ira. cap. [illegible] *In [illegible] re nostro ossa, nerui, & articuli firmamenta totius, & alia minime speciosa visu, prius ordinantur, deinde hac, vnde omnis in faciem, aspectumque decor est: post hac omnia, qui maxime oculos rapit color vltimus iam corpore perfecto effunditur.* Sed hæc contraria sunt in corporibus caducis, non verò in animis, aut in corporibus immortalibus & beatis. Nam in illis vnde fortitudo, inde pulcritudo nascitur. Porro Christo vtraque simul ascribitur Psalm. 44. vers. 4. *Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua & pulcritudine tua intende prosperè, procede, & regna.* & vers. 6. *Sagitta tua acuta, populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.* Loco locus affinis, etsi temporis circumstantia est diuersa: nam à Dauide Christus incitatur ad prælium & victoriam, ab Isaia verò depingitur à prælio victor: sed vtrobique ei attribuitur robur, & pulcritudo: imò Dauid videtur non ei alia arma ad præliandum præbere, quàm ipsam pulcritudinem: *Accingere*, inquit, *gladio tuo super femur tuum potentissime: specie tua & pulcritudine tua;* quod Rabbini apud Genebrardum per appositionem exponunt, accinge tuo femori ensem, pulcritudinem tuam & splendorem tuum, quo vinces, fundes, fugabísque hostes tuos.

Hieronymi versio.

12. Quam expositionem non improbo, sed adiuuo ex eo, quòd in prælio fulgor soleat oculorum aciem perstringere, & aspectum eripere, ac proinde turbare hostilem exercitum. Notum est in disciplina militari, aduerso Marte pugnare, qui pugnant aduersò sole: quia eius splendor obiectus occæcat, & simul fulgor armorū irradians. Sic Dauid hortatur Christum, vt sua pulcritudine & splendore perstringat, & percellat hostes suos, eósque in fugam vertat, sicut idem Psaltes Psalm. 67. vers. 2. *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, & sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.* quod magnorum autorum suffragio de Christo resurgente, gloriosissimo & splendidissimo, atque speciosissimo intelligitur, qui suæ gloriæ & pulcritudinis splendore vt ventus fumum, vt ignis ceram, ita suos inimicos fecit euanescere. Non dissimiliter 2. Thessal. 2. vers. 8. *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum.* i. sola suâ præsentiâ clarissima & illustrissimâ, non indigebit alio armorum genere, quàm spiritu oris & splendore sui vultus. Ergo in Christo fortitudo & pulcritudo non solùm non separantur, sed

Sol aduersus in pugna turbat.

sunt vnum & idem omnino; vnde [illegible] es noster eleg[illegible] tangit *Formosus in [illegible] sua, gradiens in multitud[illegible]* tandumque [illegible] 44. vers. [illegible] & *pulcritudine tua*, [illegible] esse Hebr. idem quod [illegible] LXX. [illegible] Psalm. vers. [illegible] *specie sua* [illegible] ὡραίοτ, & [illegible] *mosus*, ex quo [illegible] elucet [illegible] varie[illegible] quam [illegible] C[illegible] virtutes [illegible] & [illegible] T[illegible] certè sic [illegible] ex [illegible] 44. [illegible] *stinatac tua* [illegible] *pulcri*[illegible] critudine [illegible] N[illegible] *in multitu*[illegible] *fortitu*[illegible] in men[illegible] apud [illegible] 3. A[illegible] siculo [illegible]

Fortitudo & pulcri ad in Christo idē.

Tertul.

Virg.

Grad[illegible] pariem:

Q[illegible] nomin[illegible] m, Deus [illegible] dinis atque bell[illegible] quod [illegible] ad pr[illegible] gradi, atque procedere.

14. *Ego qui loquor iustitiam, & propu[illegible] sum ad saluandum.* Hæc responsio quæ [illegible] bio est Christi, mihi [illegible] p[illegible] bat non esse aliorum, quam an[illegible]: quis enim alius [illegible] po[illegible] spect[illegible] spectacul[illegible], & triumphum, q[illegible] rogare [illegible] cœl[illegible] cat verb[illegible] ex aliqua parte [illegible] quo mod[illegible] sitio [illegible] est sup[illegible] enim quis [illegible] de Christo in [illegible] non ap[illegible] & eadem est [illegible] At in cœlis [illegible] penetrasset, nemo [illegible] existere, [illegible] hac [illegible] quare ill[illegible] tribuend[illegible] De[illegible] etsi nō repu[illegible], vt modò docuisi si quis vellet eam [illegible], qui [illegible] triumphum Christi [illegible] parum apte, cùm sit [illegible], & ab visu abhorrens, seu famulo [illegible] quosuis alios comitantes principem [illegible] ignorare, & quærere, quis sit: quare multo conuenientius introducuntur mentes cœlestes inter se addubitare, & quærere, quis nam sit ille, qui eo habitu & pompa cœlos penetrat, non quod quæstio ex ignoratione, sed admiratione nasceretur. Sed dispiciamus iam quid ipse respondeerit.

Angeli interrogant.

15. *Ego qui loquor iustitiam, & pugnator sum ad saluandum.*] Angeli non ipsum Dominum rogarant, sed inter se quæsierant, vt liquet ex verbis, *Quis est iste*, &c. Et nihilominus cum posset Dominus demandare alicui famulorum comitantium, vt responderet, noluit, sed ipsemet nō est dedignatus responsum reddere, & suis quærentium satisfacere pauci[illegible] verbis, sed sensu plenissimis. Hebr. *Ego loquens in iustitia [illegible] multus ad saluandum.* Quæ responsio vt clar[illegible] perspiciatur, quàm sit conueniens, replica[illegible] est interrogatio, nam huic nisi respōsio co[illegible] tnat, non erit responsio. id[illegible] na sacra, *respondere* sæpissime est, non [illegible] satisfacere, sed [illegible] & opportun[illegible] ad rem, etsi nulla præcesserit interrogatio, quia

Christus satisfacit.

Respondere, i. ad rem loqui.

quia [illegible] ponsio d[illegible] pr[illegible] p[illegible] con-
grue[illegible].

16. In quæstione qu[illegible] *ve-*
nientis de Edom, [illegible]
tiò, Formosus in stola sua, [illegible] *radiens in mul-*
titudine fortitudinis suæ [illegible] duo
priora membra [illegible] membra, hæc enim [illegible] qua
oritur admiratio: [illegible] sangui-
ne maculari [illegible] non
modo corpore [illegible] & præterea
formosus & fortis, cum hæc [illegible] iungi non so-
leant. vide [illegible]

Interrogatio præcedens, qualis.

17. Cur admirationi & [illegible] satis
Dominus, dicitque: [illegible] *iustitiam,*
i. suæ fidelitatis in promissis [illegible] præ-
stando [illegible] quod promiserat, [illegible] iam re-
uocatur [illegible] præ cæteris *multus* [illegible] *rab,* valens ad
saluandum, [illegible] hoc est;
Valeo [illegible] uare, si volo [illegible]
cum [illegible]
in *Edom* [illegible]
occi[illegible] ac
triumph[illegible]
re maden[illegible] sed formosus [illegible] Diabolo,
mundo, peccato, morte [illegible] *Qui loquor iu-*
stitiam, qui iuste [illegible] qui iustam
sententiam fero [illegible] ideoque hominem fraude
Diabolica supplantatum eripui, Diabolum, vl-
tra permissum, ampliantem suam iurisdictio-
nem de possessione depuli, quia sum oppresso-
rum *propugnator ad saluandum.*

Apoc. 19. v. 11.

Vers. 2. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

18. QVI antea non fuerant ausi Christum Dominum interrogare, sed inter se admirabundi, quis esset, quærebant, nunc illius vltro respondentis facilitate & humanitate inuitati, ipsum interrogant, non iam quis sit, nam id modò didicerant, sed vnde rubor paludamenti, similis ei, quem contrahunt vestimenta calcantium in torculari: ad quos ita respondet.

Iam Christus ipse interrogatur.

Vers. 3. Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.

19. SAnctius & Cornelius nostri sentiunt, cùm duo fuissent quæsita vers. 1. alterum, quis, alterum, cur illo habitu, Dominum priori parti respondisse rarum, ideòque posterioris partis interrogationem fuisse iteratam, & huic nunc satisfacere. Ego ibi num. 16. dixi quarum; certè tria fuisse quæsita, & omnibus posse responsionem aptari. Cæterùm cùm quoad *multas vestes* obscurior esset responsio, & causam omnino non aperiret, illam partem interrogationis repetunt, & distinctiùs rogant causam rubro-fracti indumenti, & ruboris atque cruoris re-

du[illegible] ami [illegible] ista quadam simili vdine cal-
can[illegible] lar.

Torcular calcaui solus. Concedit quòd [illegible] 20.
assumium vestiment[illegible] sub[illegible] sua vt [illegible]
ve[illegible] am in t[illegible] ulari vindemiam:
neque id [illegible] del[illegible] ipse per se
solus [illegible] am [illegible],
hoc est, [illegible]
strauerit, occisione occid[illegible] qua-
rum cruor tam largiter [illegible] vt
paludamentum non [illegible] etiam
inquinari. Translatio [illegible] vin-
demiæ aptissima est [illegible] duabus
de causis: quòd, [illegible] in lacu [illegible] tur,
affligun[illegible] ferè
re[illegible] hostes [illegible] eorum pedibus subii-
cientur [illegible] & extracto sanguine [illegible] pereunt.
Et quod sanguis [illegible] simillimus sit musto &
vino, [illegible] vtrumque liquo-
rem [illegible] ubi confunduntur, certè vinum, seu mu-
stum [illegible] sanguinem appellant. Gen. 49. v.
11. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ*
pallium suum: Deuter. [illegible] vers. 14. *& sanguinem*
vuæ biberent meracissimum. Ergo [illegible] hostium
[illegible] & strages horri[illegible] compo-
nitur cum calcata vindemia in torculari. Vide
Thren. 1. vers. 15. *Torcular calcauit Dominus vir-*
gini filiæ Iuda. Vtrobique acerbissimum est sup-
plicium, & exitium.

Torcularis similitudo.

Sæpe Principes & Imperatores incunt, pro- 21.
sternunt, interimunt hostes suos, sed per mili-
tes suos, per agmina, ipsi interea extra aleam
prælij, & procul periculo, qui tunc victores ex-
sistunt veste purpura[illegible] stilla cruoris. Vnde
licèt Christus pri[illegible] positione se vindicem
& victorem sit professus, non tamen exposuit
causam chlamydis intinctæ, quam modò pa-
lam ostendit: Vltus sum, inquit, meos aduersa-
rios, & occidi, non per administros & milites,
sed per me ipse, imò ego ipse solus, nemine ad-
iuuante, ac proinde inter effundendum tantum
cruoris non potuerunt indumenta non cruen-
tari: *& aspersus est sanguis eorum per vestimenta*
mea.

Quam locutionem esse figuratam nemo am- 22.
bigit: non solùm Catholicorum, sed etiam
Hebræorum. Nam hi, qui de Idumæis propriè
deletis interpretantur, cùm Deum loquentem
faciant, torcular calcatum, & sanguinem asper-
sum vestimentis figuratè debent exponere; si-
militer & Catholici, qui Christo hanc respon-
sionem attribuunt, siue sermo sit de Iudæis per
Romanos interemtis, quod aliquibus fit, si-
ue de hostibus spiritualibus humani generis,
quod aliis est visum iure meliori. Ergo est ca-
tachresis, quâ figuratè hostibus spiritualibus,
Diabolo, peccato, morti ascribitur id quod pro-
prium hostium corporalium; scil. vt vulnerati
sanguine, qui vulnerantis vestem
tingat.

Itaque cogitatur Christus vt præliator stre- 23.
nuus inimicos suos repugnantes interimens, &
eorum sanguinem fundens, quod tam est spiri-
tualiter intelligitur, non tamen sine ratione,
corporaliter describitur, id enim in gratiam
Iudæorum, vt probè Foretius obseruat, qui si-
bi finxerant Messiam pugnacem, atque belli-
cosum, ac penè Mauortem: qui quamque
incederet, hostilia cuncta & Hebræis infensa
prosterneret. A quo errore non fuerunt omni-

 no

no liberi discipuli Christi ante aduentum Spiritus sancti, vt colligitur ex iis, quæ scribit sanctus Luc. 24. vers. 21. & Act. 1. vers. 6. quo fortasse respectu fit mentio Edom, & Bosra, quod Idumæi inter hostes populi Israelitici primas obtinerent, vt ex historia sacra colligitur. Vnde rudioribus hæc superficies prophetiæ seruiebat: spiritualioribus verò interior medulla seruabatur.

24. *Christus solus præliatur.* *Et de Gentibus non erat vir mecum.*] Explicat amplius quod dixerat: *torcular calcaui solus* & adhuc id magis explanat inferiori v. 5. *Circumspexi, & non erat auxiliator, & non fuit qui adiuuaret*: adeò se gerit solitarium Dominus, ne quis partem victoriæ istius sibi arroget. ex quo crescit robur nostræ sententiæ, non agi hoc loco de vltione hostium corporalium: nam ad eos delendos, quoscumque designes, Idumæos, Iudæos, Deus vsus est aliis hominibus administris. & licèt eis non fuisset vsus, nihil erat, cur tantopere gloriaretur, se solum, nemine adiuuante, tam stragem edidisse: quod facinus ter repetit, sibi nimirò ad torcular istud calcandum neminem affuisse: quod si de Diabolo, peccato, mundo, morte exposueris, aptissime dicitur; sin de aliis, parum apposité.

25. *Caret solatio.* Non modò in hoc spirituali prælio caruit Christus auxilio humano, sed etiam solatio. Psal. 68. vers. 21. Eius enim est illa querela: *In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improperium exspectauit cor meum, & miseriam. Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.*

Christus à suis deseritur in passione. Tempore passionis vel ab Apostolis Christum fuisse derelictum ipsimet Apostoli Euangelicæ historiæ scriptores prodiderunt. Vnus Ioannes illi è cruce pendenti palam affuit cum Maria matre, paucisque fœminis, alij omnes familiares aut abfuerunt, aut clã interfuerũt. quod si ab intimis est desertus, ab alienis, & ab aliis minus notis minorem potuit habere operam aut solatium. Sed vt demus adfuisse plurimos, dolore, & commiseratione commotos, quid ad certamen cum hostibus inuisibilibus, quid ad victoriam prodesse possent? Vnde verè: *Torcular calcaui solus, & de Gentibus non erat vir mecum:*

26. scil. auxiliaris. Princeps oratorum in Latio, nobilem Imperatorẽ Iuliũ. qui victor bello ciuili seipsum vincens victis pepercit ex hoc capite laudat eximiè, quòd in ea victoria socium haberet neminem iis vocibus: *Cicero pro Marcello.* *Bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ sint Imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, sociorum auxilia, classes, cõmeatus multum iuuant: maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat, & quidquid est prosperè gestum, id pœne omne ducit suum. At verò huius gloriæ C. Cæsar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem: totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum, inquam, est tuum. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil cohors, nihil turma decerpit, quin illa ipsa rerum humanarum Domina Fortuna in istius societatem gloriæ se non offert, tibi cedit, tuam esse totam, & propriam fatetur.*

27. Hæc eloquenter, & ferè verè sunt dicta, sed verissimè cadunt in vnicum Imperatorẽ Christum, de cuius victoriâ & gloria nemo mortalium hominum, aut immortalium Angelorum quicquam potuit sibi decerpere, ipse solus

A parauit bellum, solus indixit, certamen iniuit, conflixit, solus hostes fudit, prostrauit, deleuit: solus spolia detraxit, & trophæum adornauit: ac proinde solus ipse Christus triumphum egit. At quibus animis? *Calcaui*, inquit, *eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea*: vnde non ineptè illud: *Furor arma ministrat*, vt enim natura homini inseuit facultatem concupiscibilem ad quærenda & applicanda opportuna vitæ animali, sic indidit vim irascibilem ad repellenda contraria, illam defensioni, istam, cum opus fuerit, offensioni. *Ira armat.* Tametsi Deo furor & ira propriè naturæ non sunt, sicuti neque irascendi vis, imò clementia est naturalis, sed tamen dignitate exigente, irascitur, i. ita se gerit vlciscendo, ac si ira exardesceret. *Ira in Deo, qualis.*

B Conculcatio hæc hostium, & ad eorum contritionem pertinet, & ad perfectam subiectionem: quam Deus Pater Christo pollicetur Psalm. 109. versic. 1. & quidem cum triumpho ascendenti *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Scitus est enim gestus subiectionis, subesse pedibus, calcari: imò & possessionis solet esse indicium: quia agrorum possessio sæpius pedibus initur, fortassis huius propositi iure Iosue 1. versiculo 3 *Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.* *Pedibus supponi, quid.*

C 28. Non desinit qui hanc conculcationem in mollitiem sensum inflectere, vt ... peccatorum conuersio, & ad fidem adductio, quos Christus sibi per veram pœnitentiam & obedientiam subdiderit, hic noster ingeniosus Alcazar Apoc. 1. vers. 15. not. 12. Ego quidem ad eam interpretationem non difficiliter accederem, nisi me retardarent nomina *furoris, iræ, indignationis*, quæ non ita commode cum ea componuntur: nam si dixeris, Christum iram & furorem exercuisse in peccata, clementiam verò & misericordiam erga peccatores, erga homines, cur non admiseris etiam, quod nos cum plerisque docemus, hostes esse peccatum,

D Diabolum & mortem, quos conculcauerit: ex qua conculcatione effectum est, vt homo euaderet liber, qui premebatur iugo peccati, & conculcabatur à Diabolo. Quod vtrumque versu insequenti traditur.

Vers. 4. Dies enim vltionis in corde meo: annus redemtionis meæ venit.

VLtio in hostes supradictos: redemtio erga homines illis tyrannicè subiectos. *In corde meo*: quem ab olim destinaui, atque præfini- 29.

E oi. *Dies & annus* apud me non differunt sensu, sed sono tantùm, vt esset in dicendo varietas: nam simul fuerunt vltio Diaboli, & redemtio hominis. *Dies, & annus an differant.* Sed si vis omnino differre, sit ita, vt vltioni, quæ ad iram pertinet, detur spatium breuius, & redemtioni, quæ clementiam sonat, longius tempus assignetur. *Clementia Deo longior quàm ira.* Non dissimiliter memini me expendisse cap. 34. versic. 8. *Quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion.* vbi etiam *vltio* est numeri singularis, & *retributiones* numeri pluralis quoniam Deo quoad effecta plus est misericordiæ, quàm iustitiæ. Cuiusmodi pauca non sunt in aliis

libris

libri Canonicis, sed affinia [illegible] lm. 39. versic. 6. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Hebr. Momentum in indignatione eius, & vita, salus in bona voluntate eius. i. breuissima indignatio, diuturna clementia: addit. *Ad vesperum demorabitur fletus,* vt nocte finiatur: *& ad matutinum laetitia,* vt augescente luce, & die, augeatur.

Vers. 5. Circumspexi, & non erat auxiliator: quaesiui, & non erat qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

30. *Res humana profligata ante aduentum Domini.* Hic versus à tertio superiori non differt, praeterquam quòd hoc loco per schema elegans videtur Dominus desiderare, & requirere sociorum auxilia ad pugnam: non quòd reipsa indigeret, aut optaret, sed vt ostendat, quàm essent omnes res humanae prostratae, & perditae; quamque fuerit solius diuinae misericordiae facinus, Diabolum, peccatum, & mortem de sua pristina [illegible] deiicere.

Brachium meum.] De fortitudine huius brachij affatim cap. 40. vers. 10. *brachium eius dominabitur.*

Pericula addūt animos. *Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.*] Est pectoris generosi ex periculo roborari: & cum aliunde auxilia desunt, sibi non deesse, sed a se ipso maiores ausus exigere quos saepe in summa rerum difficultate, ac penè desperatione cessisse foeliciter legimus; hinc illa adhortatio Aeneae lib. 2.

Virg.

--- Moriamur & in media arma ruamus,
Vna salus victis nullam sperare salutem:
Sic animis iuuenum furor additus.

Vers. 6. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.

Supra versiculo 3. eadem; *Inebriaui eos,* abunde puniui, vel eos suo sanguine, vt vino potaui, vbertim eis mustum irae propinaui.

Vers. 7. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quae reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quae largitus est ei secundùm indulgētiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum.

31. *Gratiarum actio post beneficium.* Post beneficia diuina rectè sequitur Dei laus, eorum memoria, gratiarum actio. Ergo Isaias populi personam induens fungitur hoc officio. Sed vtrius populi gerat vices, est dispiciendum, Iudaeine, an Christiani. nam superiora ad Euangelium certissime spectant: at inferiora ad Synagogam, & populum Hebraeum pertinere videntur. S. Hieronymus ex persona populi Hebraei loqui existimat, & cum eo Haymo, Hugo, & Lyra, & quidam sine nomine citati a Procopio, de more Cyrillus verò, alij etiam apud Procopium, & reliqui interpretes Isaiam suo Vatis nomine orationem instituere volunt. Quod dissidium quia tanti esse non video, praetereo festinans ad id, quod est pluris, scil. ad nexum, qui multiplex statuitur, a singulis fere singulariter. Sed non onerabo lectores singulis numerandis, iis contentus, quos aptiore iudico. *Vinculum.*

Primò ponendum, siue a populo, siue a Vate praeterita beneficia illi populo data commemorari: & animo quidem grato & officioso. Deinde, admisceri quandam querelam, & apud Deum expostulationem. Disquiritur ergo, quo consilio hoc fiat, post descriptum Christi triumphum.

Prima ratio nectendi; Vati memoranti hoc beneficium redemtionis totius mundi, in mentem venisse diuinius illa prisca beneficia, Deique facinora, quae ad istud portendendum ordinabantur. Est enim satis frequens ab euentu figurato ad figuram recurrere, vt appareat, hanc fuisse expletam, & vt loquitur ingeniosissimus Tertullianus, expunctam, & vt elatiùs veritas iuxta vmbram elucear. Huc concedit Sanctius. 32. *Primum* *A re figurata recurritur ad figuram.*

Nexus alter est S. Hieronymi, cui haesit Forerius, praemissam fuisse ab Isaia populi Iudaici excaecationem, & reprobationem: quae ne Dei inclementiae posset ascribi, commemorari Dei beneficientiam, & populi duritiam. *Secundum.*

Tertia consecutio est Cyrilli: quia Dei ira, furórque in hostes fuerat relatus, ne quis animum desponderet, induci statim diuinam misericordiam, & benignitatem. *Tertium.*

Haec omnia mihi visa sunt dicta probabiliter: sed quodnam eorum, aut aliorum magis cohaereat, cùm singula exposuerimus, apparebit.

Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quae reddidit nobis Dominus.] Cur Vati adimamus hanc orationem, nulla est causa: satis decet eius personam & munus. Gratitudo suos obtinet gradus, infimum; beneficiorum recordationem, post hunc, commemorationem, & gratiarum actionem: nam vt demus deesse facultatem rependendi, nulli deesse potest facultas reminiscendi, & memorandi: vnde qui gratias non agit, qui gratiam non habet, qui obliuiscitur, ingratissimus est: cùm officium in hoc genere imum & facillimum omiserit. Qui verò valet beneficium referre; debet, imò cum vsura, & cumulo, vt refert ager vber, autore Hesiodo, imo autore naturae rationalis instinctu. Sed cùm creatori creatura benefacere nequeat, cùm ei nemo quidquam possit afferre, cùm quidquid sumus, habemus vndecumque, ei debeamus accepta referre: hinc fit, vt nostrae erga Deum gratitudinis fastigium eò conscendat, vt beneficiorum memores illi gratias, & laudes offeramus. Quare Isaias suum munus explet hoc loco. 33. *Vatis oratio.* *Gratitudinis gradus.* *Beneficium cum maiori rependendū.* *Deo nihil dare possumus.* *Sup. c. 1. nu. 153. c. 35. nu. 31.*

Quae red[didit] nobis Dominus.] Non propriè vis verbi exigenda: si enim Deo rependere non possumus, multo minùs appendere: atque adeò Deus nobis propriè non retribuit, aut reddit; Rom. 11. versic. 35. *Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?* Ergo cùm Deus nobis retribuere, & reddere beneficia dicitur, non compensat accepta, sed liberaliter largitur: & si quam [illegible] habet 34. *Deus non potest reddere propriè.*

babet verbũ, reddo, aut retribuo, iterationẽ Dei tribuẽtis significat, vtpote qui beneficio beneficiũ addat. Et nunc non dissero de bonorum operu ex gratia Dei, meritorumque remuneratione, quam Paulus appellauit coronam iustitiæ: nam hæc est alia quæstio, & a nobis alibi disserta c. 40. v. 11. num. 34. Sed de beneficiis omnino gratuitis: de quibus hic.

Remuneratio, Dei gratuita.

35. *Super multitudinem bonorum domus Israel.* 6 mouit me hoc nomen, vt putarem agi de populo Hebræo, nam id facile posset traduci ad Ecclesiam, sed quæ deinceps consequuntur, quæque ab eo populo abstrahi non possunt.

Misericordiæ natura.

Quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam.] En exclusa promerita, aut obsequia, Hebr. *indulgentia* vox, cuius contermina est רחם *rechem, vulua,* viscera: quia sedes misericordiæ sunt viscera: quæ, quo acerbior est miseria, magis colliquescunt.

Vers. 8. Et dixit: Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator.

Deus quasi deliberans de salute suorum.

QVin Isaias Deum loquentem quasi in scenam adducat, ne dubites, ed dubitet & nutuet, quid loquatur. *Et dixit*, animum, apud se, quasi deliberans, saluaritne: nam ne saluaret, non pauca inducebant; primum nihil apud se illum populum tunc promereri tenuendo, deinde, quod est grauius, futurum fuisse rebellem & ingratissimum. Sed percurrit ex alia parte hęc consideratio: *Populus meus est*, quem ego delegi & segregaui mihi vt peculiu, in Abrahamo, in Isaac, & in Iacob: *filij non negantes*, in præsens. Nota Deum non animaduertere in homines ob peccata futura, etsi a se certissimè præuisa. *Et factus est eis saluator*: non aliter, ac si eorum scelera non præuidisset.

Deus nō punit ob peccata prævisa, nondum admissa.

36. Forerius voluit aliter à Deo habitam esse ratiocinationem: *Populus meus est*, filij sunt, non me negabunt: quasi Deus humano modo consuleret, & statueret ex eo, quod prudens iudicium posset sperare ex autita sanctitate. Etsi arguta expositio non placet: non enim video tribui Deo eiusmodi prouidentiam, & prudentiam humanam, quæ est valde imperfecta.

Deus prudentissimè prouidet.

37. Sed adiuuas hanc sententiam ex autographo: *Filij non mentientur*: quasi sit causalis, cùm sint filij, non mentientur; non necant Patris spem fallent, non eludent: officium, & fidem nō prodent. Sed nihilominus persto in sententia, Deũ non ita consultare: quod si mihi translatio ista omnino esset suscipienda, secus interpretarer cum Adamo: scil. *Filij non mentientur*, filij legitimi, veri, veri Israelitæ, vt fuerunt Apostoli, & alij e Iudæis Christo ac Euangelio obsecutis, non vt illi, Psalm. 17. vers. 46. *Filij alieni mentiti sunt mihi*; sed vt filij fideles, ob quos, seminariũ futurum Ecclesiæ, præseruandos, Deus Iudæos conseruauit, *& factus est eis saluator*. Vide suprà c. 1. v. 9 & c. 48. vers. 10 Nam certum est Deo fuisse curæ maximæ, tueri Iudęorum populum, quoad ex eo post Christum Apostolorum agmen, & alij boni Dei in Ecclesia fundandã administri prodiissent: quo perfectu, pares peccati populus illos [illegible] as luit, & perit eius Respublica.

Gens Iudaica conseruata, quoad ex ea procederēt Apostoli, & alij similes.

38. Huius explicationis autorem videor mihi posse adducere S. Hieronymum hæc commentantem. *Genui quidem filios, & exaltaui, & ipsi spreuerunt me. Veruntamen quia populus meus sunt, & semel filij nominati, non peribunt in perpetuum. Si me spernere & negare desierint, sentiẽt saluatorẽ.* Hieron.

Non peribunt, ait, *in perpetuum*, omnino, non enim potest perire omnino populus meus, Ecclesia mea, fides & religio mea, ex Synagoga traducẽda est in Ecclesiam primi fideles, & fundatores Ecclesiæ sunt futuri Iudæi. vnde qui *me spernere, & negare desierint*, vt ait Hieronymus, *sentient saluatorem*, quod ille ad tẽpus post passionem Christi refert. Et sane id euenisse narratur in Actis Apostolorum. c. 2. nam in prima Petri concione, v. 37. *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres. Petrus verò ad illos: pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est repromissio & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscumque aduocauerit Dominus Deus noster. Aliis etiam verbis pluribus testificatus est, & exhortabatur eos dicens: saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Sed non credo ego dictum de iis: *factus est eis saluator*.

Ecclesia fundatores ex Iudæis.

39. Sed de iis posterioribus propter hos, qui [illegible] hic erant procedituri: ex rebellibus fideles, ex contumacibus obsequentes, ex mendacibus non mentientes, ex perfidis non negantes, ex zizaniis bona seges.

Ex Iudæis mali [illegible] procedant.

40. Promiserat Deus, & iuramento firmarat, semen Abrahæ multiplicandum, vt stellas cœli, vt arenas maris (semen intelligas spirituale, non carnale, vti carnales Iudæi intelligebant) & hæc promissio vulgata fuerat apud alias nationes: quæ, si Deus populum illum, quod sæpe commeritus est, funditus deleuisset, fuisset frustrata, & elusa: oportuit ergo Deum suæ iræ tẽperare, popolo sonti parcere, vt fidei datæ satisfaceret. Hoc mihi alliciebat in hac pericope: *Et dixit*: apostopesis, oratio emphatica: *Et dixit vt disperderet eos*: vt in Psal. 105. v. 23. *Istimo para acabar conellos*: sed sic sustinuit ipse; reputans secum & dicens: etsi eo supplicio sunt digni: *veruntamen populus meus est* meum nomen apud omnes gentes gerit, Hebraice ad verbum: *Populus meus, ipsi filij, non mentientur*: i. etsi contumax, populus tamen meus, etsi degeneres, filij tamen, a me sic sæpe nominati, vt tales ab aliis habiti: ex his noua proles ingens producenda, & propaganda: hanc propaginem & propagationem mundus totus expectat a me promissã: *non mentientur*, hanc spem, & expectationem non frustrabunt; non eludent: iuxta illam similem dicendi formulam Habac. 3. ver. 17. *Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum*, i. fructum quem oliuæ promittebant, quique expectabatur, non ferent: quod si præponas negationem: & dicas: *Non mentietur opus oliuæ*, eleganter dixeris; spem agricolæ & aliorum non fore eludendam. Sic prophanus Poeta:

Deus vt firmaret suam fidem, conseruat Iudæos ad tempus.

Peculiaris expositio.

Spem mentita seges. Horat. epist. 1

41. Ergo vt esset bene consultum Dei fide [illegible] & autoritati, oportuit vsque ad fun [illegible] Ecclesiæ defendi & seruari [illegible]. Quæ vna ratio Deum iracentem [illegible] coërcuit,

ne [illegible]

ne absumeret. Psal. 105. vers. 23. quem modò allegaui: *Et dixit vt disperderet eos:* cum ad radices Sinai conflassent vitulum *si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius vt auerteret iram eius, ne disperderet eos.* Respicit Dauid historiam Exodi 32. vbi Deus vers. 9. ad Moysem: *Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Cui Moyses inter alia opponit: *Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.*

42. *Deus sua fide, & promissionis tenacissimus.* Vbi igitur Deo suggeritur promissio de propagando semine Abrahæ, instar stellarum, hoc est, vbi venit ei in mentem Apostolorum, Martyrum, Virginum, Monachorum, Doctorū, Confessorum, aliorumque Sanctorum innumerabilium, qui in illo sermone continebantur, ita deferuescit, clementia & placidissima consilia redeunt: *Placatusque est Dominus, ne faceret malum:* apud nostrum verò Vatem: *Filij nō mentientur,* nempe spem futuri fructus: *& factus est eis Saluator.* Hanc meam cogitationem promouent LXX. adhibentes verbum ἀθετεῖν, quod est cessare, irritare: sic enim habent: τέκνα οὐ μὴ ἀθετήσουσι, *Filij non irritabunt,* scil. meam promissionem, & aliorum spem non facient irritam.

Vers. 9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi.

43. *Locus implicatus.* IN *omni tribulatione eorum non est tribulatus.*] Hic multi multa implicant, vt explicent, multa mutant, peruertunt, & variè ex Hebræo conuertunt. Ego verò versionem veterem Latinam retineo, dispunctionem tantùm, & modice muto: & locum implicitum expedio. Prima igitur verba superioribus annecto hoc modo: *factus est eis Saluator in omni tribulatione eorum. Non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos.* Quæ dispunctio si minus placeat, viderit lector, an melior sit illa, vt sit cum nota interrogationis: *In omni tribulatione eorum non est tribulatus,* scil. Deus: vt illud Pauli: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* cum interrogatione legit Emanuel Sa. Denique si nihil velis vel circa dispunctionem innouare, exponito: *in omni tribulatione eorū,* siue in angustia, vt est in primæuo, non est angustiatus Deus, non sensit se ad angustias redactum, sed facillimè rem expediuit per Angelum suum. Nam vt vno exēplo contineam: cùm in fuga illa & trepidatione, populus egressus ex Ægypto haberet à tergo hostiles phalanges insequentes, ante oculos mare [illegible] obiectum, ab vtroque latere montium cacumina, [illegible] ibulatus est, angustiatus est.

Exod. 14. v. 11. *& dixerunt ad Moysen: forsitan non erant sepulcra in Ægypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine, quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto?* Ergo populus tribulatus est.

44. At Deus non est tribulatus, nō se sensit perplexum, sed illico rem expediuit, namque vento vehementi siccauit mare, tradùxit populū suū sicco vestigio, hostes verò insecutos reductione maris submersit. Lege caput 14. Exodi, & nullum aliorum commentarium illius loci requires: vbi etiam v. 19. cōperies Angelum faciei Domini castrametantem, ducentē, & res totas moderātē.

Et Angelus faciei eius saluauit eos.] Hoc ex historia Exodi patet c. 23. v. 20. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paraui.* & v. 23. & c. 32. v. 2. & aliis multis vbi Angelus traditur fuisse illius populi ductor, & doctor: Deique veluti Vicarius; quod significat, *angelus faciei eius,* i. præsentię eius, Deum omnium repręsentans, vt optimè Arias. Vide quæ scripsimus ad c. 6. n. 11. & sequentibus, apparitiones Dei in veteri Testamento factas fuisse omnes ferè per Angelos, nam quæ lex tradita Moysi dicitur à Deo in Exodo, eam latam esse ab Angelo docet S. Stephanus in Actis 7. v. 38. vel *Angelus faciei eius,* i. populi, illi præsens & assistens semper vt præses & custos, qualis videtur fuisse Michael. Dan. 10. v. 13. sic Hugo. 45. Exod. 19. v. 18.

46. *LXX. Lectio diuersa.* LXX multo secus transferunt: *Et fuit eis in salutem in omni tribulatione eorum. Non legatus, neque angelus, sed ipse,* (vel vt in aliis codicibus) *ipse Dominus saluauit eos.* In priori parte nobis fauent, quia ita dispunximus n. 43. In posteriori valde ab Hebræo, & Latino discedunt. quod cur fecerint, non est difficile diuinare scientibus Hebraice nam diuersa di punctione vsi videntur, & vocem צר aliter legisse, aut intellexisse itaque iungunt, vt vidimus, hoc *in omni tribulatione eorum,* cum superioribus, deinde incipiunt: & quod Latinè vertitur ex Hebræo: לא צר *lo tsar non est tribulatus,* ipsi vertunt: οὐ πρέσβυς non presbyter, aut, *non legatus.* Neque fuerit consultum, asserere, corruptum esse Græcum exēplar, nam plerique veterum Patrum ita adducunt, & hoc vtuntur testimonio ad probandam Christi Domini diuinitatem. Patres videre licebit indigenti apud Leonem Castrium in similibus autoritatibus colligendis diligentem autorem. *Leo Castrius diligens.*

46. *Et eleuauit eos cunctis diebus seculi.*] Indefessum Dei propositum & studium in tuendo illo populo, cunctis diebus, sed seculi, עולם *holam,* seculi sui, illius seculi, donec veniret aliud auteum, felicius seculum, tempus noui & æterni fœderis.

Vers. 10. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.

SEnsum disco è Dauide Psal. 105. vbi v. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum. irritauerunt,* ימרו *maru,* idem quod vertitur, *ad iracundiā prouocauerūt,* vt videri nobis possit Isaias mutuatus esse e Psalmo Dauid dico. Iam illud: *Et afflixerunt spiritum sancti eius,* legimus etiam eodem Ps. v. 32. *Et irritauerunt eū*

(Deum)

(Deum) *ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius.* Quantas à populo Moyses molestias acceperit ipsemet autor est in Exodo, & in aliis libris.

Moyses deuexatus.

48. *Deus quibus sit inimicus.*

Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.] Acerbissima, & asperrima res, experiri Deum inimicũ, qui fuerat vnicus Pater, & patronus. Sed id cogunt humana flagitia: vt Dei viscera paterna, imò & plusquam materna duritiem accipiãt: & odium hostile. Hoc quoque apud Dauidẽ Ps. 94. v. 9. Deus profitetur, & queritur: *Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meã.* i. in terram promissionis. Adi istunc ad lib. Numer. c. 14. v. 28. vbi Deus ad Moysem: *Dic ergo eis: viuo ego, ait Dominus, sicut locuti estis, audiente me, sic faciam vobis: in solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis & supra, & murmurastis cõtra me, nõ intrabitis terrã,* &c. & v. 34. *Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet, & morietur.*

49. Ergo quod hic ait Isaias: *& ipse debellauit eos,* de hac internecione aptiùs accipitur, quã Deus ipse per se peregit; nam alias strages & clades per hostes inflixit. Sed obstant sequentia, & cogunt ad posteriores clades referre: *Et recordatus est dierum sæculi Moysi:* nã recordatio hæc euincit præcessisse sæculum Moysi, etenim præteritorum est recordatio; quare quod ait: *Et ipse debellauit eos,* de captiuitatibus, & aliis afflictionibus, atque oppressionibus hostilibus licet accipere, quæ narrantur variæ in libro Iudicum, & in historia Regum.

50. *Nemo tenendus.* Scio multos interpretes ad excidium Ierosolymitanũ per Romanos allatum accómodare, & per *Sanctum, & afflixerunt spiritum sancti eius,* Christũ exponere: sed ego, nisi abrupto filo, id nequeo sequi, cõpellor enim ab ipso cõtextu Moysẽ intelligere: quod pluribus probari video.

Vers. 11. Et recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?

HAnc recordationem Forerius tribuit non Deo, sed Iudæo populo, & vertit: *Recordatus est dierum sæculi Moysi populus eius:* eodẽ modo verti posse affirmat Arias: & quamuis teneatur versio Vulgata, debere tribui hãc recordationem Israeli. Cõueniunt ergo hi duo Scriptores in eo, & præterea sẽtiũt orationẽ sequẽtem esse eiusdem populi, sed in eius orationis sensu exponẽdo dissentiunt plurimũ; at quoniã ego neutrius sententiam probo, eam prætereo.

51. Cæteri interpretes Deo ascribunt verbũ, *Recordatus est,* idque exigit omnino translatio Latina, & Græca, & ipse rerũ contextus: vnde hoc benè vidit Forerius, nisi lectionẽ inuerteret se nõ posse obtinere quod prætẽderet. Arias quoque sustulit coniunctionem, *&, & populi sui:* sed nobis præsertim post Tridentinum, sacrosancta debet esse Scriptura Latina Vulgata, & qualibet eius particula inattrectabilis.

Vulgata sit sacrosancta.

52. *Recordatio Dei in bonum.* Ergo statuendũ, quò tendat hæc diuina recordatio sæculi Mosaici. Omnes autores, quos legisse memini, in meliorẽ sensum acclinant: vt Deus memor beneficiorum tẽpore Mosis collatorum, ab ira destiterit, & illi populo misereri decreuerit. Sed ego, si dicturus sum quod cõcipio, non assequor, quemadmodum hoc committi possit superioribus & inferioribus nam proxime præit: *Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt eum, & afflixerunt Spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & debellauit eos.* Quod plerique, vt vidimus, de Mose interpretantur, & de contumacia Israelis in deserto, de inconcinnitate verò cũ sequentibus dicã istic.

Autoris opinio diuersa.

53. *Et pro quia.* Quamobrem ego arbitrabar, esse rationẽ superioris propositionis; *Et ipse debellauit eos: Et,* i. quia *recordatus est dierum sæculi Moysi & populi sui:* a quo toties eo tempore fuit grauiter offensus, lacessitus, & exacerbatus. Psal. 77. v. 40. *Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso? Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius, die, qua redemit eos de manu tribulantis.* recole etiam num. 48.

54. *Israel in deserto Deum sæpius offendit.* Itaque in illo sæculo Moysis, in illo tractu, & peregrinatione per desertum nil [illegible] occurrere, cuius recordatio ad [illegible] eum flecteret, sed multa potius, quæ [illegible] cenderent. Nam non solum popu[illegible] grauissimè peccauit; sed & eius duces ac Principes Moyses & Aaron a culpâ immunes non fuerunt: Aaron conflando vitulo aureo, Moyses diffidendo de aquâ elicienda e petra: ob quę Deus vtrumque multauit, ne pedem in Terram promissionis inferrent. Ergo quòd Deus distulit supplicium iustas ob causas, quas attigit Moyses Exod. 32. v. 11. deinde suo tempore recordatus scelerum præteritorum, reddidit, tradendo illum populum in manus hostiles. *Ps. 94. v. 10.*

55. Dices verbum *recordare,* vbi Deo datur, clementiam significat: respondeo, & interdum irã, cùm Deus recordatur culparum. Psal. 73. v. 23. *Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Psal. 78. v. 8. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.* Et vel ex Vate nostro licet ostendere, infrà c. 64. v. 9. *Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus, omnes nos:* vbi, *memineris,* est idem verbum quod hîc, זכר *zacar.* & particula, *vltrà, ne vltrà memineris iniquitatis nostræ,* euincit, Deum tunc recordari, cùmque caput istud sequens sit copulatum cum hoc, vt apparebit istic, fit valde probabile, hanc recordationem præsentem esse delictorum ad puniendum.

56. Quod si velis, hanc memoriam esse beneficiorum, quæ Deus dedit, & mirabilium quæ fecit in educendo Israele de Ægypto, non abnuo: sed vlteriùs inde Deum ad iram accendi, & ad puniendum accedere contendo, considerantem populi animos ingratissimos, & tantorum beneficiorum immemores: quod illis Dauid sæpissimè exprobrat.

Dixi num. 52. omnes, quos legerim autores hãc Dei recordationẽ fauorabiliter interpretatiuorum excipio Cyrillũ, qui mihi magnopere adest:

adlit: verba reddo [illegible] *cum dixerit se conuersum* [illegible] *in* [illegible] *illis, qui prius eos misericordia & caritate sublenauit & exhilarauit* [illegible] *res commode exponit. in memoriam rea*[illegible] *enim, inquit, animaque voluta*[illegible] *dies aeternos* [illegible], *semper memorabiles propter multa &* [illegible] *praestita mirabilia.*

Cyril.

57. Procop. Hæc apud [illegible] interpretationem, ex quibus patet eum [illegible] Dei [illegible] in illa [illegible] *dierum æternorum*, vt [illegible] LXX [illegible] nomine Moysi quos [illegible] est Cyrillus. [illegible] eodem sensu [illegible] [illegible] *oppugnantibus vero* [illegible] *in mentem priora*, [illegible] *considerans non* [illegible] *nuper* [illegible] *tales* [illegible] oribus [illegible] peccando fuisse. Et [illegible] Procopius varias expositiones aggerere hoc [illegible] loco nullam aliam [illegible], ex quo sumo [illegible] vulg[illegible] non [illegible] quod nouitatis damnetur, qua [illegible] quæ [illegible] quantur eandem planiora, & nos [illegible] mouebuntur.

Expositio antiqua.

58. *Vbi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui* [illegible] esse [illegible] Dei expostulatio, & exprobratio, carpens populi oblitionem beneficiorum, & miraculorum in exitu de Ægypto. Psal. [illegible] vers. 21. *Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.* & v. [illegible] *Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.* Quod aiebat Procopius, [illegible] & meminit Deus [illegible] in nequitia patribus [illegible] longe [illegible] & [illegible], sicut ex [illegible] Deus aberat, & [illegible] aberat [illegible] quoque [illegible] abesse. Hoc Deus [illegible] pungens [illegible] ratione expostulat: *Vbi est* [illegible], *qui eduxit eos de mari cum* [illegible] *gregis sui* [illegible] cum Moyse & Aaron. [illegible] v. 5[illegible]. *Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto,* [illegible] *non timuerunt, &* [illegible] *eorum operuit mare.* Psalm. 76. vers. 21. *Deduxisti sicut oues populum suum in manu Moysi, & Aaron.* [illegible] ducum, & pastorum in Hebræo & Græco [illegible] numero *Pastor*, vti [illegible] pro רעה [illegible] *pastores;* [illegible] patuit est. Cum vero Prælati in diuinis literis appellentur pastores, officij sui commonefiunt, quod est non pasci [illegible], & foueri velleribus gregis, sed contra eum pascere, & curare. Talis pastor fuit Moyses, qui vt se deleret de libro vitæ non dubitauit a Deo poscere, vt suo gregi bene consuleret.

Prælatus est pastor, non se sed gregem curans.

Exo. 32 v. 32

59. *Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sancti sui.*] Non probo diligentiam transferentium, *Spiritum sanctitatis suæ:* neque est necessarium transferre cum LXX *Spiritum sanctum:* cum nostra lectio sit primææ conformis, & commodum habeat explicatum: pro spiritu Moysi, quem [illegible] Domini suprà Vates etiam nominauit. vers. 10. *Et afflixerunt Spiritum sancti eius.* Ergo [illegible]: *qui posuit in medio eius*, id est, qui præfecit eis Moysem sanctum suum, siue, in quo Deus deposuerat suum spiritum, vt eos regeret. De quo spiritu Num. cap. 11. vers. 25. scribitur Deus abstulisse, & dedisse septuaginta viris senioribus, ad quem locum vult Adamus fuisse respectum, nec ego improbo.

60. At quoniam hæc locutio: *Vbi est qui eduxit eos*, & [illegible] videtur [illegible] inopiam, & destitutionem, vt facile [illegible] ex locis affinibus Deuteron. 32. v[illegible] *Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum, surgant & opitulentur vobis & in necessitatibus vos protegant.* Ierem. 2. vers. 28. *Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ.* Quibus in locis, interrogatio expressa aduerbio *Vbi sunt* est certa quædam affirmatio, nullibi, nulli sunt. Aliquando hæc eadem locutio [illegible], rei [illegible] tenera extiterit, [illegible] ac desiderium, vt Psalm. 88. versicul. 50. *Vbi sunt misericordiæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua. Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium.* Ad hunc modum in [illegible], *Vbi est qui eduxit eos de mari* Dei fauor desideratur & derelictio exprimitur. Quæ orat[illegible] Deo competat, nihil impedire videtur. Exprobrat enim illis Deus à se propter peccata [illegible], nõ illis, vt quondã ad[illegible] & fauere.

61. Alia explicatio. Sed [illegible] curioso lectori videbitur Deum non [illegible] hanc interrogationem, [illegible] accommodetur [illegible] enim ac [illegible] tes [illegible] præmi[illegible] *est qui eduxit eos de mari cum* [illegible] quomodo [illegible] Qu[illegible] possit dicere [illegible] populi, D[illegible] Deum [illegible] sibi ad[illegible] *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant Gentes, vbi est Deus eorum.*

62. Acclamatio cogit in premis. Cæterum quia [illegible] sequenti [illegible] sunt, quàm vt ab infidelibus [illegible] possint, eo demum [illegible], vt dicantur ab Isaia [illegible] laudes futuras & terminantes [illegible] populi [illegible] miseriam, atque componente cum prosperis successibus, quos olim populus ille, duce Moyse, fuerat expertus.

Vates loquitur [illegible].

Itaque Vates in illis clamantibus futuris à se prophetico lumine præuisis requisiit Dei pristinum fauorem, & auxilium præsens: & pluribus des[illegible] ante[illegible] in Dei tutelam.

Vers. 12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum.

Vers. 13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

Vers. 14 Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.

63. HÆc vltima verba me cogũt præcedentem orationẽ non alij, quam Isaiæ tribuere. nã neq; Deo, neq; Gentili cõpetunt: neq; etiã populo Iudæo, inducitur enim persona loquens quasi à populo separata, & illius vicem miserãs atq; dolens: quod ex eo quoq; ostenditur, quod non primam, sed tertiã personã vtpote distinctã vsurpat dicens: *Vbi est qui eduxit eos*, &c.

Hæc facilio-ra. Quæ autem his tribus carminibus describuntur, quoniam historica sunt, & litteris aliis sacris consignata, præsertim Exodi, & Psalmorum, vix expositoris operam desiderant, vnde eam aliis obscurioribus reseruare fuerit consultum. Pauca nihilominus obseruabo.

Dextera in prosperis. *Ad dexteram, eduxit ad dexteram Moysem.*] i. prospere, nam vt sinistra infortunium, sic dextera secundam fortunam signat apud diuinos & humanos codices. ab exemplis vt obuiis abstineo. Redi ad c.48.nu.136.

64. *Brachio maiestatis suæ.*] Vi, potentia: & si quid arcanios requiris, quære c.40.v.10. num. 141. & 51.nu.14.

Ut faceret sibi nomen sempiternum & ver.14. *vt faceres tibi nomen gloriæ.*] Quàm gloriosum fuerit Deo facinus educendi populum suum, & deiiciendi Pharaonem cum suo exercitu in mare rubrum, ipsemet Deus attestatur Exod. 14. versic. 4. & versic 17. *Ego autem indurabo cor Ægyptiorum vt persequantur vos; & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius, & scient Ægyptij, quia ego sum Dominus cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque equitibus eius.* Itaque Ægyptij tot antea perspectis miraculis & portentis Deum non agnouerunt: viso verò maris diuisi miraculo, plane cognoscunt.

Liberatio ex Ægypto fuit gloriosa.

Exod 14 v. 17.

65. Neque solum apud Ægyptios Deum gloriosum reddidit mare siccatum, sed & apud alias Gentes. Iosu.2. v. . Rahab fœmina nobilis sic cum exploratoribus Hebræis: *Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas maris Rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Iordanem, Sehon, & Og, quos interfecistis. & hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum & in terra deorsum.*

66. *Maris diuisio cur ita celebris.* Et certè nullum facinus Dei magis decantatum, & celebratum inuenies in veteri testamento quam istud de mari rubro diuiso, Hebræo transportato, Ægyptio demerso. Quod sane alterius excellentioris facinoris fuit expressum symbolum, vt alibi sæpe admonui.

Transitus per mare expeditus. *Quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens.* Amplificat miraculum & beneficium: æquabilem fuisse viam in mari siccato, nullum fuisse offendiculum, nullum impedimentum, nihil quo retardaret infinitam multitudinem fugientem, non fœminas, non senes debiles, non teneram ætatem. Videbatur futurum esse solum lutulentum, cœnosum, bitumine, & limo tenax, vestigia remoratum: sed, Deo sternente, nihil tale fuit, sed econtra sic æquatum, planum, facile, & expeditum, vt equus in eo cursum celerem & inoffensum posset peragere. Sap.19. v.7. idem ferè traditur. Ratio æqua omnium. *Spiritus Domini ductor eius fuit.*

Ps. 105. v. 9.

Vers. 15. Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me continuerunt se.

67. IAm Vates se conuertit ad preces ... totius populi afflicti, & commemorat prætеritá Dei erga se prouidétiá, & beneficiétia vt eum inclinet ad opem ... Cœlum Deo assignari pro habitaculo, etsi habitet vbique, id c.66. ... 1. diximus.

Vbi est zelus tuus; & fortitudo tua.] Exercitium & vsum tantummodo requirit, non naturam: quod clariùs exponit in fine addens: *super me continuerunt se.* *Zelus*, quid, & in Deo quatenus, ad cap.42.num.183. 186. inuenies. *Fortitudo* quominus Deo propriè detur, nihil obstat. *multitudo viscerum tuorum*, perspicua est translatio, quia in homine viscera sint sedes misericordiæ: vnde sermone Hebræo nominatur רחם *réchem*, vulua a verbo *racham*, quod est misereri, vt alias fuit obseruatum. c.49.n.191.

Desiderantur tria misericordi. Ad subueniendum & vindicandum ab aduersario potenti requiruntur tria, primò miseratio, deinde indignatio, postremò potentia: hæc omnia Deo conceduntur, sed ab eo inhibita: quare precatur, vt ea expediat: ad idque allegit titulos.

Vers. 16. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, tu Domine pater noster, redemptor noster, a sæculo nomen tuum.

CVm vltimo loco dixisset Deum ... a se continuisse viscera sua, affert rationem ... quam debeat non continere ... *Tu enim Pater noster*: at qui pater non miseretur ... Psal.102. v. 13. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Basil. *cum conditor ... op...ex sit, eandem beneuolentiam erga seruos seruat, quam pater erga suos.* addit ... id: *quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus*: quod tametsi communiter ad fragilitate naturæ referatur, cur tamen ad formationem non possit referri? Deut. 32. vers. 6. *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Vide Genes. 2. v. . Ergo Deus memorans, se hominem de limo terræ formasse, ... que vitæ spiraculum infudisse, se patrem agnosci, & vt talem misericordem: nam parentes non possunt erga liberos obturare, aut obdurare viscera misericordiæ suæ. sup.c.49.v.15.

68.

69. *Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.*] Ita es tu pater noster, vt comparatione tui Abraham non sit nobis pater, neque Iacob. Habet hæc locutio suffragium ex Euangelio, nam Matt.23.v.9. Christus ita præcipit: *Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in cœlis est.* accinit Apostolus Eph.3.v.15. Quam tenuiter pater terrenus sit pater, quam modicè conferat ad productionem filii, cuilibet attendenti ex Philosophia, & experientia est obuium: attigi ipse ad c.1.v.2.n. 60. cum exponerem: *filios enutriui*: semen aliunde acceptum decidit, ministrat, præterea nihil mater id concipit, fouet, efformat in corpus, nutrit. at hoc quantulum ad reliquas Dei expensas? Mater illa religiosissima Machabæorum Martyrum 2.c.7. v.22. egregiè testata est quàm parum sibi in generatione filiorum arrogaret: *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis neque enim ego ... vitam, & animam donaui vobis, & vitã, & singulorum mẽbra non ipsa compegi, sed enim mundi creator qui formauit hominis natiuitatẽ, quique omnium inuenit ... & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet ...*

Deus peculiariter est Pater

2 Mach.7. v.22.

C m.

70\. C[illegible] ergo tam exiguam op[illegible] parentes carnales [illegible] habeant in [illegible] mirum [illegible] dicatur [illegible] pater, & [illegible] ab eo [illegible] Israelitæ: [illegible] *mortuus enim pater noster* [illegible] indulgentia, erga nos [illegible] mus, a [illegible] ramus. Ad hanc exp[illegible] accedunt [illegible] copius, Forerius, Sanctius, [illegible] Castrius, [illegible] quoque al[illegible]

71\. *Obiectio.* At[illegible] non debu[illegible] nos [illegible] tu enim [illegible] agnoscimus [illegible] tando. [illegible] post [illegible] ctos, neglec[illegible] mo, Hugo [illegible] damus. Sed non [illegible] Dei beneuo[illegible] Abraham, & Iacob [illegible] habere [illegible] Deum [illegible] probat [illegible] ab eis al[illegible] os a se [illegible] Deum peccaue[illegible] eosdem [illegible].

Eo scopo dic. *Non ut respectus.*

72\. *Tertia interpretatio. Non admittitur.* Al[illegible], & [illegible] adiuuari, [illegible] liberari. S[illegible], V[illegible]us, Haymo, Pintus, O[illegible] expo[illegible] hæc [illegible] *pater noster*, & il[illegible] *nos*, a par[illegible] excludi. A[illegible] ab scopo prophetæ esse [illegible] Thom[illegible], Hugo, Dionysius, & D[illegible]us Aluarez, qui [illegible] ab Abrahamo, & Israele vita [illegible] nesciri, aut non curari res [illegible] viuentium; & per eam occasionem disputant, quemadmodum res mortalium animis iustorum defunctorum i[illegible] at, & curæ sint. Ac si [illegible] velint hoc dicere. Abraham & Iacob ignorat istius onem [illegible], vnde pro nobis te precari non possunt: vel nos, quia mali sumus, [illegible] iuuare non [illegible], vt etiam ait Hugo, quia nihil impetr[illegible]. *P[illegible] enim filij* inquit ille *oratione [illegible] patrum liberari non possunt*. ad quod probandum adducit illud Ezech. 14. v. 14. vbi Deus ne pre[illegible] bus quidem Noe, Danielis & Iob, liberos eorum fore liberandos [illegible].

Hugo.

73\. *Animæ Sanctorum in limbo an curarint res mortalium.* Sed non existimo hic agi de scien[illegible], aut ignoratione ista, aut de cura, quam haberent hæc iusti defuncti de rebus humanis mortalium, & an possent, aut vellent suis orationibus adiuuare. Aliquando vero patres sanctos in limbo, [illegible] in sinu Abrahæ quiescentes ante Christi aduentum, orauisse pro populo Iudæorum res est extra aleam dubitationis apud lib. 2. Machab. c. 15. v. 12. vbi Iudas Machabæus narrat sibi apparuisse Oniam summum Sacerdotem virum sanctitate clarum, orantē *pro omni populo Iudæorum*: & deinde Ieremiam, de quo dixerit Onias: *Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum dicentem: accipe [illegible] gladium, munus a Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.*

Ieremias defunctus orat pro populo.

74\. *Suffragia sanctorum.* Notab[illegible] testi[illegible] nium [illegible] ctorum [illegible] dum [illegible] vi[illegible] l[illegible] ad [illegible] Onias [illegible] ne[illegible] *Orig.* *[illegible] de popul[illegible] Ieremias. Hic est [illegible] Dei, qui multum orat pro populo.*

75\. *Coniectura pia.* Et vero [illegible] Ieremias & Onias fecerunt [illegible] sanctissimos [illegible] salutis [illegible] cupidissimos. quod [illegible] illa Ecclesia, est etiam v[illegible] probab[illegible], viuos a mortuis suæ intercessionis ope[illegible] posse: [illegible] reuelāte, eis viuor[illegible] Dei a[illegible], omni labe, omnique reatu liberi: loquor de sanctis purgatorij aut n[illegible], aut iam eg[illegible], apti erat qui impetrarēt, & [illegible], vel indigui, qui vota se illis cōmen[illegible] Deo doc[illegible] cogn[illegible]. Quare [illegible] ind[illegible] quo[illegible] hoc loco, [illegible] Synagogæ nō legi[illegible] mortuorum, quod h[illegible] culi [illegible] capi[illegible], nec orationes viue[illegible] aut vo[illegible] singul[illegible] *de cura pro mortuis* [illegible]. Sed quod attin[illegible] ad hoc [illegible] tur [illegible] de natu[illegible] quod cōstat ex [illegible] verbis [illegible] c. 15. *Proinde [illegible] mortuos [illegible] agatur, sed cum hic aguntur postea audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt. non quidem omnia, sed quæ sinuntur isti indicare, quæ sinuntur etiam ista meminisse.* addit statim: *Possunt & ab angelis, qui rebus, quæ aguntur hic præsto sunt, audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt.*

Admonitio notanda. *Mortuis res viuorum quatenus notæ.* *Aug.*

Ex quo fit, quo sensu dixerit Augustinus, *nescire mortuos quid hic agatur*: nempe naturaliter ex se non posse cognoscere: nam de notitia aliunde accepta dupliciter subiicit, vel ab aliis animabus illuc migrantibus, vel ab Angelis custodibus rerum humanarum: quibus addere possumus tertium modum discendi, ab ipso Deo per se reuelante.

76\. *Aug.* Sed idem S. Aug[illegible] videtur hoc Isaiæ testimoniū: *Abraham nesciuit nos*: vt suprà nominati auctores, intellexisse [illegible] c. 14. obiecisset sibi aduersus suam assertionem illud quod Abrahā se [illegible] dixisse scribitur Luc. 1[illegible]. v. 25. diuiti epuloni damnato: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala*: quibus concludebatur, Abrahamum cognouisse quæ gesta fuerant in hoc [illegible] id, quod S. Doctor docuerat; respondet [illegible] Abrahamum ea cognoscere, narrante Lazaro, *ne falsum sit*, inquit, *quod ait Propheta. Abraham nesciuit nos.* Ergo intelligit [illegible] Abraham res nostras ignorat, i. per se, & naturaliter [illegible] scire non potest. Fateor sic Augustinum ad rem, qua agebat, aduocasse: sed, vt dixi, hæc interpretatio non est ad rem, quæ apud Vatem agitur:

nam si d[illegible] deo Abrahamo & [illegible] na-[illegible] non p[illegible]è [illegible] prob[illegible] cum [illegible] um viuc[illegible] de[illegible] ut [illegible] vt [illegible] *Tu e[illegible]* [illegible]

[illegible] A-h[illegible] si [illegible] ue [illegible] qui [illegible] o [illegible] quod in di-[illegible] ta-[illegible] tibi ign[illegible]

Poster[illegible] a g[illegible] in te[illegible] p[illegible] h[illegible] non [illegible] qui [illegible] tar[illegible] tunc[illegible] & [illegible]

78. Q[illegible] dinais [illegible] qui [illegible] nec [illegible] tamen q[illegible] no[illegible] agno[illegible] *[illegible] pate[illegible]* illud, aliquo[illegible] *verba autem mea n[illegible] [pr]æter[i]bunt.* [illegible] terra trãsirét, n[illegible] verba mea. S[illegible] locu in nostro [illegible] illumum c. 49. v. 15. *Nunquid obliui[scitur] potest mulier [infan]tem suum [illegible] si illa obl[ita] fuerit, [eg]o tamen non [o]bliui[sc]ar tui.* Re[illegible] Vi[illegible] vix [illegible] dictio [illegible] sed [illegible] subint[illegible] collat[illegible] *Tu [illegible] pate[r] [illegible] Abraham* [illegible] *nesci[illegible]* [illegible] ilri. A[illegible] Iacob [illegible] dum [illegible] cum Patri[illegible] neuter [illegible] maxim[illegible] aut neg[illegible] *[illegible] nos [illegible]* tus est [illegible] de quo [illegible] & dignitat[illegible] fu[illegible] rer, neque v[illegible] p[illegible] no b[illegible] precandi [illegible]

79. Sed [illegible] meam [illegible] *Abr[illegible] tom[illegible]* tibi [illegible] arrogan[illegible] tibi [illegible] omnino ce[illegible] pa-ru[illegible] ha[illegible] adi[illegible] non [illegible] h[illegible] fil[illegible] od [illegible] *[illegible]* a La[illegible] *[illegible]erare*, quo[illegible] o-

A pr[illegible] ad [illegible] mesti[illegible] n[illegible] dat[illegible] exemplo de[illegible] L[illegible] S[illegible] fundem[illegible] a s[illegible] g[illegible] L[illegible] d[illegible] su[illegible] in s[illegible] paten[illegible] de n[illegible] sum [illegible] *p[illegible]* igna[illegible] su[illegible] tot[illegible] B d[illegible] ref[illegible] *[illegible] mi[illegible] com[illegible]* in *vo[illegible] us meus* [illegible] E[illegible] Deo[illegible]

Vers. 17. Quare [illegible] d[illegible] tuis: indurasti [illegible] timeremus te: conuertere propter seruos tuos, [tr]ibus hæred[itatis] tu[æ].

Q[illegible]

Tri[illegible]

C [illegible]

Co[illegible] D[illegible] non [illegible] que res [illegible]

Vers. 18. Quasi nihilum possederunt populum sanctum [tu]um: hoste[s nostri] conculcauerunt [sanctific]ationem tuam.

D S[illegible] Deo [illegible] *sederunt pop[ul]um [illegible] nostri [illegible] tuum [illegible]* [illegible] opp[illegible] *Sanctific[ationem] tuam,* [illegible] tu[illegible] *[illegible]runt [illegible] in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, [illegible] rum [illegible] rum esca [illegible] bestiis terræ.* Vsque [illegible] tuum [illegible] nat & [illegible] Euseb[illegible] E M[illegible] huc, ve[l] [illegible] pore Ch[illegible] 81.

Vers. 19. Facti sumus [illegible] principio, cum non dominareris [illegible] neque [inuocaretur] nomen [tuum] [illegible].

D[illegible] re, in [illegible] tibi [illegible] subitat[illegible] d[illegible] que [illegible] tur [illegible] de [illegible] d[illegible] c[illegible] c[illegible] [illegible]ud 82

illud verò alterum *in principio*, esse quo seruierunt in Ægypto idem scribit Procop. & Hieronymus, qui solus extendit hoc tempus prius ad id seculum, quod præcessit vocationi Abrahami. Haymo sequitur, aut describit Hieronymum, sed addit quod aiunt: *facti sumus*, &c. impletum esse ante, & post passionem Domini. De tempore ante vocationem Abrahæ, & post passionem Christi accipit Leo, Thomas verò de tempore, quo seruitum est Ægyptio, etiam accipit illud, *quasi in principio*, & cum eo alij, vt Dionysius.

83. *Vera expositio de priori tempore.* Verùm quoad prius tempus, si stare volumus Vulgatæ Latinæ, vt debemus, statuendum est, agi de seculo ante vocationem Abrahæ, nã post eam non extat tempus, in quo Deus non fuerit dominatus populi Israelitici, & Dei nomen super eum non fuerit inuocatum. Nã populum in Ægypto oppressum Deus vocat populum suum passim, vt constat ex Exodo; & verò filium suum: Exod. 4. v. 23.

84. *Argumentum contrà.* Sed est contra argumentum, quod miror non opponi autoribus huius sententiæ. nam antequam Deus vocaret Abrahamum, non erat populus, cum ab eo duxerit initium: quomodo ergo cõuenit: *Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum*, &c. *facti sumus quasi in principio, cum nõ dominareris nostri*: nam si ante Abraham vocatum, non erant populus, atque adeò non potuerunt esse afflicti, inepte comparant afflictionem quam experiuntur cum illâ, quæ neque fuit, neque potuit esse: ergo necesse est assignare tempus, in quo & fuerit populus, & fuerit oppressus.

85. *Solutio.* Respondeo: comparationem vtriusque temporis, & status eo vergere, vt pronuncient Israelitæ tunc se non esse populum, non habere formam reipublicæ, & communitatis quemadmodum non habuerant antequam in Abrahamo cœpisset familia Dei, & populus. itaque nõ est necesse, vt assumitur in argumẽto cõtrario, assignare tempus, in quo fuerit populus, & populus oppressus, sed assignare tẽpus, in quo non fuerit poplus: vnde, *facti sumus quasi in principio*, idem est, quod populus esse desiuimus, quod in quale tempus cadat, iam dicere aggredior.

86. Supra num. 81. posui qui sentirent pertinere ad tempus post Christi mortem: vt sit oratio Iudæorum, a fide excidentium. Sed id duplici ratione refello: priori, quia hæc est oratio fidelium, vt constat ex verbis ipsis, quibus Deum agnoscunt, orant, suáque peccata recognoscunt: quæ non possunt aptari Iudæis post Christi passionem obstinatis: posterior ratio est: quia caput sequens, vt etiam Hieronymus affirmat, huic copulatur; & in eo poscitur Messiæ aduentus: vnde fit necessariò, tempus harum calamitatum esse prius aduẽtu Domini. nam vt se liberet, Deum descendere de cœlis exoptant, & dicunt: *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes*, scil. nos tantis malis liberaturus, quibus affligimur. De tempore antecedẽte Saluatorem exponunt Hugo, Forerius, Pintus, Sanctius, Cornelius, Vatablus, & quoad colligi potest, S. Thomas.

Vatablus sic versionem immutat: *Facti sumus vt olim, quibus non dominabaris, & super quos non inuocabatur nomen tuum.* i. ita nos deseris, & pateris affligi, vt alios populos infideles, qui tuũ nomen ignorant. Pagninus vertit: *Facti sumus à principio tui: tu eorum non es dominatus, & tuum nomen non est inuocatum super eos.* vt inde colligant: nos tuere vt tuos: illos vt alienos disperde. Verùm, hoc, vt demus esse facile & expeditum, non est Scripturam ab Ecclesia propositam exponere, sed aliam cudere & supponere. Vnde malim eam interpretatam cum cõfessione imperitiæ dimittere, quam sic interpretari. Quod si Iuniores causentur à Latino interprete non probè fuisse conuersum autographum, condemnent etiam LXXII. duos Magistros Hebræos, qui eodem modo conuerterint. 87. *Vulgata non immutanda: eius confitenda inscitia nostra.*

Sed cùm multa sæcula, & in eis varij status calamitosi præcesserint Saluatoris accessum, adhuc superest videre de quo sit hæc prophetia. Possit enim indicare captiuitatem apud Assyrios, apud Chaldæos persecutionem tempore Machabæorum, seruitutem apud Romanos, cùm sublatis ducibus, & etiam regibus alienis genere per præsides regebantur. Ex iis alij alia seligunt, alij plura iungũt. In primis, si sit oratio futurũ tẽpus prophetice præoccupans, vt videtur esse, non poterit spectare ad captiuitatẽ Assyriacã, quæ quo tẽpore hoc Isaias dicebat, iam præcesserat. De aliis verò futuris seculis ego seligerem exilium Babylonicum, in quod melius ista cadere videntur id liquet ex toto ferè Ieremia, & Baruch: sed lege in primis Dan. c. 3. v. 27. orationem Azariæ. & c. 9. v. 4 orationem Danielis: quæ hunc locum maximè illustrant. 88. *Ante Christum sæpe Israel diuexatus.* *Autoris sententia.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT SEXAGESIMVMQVARTVM.

1. VTinam dirumperes cœlos, & descenderes: à facie tua montes defluerent.

2. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur.

3. Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.

4. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus; absque te, quæ præparasti expectantibus te.

5. Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur.

6. Et facti sumus vt immundus om-

nes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium vniuersi & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.

7. Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

8. Et nunc Domine, pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

9. Ne irascaris Domine satis & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus omnes nos.

10. Ciuitas sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est.

11. Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12. Nunquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?

Vers. 1. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, a facie tua montes defluerent.

Vers. 2. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur.

1. *Dispunctio.* PRimum versum Hebraici codices, & Symmachus apud Procopium, capitis superioris vltimis vocibus attexunt: neque mirum, cùm *Argument. nou. de Christo.* Hebræi valde secus accipiant. Sed concinniùs exemplaria alia Græca, & Latina hinc caput ordiuntur, & nouũ vaticiniũ clarissimũ, & nollẽ è Christianis quempiã esse, qui illud Christo subduceret, & certe, præter vnũ Vatablum qui id fecerit, vidi neminẽ. Nã Hugo etsi initio refert cõmunem Rabbinorũ interpretatio- *HugoCar.* nẽ, qui mos est illi, tamẽ accedẽs ad sensũ mysticũ ait: *Istud capitulum secundum sanctos nõ habet alia expositionem literalem, quã ipsum mysterii de Christo.* Et admoneo qui velit Hugonis vbique sententiam nosse, ab eo debere legi integrum eius loci cõmentariũ. S. Thomas vtrumque sensum admittit, de liberatione Iudæorũ & de redemptione Christi. Pint⁹ & Didacus Aluarez principio videntur ad priorẽ ire, sed demum in viã rectã redeunt. Vnde licet affirmare, Latinos interpretes hoc loco cõsentire, De Græcis Patribus alia est ratio securis videlicet editionem LXX. aliter habẽtẽ. Præter Isaiæ expositores, adiungo Riberam Zach. c. 14. n. 12. Maldonatum Ioan. 8. vers. 56.

2. *Nexus. A typo ad typi veritatem.* *Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes.*] Cur Vates suo & aliorum Vatum, aut etiam totius populi, imò totius humani generis vice, & nomine, Dei è cœlis in terras descensum exoptet, & efflagitet, ratio sese ipsa offert. Cùm enim miseram conditionem, & seruitutem Israelis commemorasset, & remedium poposcisset, subitò inuolauit in cogitationem diuinius illud, cuius erat typus, & simulacrum, captiuitas ea, & libertas: ac proinde e typo procedit æquabili viã ad mysterium: quod est Vatibus, sed præcipue nostro familiarissimum.

Vtinam] Dictiuncula optantis: desiderio flagrantis. Quantopere fuerit desideratus aduentus Dei in mundum, carne humana [illegible], alibi ex parte ostendimus cap. 11. [illegible] num. 104. *ipsum Gentes deprecabuntur.* cap. 42. num. 83. *Christus desideratus.*

3. *Antiphonæ O.* Ecclesia Spiritu sancto edocta in officio Ecclesiastico aduentus per integram hebdomadam ante Natalem Domini inchoat antiphonam ad *Magnificat*, ab interiectione O, ad exprimenda desideria veterum iustorum [illegible] Dei descensum de cœlo, & in Ecclesiã Toletanã celebratur die 18. Decembris *Expectatio partus* Beatissimæ Virginis Mariæ [illegible] in eo Clerus populusque promiscue [illegible] atque confusis clamoribus [illegible] & [illegible] petunt O, o, o, ad demonstrandum [illegible] representandum desiderium illud antiquorum. *Festum expectationis partus.*

4. *Cœli cur dirumpi quid.* *Dirumpe cœlos.*] Vel impetum [illegible] cœlos propter tumorem non solum [illegible] Deum, qui [illegible] [illegible] ruptura cœlorum aut [illegible] transitu, vt lesi [illegible] in terris apud [illegible] qui vbique est præsentissimus & rebus omnibus intimus, atque illapsu. [illegible] cœlorum scribit [illegible] nem, vt qui [illegible] quam qui corpus solidum peruadit, [illegible] dirumpit. Aut, ad significandum [illegible] descendere celeritatem, & festinationem, quod visum est Hugoni, nam qui properat, & fertur impetu, ostiũ, aut iter tritum non quærit, sed quacumque prout occurrit, irrumpit, & transit. Simili schemate dictum credit Hugo illud Psal. 143. vers. 5. *Domine inclina cœlos, & descende*, vt quàm citissime adsis: à quo sensu Genebradus non abest. *Celeritas.*

5. *Auctoris sensus allusio.* Ego citiùs mihi induxerim in mentem, alludi hoc toto versu & sequenti ad euẽta pristina. Cùm Deus descendit in montem Sinai, cœlos dirupisse videtur, cùm sũt audita tonitrua, visa fulgura, & (quod par est creditu) eccideruut fulmina. Exod. 19. v. 16. 18. *Et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem.* & vers. 18. *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis.* Et Deut. 4. vers. 11. *Et accessistis ad radices montis, qui ardebat vsque ad cœlum: eratque in eo tenebræ, & nubes, & caligo.*

6. *Fulmina quatenus cœlum dirumpant.* Vnde si cœlos (vt alibi sæpe) æthera volumus accipere, verè discissos, atque diruptos fuisse, cùm Deus legem veterem traditurus descendit, possumus interpretari: sin propriè cœlos accipim⁹, videri fuisse diuisos: quia fulminũ casu, & impetu videtur humano sẽsui diuidi, & ab. [illegible] *Adamus.* Ergo vbi intellexerimus hãc totã phrasim esse figuratã, & respectiuã, & ad priscos illos euẽtus ex occursu sese frieãdos vapore figuratitios reflecti

& nihil nobis relinquetur obscurũ, aut difficile. *Montes* enim *defluere* nihil aliud est, quam arsisse, & ardendo videri absumtos, & metallorum more colliquefactos. quod magis exprimitur in sequentibus, vers. 2.

Montes defluere.

Sicut exustio ignis tabescerent.] Heb. *Secundùm ardere ignem liquefactionum*. i. vehementissimum ignem, cuius vi, & ardore durissima saxa soluũtur in calcem, & in puluerem: & solidissima metalla liquescunt.

Ignis dissolucndo.

7. *Aquæ arderent igni.*] Noster Sanctius credidit hoc non posse aptari historiæ commemoratæ Sinai, nisi aquas libeat exponere nubem illam densam, de qua supra num. 5. ex Exodo, & Deuteronomio: vnde refert ille ad plagam Ægyptiacam, cùm iaculatus est Deus ignem simul, & aquam, de quo Sap. 16 vers. 17. 19. Idem docet Sanctium secutus Cornelius, quem magis miror non meminisse quod ipse scripserat Exod. 19. ver. 18 sci. in monte Sina fuisse septem terribilia, & quinto loco numerasse *pluuiam & procellam*, & rectè ex Hebr. epist. cap. 12. vers. 18. vbi sic Paulus: *Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem & caliginem, & procellam*, &c. Quare cùm habeamus ex Apostolo, in monte Sina fuisse *ignem & procellam*: quæ potest significare imbrem, non est quòd aliò abeamus aquas admistas igni quæsituri. Adamus densissimã pluuiã in Sina agnoscit.

In Sina fuit procella, imber.

8. *Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur.*] De hoc suprà cap. 63. vers. 12. num. 64. Sed his suo loco non inoris, arridebat quam maximè mihi Riberæ nostri notatio Zachar. 14. num 12. hac locutione quasi poetica describi ibi ingentem rerum conuersionem, & veluti mũdi totius inuersionem: Hisp. *tras tornarse el mundo*: rerum difficillimarum & insolentium effectionem: cuiusmodi sunt: cœlos dirumpi, montes defluere, vel, colliquefieri; aquas cum igne componi, ita vt neque aquæ ignem exstinguant: neque ignis absumat aquas. Talia alia multa etiam in hoc politissimo Vate. cap. 11. vers. 6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & leo pascentur: simul requiescent catuli eorum. & leo quasi bos comedet paleas*. Vide etiam cap 41. vers 18. 19 cap 55. ve. 13. vbi aliis translationibus vsus Isaias magnam rerum, motumque conuersionem in melius pollicetur. Neque expedit, vt locis citatis obseruo singulatim, & minutatim inquirere, quid quæque vox translata offerat: sed generatim scopum intueri, & ingentem mutationẽ agnoscere. Vnde, quid per *Montes defluentes*, quid per *aquas igne ardentes* designetur, velle inuestigare, existimo alienum a mente prophetica.

Obseruatio.

Vers. 3. Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.

9. LOcus impeditus: ab aliis aliter expeditus. Quidam putant solùm commemorari vetera miracula, & verbum: *cùm feceris*, exponunt, *cùm faceres*, quod fert quidem scriptio Hebraica infinitiuo expressa: *in facere*, vel, inter faciendum te, mirabilia, alterum verò verbum: *non sustinemus*, volunt esse præteritæ notionis, vel imperfecti temporis, non sustinuimus, aut non sustinebamus: hoc est, ferre non valuimus vim maiestatis tuæ miraculis, & portentis patefactæ, atque adeò succubuimus, & precati sumus, vt non tu per te ipsum nos alloquereris, nobisque præciperes, sed per Moysen. Exod. 20. vers. 18. *Perterriti, ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur*. Neque mirum, inquiunt iidem, nos ita perterritos: *à facie enim tuà montes defluxerunt*, ignis efficacitate soluti.

Locus impeditum expeditur.

10. Probabilis, & soluta expeditio, nisi Vulgata editio obluctaretur: quæ futurum tempus apertissimè prospexit. vnica solutio: apud Hebræũ, interdum futurum sufficì vice præteriti, & id Latinum fuisse secutum. Rem in medio linquo.

Sed obsistit Vulgata.

Alij ad euenta præterita etiam reuocantes, verbum *sustinere*, קוה *kauáh*, reddunt, *exspectare*, & explanant: *cùm descendens faceres mirabilia, quæ non exspectabamus, à facie tua montes defluxerunt*. q.d. iterum descende, & fac similia: Non minùs idonea explanatio, nisi haberet idem quod superius obstaculum. Superior est Ariæ, tametsi inde existimat argumentationem peti quoad rem Euangelicam, quam prudens prætereo. Posterior est Vatabli, & vt apparet, Pagnini, & apertè nostri Marianæ.

Alia explicatio. Sa.

11. Qui verò ad Christum applicant, non eodem modo explicant. Nonnulli enim impios Iudæos loquentes faciunt, alij verò pios: alij vniuersim bene animatos homines.

Sententia alia, & diuersa.

S. Hieronymus hic obscurè: ait enim: *Cùm mirabilia fecerit, & ostenderit signa in Euangelio, quæ ostendit in Ægypto, & in solitudine: confitebuntur se gloriam aduentus eius ferre non posse, siue quòd tremor apprehenderit montes*. Itaque hoc vltimum: *se gloriam eius ferre non posse*: est anceps, nam potest significare, se vi miraculorum succubuisse, & victos manus dedisse: & potest significare, se æquo animo ferre non potuisse: & hoc posterius intellexit Didacus Aluarez in Hieronymo.

S. Hier.

12. Cæterùm hoc tribui Hieronymo non debet, qui subiungit: *Pulchréque iuxta Hebraicum quasi exaudìti essent qui supra fuerant deprecati: vtinam dirumperes cælos, & descenderet, à facie tua montes defluerent, postea inferunt: Descendisti, Verbum caro factum est, & habitasti in nobis: verè Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum Deus: & ideo à facie tua omnes montes defluxerunt, de quibus suprà diximus*. Hæc ille. dixit autem suprà vers. 1. *Montes defluentes*, esse potestates aduersas. Ergo apud Hieronymum qui cõfitentur se non posse ferre gloriam aduentus Domini, non sunt Iudæi blasphemi, sed pij qui Christi maiestatẽ agnoscunt, & eius Euangelio manus dant victi miraculis. Vnde melius noster Cornelius vidit mentem Hieronymi, qui pro hoc sensu eum allegat. Contrarium quidem secuti sunt Hugo, Haymo, Adamus, Pintus, & Dionysius ascribẽtes hanc vocem Iudæis perfidis, & quidam horum autorum præ se ferunt hausisse ex Hieronymo, sed falsò, vt constat ex dictis.

Expositio menti. S. Hieron.

13. Neque quod Adamus recitat ex eodem S. Doctore, sup. cap. 63. versic. 17. nempe, à Paulo Corinthios in eadem epistolà laudati, & corripi: quia in eodem populo essent iusti, & pec-

Adamus refutatur.

nam vt castris & bello vel [illegible] breui [illegible] & suc[illegible]cta competit, sic pace & [illegible] tranquillitati vestis promissa, toga talaris, vic[illegible] autem & triumphatori splendida & speciosa. Hoc [illegible] si velis carnem humanam Christi [illegible] gloriosam & supra quam cogitari possit formosam interpretari, non video, quid possit obsistere. Hunc sensum [illegible] Cyrillus aiens: *Potestates cælest[illegible] Christum, quantumuis esset in carne, [illegible] tamen [illegible] praestantem* vt de apte subdi [illegible].

11. *Gradiens in multitudine fortitudinis suæ.*] Pulcritudo & fortitudo [illegible] coniunguntur: nam prior requirit mo[illegible] & teneritudinem: posterior vero [illegible] qualitatem, nempe du[illegible], & [illegible] minime [illegible], Seneca lib. 2. de ira. cap. 1. *In corpore nostro ossa, nerui, & articuli firmamenta totius, & alia minime speciosa visu, prius ordinantur, deinde hæc, vnde omnis in faciem, aspectumque decor est: post hæc omnia, qui maxime oculos rapit color vltimus iam corpore perfecto effunditur.* Sed hæc contraria sunt in corporibus caducis, non verò in animis, aut in corporibus immortalibus & beatis. Nam in illis vnde fortitudo, inde pulcritudo nascitur. Porro Christo vtraque simul attribuitur Psalm. 44. vers. 4. *Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua & pulcritudine tua intende prospere, procede, & regna.* & vers. 6. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.* Locus locus affinis, etsi temporis circumstantia est diuersa: nam a Dauide Christus incitatur ad prælium & victoriam, ab Isaia verò depingitur à prælio victor: sed vtrobique ei attribuitur robur, & pulcritudo: imò Dauid videtur non ei alia arma ad præliandum præbere, quàm ipsam pulcritudinem: *Accingere*, inquit, *gladio tuo super femur tuum potentissime: specie tua & pulcritudine tua:* quod Rabbini apud Genebrardum per appositionem exponunt; accinge tuo femori ensem, pulcritudinem tuam & splendorem tuum, quo vinces, fundes, fugabisque hostes tuos.

Hieronymi versio.

12. Quam expositionem non improbo, sed adiuuo ex eo, quòd in prælio fulgor soleat oculorum aciem perstringere, & aspectum eripere, ac proinde turbare hostilem exercitum. Notum est in disciplina militari, aduerso Marte pugnare, qui pugnant aduerso sole: quia eius splendor obiectus occæcat, & simul fulgor armorũ irradians. Sic Dauid hortatur Christum, vt sua pulcritudine & splendore perstringat, & percellat hostes suos, eósque in fugam vertat, sic idem Psaltes Psalm. 67. vers. 2. *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* quod magnorum autorum suffragio de Christo resurgente, gloriosissimo & splendidissimo, atque speciosissimo intelligitur, qui suæ gloriæ & pulcritudinis splendore vt ventus fumum, vt ignis ceram, ita suos inimicos fecit euanescere. Non dissimiliter 2. Thessal. 2. vers. 8. *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum.* i. solà suà præsentià clarissimà & illustrissima, non indigebit alio armorum genere quam spiritu oris, & splendore sui vultus. Ergo in Christo fortitudo & pulcritudo non solùm non separantur, sed

Sol aduersus in pugna turbat.

sunt vnum & idem omnino; vnde [illegible] V[illegible]s noster elegantissime iunxit, *Formosus in [illegible] suo, gradiens in multitudine [illegible]* ta[illegible] vmque in Psalm. 44. vers. 5. [illegible] *pulcritudine tua,* [illegible] esse Hebr. idem quod [illegible], & LXX. [illegible] vers. [illegible] ὡραίως, & [illegible] *suo*, ex quo [illegible] elucet [illegible] vaticini, & quam [illegible] x virtute [illegible] & [illegible] certè [illegible] ex [illegible] 44. [illegible] *stinctat* [illegible] *pulcritudine tua,* [illegible] critudine [illegible] *in multitudine fortitudinis* [illegible] t in mente [illegible] apud Virgilium [illegible] Æ[illegible] siculo 35

Fortitudo & pulcritudo in Christo idē.

Gradiuúmque patrem:

Quem [illegible], Deum [illegible] dini atque b[illegible]num, quod soleret ad [illegible] gradi, atque proce[illegible].

Virg.

Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.] Hæc responsio [illegible] bio est Christi, mihi [illegible] bat non esse aliorum, quàm angelorum: quis enim alius [illegible] potuit [illegible] ius spectaculi, & triumphi, qu[illegible] rogare. Non [illegible] cant verb: [illegible] ex aliqua [illegible], [illegible] quo modo [illegible], vn[illegible] quæsitum [illegible] qui est sup[illegible] si enim quis [illegible] de Christo [illegible] non ap[illegible] tet: & ea[illegible] At [illegible], autequam [illegible] d[illegible] us penetraret, nemo præter [illegible] ex[illegible], cui tribui [illegible] atio: quare [illegible] necessariò est [illegible], etsi nō repugnaret vi[illegible], vt [illegible] si quis vellet eam apta[illegible], qui comi[illegible] bantur triumphum Christi: [illegible] pa[illegible]rum apte; cùm sit incon[illegible], & ab vsu abhorrens, seu famulos, seu comites, seu quosuis alios comitantes principem aliquem, ignorare, & quærere, quis sit: quare multo conuenientius introducuntur mentes cœlestes inter se addubitare, & quærere, quis nam sit ille, qui eo habitu & pompa cœlos penetrat, non quod quęstio ex ignoratione, sed admiratione nasceretur. Sed dispiciamus iam quid ipse responderit.

14. *Angeli interrogant.*

Ego qui loquor iustitiam, & pugnator sum ad saluandum.] Angeli non ipsum Dominum rogarant, sed inter se quæsierant, vt liquet è verbis, *Quis est iste,* &c. Et nihilominus [illegible] possit Dominus demandare alicui [illegible] locum comitantium, vt responderet, noluit, sed ipsemet nō est dedignatus resp[illegible] reddere, & [illegible] quærentium satisfacere pauc[illegible] verbis, sed [illegible] plenissimi. Hebr. *Ego loquens in iustitia, & multus ad saluandum.* Quæ responsio vt [illegible] perspiciatur, quam sit conueniens, [illegible] plican[illegible] est interrogatio: nam huic [illegible], non erit responsio. [illegible] na sacra, *respondere* sæpissime est [illegible] satisfacere, [illegible] loqui [illegible] ad rem, etsi nulla [illegible] it inter[illegible]atio, quia

15. *Christus saluator.*

Respondere, i. ad rem loqui.

qu[illegible] responsio d[illegible] pro[illegible]stæ congruer[illegible]

16. *Interrogatio præcedens, qualis.* In quæstione quatuor f[illegible] pr[illegible]ita, *vemens de Edom.* [illegible] tertia, *Forma[illegible] us in stola[illegible] gradiens in multitudine fortitu[illegible]* [illegible] et, [illegible] duo priora membra [illegible] membr. hæc est [illegible] ex qua oritur admiratio: [illegible] iste [illegible] ne maculatis, [illegible] non modo corp[illegible] & præterea formosus & fortis, [illegible] non soleant. vide [illegible] m. 11.

17. Cui [illegible] & [illegible] facit satis Dominus, dicens, *[illegible] qui loquor iustitiam,* i. sum fidelis in prom[illegible] in præstando eo, quod promi[illegible], [illegible] iustitiam revocatur [illegible] præter [illegible] *mul.* [illegible] *rib,* valens ad saluandum, ad salutem [illegible] hoc est; Valeo [illegible]uare, si vol[illegible] cum [illegible] in terram, In *Edom*, [illegible] oc[illegible] ndens triump[illegible] cruore maden[illegible], sed formos[illegible] mundo, pec[illegible] *Qui loquor iustitiam*, qui iustè [illegible] qui iustam sententiam fero [illegible] hominem fraude Diabolica supplantatum [illegible], Diabolum vltra permissum, ampl[illegible] iurisdictionem de possessione depuli, quia sum oppressorum *propugnator ad saluandum.*

Apoc. 19. v. 11.

Vers. 2. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

18. *Iam Christus ipse interrogatur.* QVI antea non fuerant ausi Christum Dominum interrogare, sed inter se admirabundi, quis esset, quærebant, nunc illius vltro respondentis facilitate & humanitate inuitati, ipsum interrogant, non iam quis sit, nam id modò didicerant, sed vnde rubor paludamenti, similis ei, quem contrahunt vestimenta calcantium in torculari: ad quos ita respondet.

Vers. 3. Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum; calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.

19. SAnctius & Cornelius nostri sentiunt, cùm duo fuissent quæsita vers. 1. alterum, quis, alterum, cur illo habitu, Dominum priori parti respondisse tātum, ideóque posterioris partis interrogationem fuisse iteratam, & huic nunc satisfacere. Ego ibi num. 16. dixi quatuor, certè tria fuisse quæsita, & omnibus posse responsionem aptari. Cæterùm cùm quoad *tinctas vestes* obscurior esset responsio, & causam omninò non aperiret, illam partem interrogationis repetunt, & distinctiùs rogant causam rubrofacti indumenti, & ruboris atque cruoris redundantis, expressa quadam similitudine calcant[illegible]

Torcular calcaui solus. [illegible] Concedit quod fuit assimm[illegible] sua, vt rub[illegible] ve[illegible] torcul[illegible] ne[illegible] ipse per se solus v[illegible] cal[illegible]erit, hoc est, ingentes [illegible] a manu strauerit, occisione occiderit, [illegible] cum cruore tan[illegible] sanguin[illegible] fuerit paludamentum [illegible] etiam inquinari. Transl[illegible] dem & aptissima [illegible] de causa[illegible] quòd, v[illegible] in locu[illegible] tur, assili[illegible] ad [illegible] re[illegible] hostes v[illegible] pedibus subijciūtu[illegible] & [illegible] sanguin[illegible] reut. Et quod sanguis [illegible] in musto & vino, inde sacræ [illegible] vtrumque liquorem [illegible] vinum, seu mustum nomine sanguinis appellant. Genes. 49. v. 11. *lauabit in vino [illegible] suam, & in sanguine vuæ pallium suum*: Deuter. 32. vers. 14 *& sanguinem vuæ biberent meracissimum.* Ergo a[illegible] hostium internecio & strages horribilis componitur cum calcata vindemia in torculari. Vide Thren. 1. vers. 15. *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda* Vtrobique acerbissimum est supplicium, & extremum. 20. *Torcularis similitudo.*

21. Sæpe Principes & Imperatores vincunt, prosternunt, interimunt hostes suos, sed per milites suos, per agmina, ipsi interea extra aleam prælij, & procul periculo, qui tunc victores existunt vel[illegible] nec vl[illegible] still[illegible] cruoris. Vnde licèt [illegible] prima responsione se vindicem & victorem sit professus, non tamen exposuit causam chlamydis tinctæ, quam modò palàm ostendit: Vltus sum, inquit, meos aduersarios, & occidi, non per administros & milites, sed per me ipse, imò ego ipse solus, nemine adiuuante, ac proinde inter effundendum tantum cruoris non potuerunt indumenta non cruentari: *& aspersus est sanguis eorum per vestimenta mea.*

22. Quam locutionem esse figuratam nemo ambigit: non solùm Catholicorum, sed etiam Hebræorum. Nam hi, qui de Idumæis propriè deletis interpretantur, cum Deum loquentem faciant, torcular calcatum, & sanguinem aspersum vestimentis figuratè debent exponere; similiter & Catholici, qui Christo hanc responsionem attribuunt, siue sermo sit de Iudæis per Romanos interemtis, quod aliquibus sedet, siue de hostibus spiritualibus humani generis, quod aliis est visum fore melius. Ergo est catachresis, quā figurā hostibus spiritualibus, Diabolo, peccato, morti ascribitur id quod propriè hostium corporalium, scil. vt vulnerati stillent sanguine, qui vulnerantis vestem tingat.

23. Itaque cogitatur Christus vt præliator strenuus inimicos suos repugnantes interimens, & eorum sanguinem fundens, quod tametsi spiritualiter intelligitur, non tamen sine ratione, corporaliter describitur, id enim in gratiam Iudæorum, vt probe Furerius obseruat, qui sibi finxerant Messiam pugnacem, atque bellicosum, ac penè Mauortem: qui qua[illegible] incederet, hostilia cuncta & Hebræ[illegible] prosterneret. A quo errore non fuerunt omni-

no liberi discipuli Christi ante aduentum Spiritus sancti, vt colligitur ex iis, quæ scribit sanctus Luc 24. vers. 21. & Act. 1. vers. 6. quo fortasse respectu fit mentio Edom, & Bosra, quod Idumæi inter hostes populi Israeli[tici] primas obtinerent vt ex historia sacra colligitur. Vnde rudioribus hæc superficies prophetiæ seruiebat: spiritualioribus verò interior medulla seruabatur.

24.
Christus solus præliatur.
Et de Gentibus non erat vir mecum.] Explicat amplius quod dixerat: *torcular calcaui solus*. & adhuc id magis explanat inferiori v. *Circumspexi, & non erat auxiliator, & non fuit qui adiuuaret*: adeò se gerit solicitum Dominus, ne quis partem victoriæ istius sibi arroget. ex quo crescit robur nostræ sententiæ, non agi hoc loco de vltione hostium corporalium: nam ad eos delendos, quoscumque designes, Idumæos, Iudæos, Deus vsus est aliis hominibus ministris. & licèt eis non fuisset vsus, nihil erat, cur tantopere gloriaretur, se solum, nemine adiuuante, eam stragem edidisse; quod facinus ter repetit, sibi nimirū ad torcular istud calcandum neminem astitisse. quod si de Diabolo, peccato, mundo, morte exposueris, aptissime dicitur; sin de aliis, parum apposite.

25.
Caret solatio.
Non modò in hoc spirituali prælio caruit Christus auxilio humano, sed etiam solatio. Ps. 68. vers. 21 Eius enim est illa querela: *In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improperium exspectauit cor meum, & miseriam. Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.*

Christus à suis desertus in passione
Tempore passionis vel ab Apostolis Christum fuisse derelictum ipsimet Apostoli Euangelicæ historiæ scriptores prodiderunt. Vnus Ioannes illi è cruce pendenti palam affuit cum Maria matre, paucisque fœminis, alij omnes familiares aut absuerūt, aut clā interfuerūt. quod si ab intimis est desertus, ab alienis, & ab aliis minùs notis minorem potuit habere operam aut solatium. Sed vt demus adfuisse plurimos, dolore, & commiseratione commotos, quid ad certamen cum hostibus inuisibilibus, quid ad victoriam prodesse possent? Vnde vere: *Torcular calcaui solus, & de Gentibus non erat vir mecum:*
26.
scil. auxiliatis. Princeps oratorum in Latio, nobilem Imperatorē Iuliū, qui victor bello ciuili seipsum vincens victis pepercit ex hoc capite laudat eximiè, quòd in ea victoria socium haberet neminem iis vocibus:
Cicero pro Marcello.
Bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ sint Imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, sociorum auxilia, classes, cōmeatus multum iuuant: maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat, & quidquid est prosperè gestum, id pæne omne ducit suum. At verò huius gloria C. Cæsar, quam es paulo ante adeptus, socium habet neminem: totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum, inquam, est tuum. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil cohors, nihil turma decerpit, quin illa ipsa rerum humanarum Domina Fortuna in istius societatem gloriæ se non offert, tibi cedit, tuam esse totam, & propriam fatetur.

27.
Hæc eloquenter, & ferè verè sunt dicta, sed verissimè cadunt in vnicum Imperatorē Christum, de cuius victoriā & gloriā nemo mortalium hominum, aut immortalium Angelorum quicquam potuit sibi decerpere, ipse solus parauit bellum, solus indixit, certamen iniuit, conflixit, solus hostes f[ud]it, prostrauit, dele[uit]: solus spolia detraxit, & trophæum adornauit: ac proinde solus ipse Christus triumph[um] egit. At quibus armis? *Calcaui*, inquit, *eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea.* vnde non inepte illud: *Furor arma ministrat*, vt enim natura homini insevit facultatem concupiscibilem ad quærenda & applicanda opportuna vitæ animali, sic indidit vim irascibilem ad repellenda contraria, illam defensioni; istam, cum opus fuerit, offensioni. Tametsi Deo furor & ira propriè a natura non sunt, sicuti n[e]que ira cedi vis, imò clementia est naturalis, sed rei indignitate exigente irascitur, i. ita se gerit vlciscendo, ac si ira exardesceret. Conculcatio hæc hostium, & ad eorum contritionem pertinet, & ad perfectam subiectionem: quam Deus Pater Christo pollicetur Psalm. 109. versic. 1. & quidem cum triumpho ascendenti: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*
Ira armat.
Ira in Deo, qualis.
Scitus est enim gestus subiectionis, [ca]l[ca]ri pedibus, calcari. imò & possessionis su[æ] ... dicium: quia agrorum possessio [c]ap[i]t[ur] pedibus initur, fortassis huius propos[it]i ... versiculo 3. *Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.*
Pedibus supponi quid.

28.
Non defuit qui hanc conculcationem in molliorem sensum inflecteret, vt ... peccatorum conuersio, & ad fidem adductio, quos Christus sibi per veram pœnitentiam, & obedientiam subdiderit, sic noster ingeniosus Alcazar Apoc. 1 vers. 15. not. 12. Ego quidem ad eam interpretationem non difficiliter accederem, nisi me retardarent nomina *furoris, iræ, indignationis*, quæ non ita commode cum ea componuntur: nam si dixeris, Christum iram & furorem exercuisse in peccata, clementiam verò & misericordiam erga peccatores, ergā homines, cur non admiseris etiam, quod nos cum plerisque docemus. hostes esse peccatum, Diabolum & mortem, quos conculcauerit: ex qua conculcatione effectum est, vt homo euaderet liber, qui premebatur iugo peccati, & conculcabatur à Diabolo. Quod vtrumque versu insequenti traditur.

Vers. 4. Dies enim vltionis in corde meo: annus redemtionis meæ venit.

29.
Dies, & annum definiuit.
VLtio in hostes supradictos; redemtio erga homines illis tyrannicè subiectos. *In corde meo*: quem ab olim destinaui, atque præfiniui. *Dies & annus* apud me non differunt sensu, sed sono tantùm, vt esset in dicendo varietas: nam simul fuerunt vltio Diaboli, & redemtio hominis. Sed si vis omnino differre, sit ita, vt vltioni, quæ ad iram pertinet, detur spatium breuius, & redemtioni, quæ clementiam sonat, longius tempus assignetur. Non dissimiliter memini me expendisse cap. 34. versic. 8. *Quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion.* vbi etiam *vltio* est numeri singularis, & *retributiones* numeri pluralis quoniam Deo quoad effecta plus est misericordiæ, quàm iustitiæ. Cuiusmodi pauca non sunt in aliis libris
Clementia Deo largior quàm ira.

libris Canonicis, sed affinia Psalm. 29. versic. 6. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Hebr. Momentum in indignatione eius, & vita, salus in bona voluntate eius. i. breuissima indignatio, diuturna clementia: addit: *Ad vesperum demorabitur fletus*, vt nocte finiatur. *& ad matutinum lætitia*, vt augescente luce, & die, augeatur.

Vers. 5. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non erat qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

30. *Res humana profligata ante aduentum Domini.* HIc versus à tertio superiori non differt, præterquam quod hoc loco per schema elegans videtur Dominus desiderare, & requirere sociorum auxilia ad pugnam: non quòd reipsa indigeret, aut optaret, sed vt ostendat, quàm essent omnes res humanæ prostratæ, & perditæ; quamque fuerit solius diuinæ misericordiæ facinus, Diabolum, peccatum, & mortem de sua pristina possessione deiicere.

Brachium meum.] De fortitudine huius brachij affatim cap. 40. vers. 10. *brachium eius dominabitur.*

Pericula addūt animos. *Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.*] Est pectoris generosi ex periculo roborari: & cùm aliunde auxilia desunt, sibi non deesse, sed a se ipso maiores ausus exigere. quos sæpe in summâ rerum difficultate, ac penè desperatione cessisse fœliciter legimus: hinc illa adhortatio Æneæ lib. 2.

Virg.
---Moriamur & in media arma ruamus,
Vna salus victis nullam sperare salutem:
Sic animis iuuenum furor additus.

Vers. 6. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.

SVpra versiculo 3. eadem, *Inebriaui eos*, abunde puniui, vel eos suo sanguine, vt vino potaui, vbertim eis mustum iræ propinaui.

Vers 7. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est ei secundùm indulgētiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum.

31. *Gratiarum actio post beneficium.* POst beneficia diuina rectè sequitur Dei laus, eorum memoria, gratiarum actio. Ergo Isaias populi personam induens fungitur hoc officio. Sed cuius populi gerat vices, est dispiciendum, Iudaicine, an Christiani. nam superiora ad Euangelium certissime spectant: at inferiora ad Synagogam, & populum Hebræum pertinere videntur. S. Hieronymus ex persona populi Hebræi loqui existimat, & cum eo Haymo, Hugo, & Lyra, & quidam sine nomine citati a Procopio, de more Cyrillus verò, alij etiam apud Procopium, & reliqui interpretes Isaiæ suo Vatis non hic orationem instituere volunt. Quod dissidium quis tanti esse non video, præterea festinans ad id, quod est pluris, scil. ad nexum, qui multiplex statuitur, a singulis ferè singulariter. Sed non onerabo lectores singulis numerandis, iis contentus, quos aptiores iudico. *Vinculum.*

Primò potendum, siue a populo, siue a Vate præterita beneficia illi populo data commemorari: & animo quidem grato & officioso. Deinde, admisceri quandam querelam, & apud Deum expostulationem. Disquiritur ergo, quo consilio hoc fiat, post descriptum Christi triumphum.

Prima ratio nectendi; Vati memoranti hoc beneficium redemptionis totius mundi, in mentem venisse diuinius illa prisca beneficia, Deique facinora, quæ ad istud portendendum ordinabantur. Est enim satis frequens ab euentu figurato ad figuram recurrere, vt appareat, hanc fuisse expletam, & vt loquitur Ingeniosissimus Tertullianus, expunctam, & vt clariùs veritas iuxta vmbram eluceat. Huc concedit Sanctius. 32. *Primum* *A re figurata recurritur ad figuram.*

Nexus alter est S. Hieronymi, cui hæsit Forerius, præuisam fuisse ab Isaia populi Iudaici excæcationem, & reprobationem: quæ ne Dei inclementiæ posset ascribi, commemorari Dei beneficientiam, & populi duritiam. *Secundum.*

Tertia consecutio est Cyrilli: quia Dei ira, furórque in hostes fuerat relatus, ne quis animum desponderet, induci statim diuinam misericordiam, & benignitatem. *Tertium.*

Hæc omnia mihi visa sunt dicta probabiliter: sed quodnam eorum, aut aliorum magis cohæreat, cùm singula exposuerimus, apparebit.

33. *Vatis oratio. Gratitudinis gradus.* *Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus.*] Cur Vati adimamus hanc orationem, nulla est causa: satis decet eius personam & munus. Gratitudo suos obtinet gradus, infimum; beneficiorum recordationem, post hunc, commemorationem, & gratiarum actionem: nam vt demus deesse facultatem rependendi, nulli deesse potest facultas reminiscendi, & memorandi: vnde qui gratias non agit, qui gratiam non habet, qui obliuiscitur, ingratissimus est: cùm officium in hoc genere imum & facillimum omiserit. Qui verò valet beneficium referre, debet, imò cum vsura, & cumulo, vt refert ager vber, autore Hesiodo, imo autore naturæ rationalis instinctu. Sed cùm creatori creatura benefacere nequeat, cùm ei nemo quidquam possit afferre, cùm quidquid sumus, habemus vndecumque, ei debeamus accepta referre: hinc fit, vt nostræ erga Deum gratitudinis fastigium eò conscendat, vt beneficiorum memores illi gratias, & laudes offeramus. Quare Isaias suum munus explet hoc loco. *Beneficium cum maiore rependendū. Deo nihil dare possumus.* *Sup. c. 1. nu. 153. c. 35. nu. 31.*

34. *Deus non potest reddere propriè.* *Quæ red. . . nobis Dominus.*] Non propriè vis verbi exigenda: si enim Deo rependere non possumus, multo minùs appendere: atque adeò Deus nobis propriè non retribuit, aut reddit: Rom. 11. versic. 35. *Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?* Ergo cùm Deus nobis retribuere, & reddere beneficia dicitur, non compensat accepta, sed liberaliter largitur: & si quam sim

habet

habet verbũ, reddo, aut retribuo, iterationẽ Dei tribuẽtis significat, vtpote qui beneficio beneficiũ addat. Et nunc non dissero de bonorum operu ex gratia Dei, meritorumque remuneratione, quam Paulus appellauit coronam iustitiæ: nam hæc est alia quæstio, & a nobis alibi disserta c. 40. v. 11. num. 154. Sed de beneficiis omnino gratuitis: de quibus hic.

Remuneratio Dei qualis.

35. *Super multitudinem bonorum domui Israel.* Nõ mouit me hoc nomen, vt putarem agi de populo Hebræo, nam id facile posset traduci ad Ecclesiam, sed quæ deinceps consequuntur, quæque ab eo populo abstrahi non possunt.

Misericordia natura.

Quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam.] En exclusa promerita, aut obsequia, Hebr. *indulgentia* vox, cuius contermina est רחם *réchem, vulua,* viscera: quia sedes misericordiæ sunt viscera: quæ, quo acerbior est miseria, magis colliquescunt.

Vers. 8. Et dixit: Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator.

Deus quasi deliberans de salute suorum.

QVin Isaia Deum loquentem quasi in scenam adducat, ne dubitat: sed dubitat & inquirit, quid loquatur. *Et dixit.* intrinsecum, apud se, quasi deliberans, saluaturne: nam ne saluaret, non pauca inducebant, primum nihil apud se illa populum tunc promereri sciendo; deinde, quod est grauius, futurum fuisse rebellem & ingratissimum. Sed peruicit ex alia parte hęc consideratio: *Populus meus est,* quem ẽgo delegi & segregaui mihi vt peculium, in Abrahamo, in Isaac, & in Iacob: *filij non negantes,* in præsens.

Deus nõ punit ob peccata prævisa, non dum admissa.

Nota Deum non animaduertere in homines ob peccata futura, etsi a se certissimè præuisa. *Et factus est eis saluator:* non aliter, ac si eorum scelera non præuidisset.

36. Forerius voluit aliter à Deo habitam esse ratiocinationem: *Populus meus est,* filij sunt, non me negabunt: quasi Deus humano modo consuleret, & statueret ex eo, quod prudens indicium posset sperare ex aurita sanctitate. Etsi arguta expositio non placet: non enim video tribui Deo eiusmodi prouidentiam, & prudentiam humanam, quæ est valde imperfecta.

Deus prudentissimè prouidet.

37. Sed adiuuat hanc sententiam ex autographo: *Filij non mentientur.* quasi sit causalis; cùm sint filij, non mentientur; non meam Patris spem fallent, non eludent: officium, & fidem nõ prodent. Sed nihilominus persto in sententia, Deũ non ita consultare: quod si mihi translatio ista omnino esset suscipienda, secus interpretarer cum Adamo: scil. *Filij non mentientur,* filij legitimi, veri, veri Israelitæ, vt fuerunt Apostoli, & alij è Iudæis Christo ac Euangelio obsecuti, non vt illi, Psalm. 17. vers. 46. *Filij alieni mentiti sunt mihi;* sed vt filij fideles, ob quos, seminarium futurum Ecclesiæ, præseruandos, Deus Iudæos conseruauit, *& factus est eis saluator.* Vide suprà c. 1. v. 9. & c. 48. vers. 10 Nam certum est Deo fuisse curæ maximæ, vt eum Iudæorum populum, quoad ex eo post Christum Apostolorum agmen, & alij boni Dei in Ecclesia fundandæ administri prodissent: quo perfecto, pares peccati populus ille pœnas luit, & periit eius Respub.

Gen. Iudaica conseruata, quoad ex ea procederent Apostoli, & alij similes.

38. Huius explicationis autorem videor mihi posse adducere S. Hieronymum hæc commentantem. *Genui quidem filios, & exaltaui, & ipsi spreuerunt me. Veruntamen quia populus meus sunt, & semel filij nominati, non peribunt in perpetuum. Si me spernere & negare desierint, sentient saluatorẽ.*

Hieron.

Non peribunt, ait, *in perpetuum:* i. omnino, non enim potest perire omnino populus meus, Ecclesia mea, fides & religio mea: ex Synagogâ traducẽda est in Ecclesiam primi fabri, & fundatores Ecclesiæ sunt futuri Iudæi: vnde qui *me spernere & negare desierint,* vt ait Hieronymus, *sentient saluatorem.* quod ille ad tẽpus post passionem Christi refert. Et sanè id euenisse narratur in Actis Apostolorum. c. 2. nam in prima Petri concione, v. 37. *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos: pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Domini Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt quoscumque aduocauerit Dominus Deus noster. Aliis etiam verbis pluribus testificatus est, & exhortabatur eos dicens: saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Sed non credo ego dictum de iis: *factus est eis saluator:*

Ecclesiæ fundatores ex Iudæis.

39. Sed de iis prioribus propter nos, q[illegible] hi erant processuri: ex rebellibus h[illegible] contumacibus obsequentes, ex mendacibus non mentientes, ex perfidis non negantes, e zizaniis bona seges.

Ex Iudæis [illegible] procedunt.

40. Promiserat Deus, & iuramento firmarat, semen Abrahæ multiplicandum, vt stellas cœli, vt arenas maris (semen intelligas spirituale, non carnale, vti carnales Iudæi intelligebant) & hæc promissio vulgata fuerat apud alias nationes: quæ, si Deus populum illum, quod sæpe commeritus est, funditus deleuisset, fuisset frustrata, & elusa: oportuit ergo Deum suæ iræ tẽperare, populo somni parcere, vt fidei datæ satisfaceret. Hoc mihi allucebat in hac pericope: *Et dixit:* aposiopesis, oratio emphatica: *Et dixit vt disperderet eos.* vt in Psal. 105. v. 23. *Esfuno para acabar conellos:* sed se sustinuit ipse; reputans secum & dicens: etsi eo supplicio sunt digni: *veruntamen populus meus est* meum nomen apud omnes gentes gerit, Hebraice ad verbum: *Populus meus, ipsi filij, non mentientur:* i. etsi contumax, populus tamen meus, etsi degeneres, filij tamen, a me sic sæpe nominati, vt tales ab aliis habiti: ex his noua proles ingens producenda, & propaganda: hanc propaginem & propagationem mundus totus expectat a me promissã: *non mentientur,* hanc spem, & expectationem non frustrabunt; non eludent: iuxta illam similem dicendi formulam Habac. 3. ver. 17. *Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum,* i. fructum quem oliuæ promittebant, quique expectabatur, non ferent. quod si præponas negationem: & dicas: *Non mentietur opus oliuæ,* eleganter dixeris; spem agricolæ & aliorum non fore eludendam. Sic prophanus Poeta:

Deus vt semen suum [illegible] non Iudæos ad tempus.

Peculiaris expositio.

Spem mentita seges.

Horat. epist. li. 1.

41. Ergo vt esset bene consultum D[illegible] & autoritati, oportuit vsque ad fund[illegible] Ecclesiæ defendi & seruari [illegible]. Quæ vna ratio Deum irascentẽ sæpe cohibuit, ne absu

ne absumeret. Psal. 105. vers. 23. quem modò allegaui: *Et dixit vt disperderet eos:* (cum ad iudi[illegible] ad [illegible] *si non Moyses electus eius [illegible] in conspectu eius vt auerteret iram eius, ne disperderet eos.* Respicit David historiam Exodi 32. vbi Deus vers. 9. ad Moysem: *Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Cui Moyses inter alia opponit: *Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.*

42. *Deus suæ fidei, & promissionis tenacissimus.* Vbi igitur Deo suggeritur promissio de propagando semine Abrahæ, instar stellarum, hoc est, vbi venit ei in mentem Apostolorum, Martyrum, Virginum, Monachorum, Doctorū, Confessorum, aliorumque Sanctorum innumerabilium, qui in illo semine continebantur, ira deferuescit, clementia & placidissima consilia redeunt: *Placatusque est Dominus, ne faceret malum:* apud nostrum vero Vatem: *Filij nō mentientur,* nempe spem futuri fructus: *& factus est eis Saluator.* Hanc meam cogitationem promouent LXX. adhibentes verbum ἀθετεῖν, quod est cessare, irritare: sic enim habent: τέκνα οὐ μὴ ἀθετήσουσι, *Filij non irritabunt,* scil. meam promissionem, & aliorum spem non facient irritam.

Vers. 9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi.

43. *Locus implicatus.* IN *omni tribulatione eorum non est tribulatus.*] Hic multi multa implicant, vt explicent, multa mutant, & vertunt, & variè ex Hebræo conuertunt. Ego verò versionem veterem Latinam retineo, dispunctionem tantùm, & modicè muto: & locum implicitum expedio. Prima igitur [illegible] superioribus annecto hoc modo: *factus est eis Saluator in omni tribulatione eorum. Non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos.* Quæ dispunctio si minùs placeat viderit lector, an melior sit illa, vt sit cum nota interrogationis: *in omni tribulatione eorum non est tribulatus,* scil. Deus: vt illud Pauli: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* cum interrogatione legit Emanuel Sa. Denique si nihil velis vel circa dispunctionem innouare, expono: *in omni tribulatione eorū,* siue in angustia, vt est in primæuo, non est angustiatus Deus, non sentit se ad angustias redactum, sed facillimè rem expediuit per angelum suum. Nam vt vno exéplo contentus sim: cùm in fuga illa & trepidatione, populus egressus ex Ægypto haberet a tergo hostiles phalangas insequentes, ante oculos mare [illegible] obiectum, ab vtroque latere móntium [illegible] tribulatus est, angustiatus est.

Exod. 14. v. 11. *Et dixerunt ad Moysen: forsitan non erant sepulcra in Ægypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine, quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto:* Ergo populus tribulatus est.

44. At Deus non est tribulatus, nō se sensit perplexum, sed illico rem expediuit, immisso vēto vehementi siccauit mare, traduxit populū suū sicco vestigio, hostes verò insecutos reducto mari submersit. Lege caput 14. Exodi, & nullum aliud commentarium illius loci requires: vbi etiam v. 19. cōperies Angelum faciei Domini castrametantem, ducentē, & rei toti moderātē.

45. *Et Angelus faciei eius saluauit eos.*] Hoc ex historia Exodi patet c. 23. v. 20. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paraui.* & v. 23. & c. 32. v. 2. & aliis multis vbi Angelus traditur fuisse illius populi ductor, & doctor. Deique veluti Vicarius; quod significat, *angelus faciei eius,* i. præsentiæ eius, Deum numinum repræsentans, vt optimè Arias. Vide quæ scripsimus ad c. 6. n. 11. & sequentibus, apparitiones Dei in veteri Testamento factas fuisse omnes fere per Angelos, nam quæ lex tradita Moysi dicitur à Deo in Exodo, eam latam esse ab Angelo docet S. Stephanus in Actis 7. v. 38. vel *Angelus faciei eius,* i. populi, illi præsens & assistens semper vt præses & custos, qualis videtur fuisse Michael Dan. 10. v. 13. sic Hugo. Exod. 18. v. 28.

46. *LXX. Lectio diuersa.* LXX. multo secus transferunt: *Et non eis in salutem in omni tribulatione eorum. Non legatus, neque angelus, sed ipse,* (vel vt in aliis codicibus) *ipse Dominus saluauit eos.* In priori parte nobis fauent, quia ita dispungimus n. 41. in posteriori valde ab Hebræo, & Latino discedunt. quod cur fecerint, non est difficile diuinare scientibus Hebraice, nam diuersa dispunctione vsi videntur, & vocem צר aliter legisse, aut intellexisse: itaque iungunt, vt vidimus, hoc, *in omni tribulatione eorum,* cum superioribus, deinde incipiunt: & quod Latine vertitur ex Hebræo: לא צר *lo tsar non est tribulatus,* ipsi vertunt: ὁ πρέσβυς non *presbyter,* aut, *non legatus.* Neque fuerit consultum, asserere, corruptum esse Græcum exēplar, nam plerique veterum Patrum ita adducunt, & hoc vtuntur testimonio ad probandam Christi Domini diuinitatem. Patres videre licebit indigenti apud Leonem Castrium in similibus autoritatibus colligendis diligentem autorem. *Leo Castrius diligens.*

46. *Et eleuauit eos cunctis diebus seculi.*] Indefessum Dei propositum & studium in tuendo illo populo, cunctis diebus, sed seculi, עולם *holam,* seculi sui, illius seculi, donec veniret aliud aureum, felicius seculum; tempus noui & æterni fœderis.

Vers. 10. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.

SEnsum disco è Dauide Psal. 105. vbi v. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum. irritauerunt,* ימרו *marù,* idem quod vertitur, *ad iracundiā prouocauerūt,* vt videri nobis possit Isaias mutuatus esse è Psalmo Dauidico. Iam illud: *Et afflixerunt spiritum sancti eius,* legimus etiam eodem Ps. v. 31. *Et irritauerunt eū*

(Deum)

(Deum) *ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum*
Moyses damnatus. *eius.* Quātas à populo Moyses molestias acceperit ipsemet autor est in Exodo, & in aliis libris.

48. Deus quibus fit inimicus. *Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.*] Acerbissima, & asperrima res, experiri Deum inimicū, qui fuerat vnicus Pater, & patronus. Sed id cogunt humana flagitia: vt Dei viscera paterna, imò & plusquam materna duritiem accipiāt: & odium hostile. Hoc quoque apud Dauidē Ps. 94. v. 9. Deus profitetur, & queritur: *Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meā.* i. in terram promissionis. Adi itēme ad lib. Numer. c. 14. v. 28. vbi Deus ad Moysem: *Dic ergo eis: viuo ego, ait Dominus, sicut locuti estis, audiente me, sic faciam vobis: in solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis & supra, & murmurastis cōtra me, nō intrabitis terrā,* &c. & v. 34. *Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam vniuersæ huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me, in solitudine hac deficiet, & morietur.*

49. Ergo quod hic ait Isaias: *& ipse debellauit eos,* de hac internecione aptiùs accipitur, quā Deus ipse per se peregit; nam alias strages & clades per hostes inflixit. Sed obstant sequentia, & cogunt ad posteriores clades referre: *Et recordatus est dierum sæculi Moysi:* nā recordatio hęc euincit præcessisse sæculum Moysi, etenim præteritorum est recordatio; quare quod ait: *Et ipse debellauit eos,* de captiuitatibus, & aliis afflictionibus, atque oppressionibus hostilibus licet accipere, quæ narrantur variæ in libro Iudicum, & in historia Regum.

50. Nexus emendatus. Scio multos interpretes ad excidium Ierosolymitanū per Romanos allatum accōmodare, & per *Sanctum, & afflixerunt spiritum sancti eius,* Christū exponere: sed ego, nisi abrupto filo, id nequeo sequi, compellor enim ab ipso cōtextu Moysē intelligere: quod pluribus probari video.

Vers. 11. Et recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?

HAnc recordationem Forerius tribuit non Deo, sed Iudæo populo, & vertit: *Recordatus est dierum sæculi Moysi populus eius:* eodē modo verti posse affirmat Arias: & quamuis teneatur versio Vulgata, debere tribui hāc recordationem Israeli. Cōueniunt ergo hi duo Scriptores in eo, & præterea sētiūt orationē sequētem esse eiusdem populi, sed in eius orationis sensu exponēdo dissentiunt plurimū; at quoniā ego neutrius sententiam probo, eam prætereo.

51. Cæteri interpretes Deo ascribunt verbū, *Recordatus est,* idque exigit omnino translatio Latina, & Græca, & ipse rerū contextus: vnde hoc benè vidit Forerius, nisi lectionē inuerteret se nō posse obtinere quod prætēderet. Arias quoque sustulit coniunctionem, *&, & populi sui;* sed nobis præsertim post Tridentinum, sacrosancta debet esse Scriptura Latina Vulgata, & quælibet eius particula inattrectabilis. Vulgata sit sacrosancta.

Ergo statuendū, quò tendat hæc diuina recordatio sæculi Mosaici. Omnes autores, quos legisse memini, in meliorē sensum acclinant: vt Deus memor beneficiorum tēpore Mosis collatorum, ab ira destiterit, & illi populo misereri decreuerit. Sed ego, si dicturus sum quod cōcipio, non assequor, quemadmodum hoc committi possit superioribus & inferioribus: nam proxime præit: *Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt eum, & afflixerunt Spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & debellauit eos.* Quod plerique, vt vidimus, de Mose interpretantur, & de contumacia Israelis in deserto, de inconcinnitate verò cū sequentibus dicā istic. 52. Recordatio Dei in bonum. Autoris opinio dubitans.

Quamobrem ego arbitrabar, esse rationē superioris propositionis; *Et ipse debellauit eos: Et,* i. quia *recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui:* a quo toties eo tempore fuit grauiter offensus, lacessitus, & exacerbatus. Psal 77. v. 40. *Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso? Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius, die quâ redemit eos de manu tribulantis.* recole etiam num 48. 53. Et pro quia.

Itaque in illo sæculo Moysis, in illa tractu, & peregrinatione per desertum nihil potuit Deo occurrere, cuius recordatio ad misericordiam eum flecteret, sed multa potius, quæ irritarent. Nam non solum populus centies grauissimè peccauit, sed & eius duces ac Principes Moyses & Aaron a culpâ immunes non fuerunt: Aaron conflando vitulo aureo, Moyses diffidendo de aqua elicienda e petra: ob quę Deus vtrumque multauit, ne pedem in Terram promissionis inferrent. Ergo quòd Deus distulit supplicium iustas ob causas, quas attigit Moyses Exod. 32. v. 11. deinde suo tempore recordatus scelerum præteritorum, reddidit, tradendo illum populum in manus hostiles. 54. Israelem in deserto Deum sæpius offendit. Ps. 94. v. 10.

Dicis: verbum *recordare,* vbi Deo datur, clementiam significat: respondeo, & interdum iras, cùm Deus recordatur culparum. Psal 73. v. 23. *Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Psal. 78. v. 8. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.* Et vel ex Vate nostro licet ostendere, infrà c. 64. v. 9. *Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus, omnes nos:* vbi, *memineris,* est idem verbum quod hîc, זכר zacar. & particula, *vltrà, ne vltrà memineris iniquitatis nostræ,* euincit, Deum tunc recordari, cùmque caput istud sequens sit copulatum cum hoc, vt apparebit istic, fit valde probabile, hanc recordationem præsentem esse delictorum ad puniendum. Quod si velis, hanc memoriam esse beneficiorum, quæ Deus dedit, & mirabilium quæ fecit in educendo Israele de Ægypto, non abnuo: sed vlteriùs inde Deum ad iram accendi, & ad puniendum accedere contendo, considerantem populi animos ingratissimos, & tantorum beneficiorum immemores: quod illis Dauid sæpissimè exprobrat. 55. 56.

Dixi num. 52. omnes, quos legerim autores hāc Dei recordationē fauorabiliter interpretatiuenum excipio Cyrillū, qui mihi magnopere adest:

ad [illegible] verba reddo: *Cum dixerit se conuersum [illegible] illis [illegible] qui prius eos misericordia [illegible] caritate [illegible] leniuit, & exhilarauit, [illegible] beneficia eos commode exponens in memoriam reuocauit eum, inquit, animaque voluntatis dies aeternitatis [illegible], semper memorabiles propter multa & eximia [illegible] praestita miracula.*

57\. Haec apud [illegible] expositionem [illegible] patet cum iram D[illegible] [illegible] dierum aeternitatis, vt L X X [illegible] Moysi quos secutus est C[illegible] Procopius eodem sensu [illegible] *[illegible] vero populum reuocans in mentem priora, [illegible] considerans non caepi[illegible] [illegible]* [illegible] similes peccando fuisse. Et [illegible] illum, cum [illegible] Procopius varias expositiones aggerere, hoc [illegible] loco nullam aliam adderet, ex quo sumo ego, cum [illegible] ipse Graecos autores vulgatem [illegible] non est, quod [illegible] damnetur, quia [illegible] quae [illegible] euadent planiora, & nos [illegible].

58\. *Vbi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui?*] Haec [illegible] esse eiusdem Dei expostulatio, & exprobratio, carpentis populi oblivionem beneficiorum, & miraculorum in exitu de Aegypto. Psal. 105. vers. 21. *Obliti sunt Deum, qui [illegible] eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.* & v. 6. *Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae.* Quod aiebat Procopius [illegible] & meminit Deus [illegible] in iniquitate [illegible], & simi[illegible] sicut ex [illegible] Deus abierat, & procul aberat [illegible] quoque mentibus abesse. Hoc De[illegible] expostulat: *[illegible] eduxit eos de mari [illegible] gregis [illegible]* Moyse & Aaron. Psalm. [illegible] v. 5[illegible] *Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem [illegible] deduxit eos [illegible] non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.* Psalm. 76. vers. 21. *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron.* Tanquam [illegible] & pastorum in Hebraeo & [illegible] Pastor, etsi [illegible] pro [illegible] rohei pastores; [illegible] Praelati in diuinis literis [illegible] pastores [illegible] commonentur, quod est non pascere [illegible] & fouere velleribus gregis, sed contra eum pascere, & curare. Talis pastor fuit Moyses, qui vt se deleret de libro vitae non dubitauit a Deo poscere, vt suo gregi bene consuleret.

59\. *Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sancti sui.*] Non probo diligentiam transferentium, *Spiritum sanctitatis suae*: neque est necessarium transferre cum L X X *Spiritum sanctum*: cùm nostra lectio sit primaeuae conformis, & commodum habeat explicatum: pro spiritu Moysi, quem [illegible] Domini suprà Vates etiam [illegible] v[illegible] 10. *Et afflixerunt Spiritum sancti eius.* Ergo [illegible]: *qui po[illegible] in medio eius*, id est, qui [illegible] Moysem sanctum suum, siue, in quo Deus deposuerat suum spiritum, vt eos regeret. De quo spiritu Num. cap. 11. vers. 25. scribitur Deus abstulisse, & dedisse septuaginta viris senioribus, ad quem locum vult Adamus fuisse respectum, nec ego improbo.

60\. At quoniam haec locutio; *Vbi est qui eduxit eos*, & [illegible] inopiam, & destitutionem, vt [illegible] locis affinibus Deuteron. 32. vers. 37. *[illegible] dij eorum, in quibus habebant [illegible] de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum, surgant & opitulentur vobis, & in necessitatibus vos protegant.* Ierem. 2. vers. 2[illegible]. *[illegible] sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuae.* Quibus in locis, interrogatio expressa aduerbio *Vbi [illegible]* est certa quaedam affirmatio: nullibi, nulli sunt. Aliquando haec eadem locutio fert [illegible], quae reuera extiterit, def[illegible]tum, ac desiderium, vt Psalm. 88. versicul. 50. *Vbi sunt misericordiae antiquae Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua. Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo, multarum gentium.* Ad hunc modum in [illegible], *Vbi est qui eduxit eos de mari?* Dei fauor desideratur, & derelictio exprimitur. Quae oratio cur Deo cōpetat, nihil impedire videtur. Exprobrat enim illis Deus à se propter peccata destitutos, nō illis, vt quondā adesse & fauere.

61\. Sed [illegible] curioso lectori [illegible] Deum non [illegible] hanc interrogationem, non [illegible] commodetur. [illegible] enim acc[illegible] nationibus [illegible] tes [illegible] praemi, atil[illegible] *[illegible] est qui eduxit eos [illegible]* [illegible] Quod [illegible] dicere Gentiles & [illegible] populi Dauid [illegible] Deum [illegible] sibi ad[illegible] *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes: [illegible] est Deus eorum.*

62\. Caeterum quia subsequentia [illegible] sunt, quam vt ab infidelibus dici possint, [illegible] demum [illegible], vt [illegible] ab [illegible] praeuidente clades futuras & seruitutes sui populi, easque mi[illegible], atque componente cum [illegible] successibus, quos olim populus ille, duce Moyse, fuerat expertus.

Itaque Vates in illis [illegible] futuris à se prophetico lumine praeuisis requirit Dei pristinum fauorem, & auxilium praesens: e pluribus describit antiquam Dei tutelam.

Vers. 12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suae, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum.

Vers. 13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

Vers. 14 Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriae.

63\. HAec vltima verba me cogūt praecedentem orationē non alij, quam Isaiae tribuere. nā neq; Deo, neq; Gentili cōpetunt: neq; etiā populo Iudaeo, inducitur enim persona loquens quasi à populo separata, & illius vicem miserās atq; dolens: quod ex eo quoq; ostenditur, quod non primam, sed tertiā personā vtpote distinctā vsurpat dicens: *Vbi est qui eduxit eos*, &c.

Hæc faciliora. Quæ autem his tribus carminibus describuntur, quoniam historica sunt, & litteris aliis sacris consignata, præsertim Exodi, & Psalmorum, vix expositoris operam desiderant. vnde eam aliis obscurioribus reseruare fuerit consultum. Pauca nihilominus obseruabo.

Dextera in prospera. *Ad dexteram, eduxit ad dexteram Moysem.*] i. prospere, nam vt sinistra infortunium, sic dextera secundam fortunam signat apud diuinos & humanos codices. ab exemplis vt obuiis abstineo. Redi ad c.48.nu.136.

64. *Brachio maiestatis suæ.*] Vi, potentia: & si quid arcanius requiris, quære c.40.v.10. num. 141.& 51.nu.14.

Liberatio ex Ægypto, fuit gloriosa. *Vt faceret sibi nomen sempiternum* & ver.14. *vt faceret tibi nomen gloriæ.*] Quàm gloriosum fuerit Deo facinus traiiciendi populum suum, & deiiciendi Pharaonem cum suo exercitu in mare rubrum: ipsemet Deus attestatur Exod. 14. versic. 4. & versic. 17. *Ego autem indurabo cor Ægyptiorum vt persequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius, & scient Ægyptij, quia ego sum Dominus cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque equitibus eius.* Itaque Ægyptij tot antea perspectis miraculis & portentis Deum non agnouerunt: viso vero mari diuisi miraculo, planè cognoscunt. *Exod 14. v. 17.*

65. Neque solum apud Ægyptios Deum gloriosum reddidit mare siccatum, sed & apud alias Gentes. Iosu.2. v. . Rahab fœmina nobilis sic cum exploratoribus Hebræis: *Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas maris Rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Iordanem, Sehon, & Og, quos interfecistis. & hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cœlo sursum & in terra deorsum.*

66. *Maris diuisio est ita celebris.* Et certè nullum facinus Dei magis decantatum, & celebratum inuenies in veteri testamento quàm istud de mari rubro diuiso, Hebræo transportato, Ægyptio demerso. Quod sanè alterius excellentioris facinoris fuit expressum symbolum, vt alibi sæpe admonui.

Transitus per mare expeditus. *Quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens.* Amplificat miraculum & beneficium: æquabilem fuisse viam in mari siccato, nullum fuisse offendiculum, nullum impedimentum, nihil quo retardaret infirmam multitudinem fugientem, non fœminas, non senes debiles, non teneram ætatem. Videbatur futurum esse solum lutulentum, cœnosum, bituminæ, & limo tenax, vestigia remorans; sed, Deo sternente, nihil tale fuit, sed econtra sic æquatum, planum, facile, & expeditum, vt equus in eo cursum celerem & inoffensum posset peragere. Sap.19. v.7. idem ferè traditur. Ratio æqua omnium: *Spiritus Domini ductor eius fuit.* *Ps.105.v.9.*

Vers. 15. Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me continuerunt se.

67. IAm Vates se conuertit ad preces nomine totius populi afflicti: & commemorat primò A Dei erga se prouidentiam, & beneficentiam vt eum inclinet ad repetendam. Cœlum Deo assignat pro habitaculo, etsi habitet vbique, ad c.66. ... ·
Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua.] Exercitium & vsum tantummodo requirit, non naturam: quod clarius exponit in hoc addens *super me continuerunt se.* Zelus, quid sit in Deo quatenus ad cap.42.num.183.180. inuenies. *Fortitudo* quominus Deo propriè detur, nihil obstat. *multitudo viscerum tuorum*, perspicua est translatio, quia in homine viscera sunt sedes misericordiæ: vnde sermone Hebræo nomen ... *rächem*, vulua a verbo *racham*, quod est misereri, vt alias fuit obseruatum. c.49.n.191.

Defensionis tria necessaria. B Ad subueniendum & vindicandum ab aduersario potenti requiruntur tria, primò miseratio, deinde indignatio, postremò potentia: hæc omnia Deo conceduntur, sed ab eo inhibita: quare precatur, vt ea expediat: ad idque allegit titulos.

Vers. 16. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, tu Domine pater noster, redemptor noster, a sæculo nomen tuum.

CVm vltimo loco dixisset: Deum ... se continuisse viscera sua, affert rationem ... 68.
C ... ob quam debeat non continere: *Tu enim Pater noster*: at quis pater non miseretur filiorum? Psal.102. v.13. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Basil. *cum conditor, & opifex sit, eandem beneuolentiam erga seruos seruas, quam pater erga suos.* addit Dauid *quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus*: quod tametsi communiter ad fragilitatē naturæ referunt, est tamen ad formationem non possit referri. Deut. 32. vers. 6. *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Vide Genes. 2. v.7. Ergo Deus memorans, se hominem de limo
D terræ formasse, eique vitæ spiraculum infudisse, se patrem agnosci, & vt talem misericordem: nam parentes non possunt erga liberos obturare, aut obdurare viscera misericordiæ suæ. sup.c.49.v.15.

Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.] 69.
Deus peculiariter est Pater. Ita es tu pater noster, vt comparatione tui Abraham non sit nobis pater, neque Iacob. Habet hæc locutio suffragium ex Euangelio, nam Matt.23.v.9. Christus ita præcipit: *Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in cœlis est.* accinit Apostolus Eph.3.v.15. Quam tenuiter pater terrenus sit pater, quam modicè conferat ad productionem filij, cuilibet attendenti ex Philosophia, & experientia est
E obuium: attigi ipse ad c.1.v.2.n.60. cum exponerem: *filios enutriui*: semen aliunde acceptum decidit, ministrat, præterea nihil: mater id concipit, fouet, efformat in corpus, nutrit. at hoc quantulum ad reliquas Dei expensas? Mater illa religiosissima Machabæorum Martyrum 2. Mach.c.7. v.22. egregiè testata est quàm parum sibi in generatione filiorum arrogaret: *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis neque enim ego spiritum, & animam donaui vobis, & vitam, & singulorum membra non ipsa compegi sed enim mundi creator qui formauit hominis natiuitatē, qui omnium inuenit ... spiritum vobis iterum cū misericordia ...* *2. Mach. v.22.*

...m.

70. C[illegible] o tam e[illegible] quam op[illegible] patrites A carna[illegible] ad[illegible] ibeant [illegible] ud mi um [illegible] di atur [illegible] ter,& illo ab eo [illegible] ulo lec[illegible] dei[illegible] ue Israelitæ: [illegible] *braham ue [illegible] ut nos tu enim pater noster* [illegible] per indul[illegible] ntia,erg[illegible] os [illegible] um patrem [illegible] lci- mus,a[illegible] vno peu[illegible] a- mu[illegible]. Ad hunc ex[illegible] accc[illegible] C[illegible] Pro- copius[illegible] ,S[illegible] ,C[illegible] Le[illegible] Ca- strius [illegible] id[illegible] um [illegible] uo- que a[illegible] &[illegible].

71. *Obiectio.* At oppo[illegible] V[illegible] , non debu[illegible] : n[illegible] : tu [illegible] pa[illegible] no- [illegible] s Dei [illegible] te- tando N[illegible] pote postei[illegible] di- ctos,negl[illegible] Ad mus. Sed non [illegible] Dei beneuo[illegible] m,&[illegible] in Abraham, & Iac[illegible] os nolun[illegible] ,quia Deū [illegible] t,& [illegible] o pro- bat a[illegible] nu[illegible] ab eis a[illegible] Iaco[illegible] os a se amand[illegible] ,&[illegible] ntra Deum pec- caue[illegible] cos- dem [illegible].

E[illegible] ppo[illegible] Ne[illegible] re- [illegible] sio.

72. *Tertia interpretatio. Non admittitur.* Al[illegible] , & [illegible] nt non adiu- C uari,n[illegible] liberari. S[illegible] , Vatablus, Haym[illegible] , Pintus, [illegible] dem expositi[illegible] hæ[illegible] : *u inum pater n*[illegible] ,[illegible] *Ab*[illegible] *nos*,[illegible] v [illegible] tur excludi. A[illegible] ab [illegible] opo prophet[illegible] , [illegible] ony- sius,& D[illegible] , ab A- braham [illegible] vit[illegible] ont[illegible] , aut non curare res [illegible] orum [illegible] viuentium ; & per eam o[illegible] ali mem disputant, quemadmodum re[illegible] mortalium animis in [illegible] defunctorum in[illegible] ,& curæ sit. [illegible] hi velint hoc di[illegible] re: Abraham & Iacob ignorāt istā no- mem nostrā,vnde pro nobis re precari non pos- D sunt: vel nos,quia mali sumus, suis precibus iu- uare non curant, vt etiam ait Hugo, qui nihil impetrare [illegible] t: *Peruersi enim* [illegible] ,inquit ille *oratio- ne sanctorum patrum liberari non possunt.* ad quod probandum addi[illegible] illud Ezech. 14. v.14. vbi Deus ne precibus quidem Noe, Daniel[illegible] & Iob, liberos eorum fore liberandos minatur.

Hugo.

73. *Animæ Sanctorum in limbo an curarent res mortalium.* Sed non existimo hic agi de scientia,aut ig- noratione ista, aut de cura,quam habe[illegible] nt tuc iusti defuncti de rebus humanis mortalium, & an possent, aut vellent suis orationibus adiuua- re. Aliquando verò patres sanctos in l[illegible] bo,seu in sinu Abrahæ quiescentes ante Christi ad- uentum,orauisse pro populo Iudæorum res est E extra aleam dubitationis apud lib 2. Machab.c. 15.v.12. vbi Iudas Machabæus narrat sibi appa- ruisse Oniam summum Sacerdotem virum san- ctitate clarum,orante *pro omni populo Iudæorum*: & deinde Ieremiam,de quo dixerit Onias: *Hic est fratrum amator,& populi Israel:hic est,qui mul- tum orat pro populo,* [illegible] *uersa sancta ciuitate Ie- remias Propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dexteram,* [illegible] *dedisse Iudæ gladium aureum dicentem: accipe* [illegible] *lum* [illegible] *donum, munus à Deo, in quo deij- cies aduersarios populi mei Israel.*

Ieremias defunctus orat pro populo.

74. *Suffragia sanctorum.* N[illegible] m s[illegible] resti- A n[illegible] gi[illegible] ctoru[illegible] ec d[illegible] n[illegible] Dei v[illegible] æ: vi[illegible] ib[illegible] , l[illegible] erant [illegible] , [illegible] c[illegible] a [illegible] C[illegible] n[illegible] *i pares* [illegible] *qui c*[illegible] , *curam* [illegible] *de populo* [illegible] *rumque* [illegible] *I[illegible] mia. Hic est Ieremias* [illegible] *qui multum orat pro populo.* Orig.

75. *Conectura pia.* [illegible] credi[illegible] p[illegible] ,quod Ieremias & B Onias fre[illegible] os sanctissi- mos ver[illegible] le[illegible] ,& salu[illegible] pidissimos. quod cum constaret in il[illegible] , est etiam v[illegible] probab[illegible] , viuos a mortuis [illegible] intercef- sionis ope[illegible] e pu[illegible] ,[illegible] clare,eis viuoru preces [illegible] nt Dei amic[illegible] ,omni labe, [illegible] loquor de sanctis purgatorio aut no[illegible] ,at iam egressis apti[illegible] qui impetrarēt, & [illegible] pti, vel indig[illegible] ,qu[illegible] ta se [illegible] lis cōmendarunt Deo d[illegible] cog[illegible] . Qu[illegible] ud[illegible] o quod hoc loco Ad[illegible] Sy- nagogæ nō legi[illegible] po[illegible] mor- C tuorum,quod hi D[illegible] vin- culis [illegible] capti[illegible] , nec orati[illegible] ut votu[illegible] post [illegible] firma[illegible] S[illegible] gu[illegible] ,*de* [illegible] *pro* [illegible] od attinet ad hoc [illegible] tu: loqu[illegible] enim de natura[illegible] e, quod cōll[illegible] ex [illegible] is verbis nā c[illegible] . 15. *Proinde fatendū est,ne* [illegible] *e mortuos qui* [illegible] *aga- tur, sed cùm hic agitur, postea audire ab e*[illegible] *qui hinc ab eis moriendo pergunt. non quidem omnia, sed quæ sinuntur isti indicare, qui sinuntur etiam i*[illegible] *meminisse.* addit statim: *Possunt & ab angelis, qui rebus, quæ aguntur hic præsto sunt, audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere* D *iudicat cui cuncta subiecta sunt.*

Adamus, re[illegible] lon[illegible] .

Mortuos res viuentum quatenus nota.

Aug.

Ex quo fit,quo sen[illegible] dixerit Augustinus,*ne- scire mortuos quid hic agatur*: nempe naturaliter ex se non posse cognoscere: nam de notitia aliunde accepta duplicē subiicit, vel ab al[illegible] is a- nimabus illuc migrantibus, vel ab Angelis cu- stodibus rerum humanarum: quibus addere possumus tertium modum discendi, ab ipso Deo per reuel[illegible].

76. Sed idem S.Augu[illegible] inu[illegible] detur hoc Isaiæ te- stimo[illegible] : *Abrahā n[illegible] sciuit nos* vt suprà nominati autores,inte[illegible] ,nam cùm c.14.obie[illegible] isset si- bi aduersus suam assertionem illud quod Abra- hā re[illegible] sc̄dit[illegible] scribitur Luc. [illegible] .v.25.diuiti epu- E loni damnato: *Fili recordare, quia recepisti* [illegible] *na in vita tua, & Lazarus similiter mala*: quibus concl[illegible] debatur, Abrahamum c[illegible] quæ gesta [illegible] rant in ho[illegible] contra id, quod S. Doctor docuerat, r[illegible] , p[illegible] asse Abra- hamum ea cognoscere,narr[illegible] nte La[illegible] ro, *ne fal- sum sit*, inquit, *quod ait Propheta. Abraham nesciuit nos.* Ergo intelligit n[illegible] Abraham res nostras ignorasse,per se,& naturaliter eas scire non potest. Fateor sic Augustinum ad rem, quā ag[illegible] bat,aduocasse:sed,vt dixi,hæc inter pre- tatio non est ad rem, quæ apud Vatem agitur: Aug.

nam fi [illegible] den A[illegible]mo [illegible] [illegible] and [illegible] q [illegible], no p[illegible] [illegible] pro[illegible] [illegible] ex Do [illegible] n fuorum [illegible] que [illegible] d[illegible] [illegible], vt [illegible]. Quid [illegible] plu [illegible] p[illegible] [illegible].

A[illegible] h[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] b[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] m[illegible] [illegible] Igno[illegible] augen[illegible] te[illegible] p[illegible] h mo[illegible] nos fum[illegible] q[illegible] tur d[illegible] tunm [illegible] & popu[illegible].

Potteri etiā ignoti sunt eura.

78. Qu[illegible] H[illegible] Cardinalis [illegible] mag[illegible], qui inte[illegible] c[illegible] Iacob ne[illegible] no[illegible] tu tamen q[illegible] c, no nō [illegible] tu agno[illegible] alter atque ill id, aliquo [illegible] *cœlū & terra tra[illegible], verba autem mea n[illegible] prateribunt*: licet cœlum & terra trāsirēt, nō tamē verba mea. Sed habemus locū in nostro Isaia [illegible] c.49.v.15 *Anquid obliuisci potest mulier [illegible] suum, vt non mis[illegible] fi[illegible] si illa oblita fuerit, e[illegible] tamen non obliuiscar tui.* Reuoca[illegible] illuc. V[illegible] vix est necessaria h[illegible] illa con[illegible] dictio Hu[illegible] ni sed supp[illegible], subintelli[illegible] a co latio hoc pacto. *Tu e[illegible] pater [illegible] & Abraham [illegible] cum [illegible] n[illegible].* [illegible] itri. Ab[illegible] pri[illegible] tor: Iacob e[illegible] eximius, duo eum Patriarcharum, & [illegible] genitor, qui neuter potest, si maxim[illegible], nos obli[illegible], aut [illegible] tibi [illegible] *nesciuit nos* [illegible] rus e[illegible] & dig[illegible] fuit vterq[illegible] qu[illegible], du[illegible] ret, neque [illegible], vt confidimus, p[illegible] no b[illegible] pre audi[illegible].

Verba interpretatio. Cardinalis assertio. Ma.24.v.35.

Sup.c.49. versic.15. n.195 c.52. n.48.

Abraham & Iacob primarij autores Iudæorum.

79. Sed [illegible] meam [illegible] pater [illegible] cu[illegible], *Abr[illegible] non co[illegible]* fil[illegible], non arroga[illegible] hoc n[illegible], tu[illegible] omnino ce[illegible] pa rum b[illegible] et [illegible] in adi[illegible] pat[illegible] non [illegible] h[illegible] [illegible] *nat*[illegible] a [illegible] pro-

Autres consilium.

per[illegible] net ad nos[illegible] m d[illegible] me[illegible] n[illegible] a[illegible] est [illegible] da[illegible] lo d[illegible] Soc[illegible] fundat[illegible] gn[illegible] fu[illegible] i[illegible] pare[illegible] de[illegible] sum [illegible] Ign[illegible] Tu[illegible] tot[illegible] d[illegible] ref[illegible] in[illegible] Ergo a[illegible].

[illegible] de [illegible], [illegible] nomine [illegible] [illegible] S[illegible] cati.

Vers. 17. Quare [illegible] de vi tu[illegible] ere mus te? conuertere p[illegible] tuos, tribus hær[illegible].

Q[illegible]

[illegible]

Vers. 18. Quasi nihilum [illegible], populum sanctum tuum. host[illegible] con[illegible] cauerunt [illegible] cation[illegible].

80. SVas Deo iniurias [illegible] *federe[illegible] populum [illegible] nostri [illegible] tu [illegible] non vis eos [illegible]* [illegible], qua [illegible] s oppr[illegible] c[illegible] *sancti[illegible] tuam*, [illegible] tua [illegible] templum [illegible]. Ps[illegible]. *D[illegible] runt [illegible] in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, [illegible] poma rum cu[illegible]. Posuerunt m[illegible] rum e[illegible] bestijs terræ.* V[illegible] tuum D[illegible] na, & [illegible] Demonst[illegible] Ma[illegible] corum P[illegible] hoc, vel [illegible] tēpore Cha[illegible].

Vers. 19. Facti sum[illegible] cum non dominareris [illegible] inuoca[illegible].

81. DE tempore, [illegible] d[illegible] bitat[illegible] d[illegible], quo [illegible] & [illegible] [illegible]

De [illegible] varia[illegible] tes.

illud verò alterum *in principio*, esse quo seruierunt in Ægypto idem scribit Procop. & Hieronymus, qui solus extendit hoc tempus prius ad id seculum, quod præcessit vocationem Abrahami. Haymo sequitur, aut describit Hieronymum, sed addit quod aiunt: *facti sumus*, &c. impletum esse ante, & post passionem Domini. De tempore ante vocationem Abrahæ, & post passionem Christi accipit Leo, Thomas verò de tempore, quo seruitum est Ægyptio, etiam accipit illud, *quasi in principio*, & cum eo alij, vt Dionysius.

83. *Verior opinio de priori tempore.* Verùm quoad prius tempus, si stare volumus Vulgatæ Latinæ, vt debemus, statuendum est, agi de seculo ante vocationem Abrahæ, nã post eam non extat tempus, in quo Deus non fuerit dominatus populi Israelitici, & Dei nomen super eum non fuerit inuocatum. Nã populum in Ægypto oppressum Deus vocat populum suum passim, vt constat ex Exodo; & verò filium suum: Exod. 4. v. 23.

84. *Argumentum contrà.* Sed est contrà argumentum, quod miror non opponi autoribus huius sententiæ. nam antequam Deus vocaret Abrahamum, non erat populus, cum ab eo duxerit initium: quomodo ergo cõuenit: *Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum*, &c. *facti sumus quasi in principio, cum nõ dominareris nostri*: nam si ante Abraham vocatum, non erant populus, atque adeò non potuerunt esse afflicti, ineptè comparant afflictionem quam experiuntur cum illâ, quæ neque fuit, neque potuit esse: ergo necesse est assignare tempus, in quo & fuerit populus, & fuerit oppressus.

85. *Solutio.* Respondeo: comparationem vtriusque temporis, & status eo vergere, vt pronuncient Israelitæ tunc se non esse populum, non habere formam reipublicæ, & communitatis quemadmodum non habuerant antequam in Abrahamo cœpisset familia Dei, & populus. itaque nõ est necesse, vt assumitur in argumẽto cõtrario, assignare tempus, in quo fuerit populus, & populus oppressus, sed assignare tẽpus, in quo non fuerit poplus: vnde, *facti sumus quasi in principio*, idem est, quod populus esse desiuimus, quod in quale tempos cadat, iam dicere aggredior.

86. Supra num. 81. posui qui sentirent pertinere ad tempus post Christi mortem: vt sit oratio Iudæorum, à fide excidentium. Sed id duplici ratione refello: priori, quia hæc est oratio fidelium, vt constat ex verbis ipsis, quibus Deum agnoscunt, orant, suaque peccata recognoscunt: quæ non possunt aptari Iudæis post Christi passionem obstinatis: posterior ratio est: quia caput sequens, vt etiam Hieronymus affirmat, huic copulatur; & in eo poscitur Messiæ aduentus: vnde fit necessariò, tempus harum calamitatum esse prius aduẽtu Domini, nam vt se liberet, Deum descendere de cœlis exoptant, & dicunt: *Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes*, scil. nos iam iis malis liberaturus, quibus affligimur. De tempore antecedẽte Saluatorem exponunt Hugo, Foretius, Pintus, Sanctius, Cornelius, Vatablus, & quoad colligi potest, S. Thomas.

Vatablus sic versionem immutat: *Facti sumus vt olim, quibus non dominabaris, & super quos non inuocabatur nomen tuum*. i. ita nos deseris, & pateris affligi, vt alios populos infideles, qui tuũ nomen ignorant. Pagninus vertit: *Facti sumus à principio tui: in eorum non es dominatus, & tuum nomen non est inuocatum super eos.* vt inde colligant: nos tuere vt tuos: illos vt alienos disperde. Verùm, hoc, vt demus esse facile & expeditum, non est Scripturam ab Ecclesia propositam exponere, sed aliam cudere & supponere. Vnde malim eam interpretatam cum cõfessione imperitiæ dimittere, quàm sic interpretari. Quod si Iuniores causentur à Latino interprete non probè fuisse conuersum autographum, condemnent etiam LXXII. duos Magistros Hebræos, qui eodem modo conuerterint. 87. *Vulgata non immutanda: etiam: confitenda inscitia nostra.*

Sed cùm multa secula, & in eis varij status calamitosi præcesserint Saluatoris accessum, adhuc superest videre de quo sit hæc prophetia. Possit enim indicare captiuitatem apud Assyrios, apud Chaldæos persecutionem tempore Machabæorum, seruitutem apud Romanos, cùm sublatis ducibus, & etiam regibus alienis genere per præsides regebantur. Ex iis alij alia seligunt, alij plura iungũt. In primis, si sit oratio futurũ tẽpus propheticè præoccupans, vt videtur esse, non poterit spectare ad captiuitatẽ Assyriacã, quæ quo tẽpore hoc Isaias dicebat, iam præcesserat. De aliis verò futuris seculis ego seligerem exilium Babylonicum, in quod meliùs ista cadere videntur id liquet ex toto ferè Ieremia, & Baruch: sed lege in primis Dan. c. 3. v. 27. orationem Azariæ. & c. 9. v. 4. orationem Danielis: quæ hunc locum maximè illustrant. 88. *Ante Christum sæpe Israel dominatus.* *Autoris sententia.*

PROPHETIÆ ISAIÆ

CAPVT SEXAGESIMVMQVARTVM.

1. VTinam dirumperes cœlos, & descenderes: à facie tua montes defluerent.

2. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur.

3. Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.

4. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te.

5. Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur.

6. Et facti sumus vt immundus om-

& nihil nobis relinquetur obscurũ, aut difficile. *Montes* enim *defluere* nihil aliud est, quàm arsisse, & ardendo videri absumptos, & metallorum more colliquefactos. quod magis exprimitur in sequentibus, vers. 2.

Montes defluere.

Ignis dissolutiua vis.

Sicut exustio ignis tabescerent.] Heb. *Secundùm ardere ignem liquefactionum*, i. vehementissimum ignem, cuius vi, & ardore durissima saxa soluuntur in calcem, & in puluerem: & solidissima metalla liquescunt.

7. *Aquæ arderent igni.*] Noster Sanctius credidit hoc non posse aptari historiæ commemoratæ Sinai, nisi aquas libeat exponere nubem illam densam, de qua suprà num. 5. ex Exodo, & Deuteronomio. vnde refert ille ad plagam Ægyptiacam, cùm iaculatus est Deus ignem simul, & aquam, de quo Sap. 16 vers. 17. 19. Idem docet Sanctium secutus Cornelius, quem magis miror non meminisse quod ipse scripserat Exod. 19. ver. 18. i. in monte Sina fuisse septem terribilia, & quinto loco numerasse *pluuiam & procellam*, & rectè ex Hebr. epist. cap. 12. vers. 18. vbi sic Paulus: *Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem & caliginem, & procellam*, &c. Quare cùm habeamus ex Apostolo, in monte Sina fuisse *ignem & procellam*: quæ potest significare imbrem, non est quòd aliò abeamus aquas admistas igni quæsituri. Adamus densissimã pluuiã in Sina agnoscit.

In Sina fuit procella, imber.

8. *Observatio.* *Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: a facie tua gentes turbarentur.*] De hoc suprà cap. 63. vers. 12. num. 64. Sed his suo loco non monitis, arridebat quam maximè mihi Riberæ nostri notatio Zachar. 14. num. 12. hac locutione quasi poetica describi ingentem rerum conuersionem, & veluti mũdi totius inuersionem: Hisp. *tras tornarse el mundo*: rerum difficillimarum & insolentium effectionem: cuiusmodi sunt: cœlos dirumpi, montes defluere, vel, colliquefieri; aquas cum igne componi, ita vt neque aquæ ignem exstinguant: neque ignis absumat aquas. Talia alia multa etiam in hoc politissimo Vate cap. 11. vers. 6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & leo pascentur; simul requiescent catulo eorum. & leo quasi bos comedet paleas.* Vide etiam cap 41. vers. 18. 19 cap. 55. ve. 13. vbi aliis translationibus vsus Isaias magnam rerum, motúmque conuersionem in melius pollicetur. Neque expedit, vt locis citatis obseruo singulatim, & minutatim inquirere, quid quæque vox translata offerat, sed generatim scopum intueri; & ingentem mutationẽ agnoscere. Vnde, quid per *Montes defluentes*, quid per *aquas igne ardentes* designetur, velle inuestigare, existimo alienum à mente prophetica.

Vers. 3. Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.

9. *Locus impeditus expeditur.* Locus impeditus; ab aliis aliter expeditus. Quidam putant solùm commemorari vetera miracula, & verbum: *cùm feceris*, exponunt, *cùm faceres*, quod fert quidem scriptio Hebraica infinitiuo expressa: *in facere*, vel, inter faciendum te, mirabilia, alterum verò verbum: *non sustinemus*, volunt esse præteritæ notionis, vel imperfecti temporis, non sustinuimus, aut nõ sustinebamus: hoc est, ferre non valuimus vim maiestatis tuæ miraculis, & ostentis patefactæ, atque adeò succobuimus, & precati sumus, vt non tu per te ipsum nos alloquereris, nobísque præciperes, sed per Moysen. Exod. 20. vers. 18. *Perterriti, ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Neque mirum, inquiunt iidem, nos ita perterritos: *à facie enim tuâ montes defluxerunt*, ignis efficacitate soluti.

10. *Sed obsistit Vulgata.* Probabilis, & soluta expeditio; nisi Vulgata editio obluctaretur: quæ futurum tempus apertissimè prospectat. vnica solutio: apud Hebræũ, interdum futurum suffici vice præteriti, & id Latinum fuisse secutum. Rem in medio linquo.

Alia explicatio. Alij ad euenta præterita etiam reuocantes, verbum *sustinere*, קוה *kauâh*, reddunt, *exspectare*, & explanant: *cùm descendens faceres mirabilia, quæ non exspectabamus, à facie tua montes defluxerunt.* q.d. iterum descende, & fac similia. Non minus idonea explanatio, nisi haberet idem quod superior obstaculum. Superior est Aitæ, tametsi Sa. inde existimat argumentationem peti quoad rem Euangelicam, quam prudens prætereo. Posterior est Vatabli, & vt apparet, Pagnini, & apertè nostri Marianæ.

11. *Sententia alia, & diuersa.* Qui verò ad Christum applicant, non eodem modo explicant. Nonnulli enim impios Iudæos loquentes faciunt, alij verò pios: alij vniuersim bene animatos homines.

S. Hier. S. Hieronymus hic obscurat: ait enim: *Cùm mirabilia feceris, & ostenderit signa in Euangelio, quæ ostendit in Ægypto, & in solitudine: confitebuntur se gloriam aduentus eius ferre non posse, sive quòd tremor apprehenderit montes.* Itaque hoc vltimum: *se gloriam eius ferre non posse*: est anceps, nam potest significare, se vi miraculorum succubuisse, & victos manus dedisse: & potest significare, se æquo animo ferre non potuisse: & hoc posterius intellexit Didacus Aluarez in Hieronymo.

12. *Expositio mens. S. Hieron.* Cæterùm hoc tribui Hieronymo non debet, qui subiungit: *Pulchréque iuxta Hebraicum quasi exauditi essent quæ supra fuerant deprecati: vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerent, postea infertur: Descendisti, Verbum caro factum es, & habitasti in nobis: vere Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum Deus: & ideo à facie tua omnes montes defluxerunt, de quibus supra diximus.* Hæc ille. dixit autem suprà vers. 1. *Montes defluentes*, esse potestates aduersas. Ergo apud Hieronymum qui cõfitentur se non posse ferre gloriam aduentus Domini, non sunt Iudæi blasphemi, sed pij qui Christi maiestatẽ agnoscunt, & eius Euangelio manus dant victi miraculis. Vnde melius noster Cornelius vidit mentem Hieronymi, qui pro hoc sensu eum allegat. Contrarium quidem secuti sunt Hugo, Haymo, Adamus, Pintus, & Dionysius ascribẽtes hanc vocem Iudæis perfidis, & quidam horum autorum præ se ferunt hausisse ex Hieronymo, sed falsò, vt constat ex dictis.

13. *Adamus refutatur.* Neque quod Adamus recitat ex eodem S. Doctore, sup. cap. 63. versic. 17. nempe, à Paulo Corinthios in eadem epistolà laudari, & corripi: quia in eodem populo essent iusti, & peccatores,

catores: sed in illo capite induci loquentes modò bonos, modò malos: hoc, inquam, non facit satis: nam in vno & eodem capite nunc loqui vnum, nunc loqui alium, non disconuenit: at verò vnius periodi partem vnam tribui malis, & partem aliam omnino iunctam tribui bonis, est multum dissentaneum: & hoc facit Adamus, docens: hoc, *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus*, esse impiorum: & quod illico adiungitur: *descendisti, & a facie tua montes defluxerunt*, esse piorum: quod vereor, vt cuiquam probarit. Multo minus eam esse mentem S. Hieronymi, esse orationem assentientium Christo, & cedentium eius signis sentit Sanctius, & Cornelius, atque Leo Castrius, quoad colligere potui: qui ait ex Hebræo posse reddi: cùm faceres miracula maiora, quã exspectabamus: eo quòd Christi signa: & opera fuerint angustiora, & ampliora quàm quæ prædixerint Vates.

Sonata non dissonanda.

14\. *Auctoris expositio.* Itaque est oratio credentium Christo, & cedentium vi & efficacitati miraculorum, & est venustissima respectu ad illa antiquiora miracula. illa enim, quibus circumstrepuit, & apparata sunt illa prior in Sina legislatio, erant imago & figura eorum signorum, quibus posterior legis Euangelicæ traditio debuit emicare. Est ergo hoc loco latẽs quædam antithesis, & collatio, tanquam populus Iudæ diceret: ad verbũ enim Hebræa repræsento: *in faciendo te mirabilia non exspectabimus*: i. non secus ac olim, neq; illa portenta spectare, neq; exspectare potuimus (vtrumq; fert verbũ קוה chauah,) sed statim nos dedidimus, & diximus: *loquere tu nobis, & audiemus*: sic multo minùs, cum multo maiora miracula descendens tu ipse patraueris, non sustinebimus, non ampliùs exspectabimus, quin ceruicem Euangelico iugo submittamus. *Descendisti*, nunc in veritate, nam tunc in vmbra tantum, nunc per te ipsum, tunc per Angelum: vnde citiùs multo quàm tunc, *a facie tua*, à præsẽtiâ tua verâ, & corporali, quippe qui Verbum caro factus sis, *Montes defluxerunt*: obstantia quæque mundi, & inferi, atque fortissima & maxima euanuerunt. *Non sustinebimus*, pauidi, territi, non minus, quàm Gentiles olim ex trãsitu maris rubri, & ex aliis portentis Ios. 2. v. 9. suprà c. 63. v. 12. n. 65.

Ex. 20. v. 19.

15\. Lege canticum Abacuc. capit. 3. quod huic nostro vaticinio concinit. ibi enim Saluatoris aduentum, eiúsque miracula per respectum, & comparationem subobscuram ad prisca portẽta describit magnifice, & eleganter admodum: & orditur: *Domine audiui auditionem tuam, & timui*. L X X. addunt: *consideraui opera tua, & obstupui*, ἔξεσιν: vnde *Ecstasis*, quam passi & experti sunt Sanctorum plures meditantes Christi Domini mysteria & miracula: præcipuè illud miraculum miraculorũ, duabus vocibus à Ioanne comprehensum: *Verbum caro factum est*. Ergo probè, ad hũc explicatum: *Cùm feceris mirabilia, nõ sustinebimus*, non spectabimus, spectãdo pares non erimus; victi, ac superati tantorum operum lumine & maiestate succumbemus: extra nos feremur.

Hab. 3. v. 2. *Res Christi, maxime Incarnatio stupefacit.*

16\. *Exemplo confirmatur.* Audiui ex viro nostri ordinis fide digno, cùm narraret; cuiusdam Proceris Hispaniæ filiam natam fuisse mutam, & surdam: & postea verò rationis vsus participem arte quadam edoctam fuisse Christianæ Religionis præcipua dogmata: cúmque Incarnationis mysterium repentè didicisset, extra se positam & stupore correptam diu per monasterium (erat enim iam monialis) manibus, oculis & totius corporis gestu admirabundam diu incessisse: vt eam, quæ tanti mysterij vim sustinere non posset.

17\. *Reiiciuntur aliæ explicationes.* Hæc mihi visa sunt probabiliora: illa probabilitati obnoxia, quod affert Forerius: *Non attendemus ad ea mirabilia*: nihil nobis ob nostram duritiem profuerunt. non enim hæc rectè nectuntur cum aliis. illud etiam apud Sa displicet: *cum feceris mirabilia*, scil. puniendo, *non sustinebimus*; nam non de suppliciis nunc, sed de beneficiis agitur: vt patet ex eo: *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes*: quod ipse Emmanuel Sa de Incarnatione etiam cum aliis exponit.

18\. Lyranus verò in toto hoc capite, ab scopo aberrat; contendit enim pertinere ad secundum Saluatoris aduentum. ratio eius parum robusta: *quia primus*, inquit, *aduentus fuit in humilitate, & mansuetudine*: hic verò describitur in maiestate, potestate, & terrore. Sed pro sua sententia, non habuit quem citaret nisi Alexandrum de Ales Potuisset citare S. Thomam, qui tenus scribit ad vers. 1. *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes*, optari iudicis aduentum. & hoc loco descendisti, ea ponit: *ad iudicandum nos, præteritum pro futuro*: *vel in vterum Virginis*. addit tamen aliter posse exponi, & melius. Dionysius Carthusianus ait. e Catholicis alios exponere hoc caput de primo aduentu Domini, alios de secundo, & posse literam vtrique satis applicari. Cornelius sensum de iudicio finali mysticum esse docet, sed quod Lyrano tribuit vt mysticũ, non probo: Lyranus enim alium non agnoscit, & illum de primo aduentu refellit. Ratio Lyræ, vt dixi, est infirma: quia hic describitur, ait ille, Christus veniens cum potestate, & terrore: at prior eius aduentus fuit, vt Scripturæ prædixerant, in maxima humilitate & mansuetudine.

19\. *Aduentus prior Christi fuit in mansuetudine & in formidine.* Sed obuia est cuique solutio: priorem Saluatoris accessum plenum fuisse mansuetudine, & simul formidine: mitibus & obsequentibus fuisse Christum mansuetissimum, & humillimum: at superbis & contumacibus fuisse terribilem & formidolosum. Psalm. 2. vers. 8. de illis: *Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ*. de his rebellibus verò: *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos*.

Respondeo secundò: Christi primum aduẽtum hominibus fuisse amabilem, Dæmonibus verò terribilem. Posttremò; quæ hic sonant formidinem, cùm sint metaphorica, ad benignitatem posse deduci. Quamuis cùm Christus fuerit *positus in ruinam & resurrectionem multorum*, & culpa hominum fuerit *lapis offensionis*; non potuit non habere mel cum felle mistum.

Lu. 2. v. 34. *Sap. 8. v. 14.*

20\. At illud votum ardentissimum: *Vtinam dirũperes cælos & descenderes*: quod ab improbis certum est non proficisci, si de descensu ad iudicandum, & vindicandum accipitur, probis & benignis viris parum apte tribuitur. Mitto alia, quæ dissiliunt, vt claret ex supra positis, clarebitque magis ex infra ponendis.

Vers.

Ver. 4. A [illegible] n audierunt neque auribus pe[illegible] oc[illegible] us, n[illegible] vi[illegible] te pr[illegible]p[illegible]rati [illegible] e&ctantibus te.

21. *Dubium, quo de sit dictum*

T[illegible] [illegible]

Ratio utrinque. [illegible] expe[illegible] tionem p[illegible] et [illegible] ligentius, [illegible] per Christum [illegible] titu[illegible] aut p[illegible]

Autor. doctorum in exponendo S. Pauli dicto ve[illegible] [illegible] fi[illegible] ratio non [illegible] m Paul[illegible] Isaias, [illegible] *us* [illegible] *dunt.* [illegible] po- te [illegible] o- ea. non [illegible] re [illegible], & st[illegible]

22. Ex[illegible] qu[illegible] [illegible] ac[illegible] ut, eg[illegible] m

Gab. Vazq. Gab[illegible] Va[illegible] p.1.af- f[illegible] pro a[illegible] a[illegible] es, [illegible] affert [illegible] , quos ip[illegible] & [illegible], cum sint ad [illegible] l[illegible] s,

Hilar. Clem. Al[illegible] idem. Hilar. lib. 5. de Trin. [illegible] LXX. D [illegible] [illegible] li. 5. P[illegible] cum Paulo idem

Aug. Bern. fac[illegible] Aug[illegible] ve[illegible] f. 7. [illegible] n. Bern. to vigil[illegible] 4. & in Psal. n. 9[illegible] 4. S. E[illegible] [illegible] au-

Bellarm. Suarez. Ludouic. de Leon. tor[illegible] Cardinalis B[illegible] de Arte mori[illegible] b. 2. cap[illegible] Suarez tom[illegible] Prolegom. [illegible] 9 Ludo- u[illegible] Leon Hispanice li[illegible] de nominibus

Dionys. Areop. Chri[illegible] ed auto[illegible] tatis, ponderis sati[illegible], superque cum vnus Dionysius Areopagi- t[illegible] in hac [illegible] ance. in libr[illegible] de cœlesti H[illegible] chi[illegible] apit. 12. quem est ve[illegible] simile no- [illegible] Paul[illegible], qui Isai[illegible] explicuit. E

23. *D[illegible] vbi.* T[illegible] g[illegible] diffic[illegible] s in [illegible] o v[illegible] ut ratio red[illegible] Vates [illegible] oc loco bonorum cœle- stium me[illegible] [illegible] gerat, & notitiam huma- ni[illegible] vi[illegible] deneget.

Acolouthia. Vaz[illegible] uez [illegible] tatus cap. 2. nnmer. 5. respondet, Vatem, postquam dixit, quæ veniente Chri- sto essent euentura admirabundum transis- [illegible] ad bona amici[illegible] præparata, idem approbat Cornelius.

A Qu[illegible] abent, [illegible] p[illegible] qu[illegible] an[illegible] ad *In verbis an vbique quare do. Ezec. 24. v. 12. Transitiones admittenda modicè.* a[illegible] C[illegible] ib[illegible] ad ex[illegible] m m[illegible] m S[illegible] p- d[illegible] q[illegible], *vbi* [illegible] t p[illegible] n[illegible] con[illegible] æ *Nota. Ezec. [illegible] 18. c. 10. v. 12.* [illegible] B [illegible] lect [illegible]

24. *Acoluthia & nexus auctoris.* [illegible] Il[illegible] c[illegible] Si n[illegible] lo fo[illegible] [illegible] [illegible] m [illegible] tem [illegible] ram [illegible] f[illegible] C t[illegible] *a ulo non au-* *rut*[illegible] pro bonis, ac d[illegible] e[illegible] hæc [illegible] m [illegible] o- lus [illegible], n[illegible].

25. *Paulus affi- nat.* Hunc explication[illegible] S[illegible] Hebr. 12. ver. 18. [illegible] qu[illegible] A[illegible] *tem, a[illegible] ibilem [illegible] turbinem & caligi- nem & procellam, & tuba[illegible] sonum [illegible] verbo- rum, quam qui audie[illegible] excusauerunt se, [illegible] fieret [illegible]. non enim portabant, quod dicebatur. Et si bestia teti[illegible] em, lapi[illegible]. & ita terribile erat quod [illegible] debatur. M[illegible] e dixit: ex- territus sum & [illegible] bu[illegible] d[illegible] [illegible] ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœ[illegible] tem & multorum millium a[illegible] rum frequen- tiam, & Ecclesiam primitiuorum, q[illegible] ri[illegible] ut in cælis, [illegible] iudicem omnium Deum, & spiritus iu- storum pe[illegible] torum, & noui testame[illegible] mediato- rem Iesum, & sanguis [illegible] aspe[illegible] m[illegible] loquen- tem quam Abel.* D

26. En tibi Apostolum a monte [illegible] a in Ier[illegible] a- lem cœlestem, in [illegible] itatem [illegible] d[illegible] ntem: & vnum monte[illegible] cum a[illegible] com- ponentem, & alteri alterum ante ponen- tem, non solùm sine vlla incon[illegible] nitate, sed etiam cum mirâ venustat[illegible] ur er[illegible] o Vati non liceret idem facere? E[illegible] o a[illegible] c loco ei [illegible] & libuisse. Vn[illegible] n probabi- lem obtineamus, ad verba exp[illegible] nda erit ac- cedendum. E

A sæculo non audierunt, neque auribus percepe- runt.] *Audire, & auribus percipere*, non esse di- uersum sensu, in cap. 1. v[illegible] s. 2 num. 54. ostendo. Iteratur locutio ad elegantiam, & vim. S Pau- lus vertit: *nec auris audiuit*, omittens, *à sæcul[illegible]*, quod prouerbiale apparet Ioan. 9. ver. 32. *A sæ- culo,*

culo non est auditum, quod quis aperuit oculos cæci nati rem vade nouam significans.

27. *Oculus non vidit.*] Paulus hoc priori loco, illud superius & prius posteriori loco reposuit: quia [illegible] nihil interest: cùm propositum sit, submouere omnem notitiam naturalem quæ quoniam plerunque accipitur oculis, vel auribus, vtroque sensus excluditur. Sed ne quis fallatur existimans Isaiam solam cognitionem [illegible] excludere, ideo Paulus vt bonus [illegible]: *nec in cor hominis ascendit*: haud dubiè mentem etiam Angeli complexus.

Deus absque te.] Quidam iunctim vertunt: *præter te, te excepto*, ego etiā do, dictionem זולתי *zulati*, id quoque pati, & [illegible] ipsum, nam isto etiam modo notitia supernaturalis ostenditur; tamen Apostolo interpretanti potius assentior, qui ait: *nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum*: quæ verba Latinam editionem nostram approbant: quæ edicit, Dei ope, illa bona superantia captum naturalem posse percipi, atque cognosci.

28. Deinum apponitur, quibus hæc comperant: *quæ præparasti exspectantibus te.* Paulus verò: *quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum*: Vnde spes ista & exspectatio apud Isaiam accipienda est diuina spes, dilectione Dei formata & animata. Ex quâ argumentabamur num. 21. ait de præmio beatifico, de visione Dei, quæ datur à Deo vt merces diligentibus eum, neque posse concinne accommodari bonis [illegible] iis, hæc enim oblata & collata sunt non iustis & sperantibus, atque diligentibus Deum, quod omnino affirmat Paulus de bonis apud Isaiam, sed peccatoribus, Deo exosis & inimicis. sup. 9. vers. 1. *Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione mortis, lux orta est eis.* & infra cap. 65. vers. 1. Ergo hic de bonis præparatis in altero sæculo iustis est sermo: de regno cœlesti & beato, de quo Dominus Matth. 25. vers. 34. *Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum ab origine mundi.* Deinde enumerat dilectionis diuinæ acta & argumenta. Nomine *Regni*, & vt alibi, *regni cœlorum*, siue *Regni Dei*, Interpres diuinæ nobis ostendunt hæc, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt à Deo suis amatoribus præparata.

Confirmatio expositio de beatitudine.

29. Ego sanè si tentem differere de bonis beatitudinis cœlestis, videtur facere contra Propheticum, & Apostolicum assertum: cùm vtrobique hæc bona non solùm sint mortabilia, sed etiam incomprehensibilia, citra ipsorum visionem & experientiam. At quia nihilominus Scripturæ sanctæ, & Sancti Patres vniuersè de iis multa loquuntur, non fuerit alienum aliqua perstringere, & ad alia digitum intendere.

Definitio de statu & bonis beatitu difus. & diffiile.

30. Sit primum vitæ beatæ eclogiū quod istinc colligitur a nemine nisi experienti posse intelligi quæ qualisve sit. Apoc. 2. vers. 17. *Vincenti dabo Manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit*: Qui locus à plerisque exponitur de æterna beatitudine. quæ rectè dicitur *Manna absconditum*, dulcedo incognita antequam gustetur panis cœlestis, [illegible]bus Angelorum. *Calculus* [illegible] *fœlicitatis* maximæ symbolum. *Nomen nouum* ante illum

Bona nisi experimento ignota.

A statum non vsurpatum, non datum, *quod nemo scit* (qualem dignitatem, & fœlicitatem afferat) *nisi qui accipit.* Ioannes à Ioanne exponitur epist. 1. cap. 3. vers. 2. *Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Nondum apparuit quid erimus.* quoniam nondum Deum vidimus, sicuti est. videmus enim nunc in ænigmate, non facie ad faciem. Cognitio verò obscura, & ænigmatica huius vitæ mortalis non sufficit ad capiendam beatitudinem alterius vitæ immortalis. Si enim Ioannes Apostolus qui recubuerat in sinu Domini in cœna, & à cana illa cœna, & deinceps B tantis & tam excellētibus luminibus fuit illustratus, fatetur se nescire, quid futurum sit in cœlo, quanta sit patriæ fœlicitas quis mortalium audeat hanc sibi scientiam arrogare? Vnde apud Vatem nostrum, particula, *absque te, oculus non vidit, Deus, absque te quæ præparasti expectantibus te*, debebit exponi, *absque te* clarè reuelante.

Ioannes in rum diuinorum ignarissimus.

31. Deinde, si accipimus illam interpretationem, quam num. 27. minus probabamus, *Deus, præter te*: adstruatur sententia communis Sanctorum, clariam Dei visionem nemini mortalium fuisse concessam: quos Sanctos Patres allego, & sequor ad cap. 6. a num. 1. Quid est aliud ecclesiæ beatitudinis encomium [illegible] bonum eiusmodi, vt in [illegible] mortali [illegible] C cadat, aut talem non deceat in eam [illegible] quod Deus sic clarè nemini mortali ostenderit, ad alterum caput ex his est reuocandum. Vnde nullus qui beatus non sit quæat exponere, aut scire, quæ sit beatitudo, hoc est, quantum sit bonum, quantum gaudium Domini. *Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Cui Deus ipse gaudium gratulatur dicens: *Euge serue bone*, ingens est causa gaudendi: & verò hæc causa adijcitur: *intra in gaudium Domini tui*: gaudium beatorum quantum, & quale sit generatim non videtur melius posse designari, quàm si dicatur esse gaudium ipsius Dei, non solùm obiectiuè, sed etiam subie- D ctiuè, hoc est, gaudium Dei beantis, & gaudium beati esse quodammodo idem, Deo proprium, homini communicatum: Deo essentiale, homini diuinitus infusum: nam reuera, vt Deus seipso est lætans, & vno gaudens, & beatus: sic homo, etsi participatiue, eodem Deo lætatur, gaudet, & beatur. Quod gaudium obiectiuum, nempe ipse Deus, cum sit infinitum, & nulla creatura illud capere, & comprehendere possit, cùm eius capacitas sit finita, idcirco forsitan dictum est: non gaudium intratorum in hominem bonum, sed homini bono dicitur: *Intra in gaudium Domini tui* vt mare non potest intrare in piscem, sed piscis intrat, & mergitur E in mare.

32. *An mortalium vllus viderit Deū.*

Matth. 25. Gaudium ... quale.

33. Alia gaudia intrant in nos, & quoniam intrant, possunt exire: & si sint gaudia terrena, exibunt belle, & vere ille *Fragilibus maiorus quis aduenisse lasus est: exibit gaudium quod intrauit.* si gaudia verò sint cœlestia, in hac mortalitate possunt tamen exire, amitti: at gaudium beatorum est inamissibile, non amittitur, non intermittitur, nō remittitur, quia non intrat in hominem, sed homo intrat in illud: atque adeò possidetur, occupatur, retinetur ab illo, vt beatus si posset, nollet, & si vellet, non posset illud deserere

Gaudium beatorum vitæ amissibile. Seneca ep. 98.

deserere. Ioan. 16. vers. 22. *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.* Videbo vos iterum in secundo aduentu, & me videndum vt Deum clare vobis præbebo; vnde gaudebit cor vestru, gaudio inenarrabili, inamissibili: nam ego qui possem auferre, non auferam alius verò nemo poterit tollere à vobis. ideo beatitudinis proprietas est, vt sit æterna, inamissibilis.

Securitas summa pertinet ad beatitudinem. Hæc autem proprietas, quæ complet beatitudinem, nam qui posset quis esse beatus, quantumuis bono summo frueretur, nisi esset de eius perpetua fruitione securus? nam quo sublimius esset bonum, & gaudium, eo magis augeret metus amittendi. hæc, inquam, perpetuitas & securitas oritur ex ipsa essentia beatitudinis: quæ consistit, vt ait Ioannes epistol citata, in visione clara Dei: *Videbimus eum sicuti est.* nam qui summum, ac perfectissimum bonum intuetur perfectissimo modo, *Dilectio in beatis non est libera.* hoc est, *sicuti est ipsum in se*, non in alio, is non relinquitur liber, vt possit intueri, & diligere, & non diligere, sed intuitus, dilectio & gaudium redduntur omnino necessaria, & quoad specificationem, & quoad exercitium, vt, si non valde Latine, certè valde significanter loquitur Scholastica Theologia.

34. *Greg.* Quæ hactenus docui, magna ex parte complexus est S. Gregorius homil. 37. in Euangelia. *Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa superna ciuitatis quāta sint gaudia: Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre.* Expressit his vltimis vocibus sapiens Theologus essentiam beatitudinis, addidit è vestigio proprietatem: *nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari.*

35. *1. Ioa. 3. v. 2.* Sed maximam & summam proprietatem visionis diuinæ exposuit Theologorum apex Ioannes Apostolus adductus: *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* quæ similitudo Dei perfecta continet ea bona, & dona, quæ *nec oculus vidit, nec auris audiuit*, nec in cor hominis ascenderunt. de quibus vide inter alios Hilar. Ps. 121. v. 1. Ps. 126. v. 1. Aug. Psal. 103. vers. 11. Psalm. 105. versic. 43. Psalm. 109. vers. 1. Psalm. 119. versic. 5. Psalm. 125. in titulo, Psalm. 148. versic. 1. & eumdem in Ioan. tractat. 30. ad finem. tractat. 65. in principio. libr. 22. de ciuitat. cap. 29. 30. & epistol. 52. Bernard. in Cantica serm. 27. & 33. & in Psalm. 90. serm. 17. & serm. de *fallacia vitæ*. Orig. ad Roman. ca. 5. Ricardum de S. Victore de exterminatione mali, & promotione boni cap. 6 p. 1. tract. 2. Hieronymum epist. 129. Greg. lib. 4. Moral. cap. 9. Riberam nostrum ad finem comment. in Ioelem.

Vers. 5. Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur.

36. ADamus nobis arridebat hoc loco, qui *lætantem*, & *facientem iustitiam* accipit eum, qui lætus facit iustitiam, sine tædio & angustia, non timore pœnæ, vt dicere solet Augustinus, sed amore iustitiæ. hoc idem genus loquendi Sanctius approbat. Adiuuat Paulus sæpe recitatus, qui pro *exspectantibus* vers. superiori, reddidit diligentes, *iis, qui diligunt illum.*

Occurristi. Hic occursus vel potest trahi ad ipsam remunerationem, cùm Christus obuiam fit, & occurrit beatis, à se redemptis: vel Deus ipse se illis ostendit, & ostendendo beat; quasi Vates explicet, bona illa inuestigabilia quibus exspectantibus sint præparata, iis nimirum, qui lætantes faciunt iustitiam, qui ex dilectione operantur. Vel occursus potest intelligi, Dei gratia præueniens, ex qua sit orta illa exspectatio, illa dilectio, & libens iustitiæ effectio: & sequens Dei in viis eius, præceptisque recordatio: *in viis tuis recordabuntur tui.* 37.

Ecce iratus es, & peccauimus. S. Hieronymus hinc versum orditur, & multi interpretum existimant hinc vsque ad finem capitis prædici reiectionem populi Iudaici, qui rectè existimare mihi videntur. Sed in ratione contexendi hæc cum superioribus non consentiunt: neque mihi eorum commentarios consulenti, & consideranti occurrit quod expleat omni modo. Vnde lectori suum de iis iudicium relinquens quid ipse de hoc contextu iudicem, breui proponam. 38. *Auctoris de consecutione iudicium.*

Ego in primis hanc Iudæorum reiectionem à superioribus verbis inchoabam: ab iis, *Occurristi lætanti, & facienti iustitiam.* Deinde credebam totum hoc vaticinium à Christo Domino fuisse declaratum in illa parabola de vinea, & infidis agricolis, quorum perfidiam & scelera execranda cùm Dominus graphicè, per eam similitudinem ob oculos audientium posuisset, quæsiuit ex Iudæis: *Cum ergo venerit Dominus vineæ quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis.* Quorum iudicium & sententiam contra se ipsos per imprudentiam, sed iuste latam probans Christus addidit: *Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem ceciderit, conteret eum.* 39. *Mat. 21. v. 33. Parabola vineæ Fer. 6. Dom. secundæ.*

Ergo Christus, omisso populo Iudæo, ob illius scelera, sed præcipuè, quod in se occidendo seipsum contaminasset, vltro Gentilem populum acciuit, & elegit, quem loco alterius prætermissi, hæredem faceret, futurum obsequentem. Vnde Isaias cùm prædixisset ab initio capitis de aduentu Saluatoris, de eius miraculis, de promissis, & beneficiis præsentis sæculi, & futuri, conuersus ad Christum prædicit quibus hæc bona sit collaturus, & quibus vtpote ingratis & sceleratis ablaturus: *Occurristi,* inquiens, *lætanti & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui*: locasti vineam tuam, vltro detulisti cum aliis agricolis, qui læto, & alacri animo reddant suo tempore fructus, faciant iustitiam, & memores tui beneficij gratos, & fidos se præbeant.

Illos verò malos agricolas qui seruos à te missos partim ceciderunt, partim occiderunt, partim lapidauerunt, & demum te ipsum filium Patris, & hæredem de medio sustulerunt, malè perdi 40. *Mat. 21. v. 35.*

perdidisti, hoc est, nos Iudæos: *Ecce iratus es, & peccauimus.* ὕστερον πρότερον, ordo præposterus, vt ait Hieronymus, hoc est: *peccauimus, & iratus es.* vel dictiuncula, *&*, ו, ve, vt alias, est causalis: iratus es, quia peccauimus, vel, Ecce iratus es, & nos peccauimus, i. peccaueramus, quod verius eodem, atque quia nos peccauimus. Vel denique significat, Deum vnum peccatum punire altero peccato permittendo, quæ est S. Augustini sententia contra Iulianum lib. 5. cap. . & Psal. 77. v. 49.

Vnum peccatum pœna alterius.

41. *Ecce iratus es.*] Non quouis modo, sed asperrimo, repudians plebem tamdiu, & tantopere dilectam, abiiciens Synagogam, sponsam olim carissimam. recenti infra v. 9. orat: *Ne irascaris Domine satis*, i. valde, extraordinarie, ne terminos antiquæ animaduersionis transgrediare.

42. *Paraphrasis.* Ex quo melius noscitur illud modo expositum de populo Iudaico. *Occurristi lætanti & facienti iustitiam* cum cerneres nos grauate tibi seruire, vt seruos formidine pœnæ, habere spiritum seruitutis, & coactos subire iugum legis: occurristi populo Gentili, & reliquiis populi Iudaici, qui legis Euangelicæ spiritu præditi, hilari corde, non vt serui, sed vt filii, clamantes *Abba Pater*, iustitiam facerent. Quam proprius sit Euangelii, Deo seruire cum lætitia, facilè aduertet qui discrimen legis nouæ & veteris intellexerit, quod vetus timorem subditis vt seruis incuteret: noua verò amorem vt filiis infundat: quare illa cum tristitia seruabatur, hæc autem cum lætitia custoditur *non enim ibi durâ seruitute obeditur, vbi diligitur quod iubetur.* Vnde noui Christi fideles vel inter cruciatus acerbissimos gaudebant. lege Martyrum historias.

Euangelij proprium spiritus lætitia. *Rom. 8. v. 15.* *Psalm. 125. v. 1. 2.*

43. *Disjunctio noua.* *In ipsis fuimus semper, & saluabimur.* Hoc interpellat nostram interpretationem de abiecto populo Hebræo. Sed succurrit nobis Forerius affirmans posse dispungi cum apice interrogationis: idem facit Arias, *& saluabimur?* ac si dicat nequaquam nunc amplius saluabimur, quia demum Deus decreuit repellere plebem suam. Porrò, si hæc appunctio probetur, expedita sunt omnia. Et quidem apud LXX. nihil obstat, qui ita habent: *Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propter hoc errauimus & facti sumus vt immundi, &c.*

44. Quod si non probetur illa nota interrogationis sine præsidio exemplarium, & Vulgatam retinere volumus, prout debemus, *Saluabimur*, accipiendum pro saluati sumus, vel saluabamur, vt sit comparatio postremi supplicij cum antecedentibus: tanquam dicerent Iudæi: ante etsi peccabamus, & puniebamur, tamen post aliquod tempus saluabamur: nunc verò (agunt de derelictione ob Christum occisum) omnino deserimur; & facti sumus sicut pannus menstruatæ, qui sordes non ponit, & cecidimus sicut folia, quæ nunquam in arborem restituuntur. Denique *Saluabimur*, potest referri ad captiuitatem Babylonicam, vel ad cladem tempore Machabæorum, quæ vtraque fuit posterior Isaia, ac proinde futura, quo tempore hæc ille sui populi personam induens prædicebat. Quibus ita expositis facile intelliguntur succedentia vsque ad finem capitis.

Explanatio. *Explanatio alia.*

Vers. 6. Et facti sumus vt immundus, omnes nos; & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium vniuersi: & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.

45. *Paraphrasis. Vers. 6.* O Rerum vicissitudo! permutatæ sunt vices: Nos, qui putabamus immundos Gentiles, & abominabamur, eo que non secùs ac rem fœdam & contaminatam contingere verebamur, ne ipsa communione contaminaremur; facti sumus omnes immundi, quibus cum communicare ipsi Gentiles fide purificati detrectant, & refugiunt, & nostra sacra & sacrificia, quæ erant apud ipsos etiam Gentiles augustissima, ita vt vndique venirent aliqui adorare in templo Ierosolymitano, hæc facta sunt æque fœda, atque *pannus menstruatæ.*

Pannus menstruatæ. Pro *panno menstruatæ*, *pannum sedentis* LXX. reponunt, & intelligitur, præ profluuio menstruo. Lege cap. Gene. 31. vers. 35. & ibi . . . Symmachus apud Hieronymum, *Pannus parturientium.* Vnde minor causa fuit . . . prius translatoribus abeundi alio. Sed quod attinet ad sensum, vt est vllum . . . . . . enim inter omnes, cum . . . . . d-modum comparari *iustitias* Iudæorum, . . . intelligamus eorum . . . , siue sacra, & sacrificia, post abrogatam legem Mosis, & repudiatam Synagogam, . . . apparet fuisse supra modum immundas, & Deo exosas. *Sup. 30. v. 22.*

46. *Iudæi perpetuo abiecti.* Quod attinet ad alteram similitudinem petitam e folio deciduo, & raptis ventu, atque dispersis, ego interitum inseparabilem accipiebam, & derelictionem perpetuam quod genus acerbissimæ pœnæ cadit in tempus post Christum passum: cùm euersa Iudæa à Romanis Iudæi bello superstites dispersi sunt irreuocabiliter toto orbe terrarum, ita vt nullibi permissi fuerint huc vsque aliquam Reipublicæ ciuilis, nedum sacræ & Ecclesiasticæ formam obtinere. Hoc, inquam, ipse capiebam ex his verbis: *Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos*: i. disperserunt nos. Folio deciduo nihil leuius, à vento nihil raptu facilius. Iob. 13. versic. 25. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam.*

47. *Aliud occultius. Casus Iudæi, ortus Gentilis.* Sed & aliud occultius in hac similitudine videre mihi videbar: nempe casum Iudæorum, & ortum Gentilium: nam cadentibus foliis alia suboriuntur: & quodammodo natura vetera folia deponit, & excutit, vt nouis subnascentibus locum det. Ergo Iudæi vt folia vetera, flaccescentia & marcida ceciderunt, propulsa sunt; vt foliis nouis, i. Gentilibus suborientibus locum concederent. Consule Paulum Rom. 9. versicul. 17. vbi Iudæos vt ramos inutiles præcisos fuisse docet è radice, vt Gentiles, veluti nouelli & probi surculi insererentur.

Vers.

Vers. 7. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

48. *Acoluthia.* QVi hæc transferunt ad statum exilij Chaldaici, laborant in exponendis primis verbis, cùm certum sit eo tempore fuisse Vates sanctissimos Ieremiam, Ezechielem, Danielem & alios: nos verò qui tenemus filum expositionis nostræ, de repudio Synagogæ; sine vllo labore progredimur. Ab eo enim tempore, quo cecidere Ierosolymæ à Romano dirutæ, templum non est instauratum amplius, nulla fuit Iudæis publica communisque religio, nulla sacra, nulla vllibi sacrificia; cum hæc extra templum non liceret, nulli denique vel falsi Vates, quod est valde obseruandum. Nam antehac nusquam vnquam Hebræi fuerunt adeò oppressi & afflicti, vt caruerint insignibus Prophetis, & magistris, qui eos docerent, ducerent, solarentur, regerent, & vt Dei vicarij præsidio essent: vt patet singula tempora memoriter percurrenti. at ex quo ob parricidium Christi, sunt expulsi & abiecti, his omnibus omnino caruerunt: vt nisi essent densissimis tenebris circumfusi, possent facile aduertere, diuersa esse flagitia, ob quæ Deus tam diuersa supplicia intulerit.

Iudæi nunquam aquò deserti, ac post Christum occisũ.

Iudæorum pœnitentia.

Vers. 8. Et nunc Domine, Pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

Vers. 9. Ne irascaris Domine satis: & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus omnes nos.

49. ISaias miseratione commotus præuidens suæ gentis cæcitatem, & calamitatem confugit ad præsidium diuinæ misericordiæ, Deoque obiicit paterna viscera, quibus nihil est tenerius, nihil indulgentius. Reuise capite sexagesimotertio versiculo decimosexto.

Quod verò ait versiculo nono: *Ne irascaris Domine satis*, petat, vt pœnam moderetur, non ausus petere, vt omnino abstineret: vt citra repulsam, quoquo modo velit, puniat, vel ne repulsa sit perpetua.

Vers. 10. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est.

Vers. 11. Domus Sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

HIeronymi commentarius instar omnium hoc loco sit, qui ita habet. *Quæ omnia Iudæi Assyriorum & Babyloniorum temporibus putant esse completa. Nos autem iuxta ea, quæ ex persona Saluatoris sequuntur*: Apparui his, qui non interrogabant, inuentus sum ab his, qui me non quærebant: *ad tempus Romanæ victoriæ vniuersa referimus, quæ Iosephus Iudaicæ scriptor historiæ septem explicat voluminibus, quibus imposuit titulum captiuitatis Iudaicæ, περὶ ἁλώσεως, & superfluum est ea sermone differere, quæ oculis pateant: cùm omnia desiderabilia eorum versa sint in ruinas, & templum toto orbe celebratum in sterquilinium vrbis nouæ*, &c. Idem est Cyrilli suffragium; *Post Saluatoris crucem hæc omnia effecta sunt, & deserta, inquit, facta est Sion, quæ adeo speciosa fuit aliquando, celebris, & populosa.* lege reliqua. idem sequitur Procopius, Iustinus apologia secunda, Carthusianus, Forerius, Osorius, Cornelius, & sane caput sequens euincit hic agi de reprobatione Synagogæ. vnde non me pœnitet in superioribus illum contextum mordicus tenuisse. 50.

Vers. 12. Nunquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?

COmmoues ampliùs & solicitat Dei clementiam. Quasi Deus nequeat se continere, quin misereatur. Psalmo septuagesimo sexto versiculo octauo. *Nunquid in æternum proiiciet Deus? aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet? à generatione in generationem? aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas?* Ergo grauissima est culpa quæ claudit viscera diuinæ misericordiæ. Sed propheticæ quæstioni Deus respondet in capite sequenti.

PROPHETIÆ ISAIÆ
CAPVT SEXAGESIMVM QVINTVM.

1 QVæsierunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me. dixi: Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ non inuocabat nomen meum.

2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.

3. Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres.

4. Qui habitant in sepulchris: & in delubris idolorum dormiunt. qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum.

5. Qui dicunt. Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

6 Ecce scriptum est coram me, non tacebo, sed reddam & retribuam in sinum eorum.

7. Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi: & remetiar opus eorum primum in sinu eorum.

8. Hæc dicit Dominus: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum.

9. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos: & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.

10. Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me.

11. Et vos qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam.

12. Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: pro eo quòd vocaui, & non respondistis, locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis.

13 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce serui mei comedent, & vos

A esurietis: Ecce serui mei bibent, & vos sitietis?

14. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.

15. Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.

16. In quo qui benedictus est super terram,
B benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis meis.

17. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

18. Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his, quæ ego creo. quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

C 19. Et exultabo in Ierusalem & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris.

20. Non erit ibi ampliùs infans dierum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

21. Et ædificabunt domos, & habita-
D bunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

22. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt.

23. Electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in cõturbatione quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.

24. Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego
E audiam.

25. Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas: & serpenti puluis panis eius: non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

Vers.

Vers. 1. Quæsierunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me. dixi: Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ non inuocabat nomen meum.

1. *Argumentum de Euangelio Paulus ut aliis scripturis.*

EX interpretibus Christianis, quos videre licuit, nemo est qui in hoc postremo ferè vaticinio non agnoscat Euangelium tametsi Thomas, & Hugo mysticè. Sed cum Apostolus Roman. 10. versicul. 20. hoc testimonium alleget, & modo peculiari, siue cum præfatione ad probandam Gentium electionem, & Iudæorum expulsionem, & cum in similibus disputationibus non soleat adducere nisi sensus literales & immediatos, planè sentiendum est quod omnes ferè consentiunt, hoc argumentum ab Isaia tractari. Ex quo firmatur superioris capitis à versu 5. interpretatio a nobis suffulta. Ergo inter hoc caput, & superius est manifestum vinculum; cùm idem vtriusque propositum.

2. *Quæsierunt me qui antè non interrogabant: inuenerunt, qui non quæsierunt me.*] Videtur esse contradictio; nam priori membro affirmat, se fuisse quæsitum, & in posteriori negat: prius, *Quæsierunt me*: posterius, *non quæsierunt me*: contradicentia sunt. adde in autographo non esse particulam, *antè*, sed præcise, *quæsierunt me qui non interrogarant*. quæ duo etiam apparent aduersa. Sed hoc nihil impedit: rectè enim vidit Vulgatus subintelligi particulam temporis indicem: *quæsierunt me ij*, qui ad eam diem non me quæsierant: vt Psalmo decimoseptimo versiculo quadragesimoquinto. *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Locus loco simillimus, & alter alterius interpres. Populus, quem antè non cognoscebam, quia me non cognoscebar, populus Gentilis, seruus idololatriæ, hic *seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi*: vbi me, vbi meum Euangelium audiuit, mihi obediuit. Ex quo loco præsentem interpretor: Qui antea me non interrogabant, qui me non consulebant, vel me non quærebant, vtrumque enim fert שָׁאַל *Saal*: qui mihi erant ignoti, & quibus ego eram ignotus, vbi eis ego per Euangelium innotui, *quæsierunt me*, seruierunt mihi: vnde *inuenerunt me*, siue reperierunt me, qui non quæsierant me. Ergo ante prædicationem Gentiles erant non quærentes Deum, & Christum: & post prædicationem fuerunt quærentes eum. ex quo submouetur illa apparens contradictio. & hoc ipsum ampliùs explanatur: *Ecce ego, ecce ego ad Gentem* (scil. obuiam procedo,) *quæ non inuocabat nomen meum*, eo quòd ignoraret me.

Obiectio. *Solutio.*

3. LXX. Paulus. LXX. *Manifestus factus sum non interrogantibus me: inuentus sum a non quærentibus me.* Paulus tantisper inuertit verba: *Inuentus sum a non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant.* Componito hunc locum cum illo capitis proximi versicul. 5. *Occurristi lætanti, & facienti iustitiam.* Elucet vtrobique gratia Dei præueniens, & præoccupans, qua homo diuinitus quæsitus Deum quærit, quærens inuenit præstolantem; quâ prætactus pulsat ianuam, & cui pulsanti aperitur. Sap. 6. versicul. 15. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem illam foribus suis inueniet.* Deum enim sine Deo quærere non possumus, multo minus inuenire. Vnde qui quærit, aliquo modo iam inuenit, seu potiùs Deus occurrit, & apparuit ei. Ergo Deum inueniri ab homine, est, Deum homini occurrere, & apparere. Sap. 1. versicul. 1. *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum.* Et cap. 6. versicul. 13. *Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam: & inuenitur ab iis, qui quærunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* Itaque Deus præueniens nos a nobis quæritur, & inuenitur.

Gratia præueniens. *Sap. 1. v. 1.*

4. Quare pro eodem ipse sumo quod est apud LXX. & Paulum num. anteriori: *Manifestus factus sum, & inuentus sum*: & *inuentus sum, & palam apparui.* Tametsi, vt dixi, alterum possit spectare ad auxilium Dei præueniens: alterum ad auxilium concomitans. Et sane quam vltro se Deus Gentilibus sui cultus incuriosis, & oblitis obtulerit, verba alia magis aperiunt: *Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ non inuocabat nomen meum.*

5. *Vocatio Gentium inuidiosa Iudæis.* Quæ iam spontanea, & liberalis Gentium aduocatio, & allectio non poterat non esse inuidiosa populo Iudæo. quod satis ostendit Apostolus Roman. 10. versicul. 20. ita præfatus *Isaias autem audet, & dicit. Inuentus sum a non quærentibus me. palam apparui iis, qui me non interrogabant.* Ergo sentit Paulus opus fuisse animo libero, & audenti ad prædicendam Gentium conuersionem, præsertim, adiunctâ Iudæorum reiectione; quæ versu sequenti scribitur: *Expandi manus meas totâ die ad populum incredulum, qui graditur viâ non bonâ post cogitationes suas.* Quem versum intelligi de populo Israelitico est certum: nam illico Paulus: *Ad Israel autem dicit: Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.*

Isaiæ libertas.

6. Vnde certo certius efficitur, Isaiam primo versu prædicere vocationem Gentilium, & secundo expulsionem Iudæorum. nam Paulus antequam Isaiam alleget, inducit è Deuteronom. trigesimosecundo versiculo vigesimoprimo. *Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. Isaias autem audet, & dicit*, &c. Isaias autem ausus fuisse dicitur à Paulo hoc prædicere, quia videbat rem suæ genti esse vehementer exosam, & præuidebat fore vt sibi magni staret prædictio. Eius rei autorem & interpretem locupletem induco, Origenem in epistol. ad Romanos libro octauo, sic locum Pauli exponentem; *sicut in superioribus ostendimus Apostolum Paulum, nunc de gentibus,*

Isaiæ stetit magno prædictio hæc. *Origen.*

nunc de Israel sermonem facere, nec tamen euidenter in mutationem declinare persona: ita & Esaias in his sermonibus facit, quos ad exemplum protulit Apostolus, & primas quidem partes, id est: inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui inter illos, qui non interrogabant me, *sine dubio de gentibus dicit; & vbi ille latenter personam immutat, Apostolus euidentem distinctionem suis sermonibus dedit in eo, quod addidit:* Ad Israel autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. *Et superiora quidem ad Gentes, inferiora verò ad Israel referenda esse exponit.*

7. Orig. Doctor mortem postponat officio.

Sed primo omnium quod ait: Esaias autem audet, & dicit, *videamus. Quid audet? vel quæ hæc Prophetæ audacia? Si intendamus verbis beati Stephani dicentis:* quem enim Prophetarum non persecuti sunt patres vestri, qui annunciabant de aduentu Iusti? *Tunc Isaiæ intelligimus audaciam, qui persecutionibus & morte proposita, ausus est tamen de aduentu Iusti prædicare, & pro bono audet etiam mori. Quod enim dicit Apostolus de Esaia, quia audet, & dicit, hoc indicat, quia mortem contemnens, & persecutiones quæ inferebantur, quamuis enim sciret imminere sibi periculum, audet tamen, & prædicat verbum Dei: Sicut & ipse Paulus dicebat: scio* quia vincula & carceres me manent Ierosolymis, sed ego non facio pretiosiorem animam meam quàm me. *Si ergo & Esaias sciebat quidem secandum se, & interficiendum ab impiis, audet tamen & ex persona Christi dicit:* inuentus sum à non quærentibus me, *certum est, quod gentes erant, quæ Christum nec quærere nouerant, nec de eo interrogare didicerant, inuenerunt tamen quem non quæsierunt, quia ipse prior eos quæsiuit. Pastor enim bonus & ouem, quæ perierat quæsiuit, & Sapientia, quæ dragmam perdiderat, quærens inuenit.*

8. Iudæorum cæcitas.

Iudæi autem vsque adhuc quærunt de Christo, & interrogant scripturas de eo, & non inueniunt, quia crux illis est scandalum, & ideo dicit ad eos: tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem. *hoc est, cùm penderet in cruce, illi non solùm non inuenerunt eum, sed insuper dixerunt:* Si filius Dei es, descende nunc de cruce, & credemus tibi.

Sap. 1. v. 2.

Sed audi quid in Sapientia Salomonis dicatur: quia non inuenietur ab iis, qui tentant eum: apparebit autem eis, qui nō sunt increduli ad eum. Sed nec hoc quidem conuenit à nobis ignorari, quod in exemplaribus Hebræorum non habetur & contradicentem, *Apostolus autem secutus est LXX. interpretum veritatem in suis scriptis, sicut illi sunt interpretati, exponit.* Hactenus Origenes, qui luculenter exponit apud Paulum, Isaiam; & eius propheticam libertatem conuenienter expendit.

9. Isaiæ constantia mirabilis. S. Ambros.

Cui libertati commendandæ addam quòd postquam eius vitam scripsi & præfixi priori tomo, legi apud S. Ambrosium in Psalm. 118. octonario 12. versicul. 92. ad illud: *Nisi quod lex tua meditatio mea est: Fertur* (inquit ibi) *Propheta cuidam, & plerique ferunt de Esaiâ in carcere posito, cùm mala imminentes vrgerentur exitij, dixisse Diabolum: dic, quia non à Domino locutus es, quæ dixisti, & omnium in te mentes, affectúsque mutabo; vt qui indignantur iniuriam, absolutionem conferant. Sed ille gratius iudicauit pro veritate supplicium, quam pro adulatione beneficium: quod vtique non fecisset nisi meditatione fuisset exercitatus.*

Diabolus tentat Isaiam in carcere.

Isaiam verò fuisse serratum ob dicendi, & prædicendi libertatem, communis est sententia, de quâ in eius vitâ ad finem, vnde conuenit illi illud lemma: *sectus quia integer*, quod in summo propylæo huius operis inspectandum obiicitur.

Isaias sectus quia integer.

Vers. 3. Populus, qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres.

10. Israel Deum prouocat ad iram.

ANtiquum & inolitum esse isti populo prouocare Deum ad iracundiam ostendit, & recidiuum idololatrandi crimen coarguit, ex quo crimine delapsi sunt pro eodem tempore ad Christum ipsum repudiandum: de quo parricidio actum est supra: vt minùs mirandum foerit Christum ab eo populo reiici, qui ab olim tam fuisset deditus falsis diis adorandis, & Deo vero abnegando.

De vitio in vitium labitur.

11. Peccata grauiora sunt Deo conspicua.

Ante faciem meam semper.] Vel peccata vtpote grandia & notabilia esse Deo conspicua, eius misericordes oculos irritantia, & prouocantia ad iracundiam & vltionem ita vt quodammodo Deus cogatur ab eis faciem suam non auertere, secundùm ea quæ adnoto c. 1. v. 28. n. 280.

Vel, *ante faciem meam*, est idem quod in templo meo, vt voluere maiores nostri Hieronym. Cyrillus, Procopius, & alij minores. Vide 4. Reg. 21. versiculo 4. vbi hæc de impio Manasse: *Extruxitque aras in domo Domini: de qua dixit Dominus, in Ierusalem ponam nomen meum. & extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli, in duobus atriis templi Domini. Et traduxit filium suum per ignem & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones: & aruspices multiplicauit, vt faceret malum coram Domino, & irritaret eum. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini.*

Ergo potest accipi locus præsens de iis peccatis, quæ fiebant eo tempore, quo hæc Isaias dixit, aut scripsit, cùm sit verisimile iam tunc regnare Manassem. Nam cùm sit pro constituto, Isaiam fuisse sectum à Manasse, ac proinde illius etiam tempore prophetasse, & præterea nos alibi ostenderimus in scribendis sermonibus ab Isaiâ seruatum fuisse ordinem temporis, ex iis concluditur, hæc postrema capita incidere in regnum Manasses. 12.

Sup. c. 6. v. 8. n. 4.

Qui immolant in hortis.] De hac superstitione satis esse possint adnotata ad capitulum primum versiculo vigesimonono numero 194.

Sacrificant

13. *Prima expositio.* *Sacrificant super lateres.*] Nescio vnde acceperit Mariana suam glossam: sacrificant, vt lateres bene coquantur. Tantine laterum coctio, & tam difficilis, vt auspicio, & sacrificio indigeret? Non placet, neque etiam doctissimis *Secunda. Refellitur.* placere dicit Vatablus, vt sit sacrificare super tecta domorum confecta e lapidibus. Primò, quia lateres non sunt lapides. Secundò, quia non legimus solere sacrificari super tecta. Ergo *Expositio tertia vera. Altare è materia vili.* tenendum quod plures approbant, reprehendi altaria lateritia, cùm Deus materiam illis construendis præscripserit terram, aut lapidem rudem, Exod. 20. v. 24. itaque duplex peccatum, & quod sacrificarent idolis, & quod altaria è lateribus facerent, credibile est prochoe, vt essent ornatiora, & magnificentiora, nam è terra, aut lapide impolito, vt Deus præceperat, nullum habere poterant ornatum.

Vers. 4. Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum.

14. *Quæ hæc superstitio. Prima opinio. Dæmõ amat sepulcra.* SEpulcrorum inhabitatio ad magicam superstitionem pertinere facilè intelligitur: sed species & forma superstitionis quæritur. Aliqui, quia Dæmones amant morari ad sepulcra, vt colligitur ex Matth. 8. versicul. 28. vbi *occurrerant Christo duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes*: idcirco homines habitare solent in sepulcris, vt dæmones haberent ad manum consulturi. *Refellitur.* Non probo, nam neque dæmones ordinariè sepulcra obsident: & quamuis id esset, non erat necesse ad id sepulcra obire, cùm alibi etiam passim sese consulendos exhiberent: multo minus necessarium erat inibi habitare. *Saga abusa cadaueribus.* Æquè improbo, agi de sagis, qui abutuntur cadaueribus ad magicos effectus: nam etsi hanc magiæ speciem à Gentilibus vsurpatam olim, & quod magis dolendum est, hodiéque vsurpari à lamiis Christianis non ignoro: in Hebræam tamen Rempublicam hanc superstitionem irrepsisse alibi non lego: quare cùm nota sit species magiæ à Græcis nominata *Necromantia*, hoc est, *Necromantia hîc prohibetur.* e mortuis diuinatio, & hæc reperiatur nominatim Iudæis prohibita, vtpote quæ iam contaminasset populum, vel immineret ab ea labe periculum, & eiusdem sit mentio apud Vatem nostrum, non videtur alia disquirenda superstitio. Prohibitio Necromantiæ ponitur Deuteronom. 18. versicul. 11. *Nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem.*

15. *Sup. c. 8. v. 19.* Quam impietatem consulendi mortuos attigit Isaias cap. 8. versicul. 19. *Et cum dixerint ad vos: quærite à pythonibus & à diuinis, qui strident in incantationibus suis: nunquid non populus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis?* Reuisito quæ istic affero.

Ergo in sepulcris habitare dicuntur, qui Necromantiam exercent, qui mortuorum animas consulunt, qui ex eis occulta, vel futura quærunt, seu potiùs qui vmbras, & phantasmata Dæmonum arte conficta conueniunt. Dæmon enim suis viribus defunctorum vere neque corpora, neque animas excitare potest: ac proinde quæcumque hoc in genere ipse efficit, sunt præstigiæ, & summùm, corpora phantastica, quæ nisi Deus vetet, potest ipse effingere, & oculos ita ludificari, vt videantur, & putentur esse vera corpora, atque animata, quæ ab ipso Dæmone insidentur, mouentur, & in quibus ipse loquitur. *Dæmon circa mortuos quid valeat.* In libro 1. Reg. cap. 28. versicul. 12. Pythonissa hortatu Saulis scribitur excitasse Samuelem iam mortuum, cúmque cum Saule esse locutum. *1. Reg. 28. v. 12.* Sed an verè anima Samuelis fuerit euocata, an verò vmbra & imago, controuertitur. *Samuelis anima euocata ab inferis.* Mihi probabilius est, fuisse ipsam Samuelis animam, sed non arte magica excitatam, sed voluntate diuinâ. Vide August. de cura pro mortuis gerendâ. cap. 15. 16. Pererium Exod. cap. 7. disputat. 8. *August. Perer.* Vnde qui hanc diuinationem vsurpant, cùm frequenter sepulcra adire debeant, vbi animæ ab infidelibus hærere creduntur, cúmque ibi diu suis cantionibus magicis, aliísque superstitionibus operam dare, de quibus apud Martinum Delrio disquis. Magic. lib. 4. quæst. 6. sect. 2. & præstolari vmbrarum apparitionem, *Delrius in disquis. magicis.* non immeritò perhibentur habitare in sepulcris. Quod si *sepulcra* קברים *queberim*, minùs proprie sumimus pro *cauernis*, quæ vox ab Hebræâ ducta videri possit, scimus Necromanticos, dum à Dæmone artem hanc dæmoniacam edocentur, solere diu habitare in speluncis & locis subterraneis, hoc est, infernis, vt locis cum disciplinâ & magistro conuenientibus. *Necromantici in speluncis edocentur à Dæmone.* exempla eiusmodi suppeditant nobis historiæ fide dignæ.

16. *In delubris idolorum dormiunt.*] Altera superstitio: LXX. *in speluncis cubant propter insomnia.* i. vt per insomnia admoneantur, & doceantur a dæmone quæ cupiunt scire. ergo vtrobique diuinatio illicita reprehenditur.

Qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum.] Superiora peccata contra legem scriptam, & contra legem naturalem: hæc contra legem solam scriptam. Caro porcina inter alia esculenta, fuit vetita Iudæo, ob significationem Leuit. 11. versicul. 7. Deuteronom. 14. versicul. 8. *Caro porcina vetita ob mores.* *Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis.* Quod præceptum adeò accurate seruabatur, vt Eleazarus & septem fratres fuerint occisi, eo quòd carne porcina vesci noluerint, & cruciatus magnos fortissimè tulerint. *2. Macha 6. v. 18. 2. Mac 7. v. 2.*

De causis prohibitæ carnis suillæ auctores antiqui, & moderni variè coniectant: vide coniecturas apud Lorinum nostrum Leuit. 11. versicul. 7. *Cur caro porcina interdicta.* Ego in porco id quod habet proprium considero, esse animal stolidissimum, vt de eo iure dicatur: *habet animam pro sale, & salem pro anima.* Mitto quod affert S. Petrus: *Sus lota in volutabro luti*: hæc duo satis, vt vetita fuerit ad aliquid aliud sub ea imagine vetandum, quod mores attingeret. *Porcus stolidissimus, & spurcissimus.* Quæ quo tempore etiam Gentes abstinuerint carnibus suillis vel in sacrificio, vel in cibo, Lorinus citatus colligit eruditè.

De causis vetiti porci vide Lact. lib. 4. Instit. c. 17. qui ad ea, quæ dixi, addit: nulli vsui, dum viuit, esse aptum, non oneri vehendo, non agro colendo, non exuuio præstando, vt alia pecora.

Vers. 5. Qui dicunt: Recede à nobis, non appropinques mihi, quia immundus es: Isti fumus erũt in furore meo, ignis ardens tota die.

17. *Hypocrisis summa.* PRior pars versiculi intolerabilem hypocrisim, & impudentiam prodit. Nam qui grauissimis sceleribus erant contaminati & polluti, arcent a se alios vt immundos. Hæc est communis & vera intelligentia. Vnde miror Hieronymum exponere secus: scil. arceri eos, qui simili vitio & errore idololatrandi, & faciendi ea, quæ sunt reprehensa, non tenerentur. Iudaica hypocrisis spisse carpitur in Euangelio, & graphice describitur in illo seu parabola, seu narratione Luc. 18. versic. 10. de Pharisæo ascendente in templum oraturo: nihil tamen orante, sed se iactante, & ei publicano, qui humiliter orabat, insultante, & conuiciante.

Pentec. Dom. 10.

18. Posterior pars de fumo & igne, ad iram Dei spectat tot sceleribus lacessitam. Hebr. *isti fumus in naso meo*, i. Isti suis peccatis efficiunt, vt fumet nasus meus: *hazen que me saca el humo a las narizes*: vt irascar, vt ira succendar. fumus procedit ex igne, & præcedit interdum, hoc est, antequam materia ignem omnino concipiat, fumare solet, quandiu non est habilis vt inflammetur. Ergo indicatur *Deus nollet irasci.* Dei ingenium, qui nollet accendi, nollet irasci.

Vers. 6. Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam, & retribuam in sinum eorum.

Vers. 7. Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum.

19. *Scriptio diuturna, vnde.* PEccatum pœna consequitur. Suprà de peccato, hic de pœna. *Ecce, scriptum est coram me*: ad vtrumque reuocari potest, ad culpam, cuius apud Deum sit memoria tenacissima, & indelebilis, scripturæ enim constantiã, & diuturnitas è materia plerumque sumitur: ideo quæ literis consignata durare cupimus, marmori, aut etiam æri incidimus: Dei verò mens & memoria cùm sit omnino inuiolabilis & æterna, quodcumque in ea fuerit impressum, necesse est, sit indelebile. Potest etiam spectare ad pœnam futuram: vt quia Regum & Principum scita, & decreta scribuntur, ideo Deus dicat *Ecce scriptum est coram me*, i. sancitum supplicium vestris iniquitatibus conueniens, & suo tempore inferendum certissimè: *non tacebo*, cùm tempus statutum venerit, non dissimulabo, *sed reddam, & retribuam.*

Dei impressa memoria indelebilis.

Leges scribuntur.

In sinum eorum.] Sinus excipiendo est idoneus in vtramque partem: in æquiore, vt Luc. 6. versicul. 36. *Date & dabitur vobis, mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Ex. 9. versicul. 15. Prouerb. 21. versicul. 14. ... teriorem partem Psalm. 78. versicul. 12. *Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.* Vtrobique idem nomen Hebr. ... pro sinu, & vtrobique agitur de reddendo supplicio: vt videtur esse formula loquendi, cùm fit retributio siue in bonum, siue in malum. Quod si aliquid occultius est in vocabulo, *sinus*, videri possit, id quod accipitur, intime esse sentiendum, cum gaudio si sit prosperum, & cum mœrore, si sit aduersum. 20. *Sinus excipit.* *Retributio si ... Arcani.*

Si quem è lectoribus moueat istud: *Retribuam in sinum eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum*, quod videtur aduersum illi alij Dei assertio. Ezech. 18. versicul. 20. *Filius non portabit iniquitatem patris* quod respondet querelæ versicul. 2. eiusdem capit.: *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt*: in primis is ... filios animo nunquam luere peccata patrum ... id enim esset alienum à Dei iustitia, ... loquor non de originali peccato, de quo ... est ratio, sed de actualibus at corporalibus id pati filium ob peccata patris, id non est iniustum, sed vsitatum à Deo, vt patet ... ceris, & a iudice homine: vt quotidie experimur: Ratio: quia quoad corpus, est filius aliquid patris, atque adeò pœna filij contingit patrem. At Deus dices licet id liceat, promittit tamen apud Ezechielem citatum se non exacturum posthac pœnas a filiis ob culpas paternas: *Filij propter ... luant pro sc. Locus ... expensus.* *Filium est quia pars ... obnoxius.*

21. *Ezec. 18. v. 1* *Quid est quod inter vos parabolam istam vertitis in prouerbium in terra Israel? dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vobis parabola hæc in prouerbium in Israel*, &c. & versicul. 20. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij.* Vbi certum est agi de pœnã corporis, nam de pœna animi id nunquam fuerat iactatum, & multo minus factum: ac proinde Deus pollicetur se in posterum non daturum esse occasionem illi prouerbio: *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.*

22. *Prado sensus exponit. Non probatur.* Scio esse non neminem, qui velit non hunc esse sensum istius promissionis, sed contra; Deum iurare à se puniendum esse seuerè eum, qui eo prouerbio vtatur in posterum. Verum cùm Deus apertè profiteatur, quemque pro suo peccato, non pro alieno, etiam paterno plectendum esse, magis consequens est, vt doceat, ampliùs nullam fore occasionem vsurpandi illud prouerbium, quàm vt minetur, si quis vsurpauerit, non fore inultum.

23. *Sciunt alias.* Ergo ad enodandam difficultatem propositam, & eam, quæ videtur esse contradictionem inter Isaiam & Ezechielem posset dici: Isaiam fuisse multo priorem tempore, quam Ezechie

Ezechielem, per quem Deus promisit, ab ea die filios non luituros pœnas debitas parentibus: vnde nulla est Ezechielis cum Vate nostro oppositio: neque Ieremiæ apud eum cap. 31. vers. 29. sunt eadem verba quæ apud Ezechielem: nam Ieremias quoque est multo posterior Isaia. Quod si Ezechiel, & Ieremias videntur docere aduersa aliis locis S. Scripturæ, vt Exod. 20. vers. 5. vbi Deus asseritur *Visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartā generationem*, eorum librorum interpretum interest id expedire, nostra autem tantum refert, quæ huic loco obsistant, amouere: & verò ille locus Exodi, & exempla quæ contra Ezechielem, & Ieremiam adduci solent, nobis potiùs fauent: solum istorum duorum Prophetarum testimonia videntur officere, vnde miror eorum interpretes non aduertisse hunc Isaiæ locum in speciē illis aduersum: qui quo dici modo conciliari posset: qui modus colligitur ex aduerbio, *vltra*: *si erit vltra vobis parabola in prouerbium in Israel* itaque apud hos vates futurum tempus, non præteritum, quo vixerat, & scripserat Isaias complectitur.

Vati nostro quæ videntur officere, nobis auctoritate fauent.

24\. Cæterùm, si quod hoc loco Deus minatur supplicium non trascenderet tempora Babylonicæ captiuitatis, quibus vixerunt Ieremias & Ezechiel, responsio nostra erat sufficiens: at quoniam est probabilius vltra ea tempora tēdere, & ad euersionem quoque Romanam procedere, aliter oportet respondere. Respondeo ergo cum nostro Maldonato Ierem. & Ezech. locis citatis; sententiam illam non esse generalem; sed de eo tempore, & de iis filiis, de quibus illic agitur, de posteris Manasses, & principum coæuorum, ob quorum peccata captiuitas Babylonica euenit: quam cùm Deus pararet soluere, & filios eorum parentum in patriam, & pristinam libertatem restituere, affirmat, non fore iam locum illi prouerbio: *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt*: i. Patres nostri peccauerunt, & non sunt seruituti subiecti, nos verò ob illorum peccata Chaldæis seruimus: de hoc enim erat querimonia: vnde liberati id iam queri non poterant.

Solutio allata non completa.

Responsio idonea.

25\. Hæc expositio doctissimi Maldonati satisfacit multo magis, quam aliorum, qui volunt tueri illud esse vniuerse pronunciatum apud Ieremiam & Ezechielem, & rem non expediunt. Nam vt alia exempla prætercam, videmus Iudæos nunc luere pœnas pro suis parentibus Christi crucifixoribus, qui tulerunt tunc sententiam contra se pronunciantes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*. i. Si qua est culpa, eius pœnā nos & filij nostri luamus. quibus verbis indicant, id fieri solere, nec iniuriā. & ita fit. Ergo illa apud Ezechielem sententia non fertur vniuersè, sed accommodatè, ad tēpus, & personas illius sæculi: atque adeò illa stante, Deus sæpe refundit in posteros pœnas corporales ob vitia maiorum suorum, præsertim cum posteri sunt maiores in malis illis imitantur, aut alia mala suscipiunt. Psalm. 108. vers. 13. *Fiant nati eius in interitum; in generatione vna deleatur nomen eius: in memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.*

Maldon.

Mat. 27. v. 25

Nullus est mihi locus, quo meliùs præsens illustretur. Cum impiorum parentum filij sunt pij, videtur Deus obliuisci impietatis illorum, quoad pœnam his imponendam, tametsi posset imponere temporalem, cum hi sint aliquid illorum: at cum filij sunt etiam impij, sæpe redit in memoriam Dei impietas parentum, & puniuntur temporaliter duplici iure, & ob sua, & ob paternam impietatem, quibus, si pie viuerent, Deus parceret, & ab eis pœnas maiorum non exigeret. 26.

Dauid Isaiā explanat. Filij mali malorum parentum pro suis, & pro paternis culpis puniuntur.

Aduertendum, Deum, euertendæ alicui Gēti præfiniuisse certum numerum peccatorum, ante quem expletum nolit euertere, tametsi pauciora peccata sufficerent ad commerendā euersionem. Quod etsi ex se est intellectu facillimum, facilius tamen intelligitur è Genes. cap. 15. vers. 16. vbi Deus promittit Abrahamo, se tradidurum esse terram Chanaan eius posteris post aliquot annos iis verbis: *Generatione autem quarta reuertentur huc* (scil. è seruitute Ægyptiaca) sed cur non statim, cur non antea possessio datur? addit Deus: *Nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus.*

Gentis delenda certus numerus peccatorum præfinitur à Deo.

Ergo vbi expletus est numerus Iniquitatum, quem Deus præstituerat, expulsi sunt Amorrhæi, ac proinde illi qui sunt expulsi, tulerunt pœnas suarum iniquitatum, & maiorum præcedentium: si enim illi non peccassent non fuissent expulsi, quia nondum adesset terminus præfinitus: neque si parentum peccata non præcessissent, fuissent exterminati, quia propria & personalia non explerent numerum: quare quia suis peccatis paterna peccata cumularunt, pro se, & pro patribus pœnas dederunt. Sic non pauci accipiunt illud Saluatoris assertum Matth. 23. vers. 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum*, scil. addendo homicidia illorum homicidiis, *vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti*, &c. Quo loco, vt alia non nostri instituti transeam, certum est doceri, Iudæos fore reos omnium homicidiorum superiorum, i. eis imputanda fore quoad pœnas: & agebat Dominus de postremā punitione, & derelictione illius Gentis, & Reipublicæ, vt patet vers. 28. *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* 27.

Maldonatus existimat, nihil aliud Christum voluisse dicere, quàm Iudæos adeò graues pœnas subituros, vt viderentur subire pœnas parentum suorum. Sed alij plus aliquid intelligunt, id nimirum quod de Amorrhæis diximus; cogitari vnam Hebræorum Gentem & familiam ab Adamo ductam per Noe, & Abraham vsque ad sæculum Saluatoris, & quæcumque in eā familiā & gente admissa sunt homicidia & scelera in vnum quasi aceruum à Deo congeri, qui decreuerat, vbi huic aceruo pro cumulo additum fuisset homicidium illud omnium detestabilissimum, quo Christum de medio sustulerunt, eum populum perdere, & alium illius loco allegere. Certè euersiones regnorum ob peccata plurium sæculorum solent accidere. 28.

Maldonati sententia.

Ergo rectè Deus loquens de occisoribus Christi, & de paulo pòst futuris euertendis ait: *Retribuam in sinum eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus,* 29.

qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum. Tria tempora complectitur, *Tempora tria claudit.* præsens, *iniquitates vestras* : præteritum, *& iniquitates patrum vestrorum* : futurum, *& remetiar opus eorum*, scil. filiorum vestrorum, & addit cautissimè; *primum in sinu eorum* : *Peccata personalia in primis punienda.* ראשנה *risonáh*, principaliter, seu capitaliter; id est, ob peccata sua, suarum personarum, & capitum, præcipuè punientur, sed iis peccatis quoad pœnam addentur alia maiorum eorum, & ex omnibus succrescet cumulus, cui præfinitum est extremum exitium: quo tota gēs pereat, exceptis paucissimis pro seminario nouæ subolis, & noui generis humani,

---

Vers. 8. Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur : ne dissipes illud, quoniam benedictio est : sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum.

Vers. 9. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos, & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.

CVm prædicitur gens Iudæorum abolenda, plerumque ad solamen additur, non
30\. *Iudæorum natio non tota perdenda.* omnino esse interituram. Sic capit. 1. versic. 8. *Et derelinquetur filia Sion, vt cumerarium in vinea, & sicut tugurium in cumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur* : & statim : *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus* : Vide ibi dicta, nam quod ibi *semen*, est hic *granum in botro*, videlicet Apostoli, & alij ex circumcisione fideles, & quæ ad capit. 6. versicul. 13. capit. 10. versicul. 22. adnotantur, in iis cum locis idem tractatur argumentum.

31\. Quod verò hîc dicitur, *si inueniatur granum in botro*, intellige; granum vel vnum *Vtile ab inutili non vitiatur.* sanum, vtile in racemo putrido, arido, aut aliàs inutili, non perditur, aut abiicitur : nam vtile per inutile non vitiatur: imò quo rarius est bonum granum, eo pluris fit, & diligentius asseruatur. Tendit igitur hæc comparatio ex agricultura petita, vt pateat, Iudæos probos propter improbos non abiiciendos : hos illis nihil incommodi allaturos: præterea, probos fore paucos, sicut *granū in botro*, vel succū, *Boni, pauci.* aut mustum in racemo, id est, vnum aut alterum racemum vtilem in tota vindemia in tota vinea. ad paucitatem significandam euadentium adhibita est eadem similitudo ca. 17. vers. 6 de Damasco perdenda: *Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ, duarum vel trium oliuarum in summitate rami.*

Pauci pro seminario multorum. Postremò significatur, hos paucos saluos & incolumes fore vt seminarium, ex quo alij sobolescant, eò pertinet translatio Græca ῥώξ *acinus*, qui est semē vitis, & dictio: *Benedictio, ne dissipes illud, quoniam benedictio est*: Heb. & Græcè: *benedictio est in ipso*: i. vis seminalis, vis augescendi, & fructificandi. alluditur ad Genes. 1. v. 22. 28. vbi Dei benedictione animalia & homines crescunt, & multiplicantur.

32\. Quam conseruationem acinorum vtilium & seminis Deus ascribit meritis seruorū suorum, haud dubiè, Abrahami, Isaac, & Iacob, quibus sæpe pollicitus est, eorum posteritatē magnopere fore augendam, sc. spiritualem; Quò spectat: *Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos, & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.*

Hæc si de Ecclesia Christianā, de quā germanè, & genuinè sunt præscripta, interpretemur, perspicua euadunt, & iā impleta subiiciūtur oculis. Pro, *montes meos*, Græci: *montem sanctum meum*: respicitur mons Sion: adi ad Hebr. ep. c. 12. v. 22. *Sed accessistis ad Sion montem*, &c. aut respicitur vrbs Ierosolyma, & tota Iudæa, regio valde montuosa, vt liquet è sacris litteris, & e topographicis tabulis librisque. 33.

Vers. 10. Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me.

FAcultates & diuitias priscas maximè Orientalium plurimum constitisse e pecore, vel 34. *Sup c. 12. n. 51*
ex libri initio Iob accipimus sed & liber Geneseos satis id indicat. Vnde loca pascua & *Opes olim è pecore constabant.*
opportuna gregibus alendis, cum muendis, tuendis ob potetant non fieri plurimi: de quibus in *Pascua in pretio.* paginis diuinis frequens fit mentio. aliquādo propria, aliquādo figurata Vtraq; videtur misceri hoc loco. Promittitur enim gregibus rationalibus, ouibus Christi vbertas & amœnitas pascuorū campurū: & quia *vallis Achor* in Palæstina fuit fertilis & vber, pascendis pecoribus opportuna, idcirco adiicitur in similitudinem : vel, species pro genere vsurpatur.

Vallis Achor vbi sit, & vnde nomen sortita, *Vallis Achor quæ.* habes Ios. 7. v. 24. 26. fuit propè vrbem Iericho, & sic nominata, i. *vallis perturbationis*, eo quòd Achan furatus ex anathemate turbarit populum Dei. Quo in vocabulo *Achor* etsi Hieronymus de more excurrit ad mysticos sēsus, ego tamen suspicor, alludi tantùm ad ejus pascuā fertilitatem, & ad reditum ab exilio Babylonicu. Ergo liberati per Christum potientur pascuis vberrimis, saluberrimis.

Vers. 11. Et vos qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam.

REfert se Vates ad Iudæos sui temporis, 35.
quorum peccata, vt dixi num. 26 vna cum *Idololatria rursus coarguitur.*
peccatis posterorum vsque ad Christi occisionem, compleuerunt numerum à Deo præfinitum populo Iudaico delendo: & in vnā specie idololatriæ cæteras species coarguit. Tempore Saluatoris nulla commemoratio idolorum, *Tēpore Christi non idola in Iudæa.* quos Iudæi coluerint, vt aliàs memor sum adnotasse. ante id tempus ex quo cœpit ille populus, ferè non defuerunt aliqui in eo idololatræ, vt possit facile cognoscere quiuis *Ante Christum ferè semper.* adnotans in libris sacris seriem temporum & varietatem vsque ad Machabæos, quorum ætate Antiocho autore, & coactore plerique

Machab. A Machabæis vsque ad Christum desunt annales sacri.

que Iudæorum amplexi sunt mores ritúsque A
Gentilicos, vt in libris illis fuse traditur. Ab eo seculo ad illud, quo Saluator extitit, nullam sacram habemus historiam: sed ex Euangelica, & Apostolica colligimus, iam diu in illa Republica cessasse idololatriam, nullumque fuisse, qui idola publice veneraretur: imò ex historia Iosephi, & aliunde scimus ægerrimè Iudæos tulisse, & fuisse tumultuatos ob statuam Romani Imperatoris in templo collocatam, eo quòd redoleret cultum idololatricum, a quo iam dio magnopere abhorrebant.

36. *Iudæi priores, & posteriores inter se partiuntur scelera.*
Ergo Iudæi inter se partiti sunt scelera: priores, hoc est, antecedentes Euangelium prætulerunt idola Deo: posteriores non eo flagitiose contaminarunt, sed alio detestabiliori, nam B prætulerunt Christo Barrabbã, & autori vitæ mortem consciuerunt. ex vtorumque ergo sceleribus conflatus est numerus, & cumulus, ob quem Deus populum abiecit. Quod vellem ab studioso S. Scripturæ obseruari: nam aliquando Synagogæ repudium attribuitur sceleri in Christum admisso: aliquando idololatriæ, & vitiis eius assectis, vt hoc loco & alibi: atque adeò cum caussæ diuiduntur, partialiter erunt accipiendæ modo explicato. qua obseruatione retentâ non erunt difficilia quæ ad finem prophetiæ consequuntur.

Not. Repudium Synagogæ tribuitur vni suo sceleri.

37. *Fortuna pro Dea olim.* *Plutarc.* *Plin.*
Qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam.] Fortunam pro Dea cultam à Gentilibus superuacuum fuerit adnotare: cuius rei pleni C sunt poetæ & alij scriptores ethnici. Plutarchus librum inscripsit *de Fortuna Romana.* Plinius li. 2.c.7. luculenter & breuiter eã describit. Refellit Orig. 5. li. contra Celsum pag. 451. in editione recentiori. Lactantius lib. 3.c.28. de eius inconstantia agit Lipsius l.2. Polit. c.15. l.4.c.9.

Refellitur.

Fortuna, qua l. iniuriosa prouidentia Dei.
Fortuna in bona philosophia, veràque Religione nulla est; cùm Deo prouidente, & moderante cuncta prospera, & aduersa succedant. Vnde hic error est summopere iniuriosus diuinæ sapientiæ, & prouidentiæ: cum qua temeritas adscripta fortunæ, & inconstantia consistere non potest. Sed quorsum nos Christiani in refellendo hoc errore immoremur, cùm in- D fideles nonnulli illuserint Fortunæ? scitum enim illud est carmen.

Iuuenal.

Nullum numen adest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna Deam, cœlóque locamus.

38. *Cæca Fortuna.*
Et illi etiam bene videre qui Fortunã finxere cæcã: qua picturã cùm illi scientiã adimant, diuinitatẽ non video, quemadmodũ relinquãt.

Iudæi ab Ægyptiis hanc superstitionem acceperunt. *Hieron.*
Quare Iudæi homines omniũ diuinitus maxime edocti & instructi, cæteris turpiùs lapsi sunt sacrificantes Fortunæ. quam labem docet S. Hieronymus hîc Iudæos ab Ægyptiis contraxisse, qui extremo anni cuiusquedíei instruunt variis epulis & poculis Fortunæ mẽ- E sam, quo anni abeuntis, vel ineuntis fœlicitatem auspicentur. quod cùm tantus doctor tradat asseueranter non opus alia ad hunc locum intelligendũ coniectura, neq; pro *mensa* altare substituere, præsertim cùm addatur verbũ *libare*: & à LXX. *κέρασμα*, quod ad potum omnino pertinet. quid sit *libare*, ad c.57.v.6. exposui.

39. *Versio non erat a nobis curanda.*
Quod verò quidam iuniores Vulgatæ litem intendunt quo ad nomen *Fortuna*, alij aliud supponentes non est cur magnopere curemus, constat enim è Genesi c.30. v.10.11. vocabulũ ad fœlicitatem spectare, quod viderunt LXX.

Vers. 12. Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: pro eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis.

NVmerare in gladio, ad consideratam & circumspectam punitionem attinere videtur, vel ad exactam perniciem, cui nemo eximatur. Sed cùm suprà, aliquos euasuros promiserit vers. 8. non ita id concinit. Sed & saluâ eâ fide potest exponi: ex iis, quos gladio destinarim nullus effugiet suprà v. 6. *Ecce scriptum est coram me*: inter occidendum, recurram ad indicem & syllabum proscriptorum, & numerabo ipso gladio, id est, non aliter quàm occidendo nomen proscripti expungam. 40. *Punitio considerata.*

Pro eo, quod vocaui, & non respondistis.] Contumacia, & pertinacia, quâ redduntur inexcusabiles, & Deus videtur excusare, & ostendere iustam fore vocationem Gentium: nam Iudæis obsurdescentibus & obdurantibus aures, æquũ fuit vocare Gentiles, quos etiam Deus præuidebat esse responsuros. Ambros. l.9. in Lucam. 41. *Pertinacia Iudæorum. Gentes iure subrogantur.* *Ambr.*

Deseruntur ergo qui oderant, eliguntur qui amaturi erant. De hac Iudæorum surditate supra c. 50, v.2. & infrà c.66. v.4. quæ etsi maxime constitit Christo, Dom. docente, & vocante, imò inclamante non modo miraculis inauditis, exemplis inusitatis, sed & vocibus interdum contentioribus, & elatioribus, vt propè minùs conuenire tantæ maiestati videri possent: sed etiam aliis retro seculis satis est perspecta: quare hanc obstinatarum aurium culpam ad omnia tempora protendo.

Vers. 13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis.

Vers. 14. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione Spiritus vlulabitis.

EGregia, & elegans antithesis, qua saturitas fami, potus siti; lætitia confusioni; laus & exultatio dolori & vlulatui componitur, & opponitur. Vide Tertul. aduersos Iudæos cap.13. & contra Marcionem lib.4. cap.14.15. Orig. in Ioan. tom. 15. qui rectè de rebus spiritualibus intelligit. Hilarius lib.5. de Trinitate prope finem, de præmio & supplicio, sed in altero sæculo sic exponit: *Religionem scilicet præsentem futuris præmiis muneratur: ita vt præsentium impietatem futura sitis ac famis pœna conficiat. deinde adiecit*: Ecce qui seruiunt mihi exultabunt in lætitia, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri: *Secundum superiorem sensum etiam præsentis & futuri temporis demonstratio est*, &c. 42. *Contrapositio elegans.* *Hilar. De gloria æterna*

Ad idem seculum futurum referre viden- 43.
tur

tur Hieronymus, & Cyrillus, tametsi posterior admiscet hæc verba: *Lætamur potiùs spe bonorum, quæ destinata esse diligentibus Deum referunt sacræ literæ*: sed hæc eo possunt attinere, vt significet, nos hic lætari spe futuræ & æternæ lætitiæ. Verùm cùm Cyrillus cibum & potum mistum interpretetur Saluatoris esse mensam, sanè bona præsentia accipit: & cùm impiorum clamorem & dolorem fore descendente Saluatore vt iudice de cœlo affirmet, mala & supplicia hæc futura intelligit: in quo sequitur consecutionem, vt in Procopio non secus scribente: nam vt rectè Hilarius dixit: vtraque sunt eiusdem temporis: ego puto esse huius vitæ, & Euangelici sæculi. sic Osor. Haymo, (etsi altero sensu non excluso) Adamus (etsi affirmat aliis hæc esse præsentia, aliis videri futura) Vatablus, Pintus. Arias potiùs hàc vergit, Forerius, Sanctius, Cornelius verò litteraliter exponit de præsenti, felicitate, anagogicè verò de futura.

Autor de præsenti sæculo accipit. Autores eiusdem sententiæ.

44\. *Eucharistia.* E patribus quidam, vt Cyrillus, Hieronymus, hic, Ambrosius, Cyprianus & alij a Leone Castro, & à Cornelio citati intelligunt cibum & potum de Eucharistia; ego quidem generaliùs velim accipi: & de hoc venerabilissimo & suauissimo Sacramento, déque aliis, & de diuinissimis Scripturis, aliísque inenarrabilibus, deliciis, opibus, diuitiis, quæ Christus Dominus Ecclesiæ suæ promeruit & contulit; de quibus libri ipsi sacri, & Sanctorum Patrum scripta sæpe & fusè meminerunt: & iisdem monumentis graphicè describitur contritio, miseria & infelicitas impiorum non modò in altero, sed etiam in hoc seculo, vt necesse non fuerit hoc loco eas ærumnas congerere: cùm sparsim in his commentariis earum multas exposuerimus, præcipue pertinentes ad populum Iudæum: quocum in præsenti rem agi plerique interpretum assentiunt: & versus insequens videtur exigere.

S. Scriptura.

Ærumnæ impiorum multæ.

Vers. 15. Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.

45\. *Locus obscurus.* NOn videtur posse hæc oratio ad alios dirigi præterquam ad Israelitas: sed obscurum est *nomen* quod sint dimissuri *in iuramentum electis* Dei: nam de versione Græca mox. Hieronymus, cui plures subscribunt, exponit, animaduerso Iudæorũ supplicio dicturos quasi ex formula Christianos. *Non mihi faciat Deus quæ fecit Iudæis*: quod alij, vt sit iusiurandum execrando, inuerrunt: Eueniat mihi quod euenit Iudæis, si hoc, &c. Deus me perdat, vt perdidit Iudæos, &c. exẽpla similium execrationũ abundè nobis Scriptura suppeditat. Nam assimile illud apud Ierem. 24. v. 9. *Et dabo eos in vexationem, &c. in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis ad quæ ejeci eos.* Minatur Iudæis, Sedeciæ & principibus, quorum clades videtur fuisse prænuncia cladis postremæ Romanæ. Maledictionem verò istam Maldonatus sic explicat: *Cùm aliquis volet alteri malè precari, dicet: accedat tibi quod accidit Sedeciæ & principibus eius.* quæ explicatio sumitur ex eodem Ieremia, cap. 29. vers. 22. *Et sumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iuda, quæ est in Babylone dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne.*

Execrationum imprecatio.

Expositio.

Maldon.

46\. *Obiectio.* At dices, aliud est iuramentum, aliud maledictio: Ieremiam verò agere de maledictione, Isaiam verò de iuramento. *Respon.* Aio, esse quamdam iuramenti speciem execratoriam, quæ constatur ex iureiurando & maledictione. Sed ne sis morosus, accipe vtrumque Ierem. 44. vers. 12. de Iudæis contra Dei iussum abeuntibus in Ægyptum: *Et erunt in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionem & in opprobrium.* vbi *iusiurandum* Hebr. est *execratio*, ex quo alium sensum in vtroque Vate elicio, vt quis nõ sibi sub conditione male precetur, sed sine conditione Iudæo, illius nomen diris deuoueat, vt solent exosa nomina deuoueri: vt *male sit Iudæo, Deus Iudæum male perdat.* *Sensus alius.*

Hunc sensum promouet translatio Græca, quæ nomen שבועה *Sebuah* cum sinistro prorsus affectu accipit, & ideo habet: *Dimittetis nomen vestrum in saturitatem*, i. in fastidium & nauseam, interprete Hieronymo. Et sanè nunc ita fit; nam ad mentionem Iudæi omnis ferè natio nauseat, populus præcipue Christianus, memor perfidiæ, & pertinaciæ Iudæorum: quos Ecclesia vbi semel publicè & nominatim pro eis orat, in hebdomada sancta perfidos nominat. itaque nomen quondam nobile, clarum & gloriosum, post immane illud flagitium Christi occisi, omnibus vbique exsecrabile, opprobrium, exosum: dignum, quod diris & imprecationibus obiectum, esset obnoxium.

LXX. Iudæorum execratio.

Pro Iudæis Ecclesia semel publicè orat.

47\. Cyrillo & Hilario citato num. 42. visum est mitius exponere, i. vestrum nomen scil. Israel, præclarum & illustre vos amitteris, & relinquetis electis meis, Christianis, veris Israelitis. Non displicet omnino expositio conueniens Paulo Roman. 9. vers. 7. & alibi, dicenti Israelitas non ex genere, sed ex fide & religione æstimandos: & non parum consentiens cum sequenti inciso.

Sensus mitior. *Pro Iudæis nomen relictũ Christianis.* *Mat. 3 v. 9. Ioa. 8 v. 39. Ioan. 1. v. 47.*

48\. *Interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.*] Te, ô Iudæe, Deus de medio tollet, te delebit, neque tamen carebit ideo populo sui cultore, neque desiderabit nomen tuũ Israel carnaliter intellectum: habebit alios seruos te meliores, & *alio nomine nouo*, vt LXX. *vocabit.* Quod si velimus, prout sonat, accipere, licet: nam olim fideles dicebantur Hebræi, ab Abrahamo, Genes. 14. versicul. 13. & Israelitæ ab Israele, seu Iacob: & Iudæi à Iuda filio Iacob. at iidem vbi susceperunt Euangelium, Christi discipuli, & paulò pòst Christiani vnà cùm Gentilibus conuersis sunt appellati.

Explicatio paraphrastica.

Christianorum nomen clarum.

Verùm quia vocari in sanctis litteris sæpe ponitur pro esse, pro existere, & de nouo fieri, possumus interpretari, fore adueniente Christo, alios homines, alios mores, alia studia, alia instituta: quod in sequentibus magis exponitur.

Alia interpretatio. *Noui mores ex Christo.*

* * *

Vers.

Verſ. 16. In quo qui benedictus erit ſuper terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, & quia abſconditæ ſunt ab oculis meis.

49. *Multipartita expoſitio.*

VErſus varie redditus Græcè & Latinè & veteribus in ſermone varie, imò vix expoſitus. Ponam expoſitiones vero ſimiliores, & quam ex iis magis probem, apponam.

Prima felicitas à Deo vero: & in eo iurandum.

Prima ſit expoſitio. omnem felicitatem, & benedictionem, quæ euenerit in terris, aſcribendam eſſe Deo vero, & veraci, qui promiſſa præſtat: & præterea iuramentum non iam in falſo aliquo Deo, ſed in Deo vero fideli eſſe faciendum. Sic fere ſentit Vatablus, qui tollit relatiuum, *in quo*.

Secunda felicitas à Chriſto: & in eo iurandum.

Expoſitio ſecunda, *in quo*, ſumit de Chriſto, id eſt, omnem benedictionem & proſperitatem à Chriſto profecturam eſſe. in quo benedicendæ ſunt omnes Gentes: & qui rectè voluerit, & ſanctè iurare, non in idolo, ſed in Chriſto vero Deo iuraturum. ita Adamus.

Tertia per Chriſtum quidquid imprecandum.

Expoſitio tertia, *in quo*, ſcil. nomine Chriſti ſiue Chriſtiano qui ſe benedixerit, ſeu ſibi (nam verbum Hebræum ברך *barach* in ea eſt coniugatione, vt id ferat) in Deo vero ſibi benedicet: id eſt, qui in Chriſto vel per Chriſtum aliquid boni ſibi precabitur, non ſuo voto fruſtrabitur, nam in Deo veritatis, Deo vero & fideli, qui vt promiſit, vota bene precantium explet, precabitur: & qui in eodem nomine, & eodem modo iurauerit, ita me Chriſtus adiuuet, ſaluet, vel quid ſimile, in Deo vero, & veraci iurauerit. Hæc fere eſt expoſitio Forerij, ex qua Chriſti diuinitas affirmatur.

50. *Quarta, eo nomine appellatus & in eo iurans bene habebit.*

Expoſitio quarta. Qui eo nomine fuerit benedictus, id eſt, appellatus, benedicetur à Deo, ſeu in Deo: & qui in eo nomine iurauerit, ritè, & rectè iurauerit, quippe qui non in idolis, ſed in Deo vero. Hæc eſt, quoad potui elicere, mens S. Hieronymi.

Vltima LXX.

Sit poſtrema interpretatio LXX. *Seruientibus mihi vocabitur nomen nouum: cui benedicetur ſuper terram: benedicent enim Deum verum: & qui iurant ſuper terram, iurabunt Deum verum.*

Illuſtratur Paraphraſi Deus verus agnoſcitur: falſi repudiantur.

Quam ex Cyrillo interpretationem ſic licet ampliùs illuſtrare. Ego, inquit Dominus, ſeruos meos, mihi per Euangelium acquiſitos nouo & glorioſo Chriſtiani nominis ſtemmate honorabo: & illi rurſus me benedicent, & laudibus afficient, verum Deum, non vt antea, cùm hymnos dicerent, & dicarent falſis numinibus: & cùm opus fuerit iureiurando, nomen ſacroſanctum Chriſti & Chriſtiani vſurpabunt, atque adeò, non vt prius per inania idola, ſed per Deum verum iurabunt. Ex qua etiam interpretatione Chriſti Deitas aſſeritur.

51. *Chriſti diuinitas. Hilar.*

Audiamus bonum autorem, & ſtrenuum Chriſti diuinitatis aduerſus Arianos vindicem Hilarium ad finem lib. 5. de Trinitate: *Et quod eſt*, inquit, *hoc nomen nouum Religionis? Si à ſeculis, Chriſtiani vocabuli antea beatitudo nunquam fuit; nunc nomen nouum eſt. Si verò hoc ſanctificatur pietas noſtra in Deum, nouum nomen eſt. Hæc profectò propriè omni nouitas, cæleſtium benedictionum ſuper terram merces eſt. Iam verò totius fidei noſtræ conſcientiam ſequens ſermo confirmat dicens: Et benedicent Deum verum, & qui iurant ſuper terram, iurabunt in Deum verum. certè ſi cum benedicent Deum verum nouum, in Dei ſeruitute nouum nomen eſt, tum* [illegible] *iurandus et is Deus, Deus* [illegible] *eſt, ante ambi*[illegible]*tur, quis iuretur* [illegible] *quis benedicatur, per quem nomen* [illegible] *ſit ſeruientibus, benedictumque nomen ſit? Conſ*[illegible] *meum aduerſus* [illegible] *tuam hæreticæ prædicationem abſoluta ſermonis Eccleſiaſtici fides* [illegible] *per te* [illegible] *iſte nominis, & per ſeruitut*[illegible] *nomen* [illegible] *ex te ſuper terram nuncupationis* [illegible] *verum Deum iurans.*

52. *Autoris cenſura. Oppoſitio cum ſuperioribus.*

Habes, o lector, e multis quam ſelectas interpretationes: ſed quia ſpopondi meam cenſuram affero. Ego ſanè non dubito, quin ſit aliqua oppoſitio huius verſus cum ſuperiori: in quo dicitur, Iudæi nomen fore execrabile, & infauſtum, obnoxium imprecationibus, & maledictionibus, vt ibi expoſui: vnde nunc nomen aliud, nouum à Chriſto deriuatum prædicitur fore è contra religioſum, ſacroſanctum, fauſtum, benedictionibus, felicibus precationibus, Sacramento, & iureiurando cum pietate nuncupandi opportunum. Ex quo conſequitur Chriſtum, a quo nomen, & eius autoritate ac dignitate & diſpenſatione omnia illa proueniant, eſſe Deum verum, veracem, atque fidelem, qui neque fidem ſuam datam, neque ſpem ſeruorum ſuorum rite conceptam fallere poſſit: & cuius appellationi religioſo iureiurando interpoſita fides haberi debeat: ſiue quis ita concipiat: *iuro per Chriſtum: ſiue iuro vt Chriſtianus*; nam vtrobique eadem eſt auguſtiſſimi nominis religio. Quo pertinet particula אָמֵן *Amen*, quoquo modo accipias, vel vt nomen, vel vt aduerbium: nam vbique quid ſtabile, ratúmque ſignificat. *Nomen Chriſtiani perpetuò clarum.* Ex quo aliud diſcrimen elicio: non euenturum huic nomini *Chriſtiani*, quod euenit illi *Iudæi*: nam illud initio, & per aliquot ſæcula fuit religioſum, & glorioſum, deinde in contrarium euaſit: at quod promittitur huic nomini nouo, erit perpetuum priuilegium, & irreuocabile, erit אָמֵן *Amen*, fidele, nullo vnquam tempore mutabile. Vide Pſalm. 71. qui eſt de Chriſto, cuius clauſula verſ. 19. *Et benedictum nomen Maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat.* Hebr. אָמֵן וְאָמֵן, *Amen ve Amen.* Sic hoc loco *benedicetur in Deo amen. iurabit in Deo amen.* Sic certiſſimè fiet.

53. *Anguſtiæ legis Moſaicæ.*

Quia obliuioni data ſunt anguſtiæ priores, & quia abſcondita ſunt ab oculis meis.] Tametſi poſſim cum Forerio non ignobili interprete hoc capere de reiiciendis anguſtiis Moſaicæ legis, & neque hoc cum poſterioribus, neque verò cū anterioribus pugnaret, malo tamen ſequi autoritatem LXX. & aliorum exponentium *tribulationem*, θλῖψιν. Qualis autem fuerit hæc anguſtia Gentilium antequam vocarentur ad nuptiales epulas, & delicias conuiuales, facilè à quouis accipitur. *Mores gentium miſeri ante Euangelium* De perditis moribus gentium ante Chriſtum agnitum capit. quadrageſimo. numer. 297. & 300. cap. 49. num. 226. 142. & alibi.

Verſ.

Vers. 17. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam; & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

54. *Locutio figurata.*

QVoniam cum omnibus ferè autoribus consentio hunc sermonem esse figuratum, & non de ipsis orbibus cœlestibus, & terrestribus, ideo non disputo, qualis sit futura conditio & forma horum corporum à die iudicij. Noui enim cœli, & noua terra hoc loco, *Noua rerum facies inter homines.* est nouus status Euangelicus, noua facies mundi, & rerū propè omniū. Noua legislatio, noua sacramēta, nouum sacerdotium, nouum sacrificium, noui mores, vt Paulus solet dicere, in *2.Cor.5.v.17* *Christo noua creatura.* Qua de innouatione capit.43.vers.18. *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur.* Vide etiam cap.48. num.51.capit.43. num.16.

Vers. 18. Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his, quæ ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

Vers. 19. Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris.

55 HÆc, nisi sequentia resisterent, facilè adducerer, vt de cœlesti beatitudine interpretarer, sed non est difficile aptare viatoribus, qui viam Christi fideliter, & cōstanter insistunt, de quorū inenarrabili gaudio, & iugi, alibi dictum.

Vers. 20. Non erit ibi ampliùs infans dierum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

56. *Perdifficilis periodus. Explicatio auctoris.*

LOcus, qui non parum torsit interpretum plurimorū ingenia, fateor esse difficilē, sed vtcunque ipse sic expediebam. Est iste sensus: in Ecclesia Euangelicâ non fore *infantem dierū*, i. teneræ ætatis, neque senem, qui alieno decedat tempore, sed quemque suo tempore moriturū: *consummatus enim in breui explebit tempora* *Sap 4 v.13.* *multa*, & senex morietur plenus dierum in senectute bona. ergo *implere dies suos*, est non solùm, *Dies implere, quid.* viuere id temporis, quod Deus præfinierit; nā id omnibus commune est, sed est benè viuere, implere quemque suæ ætatis officia, & sui ordinis munera. ex qua vita sic finita nonerit luctus & clamoris occasio. itaque hoc annectitur superiori, vt bene Arias: *non audietur in eo,* *Luctus vbi.* (populo) *vltra vox fletus, & vox clamoris*: luctus enim ex immatura morte nascitur: vnde vbi nullus alieno tempore, & inexpleto vitæ officio moritur, non est cur lugeatur.

Vt enim dies vacui & inanes eorum dici 57
possunt, qui eos vitiose traducunt, sic pleni, im- *Dies vacui, & dies pleni.*
pletique dies eorum, qui honestè viuunt, dies que bonis operibus, ad quæ efficienda dati, & facti sunt, implent. *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei.* Sap 13. v. 1. Ergo dies suos implens, erit plenus Dei scientiâ & reuerentia: qui quamuis puer ætate, erit nihilominus sensu senex: *Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* & de Tobia c.1.vers.4. *Sap.4.v.8.* *Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthalim, nihil puerile gessit in opere.*

Ergo Euangelio promulgato, erunt *cœli no-* 58.
ui, & terra noua, omnia innouanda, ætas non exigenda, & metienda, vt vulgo fit, dierum, mensium, vel annorum numero, sed iudicio, sēsu, moribus, & officiorum impletione. omnes diu viuent, quia benè viuent. Nectit Vates ex- *Infans, & senex pro omnibus ætatibus.* tremas ætates, infantiam & senectam, vt iis extremis medias & intersectas includat. *non erit infans, & senex qui non impleat dies suos*, i. nemo erit, quod alias dicitur: *a maximo vsque ad minimum.* ergo vitæ diuturnitas promittitur vt Ier. *Quæstio Resp.* infe. ... 21. *Secundum enim dies ligni erunt dies populi mei.* Sed nunc diuturnior sit ... vita Christianorum, quàm veterum fidelium contradicit experientia. Non id agitur ... id melior promittitur, & ideo maior, vt liquet ... pta tempus.

Quæris rursus, ânne omnes in Ecclesia bo- 59.
ni viri, vt dici possint longæui? nonne experi- *Quæstio alia.*
mur multos malos Christianos, & v... non plerosque? Forsitan ob id interpretes al... hoc de statu beatorum accipiunt: sed infra posita id non patiuntur. Vnde aliunde diluenda quæstio. *Resp. prima Secunda.* In primis doceo, hîc potissimum primam Ecclesiæ ætatem depingi, in qua plerique erant eiusmodi. Secundò agi de statu & perfectione legis Euangelicæ, in quam hæc & alia non minùs ardua, & admirabilia alibi promissa conueniunt. & quæ subduntur vsque ad finem huius capitis sunt eiusmodi.

Quod si multi sunt degeneres, & officium 60.
produnt quod in baptismo susceperunt, & pro- *Lex Euangelica perfectior veteri.*
fessi sunt, id non impedit, quominus prædicetur, & prædicetur quod secum fert lex Euangelica, & gratia Christi vberiùs in eâ communicata, quam in lege veteri, quæ erat lex paruulorum, & infantium, Paulo attestante. ex quo rectè consequitur Euangelium esse legem adultorum, emancipatorum, & ætatis grandæuæ. *Cum essem paruulus loquebar vt paruulus, sapie-* *1.Cor.13.v.11.* *bam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.* quod si Apostolus ad statum gloriæ acommodat, sed cùm ipse alibi fideles antiquos appellet paruulos, & sub tutoribus, fideles nouos autem, grandiores, & sui iuris: rectè Isaiam ad eam regulam adhibemus, & iuxta eam exponimus: vt nullus in Ecclesiâ sit futurus, qui non sit grandæuus scientiâ, & moribus si per per ipsum non stet, quia per statum non stabit: itaque vno verbo subintellecto, clarebit locus perobscurus: *Non erit ampliùs infans dierum, & senex, qui non impleat dies suos* (scil. si velit.)

Ex quo probè aliquid separatim ascribitur 61.
Ecclesiæ Euangelicæ, quod non sit commune

Synago

Ecclesia Euangelica aliquid proprium datur. Perfectio antiquorum qualis, & vnde.

Synagogæ: in quo deficiunt ferè aliæ interpretum expositiones. Nam in lege veteri hæc perfectio non erat omnibus proposita, & obuia, cùm eam status & conditio non postularet: vnde fuit paucorum, & quasi ex priuilegio præcepta, & præoccupata, cuiusmodi fuerunt aliqui Patriarchæ, & Prophetæ.

62. *Obiectio alia. Diluitur.*

Demum possint obiici contra hanc nostram interpretationem, ei non connecti sequens incisum *quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit*, sed asseto cum hac sola interpretatione rectè committi: nam prior pars *quoniam puer centum annorum morietur*, est confirmatio, seu probatio superioris asserti: scil. non fore, qui non impleat dies suos, qui moriatur immaturus, & iuuentu, ac lactens dignus, vt ibi num 56. *quoniam puer*, נער *nahar*, ætate morietur quoad mores & sensum, ac si esset *centum annorum*: i. virtutibus maturus, inueteratus: altera verò pars, quæ difficultatem facessit: *Et peccator centum annorum maledictus erit*: est elegans, & opportuna antithesis: scripturæ familiaris: ac si adderet: At inueteratus vitiis, is est *peccator centum annorum* erit in Ecclesia probrosus, & maledictus, & abominabilis: cùm non possit ea Ecclesia tam sancta, tam pura, Christi sanguine iam effuso emaculata non odisse valde omne peccatum, & quæ sunt grauiura, & maiora non abominari.

Peccator centum annorum, i. inueteratus. Ecclesia magis odit peccatum.

63. *Peccator est probro.*

Nam etsi vera religio vbiuis, & quouis statu peccatum auersatur, tamen quo maior est grauitatis ac fœditatis notitia, & maior vitandi obligatio, eo debet esse maius eiusdem odium & peccatoris dedecus, atque probrum: quod euenit in Ecclesiâ comparatiune Synagogæ. nam ex quo Christus mortuus est ad abolendum peccatum, & eius grauitas meliùs cognoscitur, & eius fugiendi arctius debitum nascitur. Vnde in Ecclesia ob hæc, & quoniam in eâ est altioris professio, & exercitatio sanctitatis, ideo peccatis consenuisse, & inueterasse est grauius, & probrosius. hinc illud Gregorij Mor. 1. c. 1. *grauioris culpa est inter bonos bonum non esse.* hinc, quod Paulus acerbiùs inuehitur in peccatores sui temporis.

Inter bonos esse malum, est grauius. Greg.

Arias: breu. Arias ad hunc sensum exponit verbum *maledictus erit*: *ita omnes*, inquit, *prudenter, ita temperate, ita innocenter ac sapienter viuent, vt prodigio, & monstro simile habeatur, atque detestabile censeatur exemplum, si quispiam eta affectus à Deo, vel centum annis peractis, peccet.*

64. *Arias ex parte non admissus.*

At in eo, quòd *centum annorum peccatorem* verbis relatis, & aliis deinceps clariùs indicat eum esse, qui cùm anteactam ætatem rectè exegisset, in senectute peccat, nobis non probat suam sententiam. cùm non minùs probrosus sit, & maledicto obnoxius qui totam vitam vsque ad extremum turpiter transegit. Meliùs S. Greg. libr. 16. Mor. cap. 3. exponit iis verbis: *Sed si a peccati perpetratione nec temporis longinquitate compescitur, hac ipsa vitæ longinquitas, quam per misericordiam Dei accepit, ad cumulum maledictionis accrescit.* Itaque perseuerantiam in peccando, se potiùs pertinaciam Gregorius vidit: eamdem vidit Lyra, qui addidit, peccatorem esse, qui diu peccat ex malitia, fortasse Lyra ex verbo חטא *chataa*, quod id videtur significare, sumsit: peccato-

Greg. Pertinacia peccandi.

rem inueteratum alij etiam agnoscunt, vt Sanctius.

65. *Puer centum annorum, in peius.*

Nonnulli *puerum centum annorum*, etiam in peiorem partem accipiunt vt sit idem qui peccator centum annorum. Consule e societate nostra Sanctium, Cornelium, & Delrium Adag. 812. quibus ego non est cur admodum repugnem, sed tunc mors *morietur*, aliter exponi debet, habebitur pro mortuo, nihili erit. nam si de morte æterna, vel de morte animæ exposueris, nihil peculiare dabis Ecclesiæ Christianæ, de cuius prærogatiuâ hic agitur sine dubio. Quare citius ad id quod modò docui, redeo, vt sit redditio caussæ, & approbatio superioris, atque adeo intelligatur de obito, vitæque functione.

Mors pro paruo sumi. Prior expositio resumitur.

66. *Additio. Adagialis.*

Quibus addo, videri mihi hoc quasi prouerbiali genere loquẽdi tradi, aduentente Saluatore, & prædicante, ac ostendente opes & gloriam, quæ latebant sub vera ac solida sanctitate, tum alia omnia, quæ homines plurimi æstimant, fore pro quisquiliis & pro stercore reputanda: & vitia, ac peccata quantumuis diuitiis, deliciis, splendore generis, & aliis humanis ornamentis regerentur, & inuoluerentur, fore probrosa, & abominabilia. & quoniam senectus ex se est venerabilis, conciliatque autoritatem: nam in omni bene morata Republica senibus assurgitur, & multos honor defertur: idcirco pro genere speciem vsurpans Vates ait: in Ecclesia Christi *filium centum annorum*, sic est, Hebr. si sit peccator, חוטא *hacchotee*, diu grauitérque peccans, fore *maledictum*, hoc est infamem, probrosum: contra, si quis sit honestissimis moribus, etsi sit puer, hoc est nullo humano præsidio, & ornamento commendatus, futurum esse ita venerabilem, & ita in morte honorãdum, ac si esset annos centum natus: quod non ita conuenit in Synagogam, in quâ cùm nondum esset detecta communiter altitudo diuitiarum spiritualium, plus tribuebatur bonis externis, vt patet in Patriarchis, quos ipse Deus iis valde auxit, & ornauit.

Senibus defertur. Peccator quantumuis illustris alias futurus ignobilis obscurus. Iustus alii obscurus futurus clarissimus. Bona temporalia in Synagoga pluris fiebãt.

Ex iis facilè lector intelliget quid probabilitatis habeant aliæ expositiones, quæ nihil afferunt, quod non sit omni tempori, & omni hominum conditioni commune.

Vers. 21. Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

Vers. 22. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt.

67. *Vita productior, & felix.*

PRoducit Isaias, Deus potiùs apud Isaiam filum inceptum de diuturnitate vitæ, & ab adiunctis amplificat & perpolit. Qui enim breui vitam finiunt quas ædificarunt domos, non habitant: quas plantarunt vineas, earum fructus non percipiant: at verò longæui labores manuum suarum manducant, & incolunt. quod magis explicat illa comparatione, *secundùm dies ligni*, quam LXX. explent addentes, *vitæ*, dies *ligni vitæ*: vbi respicitur Genes.

Malorem in die Paradisi c.c.73. Allegorice. cap. 2. vers. 9. cap. 3. vers. 22. Placebat maxime nota [illegible]: fore homines Christi beneficio vt primos homines ante peccatum in paradiso. A quo non [illegible] prouum [illegible] vers. ul. 3. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet, & omnia quacumque faciet, prosperabuntur.*

68\. Et [illegible] capite nasci solet, praeterquam è breui [illegible] vt quis domo ædificata & [illegible] plantata non vtatur: et cum vt possessione pellatur quod plerumque accidit grassante bello. Vnde Amos 5. vers. 11. id Deus minatur. *Domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum: quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra.* hanc domorum & vinearum amissionem futuram fuisse [illegible] nostrum, & bellica vastitate sumitur e principio capitis. Et Sophon. 1. versicul. 13. *Erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.*

Aliud in quibus frustratur usu rerum suarum Bellica vastitas.

69\. Ergo e diuerso, inhabitare domos à se ædificatas, & bibere vinum vinearum a se plantatarum, & est argumentum pacis, atque tranquillitatis, & præmium bonæ vitæ, illud quoque Cyrillus hoc loco agnoscit. Vide Ierem. 31. versicul. 5. & nostrum Vatem cap. 37. versicul. 30.

Pacis indicium, & præmium, & [illegible] possessio.

Altius aliud Sed ego aliquid altiùs suspicabar, discrimen legis nouæ a veteri: in qua Vates, aliique fabri ædificarunt, agricolæ plantarunt, sed non sibi, Ioan. 4. 37. *In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est, qui metit. Ego misi vos metere quod vos nō laborastis, alij laborauerūt, & vos in labores eorum introistis.* quod quemadmodum sit intelligendum, exposui capit. 52. numer. 83. Itaque antiqui fundamenta posuerunt, quibus Apostoli inædificarent Ecclesiam, antiqui seuerunt, semina iecerunt è quibus seges Euangelica pullularet: at quia Euangelio alia lex non est successura, ideo ab Apostolis, & Apostolicis viris sata, & constructa non in alterius populi vsum cedent.

Vates non sibi ædificarunt, & plantarunt.

Vers. 23. Electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.

70\. **N**On laborabunt frustra.] Cùm licitum futurum sit, & concessum domos à se constructas incolere, & vinetorum fructus percipere. Quod si priuari fructu & labore operum manuum suarum est peracerbum, quanto est peracerbius [illegible] suorum orbari? [illegible] ac proinde [illegible] est iucundum [illegible] domibus [illegible], & fructus arboribus [illegible] est multo iucundius [illegible] diu prole su [illegible] promittitur hoc [illegible] non [illegible] de [illegible] nali, qui [illegible] unde illa [illegible] rationes suas in conturbatione. quoniam [illegible] [illegible] ut dec [illegible] [illegible] cuius que ratio [illegible] *semen benedictorum est, & nepotes*, Hebr. *nimirum eorum cum eis.*

Fructus laborum securus.

Vers. 24. Eritque antequam clament ego exaudiam. adhuc illis loquentibus, ego audiam.

TAmetsi alibi S. Scripturæ tradunt Deum esse præsentissimum humanis precibus, votisque cùm ex officio, & mo[illegible] conuenien[illegible] fiunt sed est id peculiare donum [illegible] priuilegium noui testamenti: in quo Christus [illegible] conceptis verbis promisit suis fidelibus, quidquid petierint a Deo, suo nomine im petraturos. hoc loco non modò preces, sed etiam vo[illegible] auditurum pollicetur, non solùm clamores, i. contentiores preces, sed etiam [illegible] utiones, i. etiamque petitiones conceptas. Hoc & quod sequitur quis statui beatitudinis cœlestis aptet? Ergo sunt Ecclesiæ laborantis & militantis.

71\. Impetratio certior in Euangelio.

Vers. 25. Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas: & serpenti puluis panis eius: non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

AD ea, quæ cap. 11. versicul. 6. vbi eadem Vates prænunciat, habeo vix quod addam. Nam ibi quoque explodendam duxi ex Hieronymo, Millenariorum fabulam, qui hæc & alia superiora ad aureum illud à se confictum seculum abducunt. 72.

Quod verò hic, pro pane puluis serpenti assignatur, non est sensu diuersum ab eo quod capit. 11. dicitur: cum aspide & cum regulo collusurum infantem: cùm vtroque id tantum significetur, fore innoxium animal venenatum. id vt debeat intelligi, loco citato, vers. 8. num. 53. docui; & quid per montem sanctum vellet Isaias ostendere.

* * *

PROPHE

PROPHETIÆ ISAIÆ
CAPVT VLTIMVM.

1. HÆc dicit Dominus: Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ?

2. Omnia hæc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus: ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos.

3. Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.

4. Vnde & ego eligam illuſiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: quia vocaui, & non erat qui reſponderet: locutus ſum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.

5. Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum eius; dixerunt fratres veſtri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra: ipſi autem confundentur.

6. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis.

7. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum.

8. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens ſimul, quia parturiuit & peperit Siō filios ſuos?

9. Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus.

10. Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam.

11. Vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.

12. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium
A pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam ſugetis: ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.

13. Quomodo ſi cui mater blandiatur: ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini.

14. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt: & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis.

15. Quia ecce Dominus in igne ve-
B niet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis.

16. Quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

17. Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putabant in hortis poſt ianuam intrinſecus, qui comedebant carnem ſuillam, & abominationem, & murem: ſimul conſumentur, dicit Dominus.

C 18. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio vt congregem cū omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam.

19. Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam & Lydiam tendentes ſagittam; in Italiam & Græciam, ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam Genti-
D bus.

20. Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis Gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem ſanctū meum Ieruſalem, dicit Dominus, quomodo ſi inferant filii Iſrael munus in vaſe mundo in domum Domini.

21. Et aſſumam ex eis in ſacerdotes, & Leuitas, dicit Dominus.

22. Quia ſicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit
E Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum.

23. Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus.

24. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Matth. 5. v. 35. *Vers.* 1. Hæc dicit Dominus. Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?

1. *Summa capitis caput summa operis.* CApút vltimum, quasi stadij longissimi metam, & quasi nauigationis sinuosæ portum, Deo duce, ac moderatore contigimus, quod totius prophetiæ, si non epilogum, certe summam dicere possumus, & ipsi principio antistrophon: cùm vtrobique prænuncietur legis veteris abrogatio, plebis Iudaicæ repudium, & Gentilici populi subrogatio: Ecclesiæ Christianæ institutio, & amplificatio. Hæc est summa rei totius, quam Isaias rex Vatum hoc toto copiosissimo, & politissimo opere pertractat, vti perspeximus. Quod si alia adiicit, & intertexit, sunt vt parerga, vt emblemata, vt stragula, quibus Euangelium & Christus commodius, mollius, & venustius, insidat: vt cap. 45. vers. 13. num. 118. exposui, & etiam alibi.

2. *Vinculum. Hieron.* Quoad vinculum inter hoc caput, & antecedentia, Hieronymus iudicat, ne quis erraret sperans Ierusalem materialiter esse instaurandam, cùm suprà audiuisset, in monte sancto Dei fore illud prodigium de communione pecorum & ferarum, idcirco aufert hanc suspicionem, & occasionem errandi. *Aliq. aliter.* At Lyra, Forerius, Arias existimant, quoniam Iudæi ad finem capit. 54. versiculo 10. doluerant, templum esse desertum, & dirutum, hostias & sacrificia intermissa, de quibus instaurandis, atque restituendis visi sunt esse soliciti, & benè sperare; nunc Deum respondere, sibi templo opus non esse, nec sibi gratas esse victimas & oblationes, imò odiosas. *Osor.* Osorius in præfatione huius capitis ait, potuisse Iudæos sibi in animos immittere, minas præteritas fuisse vibratas aduersus Gentiles, qui Deum neque colerent, neque agnoscerent, se verò esse tutos, qui templum haberent religiosissimum, & augustissimum, hostiarum & sacrificiorum tot genera, tam accuratè præcepta, & tam magnificè apparata, & instructa: ideóque Deum hunc errorem, & falsam confidentiam palàm elidere.

3. *Nexus probandus. Iudæi nimiopere fidat templo & sacrificiis.* Conuenit hæc ratio copulandi, præsertim cùm tantopere coëat cum initio. Quantum Iudæi templo, & sacrificiis fiderent, quámque crederent hoc asylo esse munitos, tectósque, exposui ad cap. 1. vers. 11. num. 201. si illuc redire te non pigeat, cognosces meliùs, quorsum Deus hoc loco profiteatur se templi ornatu, & hostiarum apparatu non indigere.

4. *Error afferentium Deo membra inspici.* *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.*] Anthropomorphitarum tarditas & ineptiæ ex hoc & aliis similibus locis affingentium Deo membra, iam alibi refutatæ. & per se ipsæ corruerunt. Cùm Deus cœlo sedere

A concipitur, terram vt suppedaneum eius pedibus subsidere est consequens. D[illegible] habitare in cœlo quasi [illegible] notio: vnde in quouis periculo, & casu acerbo, oculos & palmas ad cœlum [illegible]tollimus vel [illegible] naturæ impulsu, & monitu [illegible] inde opem exp[illegible]tes & expectantes. Psalm. 122. v. 1. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.* Adde Seru[illegible] & Magist[illegible]um, qu[illegible] fere in Euangelio meminit Dei Patris, adiicere, qui est in cœl[illegible]. nota & scrutare. Itaque etsi Deus vbique est, neque id est dubium etiam naturali Philosophia, tamen iure dicitur habitare in cœlis, quia ibi [illegible]mè cognoscitur: ibi eius m[illegible]stas [illegible] enitêat. vide suprà c. 4[illegible] & [illegible]ap. 41 B num. 5. 101 vbi de Deo vbique existente. *Deus in cœlo. In periculo cœlum suspicimus. Cur Deus speciatim dicitur esse in cœlo. Matth. 5. v. 34.*

5. *Interrogatio aspernantis.* *Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?*] Hæc interrogatio aspernantis est, & affirmantis sibi eam domum vsui esse non posse: quod rectè c[illegible] superiori: si enim Deo est pro throno cœlum, pro suppedaneo orbis terrarũ, quo[illegible] requirat quoduis templum? qui vbique est, qui cœlo non clauditur, quomodo templo c[illegible] hoc sensu & consilio hunc l[illegible] S. Stephanus Act. 7. v. 47. *Salomon autem [illegible] sedificauit illi domum: sed excelsus non in manu [illegible] habitat, sicut Propheta dicit:* Cœlum mi[illegible] de[illegible]st, terra autem scabellum pedum meorum: C domum ædificabitis mihi, dicit Dom[illegible] quis locus requietionis mihi est? [illegible] nus mea fecit hæc omnia? *Deus loco nõ eget.*

6. *Deus se suis contentus, aliis non indiget.* Huic non est dissimile illud Psal. 49. vers. 10 *Quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli & pulcritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorũ?* Ego, ait Deus, nõ vtor escâ, non esurio; sed si esurirem, non te adirem, vt me pasceres, cùm mihi essent ad manum omnia alimenta, quippe Domino & creatori omnium: ad eumdem modum hoc loco Deus: Ego immensus, & spiritus, mens pura, to- D tius molis expers non vtor domo ad habitandum, non loco vllo contineor, aut circumscribor: sed si vterer, si egerem ædibus, non a te requirerem, nam cœlum posset esse mihi sedes, & terra scabellum pedibus meis. Vnde nihil est, quòd confidatis templo, quasi eo carere non possim, ac proinde necesse sit illud, & vos tueri nam cùm illud, & vos deleuero, nullum commodum amisero. Quod si roges, si Deo vsui nõ erat tabernaculum & templum, cur Deus iussit extrui? cur descripsit ipse? cur eius artifices & architectos impleuit peritiâ? lege 2. Paral. 6 v. 18. vbi ex Salomone didiceris. vno verbo respondeo, non quia Deus, sed quia populus egebat ad tempus: quo tempore transacto nulli E vsui erat. *Præcidit fiduciam in templo. Deus cùm templo non egeat, cur id mandarit. Resp.*

7. Ad hunc locum alluditur Ezech. 43. v. 7. *Et dixit ad me: fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum*: i. locus hic erit mihi instar cœli, & terræ, quorum prius est sedes, posterius suppedaneum: sic Maldonatus.

Deus vbique est. Qui Deum vbique esse ex hoc loco confirmant, sunt plures, & probè faciunt: horum lectori indigenti indicem dabo, Tertul. contra Praxeam cap. 16. Hilari. Trinit. lib. 1. ad initium. Psal. 141. v. 5. Psal. 122. v. 1. Psal. 126. v. 5. Psal. 131. v. 3. Aug. Psal. 81. v. 1

S. Ber

S. Bern. Deus in cælo singulariter. S. Bernardus in Psalm. 90. serm. 1. ad finem: expo[illegible] *in [illegible] e [illegible] es cælis [illegible] qui, licet enim [illegible] que [illegible] non dubitetur sic tamen in cælo est, vt ad eius comparationem, ne[illegible] e [illegible] videatur [illegible], propter [illegible] & [illegible] di[illegible] Pater noster, qui es in cælis. Vt enim anima et [illegible] tota quoque sit corpore [illegible] tamen [illegible]. & singularius est in capite, vbi sunt omne[illegible] sensus (n[illegible] in cæteris membris [illegible] eximie et [illegible], solo et tactum [illegible] quas[illegible] modum, qui in capite est, cætera mem[illegible]ra videtur non tam inhabitare, quam regere, ita [illegible] præsentiam [illegible] cogitemus, quæ beati Angeli per[illegible]untur, videri possumus [illegible] aliquam [illegible] prote[illegible] enem, [illegible] nom[illegible] habere.*

8. S. Dionys. S. Dion[illegible] Areop[illegible] de cœlesti Hierarchia [illegible] ad finem, cœl[illegible] hoc de Angelis exponi[illegible] *[illegible] γάρ [illegible], [illegible] τοὺς θεαρχικοὺς, ὡς τὰ λόγια φησί, κατα[illegible]. S[illegible] enim hæ mentes quasi De[illegible] similes, & [illegible] vt [illegible] scripturæ [illegible] dicunt, diuina, suprema* Citatur Isaias à S. Dionysio. *[illegible]*. Vbi non est d[illegible] hunc l[illegible]um ad [illegible] vtitur enim eodem nomine, quo LXX. *κατα[illegible]: requies.* Quare cu[illegible] tantum sit dau[illegible] S. Di[illegible] [illegible] diuinæ, & præcipu[illegible] in argumento de Angelis, hæc expositio teneri non [illegible] & [illegible] secundum eam, [illegible]men alterum *Terra* pro hominibus accipi d[illegible]bit. Cui expo[illegible]ioni cōgruit superior Bernardi [illegible] Vi[illegible] c. 1. v. 2. nu. 44. *Audite* Arcanior. *cæli, & auribus percipe terra* Arcanior adhuc Arias qu[illegible] o *cælo*, hominis animum, & in *terra*, corpus agn[illegible]scit, posse his illa accōmodari non dubito: [illegible] id voluisse Isaiam valde dubiu est mihi.

Vers. 2. Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus: ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.

9. Deus in quo quiescat. PRior pars versus iam est explicata in superiori. Posterior eò spectat, vt aperiat Deus, vbi quietem capiat. Cùm enim docuisset templ[illegible] ad id non esse opportunum: nam illa interrogatio. *Quis est iste locus quietis meæ* eò pertinet, vt dixi num. 5. superetat ergo vt nobis indicaret locum quietis suæ, & domum suæ habitationis, quam vellet sibi à nobis ædificari: quod præstat his verbis: *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.*

10. Dubitatio. Solutio. At cur non dicit Deus: super quem requiescam, vel, in quo habitabo, quod videbatur esse dicturus, sed dicit: *ad quem respiciam?* Ego puto respici ad templi primam ædificationem & consecrationem traditam 3. Reg. capit. 8. versiculo 27. vbi sic Salomon: *Ergo ne putandum est, quòd verè Deus habitet super terram? si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus, audi hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie. vt sint oculi tui aperti super domum hanc noctè, ac die.*

11. Domus & Templum Dei gratum, quale. Ergo Deus se oculos habiturum apertos die ac nocte pollicetur non super domum illam à Salomone ædificatam, sed super animam pauperculam, contritam, trementem Dei sermones, à S[illegible]tu [illegible] instructam & constr[illegible]m. [illegible] ro [illegible] affe[illegible] p[illegible] as. I[illegible]ue p[illegible] dicitur [illegible] nona Sacrificia noua. Ep[illegible] a, quæ [illegible] & [illegible] ce[illegible] is. Hinc [illegible] in[illegible]em [illegible] va[illegible] Dauid [illegible] & Christus Domin[illegible] Ioan. 4. ve[illegible] lo[illegible] *[illegible] mea ap[illegible] et [illegible] os meum annun[illegible] laudem tuam [illegible] si voluisses [illegible] vtique [illegible] non dele[illegible] aberis. [illegible] Deo [illegible] cor contritum [illegible] tus [illegible] despicies.*

12. David, & Isaias idem produnt. Hæc [illegible] habet [illegible]um ad q[illegible] ab [illegible] hic [illegible] D[illegible] *ad quem a[illegible]*, [illegible] Dauid ad Deum *non d[illegible]* [illegible] Psaltes, *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem, tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos.* [illegible] Hebræis quidem deesse Rabbini aliquot ita ipsos versus exponunt. [illegible] qui de tempore Ch[illegible] intel[illegible] R. K[illegible] citatur à [illegible] Galat. [illegible] præ[illegible] David, adueniente Christo benigne Deum facturum esse Sion, [illegible] in bona voluntate sua: tunc [illegible] muros ædificandos, nempe Ecclesiæ, tunc ac[illegible]ptum fore Deo *sacrificium iustitiæ*, [illegible] *cor humile, contritum, & tremens Dei sermones*; has fore [illegible] hostias, oblationes, hæc integra & illibata holocausta; laudes ex istiusmodi [illegible] de profectas, fore vitulos [illegible] Oseas c. 14. v. 3. *omnem aufer iniquitatem, & [illegible] bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum.*

13. Cultus internus est Deo gratior. Ergo Deus [illegible] potissimè requirit internum, [illegible] templum animum hum[illegible] em & sibi deditum: ibi habitat, in eo requiescit, in eo præcipuè colitur, & adoratur. Ioan. 4. versiculo 10. fœmina illa, quæ meruit edoceri tam altè. *Patres n[illegible] in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi* Samaritana. *adorare oportet. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Ierosolymis adorabitis Patrem. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate: nam & Pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare.*

14. Cultus externus non tollitur à Christo, sed præfertur internus. Sacramenta legis nouæ quàlia. Non aufert omnem cultum externum, sed præfert internum, docétque illum prisco Mosaicum externum auferendum omnino, & illius loco inferendum alium multo excellentiorem, qui licèt ex parte sit externus & corporeus; quia tamen sacramenta nouæ legis continent, & efficiunt gratiam, quam illa legis veteris sacrificia significabant, & adumbrabant, dicuntur & sunt *Spiritus* & *Veritas*: comparatione illorum, quæ erant corpus, & vmbra, seu figura. Olim præterea non erat fas Deū rituo publico, & solemni adorare nisi in templo illo Ierosolymitano: nunc licet vbique terrarū nullóque loco religio Christiana ci[illegible]cumscribitur. cancelli illi veteres sunt sublati, vbique locorum & gentium oblatio permittitur, & Deo grata admittitur, si offeratur corde paupere, cōtrito spiritu, & tremente Dei sermone. Ps. 73. v. 21. *Ne auertatur humilis factus confusus: pauper* 15. Augustin. Pauperes & humiles Deo grat[illegible]. *& inops laudabunt nomen tuum. Videtis fratres,* inquit S. Augustinus *quam dulciter debeat esse paupertas, videtis pauperes, & inopes pertinere ad Deum,*

Deum, sed pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Qui sunt pauperes spiritu? Humiles, trementes verba Dei, confitentes peccata sua, non de suis meritis, nec de sua iustitia præsumentes. Qui sunt pauperes spiritu? qui quando faciunt aliquid boni, Deum laudant, quando mali se accusant. Super quem requiescet Spiritus meus, ait Propheta, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea?

16\. Pro *pauperculo* LXX. substituunt *tapeinon, humilem*, [illegible] diuinæ [illegible] præcipue Psalmi adeò commendant pauperes, & tātæ curæ Deo esse frequenter affirmant, vt aliquid maius pauperis [illegible] sub eo vocabulo latere sit probabilis coniectura. [illegible] in iis pauperibus mihi videre videor [illegible], qui se tanquam omni humana ope destitutos gerunt, sibi diffisi Deo vni confidunt, & innituntur, eo contenti rebus omnibus creatis renunciant, quod ingenium & studium est humilium, vnde non incongruenter S. Augustinus pauperes spiritu pro humilibus capit, & Græca editio pro *pauperculo* exponit *humilem*. Humilis enim seipsum despiciens, vnum Deum suspicit, & a Deo respicitur singulariter.

LXX. Pauper in litteris S. aliquod maius. Autoris opinio.

Humilium ingenium.

17\. Nota S. Augustinum, & alios antiquos autores dum hunc locum adducunt, pro *ad quem aspiciam* referre, *super quem requiescit spiritus meus?* Vide Greg. 18 Moral. c. 15. edit. Roma. aliis c. 17. Nouatianum de Trinit. c. 3 inter opera Tertulliani. Bern. hom. 1 super *Missus est*. Quæ lectio nescio vnde manarit, cum Hebræa & Græca secus habeat. Sed certe benè respondet superioribus: *quis est locus quietis meæ?* ex qua interrogatione fortassis hæc alia interrogatio ansam cepit: *Super quem requiescet Spiritus meus?* quæ idem valet atque Vulgatæ: *Ad quem respiciam?* oculis, videlicet, benignis, & blandientibus, cuius aspectu oblecter.

Lectio alia.

18\. Quo loco quærere est opportunū, ne dicam, necessarium, ob quā rem Deus tantopere humilibus delectetur, & eius oculi ad eos inuolent. Sed antequam ad indagandam causam accedo, lubet Augustinum de hoc argumento disserētē inducere Ps. 91. ad v. 2. illum: *Parata sedes tua ex tunc*: legit ille: *Parata est sedes tua Deus ex illo*, & quærit: *Quæ est sedes Dei? vbi sedet Deus? in sanctis suis. Vis esse sedes Dei? para locū in corde tuo, vbi sedeat. Quæ est sedes Dei, nisi vbi habitat Deus? vbi habitat Deus, nisi in templo suo? Quid est templū eius, nunquid parietibus instructum? Absit: mundus iste fortasse templū eius est, quia valde magnus est, & digna res, quæ capiat Dominum? Nec capit eum, a quo factus est. Et vbi capitur? in anima quieta, in anima iusta ipsa illum portat. Magna res, fratres. Certè magnus est Deus. Fortibus grauis est, at infirmis leuis est. Quos dixi fortes? superbos, qui quasi habent præsumtionem virium suarum. Nam infirmitas illa in humilitate maior fortitudo est. Audi Apostolum dicentem: quando infirmor, tunc potens sum. Hoc est quod commendauit Euangelium, quia Dominus præcinctus est fortitudine quādo humilitatem docebat. Ergo ipsa est sedes Dei, quæ apertè alio loco in propheta dicitur: Super quem requiescet Spiritus meus? id est, vbi requiescit Spiritus Dei nisi in sede Dei? Audi quomodo describat ipsam sedem. Forte audituri eras marmoratam domum, amplam, spaciosam atriorum magnitudine, & fulgore tectorum. Audi, quid sibi paret Deus super quem requiescet Spiritus meus? super humilem, & quietum, & trementem verba mea. Esto humilis* [illegible] *quietus* [illegible] *habitet Deus*

Deus nullis-simus cum humilis tantopere oblectetur. August. Dialogismus.

Deus grauis fortibus leuis infirmis est.

Altus est Deus, non in te habitat [illegible] *fueris certe altus erit, & non habitet in te Deus* [illegible] *humilis esto, & trementi* [illegible] *verba* [illegible] Augustino. Qui postea [illegible] his verbis [illegible] afferre videtur, vt [illegible] paret contraria dicens [illegible] *Altus est Deus, non in te habitat, si altus fueris*. videbatur enim dicturus [illegible] *nisi altus* [illegible] *fueris*: nam altus non commode habitat in humili sede, aut loco vnde [illegible] contrarie addit: *Certe altus vis esse* [illegible] *habitet in te Deus*. 19.

Opp[illegible] Augustino.

Ex quo nascitur quæstio, & admiratio si Deus est altus & ipsa [illegible] omni [illegible] ne eminentior, quomodo diligit humilia, & demissa Psal. 137. vers. [illegible]. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit & alta a longe cognoscit*: humilia respicit, vt hic, *super quem respiciam* [illegible], cum fauore, at *alta* à longe cognoscit, [illegible] bos, vt Chaldæus, & [illegible] admirat[illegible]. *Hinc eminentis celsitudinis* [illegible] *admiratio* [illegible] *est*, ait Hilarius, *quod humilia* [illegible] *quæ* [illegible] *est. Sed qua humilia respicit? nempe, ipsi* [illegible] *tum, & humiliatum Deus non spernet*. [illegible] per quem respiciam, nisi super hu[illegible] mentem verba mea. *Sed quia excelsus* [illegible] *spicit habet in se aliam quoque admirationem* [illegible] *& alta de longe cognoscit. Superba, & vi*[illegible] *cogitationes Deum non fallunt, omnia* [illegible] *& nihil circumstantiis impenetrabile est. Deus* [illegible] *est, prope est iis, qui tribulato sunt corde: non adhæsitatur autem arrogantibus, neque* [illegible] *pè est Vnicuique enim nostrum pro* [illegible] *aut proximus est, aut remotus. Spiritualis* [illegible] *vbi se dignum est, acquiescens, & sedem* [illegible] *prope, & alta à longè cognoscit.* 20.

Deus propè, & procul

Itaque humilitas Deum allicit, superbia arcet: quia illa hominem Deo subiicit, ista [illegible] trahit, & aduersarium efficit. Vnde D[illegible] aduersariis, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. 1. Petr. 5. vers. 5. & Iacob. 4. vers[illegible]. 6. At cur nominatim Deus superbis resistere perhibetur? Nonne resistit etiam auaris, iracundis, rapacibus, libidinosis, & aliis vitiosis? His omnibus Deus infensus est, sed non eodem modo, atque superbis. Nam licèt aliorum peccantium quilibet Deum offendat; arrogans tamen & superbus quasi classicum aduersus [illegible] canit, illique bellum nominatim indicit [illegible] cùm ex peccatoribus aliud alius in peccando quærat, superbus verò glorian, Deo vnice caram sibi arroget, & de suis viribus præsumens insolenter diuinæ gratiæ detrahat perfidiorē. Quare rectè Cassianus libr. 12. qui est de superbia capit. 2. *Spiritualis superbia specialiter Deo aduersatur*. & capit. 7. *Non dixit Scriptura de his, qui aliis sunt inuoluti peccatis, quod Deum habeant resistentem, videlicet, Deus resistit gulosis* [illegible] *auaris, aut iracundis, sed superbis: illa enim peccata contra homines fiunt: superbia autem propriè pertingit ad Deum.* 21.

Deum humilitas allicit superbia arcet.

Deus superbis infensissimus.

Superbo peccatores Deū offendunt.

Cassianus.

Quod si superbus propriè atque directò rebellat in Deū, illūmque ex aduerso pe[illegible] mirum, si Deus ei specialiter resistere [illegible] eúmque peculiari odio repellere. [illegible] so cùm humili singulariter se [illegible] permittat, consequens est vt [illegible] ei f[illegible] uorem specialem præstet, & g[illegible] d[illegible] cātque vterque Apostolus voce c[illegible] *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* 22.

Humilis [illegible] Superbus [illegible] Pet. & Iac.

vter

vter ne hauriens ex S... ne Prouerb. 3. A vers. ul 34. *Ipse deludet ... es ... mansuetis dabit gratiam.* V... lum ... superbis, ... so ... ia superbi ... so ... s ... mi ... utát sua tátu esse ... cstimabit ... tos & ... ridcut, ... dunt: sed ipsi vicissim del... ..., & ... uerè puniuntur vt hostes. Ps. ... vers. 4. *Qui habitat in cælis ... idebit eos, & Dominus subsannabit eos.* At *humiles* apud Petrum & Iacobum, sunt apud Salomonem *mites* quia maxima inter vtrosque vicinitas. Vnde LXX. hoc loco reddentes *Ad quem ... nisi ad humilem & quietum.* ... & ... valde mudo adnotata ... & ex omnibus perspicitur, cur Deus homines sic animatos tam blandè respiciat. Vide Bernardum hom. 1. prope finem super *m... est.*

B

Vers. 3. Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo.

25. *Nerui.* EXclusit Deus templum, exclusit e con... menti ea, quæ fiebant in templo, sacrificia, blasi..., & incensa, & singula cum singulis rebus execrabilibus comparans ostendit sibi esse vehementer odiosa. De hoc argumento latis cap. 1. à versu 11. vsque ad vers. 15. ibi hæc sunt exposita. Canem vetari in sacrificio certum: quia certa erant & præscripta genera animalium sacrificabilium, quæ de quadrupedibus erāt armenta, & pecora Sed inter vetita ad sacrificium adeo erat canis execrabilis, vt cauerit Deus ita Deuter. 23. versicul. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo Domini Dei tui; quidquid illud est, quod voueris: quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum.*

Canis cur à sacrificio scclusus.

C

Canis proprie. 2. Reg. 3. v. 8. 1 Reg. 24. v. 9. Canis salacissimum animal reuertens ad vomitum, vile: vnde nunquid caput canis ego sum, & illud: *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo?*

D

De sue etiam immundo dixi cap. 65. v. 4. Cætera patent ex dictis.

Vers. 4. Vnde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.

E

24. *Talio. Contemnentes contemnuntur. Locus simillimus.* POena Talionis sæpe in codicibus sanctis à Deo imposita legitur, & verbis, quæ pungant expressa. Præsenti finitima est quæ Prou. 1. vers. 24. ita scribitur: *Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id, quod timebatis aduenerit.*

A Dixit Isaias suprà *hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.* Heb. *voluit.* & hoc versu iterum *& quæ nolui elegerunt:* i. quæ v... o, ipsi noluerunt & quæ ego ... hæc voluerunt, & elegerunt. ego quoque ... tesseram, par pari reddam eligam quæ illi abhorrent & inferam illis quæ maxime reformidant. illi ... illuserunt ego illudam illis. id quod apud Salomonem: *Despexistis omne consilium meum &c. ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit.* Vates noster. *quæ timebant adducam ... quia vocaui, & non erat qui responderet locutus sum, & non audierunt.* Eadem vtrobique culpa, eadem vtrobique punitio: experiri, & pati quod timerent. 25. *Par pari.* *Quod timent id experiuntur.*

B

Quod attinet ad locum Prouerbiorum S. Hieronymus de Iudæis Christum respicientibus, & de excidio Ierosolymitano ubi ... scelus illatu intelligit aitque id quod timebant, aduenisse: quia dicebant *conferentes ad inuicem Si dimittimus eum, omnes credent in eum & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem.* 26. *Prouerbium de quo.*

Quæ interpretatio si germana est, est locus loco non minus similis, quam ouum ouo. Nam apud Isaiam tractari idem argumentum plurium autorum est iudicium, Hier. Cyrilli, Procopij, Forerij, Haymonis, Adami, Osorij, Ariæ, Cornelij, & aliorum.

C

Illud: *Vnde & ego eligam illusiones eorum:* LXX. eodem modo & Procopius exponit Romanos, qui illudant eis. Alij reddunt *studia eorum, vel adinuentiones:* neque est dubium, esse peccata, quæ Deus eligere dicitur, i. punienda sibi proponere; sicut illi elegerunt, & sibi proposuerunt perpetranda.

27. Sed cùm omnia mirificè conueniant, illud in primis aptissimè: *Et quæ timebant adducam eis:* timebant enim, si sinerent, si permitterent Christum docere, & miracula facere, fore, vt omnes crederent in eum; & tunc Romani Remp. Hebræam de medio tollerent. O quàm vere dictum: *Timidæ cogitationes mortalium, & incertæ prouidentiæ nostræ:* nam quia illi Christum non dimiserunt, sed crucifixerunt, ideo omnes crediderunt in eum, incredulitas enim Iudæorum fuit occasio fidei Gentilium. Quis hoc crederet, nisi Apostolus gentium, aut alius idoneus autor affirmaret? Roman. 11. vers. 25. *Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc (vt non sitis vobis ipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.* Vide cap. 10. num. 75. Et quoniam Christum sustulerunt in crucem, ideo etiam venerunt Romani, & tulerunt locum eorum, & gentem; vnde Deus fidem suam per Isaiam hoc loco datā liberauit; *& quæ timebant, adducam eis;* cùm per Titum perdidit Iudæos, qui perhibetur aliquando fuisse testatus, *se sua sponte non duci ad afferendum tam luctuosum exitium* (erat quippe ingenio miti, & suaui) *sed se Numine ad id impelli.*

Ioa. 11. v. 47. Iudæi consulunt imprudentissimè. *Sap. 9. v. 14. Iudæorum perfidia est occasio fidei gentium.* *Locus notab.* *Sup. c. 10. n. 75.* *Titus Deo tribuit excidium Ierosolymæ.*

D

E

Vers.

Vers 5. Audite verbum Domini qui tremetis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur.

28. INterpretibus iis, qui hoc auertunt aliò, quàm ad tempus Euangelicum, difficilis esse potest contexendi modus: nobis verò est facillimus. Alloquitur enim Deus Iudæos bonos, Apostolos & alios his similes, de quibus v. 1. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementē sermones meos?* Quam odiosi fuerint Iudæi fideles Iudæis perfidis, & acta Apostolorum & epistolæ Pauli satis nos edocent: & Christus etiam apertè id futurum esse prædixit; cùm dixit, discipulos suos trahendos esse ad Synagogas, in eis flagellandos, ab eis vt homines scelestos eiiciendos.

Iudæi perfidi oderant Iudæos fideles: Matt. 10. v. 17 Ioan. 16. v. 2.

At quo sensu Iudæi hostes infensi pronunciant: *glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra?* ita Hieronymus: vt quid Messiam humilem & despectum nobis introducitis? gloriosum volumus: sed quia Crucis gloriam non agnoscunt, *confundentur*.

29. Plerique esse ironiam infidelium malunt: & hoc probabilius: nam & ipsi Domino è cruce pendenti similia probra à Iudæis ingesta sunt; Matt. 27. versiculo 40. *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus dicebant: alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.* Ad eum modum irridendos esse Christianos à Iudæis, prædicitur hoc loco, quibus fuit scandalum Christus crucifixus, qui vellent suum Messiam non spinis, sed vnionibus, gemmisque coronatum, & gloriosissimum humano more, & mundano modo regnantem, *ipsi autem* talia experientes, & expectantes *confundentur*, à suis hostibus victi, & irrisi, quod versus sequens habet.

Probabilior sensus.

Dominus irrisus in cruce.

Iudæi vellent Messiā laureatum, & splendidum.

Vers 6. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

DEscriptio obsidionis, direptionis & excidij Ierosolymitani, quam meliùs intelligentes studiosus legat Iosephum de bello Iudaico, libro præsertim 6.

Describitur obsidio, direptio.

Vers. 7. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus peperit masculum.

30. PArtus subitus, inexspectatus: partio sine parturitione: editio masculi sine dolore ponitur: come & præcursor partus est dolor, angor, tamen Genes. 3. versiculo 16. *in dolore paries* filios: & v. pro ... *Mulier* ... & ... Christi: *Mulier* ... bet, ergo parere sine dolore, ... nis, ... tara, ... Mariæ sine dolore ... à Rabbinis accipi de ortu Messiæ ... sic exponitur.

Ps. 47. v. 8.

Vers 8. Quis audiuit vnquam ... & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos?

31. CArnalis Israel tardè natus est, & adoleuit, spatia longa ... donec perueniret ad eum numerum, statumque vt populus, vt Ecclesia Dei, & Synagoga ... dici posset. Ætates Abrahami, Isaac ... Iacob patriarcharum exactæ sunt antequam ... retur, & quasi parturiretur. Peregrinationes, labores, pericula, difficultates, quibus ... defuncti sunt, fuerunt veluti partus ... quæ promittebat partum, & prolem. At ... Ecclesia Christi primitiua subitò est nota, ... die Pentecostes; accepto Spiritu sancto ... Apostoli procedunt in publicum, ... prædicant Euangelium: illi ipsi qui ... crucifixerant millen, & millenis conuertuntur: hoc est: *Parturiuit & peperit Sion filios suos* vix vlla signa & indicia puerperij præ... subitò enixa est Sion filios suos. Par... mirabilis. Sed si eius autor cogitetur, minuitur admiratio.

Ecclesia citò, sobolescit, quam Synagoga.

Pentecost. Hier. Lyra. Act. 2. v. 14.

Vers. 9. Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

SCholastici Doctores qui hoc testimonium corrogant ad comprobandam generationem Dei internam, & æternam non videntur curasse rerum consecutionem, & Vatis institutum, cui hæc expositio minime congruit, licet per argumentationem, & accommodationem aliquo modo possit admitti. Deus hoc loco sibi attribuit infinitam efficacitatem, & vim procreandi, seque facit causam principem omnium rerum procreatarum, & a quo causæ secundæ vim & efficientiam mutuentur: ex quo consequitur, cum posse non solùm quidquid omnes causæ collectiuè possunt, sed etiam multo ampliùs, quod earum omnium facultatem & vires transcendit: atque adeò posse filios non modò carnales, sed etiam spirituales gignere, & puncto temporis in lucem edere. 32.

Non de generatione Verbi, nisi per argumentationem.

Deus rerum omnium effector.

Vt enim Psalm. nonagesimotertio versiculo nono, Dauid rectè argumentatur, vt obseruat Hieronymus, dicens *Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* Sic Deus hoc loco si ... arg 33.

Nat.

cione vtitur. Vbi oportet animaduertere, non inferri in Psalmo, Deum audire auribus, aut videre oculi corporis, sed ex eo quòd sit creator hominis, & [illegible] nluum, cum debere altiori modo audire, & cernere. sic ex eo quòd Deus sit autor rerum omnium, & vim gignendi tribuat aliis, efficitur altiori modo sibi terinere, nempe gignendi spiritualiter: cumque illam vim priorem exerceat in mundo, consentaneum esse, vt hanc posteriorem & excellentiorem vacare omnino non sinat: & hæc est mens pluribus autoribus, istius interrogationis: *Numquid ego, qui alios parere facio, non pariam, dicit Dominus*: quod secundò aliis verbis effertur. Non dissimili ratione ducti Theologi aliqui clarioris notæ sentiunt, etiam si peccatum abfuisset Deum incarnandum fore, ob excellentiam operis.

Quo nobilius est opus eo Deus magis propendet.

34. *Dubitatio & obiectio.* At si Deus alios parere facit, ac proinde est princeps caussa partus, quomodo non parit? & si aliis generationem tribuit, quomodo possit esse sterilis? ad quid ergo opus est alia generatione, & partione, vt dicatur Deus pariens, & non sterilis? *Resp.* Respondeo, si desit generatio & nisus spiritualis, si desint filij, qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sint, Deus se sterilem & sine prole reputat: quantumuis aliorum omnium sit procreator & parens, ex quo quanti æstimet iustos & sanctos, facilè intelligitur.

Ioan. 1. v. 13. Iusti carissimi Deo.

35. *Hinc alia quæstio fideles veteres an filij.* Sed hinc alia nectitur quæstio; si hoc de Ecclesia Christi capitur, nempe, quemadmodum sit verum, Deum antea non genuisse; cùm fideles veteris testamenti gratia Spiritus sancti fuerint etiam regenerati, vt aliàs docuimus. Vide capit. 1. versiculo 2. numer. 65. 82. Solutio huius quæstionis possit esse non vna. *Solutio 1.* Prima: illam priscam sobolem fuisse exiguam, breuibus terminis gentis, & regionis conclusam: Psalm. 75. *Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius*, alibi, & aliis ignotus. At de sobole noua: *In Ecclesia magna laudabo te*: magna, locorum, populorum, ordinum omnium magnitudine, & amplitudine: dirutis cancellis & interstitiis Circumcisionis, & idololatriæ, & vniuersis nationibus, quæ sub sole sunt in vnum coëuntibus.

Ps. 75. v. 2. Ps. 113. v. 2.

36. *Solutio 2.* Altera solutio: antiquos fideles non habuisse statum filiorum, propriè, sed seruorum, quod alias à nobis fuit explicatum, gigni verò esse propriũ filiorũ. *Tertia.* Denique tertiò dici posset; filiorum natiuitatem propriè repræsentari, & exprimi in Baptismo, vt tradunt scripta Euangelica, & Apostolica passim. *Natiuitas in Baptismo.* Ioan. 3. versiculo 5. *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Tit. 3. vers. 5. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti.* Consulito capit. 41. numer. 84. cap. 42. versiculo 27. Ergo Ecclesia Christiana separato, & proprio titulo dicitur esse per Baptismum genita: & è latere Christi dormientis in Cruce, vt altera Eua, ex Adamo secundo producta. Vide capit. 40. numer. 333.

***

Vers. 10. Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui l[u]getis super eam.

37. *Gaudium consequitur natiuitatem.* IN puerperio, præcipue cùm editur mas, solent necessarij, & amici ad gratulandum accedere. Inductus est Deus vt genitor, Ecclesia vt puerpera. inuitantur nunc qui gratulentur ei. Luc. 1. versiculo 57. *Elizabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam cum illa, & congratulabantur ei.*

38. *Dubitatio. Resp. 1.* Ex hoc more petita est hæc oratio, & exhortatio. At qui sunt extra Ecclesiam Christianam, qui possint ei gratulari? Primum dico, non esse opus vt sint extra Ecclesiam gratulantes, cùm filij, id est, fideles ipsi fingi, & cogitari queant gaudentes de fœcunditate Ecclesiæ, de prolis augmento; vt cùm boni, & minimè inuidi fratres gaudent alios subinde sibi fratres nasci. Ecclesia enim, vt cap. 49. nu. 221. adnoto, mater simul, & proles non ineptè cogitatur. *Ecclesia est mater, & soboles.*

39. *Secunda.* Deinde addo, posse ad congaudendum inuitari Vates, & Patriarchas antiquos huius nouæ nubilis, & sobolis præscios. *Tertia. Angeli custodes.* Tertiò, Angelos custodes, & curatores Ecclesiæ: quibus omnibus benè conuenit prius membrum: Angelis verò posterius: *qui lugetis super eam*, non item. Vnde fortasse satius fuerit versum diuidere, ac distribuere, vt altera parte inuitentur iudicantes Ecclesiam esse fœlicem: & alterá parte iudicantes esse miseram, qui possunt accipi gentiles, & alij infideles, quibus Christi crux erat stultitia, aut scandalum.

Vers. 11. Vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.

Vers. 12. Quia hæc dicit Dominus: Ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.

Vers. 13. Quomodo si cui mater blandiatur: ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.

40. *Andreas apud Hugõ. Sanctius.* QVi hæc omnia Iudæis ab exilio Babylonico reuocatis attribuunt, res amplissimas, vt nihil durius dicam, angustè admodum interpretantur. Qui verò solis Beatis ascribunt, ita ampliter concipiunt, vt in viatores quantumuis iustos cadere non possint. Præiuit huic sententiæ Augustinus libro 20. capitulo 21. *August. Autoris expositio.* vbi vbertim versat hunc totum locum. Nos iorer eos medi[illegible], de Ecclesia Christiana præsenti expo[illegible] non soli, nam Hieronymus ple[illegible] interpretatur; sed ita

exponi

exponimus, vt tanta bonorum, & gaudiorum abundantia non sit omnibus etiam iustis communis, sed propria perfectorum: caeterum cùm omnibus in hoc faelici & aureo saeculo ob Christi meritum, & gratiam, liceat esse perfectos, neque sit difficile: inde fit, vt haec ingentia bona & gaudia Ecclesiae Euangelicae vniuersae dici possint esse promissa, & eius propria. Recutte ad cap. 25. versiculo 20. num. 59. Quo pacto facile intelligitur quomodo sint hae translationes exponendae. Sed nihilominus aliqua circa aliquot voces adnotarim.

41. *Vt sugatis, & repleamini ab vbere.*] Probe alij adnotarunt particulam, *vt*, non opus esse, vt sit caussa, posse esse consecutionem.

Lac olim probatum baptizatis. *Sugatis.*] Inducitur Ecclesia recens enixa, quae aptè tribuitur ei lac, & vbera plena: quibus alat infantes editos. Olim à baptismo praebebatur lac, vt recens natis, aduotaui id. c. 7. vers. 15. num. 85. quid ni etiam ad symbolum dulcedinis, de qua hic? Caetera similia sunt tradita cap. 60. cap. 49. vers. 18. quae de Ecclesiâ etiam militanti exposui, & inde quidquid opus fuerit ad praesens vaticinium illustrandum, afferri poterit.

Vers. 14. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis.

Ossa fulcra corporis, unde robur. Quoniam ossa praecipuae partes corporis sunt, & quasi fulcra, eis robur attribui solet, vigor, alacritas, cum benè habēr: & econtra cùm male habent, imbecillitas, languor, & maeror: quasi his affectus ossibus insideant. Prou. 17. versiculo 22. *Animus gaudens aetatem*

Gaudij vis. *floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.* Ergo vt maeror arefacit ossa, sic gaudium vigorem, & virorem immittit: vnde vt causa praecedit hoc loco gaudium, *gaudebit cor vestrum*, & vt effectus succedit, *ossa vestra quasi herba germinabunt.* i. quasi herba arida reuirescent, in qua vigoris & viroris restitutione *cognoscetur manus*, fauor, protectio Domini erga seruos suos: & indignatio aduersùs inimicos suos, eorum ossa exsiccans, & conterens, quorum prius rectè adaptatur Ecclesiae, & posterius nationi Iudaeorum à Deo derelictae, & permissae hostili Romanae potentiae.

42. Ossium germinatio pro resurrectione. Caeterùm quia plerique veterum, & multi recentiorum in ossibus germinantibus carnis resurrectionem agnoscunt, placet viui similitudinis explicare: cuius haec est summa, herbae atentes & siccae videntur emortuae: cùm vero humescunt, reuirescunt, & quasi reuiuiscunt, sic corpora humana cùm animâ restitutâ resurgunt, germinare, & reflorescere videntur. Psal. 27. v. 7. *Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.*

43. Herbae potissimum rore perfusae reuirescunt: vt c. 26. v. 19. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent; expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus. Ros lucis*, i. antelucanus, matutinus, vt illic expono, vbi quia lectorem latioris commentarij audium hue distuli, visum est hunc locum amplius exornare ex illo Psalm. 109. v. 3. *In splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.*

44. Expositio huius loci. Resurrectio. Psalmus totus est de Christo, nemine Catholicorum dubitante. Praeterea scitum est, resurrectionem Christi dici natiuitatem, Act. 13. v. 33. vbi Paulus: *Resuscitauit Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te.* tametsi alij secus existiment; & resurrectionem communem appellari regenerationem constat ex Matt. 19. versiculo 28. quo significatu dicitur Christus *primogenitus mortuorum.* Nominatim hunc versum 3. Ps. 109. accipiunt de resurrectione Christi, Iac. domnicus Legion. in libr. de nominibus Christi, Iansenius in concordia Euangelica c. 145. Viegas Apoc. 14. sect. 31. refert inter alias expositiones vt probabilem, & pro ea citat Hilarium ad eum locum, sed istius Psalmi 109. commentarius non exstat.

45. Vulua pro sepultura. Ambros. Quâ expositione praemissâ, erit operae pretium aduotare verba Hebraea: *a vulua, ab aurora tibi ros natiuitatis tua*: Vulua pro sepultura ritè supponitur: nam si resurgere, est renasci, vt patet, sepultura est altera vulua. Ambros. serm. 56. qui est de Cruce: *Quin potius ipsam sepulturam vuluam dixerim: est enim similitudo non parua. sicut enim Dominus de matris vulua viuus exiuit, sic de sepultura viuus resurrexit, nisi quod gloriosior est ista, quam illa natiuitas. illa enim corpus mortale genuit, haec edidit immortale: post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad caelos.*

46. Vis verò praecipua similitudinis, quam expendimus, reperitur in illis vocibus, *Ab aurora ros natiuitatis tuae*: i. vt enim herbae quae solis antecedentis ardoribus exaruerant, & erant mortuae, oriente aurorâ, & irrorante rursus virorem & hilaritatem induunt: sic corpora mortua superinfuso, Deo iubente, spiritu roscido, & viuifico recipiunt quam amiserant vitam, motum, sensum & vigorem.

Occasus solis mors quaedam est: & illo occidente flores, herbae teneriores cadunt, flaccescunt, & quasi moriuntur; ortus solis, est natiuitas: Eccles. 1. versiculo 5. *Oritur Sol, & occidit; & ad locum suum reuertitur: ibique renascens, &c.* ergo eo renascente, & aurora rorante renascūtur modo dicto flores & herbae: & laetiores apparēt quam antequam cecidissent, & aruissent: idem accidit in resurrectione corporum: & multabiliter euenit in resurrectione Christi, de qua in Psalmo, quem versamus: *In splendoribus Sanctorum e vulua, ab aurora*, vel *prae aurora*, *tibi ros natiuitatis*, vel, *adolescentia tuae.* Psal. 109. 3.

47. Paraphrasis Psal. 109. 3. Hoc est: Sanctorum agminibus splendidis & gloriosis stipatus, & amictus lumine, sicut vestimento procedis e sepulcro, vt e secundo vtero, illibato, in quo nemo fuerat positus, in ipso aetatis flore verè floridus, & Nazaraeus, roscidus, rore perfusus, id est, resurrectionis vigore laetior, & pulcrior quàm ante mortis occasum, corpus enim illud in passione emarcuit, & exaruit: exaruit tanquam testa virtus mea: in resurrectione refloruit. Psalm 27. v. 7. *Et refloruit caro mea*: quo loco Hieronymus vt confirmet agi do resurrectione, allegat hunc Isaiae: *Ossa vestra vt herba germinabunt.* Hieron.

48. August. Porrò comparationem esse commodam alij Patres attestantur. Augustinus serm. 2. de consolatione mortuorum: *Sicut rore moderata ferina*

[illegible] germinant & exsurgūt, sic & sa[illegible] [illegible]bum visitata cum corpore in æterna[m] gl[or]iam [ger]minabunt. & Greg. G[reg]orius magis adl[ud]it ad [Ch]ren 4. Mor[al.] [illegible] *Ortus auroræ est illa noua natiuitas [illegible] [illegible], qua sancta Ecclesia etiam carne [illegible] [illegible] [illegible] oritur ad contemplandum lumen æternitatis. Si enim ipsa carnis [illegible] [illegible] qua[illegible] [illegible]adam natiuitas [illegible] [illegible] [illegible] de ea veritas non dix[iss]et: in regeneratione cum sederit filius hominis in [se]de maiestatis suæ.*

49. Deniq[ue] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] pu[llulare] corpora, esse idem quod resur[g]ere, habemus Eccl[e]s. 46. vers. 14. cap. 49. vers. 12. priori loco. *et sit memoria illorum in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo.* & post[er]iori *Et duodecim Prophetarum o[ss]a pullulent de loco suo.* Ex quibus accedit probatio maior huic posteriori expositioni de resurrectione: quæ si tenetur: illud, *cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis*: de vltimo præmio, & supplicio fuerit. de quo supplicio probe accipiuntur duo versus subsecuti.

Vers. 15. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suum, increpationem suam in flamma ignis.

Vers. 16. Quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem. & multiplicabuntur interfecti à Domino.

De iudicio extremo. HÆc de iudicio postremo patent: neque sunt difficilia de quouis alio tempore, quo Deus [vl]tus fuerit hostes suos, suique populi. sed magis bærent si de iudicio cum Patribus interpretemur.

Vers. 17. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem. & murem: simul consumentur, dicit Dominus.

50. *Translatio varia.* VAriè transfertur: *post ianuam intrinsecus*: Sed nobis Vulgata translatio præ omnibus, cui concinit Græca LXX. *ἐν τοῖς προθύροις, in vestibulis*: ex quo sumitur, solitos fuisse se purificare siue abluendo, siue aliter, in vestibulis delubrorum, quæ erant exstructa in hortis, & in nemoribus. de ritu idololatrico hortorum egi ad c. 1. v. 29. n. 194. Vnde Latinus benè conuertit: post ianuam intrinsecus: nam post ianuam est vestibulum. qui alias versiones amet, adeat Hieronymum, & Cornelium.

51. Quicumque fuerit modus iste se sanctificandi, & mundandi, certe superstitiosus & idololatricus fuit: vt Cyrillus & Procopius exponunt. Etsi S. Hieronymus ad Scribas & Pharisæos transfert, quos Christus reprehendit, quod mundarent se deforis variis ablutionibus, & intus essent sordidissimi.

Deinde hanc reprehensionem pertinere ad Iudæos, vel inde co[lligi][illegible]us, quod reprehendantur comedentes *carnem suillam*, qua soli Iudæi interdicebantur Vide c[a]p. 65 vers. 4. vbi sunt fere eadem: vbi immundi, & valde profani se sanctos iud[ic]ant & [illegible] vt immundos a se arcent. Augustin. de ciuit. cit. mi[hi] a[l]iter, *sed* non probo.

Abominationem & murem.] Prius nomen fa[-] ci[le] exponimu[s] [illegible]bos [illegible]ge ve[st]ito. Posteri[us] verò, videtur non pr[o]prie capien[d]um [illegible] q[ui] enim murem c[ome]n[de]dat. Sed a[i]t [illegible] op[illegible]us: *sunt tamen aliqui, qui mures terrestres etiam [n]unc comedunt.* addit etiam ab aliquibus sic expo[ni], vt nō murem comederent, sed ado[rar]ent. [illegible] [illegible]oy[illegible]mus assert esse *garum*, vel iuxta Orien[tal]is prouincias, *μυῶν*. Leu. c. 11. v. 29. inter animalia polluta, & vetita recensetur.

Vers. 18. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam.

Vers. 19. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam & Lydiam tendentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad [e]os qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam Gentibus.

INsulsissimi, & ineptissimi sunt hoc loco Iudæi hæc exponentes de reditu ab exilio Chaldaico: vt miter non piguisse Thomam & Hugonem vel referre. 52.

Aeolusbia habenda ratio. Qui ad iudicium extremum omnia continenter transferunt, vt Lyra, non possunt rneri texturam: qui verò partim ad primum Saluatoris aduentum, partim ad secundum aptare conantur, filum sine causa abrumpunt, & *ὕστερον πρότερον* admittunt, cùm post secundum aduentum tractatum, redeatur ad primum in ver. 19. & postea resumatur aduentus secundus: quæ Inconcinnitas non videtur ascribenda vlli Vati, ne dum Isaiæ, cuius elegantia dictionis est cæteris excellentior.

Auctoris sententia. Ergo agitur de priori Saluatoris aduentu, & vocatione Gentium, Ecclesiæ fundatione: quæ actio nectitur satis benè cum superioribus, vbi reprobatio Iudæorum prædicitur, vel vt vult Cyrillus, est quædam anacephalæosis & summa totius operis. *Anacephalæosin*, inquit, *quandam hisce verbis facit totius orationis & prophetiæ Christus: & breuiter, & quasi succinctè quæ ab initio ad finem vsque facta sunt variatimque dispensationis in carne expedit. Commemorat enim & vocationem Gentium, & sanctorum Apostolorum patefactionem, & quod ab vniuerso terrarum orbe adorabitur.* Aug. 20. Ciu c. 21. *Summa totius operis.*

53. *Ego autem opera eorum & cogitationes eorum.*] Rectè monuerunt ante nos aliqui aliquid desiderari, quod sit supplendum vt, *noui*, apud Marianam: vel *diiudico*, apud

apud alios. Ne quis, vel quia etiam occulti, vel quia intentio mala latebat, confideret fore impunita. quo sic expleto, expeditè sequitur.

54. *Venio, vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis, & venient, & videbunt gloriam meam.*] Præpositio *cum*. *cum omnibus Gentibus*, præpodit nonnihil: sed sane את et, est articulus, & sic L X X. intellexere reddentes. ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη: *Venio congregare omnes gentes* scil. ad fidem, in Ecclesiam, quod est, instituere: fundare congregationem & Ecclesiam non vnius Genti & linguæ vt antea, sed omnium Gentium & linguarum.

55. Signum, quid. Varie captum Probabilius. *Et ponam in eis signum.*] Alijs est Crux; plerisque alijs templa, & aræ, aliaque sacra propria Ecclesiæ: alijs Baptismi character respondens signaculo circumcisionis: alijs aliud.

Mihi erat nihil definire, sed ipsa Religio noua Christiana: & eius professio, quâ & à Iudaismo, & a Paganismo secernebantur Christi discipuli, & qua inter cæteros excellebant. Vide c.61.v.9. *Omnes qui viderint eos, cognoscēt illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.* Ad quod sentiendum adducor voce Hebræa אות *oth*, signum distinctionis, & agnitionis.

Et mittam ex eis, qui saluati fuerint ad Gentes.]

56. Primi fideles ex Iudæis. Nota & signum certissimum Apostolorum, & Iudæorum aliorum principio credentium, qui *Saluati* sunt, vel vt Hebr. *euaserunt*, *escaparon*: quod recte conuenit iis, qui commune periculum & exitium effugiunt.

Ad gentes in mare.] Hoc loco Tharsis, de quo nomine c.2.v.16.num.66.

In Africam & Lydiam tendentes sagittam.]

57. Si crederem magni interesse, de his nationibus accuratius disserere, tametsi in calce & meta, non parcerem labori: sed cum constet per has paucas nationes expressas, indicari alias omnes vniuersè, abstineo à dissertatione cosmographica minime necessaria. illud verò: *tendentes sagittam*, seu, *arcum*, vt in Hebræo, sine dubio refertur ad Afros, & Lydios, sagittarios peritissimos. S. Hieronymus tamen de istis populis fusè disputat.

Vers. 20. Et adducent omnes fratres vestros de cunctis Gētibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Domini.

58. Accessus ad Ecclesiam facilis, commodus. ALloquitur Deus Iudæos, & promittit per eos qui ex illis fuerint saluati, i. per Apostolos, adducendos esse in Ecclesiam alios contribules, pluresque Gentiles, fratres germanos non genere, sed fide, Israelitas non secundùm carnem, sed secundùm spiritum: eosque esse adducendos commodissimè: eò ego existimo pertinere *equos*, *quadrigas*, & alia vehiculorum genera. neque ab hac existimatione puto esse alienos Hier. hîc & S. Aug. de ciuit. 20.c.21. qui exponunt, quæuis præsidia & adminicula tam Angelica quàm humana procurata diuinitus. S. Hierony. singula horum vehiculorum ad diuersos ordines hominum & animarum adaptat eo modo qui mihi sapere videtur genium Origenicum. si cui fuerit opus, liber est ad manum.

Vers. 21. Et assumam ex eis in Sacerdotes & Leuitas, dicit Dominus.

SI vò *ex eis*, interpreteris, *ex eis quos mittam ex eis, qui saluati fuerint* sup. vers. 19. vt primùm interpretatur Sanct. Hierony[mus] nihil obstat: at si interpreteris de Gentibus conuersis & adductis; vt deinde idem Hieronymus interpretatur, obsistit vers. 6. c. 61. *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri dicetur vobis*: vbi hanc prærogatiuam dedimus Iudæis, vt ipsi essent Sacerdotes, alij verò e Gentilibus Agricolæ, & Vinitores, vt ibi exposuimus. Cæterum istic à numer. 116. hanc difficultatem expediuimus, non [a]gi nimirum de quouis ordine Sacerdotij, sed de supremo Apostolico: de quo non [...] de ordinario sacerdotio nisi placeat Sa[cerdotes] & Leuitas pro principibus & nobilibus in Rep. Christiana, & in Ecclesia accipere ad quod non sim difficilis. vide cap. [6]1 numero 125. 59. Prærogatiua Iudæorum. Sacerdotes, & Leuitæ, qui.

Vers. 22. Quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

SÆpe cum S. Scriptura vult rei alicuius diuturnitatem & constantiam nobis ostendere, eam cum cœlestium orbium perpetuitate, & cum terræ stabilitate componit. hoc fit hoc loco: iis duobus corporibus constantissimis, & æternis Ecclesia Christi, semen spiritoale comparatur: nam Ecclesia prisca & Synagoga non fuit eiusmodi. At cur *cœli noui*, & *terra noua* nominantur? si fidis Ariæ Muntano, quia integra durat, & adeo immutata, ac si heri fuisset condita. Si huic non acquiescis, possit dici quia in fine mundi sunt innouanda, & in meliorem aliquanto conditionem mutanda, ex quo tempore neque motus, neque mutatio erit vlla: atque adeò summa stabilitas, & constantia: nam terra nunc etsi stat immobilis secundùm se totam, at secundùm partes mouetur, & alijs mutationibus est obnoxia: cœli quoque è loco in orbem cientur: at à die iudicij hæ mutationes cessabunt, & erit omnimoda firmitas, & constantia. 60. Cœlum & terra adhibentur significanda constantia. Cyril. A die indicij cœlum & terra meliores habebunt quoad constantiam.

Hoc ego hoc loco capiebam; quare ad disputandum de mutatione mundi in fine seculorum non agnoscebam officium & debitum interpretis huius loci. Quod non ad longæuitatem, sed ad dignitatem & splendorem libeat hanc comparationem admouere, eo casu *cœli noui, & terra noua*, metaphoricè sunt accipienda, vt cap. 65. vers. 17. vbi reperies alia loca relata, in quibus tractatur eadem cœlorum, & terræ metaphorica renouatio. Sensus commodus. Metaphoricus sensus alius.

Vers.

Verſ. 23. Et erit menſis ex menſe & ſabbatum ex ſabbato: veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit Dominus.

61. *Locutio rara, & obſcura.* LXX. de ſuo appoſuere: *in Ieruſalem*, poſt: *coram facie mea.*

Variè explanatur. Locutio hæc rara, alibi, quoad meminerim, non vſurpatur: vnde anſam præbuit expoſitoribus in varia diuertendi, ita vt tot fere ſint expoſitiones, quot autores. breui ſubiicio lectori, vt eligat, nequaquam tacebo tamen ipſe, quid probem.

Primò. Arias. Nouilunia, & ſabbata quæ olim celebrata ſunt in vmbra, & typo, fore in Eccleſia celebranda in veritate: renouationem Adami veteris, & requiem animi. Pro qua expoſitione intelligenda, & aliis, aduerte *menſem* Hebr. *Menſis Heb. à verbo, nouare.* dici à verbo חדש *chadas*, quod eſt *nouare*, & poni interdum pro primo die menſis, pro *Kalendis*, ſeu *Neomenia*, vt 1. Reg 20. v. 5.

62. *Secundò. Tertiò.* Cyrillus: Erit continua acceſſio fidelium ad Chriſtum, & Eccleſiam. Haymo: Menſis pro luna, & luna pro Eccleſia: Eccleſia cæleſtis fit ex Eccleſia terreſtri. ſabbatum illud & requies æterna ex hac temporali: nullus enim in cœlo qui non legitime & bene requieuerit in Eccleſia præſenti.

63. *Quartò.* Forerius: Singulis menſibus, & ſabbatis in Eccleſia Chriſti erit celebritas, id eſt, frequentior quàm in Synagoga, in qua ter tantùm ſingulis annis fideles conuenire iuſſi ſunt. approbat id Sanctius, & Cornelius non reſpuit. *Quintò.* Vatablus feſtorum continuationem agnoſcit, ſed non explicat, vbi.

64. *Sextò. De beatitudine.* Plerique Scriptorum hæc feſta in cœlum transferunt, Hieronymus, Auguſt. ciuitate 20. capit. 22. Procop. Adamus, Oſorius, Pintus, Sà, Dionyſ. Leo Caſtrius, & ab eo citatus Theodoretus. Mariana noſter hic inchoari, illic in patria perfici.

65. Sed ex iis aliqui diſertiùs, *Menſis ex menſe*, ſignificare perpetuam durationem, ipſam æternitatem, quia Menſis eſt quaſi menſura durationis nota, & vulgaris: at *Sabbatum ex ſabbato*, deſignare ipſam beatitudinem: vtrumque verò iunctum completam felicitatem, requiem æternam. hoc ipſe ſumo inprimis ex Lyrano, cui viſi ſunt ſubſcribere Dionyſius, & Emmanuel Sà.

66. *Septimò.* Denique Hieronymus: Huius temporis celebritates vertendas eſſe in illas perpetuas cæleſtes.

Hæc quâ potui breuitate ex autoribus contraxi, de quibus iudicium eſt ferendum.

Cenſura autoris. Status præſ. Cum primis eò acclinabam, vt crederem adhuc Iſaiam prædicere de Eccleſia præſenti. tametſi non inficior poſſe facilè à maiori traduci ad cæleſtē Ieruſalem. Ratio me eò ducens eſt contextus ipſe qui videtur eſſe adhuc productus: & particula, *coram me, vt adoret coram me*, quæ alludit ad tabernaculum, & minùs conuenit ſtatui beatorum, qui reuelatâ facie Dei faciem intuentur: quod LXX. videntur agnoſcere, addentes: *in Ieruſalem.*

67. Deinde, *Menſis ex menſe, ſabbatum ex ſabbato*:

tametſi non incommodè exponitur, vt ſit continuatio, vel frequentatio feſti iteratum, mihi tamen plus placebat, vt ſit tranſmutatio, & conuerſio, quod vidit Hieronymus, licet ipſe *Mutatio legis & ſacerdotij.* velit eſſe de temporalibus in æternas: ego quidem velim eſſe de Iudaicis in Chriſtianas: i. erunt dies feſti in Eccleſia, ſed alij, atque in Synagoga erunt ſabbata, ſed alia atque illa. Quæ in ſabbatis & feſtis tegebantur, & ſignificabantur, in Eccleſia habent & complebuntur.

Particulam, *& erit menſis ex menſe*, affert e 68. *Auguſt.*
tranſitionem, & mutationem a termino, a quo, præter Hieronymum citatum num. 64. bonum autorem, docet Auguſtinus ſimiliter allegatus num 64. iis verbis: *Erit eis menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, tanquam luna ex luna, requies ex requie, quorum vtrumque ipſi erunt, cum ex his vmbris veteribus, & temporalibus in illa lumina noua, & ſempiterna tranſibunt.*

Hæc interpretatio mirum in modum conuenit inſtituto prophetico de mutatione legis 69. *Conſenſum.*
antiquæ, quam conſequi debuit mutatio feſtorum & ſolemnitatum. Vnde abhorrui enim ab Hugone Cardinali, quatenus docet, poni has duas ſpecies feſtorum dierum, ſcil. *Kalendas & ſabbatum* pro genere, pro reliquis. Sed ſi quis malit poni propriè, & ſeparatim, quia olim eſſent præcipue dies celebres, & præterea cupiat ſcire, quid illi prætenderint, vt cognoſcat quemadmodum in Eccleſia celebrentur ex vero, vti dixi num 67. is referat ſe, niſi piget, ad cap. 1. verſiculo 13. numero 216. & numero 229. & in hoc poſteriore tomo ad cap. 56. verſic. 4. numer. 21. Videat etiam Galatinum lib. 11. cap. 8.

Illud, etſi argutius, placuit non præterire, 70. *Obſerua.*
in Hebræo eſſe: *Erit menſis ex menſe eius, & ſabbatum ex ſabbato eius.* vbi pronomen *eius* etſi videri poſſit eſſe paragogicum, & redundans tamen quia memini dici ſupr. cap. 1. verſ. 14. *Kalendas veſtras & ſolemnitates veſtras, odiuit anima mea*; & pronomen *veſtras*, prodit Dei faſtidium, vt adnoto illic verſ. 11. num 202. Sic hoc loco, Neomenia eius, & *ſabbatum eius*, vt Deo odioſum, accipio, *erit menſis*: i. Neomenia grata Deo, ex Neomenia eius ſci. Synagogæ, quæ Neomenia erat ingrata: & erit ſabbatum Deo acceptum ex ſabbato eius, quod minimè placebat.

Verſ. 24. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni.

AB iis, qui antecedentem verſum de cæleſti, & celebri gaudio, æternóque præmio explanant, facillimè obtinebimus, vt hunc de inferno, æternóque ſupplicio interpretentur. At nos qui ſecus iſtic fecimus, quomodo tranſitum a præſenti ſeculo ad futurum inſtruemus? Sed cùm tanti momenti ſit ad vitam piè inſtituendam, futuri cruciatus interminabi- 71. *Nexus. Cur hoc loco de pœnis inferni. Pœnæ æternæ conſideratio iuuat ad pietatem*

lis cogitatio: cúmque pars gloriæ sit pœnas illas euasisse; difficile non fuerit rationem inuenire cur propheta Isaias ad proponendum & obiiciendum mentis oculis damnatorum supplicia transierit. Certe S. Augustinus cap. 22. libr. 20. de ciuitate Dei, affirmat Vatem voluisse terminare suum librum eo quo terminabitur seculum. quod etsi magis licuit Augustino dicere, quoniam ille ante cedentia de præmio beatorum exponit: sed ratio in hanc quoque ex parte conuenit expositionem.

S. Augustini ratio.

Forerij & Ariæ.

Aliam rationem Forerius offert: vt boni intelligant quam salubre consilium ceperint recipientes se ad Ecclesiam & bonos mores, cum videant tam seuerum Dei iudicium & supplicium in eos, qui secus se gesserũt. Eodem Arias collineat, & Sanctius.

72. Quæ ratio committendi hoc cum superioribus mihi placet, & mihi quam sequor sententiam supra, confirmat. Nam cur boni spectatores considerent pœnas damnatorum, ratio & caussa maior se offert, quam cur eaidem beati spectent: cùm illis ad se in officio continendos possit esse hæc consideratio valde apposita. Prosper libr. 3. de vita contemplatiua. c. 12. bene de hoc: hi verò, beati inquam, hoc præsidio iam non egeant. nam quod attinet ad iustitiam Dei commendandam, commune est vtrisque. Itaque vno verbo affirmo, videri mihi aptius iustos hîc viuentes induci ad hoc spectaculum quàm beatos: etsi non sit dubium ab his cognosci pœnas infernas.

73. *Cyrilli alia expositio.*

Cyrillus vtrumque ad hoc seculum retulit, & spectatores, & spectatos atque conspectos; illos iustos, & fideles: hos Iudæos à Romanis interemptos: tametsi illam etiam expositionem de supplicio æterno commemorat, & non reiicit. Ergo nos mediam viam insistimus, vt qui spectant sint in hoc seculo: qui verò spectantur sint in altero: & spectandi modus non sit corporeus, sed spiritualis: in quo cum autoribus alterius sententiæ conuenimus cum Hieronymo, & cum Augustino, qui posterior in illis duobus capitibus 21. & 22. libr. 20. videtur mihi sumere multa ex S. Hieronymi commentario istius capitis: vt vtrumque attentè legens intelliget: vt neminem pudeat è bonis autoribus, vt è fontibus haurire.

Augustinum sumsisse è Hieronymo.

74. Aug. *Et egredientur & videbunt cadauera*, &c.] *Sed quomodo egredientur boni* (rogat August. cap. 22.) *ad videndas pœnas malorum? numquid corporis motu beatas illas relicturi sedes, & ad loca pœnalia perrecturi, vt malorum tormenta conspiciant præsentia corporali? absit: sed egredientur per scientiam. Hoc enim verbo significatum est eos, qui cruciabuntur, extra futuros: propter quod & Dominus ea loca tenebras exteriores vocat: quibus contrarius est ille ingressus, de quo dicitur seruo bono: Intra in gaudium Domini tui. nec illuc mali putentur ingredi vt sciantur, sed ad illos potius egredi per scientiam, qua eos cognituri sunt boni: quia id quod extra est, cogniturі sunt.*

75. *Boni fideles vident: infideles alios extra fidem.*

Quæ S. Augustini interpretatio, & ratiocinatio æquè conuenit in bonos, qui sunt intra Ecclesiam militantem: è cuius castris, & quasi claustris boni, atque fidi milites prospectant hostes, Diaboli mancipia prostrata, & illam miseram, atque extremam stragem. Arias credidit alludi ad eos Israelitas, qui in deserto, Deo vindice, sunt perculsi, & à quiete promissa exclusi.

Quoties aliquid spectandum proponitur, ferè egressus additur, quia fingitur, aut cogitatur esse foris. Sic Cant. 3. v. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate*, &c. qui locus de Christo accipitur: ac proinde egressus per cogitationem. 76

Cadauera.] LXX. τὰ κῶλα, membra. Hebr. פגר peger, proprie *cadauer*, quæ translatio agnoscitur etiam a S. Augustino. *Quidam*, inquit ille, *non interpretati sunt membra hominum, sed cadauera virorum, per cadauera significantes euidentem corporum pœnam: quamuis cadauer nisi caro exanimis non soleat nuncupari. illa vero animata erunt corpora, alioquin nulla poterunt sentire tormenta: nisi forte quia mortuorum erunt corpora, idest, eorum, qui in secundam mortem cadent, ideo non absurde etiam cadauera dici possunt. vnde est & illud, quod ab eodem propheta dictum iam supra posui: Terra verò impiorum cadet. quis autem non videat a cadendo appellata esse cadauera?*

Cadauera damnatorum cur tribuantur. Aug.

Cadauer à cadendo.

Quod attinet ad etymologiam, eadẽ est adnotatio Tert. c. 18. de Resurrectione, quæ rectè cadit in corpora damnatorum fœda, fœtida, putrida, vt excepto eo, quòd sunt animata, vt sentiant, & patiantur (vnde melius eis esset non animari) cetera citiùs videantur esse cadauera, quàm corpora viuentia. inest enim eis mors vitalis, & vita mortalis: viuunt enim, vt infinities moriantur, & nunquam omnino exanimantur, & moriuntur, vt mors possit & carnificina esse sempiterna: de qua mox. 77.

Corpora damnatorum qualia.

Virorum, qui præuaricati sunt in me.] Nisi S. Augustinus adnotasset, *viros* poni pro vtroque sexu, videri posset adnotatio inepta. Virorum *posuisse interpretes pro* hominum, *manifestum est. neque enim quisquam dicturus est, præuaricatrices fœminas in illo supplicio non futuras: sed ex potiori, præsertim de quo fœmina facta est, vterque sexus accipitur.* 78.

Viri pro vtroque sexu.

Vermis eorum non morietur.] Celebris, atque ideo non prætereunda, neque perstringenda, sed cõtrouertenda fusiùs est quæstio de significatu *vermis*: sitne proprius, an metaphoricus, & si hoc posterior, qualis. Capi quidem debere propriè pro vermibus; quibus scatebunt corpora damnata, sentiunt neque pauci, neque ignobiles autores. Prosper libr. 3. de vita contemplatiua. cap. 12. satis indicat. Augustin. de ciuitat. libr. 21. cap. 9. docet esse valde probabile Innocentius III. libr. 3. de contemptu mundi, cap. 2. duplicem vermem ponit, internum, & externum, ne sit locus ambiguitati. Basil. Psal. 33. v. 12.

Vermis non moriens, qualis.

Opinio prima proprie sumentis. Autores.

Quibus nec ratio deest: nam Isaias eodem modo loquitur de verme, atque de igne: sed ignis non est metaphoricus, vt constat inter Catholicos; ergo neque vermis. alioquin datur occasio hæreticis effugiendi, & respondendi non esse in infernos proprium & corporeum ignẽ. Arbitror hanc fuisse vnicam caussam asserendi vermem materialem.

Ratio.

Sed nihilominus graues alij scriptores affirmant *vermem* hoc loco esse metaphoricum. Augustin. 20. ciu. capit. 22. ad finem hæc scribit, edisserens hunc locum: *In pœnis autem malorum & inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis ab aliis, atque aliis, aliter atque aliter est expositus.* 79.

Opinio docentium sumentium metaphoricè. Aug.

ſtus. Alij quippe vtrumque ad corpus, alij vtrumque ad animam retulerunt: alij propriè ad corpus ignem, vermem verò tropicè ad animam: quod credibilius eſſe videtur. ſed nunc de has differentia non eſt huius temporis diſputare.

80. Recenſuit breuiter S. Auguſtinus varias iam olim de hoc loco ſententias, vt in plures ſcindi non poſſint, & ſuam cenſuram non tacuit: quæ placuit deinde pluribus interpretibus Iſaiæ, & Marci 9. verſicul. 43. 45. 47. vbi Chriſtus loquens de pœnis gehennali hæc verba tervſurpat.

S. Hieronymus à pleriſque capi & *vermem, & ignem* pro conſcientia ſcelerum torquentē damnatos affirmat, neque ampliùs rem examinat. Sed volo in fine huius commentarij deſcribere quod legi in prologo libr. 9. commentarij Hieronymi in hunc Vatem, vt lector non ignoret quod fuerit tanti doctoris in his commentariis inſtitutum, ſic enim alloquitur Amabilem Epiſcopum: *Itaque vt vis ſingulis teſtimoniis breues ſententiolas coaptabo, vt non tam exponam quid ſentiam, quàm paucis verbis tibi ſentienda dimittam.*

Hieronymi inſtitutum.

81. Quod S. Hieronymi propoſitum habendum eſt ob oculos, & in ſuis ſcholiis, & in aliis, ne temere ei aſcribatur quod non ſenſit: cuiuſmodi eſt hoc, ignem hunc, de quo Iſaias, non eſſe proprium, ſed metaphoricum. Qua in re Auguſtinus libr. 21. Ciuit. capit. 9. allegato, ſolidè, vt alias, argumentatur, & caute: ſi vterque, nimirum vermis & ignis, eodem modo ſit accipiendus, malle ſe vtrumque corporeum accipere, quàm tropicum: quia vidit vir ſapientiſſimus minus eſſe abſurdi, ſi vermem materialem cōcederet, quàm ſi negaret ignem materialem: ſed quia vidit non eſſe neceſſarium vtrumque eodem modo ſumere, eo modo diuiſit, vt vidimus n. 79. vt ignis ſit proprius, vermis non proprius, ſed metaphoricus.

Hieronymus non ſemper ex ſuo ſenſu loquitur. Auguſtinus cautiſſimus. Ignis proprius.

82. Monuerunt namque probe Cornelius Ianſenius cap. 71. in Euang. & Maldonatus Marc. 9. verſ. 44. ſumi hoc loco metaphoram ex bello, in quo victores ſolent egredi ad videndam ſtragem hoſtium, & iacentia cadauera, quæ ſolent egredi ad videndam ſtragem hoſtium, & iacentia cadauera, quæ ſolent ſcatere vermibus, & ab eis arrodi: quare vermis erit metaphoricus, ignis verò iſte inextinguibilis, qui non ex ea metaphorâ petitur, ſed à Deo additur, erit verus & proprius, vt ait Maldonatus. qui etiam opportunè, & vtiliter admonet, non cautè docere catholicos qui dicunt vermem pertinere ad animam, ignem verò ad corpus, quaſi diuiſim & ſeparatim alteruter torqueat: nam re vera ignis & corpus, & animam cruciat, vt poſtea dicemus. Maldonatus ſentit, hoc duplici nomine, neq; partes hominis diuerſas, neque pœnas diuerſas ſignificari, ſed vnum & idem ſupplicium totius hominis igne vero, & verme metaphorico. Sententia hæc non eſt communis, ſed neque autor eſt vulgaris. eam in medio linquo. De qualitate *vermis* è noſtris diſputant Serar. Iudith cap. 16. q. 2. Cornelius à Lapide hic, & Gregor. de Valentia 3. p. diſp. 11. q. 3. puncto 5. qui eū proprium eſſe tuentur, & alios citant pro hac ſententia.

Ianſenius & Maldonatus notantur.

Non bene quoad cruciatum diuiditur vermis ab igne. Maldon.

83. *Et ignis eorum non exſtinguetur.*] Tria dogmata fidei tribus verbis exponuntur. Primum, eſſe ignem in inferno: ſecundum eſſe inextinguibilem, eſſe ignem infernum, & æternum: tertium, eo damnatos vri, hoc ſignificat dictio, *eorum, ignis eorum.* Hæc eadem dogmata traduntur etiam apertè à Chriſto Domino Matth. 25. verſic. 41. *Diſcedite à me male dicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.* vbi *ignis æternus, & paratus diabolo.* i. infernus, Marc. 9. verſ. 43. hoc idem Iſaiæ teſtimonium inducentis. & alibi tam ſæpe in pœnis damnatorum, ignis nominatur, & combuſtio, vt ſit non ſolum temeritas, ſed etiam error in fide negare, non eſſe verum ignem, ſed metaphoricum. Sed hæretici miſeri, niſi reſipiſcant, ſerò experiendo cognoſcent proprium eſſe ignem.

Ignis infernus, æternus, verus.

Soar. de Angelis l. 8. c. 12.

84. Alius fuit error antiquus Origeniſtarum, quia eius autor fertur Origenes, pœnam damnatorum non fore æternam: hic error refellitur hic *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur.* vbi nullus quantumuis contumax tergiuerſari poſſit, & reſpondere, ignem quidem eſſe æternum, non tamen vſtionem & dolorem: nam quorſum diceret Deus, *vermis eorum*, ſi eos non arroderet, & *ignis eorum*, ſi eos non vreret? aut cur diceret, alterum non eſſe moriturum, & alterum non eſſe extinguendum, ſi non vellet dicere, fore æternum ſupplicium? Sed in Euangelio Saluator Matth. 25. verſ. 46. hunc errorem manifeſtè ſubmouit, finiens: *& ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.* Ad hunc Iſaiæ locum reſpicit Eccleſiaſticus cap. 7. verſic. 19. aiens: *Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis, & vermis.*

Error alius: ignem eſſe æternum, non tamen cruciatum.

Obſeruauit S. Auguſtinus 21. Ciuit. capit. 9. Chriſtum D. in eodem ſermone paucis verbis interpoſitis vſurpaſſe ter hæc eadem Iſaiæ poſtrema verba. *Non enim piguit vno loco* (ait Aug.) *eadem verba ter dicere; quem non terreat iſta repetitio, & illius pœnæ comminatio tam vehemens ore diuino?*

Obſeruatio. Ter Chriſtus repetit hæc verba. Aug.

85. Ergo locus terrorem, horrorem incutiens. Audi eumdem Auguſtinum Pſalm. 80. verſ. 16. *Et erit tempus eorum in ſæcula.* ille legit: *in æternum*, & ait: *Nimis timendum eſſe volo: melius eſt enim non vobis dare ſecuritatem malam. Non dabo quod non accipio, timens terreo. ſecuros vos facerem, ſi ſecurus fierem ego: ignem æternum timeo.* & erit tempus eorum in æternum: *non accipio niſi ignem æternum: de quo alio loco Scriptura dicit:* Ignis eorum non exſtinguetur, & vermis eorum non morietur. *Sed de impiis dixit, ait aliquis, non dixit de me, qui quamuis peccator ſim, quamuis adulter, quamuis raptor, quamuis periurus: Chriſtianus ſum, baptizatus ſum. ego per ignem purgor, & propter fundamentum non pereo.*

Locus terroris. Aug.

Mali Chriſtiani cruciandi ſemper.

Videtur attingere errorem illum, Chriſtianorum damnatorum pœnas aliquando finiendas; quem ita refellit: *Dic mihi iterum quis es? Chriſtianus ſum, inquit. Iterum tranſgreſſor, aut aliud? raptor, adulter & cetera: de quibus Apoſtolus dicit, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Certè ergo à talibus non correptus, de talibus commiſſis pœnitentiam non agens regnum cælorum ſperas? Non opinor, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.*

Error: fideles damnatos aliquando liberandos.

86. Deinde refert Auguſtinus Chriſti ſenten-

tiam vltimam proferendam in reprobos: *Ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius*; additque, *si non times mitti quò, vide cum quo*.

De pœnis infernis qui agant.

Sed de æternitate, atque acerbitate pœnarum inferni multa grauiter & copiosè Patres pertractant: quæ quoniam in promtu sunt, & etiam aliqua in promtuarium collata, ea vel indicare piguit. Vide nihilominus Origenem libr. 2. Periarchon. cap. 11. homil. 9. in diuersos. Gregor. Nazianz. Orat. 40. Bernard. de Consider. libr. 5. ad finem. Basil. Psal. 33. v. 12. Chrys. 1. Cor. hom. 9. Orig. Ezech. hom. 1. Aug. de ciuit. lib. 21. Psal. 49. v. 3.

87. *Sensus tripertitus.*

Et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.] Quod & si aliter alij conuertunt, & deriuant: melius tamen Latinus edidit. Sensus potest esse triplex: vel erunt ad fastidium & nauseam, protracta translatione cadauerum putrium, tabe vermibúsque manantium, quæ sine molestia non aspiciuntur. Vel ad satietatem iustorum spectantium, quorum quodammodo desiderium explebitur de vlciscendis hostibus Dei, & eorum. Vide Sap. 5. vers. 1. Apoc. 6. vers. 9. vbi interfectorum iustorum animæ efflagitant vindictam, & eis suo tempore promittitur. Denique *satietas visionis*, est illius spectaculi perpetuitas, ita vt sit miserrimum, minimè tamen miserabile, cùm nemo futurus sit, qui doleat eos arrodi verme immortali, & aduri igne inextinguibili.

Notandum vltimò, hoc Isaiæ acerbissimum vaticinium, quo clauditur eius longissimus liber, quódque ter fuit à Saluatore eodem loco repetitum, vt vidimus, cùm ageret de pœnis reproborum, ab vno Marco Euangelista fuisse relatum, ab aliis Matthæo, & Luca omissum, cùm tamen commemorarint eum Christi sermonem: vt sit, cur agamus gratias huic Euangelistæ hoc nomine, quòd secus quàm de æterno supplicio fas non sit hæc verba exponere: cùm ille narret à Christo fuisse eo sensu allegata. Ego verò eidem sanctissimo Marco nominatim me debere agnosco, quòd hoc ipso die, qoo eius memoria ab Ecclesia anniuersaria festiuitate recolitur, Deo fauente perduxerim ad finem hunc commentarium, annorum vndecim spatio elaboratum, etsi nonnumquam variis de caussis intermissum. cœpi enim anno 1612. & absolui hoc anno 1623. quem Ecclesiæ sacrosanctæ in primis iudicio, dein etiam doctorum hominum censuræ offero: precórque Deum, vt eius gloriæ, & animarum saluti hæc qualiscumque opera subseruiat. 88.

Nota.

Mat.18.v.9. Luc 17.v.2.

F I N I S.



INDEX



INDEX RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM.

PRIOR NVMERVS COLVMNAM, posterior marginalem eiusdem columnæ numerum; litteræ verò A, B, C, D, E, cuiusuis columnæ partem denotant.

Babylon

C.

Chirogra

Crapula.

D.

Eius

Perſecu

Fideles

Fortitudo

Succedunt

L.

Malum

Metalla

Moyses

Pabulum.

P

Rapina.

Fœcunda

Testa

FINIS.

